2021 - Ministério da Cultura

Observatorio de San Fernando
BIBLIOTECA

Núm. del I
Sección
Carpeta
Estante
Tom.

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 6439

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministério de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

JO. ALBERTI FABRICII,

SS. Theol. D. & Prof. Publ.

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER V.

DE

SCRIPTORIBVS GRÆCIS CHRISTIANIS,

ALIISQVE QVI VIXERE A CONSTANTINI M.
ÆTATE AD CAPTAM A. C. MCCCCLIII. A TURCIS
CONSTANTINOPOLIN.

Accedunt LEONIS ALLATII diatribæ de NILIS & PSELLIS
eorumque ſcriptis, & de LIBRIS ECCLESIASTICIS Græcorum, notis ac ſupplementis auctæ, atque MICH. PSELLI de omnivaria Doctrina Quæſtiones CXCIII. ad Mich. Ducam Imperatorem, nunc primum editæ ex Apographo Lindenbrogiano, quod exſtat Hamburgi in Bibl. Johannea.

OBSERVATORIO DE MARINA
DE
SAN FERNANDO.

HAMBURGI
Sumtu CHRISTIANI LIEBEZEIT,
ANNO MDCCXII.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

VIRO SUMME REVERENDO

ATQVE

ERUDITISSIMO

GODFR. OLEARIO,

SS. Theologiæ Doct. & Professori meritissimo
in Academia Lipsiensi,
ET ECCLES. CATHEDRALIS MISENENSIS CANONICO,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Non possum Lipsiæ nostræ dememinisse, licet jamdiu longius ab ea sejunctus, cujus Patriæ communis Tecum vel ideo mihi dulcior est memoria, quod Tui imaginem simul animo meo semper offert, qua nihil mihi fateor esse jucundius. Atque ob eam maxime caussam annorum in Academia decursorum recordari suave est mihi amœnumque, quod non possum de illis cogitare, ut non simul mentem meam feriat exhilaretque rememo-

2011 Ministerio de Cultura

ratio conſvetudinis Tuæ exoptatiſſimæ, & amicæ illius noſtræ in virtute ac litterarum ſtadio concertationis, qua ad ſcopum communem nobis propoſitum ambo tum non ignaviter contendebamus. Inde ex quo divelli nos contigit, adeo tamen non imminuta eſt amicitia noſtra, vel laxatum aliquo friguſculo mutuæ benevolentiæ charitatisque vinculum, quo animos noſtros florentis juventæ ætas domi obligavit, ut, ſi fieri potuit aliqua acceſſio amori noſtro, arctius etiam ab illo tempore conſtrictum fuerit abſentium & ſeparatorum. Tu enim poſt ſuſceptum, cujus & ego per pauxillum temporis comes fui, iter in cæteras Germaniæ provincias Belgiumque & Angliam, atque ex hoc redux in patriam, pulcherrimisque ſapientiæ, pietatis ac ſolidæ eruditionis theſauris, dignitate etiam ac publicis muneribus auctus, illa edidiſti virtutis ac doctrinæ Tuæ publica documenta, vulga-

2011 Ministerio de Cultura

vulgatisque immortalibus ingenii Tui monumentis, nec minus voce quàm ſcriptis ita præclare de Auditoribus Tuis, ita de ſacris atque elegantioribus litteris promeritus es, ut livorem ipſum, præfiſcini dixerim, jam videatur incipere obtrectationum ſuarum ſive pudere ſive pœnitere, etiamſi dolet, quod videt Te ita ſcribere ac docere, uti canere olim ſe ajebat Callimachus dulciùs invidia, πρέπλοια ϑασπανίης. *Ego vero quem hæ virtutes Tuæ ita per ſe in amorem Tui rapiunt, ut, etiamſi nunquam illa mihi felicitas ac voluptas contigiſſet, ut familiariter Te uti potuiſſem, tamen in amando & colendo Te voluptatem mihi ſtatuerem maximam, quid non maximopere gaudeam Tua cauſſa, atque bonorem amicitiæ Tuæ, quam fovere ac colere ab primo, quo coaluit tempore, neutra ex parte intermiſimus, maximi faciam? Neque ita male de Tuo in me amore ſentio, ut non con-*

2011 Ministerio de Cultura

fidam, gratum Tibi fore præsens hoc, quod Tibi consecro, volumen, non modo propter pios ac Venerandos illos, Tibique familiares primorum sæculorum Doctores Christianos, quos unos post sacras litteras novi Te ferre in oculis & diligentissima manu versare, quorum monumenta in hoc libro referuntur: sed etiam propter meum offerentis animum, qui cupio hoc, quantum in me est, perenne statuere monumentum meæ in Te observantiæ meique amoris, & pro Heraclito Tuo aliquam rependere vicem, & munere quodam Te referire. Vale, Vir maxime Reverende, & Josephum Tuum, ac, quæ multos ante annos apud Te vidi, expolita Procopii Gazæi commentaria, Tuas vero maxime ipsius in cæteros sacros libros Observationes, rebus privatim ac publice lætis prosperisque quamprimum in lucem profer. Hamburg. VI. Id. April. Anni Christiani cIↃ IↃ CC XII.

AD LE-

2011 Ministerio de Cultura

AD LECTOREM.

SCriptorum veterum Christianorum sive Ecclesiasticorum notitia ita multifariam & tam multorum virorum eruditorum stylo tradita est, ut Jo. Andreas Bosius, ingens cum viveret gloria Salanæ Academiæ, librum pæne compleverit recensione Auctorum qui in hoc genere elaborarunt. Post illam publicatam Bosii introductionem, recentissimiq; ab eo laudati PhilippiLabbei S.I. de scriptorib⁹ Ecclesiasticis edita Volumina, in eodem stadio cum laude decucurrerunt Viri præstantissimi, in Gallia quidem candid⁹ miræq; diligentiæ modestiæ ac probitatis scriptor Seb. Nanus de Tillemont, qui tamen non ultra prima quinq; sæcula est progressus, uti Nic. le Nourry Monachus Ord. S. Benedicti, vir & ipse doctissimus, non ultra secundum: Lud. Elias du Pin, Theologus Sorbonicus, cujus quoq; in argumentis breviq; quorumlibet etiam maximæ molis & varietatis scriptorum Ecclesiasticorum tradendo conspectu versata est industria, Natalis Alexander Ord. Prædicator. Monachus, sed qui in hac scriptorum Notitia, nisi ubi Criticas controversias de dubiæ fidei monumentis attingit, de industria brevior esse voluit, atq; Casimirus Oudinus, Præmonstratensis tum Presbyter, postea Reformatis sacris addictus, qui minus in Græcis, plus in sequioris maxime ætatis latinis monumentis persequendis studii adhibuit. Galliæ quoq; originem debent Franciscus Combefisius, Ord. Prædicator. qui Tomo primo Bibliothecæ suæ Concionatoriæ, de scriptoribus bene multis Ecclesiasticis haud contemnendas observationes præmisit, & Paulus Colomesius Anglicanæ Ecclesiæ presbyter, cujus non adeo prolixa quidem sed selecta & minime protrita de S. E. paralipomena sæpius viderunt lucem, tum ambo Annalium Ecclesiæ, doctissimi ætate nostra scriptores Antonius Pagi, Ord. Minorum Conventus S. Francisci, post absolutum opus suum Aquis sextiis A. MDCXCIX. defunctus, & alter etiamnum ac diu opto superstes Roterodami, Samuel Basnagius Flottemanvillæus, qui utrique dum Baronium suum supplent vel castigant, non pauca etiam de Scriptoribus Ecclesiasticis monuere haud pœnitenda. Ex Anglis Venerandus meritis, eruditione ac virtute senex Gvil. Caveus omne punctum tulit non modo Vitis SS. Apostolorum Patrumque & tot aliis perennibus ingenii sui monumentis ad Ecclesiam veterem intelligendam & amore prosequendam egregie facientibus, sed & præcipue datâ in manus hominum Historia Scriptorum Ecclesiasticorum litteraria, quæ à dignis utrisque longiore Vita viris, utrisque eheu in flore ætatis extinctis

2011 Ministerio de Cultura

// Henrico Warthono & Roberto Gerio *Cavei genero per tria postrema ſæcula producta, & ſecundis jam curis præſtantiſſimi Auctoris locupletata, tertio jam ejusdem ſtudio longe etiamnum auctiorem ſe ſiſtere publicis uſibus geſtit. Ex Germanis noſtris præter B. D.* Balthaſarem Bebelium *in Antiquitatibus Eccleſiæ quatuor priorum ſæculorum & laudata in hoc genere ſcripta Rev. Viror.* Jo. Gotfridi Olearii, *Arnſtadienſis Præſulis, cujus Abacus Patrologicꝰ ſuperiore Anno longe prodiit locupletior ſub titulo Bibliothecæ Scriptorum Eccleſiaſticorum:* Sev. Waltheri Sluteri *Antiſtitis cum vivet meritiſſimi Lauenburgenſis, atq;* Caſp. Sagittarii, *Doctoris Hiſtoriarum publici in Academia Jenenſi & μακαρίτου, memorandum duco inprimis Doctorem quondam meum nunc inter cœlites adſcriptum* Tho. Ittigium, *Theologum ac Superintendentem Lipſienſem. Qua ille accuratione & fide, quam inſigni apparatu & ſtudio de Patribus Apoſtolicis & ſcriptis primi ac ſecundi ſæculi, eorumq; doctrina hæreſibus & controverſiis commentatus fuerit, quamq; diligenter paullo ante mortem recenſuerit Veterum Patrum collectiones & Bibliothecas, ex editis ipſius ſcriptis jam omnibus patet, ſperoq; fore ut quæ de tertio etiam & quarto ſæculo privatis ſcholis tradidit, publicæ luci ſimiliter intra breve tempus exponantur. Ut vero poſt tot tamq; præclaros viros etiamnum auderem in hoc argumento ſpicilegium moliri, movit me partim, quod Doctoribus Eccleſiaſticis omiſſis hiulca & parum integra fuiſſet futura mea Græcorum ſcriptorum Hiſtoria: Deinde quod viderem nonnulla mihi eſſe ad manus, vel præterita aliis, vel quæ curatius aut diſtinctius forte, præſertim quod ad editiones & verſiones Scriptorum attinet, poſſem explicata adjungere, qua quidem in parte num operæ pretium fecerim, vel in proximo Volumine, quod adhuc Chriſtianis ſcriptoribus impendendum erit, facturus ſim, judicium Tuum erit Lector Benevole. Nec eum mala Tua aut ſpero gratia hoc cepi conſilii, quod cum Græcorum recentium doctiſſimus* Leo Allatius *capita quædam à me non prætereunda occupaſſet, fuſiusq; explicaſſet, ego actum agere nolui, ſed diatribas ejus de* Nilis, Pſellis & de libris Eccleſiaſticis Græcorum, *quæ rarius hactenus à ſtudioſis comparari & evolvi potuerunt, integras curavi recudi, cum meis animadverſionibus & ſupplementis, Melodorumq; Græcorum Elencho.* Qvæſtiones Michaëlis Pſelli *ad Michaëlem Ducam Imp. quas antea ineditas, Allatio de Pſellis addidi & latine verti, debeo ſingulari Amplißimi Senatus hujus Urbis beneficio, qui illas ex Bibliotheca publica Johannea mihi liberaliter ſuppeditavit, & cui illo nomine conceptiſſimas gratias mecũ habebis. Quæ porro in hoc Volumine tibi à me offerantur, ſi veluti in tabella paucis cognoſcere juvat, age hunc indicem percurrere ne gravator:*

Index

2011 Ministerio de Cultura

Index Capitum
hujus Voluminis qvinti Bibliothecæ Græcæ.

CAPUT I. Codex Apocryphus Novi Teſtamenti p. 2. Jo. Baptiſtæ Cotelerii Patres Apoſtolici. ibid. Jo. Erneſti Grabii ſpicilegium Patrum & Hæreticorum primi & ſecundi Sæculi p. 3.

S. Barnabæ Epiſtola, Acta S. Barnabæ. p. 3.

De Scriptis S. Dionyſio Areopagitæ tributis. p. 4. Scholia Dionyſii Alex. Jo. Scythopolitani, Joh. Darenſis, S. Maximi, Georgii Pachymeræ & aliorum. p. 5. ſq. Gloſſarium Græcum in Dionyſium. Codices MSS. Dionyſii. Epiſtola MS. ad Timotheum de morte SS. Apoſtolorum Petri & Pauli. p. 6. Scripta Dionyſii deperdita. p. 7. Acta Martyrii S. Eutropii. ibid. De S. Hierotho Dionyſii præceptore ibid. & in addendis.

De Hermæ Paſtore, teſtimonia Cotelerio & Grabio præterita, p. 8. & in addendis. Fragmenta Græca Hermæ ab iisdem omiſſa, cum adſcripta veteri Hermæ verſione p. 9-29. Hermæ Paſtoris editiones, p. 30. alii Hermæ. ibid. Acta Praxedis Virginis, Hermæ tributa p. 31.

De S. Clemente Romano p. 31. de tributis illi Canonibus Apoſtolicis 50. vel 85. p. 32. Novem Canones qvi in Concilio Antiocheno compoſiti jactantur. p. 33. Conſtitutiones Apoſtolicæ. p. 33. 34. & in addendis. Recognitionum libri p. 35. illorum auctorem non videri Bardeſanem. p. 36. Τὰ Κλημέντια, & Epiſtola ad Jacobum. p. 37. Epitome Clementinorum. ibid. Scripta pſeudo-Clementis deperdita p. 38.

De S. Ignatio ejusqve Epiſtolis. p. 38. Acta Martyrii Ignatiani. p. 41. Editiones & verſiones Epiſtolarum interpolatarum & ſpuriarum. p. 42. Editiones Epiſtolarum ſeptem genuinarum. p. 44. Alii Ignatii p. 45. Nova editio qvam molitur Georgius Claudius, Danus, cum ſyntagmate de Ignatiis p. 46.

De S. Polycarpo ejusqve ætate. p. 47. Editiones & verſiones Epiſtolæ ad Philippenſes p. 48. Acta S. Polycarpi Pionio tributa. pag. 49. Smyrnenſis Eccleſiæ Epiſtola ad Eccleſias Ponti. ibid. Acta Pionii p. 50.

2011 Ministerio de Cultura

De S. Justino Martyre. p. 51. Ejus scripta edita p. 53. Ad Apologiam primam meæ qvædam observationes p. 54. Dialogus cum Tryphone præter rem vocatus in dubium pag. 57. Scripta deperdita. p. 59. Editiones. p. 60. Varia scripta S. Justinum spectantia. p. 61. Index scriptorum & Hæreticorum à S. Justino allegatorum. p. 62. Alii Justini p. 52.

De S. Irenæo. p. 66. 72. Ejus editiones. p. 67. Index scriptorum, virorum Illustrium & Hereticorum à S. Irenæo memoratorum. p. 70. Scripta ejus deperdita. p. 73. De diris qvas libris suis adponere soliti Veteres, digressio ex Observationibus meis sacris necdum editis depromta. p. 74. & in addendis.

De Tatiano Syro pag. 82. Libri adversus Græcos, editiones. p. 83. De supposita Tatiano Harmonia Evangelica. pag. 83. Scripta deperdita Tatiani. p. 84. Alii hoc nomine. ibid.

De Athenagora Athenienſi. p. 85. Editiones Apologiæ & libri de resurrectione. p. 86. liber de vero amore, Athenagoræ suppositus. p. 88. Athenagoræ alii undecim. p. 91.

De Theophilo Antiocheno p. 91. librorum ad Avtolycum editiones. p. 92. Commentarii in Evangelia p. 93. Scripta deperdita. p. 94. Alii Theophili. p. 95. Nova editio hujus scriptoris cum syntagmate suo de Theophilis & Henr. Dodvvelli qvam à Clariss. Hudsono accepit diss. de ætate Theophili, promissa à Clariss. Gotlieb Schelvvigio, humaniorum litterarum in Athenæo Gadanensi Professore. pag. 92. 96.

Hermias de irrisione gentilium. pag. 96. Alii Hermiæ, p. 97. & in addendis. Index scriptorum qvorum meminere Athenagoras, Theophilus, Tatianus & Hermias. p. 97.

De Clemente Alex. pag. 102. utrum tribuendum ei Sancti elogium? p. 103. Ejus scripta edita. p. 104. Editiones. p. 108. Supplementum Ittigianum pag. 110. editio promissa à Jo. Pottero V. C. p. 109. Scripta deperdita. p. 111. Index scriptorum à Clemente Alex. allegatorum compositus à Nobiliss. Viro Juvene Christophoro Woltereck. p. 115. Excerpta Theodoti priora Græce & latine cum Franciſci Combefisii versione nunc primum editâ ex apographo qvod Parisiis secum attulit V. C. Ericus Benzelius. p. 134. Ejusdem Combefisii notæ. p. 178.

De

2011 Ministerio de Cultura

De Melitone Sardenſi ſcriptisq; ei tributis, & deperditorum fragmentis p. 184. Alii Melitones. p. 185. & in addendis.
De Papia p. 185. & aliis deperditis Sæculi ſecundi Scriptoribus, qvi ſunt Abercius. p. 188. Agrippa Caſtor, p. 187. Anonymus Jamborum Scriptor in Marcum hæreticum: addenda ad p. 194. Apion qvi in Hexaëm. ſcripſit. pag. 199. Claudius Apollinaris. p. 189. Apollonii tres. p. 191. Ariſtides. p. 186. Ariſto. p. 187. Arabianus. pag. 199. Aſterius Urbanus. p. 190. Athenogenes. p. 195. Bacchyllus. pag. 194. Bardeſanes p. 198. 36. Candidus. p. 199. Dionyſius Corinthius. 191. Hegeſippus. pag. 188. Harmonius. p. 198. Heraclitus. p. 198. Judas p. 199. ubi male excuſum Budas. Maximus. p. 199. Miltiades. p. 192. Modeſtus. ibid. Muſanus. ibid. Palma. p. 194. Pantænus. p. 193. Philippus Gortynæ Epiſcopus. pag. 192. Pinytus Cnoſſiæ. p. 191. Polycrates Epheſius. p. 194. Qvadratus p. 186. Rhodon p. 194. Serapion p. 193. Sextus p. 199. Soter Rom. p. 190. Theophilus Cæſareenſis p. 194.
Hymnus Veſpertinus & Matutinus Græcorum. p. 196. 197.
De ſcriptis Hæreticorum ſecundi Sæculi p. 199. ſeq.
De ſeculi tertii ſcriptore S. Hippolyto pag. 203. & in addendis. Ejus varia ſcripta & fragmenta qvæ ſuperſunt, qvæqve uno volumine edi eſſet operæ pretium, recenſita p. 204. Inedita & deperdita. p. 200. Alii Hippolyti. p. 211.
De Origene Adamantio, aliisqve hoc nomine. pag. 213. Scripta Origenis Græce edita. pag. 216. latine tantum vulgata p. 226. Editiones latinæ. p. 230. Scripta deperdita ibid. tabella Chronologica plerorumqve Origenis ſcriptorum. pag. 236. Scripta varia Origenem ſpectantia. p. 237. Index ſcriptorum & Hæreticorum ab Origene in ſcriptis Græce editis memoratorum. pag. 240.
De S. Gregorio Thavmaturgo p. 247. Scripta edita & in his expoſitio fidei qvæ integra cum notis exhibetur p. 249. Editiones p. 254.
De S. Methodio Patarenſi ſcriptisqve ei tributis. pag. 255. Alii Methodii p. 259.
De S. Archelao ejusqve diſputatione cum Manete. p. 262.
De S. Dionyſio Alexandrino p. 263. aliisqve ſæculi tertii ſcriptoribus deperditis, qvi ſunt; Julius Africanus. p. 268. (de aliis hoc nomi-

2011 Ministerio de Cultura

nomine p. 271.) Alexander Cappadociæ Epiſc. p. 268. Ambroſius Alexandrinus p. 272. Anatolius pag. 277. Beryllus Boſtrenſis p. 272. Cajus p. 267. Cornelius Rom. p. 273. Demetrius p. 276. Diodorus Tryphon. p. 272. Dionyſius Rom. pag. 275. Euſebius Epiſc. Laodic. pag. 275. Geminus p. 272. Heſychius Ægyptius pag. 279. Lucianus p. 278. Magnes ſive Magnetes p. 276. Nepos p. 273. Pamphilus p. 277. Phileas pag. 279. Pierius p. 277. Theognoſtus p. 276. Tryphon. p. 272.

De Hæreticorum Seculi III. ſcriptis, Pauli Samoſateni p. 279. Scythiani, Terebinthi Buddæ, pag. 280. & Manetis p. 281. fragmenta Epiſtolarum Manichæi à Venerando Jo. Frid. Wincklero, Paſtore jam digniſſimo Eccleſiæ Hamb. ad D. Nicolai, Græce mecum communicata pag. 285. Manichæorum varia genera. pag. 286. Catalogus Manichæorum plerorumqve qvorum apud veteres mentio. p. 287. Scriptores veteres editi, inediti & deperditi qvi contra Manichæos ſcripſerunt. pag. 289. Argumenta librorum qvatuor Titi Boſtrenſis contra Manichæos, Græce & latine. pag. 293. Scriptores recentiores ad idem Argumentum facientes. p. 295.

CAPUT II. Ex ſcriptoribus qvarti ſæculi duo tantummodo ob arctius temporis ſpatium jam ſelecti, Athanaſius & Ephraim Syrus pag. 296.

De S. Athanaſio ejusqve vitæ ſcriptoribus. pag 297. Plures Athanaſii p. 298. Editiones. ibid. Editio Montfauconiana accurate recenſita cum variis obſervationibus. Tomus I. p. 300. Tomus II. pag. 302. Tomus III. p. 306. Supplementum ab eo tempore à Clariſſ. Montfaucono editum in nova SS. Patrum collectione. p. 316. Scripta S. Athanaſii deperdita p. 318.

De S. Ephraim Syro p. 319. Syriace ab eo ſcripta inedita ac deperdita. p. 320. Qvæ Græce Oxoniæ edita ſunt, accurate recenſita adſcriptis paginis Voſſianæ editionis ubi eadem latine tantum prodierunt. p. 326. Codices MSS. Græci & ſcripta deperdita. p. 331. Editiones latinæ & verſiones variæ, & Græcolatina editio qvam molitus pridem Joannes Aubertus. p. 332. Alii Ephræmi p. 335.

BIBLIO-

2011 Ministerio de Cultura

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER V.

DE SCRIPTORIBUS GRÆCIS CHRISTIANIS,

aliisque, qui vixere à Constantino M. usque ad captam A. C. 1453. à Turcis CPolin.

CAPUT I.

De Scriptoribus Græcis Christianis ante Constantinum M. Imp.

Codex Apocryphus N. T. 1. *Cotelerii Patres Apostolici.* 2. *Grabii spicilegium Patrum.* 3. *Testamentum XII. Patriarcharum & Acta S. Pauli & Theclæ. ibid. S. Barnabas ejusque Acta & Epistola.* 4. *Scripta Dionysio Areopagitæ supposita, ut videtur ab Apollinarii discipulis.* 5. *Eorum interpretes & editiones.* 6. *Epistola MS. ad Timotheum de morte Petri & Pauli.* 7. *De perdita scripta.* 8. *De Hermæ Pastore loca veterum & fragmenta Græca Cotelerio prætermissa.* 9. *Editiones.* 10. *Pastoris Presbyteri Acta Praxe-*

2011 Ministerio de Cultura

dis Virginis. Pastor Episcopus Gennadio memoratus. 11. *Clemens Rom. eique suppositæ scriptæ & eorum editiones.* 12. *S. Ignatii Epistolæ & Acta.* 13. *Alii Ignatii. ibid. S. Polycarpi & Smyrnensis Ecclesiæ Epist. atque de S. Pionio.* 14. *Justinus Martyr.* 15. *Index scriptorum ab eo allegatorum.* 16. *Martyres Lugdunenses & S. Irenæus.* 17. *Index scriptorum laudatorum à S. Irenæo.* 18. *Theophilus Antiochenus.* 19. *Tatianus & Ammonius.* 20. *Clemens Alex.* 21. *Index scriptorum ab eo laudatorum, plenior quam editus à Clariss. Nurrio.* 22. *Excerpta Theodoti cum latina versione hactenus inedita Franciscì Combefis.* 23. *De S. Melitone & scriptoribus aliis sæculi secundi deperditis.* 24. *S. Hippolytus Portuensis* 25. *Alii Hippolyti. ibid. Origenes & de ejus scriptis paralipomena quædam.* 26. *Index scriptorum ab Origene laudatorum.* 27. *Gregorius Thavmaturgus.* 28. *Methodius Patarensis.* 29. *Alii Methodii.* 30. *Archelaus Carrharum Episc.* 31. *De S. Dionysio Alex. & aliis sæculi tertii scriptoribus deperditis.* 32.

1.

POst ea, quæ de scriptoribus sacris Novi fœderis dicta à me libro superiore quarto sunt, & quæ de suppositis Apostolicorum temporum scriptis in Codice Apocrypho Novi Testamenti Hamb. 1703. 8. notare me memini, prima jam deinceps tria à CHRISTO nato sæcula percurrere juvat, non ut Virorum præclarorum quæ in manibus omnium sunt de scriptoribus Ecclesiasticis commentaria compilem, sed præcipua attingendo eruditos eorum labores qualicunque observationum spicilegio augeam, illustrem ve.

2. Ad *primum & secundum sæculum* memorandæ inprimis binæ scriptorum collectiones sunt, una *Jo. Baptistæ Cotelerii*, qui Parisiis A. 1672. fol. Patres Apostolicos edidit, inde Amstelodami A. 1698. Jo. Clerico curante non sine auctario recusos, quoniam prior editio consumtis incendio * plerisque exemplis rarissime conspicitur. In hoc occurrunt SS. *Barnabæ, Clementi, Hermæ, Ignatio & Polycarpo* tributa scripta ad MSS. castigata codices, versioneque & notis eruditissimis illustrata, quibus laudatus Clericus in sua editione animadversiones aliorum quos-

* Vide Tho. Ittigium τὸν μακαρίτην de Bibliothecis Patrum p. 401. & 630. Obiit Cotelerius Parisiis A. 1686 12 August. ætatis 58. de cujus vita & scriptis præter Ephemerides eruditorum & Bailletum de pueris eruditis p. 353. adeunda Graverolii Epistola Sorberianis præmissa, & Epistola Baluzii ad Bigotium quæ Amstelodamensi Patrum Apostolicorum editioni præfigitur.

2011 Ministerio de Cultura

quotcunque reperire potuit virorum doctorum & ſuas quasdam, & Guil. Beveregii Codicem Canonum primitivæ Eccleſiæ vindicatum notasque ad Canones Apoſtolicos, Jac. Uſſerii diſſertationes Ignatianas & Jo. Pearſonii vindicias Epiſtolarum Ignatii addidit.

3. Alteram collectionem debemus Viro doctiſſimo *Jo. Erneſto Grabe* Regiomontano Boruſſo, cujus ſpicilegium SS. Patrum & Hæreticorum I. & II. ſæculi lucem vidit Oxonii 1698. & 1699. 8. duobus Voluminibus, & præter fragmenta varia ex libris MSS. atque eruditas obſervationes, Græce & Lat. continet inedita ante *Acta Pauli & Theclæ* è MSS. Bodlejanis, & *Teſtamentum XII. Patriarcharum* è MS. Cantabrig. quod cum codice Oxon. contulit, addita veteri verſione *Roberti Groſthead* Epiſcopi Lincolnienſis ad duos MSS. Codices recenſita. Qui ſingula in utroque hujus ſpicilegii Volumine comprehenſa diſtinctius noſſe volet, præter Ephemerides literarias librum laudati Doctoris mei D. Tho. Ittigii de Bibliothecis Patrum p. 699. ſeq. evolvere poterit, ubi Actis Theclæ, totique adeo illi narrationi fidem detrahit variis argumentis. Teſtamentū XII. Patriarcharum recenſere atque recudendum dare animus eſt in codice Pſeudepigrapho V. T.

4. De S. BARNABA Apoſtolo videndus præter alios Tillemontius in Memoriis Hiſt. Eccleſ. tum Placidus Puccinellus in vita S. Barnabæ primi Mediolanenſis Archi-Epiſcopi, Mediolan. 1649. 4. & Daniel Papebrochius in Actis Sanctor. ad diem XI. Junii T. 2. p. 421. ſeqq. ubi exhibentur etiam *Acta & paſſio S. Barnabæ in Cypro* parum licet digna fide ſub ementito nomine *Johannis Marci* Græce ex MS. Vaticano cum Sirleti verſione & Papebrochii notis p. 431-436. & *laudatio S. Barnabæ Apoſt.* auctore *Alexandro* Monacho Cyprio, itidem Græce ex Vaticana Bibl. cum interpretatione Franciſci Zini, & ejusdem Papebrochii obſervationibus p. 436-453. Vetus latina verſio Epiſtolæ quæ ſub Barnabæ nomine exſtat & cujus editiones retuli libro IV. c. 5. §. 14. in antiquo Corbejenſi Codice tribuitur S. *Philaſtrio* Brixienſi Epiſcopo, ita enim legendum, in Actis Sanctor. T 2. Junii p. 457. & 460. ubi bis perperam excuſum eſt nomen Philoſtorgii. Editionibus Epiſtolæ Barnabæ ibi à me memoratis addenda latina Puccinelli, in vita Barnabæ jam a me laudata, & Germanica ad calcem N. T. ex G. Arnoldi verſione excuſa Schifbecæ prope Hamburgum 1710. 12.

5. Scripta ambulantia ſub nomine S. DIONYSII *Areopagitæ* a)

(a Ejus meminit S. Lucas Actor. XVII, 34. Plura de hoc Dionyſio ſed minus certa tradunt

2011 Ministerio de Cultura

qui primus deinde Athenarum Episcopus b) & Domitiano imperante c) affectus martyrio fuit, licet haud indigna lectu, si cum judicio evolvantur, tamen quatuor primorum sæculorum ignota scriptoribus, atque ut vel ex Theodori presb. libro pro scriptis Dionysii apud Photium Cod. 1. constat, jam olim vocata in dubium, & Dionysii illius nomini haud dubie supposita sunt, ut demonstrarunt Jo. Dallæus libro 1. de Dionysii & Ignatii scriptis Genev. 1666. 4. Alex. Morus ad Act. XVII. 34. Geog. Hackevvillus, Anglus Libro de providentia DEI Lond. 1635. f. 208. seq. Edmundus Albertinus de Evchariſtia p. 260. seq. Jac. Usserius in diss. de Dionysio, edita ad calcem ejus libri de Scripturis sacrisque vernaculis p. 281. seq. Wilhelmus Ernestus Tenzelius Exerc. Select. T. 2. p. 285. ubi Schelstrateni, & Tho. Ittigius diss. de Patribus Apostolicis p. 143-165. & in selectis Hist. Eccles. Sæculi 1. capitibus p. 25-43. ubi Laur. Cozzæ d) & Claudii Davidis argumenta convellit. Atque ex ipsis Romanæ Ecclesiæ sociis præter alios Jo. Launojus in judicio de libris Dionysio Areopagitæ inscriptis, Phil. Labbeus T. 1. de scriptor. Eccles. p. 766. seq. Nicolaus le Nourry in Apparatu ad Bibl. Patrum diss. X. Jo. Morinus de sacris Ordinationibus p. 421. seqq & Nanus Tillemontius T. 2. Memor. Eccles. p. 437. seq. qui p. 443. seq. Pearsonii quoque confutat rationes, quibus in Ignatii vindiciis lib. 1. c. 10. vir ille doctus voluit ostendere scripta Dionysio jam suppositа esse circa A. C. 330. quod visum etiam Beveregio notis ad Synodicum p. 72 b. Sane ab aliis videntur rectius referri ad sæculum quintum, quandoquidem & Severianis Dionysii Areopagitæ scripta

dunt Vitæ sanctor. & Menæa 3 Octobr. & quæ ex Sim. Metaphraste, Mich. Syngelo, & Methodio sive Metrodoro aliisque leguntur T. 2. Operum Dionysii edit. Corderianæ, ubi & vita S. Dionysii scripta à Petro Halloix ex T. 1. Vitar. scriptorum Orientalium, Duaci 1633 fol. & Martini Delrio vindiciæ Areopagiticæ contra Joseph. Scaligerum Antwerp. 1608. 8. pridem editæ occurrunt. Videndus etiam Andreas Saussæus de Mysticis Galliæ scriptoribus, Paris. 1639. 4.

b) Dionysius Corinthius apud Euseb. III. 4. & IV. 23. Hist. Eccles. Confer Constitutt. Apostol. VII. 46. & ibi Cotelerium.

c) Vide Sirmondum de duobus Dionysiis c. 8. & Tillemontium Memor. Ecclesiast. T. 2. p. 435. Varias de Dionysio Areopagita fabulas excutit B. Jo. Georgius Dorscheus in semestri Tiburtio Dionysiaco p. 32. seq.

d) De Cozzæ Vindiciis Areopagiticis ad Clementem XI. Romæ 1702. 4. editis, vide Acta Er. 1703. p. 401. & de Claudii Davidis diss. sur S. Denis l'Areopagite (Paris 1702. 8.) Act Er. 1704. p. 168. & Ephemerides Parisienses A. 1702. p. 304. seq. ubi argumenta ipsius itidem breviter refutata invenies. Cozzæ libro subjuncta Jo. Novii pro operibus S. Dionysii adversus Laur. Vallam Apologia.

2011 Ministerio de Cultura

pta A. C. 532. e) in collatione CPolitana jactantibus Catholici reſponderunt: *illa teſtimonia quæ vos Dionyſii Areopagitæ dicitis, unde poteſtis oſtendere vera eſſe, ſicut ſuſpicamini? ſi enim ejus erant, non potuiſſent latere B. Cyrillum. Quid autem de B. Cyrillo dico? quando & B. Athanaſius ſi pro certo ſciſſet ejus fuiſſe, ante omnia in Nicæno Concilio de conſubſtantiali Trinitate eadem teſtimonia protuliſſet adverſus Arii diverſæ ſubſtantiæ blasphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus eſt ea, unde nunc poſſitis oſtendere quia illius ſint neſcio.* Ibidem, ut ab Eulogio apud Phot. Cod. 230. Leontio πράξει octava de ſectis, Facundo lib. 1. & Liberato in breviario c. 10. Apollinariſtæ arguuntur quod ſcripta præclarorum Eccleſiæ Doctorum falſaverint, Julioque Epiſcopo Rom. Epiſtolam ad Dionyſium ſuppoſuerint, ut adeo non abſurde conjecerit Eduardus Stillingfleetus f) Dionyſium iſtum Apollinaris diſcipulum ſub Areopagitæ nomine ſcripta ſua ex Plotini, Porphyrii, Jamblichi & aliorum Platonicorum g) ſcriptis incruſtata edidiſſe, dicaſſeque Timotheo, quo nomine uti notiſſimus ille S. Apoſtoli Pauli diſcipulus fuit, ita memoratur etiam Timotheus quidam inter Apollinaris diſcipulos à Damaſo, Gennadio, Auguſtino, Theodorito V. 10. Hiſt. aliisque. Saltim probabilius eſſe videtur Areopagitæ ſcripta ſuppoſita fuiſſe ab Apollinariſtis (vel ut Morino viſum ab Eutychianis) quam à Gregorio M. quæ Clariſſimi Dodvvelli ſuſpicio eſt p. 389. lib. de jure Laicor. ſacerdotali. Quin ne lecta quidem à Gregorio Dionyſii ſcripta (licet hom. 34. in Evang. illius dictum memoret) colligunt Petavius de Angelis p. 107. & Jo. Morinus de ſacris Eccleſiæ Ordinatt. p. 421.

6. *Dionyſii Alexandrini* commentaria in Areopagitam quæ laudantur à Jo. Cypariſſiota de Theologia Symb. quæque in Bibl. nobilis Veneti, Collini MSta fuiſſe teſtatur Turrianus, non Epiſcopi illius, medii ſæculo tertio clari ſunt, ſed longe junioris *Dionyſii Alexandrini Rhetoris*, ut notatum Edm. Albertino de Euchariſtia p. 261. Neque diverſa à Σχολίοις in Dionyſium quas alii tribuunt *Johanni Scythopolitano*, quasque *Maximi* Monachi ſcholiis permixtas Uſſerius * obſervavit. Has latine verterat Anaſtaſius Bibl. ſed illa verſio intercidit. Vertit & Rob. Lincol-

e) Baron. ad A. C. 532. n. 39.

f) Reſponſ. ad Creſſii Apologiam de fanaticiſmo Eccleſiæ Rom. c. 2. p. 133.

g) *Platonica quoad potuit decreta perſecutus, Chriſtianis ea dogmatibus alligare contendit.* Ita de Dionyſio Petavius IV. 10. de DEO. Confer Tho. Galeum ad Jamblichum de Myſteriis Ægyptior. p. 207.

*) Vide ejus diſſ. de Dionyſio quam H. Warthonus edidit ad calcem libri de ſcripturis ſacrisque vernaculis. p. 299.

2011 Ministerio de Cultura

nienſis. Cæterum *Maximi* ſcholia & *Georgii Pachymeræ*, Maximum plerumque ſecuti, paraphraſis Græce & latine exſtant in editione operum Dionyſii Corderiana. *Johannis Darenſis* Metropolitæ commentarios Syriace ſcriptos necdum editos Jo. Morinus h) ait Maximo & Pachymeræ ingenii acumine & Philoſophicis in re Theologica ratiociniis longiſſime antecellere, verum neutiquam ſcpriptos eſſe ſæculo qnarto, ut Abrahamo Ecchellenſi i) perſuaſum, ſed poſt A. C. 692. *Germani* Patriarchæ CPol. ſcholia in Bibl. Vaticana adhuc ſervantur. *Georgii Hieromnemonis* in Bibl. Medicea. Latine vertit ſcripta Areopagitæ tributa perlataque in Galliam A. C. 827. *Hilduinus* Abbas Sandionyſianus ad Ludovicum Pium Imp. quæ ejus interpretatio præter pauca Areopagiticis ejus k) inſerta interiit. *Johannis Scoti* Erigenæ ad Carolum Calvum, & *Johannis Saraceni* circa A. 1180. clari exſtat, quemadmodum & *Thomæ* Vercellenſis Abbatis circa A. 1240. Paraphraſis ſeu Commentarius in Dionyſium: Scholia Dionyſii Carthuſ. & Hugonis, Alberti M. & Thomæ. *Roberti* quoque *Groſtehead* Lincolnienſis Epiſcopi verſionem & commentarium ſervat Bibl. Collegii corporis Chriſti Oxon. Transtulerunt etiam Dionyſium latine *Ambroſius Camaldulenſis*, *Marſilius Ficinus* Myſticæ Theologiæ quam *Joh. Eccius* quoque & *Carolus Herſentius* illuſtrarunt, & libri de Myſtica Theol. interpres, tum *Joach. Perionius*, *Conradus Clauſerus* & noviſſime *Balthaſar Corderius*. Prima editio Græca lucem vidit Florentiæ in ædibus Philippi Juntæ 1516. 8. præfixo Gloſſario Græcô vocabulorum difficiliorum, quod in MS. Cæſareo etiam reperit Lambecius & male pro inedito habuit. Alias Græcas latinasque à Caveo, Ittigio l) Nourrio & Cozza recenſitas omitto. Corderianam præſtantiſſimam Græco latinam Antvverp. 1634. fol. 2. Vol. (cui A. 1644. defenſio Areopagitæ, auctore *Joanne Chaumontio* acceſſit,) diſtinctius recenſet Labbeus T. 1. p. 260. ſeq.

7. In Bibliotheca Cæſarea præter latinos duos exſtant Codices MSS. Græci tres operum Dionyſii, quos cum Corderiana editione conferri operæ pretium eſſe notat Lambecius quem vide Lib. III. p. 67. ſqq. & in itinere ſacro Cellenſi p. 175. ſeq. Idem Lambecius *Epiſtolam* ibi MS.

h) De ſacris Eccleſiæ ordinationibus p. 423. ſeq.
i) In Epiſtola ad Jo. Morinum apud Rich. Simonem ad Gabr. Philadelphienſem p. 279. & in notis ad Catalogum Hebed Jeſu p. 46. Confer. Hottingeri Bibl. Or. p. 290.
k) Hilduini Areopagitica vide apud Surium ad IX. Octobr.
l) Diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 134. ſeq. Nourrius diſſ. 10. Apparat. ad Bibl. Patrum c. 21. &. Cozza Vindic. Areopagit. part. 2. c. 22.

2011 Ministerio de Cultura

MS. exſtare refert *ad Timotheum*, *de morte SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.* Nam *Epiſtola de Ecclipſi Solis ad Apollophanem* c) quæ latine tantum ex Hilduini Areopagiticis à Corderio T. 2. p. 273. cum Halloixii notis exhibetur, in Codicibus Græcis Cæſareanis etiam exulat. Dionyſii loca plura profert Gregoras lib. 23. Hiſt. quemadmodum & Plotini Maximique.

8. Deperdita Dionyſii hujus ſcripta ſunt, περὶ ψυχῆς, περὶ δικαίου καὶ θείου δικαιωτηρίου περὶ θείων ὑμνων, περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων (cujus operis frequenter meminit Dionyſius, Vide T. 1. p. 437. 444. 455. 465. 482. 490. 492. 497.) & περὶ συμβολικῆς Θεολογίας. His Pachymeri in prooemio p. XLIII. memoratis, ex Gyraldo dial. 5. de Poëtis qui id in Commentariis Græcis obſervaſſe ſe ait, adjunges περὶ τοῦ μακαρίου ἱεροθέου de illo nimirum *Hierotheo* præceptore ſuo, ex cujus ἐρωτικῶν ὕμνων affert quædam Dionyſius cap. 4. de divinis nominibus. Anonymus MS. apud Lambecium lib. 3. p. 69. addit περὶ τῆς κατὰ νόμον ἱεραρχίας. Sed addit è male lecto libri de Eccleſ. Hierarchia loco, ut notavit Halloiſius apud Corder. T. 2. p. 379. Idem recte monet librum περὶ τῶν Ἀγγελικῶν ἰδιοτήτων καὶ τάξεων qui c. 4. de divinis nominibus allegatur, haud diverſum eſſe à libro qui exſtat de Cœleſti Hierarchia. Vide etiam ſi placet quæ ibidem Halloiſius ſubjungit de *Actis Martyrii S. Eutropii* ſodalis ſui, quæ cum *Epiſtola ad Clementem* Epiſcopum Romanum miſiſſe Dionyſius traditur apud Vincentium Bellovac. XI. 18. ſpeculi Hiſt.

9. De libro triplici, qui *Paſtoris* titulo ex veteri latina verſione a) exſtat, & viſiones 4. Mandata 12. ac 10. ſimilitudines complexus ab antiquis Scriptoribus tributus eſt HERMÆ ſive illi (quod magis placet) cujus mentio Rom. XVI. 14. ſive Hermæ, Pii Epiſcopi Rom. fratri b) pauca erunt quæ notabo poſt virorum doctiſſimorum induſtriam.

c) In illa Epiſtola pro *Philippo Aridæo* Philippi Medmæi Mathematici nomen reponendum eſt, de quo dixi lib. 3. cap. 5. § 8.

a) *Anaſtaſium* Bibliothecarium verſionis illius auctorem eſſe incerta plane & parum credibilis conjectura eſt Caſp. Barthii, notis ad Hermam. p. 855. neque de *Rufino* conſtat, cum minime neceſſe ſit veteres omnes interpretationes deberi Anaſtaſiis atque Rufinis. Etiam hoc ſine cauſa à Barthio pronunciatum eſſe exiſtimo p. 860. 868. & 870. quod interpres tantum eclogarium egerit. Dubito quoque an multi aſſenſuri ſint doctiſſimo Viro Tho Galeo, qui præfat. ad Opuſcula Phyſica Ethica & Mythologica Pſeudoclementem in libro Paſtoris citat. *Nam Clementis*, inquit, *opus eſſe multa ſunt quæ ſuadent.*

quio-

2011 Ministerio de Cultura

am. Inprimis afferam loca nonnulla veterum, Cotelerio qui magnum eorum numerum editioni ſuæ præfixit, præterita. Philaſtrius hæreſi CXXII. *Cum anima facta ſit, ex nihilo ſcilicet ut ſcriptum eſt: qui fecit ex nihilo omnia ut eſſent quæ non erant.* Confer lib. 2. Hermæ mandat. 1. Auctor Homiliæ de aleatoribus ad calcem Operum S. Cypriani: *Dicit enim Scriptura Divina, Væ erit Paſtoribus. Quod ſi ipſi Paſtores negligentes reperti fuerint, quid reſpondebunt Domino pro pecoribus? à pecoribus ſe eſſe vexatos? non credetur illis. Incredibilis res eſt Paſtores pati poſſe aliquid à pecore. Magis punientur propter mendacium ſuum.* Confer lib. 3. ſimilitudine IX. n. 31. Johannes Sarisberienſis Epiſtola 172. c) Paſtorem Hermæ accenſet libris Apocryphis V. T. quod etiam fieri in Codice latinorum Bibliorum ante 800. annos exarato qui in Bibl. S. Germani extat, notatum Rich. Simoni lib 2. Hiſt. Crit. N. T. p. 106. Franciſcus enim Junius fallitur, qui per Paſtorem intellexit librum tertium Maccabæorum, ideoque tacito licet nomine illum perſtringit Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra p. 1065. ubi illuſtrat ſtichometriam Nicephori, in qua veluti in Gelaſii decreto & Athanaſii ſynopſi inter Apocrypha N. T. Paſtor Hermæ memoratur. Secutus tamen Junii ſententiam Petrus Pithoeus eſt, de latinis Biblior. interpretibus p. 8. His adde locum Didymi in Catena ad Job. VIII. 17. à Patricio Junio edita p. 202. & alium Operis imperfecti in Matth. XIX. 28. quem teſtimoniis de Herma adjungere jubet ipſe Cotelerius ad lib. 3. ſimilitud. 9. §. 2. p. 112. tum loca Origenis T. 14. in Matth. 19. p. 361. edit. Huetii, & tractat. 30. in Matth. 24. in veteri latina verſione, quæ præter locum ex Catena MS. in Epiſtolas Catholicas ad Jacob. I 6. obſervavit C. V. Jo. Erneſtus Grabe ſpicilegii Patrum T. 1. p. 303. 304. Denique Bernardus de Montfaucon Sacerdos & Monachus Benedictinus in præclara ſua Athanaſii editione Tom. 3. ex Codice Colbertino vulgavit Doctrinam ſub Athanaſii nomine ad Antiochum, nec Cotelerio, nec tunc cum ſpicilegium ederet doctiſſimo Grabio viſam, in qua fragmenta bene multa Græca Hermæ

d) oc-

b) Ita Pſeudo Tertull. 3. adverſus Marcion. & liber Pontificalis in vita Pii. Sed antiquiorem eſſe Hermæ librum ſcriptum ante excidium Hieroſolym. Clemente Romano Epiſcopo, & ab Irenæo jam pro libro ſacro laudatum, recte monuere Pearſonius Vindic. Ignatii lib 1. c. 4. & lib 2. c. 13. f. 408. & H. Dodwellus diſſ. de ſucceſſione Rom. Pontificum c. XI. §. 5.

c) Confer Cotelerii notas ad T 1. monumentor. Eccleſiæ Græcæ p. 725. & quæ pridem ſcripſi in Codice Apocrypho N. T.

2011 Ministerio de Cultura

d) occurrunt, quæ legisse neminem pœnitebit: quare ea hoc loco cum adjuncta à me ut conferri possit antiqua versione exhibere integra juvat, cum prius notavero Clariss. Nourrium quoque testimonia Veterum de Herma exhibere in Apparatu ad Bibl. Patrum edit. in fol. p. 1367. seqq. sed nulla addidisse Cotelerianis, præter locum Clementis VI. Strom. p. 638. & alterum Grabio etiam notatum Origenis ad Matth. XXIV. 32.

Fragmenta S. Hermæ ex Doctrina ad Antiochum Ducem, edita sub nomine S. Athanasii Alexandrini.

Lib. 2. Mandatum Primum.

Pag. 252. Tom. 3. edit. Benedictin. Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. Ὁ μόνος πάντα χωρῶν, μόνος ὢν ἀχώρητος ὤν &c.

Primum omnium crede, quod unus est Deus, qui omnia creavit & consummavit, & ex nihilo omnia fecit. Ipse capax universorum, solus immensus est.

Mandatum II.

Pag. 253. Ἁπλότητα ἔχε καὶ ἄκακος γενοῦ, καὶ ἔσῃ ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα πονηρίαν, τὴν ἀπόλλυσαν τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Πρῶτον μὲν μηδενὸς καταλάλει, μηδὲ ἡδέως ἄκουε καταλαλοῦντος. Εἰ δὲ μή, καὶ σὺ ἀκούων ἔνοχος ἔσῃ τῆς

Simplicitatem habe, & innocens esto; & eris sicut infans, qui nescit malitiam, quæ perdidit vitam hominum. Primum de nullo male loquaris, neque libenter audias male loquentem. Sin vero, & tu audiens particeps eris

d) Græcos Hermæ libros inspiciendi magno desiderio flagrabat Grotius Epistola 768. qua testatur se fragmenta Christianorum primi & secundi seculi diligenter collegisse. Forte in Græcis, si integra exstarent, occurreret quod auctor libri Pontificalis memorat *mandatum quod præcepit Angelus Domini cum venit ad Hermam in habitu Pastoris, & præcepit ei ut S. Pascha die Dominica celebraretur.* Ad aliud enim opus respicere illum scriptorem ægre crediderim. Cæterum latina quæ habemus Hermæ antiquora esse Tertulliano, & ab illo lecta persuadet sibi Clariss. Nourrius Apparatu ad Bibl. Patrum diss. IV. c. 6. p. 53. Præterea Cotelerius notis ad lib. 2. mandat. 5. laudat interpretationem Codicis Victorini, sive Bibliothecæ S. Victoris, *pressius non raro inhærentem Græcis* ab Antiocho in Homiliarum opere citatis, *magno usui futuram, si quando Hermas, qua lingua scripsit, in luminis oras exieris.*

2011 Ministerio de Cultura

ἁμαρτίας ζ καταλαλῶντος. Πονηρὸν γὰρ πνεῦμά ἐστιν ἡ καταλαλιὰ καὶ ἀκατάσχετον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεύον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικῶν. Ἄπεχε οὖν ἀπ' αὐτῆς, καὶ εἰρήνην ἕξεις μετὰ πάντων. Ἔνδυσαι δὲ τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν σεμνότητα, ἐν οἷς οὐδὲν ὡσχήκομά σοι πονηρὸν, ἀλλὰ πάντα ὁμαλὰ καὶ ἱλαρά.

peccati male loquentis de fratre tuo. Pernicioſa eſt delectatio, inconſtans dæmonium eſt; nunquam in pace conſiſtit, ſed ſemper in diſcordia manet: contine te ab illa, & ſemper pacem habe cum fratre tuo. Indue conſtantiam ſanctam in qua nulla ſunt peccata, ſed omnia læta ſunt.

Mandatum III.

Ἀλήθειαν ἀγάπα, καὶ πᾶσα ἀλήθεια ἐκ τοῦ στόματός σου ἐκπορευέσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα ὃ τοῦ Θεοῦ κατοικῇ σοι. Οἱ γὰρ ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν Θεόν. Ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἀληθείας καὶ ἐγένοντο διακηταὶ τοῦ ἀληθινοῦ πνεύματος. (Τοῦτο ἐὰν ψευδῆς ἀποδώσωσιν, ἐμίαναν τὴν τοῦ Θεοῦ ἐντολήν, καὶ ἐγένοντο ἀποστερηταί.)

Veritatem dilige, & omnis ſermo verus ex ore tuo procedat, ut Spiritus, quem Dominus conſtituit in carne tua, verax inveniatur apud cunctos homines &c. Qui ergo mentiuntur, abnegant Dominum, non reddentes Deo depoſitum quod acceperunt. Acceperunt enim Spiritum ſine mendacio. Hunc ſi mendacem reddant, coinquinant mandatum Domini, & fraudatores fiunt.

Ibidem.

Ἐὰν τὴν ἀλήθειαν φυλάξῃς, δυνήσῃ σεαυτῷ ζωὴν περιποιήσασθαι.

Si veritatem ſervaveris, poteris vitam conſequi.

Mandatum IV.

Φύλασσε τὴν ἁγνείαν, καὶ μὴ ἀναμενέτω * ἐπὶ τὴν καρδίαν σου περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας ἢ περὶ πορνείας τινὸς, ἢ περὶ τοιούτων ἀνομάτων. Τοῦτο γὰρ ποιῶν ἁμαρτίαν μεγάλην ἐργάζῃ. --Βλέπε οὖν, ἄπεχε ἀπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης.

* Leg. ἀναβαινέτω.

Mando, ait, tibi, ut caſtitatem cuſtodias, & non aſcendat tibi cogitatio cordis de alieno matrimonio, aut de fornicatione, hæc enim parit peccatum magnum. -- Vide ergo tu, abſtine te ab hac cogitatione.

Man-

2011 Ministerio de Cultura

Mandatum V.

Φύλαξε τὴν ἄνειαν, καὶ μακροθυμίαν, καὶ γίνε σωετὸς, καὶ πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων κατακυριεύσεις, καὶ ἐργάσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην. Ἐὰν γὰρ μακρόθυμος ἔσῃ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικῆν ἐν σοι καθαρὸν ἔσαι, μὴ σκοτιζόμενον ὑπὸ πονηρῷ πνεύματος, μὴ μιαίνομενον * ὑπὸ τῆς ὀξυχολίας &c.

Æquanimis esto & patiens, & omnium operum nequissimorum dominaberis, & operaberis omnem justitiam. Quod si patiens fueris, Spiritus Sanctus qui habitat in te, mundus erit, & non obscurabitur ab aliquo nequissimo Spiritu. &c.

Ibidem.

Ἐὰν γὰρ λαβὼν ἀψινθίου μικρὸν εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃς, ἆρ' οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται, καὶ τοσοῦτον μέλι ὑπὸ ὀλιγίστου ἀψινθίου ἀπόλλυται; -- Ἐὰν δὲ εἰς τὸ μέλι μὴ βληθῇ τὸ ἀψίνθιον, γλυκὺ εὐρίσκεται τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστον πάντως γίνεται τῷ δεσπότῃ. Βλέπε οὖν ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστον ἔσται τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ κατοικεῖ, ἡ δὲ ὀξυχολία τὴν μακροθυμίαν μιαίνει.

Si quis enim assumat absinthii pusillum & mittat in amphoram mellis, nonne totum mel exterminabitur? & tantum mellis à modico absinthio disperit. --Sed si in mel non mittatur absinthium; dulce erit, & in usu Domino suo. Vide enim, quam sit æquanimitas dulcior melle; & utilis erit Domino qui in ipsa commoratur: nam iracundia inutilis est.

Ibidem.

Pag. 253. seq. Ἄκουε δὴ καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ὀξυχολίας πῶς πονηρά ἐστιν καὶ πλανᾷ τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ, καὶ καταστρέφει τὴν ἑαυτῆς ἐνεργείαν. οὐκ ἀποπλανᾷ δὲ τοὺς ὄντας πλήρεις ἐν τῇ πίστει, οὐδὲ ἐνεργῆσαι δύναται εἰς αὐτούς, ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Κυρίου μετ' αὐτῶν ἐστιν. Ἀλλὰ ἀποπλανᾷ τοὺς διψύχους. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους εὐσεβοῦντας, παρεμβάλλει

Audi nunc, inquit, nequitiam iracundiæ, quam prava, quamque noxia est, & quo pacto servos Dei evertit. Qui enim pleni sunt in fide, non potest nocere illis, quoniam virtus Dei est cum illis. Evertit enim dubios & vacuos. Quoties autem viderit tales homines, injicit se in corda eorum, & de nihilo aut vir aut mulier amaritu-

* Forte μιαινόμενον, vel μειούμενον.

2011 Ministerio de Cultura

ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τ̃ ἀνθρώπ, καὶ ὅτως πικραίνεται ἄνθρωπος ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων, ἢ φίλ τινὸς, ἢ περὶ δόσεως καὶ λήψεως ἢ περὶ τοιούτων μιαρῶν πραγμάτων. Ταῦτα πάντα μωρά ἐστιν, καὶ κενὰ καὶ ἀσύμφορα τοῖς δούλοις τ̃ Θε̃. ἡ δὲ μακροθυμία μεγάλη ἐστὶ καὶ ἔχουσα τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν καὶ καθημένην * ἐν πλατυσμῷ μεγάλῳ, ἱλαρᾷ, ἀγαλλιωμένη καὶ ἀμέλιμνον ἔχουσα δοξάζει τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, μηδὲν ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ πικρὸν, παραμένουσα διὰ παντὸς ἐν πραότητι καὶ ἡσυχίᾳ. Αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρον. Ἡ δὲ ὀξυχολία πρῶτον μὲν μωρία ἐστὶν καὶ ἐλαφρία φρενῶν. Εἶτα ἡ μῆνις ἐκ τοσούτων κακῶν συνισταμένη γίνεται ἁμαρτία μεγάλη καὶ ἄνιατον. Ὅταν δὲ πάντα ταῦτα ἀνθρώπινα ταῦτα ἐν ἑνὶ ἀγγείῳ κατοικεῖ, ὅπου καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ χωρεῖ ἐκεῖνο τὸ ἄγιον, ἀλλ' ὑπερπλεονάζει, τὸ πνεῦμα μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ πονηροῦ πνεύματος καὶ συνηρότητος κατοικεῖν, ὑποχωρεῖ † ἀπὸ τ̃ τοιούτου ἀνθρώπου, καὶ ζητεῖ κατοικεῖν μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας. Εἶτα ὅταν ἀποσῇ ἀπὸ τ̃ ἀνθρώπου ἐκεῖνο τὸ πνεῦμα τ̃ ἁγίου, καὶ λοιπὸν πεπληρωμένος τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν, καὶ ὅλος ἀποτυφλῶται ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς. ὅτως

dinem percipit, propter res quæ ſunt in uſu, aut pro convictu, aut pro aliquo verbo, ſi quod forte incidit, ſupervacuo, aut pro amico aliquo aut debito, aut pro his ſimilibus rebus ſupervacuis. Hæc enim ſtulta ſunt & ſupervacua & vana ſervis Dei. Æquanimitas autem valida eſt & fortis & habet virtutem magnam, & ſedet in amplitudine magna, hilaris, in pace gaudens, & honorificans Dominum in omni tempore manſuete. Hæc enim æquanimitas habitat cum bene fidentibus. Nam iracundia ſtulta eſt & levis & fatua. De ſtultitia vero naſcitur amaritudo, & ex amaritudine iracundia, ex iracundia vero furor. Hic ex tot malis creatus furor, operatur peccatum magnum & inſanabile. Cum enim hæc omnia in uno vaſe ſunt, ubi & Spiritus Sanctus moratur; non capit hos vas ſed ſupereffluit: quoniam tener Spiritus non poteſt cum malo Spiritu immorari, recedit & habitat cum manſueto: deinde cum receſſerit ab homine cum quo habitabat, fit homo vacuus à Spiritu Sancto, & poſtea repletur ſpiritibus malignis, obcœcatur à cogitatione ** bona. Sic omnibus contingit. Recede ergo tu ab ira-

ὧν

* Καθημένη legit vetus interpres.

† Rectius Antiochus homilia 110. ἀποχωρεῖ.

* Non quaſi ἀγαθὴ διάνοια hominem occœcet, ſed ut bona mente vacuus atque ita cœcus homo relinquatur.

2011 Ministerio de Cultura

ἓν συμβαίνει πᾶσι τοῖς ὀξυχόλοις. Ἀπέχου ἓν ἀπὸ τῆς ὀξυχολίας τὸ πονηρὸ δαίμονος. Ἔνδυσαι δὲ τὴν μακροθυμίαν καὶ ἀντίστηθι τῇ ὀξυχολίᾳ καὶ ἔσῃ ἐπαινέμενος μετὰ σεμνότητος τοῖς ἠγαπημένοις ὑπὸ Κυρίου. Βλέπε ἓν μὴ παραλογήσῃ τὴν ἐντολὴν ταύτην. Ἐὰν γὰρ ταύτην φυλάξῃς, δυνήσῃ καὶ τὰς λοιπὰς τηρῆσαι. Ἰσχυε οὖν ἐν αὐταῖς καὶ ἐνδυναμοῦ καὶ νικήσεις, καὶ ζήσεις Θεῷ.

cundia, & indue animæquitatem, & reliſte iracundiæ; & invenieris cum pudicitia & caſtitate à Deo. Vide ergo ne forte negligas hoc mandatum: ſi enim huic mandato obedientiam præſtiteris; & cætera mandata mea, quæ tibi mandaturus ſum, poteris ſervare. Corfirma ergo nunc te in mandatis iſtis, ut vivas Deo.

Mandatum VI.

Pag. 254. Ἐνετειλάμην σοι ἐν τῇ πρώτῃ ἐντολῇ, ἵνα φυλάξῃς τὴν πίστιν καὶ τὸν φόβον, καὶ ἐγκρατεύσῃ. Ἀπεκρίθην, Ναὶ, Κύριε, ὅτως ἐστίν. Ἀλλὰ νῦν θέλω σοι δηλῶσαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ἵνα νοήσῃς τὴν δύναμιν, ἣν ἔχουσιν καὶ ἐνέργειαν, διπλαῖ γὰρ εἰσιν, κεῖται γὰρ ὅπὶ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ. Σὺ οὖν πίστευε τῷ δικαίῳ, τῷ δὲ ἀδίκῳ μηδὲν πιστεύσῃς. Τὸ γὰρ δίκαιον ὁρθὴν ὁδὸν ἔχει, τὸ δὲ ἄδικον στρεβλήν.

Præceperam, inquit, tibi in primo mandato, ut cuſtodires fidem & timorem, & ** pœnitentiam. Etiam, inquam, domine. Sed nunc tibi volo monſtrare virtutes horum mandatorum, ut ſcias effectus illorum, quomodo ipſa poſita ſunt ad juſtum pariter & injuſtum. Tu itaque crede juſto, injuſto autem tu nihil crede. Juſtitia enim rectam viam habet; at injuſtitia pravam.

Ibidem.

Δύο εἰσὶν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης, καὶ εἷς τῆς πονηρίας - - - καὶ ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος τρυφερός ἐστι καὶ αἰδήμων καὶ πρᾶος καὶ ἡσύχιος. Ὅταν οὖν ἔτως * ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετὰ σοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος καὶ περὶ

Duo ſunt genii cum homine. Unus æquitatis, & unus iniquitatis. - - Æquitatis genius tener eſt, lenis & verecundus, manſvetus & quietus. Cum ergo in cor tuum aſcenderit, continuo loquitur tecum de juſtitia, de pudicitia, de caſtitate, de benignitate, de

** Forte *continentiam*.
* Leg. ὅτος.

2011 Ministerio de Cultura

ὑπαρχείας, καὶ πᾶσι παντὸς ἔργου δικαίου, καὶ πᾶσι πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. Ταῦτα πάντα ὅταν εἰς τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετὰ σοῦ ἐστιν. Τούτῳ οὖν πίστευε καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐγκράτης αὐτοῦ γενοῦ. Ὅρα οὖν καὶ ἐξ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα. Πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι καὶ πικρὸς καὶ ἄφρων, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά, καταστρέφοντα τοὺς δούλους Θεοῦ. Ὅταν οὖν αὐτὸς ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γνῶθι αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ. Πῶς Κύριε νοήσω αὐτόν; Λέγει μοι, ἄκουε καὶ πρόσεχε γίνου. Ὅταν ὀξυχολία σοί τις παρεισέλθῃ, ἢ πικρία, γίνωσκε ὅτι αὐτός ἐστιν ἐν σοί. Εἶτα λοιπὸν ἐπιθυμία πράξεων πολλῶν, καὶ πολυτέλεια ἐδεσμάτων καὶ κραιπαλῶν πολλῶν καὶ ποικίλων ποτῶν καὶ δεόντων, καὶ ἐπιθυμία γυναικῶν καὶ πλεονεξία, ὑπερηφανία τε καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια. Ταῦτα οὖν ὅταν ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε, ὅτι ἄγγελος τῆς πονηρίας ἐστὶν ἐν σοί. Σὺ οὖν ἐπιγνοὺς τὰ ἔργα αὐτοῦ, χώρησον ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲν αὐτῷ πίστευε. Ἔχεις οὖν ἀμφοτέρων τῶν Ἀγγέλων τὰς ἐνεργείας. Σύνες οὖν καὶ Ἀγγέλῳ τῆς δικαιοσύνης πίστευσον.

venia, de caritate, de pietate. Hæc omnia cum aſcenderint in cor tuum, ſcito quod genius æquitatis tecum eſt. Huic ergo genio crede & operibus ejus. Accipe nunc & genii iniquitatis opera. Primum amarus, iracundus & ſtolidus eſt, & opera illius perniciosa ſunt, & evertunt ſervos Dei. Cum ergo in cor tuum aſcenderint hæc, intelliges ab operibus ejus, hunc eſſe genium iniquitatis. Quomodo, Domine, intelligam? Audi, inquit, & intellige. Cum iracundia tibi acceſſerit aut amaritudo, intellige eum eſſe in te, deinde cupiditas multorum operum & optimorum ciborum & ebrietatum & appetentia multarum † rerum alienarum & ſuperbia & multiloquia, & ambitio & quæcunque his ſimilia ſunt. Hæc ergo cum in cor tuum aſcenderint; intellige genium iniquitatis tecum eſſe. Tu ergo cum cognoveris opera illius, recede ab illis omnibus, & nihil illi crede, quia mala ſunt opera illius, & non conveniunt ſervis Dei. Habes ergo utrorumque Geniorum opera. Intellige nunc, & crede Genio æquitatis, quia doctrina illius bona eſt.

Mandatum VII.

Athanaſ. p. 255. Φοβοῦ τὸν Κύριον, καὶ Φύλαξον τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ καὶ ἔσῃ

Time Dominum, & manda-ta ejus cuſtodi. Servans enim

† Leg. *mulierum & rerum alienarum.*

2011 Ministerio de Cultura

ἔσῃ δυνατὸς ἐν πράξει, καὶ ἡ πρᾶξίς σε ἀσύγκριτος ἔσται. Φοβούμενος τὸν Κύριον, πάντα κατορθώσεις. Αὕτη ἐστὶν ἡ φόβος ἣν δεῖ σε φοβηθῆναι. Τὸν διάβολον μὴ φοβηθῇς, ὅτι δύναμις ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ φόβος. Ἐν ᾧ γὰρ ἡ δύναμις ἡ ἔνδοξος, καὶ φόβος ἐν αὐτῷ. Πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων καὶ φόβον ἔχει. Ὁ δὲ μὴ ἔχων δύναμιν, καταφρονεῖται --- ὁ φόβος γὰρ τοῦ Κυρίου ἰσχυρός ἐστι καὶ ἔνδοξος. Φοβήθητι οὖν τὸν Κύριον, καὶ ζήσῃ αὐτῷ, φυλάσσων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ.

præcepta Dei, eris potens in omni actu, & omne negotium tuum erit incomparabile. Timens enim Dominum omnia bona operaberis. Hic eſt timor quo timere oportet, ut ſalvus eſſe poſſis. Diabolum autem ne timeas, timens enim Dominum dominaberis illius, quia virtus in illo nulla eſt. In quo autem virtus non eſt, is nec timendus quidem eſt: in quo vero virtus glorioſa eſt, is etiam timendus eſt. Nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. - - Timor utique Domini validus & ingens & glorioſus eſt. Time igitur Deum, & vives. Et quicunque eum metuerint, cuſtodientes mandata ejus, eorum vita eſt apud Dominum: non cuſtodientium autem nec vita in illis eſt.

Mandatum VIII.

Ἡ ἐγκράτεια διττή ἐστιν. Ἐπίτινων γὰρ δεῖ σε ἐγκρατεύεσθαι, ἐπίτινων οὐ δεῖ. - - - Τὸ πονηρὸν ἐγκρατεύεσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν αὐτό. Τὸ δὲ ἀγαθὸν μὴ ἐγκρατεύου, ἀλλὰ ποίει αὐτό. Ἄκουε, φησὶν, ἐγκρατεύου ἀπὸ πάσης πονηρίας, ἀπὸ μεθύσματος, ἀνομίας, ἀπὸ τρυφῆς πονηρᾶς, ἀπὸ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ πολυτελῶν, πλούτου, καυχήσεως, ὑψηλοφροσύνης καὶ ὑποκρίσεως ψεύδους καὶ καταλαλιᾶς ἀποκρίσεως μνησικακίας πάσης βλασφημίας. Ταῦτα τὰ ἔργα πονηρά ἐστι τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων. Τού-

Abſtinentia duplex eſt: à quibusdam ergo abſtinere oportet, à quibusdam vero non. - - A malo abſtine, & noli id facere. A bono autem abſtinere noli, ſed fac illud. - - Audi, inquit, abſtine ab omni malo, adulteriis, ebrietatibus & comeſſationibus malignis, ab eſca nimia, à lautitia & inhoneſtate, à ſuperbia, ab abnegatione, à mendacio, à detractione, à nequitia ficta, à recordatione injuriæ & à fama peſſima. Hæc enim ſunt opera iniquitatum, à

των

2011 Ministerio de Cultura

των ὧν τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ μὴ ἐγκρατευόμενος τούτων, οὐ δύναται ζῆσαι τῷ Θεῷ. Ἄκουε οὖν καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτων, καὶ πολλά γάρ εἰσι ἀφ' ὧν δεῖ τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ ἐγκρατεύεσθαι, κλοπή, ψεῦδος, ἀποστέρησις, ψευδομαρτυρία, πλεονεξία, ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. Εἰ οὐ δοκοῦσί σοι πονηρὰ εἶναι ταῦτα; Ἀπερείθην, καὶ λίαν πονηρὰ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. -- Ἐγκρατεῦσαι οὖν ἀπὸ πάντων τούτων, ἵνα ζήσῃς τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγραφήσῃ μετὰ τῶν ἐγκρατευομένων. Ἀμήν· ὧν δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, ταῦτά ἐστιν. Ἃ δὲ οὐ δεῖ σε μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν, ἄκουε. Πάντων πρῶτον πίστις, φόβος Κυρίου, ὁμόνοια, ἀγάπη ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, ὑπομονή. Τούτων ἀγαθώτερον οὐδέν ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων. Ταῦτα ἐάν τις φυλάσσῃ καὶ μὴ ἐγκρατεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν, μακάριός ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Εἶτα τούτων ἀκόλουθα ἄκουε. Χήρας ὑπηρετεῖν, καὶ ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀνάγκης λυτρώσασθαι τοὺς δούλους τοῦ θεοῦ, φιλόξενον εἶναι, ἐν οἷς τῇ φιλοξενίᾳ εὑρίσκεται ἀγαθοποίησις. Ἡσύχιον εἶναι, ἐνδεέστερον γενέσθαι, πάντα * ἄνθρωπον πρεσβύτην σέβεσθαι, ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, ὕβριν ὑποφέρειν, μακρόθυμον εἶναι, ἀμνησίκακον, κάμνοντας τῇ ψυχῇ παραμυθεῖσθαι, ἐσκανδαλισμένους ἀπὸ τῆς πίστεως μὴ ἀποβαλέσθαι ἀλλ' ἐπιστρέφειν καὶ ἐνθύμους ποιεῖν, ἁμαρτάνοντας νουθετεῖν, χρεώστας μὴ θλίβειν, ἐνδεεῖς μὴ λυπεῖν, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστιν

quibus abstinere oportet servum Dei. Qui enim ab iis abstinere non potest, vivere Deo non potest. Audi nunc, inquit, & sequentia eorum. Et quidem multa sunt adhuc, à quibus abstinere debet servus Dei. A furto, ab abnegatione, à falso testimonio, à cupiditate, à superbia & quæcunque iis similia sunt. Videntur ergo tibi hæc mala esse, an non? Equidem valde mala sunt servis Dei. -- Abstine ergo ab omnibus his ut vivas Deo, & scribaris cum abstinentibus. A quibus ergo debeas abstinere, illa sunt. A quibus autem non debeas abstinere, audi. Primum omnium est fides, timor Domini, caritas, concordia, æquitas, veritas, patientia, castitas. Jis nihil est melius in vita hominum, qui hæc custodierint & fecerint in vita sua. Deinde horum sequentia audi. Viduis administrare, orphanos & pauperes non despicere, & servos Dei ex necessitate redimere, hospitalem esse. Hospitalitate enim invenitur aliquando fructus bonus. Non contradicere, quietum esse, humillimum fieri omnium hominum, majores natu colere, studere justitiæ, fraternitatem conservare, contumelias sufferre, æquanimem esse; lapsos à fide non projicere, sed æquanimes facere, peccantes admonere, debitores non premere, do-

* Interpres legit: ἐνδεέστερον γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων.

2011 Ministerio de Cultura

δοκεῖ σοι ταῦτα ἀγαθά εἶναι ; Ἢ γὰρ τούτων, εἶπον, ἀγαθώτερον εἶναι δυναται; Γύμναζε οὖν σεαυτὸν ἐν τούτοις, καὶ μὴ ἐγκαταλείπε πάντων, καὶ ζήσεις τῷ Θεῷ.

& si qua iis similia. Videntur tibi hæc esse bona ; an non ? Quid enim melius est, inquam, verbis istis ?Vive ergo in his mandatis, & noli ab eis recedere. Si enim custodieris hæc omnia mandata, vives Deo.

Mandatum IX.

P. 256. Ἆρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν διψυχίαν, καὶ μηδενὸς ὅλως διψυχήσῃς αἰτήσασθαι τὸν Κύριον, λέγων ἐν ἑαυτῷ· Πῶς δυνήσομαι αἰτήσασθαι τὸν Κύριον λαβεῖν, ἁμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν. Μὴ διαλογίζου ταῦτα, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας σου ἐπίστρεψον πρὸς Κύριον, καὶ αἴτει παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσῃ τὸν πολυευσπλαγχνίαν αὐτοῦ, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαλίπῃ, * ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστιν καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τῇ ποίησιν αὐτοῦ. Σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ πάντων τῶν ματαίων τούτων, καὶ τῶν προειρημένων σοι ῥημάτων, καὶ αἴτει παρὰ Κυρίου, καὶ λήψῃ, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν αἰτημάτων σου ἀστέρητος ἔσῃ, ἐὰν ἀδιστάκτως αἰτήσῃς. Ἐὰν δὲ διστάσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, οὐ μὴ λήψῃ τῶν αἰτημάτων σου. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεόν, εἰσὶ δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως λαμβάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοπλεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει, πάντα αἰτοῦντες πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεὸν, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦν-

Tolle à te dubitationem, & nihil omnino dubites. Petens aliquid à Domino, ne dicas intra te: Quomodo vero possum aliquid petere à Domino & obtinere, cum sim peccator tantorum malorum in Dominum. Noli hoc cogitare, sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum. Pete sine dubitatione, & scies misericordiam Domini, quod non te derelinquet, sed petitionem animæ suæ adimplebit. Non est enim Deus sicut homines memores injuriarum, & miseretur figmenti sui. Ergo purifica cor tuum ab omnibus viis hujus seculi, & observa prædicta verba tibi à Deo data, & accipies omnia bona quæ petis; & ex omnibus petitionibus tuis nihil deerit tibi, si sine dubitatione petieris à Domino. Qui ergo tales non sunt, omnino nihil impetrant eorum quæ petunt. Nam qui pleni sunt fide, omnia petunt fidentes, & accipiunt à Domino, quia sine dubitatione petunt.

τας

* Ἐγκαταλείπῃ Catena MS. in Acta Apost. apud Grabium T. I. spicilegii Patrum p 303.

2011 Ministerio de Cultura

παν μηδὲν διψυχήσαντες. Πᾶς γὰρ δίψυχος ἀνὴρ ἐὰν μὴ μετανοήσῃ, δυσκόλως σωθήσεται. Καθάρισον οὖν τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τῆς διψυχίας, ἔνδυσαι τὴν πίστιν, ὅτι ἰσχυρά ἐστιν, καὶ πίστευε τῷ Θεῷ ὅτι πάντα τὰ αἰτήματά σου λήψῃ. Καὶ ἐὰν αἰτησάμενός ποτε τῶν παρὰ τοῦ Κυρίου αἴτημά τι, καὶ μὴ λάβῃς, μὴ διψυχήσῃς ὅτι τάχιον οὐκ ἔλαβες τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου. Πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα ἢ παράπτωμά τι ὃ σὺ ἀγνοεῖς, οὐκ ἔλαβες. Σὺ οὖν μὴ διαλιπῇς εὐχόμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, ἕως ὃ λάβῃς αὐτό. Ἐὰν δὲ ἐκκακήσῃς καὶ διψυχήσῃς αἰτούμενος, ἑαυτὸν αἰτιῶ, καὶ μὴ τὸν διδόντα σοι. Βλέπε οὖν τὴν διψυχίαν ταύτην, πονηρὰ γάρ ἐστι καὶ ἄσυνετος, καὶ πολλοὺς ἐκριζοῖ ἀπὸ τῆς πίστεως, καίτοι πίστεις καὶ ἰσχυράς. - - Καταφρόνησον οὖν αὐτῆς ἐν παντὶ πράγματι ἐνδυσάμενος τὴν πίστιν τὴν ἰσχυρὰν καὶ δυνατήν. Ἡ γὰρ πίστις πάντα ἐπαγγέλλεται, πάντα τελειοῖ. Ἡ δὲ διψυχία μὴ κατα πιστεύουσα ἑαυτῇ, πάντων ἀποτυγχάνει τῶν ἔργων αὐτῆς ὧν πράσσει. - - - Σὺ οὖν δούλευε τῇ ἐυχῇ σου, τῇ δυνάμει τῆς πίστεως. - - Καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ καὶ πάντες οἱ καταφρονήσαντες. *

Omnis enim dubitans homo, si non pœnitentiam egerit, difficile Deo vivet. Purifica ergo cor tuum à dubitatione, & indue fidem, & crede Deo; & omnia quæ petieris, accipies. Sed si petas aliquando petitionem, & non accipias, noli dubitare, quia non cito acceperis petitionem animæ tuæ: forsitan enim propter tentationem aut pro peccato tuo, quod tu ignoras, tardius accipies petitionem tuam. Sed tu noli desinere petendo petitionem animæ tuæ, & accipies. Si autem cessaveris petendo, de te queraris, non de Deo qui non dederit tibi. Vide ergo dubitationem hanc, quam perniciosa sit, & saeva, & multos radicitus evellat à fide, etiam valde fideles & firmos. - - Contemne ergo dubitationem, & dominaberis illius in omni re. Indue firmam fidem & potentem. Fides enim omnia repromittit, & omnia consummat. Dubitatio autem non credit se aliquid impetraturam omnibus operibus suis quæ agit. - - Tu igitur serva virtutem fidei. - - Et vives Deo; & omnes vivent Deo, quicunque hæc egerint.

Man-

* Interpres videtur legisse οἱ ταῦτα Φρονήσαντες. Si vero recta est lectio καταΦρονήσαντες, intellige τῆς διψυχίας. De qua paullo ante: καταφρόνησον οὖν αὐτῆς.

2011 Ministerio de Cultura

Mandatum X. (Athanaſ. XI.)

P. 257. Ἆρον ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην, ἡ γὰρ αὕτη ἀδελφή ἐστι τῆς διψυχίας, καὶ τῆς ὀξυχολίας. Πῶς, Κύριε, ἔφην, ἀδελφή ἐστιν αὐτῆς; ἄλλο γάρ μοι δοκεῖ ὀξυχολία, καὶ ἄλλο διψυχία, καὶ ἄλλο λύπη. Διὰ τί, φησι, δ' νοεῖς τὰ λεγόμενά σοι; δ' νοεῖς ὅτι ἡ λύπη πάντων τῶν πνευμάτων πονηροτέρα ἐστὶν καὶ δεινοτάτη τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντα τὰ πνεύματα καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκτρίβει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πάλιν σώζει.

Longe fac à te omnem triſtitiam: etenim hæc ſoror eſt dubitationis & iracundiæ. Quomodo, inquam, Domine, ſoror eſt harum? Aliud mihi videtur triſtitia, aliud iracundia, aliud dubitatio. Et ait: Sine ſenſu, non intelligis. Triſtitia enim omnium ſpirituum nequiſſimus eſt, & peſſima ſervis Dei, & omnium ſpiritus exterminat, & cruciat Spiritum Sanctum, & iterum ſalvum facit.

Ibidem §. II.

Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι δ' νοοῦσιν οἱ βάλλοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰ σαρκικὰ καὶ κοσμικὰ πράγματα. - - Οἱ δὲ φόβον ἔχοντες Θεοῦ, καὶ ἐρευνῶντες περὶ θεοῦ ἔργων, καὶ ἀληθείας, καὶ τὴν καρδίαν ἔχοντες πρὸς Κύριον, πάντα τὰ λεγόμενα αὐτοῖς πάχιον νοοῦσι, καὶ σωιοῦσιν, ὅτι καθαροί εἰσι καὶ ἀμέλμνοι, ἀπὸ πάσης φροντίδος καὶ μερίμνης κοσμικῆς, καὶ οὐδὲν ἄλλο εἰ μὴ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς. Ὅπου δ' ὁ Κύριος κατοικεῖ, ἐκεῖ καὶ σύνεσις πολλή. Κολλήθητι οὖν τῷ Κυρίῳ καὶ πάντων νοήσεις. Ἄκουε οὖν πῶς ἡ λύπη ἐκτρίβει τὸ πνεῦμα καὶ πάλιν σώζει. Ὅταν ὁ διψυχος ἐπιβάληται πρᾶξαί τι καὶ ἀποτύχῃ διὰ τὴν διψυχίαν αὐτοῦ, ἡ λύπη ἐκπορεύεται εἰς τὸν ἄνθρωπον καὶ λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ στενοχωρεῖ αὐτό. Εἶτα πάλιν ὀξυ-

Hujusmodi non intelligunt quæſtiones divinitatis; obſcurantur enim iis negotiis, & corrumpuntur & confringuntur. - - Qui autem timorem Domini habent, & ſcrutantur de Deo veritatem; cogitationem omnem habent ad Dominum. Omnia, quæ dicuntur eis, percipiunt, & ſtatim intelliguntur, quia habent timorem Domini in ſe. Ubi enim Spiritus Domini inhabitat; ibi & ſenſus multus adjungitur. Adjunge ergo te Domino; & omnia intelliges ac ſenties. Audi nunc inſipiens; quemadmodum triſtitia cruciat Spiritum Sanctum, & quomodo ſalvum facit. Cum dubius inciderit in negotium aliquod, & non provenit illi propter dubitationem;

2011 Ministerio de Cultura

χολία ὅταν κολληθῇ τῷ ἀνθρώπῳ ἐπί πράγματός τινος, καὶ λίαν τυπραν θῇ καὶ ποιήσῃ τι κακὸν, πάλιν ἡ λύπη εἰσπορεύεται εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου ἐκεῖνου ὀξυχολήσαντος, καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῷ πράξει αὐτοῦ, ἣ ἔπραξεν, καὶ μετανοεῖ ὅτι πονηρὸν εἰργάσατο. Αὕτη ἐστὶν ἡ λύπη δοκεῖ σωτηρίαν ἔχειν, ὅτι τὸ πονηρὸν πράξας μετενόησεν. Ἀμφότερα οὖν τῶν πράξεων λυποῦσι τὸν ἄνθρωπον. Ἡ μὲν λύπη, ὅτι ἀπέτυχε τῆς πράξεως, ἡ δὲ ὀξυχολία, ὅτι ἔπραξε τὸ πονηρόν. Ἀμφότερα δὲ λυπηρά ἐστι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ. Ἆρον δὲ ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην, καὶ μὴ θλίβε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐν σοὶ κατοικοῦν, μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην, λύπην σαρκικὴν οὐ φέρει, οὐδὲ στενοχωρίαν. (Λύπη * δὲ ἡ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μόνη ἔχει ὠφέλειαν, ἐὰν μὴ πάλιν ἁμαρτήσῃς.) Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν τῷ θεῷ, καὶ εὐπρόσδεκτον οὖσαν αὐτῷ, καὶ ἐντρύφησον ἐν αὐτῇ. Πᾶς γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ ἀγαθὰ φρονεῖ, καὶ καταφρονεῖ τῆς κατάρας λύπης. Ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ πάντοτε ὀργίζεται καὶ ἁμαρτίαν ἐργάζεται, μὴ ἐντυγχάνων μήτε ἐξομολογούμενος τῷ θεῷ. Πάντοτε γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν τοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ, ὅτι ἡ λύπη ἐγκάθηται εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Μεμιγμένη οὖν ἡ

tristitia hæc intrat in hominem, & tristem facit Spiritum Sanctum, & vexat eum. Deinde iterum; iracundia cum accesserit homini pro negotio aliquo, vehementer irascitur, & hæc ira intrat in præcordia irascentis, & vexatur in negotio suo quod agit, & postea pœnitet quod male fecerit. Utræque ergo res lædunt Spiritum Sanctum, dubitatio & tristitia. Dubitatio; quia non successit actus ejus: & tristitia; quia fecit iracundiam Spiritui. Aufer ergo tristitiam à te, & noli offendere Spiritum Sanctum, qui in te habitat, ne roget Dominum & recedat à te. Spiritus enim Dei qui datus est in carnem, tristitiam non sustinet. Indue te ergo hilaritate, quæ semper habet gratiam apud Dominum; & lætaberis in eâ. Omnis enim hilaris vir bene operatur, & bona sapit & contemnit inanem tristitiam. Vir autem tristis male facit, quia tristem facit Spiritum S. qui datus est homini hilari. Et iterum male facit quod tristis orat Dominum, & non ante facit exomologesin, & non impetrat à Deo quod petit. Semper enim oratio tristis hominis non habet virtutem ut accedat ad altare Dei - - quoniam tristitia sedet in corde ejus. Cum ergo mixta fuerit ora-

λύ-

* Hæc verba quæ uncis inclusi, neque in veteri latina Hermæ versione, nec in Antiochi homilia 25. ubi mandatum hoc Hermæ affert, leguntur.

2011 Ministerio de Cultura

λύσῃ ἡ κοσμικὴ μὲτ τῆς ἐντεύξεως, ὐκ ἀφίησι τῳ ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν εἰς τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄξος οἴνῳ μεμιγμένον τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχει, οὕτως καὶ λύπη μεμιγμένη μὲτ ἁγίῳ πνεύματι τῳ αὐτῳ ἔντευξιν οὐκ ἔχει. Καθάριον οὖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς λύπης πονηρᾶς ταύτης, καὶ ζήσῃ τῷ θεῷ.

tio Viri cum triſtitia, non patietur orationem mundam aſcendere ad altare Dei. Sicut enim vinum aceto mixtum eandem ſuavitatem non habet, ſic & triſtitia Spiritui S. mixta eandem orationem mundam non habet. Munda ergo te à triſtitia mala, & vives Deo.

Mandatum XII. (** *Athanaſio X.*)

P. 256. Ἆρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηρὰν, ἔνδυσαι τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν. Ἐνδεδυμένῳ γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν * (καὶ χαλιναγωγήσεις αὐτὴν καθὼς βούλει.) Ἀγεία γάρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία (ἡ πονηρὰ, καὶ δυσκόλως ἡμερεύεται. Φοβερωτέρα γάρ ἐστιν καὶ λίαν ἑαυτῆς ἀγελιότητι δαπανᾷ τοὺς ἀνθρώπους) μάλιστα ἐὰν ἐμπέσῃ εἰς αὐτὴν ὁ δοῦλος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐὰν μὴ ᾖ σύνετος, δαπανᾶται ὑπ' αὐτῆς δεινῶς. Δαπανᾷ δὲ τοὺς μὴ ἔχοντας ἔνδυμα ἐπιθυμίας ἀγαθῆς, ἀλλ' ἐμπεφυρμένους τῷ αἰῶνι τούτῳ. Τίνας οὖν παραδίδωσιν εἰς θάνατον; Ποῖα, Κύριε, εἰσὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, τὰ παραδιδόντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς θάνατον; γνώριζόν μοι, ἵνα φύγω ἀπ' αὐτῶν. Ἄκουσον. - - Πρῶτον πάντων ἐπιθυμία γυναικὸς καὶ πολυτέλειας πλούτου, ἢ δὲ

Tolle à te omnem cupiditatem malam, & indue cupiditatem bonam & ſanctam. Indutus enim cupiditatem bonam, oderis malam & refrenabis eam ſicut volueris. Horrenda eſt enim cupiditas mala, & difficile mitigatur. Horribilis eſt valde & fera, & feritate ſua conſumit homines. Maxime ſi inciderit in eam ſervus Dei; & niſi ſapiens fuerit, conſumetur ab illa peſſime. Conſumit autem tales, qui non habent veſtem cupiditatis bonæ, & implicat illos negotiis hjus ſeculi, & tradit illos morti. Quæ ſunt, inquam, Dominè, opera cupiditatis malæ, quæ tradunt homines morti? Demonſtra mihi, ut recedam ab illis. Audi. Primum - - cupiditas mala eſt concupiſcere uxorem alienam; vel mulierem

** Diſtinctio varia, & ordo capitum ac mandatorum diverſus. Videtur etiam libri 2. mandatum 10. & 11. contrahendum eſſe in unum, viciſſim duodecimum in duo eſſe diſtinguenda.

* Hæc uncis incluſa, ex Antiochi Homilia 74. ſupplevi.

2011 Ministerio de Cultura

Φιλαργυρίαι, ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ ματαίων, καὶ μεθύσματος πολλοῦ, διαφόρων γεύσεων, καὶ ἑτέρων τρυφῶν πολλῶν καὶ ματαίων, καὶ δόξης ἀνθρωπίνης καὶ ματαίας. Πᾶσα τρυφὴ ματαία ἐστὶ καὶ κενὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ.

mulierem concupiscere virum alienum; & lautitias concupiscere divitiarum, & multitudinem ciborum supervacuorum, & ebrietatem multam & delicias multas. Fatuæ enim sunt deliciæ multæ, & voluptates multæ super vacuæ sunt servis Dei.

Ibidem.

(Ἀπέχεσο * ἀπὸ πάσης ἐπιθυμίας πονηρᾶς, ἵνα ἀπεχόμενοι ζήσητε τῷ Θεῷ) Ἐὰν ὑπολευσης τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ, καὶ ὑποταγῆς αὐτῇ, δύνασαι καταπολεμεῦσαι τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, καὶ ὑποτάξαι αὐτὴν καθὼς βούλει.

Si autem servieris cupiditati bonæ, & subditus ei fueris, poteris dominari super cupiditatem malam, & erit subdita tibi, sicut volueris.

Ibidem §. III.

Ἤθελον γνῶναι, ποίοις τρόποις δεῖ με δουλεῦσαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ. Ἄκουε, φησιν, ἔργασαι δικαιοσύνην καὶ ἀρετὴν ἀληθείας, καὶ φόβον Κυρίου, καὶ πίστιν καὶ ἀγάπην (καὶ ταπεινοφροσύνην, καὶ ἀκτημοσύνην - - - ίθην, ποιῆσαι τῆς κοσμικῆς - - ότητος, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια τοῖς πεφειδημένοις) ταῦτα ἐργαζόμενος εὐάρεστος ἔσῃ δούλος τοῦ Θεοῦ. - - Pag. 259. Καὶ σωτελέσας τὰς δώδεκα ταύτας ἐντολὰς λέγει ἐμοί, πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, καὶ καταλαλεῖ καὶ τοὺς ἀκούοντας πορεύεσθαι ἐν αὐταῖς, ἵνα ἡ μετάνοια αὐτῶν καθαρὰ γένηται τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν.

Vellem scire, Domine, quomodo servire deberem cupiditati bonæ. Audi, inquit, habe timorem Dei, & fidem in Deo & veritatem ama, & justitiam dilige, & fac bonum: hæc operando probatus eris servus Domini - - Consummatis his mandatis duodecim, dixit mihi: Habes hæc Mandata, ambula in his; & audientes homines hortare, ut pœnitentiam agant, & pœnitentia eorum munda fiet reliquis diebus vitæ eorum.

Domine hæc mandata magna & præclara sunt; & exhilara-

Pag.

* Quæ uncis inclusa sunt, in veteri latina Hermæ versione non exstant, & forte à pseud. Athanasio addita sunt.

2011 Ministerio de Cultura

Pag. 263. Κύριε, αἱ ἐντολαὶ αὗται μεγάλαι καὶ καλαὶ καὶ δυνατά εἰσιν, δυναμένου εὐφρᾶναι τὴν καρδίαν ἐν δυναμένῳ τηρῆσαι αὐτάς. καὶ οἶδα, Κύριε, εἰ δύνανται αἱ ἐντολαὶ αὗται εὐκόλως φυλαχθῆναι, διότι σκληραί εἰσιν. Ἐμβλέψας ἐν αὐτοὶ ὁ ἄγγελος ἐν Θεοῦ μετὰ πολλῆς ἀυσηρείας, εἶπεν. Ἄνανδρε, ἀκηδιαστὰ, ῥαθυμε καὶ ὀλιγόψυχε, οὐκ οἶδας ὅτι ἐὰν ἐν σοὶ ἑαυτῷ σταθῇ ὅτι δύνανται φυλαχθῆναι, εὐκόλως αὐταὶς φυλάξεις. Εἰ δὲ ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, μὴ δύνασθε αὐταὶς ὑπὸ ἀνθρώπων φυλαχθῆναι, ἀ φυλάξεις αὐτάς. ἀ νοεῖς τὴν δόξαν ἐν Θεοῦ, πῶς μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰ καὶ θαυμαστή; Ὅτι ἔκτισεν τὸν κόσμον διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔδωκεν αὐτῷ, κυριεύειν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Τί οὖν; πάντων τούτων ὁ ἄνθρωπος Κύριός ἐστιν, καὶ πάντων δύναται κατακυριεῦσαι, πῶς δ' δυνήσεται καὶ τούτων τῶν ἐντολῶν κατακυριεῦσαι; -- pag. 264. ὥστε πασῶν τῶν ἐντολῶν τούτων κατακυριεῦσαι ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔχων τὸν Κύριον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οἱ δὲ ἐπὶ τὰ χείλη ἔχοντες τὸν Κύριον, τὴν δὲ καρδίαν πεπωρωμένην, καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τὴν ἑαυτῶν ῥαθυμίαν, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσιν, καὶ δυσκατόρθωτοι. Θέσθε οὖν ὑμεῖς οἱ ὀλιγόψυχοι καὶ ἐλαφροὶ τῇ πίστει τὸν Κύριον ἀδιαλείπτως εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε ὅτι οὐδέν ἐστιν εὐκολώτερον αὐτῶν, οὔτε γλυκύτερον, οὔτε ἡμερώτερον. (P. 258.) Βλέπε συνεχῶς καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας

re cor hominis possunt, qui potuerit custodire mandata hæc. Sed nescio, Domine, an possint mandata hæc ab homine custodiri. Ait mihi: hæc mandata facile custodies, & non erunt dura, sed si tamen in cor tuum posueris non posse ab homine custodiri, non custodies ea. Hæc mihi vehementer iracunde locutus est, ita ut conterreret me valde. Vultum enim suum mutavarat, ita ut non posset homo sustinere iram ejus. Et cum vidisset me conturbatum totum & confusum; cœpit loqui moderatius, & hilarius dicens: Stulte & insensate, inconstans & ignorans majestatem Dei, quam magnus quamque mirabilis sit qui orbem creavit propter hominem, & omnem creaturam subjecit homini, & omnem potestatem dedit illi, ut dominetur horum mandatorum. Dominari, inquit, potest omnium horum Mandatorum, qui habet Dominum in corde suo: qui autem habent Dominum in labiis suis, & cor illorum obtusum est, & longe sunt à Domino; illis mandata hæc dura sunt & difficilia. Ponite ergo vobis qui vacui & leves estis in fide, Dominum Deum vestrum in corde habere; & intelligetis quod nihil facilius est his mandatis, neque dulcius, neque mansuetius neque

2011 Ministerio de Cultura

σε ἐπίστρεφε πρὸς Κύριον, καὶ μὴ φοβηθῇς τὸν Διάβολον, δύναμις γὰρ ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ. ὁ θεὸς γάρ ἐστιν ὁ παρέχων τὴν νίκην. ὁ Διάβολος μόνον φόβον ἔχει, ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ τόνους οὐκ ἔχει. Μὴ φοβηθῇς οὖν αὐτὸν, καὶ φεύξεται ἀπὸ σοῦ. - - - δύναται γὰρ καταδυναστεύειν τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῶν ἐξ ὅλης καρδίας ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. Δύναται οὖν ὁ Διάβολος πάλαισαι, καταπαλαῖσαι δὲ οὐ δύναται. Ἐὰν οὖν ἀντιστῇς αὐτὸν, νικηθεὶς φεύξεται ἀπὸ σοῦ καταισχυμένος. - - - Μᾶλλον φοβήθητι τὸν Κύριον τὸν δυνάμενον σῶσαι καὶ ἀπολέσαι.

sanctius; convertite vos ad Dominum Deum, & relinquite Diabolum & voluptates ejus; quia malæ sunt & amaræ & immundæ: & nolite timere Diabolum, quia in vobis potestatem non habet. Ego enim vobiscum sum Nuncius pœnitentiæ, qui dominor illius. Diabolus autem timorem facit, sed timor illius vanus est. Nolite ergo timere eum & fugiet à vobis. - - Non potest, inquit, dominari in Dei servos, qui ex totis præcordiis in Dominum credunt. Potest autem Diabolus luctari, sed vincere non potest. Si enim resistitis illi, fugiet à vobis confusus. - - Audite ergo me & timete Dominum omnipotentem, qui potest vos salvos facere & perdere.

Lib. III. Similitud. V. §. III.

Pag. 261. Πρῶτον πάντων φύλαξαι νηστεύειν ἀπὸ παντὸς ῥήματος πονηροῦ καὶ ἀκοῆς πονηρᾶς, καὶ καθάρισον σου τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, καὶ μνησικακίας καὶ ἀισχροκερδίας, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ᾗ νηστεύεις, δεκέσθητι ἄρτῳ καὶ λαχάνοις καὶ ὕδατι, εὐχαρίστων τῷ Θεῷ, συμψηφίσας ὃ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης οὗ ἄρῃς σὺ, ἃ ἔμελλες ἐσθίειν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, δὸς χήρᾳ ἢ ὀρφανῷ ἢ σπερμένῳ, καὶ οὐ δὴ σαφῶς ἐμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔνδεσιν ὑπὲρ σοῦ πρὸς Κύριον. Ἐὰν οὖν τελέσῃς τὴν νηστείαν, ὡς ἐνετελά

Primum omnium cave ab omni probro, & turpi verbo, & ab omni noxia cupiditate, & purifica sensum tuum ab omni vanitate seculi hujus. Si hæc custodieris, erit hoc jejunium justum. Sic ergo facies. Peractis quæ supra scripta sunt illo die quo jejunabis, nihil omnino gustabis nisi panem & aquam; & computata quantitate cibi, quem cæteris diebus comesturus eras, sumtum diei illius quem facturus eras, repones, & dabis viduæ, pupillo aut inopi;

τελά

τειλάμην σοι, ἔσαι ἡ θυσία σε δεκτὴ ἐνώπιον Κυρίε, ἡ ἐγγεγραμμένη ἐν τοῖς ἐφανοῖς, ἐν ἡμέρᾳ ἀνταποδόσεως τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν τοῖς δικαίοις.

& sic consummabis humilitatem animæ tuæ, ut qui ex eo acceperit satiet animam suam, & pro te adeat Dominum Deum oratio ejus. Si igitur sic consummaveris jejunium tuum, quemadmodum præcipio tibi; erit hostia tua accepta Domino, & scribetur hoc jejunium tuum. Hæc statio sic acta est bona, hilaris & accepta à Domino.

Lib. III. Similitud. VI. §. I.

Pag. 261. F. Ἦλθον εἰς πεδίον, ἡ δείκνυσί μοι παῖδα ποιμένιον ἐνδεδυμένον σύνθεσιν ἐνδυμάτων ἐρυθραίων βόσκοντα πρόβατα πολλὰ λίαν, καὶ τὰ πρόβατα ταῦτα ἦν ὡσεὶ τρυφῶντα, ἡ λίαν σκαιρῶντα καὶ ἱλαρά, σκιρτῶντα ὧδε κἀκεῖ. Καὶ αὐτὸς ὁ ποιμὴν πάνυ ἱλαρὸς ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ αὐτοῦ ἦν καὶ περιέτρεχε τὰ πρόβατα. καὶ ἄλλα πρόβατα εἶδον σκαιρῶντα καὶ τρυφῶντα ἐν τόπῳ ἑνὶ, ἀμέντοι σκιρτῶντα.

Et venimus in quendam campum: & illic ostendit mihi juvenem pastorem, vestitum syntheſin vestimentorum colore coccineo. Pascebat autem pecora copiosa: & pecora illa velut in voluptatibus erant, & plurimis deliciis; & hilaritate exsultabant, & exsultantia discurrebant huc atque illuc. Et ipse pastor vehementem ex grege suo percipiebat voluptatem; & vultus pastoris illius valde hilaris erat, inter pecora discurrentis.

Ibidem §. II.

Καὶ λέγει μοι. Βλέπεις τὸν ποιμένα τοῦτον; βλέπω, φημὶ, Κύριε. οὗτος, φησὶν, ἄγγελος τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐστίν. οὗτος ἐκτρίβει τὰς ψυχὰς τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀπατῶν αὐτὰς ταῖς ἐπιθυμίαις ταῖς πονηραῖς, ἐν αἷς ἀπόλλυνται ἐπλανθανόμενοι τῶν ἐντολῶν τοῦ

Ait mihi Angelus: Vides autem hunc pastorem? Video, inquam, Domine. Et dixit mihi: Hic nuncius illecebrarum, dulcedinis & voluptatis est. Hic ergo corrumpit mentes servorum Dei, & avertit eos à veritate, oblectans cupiditatibus, & pereunt. Obli-

2011 Ministerio de Cultura

ζῶντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευόμενοι (ἐν) ταῖς ματαίαις τρυφαῖς καὶ ἀπάταις τοῦ βίου τούτου. Διὸ καὶ ἀπόλλυται ὑπὸ τοῦ Ἀγγέλου τούτου εἰς θάνατον καὶ καταφθοράν. Λέγω αὐτῷ, ὁ γινώσκω, Κύριε, τί ἐστιν εἰς θάνατον καὶ καταφθοράν. καὶ λέγει μοι. Ἄκουε, φησίν. Ἃ εἶδες πρόβατα ἱλαρὰ καὶ σκιρτῶντα, ἕτοί εἰσιν οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς τέλος, καὶ παραδεδωκότες ἑαυτοὺς ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἐν τούτοις οὖν μετάνοια ζωῆς ἐστιν, ὅτι καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοὺς βλασφημεῖται. Τῶν τοιούτων ζωὴ θάνατός ἐστιν. Ἃ δὲ εἶδες μὴ σκιρτῶντα, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ βοσκόμενα, ἕτοί εἰσιν οἱ παραδεδωκότες μὲν τῇ τρυφῇ καὶ ἀπάτῃ ἑαυτοὺς, εἰς δὲ τὸν Κύριον μὴ βλασφημήσαντες. ἕτοι ἐν καταφθαρμένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας. Ἐν τούτοις ἐλπὶς ὑπὲρ μετανοίας, ἐν ᾗ δύνανται ζῆσαι. Ἡ καταφθορὰ ἐν ἐλπίδα ἔχει ἀναστάσεως ἕως ἑνός. ὁ δὲ θάνατος ἀπώλειαν ἔχει αἰώνιον. Πάλιν προέβημεν μικρὸν, καὶ δείκνυσί μοι ἕτερον ποιμένα μέγαν, ὡς ἄγγελον τῇ ἰδέᾳ, περικείμενον δέρμα αἰγίου λευκὸν καὶ πήραν τινὰ εἶχεν ἐπὶ τὸν ὦμον, καὶ ῥάβδον σκληρὰν λίαν καὶ ὄζους ἔχουσαν, καὶ τὸ βλέμμα εἶχεν πικρὸν, ὥστε φοβηθῆναί με αὐτόν. ὅτος ὃν ὁ ποιμὴν παρελάμβανε τὰ πρόβατα ἀπὸ τοῦ ποιμένος τοῦ πρώτου τοῦ νεανίσκου, ἐκεῖνα τὰ παταλῶντα καὶ τρυφῶντα, μὴ σκιρτῶντα δέ, καὶ ἔβαλλεν αὐτὰ εἰς τινὰ τόπον κρημνώδη καὶ ἀκανθώδη καὶ περιβολώδη, ὥστε ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν καὶ

viscuntur enim mandata Dei vivi, & in luxuriis converſantur & deliciis vanis; & corrumpuntur ab hoc Nuncio malo aliqui usque ad mortem, aliqui vero usque ad defectionem. Dico ei: Domine, non intelligo quid ſit *ad mortem*, & quid *ad defectionem*. Audi, inquit. Quæcunque pecora vidiſti valde læta & exſultantia; ii ſunt, qui in perpetuum à Deo diſceſſerunt, & tradiderunt ſe deſideriis hujus ſeculi. Iis ergo non eſt per pœnitentiam regreſſus ad vitam: quoniam quidem adjecerunt ad reliqua delicta ſua, & nomen Domini nefandis infectati ſunt verbis. Hujusmodi homines morti ſunt deſtinati. Quæ vero vidiſti pecora non exſultantia ſed uno loco veſcentia, ii ſunt, qui tradiderunt ſe quidem deliciis ac voluptatibus, nihil vero nefandum in Dominum locuti ſunt. Hi igitur non defecerunt à veritate; ideoque repoſitam adhuc habent ſpem vitæ in pœnitentia. Defectio enim habet ſpem aliquam redintegrationis; mors vero perpetuo tenetur interitu. Rurſum progreſſi ſumus paululum; & oſtendit mihi paſtorem magnum, & velut agreſtem figuram habentem, amictum pelle alba caprina, peram geſtantem in humero, & manu virgam nodoſam, & valde duram, & flagellum in manu; aſpectum autem tru-

τρι-

2011 Ministerio de Cultura

περιβόλων μὴ δύναθαι ἐκπολέξαι τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἐμπολέκεθαι ταῖς ἀκάνθαις καὶ περιβόλοις, καὶ λίαν ἐταλαι πώρουν δαιρόμενα ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὧδε κἀκεῖ πολιέλαυνεν αὐτά, καὶ ὅλως ἀνάπαυσιν αὐτοῖς οὐκ ἐδίδου, ἀλλὰ ἴσαντο.

cem, & ſævum habebat, ut poſſet terrere aliquos; talis erat aſpectus ejus. Hic ergo accipiebat ab illo juvene paſtore ea pecora, quæ delicias quidem agebant, ſed non exſultabant, & compellebat ea in præcipitem locum quendam, ac ſpinoſum, tribulisque confertum, usque adeo ut de ſpinis, & tribulis ſe non poſſent explicare; ſed implicita ibi paſcebantur ſpinis & tribulis: & graves cruciatus experiebantur ex verbis ejus: agebat enim ea, & nec conſiſtendi eis locum ante tempus permittebat.

Ibidem §. III.

Βλέπων οὖν αὐτὰ ἐγὼ ὅτως μαστιζώμενα καὶ ταλαιπωρουμένα, ἐλυπούμην ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι ὅτως ἐβασανίζοντο, καὶ ἀνοχὴν ὅλως οὐκ εἶχον: Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ μετ' ἐμοῦ λαλοῦντι. Κύριε, τίς ἐστιν ὅτος ὁ ποιμὴν ὁ ἀπλαγχνος καὶ πικρός; καὶ λέγει μοι, ὅτός ἐστιν ὁ ἄγγελος τῆς τιμωρίας. Ἐκ τῶν ἀγγέλων ἐστὶν, πεπαγμένος ἐπὶ τῆς τιμωρίας. Παραλαμβάνει οὖν τοὺς ἀποπλανηθέντας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πορευθέντας ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν, καὶ τιμωρεῖται αὐτούς, καθὼς ἄξιοί εἰσιν, δεινοῖς καὶ ποικίλαις τιμωρίαις. Λέγω αὐτῷ. ἤθελον γνῶναι, Κύριε, τὰς ποικίλας ταύτας τιμωρίας ποταπαί εἰσιν. Ἄκουε, φησίν. Αἱ ποικίλαι τιμωρίαι καὶ βάσανοι, βιωτικαί εἰσιν βάσανοι. Ἐπὰν γὰρ ἀποστῶσι τοῦ Θεοῦ, νομίζοντες ἐν ἀναπαύσει

Cum viderem ergo ſic ea flagellari, & miſerias experiri; dolebam pro eis, quia valde cruciabantur; nec ulla requies eis dabatur. Dico ad Paſtorem illum, qui erat mecum: Quis eſt, Domine, hic Paſtor tam implacabilis, & tam amarus, qui nullo modo miſeratione movetur ad verſus hæc pecora? Hic, inquit, Paſtor, pro juſtis quidem Nuncius eſt, ſed præpoſitus pœnæ. Huic ergo traduntur, qui à Deo aberraverunt & ſervierunt deſideriis ac voluptatibus ſeculi hujus. Punit ergo eos, ſicut meruit unusquisque eorum, ſævis variisque pœnis. Vellem, inquam, noſſe Domine, varias has pœnas, cujusmodi ſunt. Audi, inquit: Variæ pœnæ atque tor-

2011 Ministerio de Cultura

εἶναι καὶ πολύτῳ, ὅτε πιεωρῶνται οἱ μὲν ζημιούμενοι, οἱ δὲ ὑστερούμενοι, οἱ δὲ ἀσθενείαις ποικίλαις περιπίπτοντες, ἄλλοι δὲν ἀκαταστασίαις, ἕτεροι ὑβριζόμενοι ὑπὸ ἐλαττόνων, καὶ ἑτέραις ποικίλαις πράξεσι. Πολλοὶ γὰρ ἀκαταστάτως ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἐπιβάλλοντες εἰς πολλὰ πράγματα, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ὅλως ἐπιβαίνει, καὶ δυσχεραίνουσιν, καὶ διαγινώσκουσιν, ὅτι διὰ τὰ πονηρὰ ἃ ἔπραξαν, οὐκ εὐοδοῦνται, καὶ λοιπὸν αἰτιῶνται τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ἀνέχονται τὰς λοιπὰς ἡμέρας αὐτῶν, ἐπιστρέψαντες δουλεύουσι τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. Ἂν δὲ μετανοήσωσι καὶ ἀναπήψωσι, τότε σωθήσονται ὅτι διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν τὰ πονηρὰ οὐκ εὐοδοῦντο, καὶ ὅτως δοξάζουσι τὸν Κύριον, ὅτι δίκαιός ἐστιν καὶ δικαίως ἔπαθον, καὶ ἐπαισθήσονται κατὰ τὰς πράξεις αὐτῶν.

menta hæc ſunt, homines quotidie in vita ſua patiuntur. Alii enim detrimenta patiuntur; alii diverſas acrimonias; quidam inconſtantiam; alii injurias ab indignis patientes, multaque alia exercitia & incommoda. Plurimi enim inconſtanti conſilio multa conantur, nec quicquam conducit eis, & dicunt in actibus ſuis ſucceſſum ſe non habere. Succurrunt iis ea quæ nequiter fecerunt, & Dominum cauſantur. Cum igitur perpeſſi fuerint omnem vexationem, & omne incommodum, tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem, & firmantur in fide Domini, & per reliquos dies vitæ ſerviunt Domino mente pura. Et cum cœperint delictorum agere pœnitentiam, tunc aſcendunt in præcordia eorum opera ſua, in quibus ſe nequiter exercuerunt; & tunc dant Deo honorem, dicentes juſtum judicem eum eſſe, meritoque ſe omnia eſſe perpeſſos juxta facta ſua.

Ibidem §. IV.

Ἄκουε οὖν ἀμφοτέρων τὴν δύναμιν, τῆς τρυφῆς καὶ τῆς βασάνου. Τῆς τρυφῆς καὶ τῆς ἀπάτης ὁ χρόνος ὥρας ἔχει μίας, τῆς δὲ βασάνου ὥραν τριάκοντα ἡμερῶν δύναμιν ἔχουσαν. Ἐὰν οὖν μίαν ἡμέραν τις τρυφήσῃ καὶ* ἀπαυ-

Audi, inquit, quanta ſit vis utriusque, dulcedinis ac voluptatis. Dulcedinis una hora ſuo ſpatio terminatur: pœnæ vero una hora triginta dierum vim poſſidet. Quicunque igitur uno die

τη-

* Leg. ἀπατηθῇ.

2011 Ministério de Cultura

τηθῇ, μίαν ᾗ ἡμέραν βασανισθῇ, ἐνιαυτὸν] ὁλοκλήρου ἰσχὺν ἔχει ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῆς βασάνου. Ὅσας ἂν ἡμέρας τρυφήσῃ τις, τοσούτους ἐνιαυτοὺς βασανισθήσεται. Βλέπεις ἂν ὅτι [τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος ὀλίγός ἐστιν, τῆς ᾗ τιμωρίας καὶ βασάνου πολύς. Ὁ τρυφῶν καὶ ἀπατώμενος καὶ πράσσων ἃ βέλεται, πολλὴν ἀφροσύνην ἐνδέδυται, ἀντὶ ᾗ τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἑκάστης ἡμέρας, ἀποτίσει βάσανον μεγάλην, ἐνιαυτὸν τῇ ἡμέρᾳ.

perceperit fallacem dulcedinem ac voluptatem, unoque die cruciatus ſit, anni ſpatium dies cruciatus ejus valebit. Ita quot dies perceperit quisque voluptatem, totidem annis cruciatur. Vides igitur, inquit, exiguum eſſe tempus mundanæ dulcedinis ac voluptatis; pœnæ vero, tormentorumque amplius.

Ibidem §. V.

Pag. 263. Καὶ λέγω τῷ Ἀγγέλῳ. Ποῖαι τρυφαί εἰσι βλαβεραί, λέγε μοι. Πᾶσα πρᾶξις σαρκικὴ τρυφή ἐστιν, ὅτι ἡδέως ποιεῖ αὐτήν. Ὁ ᾗ ὀξύχολος τῷ ἑαυτοῦ πάθει τὸ ἱκανὸν ποιῶν τρυφᾷ, ὁμοίως καὶ ὁ μοιχὸς καὶ ὁ μέθυσος καὶ ὁ καταλάλος, καὶ ὁ ψεύστης, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἀποστερητὴς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Τρυφῶσι ᾗ ἐν τῇ αὐτῶν πράξει. Αὗται ᾗ αἱ πράξεις βλαβεραί εἰσι τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ ᾗ καὶ τρυφαὶ σώζουσαι τοὺς ἀνθρώπους. Πολλοὶ γὰρ ἀγαθὰ ἐργαζόμενοι τρυφῶσιν: αὕτη οὖν ἡ τρυφὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ ποιεῖται ζωήν, αἱ ᾗ πεφυρημέναι τρυφαὶ βάσανον.

Dixi ei: quæ ſunt, Domine, voluptates noxiæ? Omni, inquit, homini voluptas eſt, quodcunque libenter facit. Etenim iracundus ſatisfaciens moribus ſuis, percipit voluptatem ſuam; & adulter & ebrioſus, & detractor, & mendax, & cupidus, & fraudator, & quicunque iis ſimile aliquid admittit, morbo ſuo parens, percipit ex ea re voluptatem. Hæ omnes dulcedines ac voluptates noxiæ ſunt ſervis Dei. Propter has itaque cruciantur & patiuntur pœnas. Sunt enim voluptates ſalutem hominibus afferentes. Multi enim opera bonitatis facientes percipiunt voluptatem dulcedine ſua tracti. Hæc ergo voluptas utilis eſt ſervis Dei, & vitam parat hujusmodi hominibus. Illæ vero noxiæ, quæ ſupra dictæ ſunt, tormenta & pœnas pariunt.

2011 Ministerio de Cultura

X. S. Hermæ Editiones.

Prima Jac. Fabri Stapulenſis, Pariſ. 1513. fol. apud Henr. Stephanum avum.

Nic. Gerbelii. Argentorat. 1522. apud Jo. Schottum. 4.

In Orthodoxographis Jo. Heroldi. * Baſil. 1555. & Jo. Jac. Grynæi 1569. fol.

In Bibliothecis Patrum T. 3. Pariſ. 1575. T. 5. 1589. 1610. 1644. 1654. T. 1. Colon. 1618. & Lugd. 1677. fol.

Cum notis Caſp. Barthii, poſt Claudiani Mamerti libros 3. de ſtatu animæ, Greg. Thaumaturgi de anima libellum ex verſione Ger. Voſſii & incerti Philoſophi Chriſtiani celebres de anima opiniones, ex Jo. Tarini verſione, Cygneæ 1655. 8. ſubjecto libello Paciani de pœnitentia.

Cum notis Jo. Baptiſtæ Cotelerii, inter Patres Apoſtolicos, Pariſ. 1672. fol.

Ex recenſione & cum notis Jo. Felli Oxonienſis Epiſcopi Oxon. 1685. 12. una cum Barnaba.

Cum notis Cotelerii & Felli in nova Patrum Apoſtolicor. editione â Jo. Clerico curata Amſt. 1698. fol.

Belgice, quam verſionem ex Zvvickero memorat. B. Ittigius.

Anglice Guil. Wakeo interprete Lond. 1693. & 1710. 8. cum Epiſtolis Clementis, Barnabæ, Ignatii ac Polycarpi.

Plura de Herma, quem Philippenſium Epiſcopum nonnulli incerta fide tradunt, præter jam laudatos Henſchenius IX. Maji T. 2. p. 360. Sam. Baſnage ad A. C. 157. Elias du Pin, Tillemontius in Memoriis Eccleſ. Nourrius in Apparatu, diſſ. l. 4. aliiq; de Hiſtoria & monumentis Eccleſiaſticis ſcriptores, inprimis Ittigius ὁμαχαιρίτης in diſſ. de patribus Apoſtolicis p. 184-206. & in ſelectis Hiſt. Eccleſ. Sec. I. capitibus p. 65. ſeq. & p. 155-179. quo poſtremo loco de doctrina in Hermæ libris contenta erudite diſſerit. Alius Hermes præfectus Urbis, ſub Trajano memoratur in Actis Martyrii S. Alexandri I. Romæ Epiſcopi à quo cum uxore & ſorore & filiis & 1250. ſervis uxoribusque & filiis eorum

* Hinc Labbei error, qui in Hæreſiologia editum Hermam falſo tradit. Nimirum ab Heroldo editum Hermam legerat vel meminerat, at non in Hæreſiologia Heroldi verum in ejus Orthodoxographis Hermas occurrit. Labbeum ſecutus Nourrius p. 61.

2011 Ministerio de Cultura

rum baptizatus esse legitur. Vide Acta Sanctor. ad 3. Maji T. 1. p. 371. 373. & 375. ubi Papebrochius notat Acta illa Alexandri, quæ ille latine edidit, exstare in Bibl. Ambrosiana Mediolani Græce reddita, sub Vita titulo S. Hermetis.

XI. Acta Praxedis Virginis, sororisque Pudentianæ & fratrum SS. Novati ac Timothei patrisq; Pudentis Senatoris, quæ præmissa Pastoris Presbyteri ad Timotheum & Timothei ad Pastorem Epistola ediderunt, & Hermæ, Pii Pontificis fratri tribuunt Baronius T. 2. Annal. & Henschenius Act. Sanctor. 19. Maj. indigna esse fide probat Tillemontius T. 2 Memor. Eccles. parte 2. p. 528. seqq. Pastoris cujusdam Episcopi libellum in modum Symboli, memorat Gennadius de script. Eccles. c. 76. Plures Pastores Martyres celebrant Martyrologia. Cæterum de Pœmandro & aliis scriptis sub Hermetis trismegisti nomine ambulantibus, quæ Hermæ Apostolico parum verisimiliter tribuit Sandius in nucleo Hist. Eccles. p. 56. dixi libro 1. c. 7. seq.

XII. DE S. CLEMENTIS Romani Episcopi Epistola ad Corinthios stante adhuc templo, ante Hermæ Pastorem, & Epistolam Barnabæ ut videtur scripta, Epistolaque quæ eidem Clementi tribuitur altera ac vere posteriore dixi l. IV. c. V. §. 14. Nunc de scriptis Clementi suppositis nonnulla subjungere juvat. Nam de Clemente ipso cui circa A. C. 83. Evaristus in Romanæ Ecclesiæ Episcopatu successit, videri possunt Cotelerius in Patribus Apostolicis (qui a) Martyrium etiam Clementis è *Sim. Metaphraste* ad 23. Nov. & *Ephræmi Chersonis Episcopi* Homiliam de miraculo quodam Clementis, Græce & Lat. edidit: alterum etiam ejusdem si nancisci potuisset tractatum additurus memoratum Allatio, & incipientem sic: ἐξελθόντος Φιλίππου τοῦ Ἀποστόλου τῆς Γαλιλαίας.) Caveus in Vitis Patrum & Tillemontius in Tomo 2. memor. Histor. Eccles. videri poterit Philippus Rondininus Faventinus libris duobus b) de S. Clemente Papa & Martyre, ejusque in urbe Roma basilica. Rom. 1706. 4.

Ka-

a) Martyrem Clementem vix quisquam vocat ante Rufinum: unde martyrium ejus in dubium vocat Dodwellus ad Pearsonii Opera posthuma p. 213. seqq Certe Narratio illa quam latine post alios ediderat Lazius 1551. cum Abdia, & Surius 23. Nov. exiguam fidem meretur, licet ejusmodi Acta Clementis legit etiam Gregor. Turonensis de gloria Martyrum c. 35. incertum an habuerit illa Clementis Papæ gesta, quæ à *Jo. Diacono* Romano (circa extremum seculi IX.) scripta testatur Sigebertus de Script. Eccles. c. 106.

b) Acta Eruditor. T. 4. supplem. p. 140.

2011 Ministerio de Cultura

Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, *SS. Apostolorum Canones* LXXXV. quos *Joh. Zonaræ, Theodori Balsamonis* & *Alexii Aristeni* scholiis illustratos Græce & latine cum notis eruditis edidit *Guil. Beveregius* in Pandectis Canonum, sive magno Synodico, Oxon. 1672. fol. Occurrunt & in Patribus Apostolicis *Cotelerii*, qui præter novam versionem suam notasque addidit veterem interpretationem *Dionysii Exigui*, sed is Dionysius cum aliis antiquis latinis tantum Canones quinquaginta (qui prioribus Græcis 42. respondent) agnoscit. Qua de re uti de variis Canonum horum editionibus vide B. Ittigii Appendicem de hæresiarchis Apostolicæ ætatis p. 161. seq. In editione Patrum Coteleriano-rum Amstelodamensi additæ etiam sunt jam laudatæ à me Beveregii notæ. Græce Canones Apostolicos ad Calcem Novellarum Justiniani subjunxit Georgius Haloander, & latine vertit Norimb. 1531. fol. Clausulam à verbis ταῦτα ὃ καὶ Κανόνων διαπεπάχθω ὑμῖν παρ' ὑμῶν ὦ Ἐπίσκοποι, in Turriani edit. & Græco Latina Gesneri Tiguri 1559. fol. obviam, addidit quoque è MS. Augustano Elias Ehingerus qui Canones Apostolor. cum aliis Conciliorum Canonibus Græce & Lat. edidit 1614 4. Eandem in pluribus Codicibus Græcis reperit Coteleri-us, quemadmodum & extat in *Arabica* versione.

Hosce Canones, qui Constitutionum Apostolicarum libris subjici solent, Apostolis auctoribus editos & à Clemente Romano collectos esse multi sibi persuaserunt, pro qua sententia præcipue militant *Franciscus Turrianus* libro primo integro contra Magdeburgenses pro Canonibus Apost. & decretalibus Pontificum Florent. 1572. fol. & novissime *Antonius de Castrovillare*, c) Ord. Minor. S. Francisci de Paula in diss. historico Chronologica & dogmatica pro quinquaginta Canonibus Apostolicis, Rom. 1697. 4.

Illam sententiam ante Natalem Alexandrum sec. I. diss. 18. cui potissimum Castrovillarius respondere studet, validissimis rationibus oppugnavit *Jo. Dallæus* libro tertio de Pseudepigraphis Apostolicis. Hardervic. 1653. 8. Sed nimis videtur ipse in alteram partem (canonum illorum antiquitatem deprimere, dum ad quintum & tantum non sextum

c) Vide Acta Erud. A. 1697. p. 523. & Ittigii diss. de Patribus Apostol. p. 212. seq ubi Castrovillarium refellit. Prodiit etiam adversus Canonum Apostolicorum auctoritatem & antiquitatem dissertatio Historico Theologica *D. Jo. Pauli Hebenstreitii*. Jenæ 1701. 4. Cæterum Animadversiones in hos Apostolicos Canones quæ Gallice Ludovico Thomasino ut ajunt auctore prodierunt Antwerpiæ 1698. 8. haud vidi. Canones quos sub Apostolorum nomine legunt Habessini, vide si placet apud Ludolfum Commentar. ad Hist. Æthiopic. p. 304. seqq. Æthiopice & Latine.

2011 Ministerio de Cultura

tum ſæculum illos rejicit, cum veriſimillimis argumentis nixa ſit opinio, cui lubens aſſentior, virorum præclarorum, qui ſæculo jam tertio canones illos ſynodicos Apoſtolicarum, ſive Apoſtolicæ doctrinæ adhærentium Eccleſiarum, editos fuiſſe ſibi perſuadent. Confer ſi placet quæ pro illa ſententia diſputant Petrus de Marca III. 2. de concordia ſacerdot. & Imperii, Schelſtratenus in Antiquitate illuſtrata p. 263. ſeq. Pearſonius parte 1. Vindic. Ignatii c. 4. ac præcipue Guil. *Beveregius* ſuis ad Canones Animadverſionibus, adverſus quem cum Matthæus Larroquanus vir & ipſe doctus ad calcem ſuarum ad Pearſonianas Ignatii Vindicias obſervationum Rothomag. 1674. 8. Dallæi ſententiam tueri conatus eſſet, idem Beveregius doctiſſimo opere quod Codicem Canonum Eccleſiæ privitivæ vindicatum inſcripſit, & Londini 1678. 4. edidit, pluribus argumentis eandem evertit. Recuſus eſt ille Codex Canonum vindicatus in Amſtelodamenſi Patrum Cotelerianorum editione.

Omitto *novem Canones*, quos velut ab Apoſtolis in Concilio Antiocheno conſignatos, è Codice Græco quem Pamphili Martyris fuiſſe tradit, vulgavit Turrianus lib. 1. contra Magdeburgenſes c. 25. Baronius ad A. C. 102. n. 19. & Binius T. 1. Concilior. pluribusque argumentis explodunt Pagius ad A. C. 56. (Baronii 58. Num. 118.) & Natalis Alex. Sec. I. diſſ. 20. atque ante utrumque Dallæus III. 22. ſqq. de Pſeudepigraphis Apoſtolicis.

2. Διαταγαὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, διὰ Κλήμεντος, ἤ Ῥωμαίων Ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου Καθολικὴ διδασκαλία, ſive *Conſtitutionum Apoſtolicarum libri VIII.* quos Photio olim Cod. 112. laudatos primus è tribus Codd. MSS. d) Calabro, Siculo ac Cretenſi *Græce* cum prolegomenis & explanationibus Apologeticis Græce à ſe ſcriptis edidit *Franciſcus Turrianus* S. I. Venet. 1563. 4. ex officina Jordani Zileti.

Latine poſt lacinias quasdam ſive Epitomen è MS. Cretenſi excerptam verſamque, à *Carolo Capellio*, *Veneto* Ingolſtad. 1546. atque inde in poſteriore Conciliorum editione Crabbiana ſive Petri Crabbe Colon. A. 1551. editam, prodierunt libri VIII. interprete *Jo. Carolo Bovio*, e) Epiſcopo Oſtunenſi, Venet. eodem Anno 1563. 4. Paris 1564. 8. & inter S. Clementis opera ibid. 1568. Colon. 1569. fol.

E atque

d) Alii MSS. Codices in Bibl. Cæſarea occurrunt. Vide Neſſelium part. V. p. 20. ſqq. 129. & 138. Eclogas Codicis Mazariniani (jam Regii) laudat Cotelerius.

e) Vide Leonardi Nicodemi additiones ad Nicolai Toppi Bibl. Neapolitanam p. 119. Ittigii appendic. ad diſſ. de Hæreſiarch. p. 190. ſeqq.

2011 Ministerio de Cultura

atque in edit. Conciliorum Suriana Colon. 1567. fol. Deinde ex *Turriani* verſione cum ejus ſcholiis & obſervationibus, Antvverp. 1578. apud Plantin. fol. & in Conciliorum editionibus Dominici Nicolini Venet. 1585. & Severini Binii Colon. 1606. fol. *Græce & Latine* cum *Turriani* verſione recudi curavit Fronto Ducæus ad calcem Canonum Apoſtolorum & Concilior. commentariis Jo. Zonaræ illuſtratorum Pariſ. 1618. fol. atque inde Labbeus T. 1. Concilior. Pariſ. 1672. fol. Denique cum verſione & notis eruditis *Cotelerii* viderunt lucem inter Patres Apoſtolicos Pariſ. eodem anno 1672. & Amſt. 1698. fol.

Has Conſtitutiones quibus Apoſtolicam ætatem tribuunt Turrianus, Boviusque, longe recentiores eſſe, ac Clementi Rom. ſuppoſitas probant, ne alios jam allegem Jo. Dallæus libro 1. ac 2. de Pſeudepigraphis Apoſtolicis, & Natalis Alex. Sec. 1. diſſ. 18. Vide etiam Ittigii & μακαρίτε appendicem ad diſſ. de Hæreſiarchis p. 199. ſeqq. ubi ad teſtimonia veterum pro Conſtitutionibus à Turriano allegata reſpondet. Videtur autem Opus hoc non diu ante Euſebium * eſſe ſub Clementis editum nomine, ac conflatum ex variis ſecundi & tertii ſæculi conſtitutionibus Eccleſiaſticis, διδασκαλίαις, διδαχαῖς, διατάξεσι f) quæ Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum Clementis, Ignatii Polycarpi, Hippolyti nominibus ferebantur olim incerta fide, & in antiquis ſtichometriis memorantur, atque ex parte etiam hoc nomine in Bibliothecis ut Cæſarea g) & Bodlejana ſuperſunt manu exaratæ. Canones Apoſtolorum vocat auctor Operis imperfecti in Matthæum, ad VI. 3. & XXV. 18. ubi librum octavum allegat, & ad V. 22. *ſicut Apoſtoli in Canonicis ſuis interpretantur.* Fuiſſe tamen olim Apoſtolicarum διατάξεων nomine celebres, quæ in his octo libris longe aliter leguntur h) patet vel ex Epiphanii LXX. 10. quem locum reſpicit ubi Apoſtolicam conſtitutionem laudat Apologia Auguſtanæ Confeſſ. i) Itaque ab Heterodoxis interpolatas Conſtitutiones jam olim conqueſti ſunt Patres Trullani Canone 2.

3. Ἀνα-

* Opera πολύσιχα χθὲς καὶ πρώην Clementi ſuppoſita teſtatur Euſebius III. 38. Hiſt. Petri & Apionis dialogos ibi commemorans.

f) Uſſer. c. 7. prolegom. ad Ignat. Pearſon l. Vindic. Ignat. c 4. Steph. le Moyne not. ad Varia ſacra p. 1072. & Grabe ſpicileg. Patrum T. 1. p. 40 ſeqq.

g) Vide Neſſelium part. V Catalog. MSS p. 20. Grabe p. 285. ſeq.

h) Uſſer. prolegomen. ad Ignat. c. 9.

i) Loc. IV. de Eccleſia p. 154. adde Ittigii diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 220. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

3. Ἀναγνωρισμὸς k) *Recognitionum libri X.* qui latine tantum ex verſione *Rufini* exſtant, quam in Gaudentii ille Epiſcopi Brixienſis gratiam compoſuit. *Paulinum* Nolanum ex Epiſt. 47. ad Rufin. itidem Clementis interpretationem conſtat aggreſſum, ſed non videtur ultimam illi manum impoſuiſſe. Teſtimoniis Origenis, Euſebii & aliorum Veterum de hoc opere, quæ diligentiſſime ut ſolet Cotelerius collegit, adde quod illud reſpicere videtur auctor l) Conſtitutionum Apoſtol. VI. 8. tum Sozomenus libro & capite primo m) ubi Clementem inter Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores principe loco nominat: laudatur & ab Iſidoro Hiſpalenſi, lib. de natura rerum c. 17. & 31. atque Originum lib. 3. c. 50. Neque aliud, puto, eſt *Itinerarium Apoſtolorum* quod ab Iconoclaſtis jactatum rejicitur Concil. VII. Act. 5. plerique περιόδους *Petri* vel *Clementis*, alii κηρύγματα, πρὸς Σίμωνα τὸν Μάγον διαλέξεις, πράξεις ſive *Acta* vocant, & Græce adhuc ſub ἀναγνωρισμῶν titulo legit Photius Cod. 113. licet Petavius lib. 1. de Trinitate c. 3. §. ult. putat Photium longe depravatiorem editionem recognitionum vidiſſe, quam quæ hodie ſupereſt: forte enim Rufinus, ut conſuevit facere, inter interpretandum quædam emollivit atque interpolavit, alia omiſit. Unde Ebioniſmi ab Epiphanio obſervati pauca admodum * in hodiernis veſtigia. Cæterum falluntur Viri docti n) qui præfationem Rufini quæ præmittitur recognitionum libris, ſuppoſitam eſſe ſibi perſuadent: gravius etiam hallucinatus Anaſtaſius Bibliothecarius o) qui verba Rufini: ut *Clementem noſtræ linguæ redderemus*, ita accepit, ac ſi recognitiones latine ſcriptæ primum fuiſſent, deinde amiſſæ atque à Rufino demum irerum è Græco in Latinam linguam reſtitutæ. *Bardeſanem* vero hæreticum auctorem eſſe recognitionum

k) In Rufini præf. pro ἀναγνώσεων, legendum ἀναγνωρισμῶν ex Rufino ipſo de adulteratione librorum Origenis, & Photio. Cod. 113. Titulus exinde eſt, quod in illo opere inter alia narratur quomodo Clemens & pater ejus atque alii fratres ſe iterum recognoſcunt.

l) Confer Grabii ſpicileg. T. 1. p. 283. ſeq.

m) Valeſ. ad paginam 401. Sozomeni. Cæterum fuit & alius Clemens Hiſtoricus & Chronographus Suidæ, Johanni Malalæ, Etymologo & Anonymo Combefiſiano in Originibus CPol. laudatus, qui de Imperatoribus Romanis ſcripſit, & ſæculo quarto vixiſſe videtur.

* Grabe ſpicileg. T. 1. p. 279. ſeq.

n) Sixtus Senenſis lib. 2. Bibl. S. ubi de Clemente: Bellarminus de Script. Eccleſ. & Jo. Rainoldus in Cenſura Apocryphorum T. 1. p. 108.

o) Anaſtaſius Epiſt. ad Johannem Diaconum Collectaneis à Sirmondo editis præmiſſâ, T. 3. Opp. Sirmondi p. 472. Huetius Anaſtaſium ſecutus p. 246. libri de claris Interpretibus.

2011 Ministerio de Cultura

ut vir doctiſſimus p) ſuſpicatur, vel ideo non crediderim, quia fragmentum inſigne quod libro nono recognitionum §. 17. ſqq. inſertum eſt, ex dialogo Bardeſanis de fato producit Euſebius VI. 10. præparat. Potius hinc colligas auctorem recognitionum quisquis fuit Bardeſane juniorem q) locaque varia ex aliis ſcriptoribus operi ſuo illis non nominatis intexuiſſe, quemadmodum partem ejusdem loci Bardeſanei Cæſarius dialogo ſecundo inſeruit, nec Bardeſanem nec recognitiones de nomine allegavit. Clariſſ. Nourrii porro verba p. 222. Apparatûs ad Bibliothecam Patrum, emendatione indigent: *Bardeſanes Syrus fragmentum non minus prolixum* (è recognitionum libris) *in ſuum adverſus Marcionem librum tranſtulit. Nam Bardeſanes ille hunc eundem librum ſub Soteris Pontificatu paullo poſt ſecundum ſæculum medium Antonino Imperatori nuncupavit. Jam ergo pervulgati erant illi recognitionum Clementinarum libri.* Nam primum non conſtat dialogum de fato compoſitum fuiſſe contra Marcionem: Deinde p. 221. rectius ſcripſerat iple Nourrius: *in recognitionibus reperiri fragmentum ex libro Bardeſanis Syri adverſus Abydam Aſtrologum edito, totidem verbis transſcriptum.* Notabis etiam Xaverium in Hiſtoriam S. Petri Apoſtoli, quam Perſice ſcripſit, nonnulla ex recognitionibus inſeruiſſe, de quo vide Ludovici de Dieu notas p. 112. ſeq.

Primus hos libros è Rufini verſione edidit *Jo. Sichardus*, Baſil. 1526. fol. cum ſpuriis Epiſtolis decretalibus Pontificum. Hinc viderunt lucem Pariſiis 1541. fol. 1568. 8. &c. Exſtant & inter alia Clementina ex recenſione *Lamberti Gruteri* Venradii, cum ejusdem ſcholiis Colon. 1569. fol. quo in volumine poſt recognitiones ſequuntur Canones Apoſtol. cum duplici verſione Dionyſii Exigui vetere & nova Greg. Haloandri: Conſtitutiones Apoſtolorum ex Bovii verſione cum ejusdem ſcholiis: Epiſtolæ decretales Pontificum, Epitome hiſtoriæ Clementinæ de geſtis Petri ex Joach. Perionii verſione: Epiſtolæ Ignatii ex edit. Symphoriani Champerii, S. Polycarpi Epiſtola, cum duabus Martiali Lemovicenſi ſuppoſitis; Conſtantini M. Confeſſio & edictum, Canonesque Conciliorum Nicæni, CPolitani, Ephèſini & Chalcedonenſis. &c. Recuſæ etiam Recognitiones cum Lamberti præfat. & ſcholiis ſunt in Bibliotheca Patrum edit. Lugdunenſis 1677. Tomo II. Sed præſtantiſſima haud dubie operis hujus editio

p) Guil. Cave in Vita Clementis §. 11. T. 1. p. 211. ſqq. & in Hiſt. literaria, ubi de Clemente, & Bardeſane.

q) Dodwell. p 413. diſſ. VI ad Irenæum & Grabe T. 1, ſpicileg. p. 278. qui Græca Bardeſanis cum latinis in recognitionum Opere, confert p. 290-299.

2011 Ministerio de Cultura

edito debetur *Cotelerio*, qui in Patribus Apoſtolicis illud ex ſex MSS. Codicibus recenſuit, ſectionibus diſtinxit & doctis notis illuſtravit Pariſ. 1672. Amſt. 1698. fol. Addidit etiam ex tribus Codicibus capita decem libri tertii (à ſecundo ad undecimum) quæ in aliis MSS. & editionibus deſiderantur, forte quod illa Rufinus velut obſcuriora & Ebionitarum gemina argutiis vertere neglexerat. Sex illi Codices MSti quibus Cotelerius uſus eſt ſunt Regius, Sorbonicus, Thuanus, Petri Petiti & Carmelitarum diſcalceatorum. Præter hos Colbertinum ante annos quadringentos exaratum laudat Clariſſ. Nourrius p. 224. Fuit etiam noſtra ætate qui libros recognitionum *Germanice* verteret, quæ interpretatio cum Godfridi Arnoldi præfatione vidit lucem A. 1702. 8.

4. Τὰ Κλημέντια in Athanaſii Synopſi memorata, lectaque auctori Chronici Alex. ac Nicephoro Calliſto conſtabant viginti Homiliis ſive Colloquiis, quibus Pſeudo Petri ad Jacobum & altera ad eundem Jacobum Hieroſol. Epiſcopum Epiſtola Clementis r) nomine præmittitur, in qua opus iſtud vocatur Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν καὶ κηρυγμάτων ἐπιτομή. Homilias priores XVIII. & undevigeſimam altera parte mutilam primus ex Codice Regis Galliæ Græce edidit, verſioneque latina & notis illuſtravit Cotelerius. Valde corruptum illud exemplar fuiſſe queritur ad Homil. VI. 10. *ut ſi* inquit, *interdum ceſpitem, veniam ab æquo lectore poſſim ſperare.* Multa in hoc opere eadem quæ in recognitionibus, adeo ut pro altera recognitionum editione Rufino memorata habeat doctiſſius Caveus.

5. Breviorem ex hiſce *Epitomen* à *Simeone Metaphraſte* ut videtur compoſitam, cui etiam *vita Clementis* attexitur, primus Græce edidit *Adr. Turnebus* Pariſ. 1554. 4. adjuncta *Joach. Perionii* verſione, quæ legitur etiam inter Clementis ſcripta à Lamberto Grutero edita Coloniæ 1569. fol. Hanc epitomen cum tribus MSS. Bibl. Regiæ non parum inter ſe differentibus contulit, & cum nova ſua verſione Clementinis homiliis ſubjecit Cotelerius in laudata mihi jam toties Patrum Apoſtolicorum editione. Titulus eſt: Τοῦ ἐν τῶν πράξεων ἐπιδημιῶντα καὶ κηρυγμάτων τε ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου ἐπιτομή, ἐν ᾗ καὶ ὁ αὐτοῦ συμπεριλήπται βίος πρὸς Ἰάκωβον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων.

r) Hanc Clementis Epiſtolam vertit etiam Rufinus, cujus interpretationem cum veteri editione & MS. Codice collatam Cotelerius ſeparatim Græcolatinæ ſuæ editioni ſubjunxit. Teſtatur autem Photius Cod. 113. aliis recognitionum Codicibus Epiſtolam ſub Petri, aliis ſub Clementis nomine præfixam fuiſſe.

2011 Ministerio de Cultura

6. Clementis *Liturgia* ſive *de ritu Miſſæ*, Græce & latine ad calcem Liturgiæ S. Marco tributæ vulgata Pariſ. 1583. 8. eſt libri octavi Conſtitutionum Apoſtolicarum caput 5. cum ſequentibus, usque ad extremum capitis 15.

7. *Compendiolum fidei Chriſtianæ*, cum recognitionibus Clementis editum à Jo. Sichardo Baſil. 1526. fol. eſt lacinia ab Iſidoro Mercatore, qui Epiſtolas decretales Pontificum circa A. C. 790. ſupposuit, attexta Epiſtolæ ad Jacobum, quam à Rufino Latine verſam dixi. Vide Blondelli pſeudo Iſidorum p. 28. qui & cæteras *Epiſtolas quatuor decretales* Clementi tributas animadverſionibus ac cenſuris ſuis confixas addidit.

Scripta Pſeudo Clementis deperdita:

1. Priores *decem libri* ante recognitiones miſſi ad Jacobum, lib. V. c. ult. quorum argumentum traditur lib. III. c. 75. Primus ex his fuit *de Vero Propheta*, quem Cæſareâ miſiſſe ſe ait lib. 1. c. 17.
2. Sermones *de providentia & juſto DEI judicio.* Λόγοι περὶ προνοίας καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ, quorum primum allegat Anaſtaſius Antiochenus quæſt. 96.
3. *Revelationes B. Petri Apoſtoli* à diſcipulo ejus Clemente in unum volumen redactæ. Jacobus de Vitriaco Epiſcopus Acconenſis in Epiſtola ad Honorium III. in Spicilegio Dacheriano T. 8. p. 382. Confer quæ de Apocalypſi Petri notata à me ſunt in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 940. ſeq.
4. *Petri cum Apione* (Pliſtonico) *prolixa diſputatio*, Πέτρου καὶ Ἀπίωνος διάλογος Euſeb. III. 38. Hiſt. quem à recognitionibus Clementis recte diſtinguit Grabius T. 1. ſpicileg. p. 271. quique jam Nicephori Calliſti tempore intercidiſſe videtur, quoniam dubitat ille III. 18. Hiſt. an idem ſit cum Clementinis, de quibus paullo ante dixi homiliis.

XIII. S. IGNATIUS Nuranienſis (è Nura Sardiniæ civitate) * Evodii à Petro Apoſtolo ordinati ** in Epiſcopatu Antiocheno ſucceſſor,

* Abulpharajus p. 119 Tentzelii diſſ. ſelect part. 1. Exercitat de apophthegniate Ignatii ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσάυρωται, p. 47. Grabe T. 2. ſpicilegii Patrum p. 1.

** Etiam Ignatium S. Petri dextra ordinatum ſcribit Theodoritus Dialogo 1. ſed paſſus eſt S. Petrus ſub Nerone Imp. A. C. 66 à quo tempore ad martyrium Ignatii intercedunt Anni 50. De Evodio Vide Acta Sanctor. VI Maji T. 2. p. 98. & Caveum ad A. C. 44. atque Ittigium de patribus Apoſtolicis p. 97. ſeq. ubi Epiſtolam ſub ejus nomine, inſcriptam Φῶς, laudatamque Nicephoro II. 3. Hiſt. rejicit.

2011 Ministerio de Cultura

ceſſor, Martyrium paſſus A. C. 116. Trajani 19. ut demonſtrarunt Guil. Loydius Epiſcopus Aſaphenſis in diatriba edita à Pagio in Critica Baroniana ad A. C. 107. n. 4. ſeq. & ante eum Jo. Pearſonius in diſſ. poſtuma de anno quo S. Ignatius à Trajano Antiochiæ ad beſtias fuit condemnatus, quam poſt notas Pearſonii in Ignatium vulgavit Tho. Smithus p. 58. ſeq. Oxon. 1709. 4. Poſt condemnationem Antiochia Romam vinctus miſſus Ignatius eſt, quo in itinere, Euſebio III. 36. teſte, Epiſtolas ſcripſit ante Euſebium lectas Irenæo atque Origeni, deinde vero quam plurimis aliis, quorum teſtimoniis conſtat illas ipſas quas illi legerunt nos hodie tenere. Ordo Epiſtolarum ex Euſebii teſtimonio hic fuit: 1. *Ad Epheſios* 2. *ad Magneſios*. 3. *ad Trallenſes*. 4. *ad Romanos*. 5. *ad Philadelphienſes*. 6. *ad Smyrnenſes* & 7. *ad Polycarpum*, quam poſtremam ſine magna cauſa Uſſerius Vir præſtantiſſimus rejicit. Hieronymus ordinem neglexit, & Epiſtolas ſeptem enumerare contentus, promiſcue retulit. In Codice Mediceo Græco autem & veteri verſione latina hic eſt ordo: 1. *ad Smyrnæos*. 2. *ad Polycarpum*, 3. *ad Epheſios*, 4. *ad Magneſios*, 5. *ad Philadelphienſes*, 6. *ad Trallianos*. Nam *Epiſtola ad Romanos*, quia Actis Martyrii Ignatiani inſerta legitur, in illa collectione omiſſa eſt. Haſce vero Epiſtolas, prout ab Iſ. Voſſio Græce & Uſſerio latine primum ab interpolationibus liberæ editæ ſunt auctorem non mentiri, ſed genuinum ac pretioſum Antiquitatis Chriſtianæ monumentum eſſe, adverſus *Jo. Dallæum* a) (cujus pleraque & argumenta interpolatas ac ſpurias Ignatii Epiſtolas tangunt, Mediceo Codice tum nondum vulgato) *Dav. Blondellum*, b) *Claudium Salmaſium*, c) aliosque Viros doctiſſimos, certiſſimis argumentis probavit

a) Libro 2. de Dionyſii & Ignatii ſcriptis Genev. 1666. 4.

b) Lib de Epiſcopis & presbyteris, & Epiſtolis ad Iſ. Voſſium, quibus reſpondit Voſſius Epiſtolis ad Blondellum quæ Vindiciis Perſonianis ſubjiciuntur, ſimul etiam confutans quæ Edmundus Albertinus p. 283. lib. de Evchariſtia Epiſtolis Ignatii objecit.

c) Salmaſius in Apparatu de primatu Papæ p. 56. ſeq. & ſub Walonis Meſſalini nomine lib. de Epiſcopis & Presb. cujus quemadmodum & Blondelli objectionibus reſponderunt *Henr. Hammondus* diſſ. 2. de juribus Epiſcopatus Lond. 1651. 4. & *Dionyſ. Petarius* V. 8. dogm. Theol. de Hierarchia Eccleſiaſtica: Ut omittam quæ à Nourrio diſſ. VII apparatus Tillemontio, Natali Alex. & aliis in medium allata ſunt. Contra novas Jo. Oweni objectiones vindicavit ſe Hammondus in libro Anglico qui inſcribitur Anſwer to the animadverſions on the diſſertations touching Ignatius Epiſtles, and the Epiſcopacy in them aſſerted. Lond. 1654. 4. & Tomo ſecundo operum Hammodi, junctim excuſorum Lond. 1684. fol. quatuor Voluminibus.

2011 Ministerio de Cultura

lavit *Jo. Pearsonius* Episcopus Cestriensis in Vindiciis Ignatii, d) ut ei assentiri haud dubitem, licet Virdoctus *Matthæus Larroquanus* Rothomagensis Ecclesiastes in observationibus ad Ignatianas Pearsonii Vindicias filio Jo. Dallæo inscriptis, e) dispersas ac perofligatas Dallæi patris copias instaurare, etiam atque etiam fuit conatus.

Præter has septem Ignatii *ἐπιστολὰς θεοφόρου* Epistolas, solas Antiquitati primitivæ cognitas, non tantum exstant illæ eædem Epistolæ (à quo & quo tempore, ante A. C. 580. saltem, non sane constat) *interpolatæ*, (quas solas genuinas esse, alteras vero illas, quas sinceras esse dixi, ab Athanasio ** decurtatas, inauditum & incredibile *Wilhelmi Whistoni*, novi Arianorum in Anglia promachi paradoxon est singulari scripto nuper f) proditum magis quam demonstratum:) sed etiam *spuriæ* aliæ, antiquioribus scriptoribus ignotæ, *Græce* quidem *quinque*, 1. *ad Mariam* Castabalitidem sive Neapolitanam prope Zarbum (Ciliciæ hæc opida sunt) cujus & ipsius *Mariæ* nomine *Epistola ad Ignatium* fertur, latine primum ab Usserio & Græce ad Is. Vossio edita. 2. *Ad Tarsenses.* 3. *Ad Antiochenos.* *** 4. *Ad Heronem* Diaconum Antiochenum, & 5. *ad Philippenses*, *περὶ βαπτίσματος* &c. Ex his eidem Whistono genuinæ videntur scriptæ ad Tarsenses, ad Antiochenos, ad Heronem. Sed nulla hujus sententiæ suæ certa argumenta afferre potuit. Ordo Epistolarum in interpolatis Codicibus Augustano, Gesneriano, Colbertinis Nourrio p. 77. laudatis, aliisque hic est: 1. *Ad Mariam Castabalitidem.* 2. *ad Trallenses.* 3. *Ad Magnesios.* 4. *Ad Tarsenses.* 5. *Ad Philippenses.* 6. *Ad Philadelphienses.* 7. *Ad Smyrnæos.* 8. *Ad Polycarpum Smyrnæ Episcopum.* 9. *Ad Antiochenos.* 10. *Ad Heronem.* 11. *Ad Ephesios* & 12. *ad Romanos.* Deni-

d) Pearsonii Vindiciæ Ignatianæ prodierunt Cantabrig. 1672. 4. & Tomo secundo Patrum Apostolicorum Cotelerii subjectæ sunt in editione Amstelodamensi A. 1698. fol. curante V. C Joanne Clerico.

e) Larroquani Observationes prodiere sine nomine Auctoris; Rothomag. 1674. & male Allixio tribuuntur in Catalogo Bibl. Bigotianæ T. 2. p. 17.

** Ab impatiente librario decurtatas suspicabatur Jo. Morinus de sacris Ordinationibus Part. 3. Exerc. 3. c. 3. qui & ipse interpolatas sinceris præfert. Lectiones interpolatarum editionum quandoque meliores esse Codice Mediceo, disputat etiam Rich. Simon sub Hieronymi le Camus nomine contra Vossium p. 24. quod nec ipse, credo, Vossius negaverit.

f) Lond. 1710. 8 Titulus libri est: *an essay upon the Epistles of Ignatius, by William Whiston, M. A. Professor of Mathematicks in the University tho Cambridge.* Confer de hoc libro si placet Jacobi Bernardi V. C. Novellas Reip litterariæ mense Augusto A. 1710. p. 196. seq.

*** Ex alia Ignatii ad Antiochenos Epistola Damascenus & Antonius Melissa proferunt duo fragmenta, quæ vide apud Clariss Grabium T. 2. spicilegii Patrum p. 24.

2011 Ministerio de Cultura

Denique longe minorem fidem merentur quæ *latine* tantum extant Epiſtolæ tres, 1. & 2. *ad Johannem* Evangeliſtam, & 3. *ad Mariam* Virginem cum Mariæ reſponſoria, de quibus vide ſi placet poſt Uſſerium diſſ. de Epiſtolis Ignatii c. 19. quæ à me notata ſunt in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 834-841. *Heroni* quoque Diacono Antiocheno ſuppoſitum eſt *elogium Ignatii*, quod latine edidit Baronius ad A. C. 110. n. 9. ex MS. Vaticano, & ex aliis tribus Codd Uſſerius.

De more *Antiphonos hymnos* decantandi, quem Eccleſiæ Antiochenæ à S. Ignatio traditum narrat Socrates VI. 8. Vide Sviceri theſaurum & Meurſii, Cangiique gloſſaria, Theoph. Raynaudum in Oparaſcevaſtico T. 7. Opp. p. 457. ſeq. & Joſephum Mariam Carum præf. ad Reſponſorialia & Antiphonaria Eccleſiæ Romanæ edita Rom. 1686.

Quod in Catalogo librorum Chaldæor. ſive Syriacorum Hebed Jeſu p. 18: *Ignatius de re fidei* memoratur, nihil aliud videtur reſpicere quam ejus *Epiſtolas*, quas *Syriace* ſecum ex Oriente attulit g) alter Ignatius Antiochenus Patriarcha junior, qui Romæ Gregorio X. Pontifice reformationi Calendarii interfuit, ibique diem obiit. Quamquam Robertus Huntingtonus cum in Oriente verſaretur, ſummo ſtudio Ignatii Epiſtolas Syriacce verſas inquirens, omnino in caſſum & absque fructu hoc fecit, ut narrat Tho. Smithus in ejus Vita p. 8. Videtur etiam memorare Labbeus Bibl. nova MSS. p. 253. 255.

In Catalogo Liturgiarum Chaldaicarum ſive Syriacarum quem habuit idem Patriarcha, h) memoratur *Liturgia S. Ignatii Græce compoſita Antiochiæ Anno 27. poſt aſcenſionem Domini, quam Chaldæam fecit S. Jacobus Epiſcopus Robenſis ſ. Edeſſenus.*

Ignatii Διδαχὴ ſive διδασκαλία in veteri Stichometria memoratur inter Apocrypha, de qua vide Pearſonium part. 1. c. 4. vindic. Ex hac forte petitum dictum Ignatii quod laudat Chryſoſtomus hom. XI. in Epiſt. ad Epheſ. & Jo. Antiochenus ap. Coteler. T. 1. monument. p. 176. ſchiſma & perturbationem Eccleſiæ, *crimen* eſſe *neque martyrii ſanguine expiandum.*

Acta Martyrii Ignatiani.

Interpolata habent Græce Metaphraſtes 20. Dec. & exinde latine Surius & Bollandus Calendis Februar. Græce & latine in Patri-

F bus

g) Uſſer. c. 4 prolegom. in Epiſtolas Ignatii p. 192, edit. Amſt.
h) Vide Uſſer. c. 1.

2011 Ministerio de Cultura

bus Apoſtolicis Cotelerius. *Sinceriora* Jac. Uſſerius in lucem protulit *latine* ex duplici diverſa interpretatione, quam utramque e MSS. Codd. cum notis eruditis vulgavit in Appendice Ignatiana, Lond. 1647. 4. Etiam Græcum Actorum Ignatii exemplar in Bibl. Bodlejana ſed interpolatorum reperit, itaque editione indignum exiſtimavit. Hæc vero à *Philone*, *Cajo & Agathopode* Diaconis qui beatum CHRISTI Martyrem è Syria comitati erant, deſcripta fuiſſe ſibi perſuadet, & ſane in monumentis hujus generis videntur eſſe fide digniſſima. Poſt Uſſerium eadem latine dedere Bollandus in Actis Sanctor. Calendis Febr. T. 1. p. 13. ſeq. & Cotelerius in Patribus Apoſtolicis T. 2. *Græce* denique & latine è Codice Colbertino edidit *Theodoricus Ruinartus* in Actis Martyrum ſelectis Pariſ. 1689. 4. Atque inde Jo. Erneſtus Grabe T. 2. ſpicilegii Patrum Oxon. 1699. 8. p. 9. Tho. Ittigius in Bibliotheca Patrum Apoſtolica Lipſ. 1699. 8. ac denique Tho. Smithus ad calcem Epiſtolarum Ignatii Oxon. 1709. 4. In his Actis *Epiſtola* Ignatii ad *Romanos* Græce ſincere legitur, quam in Mediceo Codice omiſſam videre optaverat Iſ. Voſſius, contentus interim interpolatam ex veteri verſione latina recenſere & caſtigare.

Editiones Epiſtolarum Ignatii Interpolatarum & ſpuriarum.

LATINA trium Epiſtolarum 1. ad Mariam Virginem, & 2. ac 3. ad Johannem Apoſt. Colon. 1478. & Pariſ. 1495. 4. ad calcem quadrilogi de S. Thomæ Becket, Archiepiſcopi Cantuarienſis, vita, & proceſſu ſuper libertate Eccleſiaſtica per Her. de Hoſcham, Jo. Carnotenſem, Wilhelmum Cantuarienſem & Alanum Tevvksburienſem.

Undecim Epiſtolarum (omiſſis tribus quas jam dixi, & Epiſtola ad Mariam Caſtabalitidem necdum reperta) Pariſ. 1498. fol. una cum ſcriptis Dionyſio Areopag. tributis, & Polycarpi Epiſtola, ex antiqua verſione (ut obſervat Uſſerius, Adoni jam Viennenſi ſec. IX. lecta) edente *Jac. Fabro* Stapulenſi. Hinc Argentinæ 1502. & Pariſ. è Jodoci Clichtovei recenſione 1515: tum Baſil. 1520. 4. atque iterum ſeparatim Argentor. 1527. Auguſtæ Vindel. 1529.

Quindecim Epiſtolarum, addita illis undecim Epiſtola ad Mariam Caſtabalitidem & tribus primo loco à me memoratis, edente

Sym-

2011 Ministerio de Cultura

Symphoriano Champerio cum Areopagita. Colon. 1536. & Joach. Perionio curante 1557. atque cum Clementinis ſcriptis 1569. fol. Adde editiones Antvverp. 1540. Complut. 1541. Venet. 1546. 8. Pariſ. 1569. 8. & quæ in Micropresbytico 1550. & Orthodoxographis A. 1555. & in Patrum Bibliothecis obviæ ſunt.

GRÆCÆ duodecim Epiſtolarum 1. edente ex MS. Auguſtano *Valentino Paceo*, Dillingæ 1557. 8. qui in præf. etiam Germanicæ ſuæ verſionis meminit.

2. Pariſ. 1558. 1562. 8. apud Guil. Morellium, qui ad calcem, collatione latini interpretis, & doctiſſimi, ut teſtatur, hominis conſilio plurium locorum caſtigationes adjunxit. Nitida eſt hæc editio. Etiam latinam novam verſionem edidit 1661. ſed quam Vairlenius notat in locis plurimis per veſtigia veteris interpretis incedere.

GRÆCOLATINÆ 1. Cum verſione ſive paraphraſi *Jo. Brunneri* (male *Brumerus* vocatur apud Nourrium p. 153.) Tigurini, Græcis e MS. Codice D. Caſparis à Nydprugck deſcriptis. Tiguri 1559. fol. in Theologorum veterum Græcorum collectione. Conradus Gesnerus qui Græca ad patruelem ſuum Andream. miſit, tunc nihil inaudiverat de Pacei editione.

2. Cum *Hieron. Vairlenii* Sylvii interpretatione ſeparatim ad calcem libri ſubjecta & brevibus ſcholiis. Antvverp. 1566. & 1572. 8. apud Chriſtoph. Plantinum.

3. Cum eadem verſione ſcholiisque, in Orthodoxographis Jo. Jacobi Grynæi. Baſil. 1569. fol.

4. Cum ſcholiis *Martialis Meſtræi*, Theologi. Pariſ. 1608. 8. qui Vairlenii verſionem emendavit, ejusque & Morelli, & Jac. Billii ex lib. 2. ſacrar. Obſervatt. c. ult. notas addidit.

5. Cum Meſtræi verſione & *Nic. Vedelii* caſtigationibus, Apologia, notis & diſſertationibus. Genev. 1623. 4.

6. Cum Vairlenii & Meſtræi ſcholiis in Auctario Ducæano Græcolat. Bibliothecæ Patrum. Pariſ. 1624. fol.

GERMANICE per *Martinum Mollerum*, Eccleſiaſtem Sprettavienſem in Sileſia. Gorlitii apud Ambroſium Fritſch, 1592. 8.

Gallice per *Guil. Morellum*, Pariſ. 1562, 1612. 8. & per *Eudemarium* Rothomag. 1615. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Jacobi Gretseri vindicias duodecim Epistolarum Ignatii, alicubi latere testatur se audivisse, Philippus Labbæus. *Isaacus* quoque *Casaubonus* nonnullarum Ignatii Epistolarum antiquitatem novis se tuiturum rationibus pollicitus fuit, quas præmatura Viri doctissimi morte interceptas dolet Pearsonius procem. Vindic. Ignatii.

Editiones Epistolarum VII. Ignatii genuinarum.

quæ interpolatas & spurias adjunctas fere habent.

GRÆCOLATINÆ 1. Recensente *Isaaco Vossio* è MS. Mediceo, atque additis veteri translatione ab Usserio edita, notisque suis & Barnabæ Epistola. Amstelod. 1646. 4. Recusa hæc editio Lond. 1680. 4. Locum Epistolæ ad Magnesios erudite illustrat Jo. Andreas Bosius Exercitatione Philologica ad 2. Tim. 2. 22. Jenæ 1673 4. capite sexto, ubi & de Ignatii Epistolis veterique ejus interprete plura.

2. *Jac. Usserii* castigatior, cum nova versione in Appendice Ignatiana: Lond. 1647. 4. postquam interpolatas antea Græce & Latine cum eruditis prolegomenis notisque, & sinceriorum veteri versione vulgasset Oxon. 1644. 4.

3. *Jo. Baptistæ Cotelerii* cum nova versione sua & notis, in Patribus Apostolicis 1672. fol. & Jo. Clerico curante Amst. 1698. fol. in quâ editione Cotelerii notis etiam animadversiones & prolegomena Usserii, & Jo. Pearsonii vindiciæ Ignatii accedunt. Testimonia Veterum diligentissime à se collecta Cotelerius præmisit.

4. *Thomæ Ittigii* in Bibliotheca Patrum Apostolicorum, cum versione Cotelerii, sed subjecta separatim, ut in Cotelerii Patribus Apostolicis factum, veteri interpretatione, interpolatis spuriisque Epistolis. Lipsiæ 1699. 8. Hic in diss. illi Bibliothecæ præmissa non modo de Ignatio ejusque scriptis diligentissime differit: sed etiam de doctrina in Epistolis contenta videndus in selectis capitibus Hist. Ecclesiasticæ sæculi secundi.

5. Cum notis *Jo. Pearsonii* antea ineditis & novis * *Thomæ Smithi*. Oxon. 1709. 4. qua editione & Græcus contextus ad Codicem Mediceum & latina vetus translatio ad MS. Codicem Cantabrig. novo stu-

* Obiit Tho. Smithus hoc ipso Anno 1711.

2011 Ministerio de Cultura

ſtudio exigitur. Cæterum interpolatæ & ſpuriæ Epiſtolæ à Smitho plane ſunt omiſſæ.

LATINA ex veteri translatione (*Roberti* forte *Lincolnienſis*) ad duorum MSS. Cantabrig. & Montacutiani Codicum fidem edita à *Jac. Uſſerio*, additisque Græcis interpolatis, ſed in quibus interpolationes ex verſione notatæ minio diſtinguuntur. Oxon. 1644. 4. Veterem hujusmodi translationem Epiſtolarum Ignatii, in qua illa de Paulo uxorato deſiderabantur, in Bibl. Vaticana pridem evolviſſe ſe teſtatus eſt Turrianus in Apologia pro Canonibus Apoſtolor. contra Magdeburgenſes, Pariſ. 1573. 8. pag. 8.

GERMANICA per C. D. V. B. A. 1693. 12. apud Jo. Georg. Lipperum, & ad calcem Novi Teſt. editi A. 1711. 12. Schifbecæ prope Hamburgum.

ANGLICA Wilhelmo Wakæo interprete, Lond. 1693. & 1710. 8. una cum Clemente, Barnaba, Polycarpo, Herma.

Alii Ignatii.

P. Egnatius Stoicam ſectam profeſſus. Tacit. XVI, 32. Annal.

Ignatius Martyr Africanus, cujus meminit S. Cyprianus Epiſtola 39. ſcripta A. C. 250. & Martyrologium Rom. 3. Febr.

Ignatius Pro Cos. ad quem S. Nili Epiſtolæ.

Ignatius Grammaticus è Diacono CPolitano Metropolita Nicænus ſub initia Sæculi IX. de cujus Jambis in Adamum, Tetraſtichis fabulas Æſopicas breviter complexis, aliisque ſcriptis dixi lib. 2. c. 9. §. 8. Ejus elegantiſſima piiſſima & mellitiſſima carmina in Deiparam aliosque ſanctos laudat, atque editurum ſe promiſit Allatius ad Euſtachii Antiotheni Hexaëmeron p. 284. Vide & Suidam in Ἰγνάτιος.

Ignatius Patriarcha ab A. C. 847. CPolitanus, cui A. C. 858. depoſito Photius ſucceſſit, atque iterum A. 867. Thronum concedere fuit coactus. De illo vide vitam ejus cum variis monumentis & Synodo CPol. A. 854. ſub eo habita illuſtratam à Radero, Ingolſtad. 1604. 4. & recuſam T. 8. Concilior. edit. Labbei, & Chronicon Eccleſiæ Græcæ Philippi Cyprii cum Henr. Hilarii notis p. 107. ſeq. Baronium Tom. IX. Annalium, Martyrologia 23. Octobr. &c.

Ignatius cujus Acroſtichis adverſus imagines legitur in Operibus Theodori Studitæ p. 169. T. V. Opp. Sirmondi.

2011 Ministerio de Cultura

Ignatius Chryſopolitani Monaſterii Abbas, Ignatius Metropolita Claudiopolitanus & Ignatius Lophorum Epiſcopus, ad quos exſtant Photii Epiſtolæ. Alius item Ignatius Abbas, de quo in Epiſtolis Theodori Studitæ.

Ignatius Epiſcopus, cujus colitur memoria 28. Maji in Ruthenorum Ephemeridibus, quas iconibus inſignes edidit Papebrochius ante Tom. 1. Act. Sanctor. Maji.

Ignatii neſcio cujus commentarios Græcos MSS. in Ariſtotelis Logica memorat è Scipionis Tetti Catalogo Labbeus Bibl. nova MSS. p. 171.

Ignatius Patriarcha Antiochenus junior, qui Romæ fuit ſub Gregorio X. de quo paulo ante feci mentionem.

Ignatius Pragenſis, Prior Caſinenſis monaſterii, qui ſcripſit Vitam & Paſſionem S. Bertharii Martyris & Abbatis XIX. Caſinenſis.

Ignatius Squarcialupus Florentinus, Monachus Benedictinus Abbas Caſinenſis A.C. 1520. extinctus, de quo T. XXI. Bibl. Patrum Lugd. p. 371.

Plures recentiores Ignatios memorat Nicolaus Antonius in Bibl. Hiſpana, & in his Ignatium Lojolam, Conditorem Ordinis Jeſuitici, defunctum A. 1556. & beatorum numero adſcriptum à Paulo V. A. 1609. Sanctorumque A. 1622. à Gregorio XV. Feſtum ejus celebratur 31. Julii, qui dies S. Germano antea ſacer erat. Vitam hujus Ignatii poſt Ribadenciram aliosque noviſſime ſcripſit P. Bohourius.

Proxime exſpectamus novam Epiſtolarum S. Ignatii Antiocheni editionem una cum diatriba de Ignatiis ab erudito Viro *Georgio Claudio*, Claudii Jani cujus Albertus Bartholinus de ſcriptis Danorum meminit filio, qui illius ſpecimen mihi oſtendit notis illuſtratum. Is totus in eo eſt, ut probet illam, quam ſinceram eruditi habent, Ignatii editionem adhuc * quam plurimis in locis interpolatam eſſe, nihilque pro genuino admittit, niſi quod eodem plane modo ſine ulla vel minima mutatione comprobatur ſuffragio omnium Codicum, quam in rem Florentinum & Auguſtanum diligenter item contulit, verſionum, citationum. Cætera omnia rejicit, & minoribus typis exſcribi curabit. ‖In diatriba, quam præfiget, de Ignatiis nonnulla etiam dabit

* Eadem fere Tentzelii ſententia p. 63. diſſ. ſelect. rejecta à Nourrio aliisque.

2011 Ministerio de Cultura

bit hactenus inedita, Ignatii præcipue Diaconi, quæ ex Bibliotheca Regis Christianissimi descripsit & latine convertit.

XIV. POLYCARPUS Episcopus Smyrnensis à S. Johanne a) Apostolo constitutus, martyrium nono Antonini Pii anno in igne fortiter tulit A. C. 147. b) Proconsulem ut CHRISTO conviciaretur suadentem detestatus his verbis: c) *ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ, καὶ οὐδέν με ἠδίκησε, καὶ πῶς δύναμαι βλασφημῆσαι τὸν βασιλέα μου τὸν σώσαντά με; Sex & octoginta annos ei inservio, nec ulla me unquam affecit injuria, & quomodo possum impie loqui adversus Regem meum & Salvatorem meum?* Acta Martyrii ejus jam olim lecta in Ecclesia & dies natalis celebratus, sepulchrumque hodie etiam quotannis festo ipsius memoriæ consecrato solenniter invisi testatur Tho. Smithus in notitia VII. Ecclesiarum Asiæ p. 53. ubi & mentio ampli quod Smyrnæ adhuc ostenditur Amphitheatri, in quo coronatus martyrio Polycarpus fuit, cujus in memoriam hi Romæ versus in templo S. Stephani in Cælio monte leguntur:

Sir. LI. 6. In medio ignis sum æstuatus.

Phœnicem si quis medio miretur in igne
Emori, & exstructo se reparare rogo.
Obstupeat, Polycarpe, *avidas tibi parcere flammas*
Non ausas sacra te violare face.
Mille nitent tædæ, rutilantque hinc inde favillis,
Atque in te, Dominum, quem colis ipse, colunt.
Præmia nunc majora tibi sed reddit Olympus,
Ignea qui pedibus subjicit astra tuis.

Præ-

a) Irenæus III. 3. atque inde Euseb. IV. 14. & Hieron. de S. E c. 27. Hinc viris doctis per Angelum Smyrnensis Ecclesiæ à S. Johanne Apoc. II. 8. videtur designari Polycarpus, licet in Actis Polycarpi Pionio tributis & apud Suidam Polycarpus Buculo successisse incerta fide traditur.

b) Confer Jo. Pearsonii Opera postuma p. 282. seqq. Neque adeo obstant quæ Clariss. Vir Samuel Basnage huic sententiæ objicit ad A. C. 178. n. 4. Nam & Antoninum utrumq; à veteribus inter se confundi tralatitium est, & verba: LXXXVI *annos ei in servio* nihil aliud tinniunt, quam: *in hanc usque ætatem qua annum attigi sextum & octogesimum.* Atque ita veteres intellexisse, ipsorum testimoniis diserte constat. Quod vero tunc vixerit Polycarpus, cum Apostolus Paulus suas ad Philippenses scripsisset litteras, licet nondum CHRISTO nomen dedisset, ut colligit Usserius ex verbis latinæ Epistolæ §. 11. neque ex illis verbis sequitur (possunt enim de Smyrnensi Ecclesia intelligi) neque Pearsonii sententiæ magis quam Usserii (qui ad A. 169. martyrium Polycarpi rejicit) adversatur. Aliorum objectiones diluit Gabriel Grode-

2011 Ministerio de Cultura

Præter collectionem Epistolarum Ignatii, quam Polycarpo deberi jam dixi, scripsit ipse complures Epistolas, ex quibus una ad nos pervenit, publice olim, teste Hieron. legi solita *Epistola ad Philippenses* Ignatio defuncto exarata, & pietate Apostolici Viri haud indigna. Eam interpolatam hodie ferri suspicabatur Clariss. Tentzelius diss. select. p. 158. sed parum firmis argumentis nixus, ut à D. Tho. Ittigio d) demonstratum est, & à Guil. Caveo in parte altera Historiæ literariæ, qui Dallæi e) etiam & Larroquani f) argumentis adversus hanc Epistolam allatis respondet. Etiam postremam Epistolæ partem adversus ejusd. Dallæi & Lemonii suspiciones vindicat Nourrius Apparat. ad Bibl. Patrum diss. 8.

Editiones Epistolæ S. Polycarpi ad Philippenses.

LATINE ex veteri versione primus edidit *Jacobus Faber* una cum scriptis Dionysio Areopag. tributis, & undecim Ignatii Epistolis Paris. 1498. fol. per Joannem Higmanum & Wolfg. Hopylium. Sæpius inde recusa, ut Argentin. 1502. Paris. 1515. (recensente Jodoco Clichtoveo) tum Basil. 1520. Colon. 1536. & una cum Clementinis Jo. Cochleo curante Ingolstad. 1546. 4. & cum Dionysii scriptis à Joach. Perionio translatis Colon. 1557. & cum Clementinis & Ignatio 1569. Exstat etiam in Micropresbytico Basil. A. 1550. p. 27. in Orthodoxographis p. 95. edit. A. 1655. atque in altera Orthodoxographorum ἔκδόσει A. 1569. & in Bibliothecis Patrum nullius non editionis, & novissime Lugdunensis Tomo secundo.

GRÆCE

deckius ὁ μακαρίτης diss. de anno & die passionis Polycarpi, Gedani 1704. 4. Samuelis Petiti sententiam IV. 6. Var. lect. A. C. 175. passum esse Polycarpum contendentis, confutatam vide à Steph. le Moyne prolegom. ad Varia sacra, qui pro A. 167 militat, atque ignis supplicium quod S. Polycarpus subiit à Luciano de morte Peregrini perstringi putat, atque à Themistio ubi novi Empedoclis meminit, cujus tamen verba aliter intelligenda esse notavi lib. 2. c. 12. §. 8.

e) Apud Euseb. IV. 15. Hist.

d) Ittigius diss. de Hæresiarchis Apostolicæ ætatis p. 186. & Appendice ad diss. de Hæresiarchis p. 75. seq.

e) Dallæus de scriptis Dionysio & Ignatio suppositis lib. 2. c. 32.

f) Matthæus Larroquanus p. 64. seq. Observat. in Ignatianas Pearsonii vindicias, qui Polycarpo Epistolam illam certissimis argumentis asseruerat part. 1. c. 5.

2011 Ministerio de Cultura

GRÆCE (sed sect. 10. 11. 12. & 14. mancam) cum veteri *Latina* versione A. 1633. ex Turriani Codice, è quo Sirmundus descripserat, primus publicavit *Petrus Halloix* T. 1. de Vitis scriptor. Orientalium p. 525. Hunc secutæ editiones

Jac. Usserii, qui cum animadvers. suis & Patricii Junii castigationibus ac Smyrnensium de Martyrio Polycarpi Epistola notis illustrata, post Ignatii epistolas, sive in Appendice Ignatiana illam vulgavit. Lond. 1647. 4.

Joach. Johannis Maderi Helmst. 1653. 4. qui præfationem & Usserii Juniique notis suas in Martyrium Polycarpi addidit.

Jo. Baptistæ Cotelerii, qui Græcis novam versionem suam notasque, & veteri Latinæ versioni itidem notas suas addidit in tomo secundo Patrum Apostolicorum Paris. 1672. fol.

Stephani le Moyne in Variis sacris Lugd. Bat. 1685. 4. primum editis & A. 1694. iterum recusis, qui recensuit ex MS. Mediceo cujus apographum à D. Rullæo acceperat, & in quo cum Epistola Barnabæ (p. 218. edit. Vossii) nulla interposita distinctione g) jungitur. Notas uberrimas & doctissimas idem Lemonius in altero Volumine hujus operis adjunxit.

Jo. Clerici in nova editione Patrum Apostolicorum Cotelerii, ubi Usserii & Junii notas Cotelerianis adjunctas & singulis paginis statim subjectas habes. Amst. 1698. fol. Tomo secundo.

Tho. Ittigii, in Bibliotheca Patrum Apostolicorum Græcolatina. Lipsiæ 1699. 8. præfixa erudita de Patribus Apostolicis dissertatione.

Tho. Smithi cum ejus notis, ad calcem Epistolar. Ignatii, Oxon. 1709. 4.

ANGLICE in vita Polycarpi, inter vitas Patrum à Clariss. *Guil Cave* concinnatas editasque Londini 1682. fol. atque inde sæpius, & *BELGICE*, *Salomone Bor* interprete Trajecti ad Rhen. 1698. fol. & *GERMANICE* interprete Anonymo Brem. 1701. 4. in iisdem Cavei Vitis Belgice & Germanice recusis.

g) Plura ejusmodi commissionum sive commixtionum in libris MSS. exempla memorat Dodwellus diss. 1. in Irenæum §. 30. Itaque nemo hanc ob causam Polycarpo tribuet quæ Barnabæ esse veterum testimoniis constat. Neque Rullæo hoc in mentem veniisse credit Jac. Gronovius præf. ad Melam à se A. 1696. editum.

2011 Ministerio de Cultura

Prodiit etiam *Anglice* ex interpretatione *GuilWakæi*, præmissa erudita præfat. Lond. 1698. 1710. 8. cum Clementis Rom. Barnabæ & Ignatii Epistolis, Hermæque Pastore. Et *Germanice Martino Mollero* interprete ad calcem Epistolarum Ignatii Gorlitii 1592. 8. & ex nova vers. in Novo Test. Germanice edito apud Hermannum Henricum Hollen, A. 1711. Schifbecæ prope Hamburgum 12. una cum Epistolis Barnabæ, Clementis & Ignatii.

Epistolæ Polycarpi *ad Athenienses* in qua Dionysii Areopagitæ fecerat mentionem, meminit S. Maximus proœmio ad Dionys. p. XXXV. Hinc forte Suidas ei Epistolam ad Areopagitam tribuit. Verum de his aliisque Polycarpi sive deperditis sive illi suppositis scriptis; διδασκαλία, libro de obitu S. Johannis &c. Vide Caveum in Hist. literaria & Ittigii diss. de patribus Apostolicis §. 91. p. 294. seq.

4. Polycarpum interprete Victore Capuano laudans Grotius ad Johann. XVII. 4. respicit *fragmenta* quinque in *Victoris Capuani* Catena in IV. Evangelia, tributa Polycarpo, atque primum edita latine à *Fevardentio* ad Irenæi III. 3. atque inde ab Halloixio, Usserio, Madero, Cotelerio, Clerico, Ittigio.

Acta S. Polycarpi, PIONIO auctori falso tributa, post Petrum Halloixium in vitis Patrum Oriental. T. 1. pressius à se è veteri Codice Græco versa latine dedit Joannes Bollandus in Actis Sanctor. ad diem 26. Januar. Tomo II. qui etiam de Pionio ipso videndus Tomo 1. Febr. p. 37. seqq. Cæterum Acta illa Polycarpi à Clariss. W. Ernesto Tentzelio etiam in diss. selectis T. 1. p. 76. seqq latine exhibita, propter multas causas merito viris doctis nullam fidem mereri videntur. Certiora de Polycarpo dabit SMYRNENSIS *Ecclesiæ Epistola ad Ecclesias Ponti*, apud Euseb. IV. 15. Hist. quam ex Menologio Græco h) MS. Barocc. Mensis Februarii integriorem Jac. Usserius & ex eo Tho. Ittigius cum Polycarpi Epistola edidit, sed & I. Baptist Cotelerius in Patribus Apostolicis & Theodoricus Ruinartus in Actis Martyrum selectis, Thomas que Smithus cum Polycarpi Epistola recudendam dederunt, illustraruntque. Godfridus Arnoldus Germanice etiam vertit & una cum aliis selectis Actis edidit. Latinam antiquam versionem sive paraphrasim potius Usserius descripsit è duobus MSS. Cottoniano & Sarisberiensi. Hæc sunt *vetustissima illa Ecclesiæ martyria, quorum lectione*, ut scribit Josephus Scaliger ad Euseb. p. 121. *piorum animus ita afficitur, ut nunquam*

h) Simile MS. in Bibl. Cæsarea. Vid. Lambecium VIII. p. 88.

2011 Ministerio de Cultura

quam ſatur inde recedat: quod quidem ita eſſe unusquisque pro captu ſuo & conſcientiæ modo ſentire poteſt. Certe ego nihil unquam in Hiſtoria Eccleſiaſtica vidi, à cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus eſſe videar.

E recentioribus præter Bollandum, Halloixium & Annalium conditores conſulendi inprimis Caveus in vitis Patrum Anglice, Belgice ac Germanice editis & Tillemontius Tomo 2. Memor. Hiſt. Eccleſ. qui de Polycarpo ut ſolet accurate agit, & licet i) *Acta Pionii* pro veris habet, tamen Acta Polycarpi ſub Pionii vendicata nomine ut nulla fide digna merito rejicit. Confer etiam ſi placet B. Theophili Spizelii Academiam JESU CHRISTI p. 23. ſeqq. Caſp. Crucigeri Orationem de Polycarpo T. 3. declamatt. Witebergenſ. p. 708. ſeq. Caſp. Sagittarium de natalitiis Martyrum cap. 2. Fabulam de S. *Benigno* Divionenſi per Polycarpum in Galliam miſſo refellit Iſmaël Bullialdus ſingulari diatriba Pariſiis A. 1657. 8. edita.

XV. JUSTINUS Samaritanus, a) Neapoli Syriæ Palæſtinæ b) ſive Sichemo oriundus, Priſci F. Bacchii Nepos natus videtur A. C. 89. in omni diſciplina Philoſophorū verſatus, Stoicum primo, mox Peripateticum deinde Pythagoricum, ac deinque Platonicum audivit. Hinc per ſenis cujusdam (Polycarpi forte) ſermones accenſus cupiditate CHRISTI doctrinæ pernoſcendæ, totum ſe illi dedit, & Philoſophum profeſſus Chriſtiana dogmata non imbibit modo, ſed & ore ac ſcripto adverſus Judæos Ethnicosque defendit, docuitque alios libenter, ac tandem à *Creſcente*, c) Philoſopho Cynico, qui Megalopoli Arcadiæ civitate verſabatur, ut ipſe futurum divinaverat d) delatus, ſanguine

 ſuo

i) Pionium eadem qua Polycarpus perſecutione Martyrium obiiſſe Euſebius diſerte teſtatur in Chron. & IV. 15. Hiſt. p. 135. Itaq; recte hujus fidem præfert Pearſonius p. 302. ſeq. Opp. poſtum, licet recentiores atque adeo ipſe *Actorum Pionii* auctor ſub Decio paſſum ſcribant. Hæc Acta licet ſincera videntur etiam Ruinarto, qui poſt Lipomannum Suriumque ac Bollandum (ad 1 Febr.) illa Actis Martyrum ſelectis inſeruit, Tillemontio quoque & Valeſio aliisque viris doctiſſimis: tamen vel ob hunc ipſum ab Euſebio diſſenſum recte judicio Baronii ad A. C. 254 § 1. rejiciuntur.

a) Epiphan. hæreſi 46. 1 ubi docet etiam triginta annorum fuiſſe Ruſtico & Hadriano tertium Coſſ. h. e. A. C. 119.

b) Juſtinus ipſe in limine Apologiæ majoris. Adde Tenzel. diſſ. ſelect. T. 1. p. 167. Grabe ſpicileg Patrum T. 2. p. 134.

c) Juſtinus ipſe ſub init dialogi cum Tryphone.

d) Apologia minore f. 46. Confer Tatianum Juſtini diſcipulum f. 157. ſeq. ad Gentes & Euſebium in Chron. & VI. 16. Hiſt. quem ſequuntur Hieron. in Catalogo, Syncellus p. 351. Chronicon Alex. aliique. Cæterum Tatianus p. 165. Megalopoleos iterum meminit, unde colligas non Romam ſed Arcadiæ urbem, cui Dianæ Hymniæ fanum Pauſania teſte propinquum erat, etiam p. 157. ab eodem intelligi.

2011-Ministerio de Cultura

ſuo confirmavit, unde hæſit ipſi *Juſtini* MARTYRIS nomen, quo facilius ab aliis Juſtinis e) non martyribus diſtingui poſſet, licet & plures fuerint Juſtini Martyres. f) Martyrium paſſus eſt Præfecto urbis Junio Ruſtico (Anno ætatis 74. CHRISTI 163.) qui anno ſuperiore 162. cum Vettio Aquilino Conſulatam geſſerat. Paſſus itaque Juſtinus Anno tertio M. Aurelii Antonini & L. Veri. *Acta Martyrii* ejus latine edita à Surio & Papebrochio ad 13. April. à Baronio ad A. C. 165. & à Ruinarto in Actis ſelectis Martyrum: ſed Græce & latine à Dan. Papebrochio in Actis Sanctor. T. 1. Junii p. 20. ſeq. Quod vero non de alio Juſtino, quem Græci in Typico Sabæ & in Menologiis à noſtro diſtinguunt, ſed de Tatiani Magiſtro intelligenda veniant, ſatis mihi adverſus Papebrochii argumenta ad 13. April. p. 104. ſeqq. confirmaſſe videntur Halloixius in vita Juſtini c. 26. Tillemontius ad Juſtini vitam nota 13. T. 2. memor. Hiſt. Eccleſ. & Grabius p. 141. ſeq. T. 2. ſpicilegii Patrum, qui triumviri perinde ut Caveus, Tentzelius & Ittigius, Samuelque Baſnagius de Juſtino ejusque ſcriptis diligenter diſſeruere, ne de Natali Alex. Elia du Pin & Labbeo atque aliis dicam. Scripta quæ exſtant eo quo Pariſienſis editio offert ordine, hæc ſunt:

I. Ad-

e) Præter Juſtinium ſcriptorem latinum pueris etiam notiſſimum, quem cum noſtro Martinus Polonus perperam confudit, & Juſtinos duos ſæculo VI. Imperatores, fuit. 1) Juſtinus Siculus Epiſcopus, cujus Epiſtola ad Petrum Fullonem circa A. C. 483. ſcripta ad calcem Zonaræ in Canones p. 538 atque inde T. 4. Concil. edit. Labbei p. 1163. prodiit. Huic Juſtino quæſtiones ad Orthodoxos & expoſitionem fidei tribuebat Clariſſ. Dodwellus. 2) Juſtinus Archi-Diaconus ad quem ſcripſit Gelaſius in S. Anſhelmi collectaneis T. 18. Bibl Patrum Lugd. p. 616. 3) Juſtinus Manichæus quem confutavit Fabius Marius Victorinus editus à Sirmondo Pariſ. 1630. 8. & Tom. 1. Opp. p. 409. 4) Juſtinus Abbas Hieroſolymitanus cujus mentio in Actis S. Anaſtaſii Perſæ ſub Choſroë & cui Raynaudus Epiſtolam ad Zenam ac Serenum tribuit. Acta illa Anaſtaſii habent Surius & Bollandus 22. Januar. 5) Juſtinus ad quem Martial XI. 66. Omitto Juſtinos Dominicanum & Lippienſem de quibus Voſſius Hiſt. lat. Aliosque in Gruteri Indice Inſcript. Vet. & apud Reineſium p. 410. Epiſt. ad Hofmannum. Nec minus recentiores, ut Juſtinium Hiſpanum Abbatem Caſinenſem circa A. C. 1522.

f) Præter Juſtinum Martyrem quem in Græcorum Menologiis à noſtro diſtingui dixi, Juſtinus fuit Martyr novennis puerulus ſub Diocletiano paſſus, cujus Martyrium verſibus deſcripſit Beda T. 3. p. 266. ſeq. De hoc Martyrologia 12. Dec. in quibus alius Juſtinus memoratur Calendis Auguſti, alius item 17. Sept. Etiam in Hagiologio Franco Galliæ quod edidit Labbeus T. 2. Bibl MSS. p. 704. ad 15. Octobr. Ut omittam Juſtinum Confeſſorem cujus vitam edidit p. 579. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

1. Λόγος (παραινετικὸς) sive potius ut Damascenus in parallel. * Euseb. Hieron. & Photius, ἔλεγχος πρὸς Ἕλληνας. p. 1-37. Teste Maximo ad Dionysium T. 1. p. 455. ipse inscripserat Ἰουστίνου φιλοσόφου τὸν πρὸς ἕλληνας λόγον. Allegat Stephanus Gobarus apud Phot. Cod. 232. exstantque verba apud Justin. p. 21. edit. Paris. Vertit latine ante Perionium, Gelenium, Langum *Jo. Franciscus Picus* Mirandulanus edi-tum inter alia Pici opera Argentor. 1507. & Basil. 1528. fol. in Jo. Sichardi antidoto contra hæreses & in Micropresbytico 1550. & Orthodoxograph. 1555. 1569. atque iterum inter Jo. Francisci Pici opera Basil. 1601. fol.

Gallice vertit Martinus du Pin, Paris. 1580.

Germanice Caspar Hedio, cum Historia Ecclesiast. Eusebii, Socratis &c. Argent. 1530. fol. Prodiit & separatim Græce Parisiis ex Guillardi officina 4. 1539. & latine.

2. Λόγος πρὸς Ἕλληνας. p. 37-40. Hunc primus Græce edidit & Latine vertit *Henricus Stephanus* A. 1592. 4. Sed majore ut videtur parte mutilum, quamobrem in eo non reperias disputationem de dæmonibus, quam in eo legerunt Tatianus, Hieron. ac Photius, nec verba quæ ex Justini πρὸς ἕλληνας affert Leontius contra Eutychianos & Nestorianos libro 2. atque Græce è MS. Bodlejano descripsit Grabius T. 2. spicilegii Patrum p. 172.

3. Ἀπολογία ἡ καὶ Β' ὑπὲρ χριστιανῶν. *Apologia* brevior, vulgo *prima* ad Senatum Rom. p. 41-52 & Apologia prolixior, vulgo *altera* ad Antoninum Pium. p. 53-102. atque ad unum Imperatorem non ad duos se scripsisse videtur testari ipse Justinus tum in Apologia, tum p. 349. dialogi cum Tryphone, ubi ait ἐγγράφως se καίσαρι συνομιλητέαν, licet viri docti docent utramque Apologiam pro Christianis à Justino scriptam esse ad Imperatores M. Aurelium Antoninum g) & Lucium Verum, Senatumque Rom. circa A. C. 161. & utramque esse veluti unum quoddam opus, ita ut prolixiori illi brevior instar appendicis subjuncta fuerit. Utramque hanc Apologiam egregium utique Christianæ pietatis monumentum cum Langi versione passim castigata notisque

*) Confer Grabium T. 2 spicileg p. 148 seq. & Tillemont. nota 6. ad vitam Justini.

g) Euseb. IV. 12. Confer Antonii Pagi Criticam Baronianam ad A. C. 162. Ruinartum in Actis selectis Martyrum p. 35. seq. & Jo. Ernesti Grabe spicileg. Patrum T. 2. p 150. seq. & Præf. ad Apologiam Justini breviorem, cujus lacunam quæ occurrit statim post initium, supplet ex duobus à Damasceno servatis locis T. 2. spicileg. p. 173 seq. Cæterum Antonino Pio oblatam à Justino Apologiam multis disputat Valesius ad Eusebii IV. 16. cujus argumentis Pagius loco laudato respondet.

2011 Ministerio de Cultura

Variorum undique collectis distinctam in sectiones, nitide edidere Oxonienses, prolixiorem quidem recensente *Grabio* 1700. 8. breviorem *H. Hutchino* 1703. 8. qui libellum utrumque adversus Græcos & tertium de Monarchia subjunxit. Adde si placet in loca quædam longioris Apologiæ observationes Latini Latinii p. 36. seq. Bibl. Sacro-profanæ, Jo. Clerici T. 2. Bibl. selectæ p. 328. seq. & meas qualescunque in Novis litterariis Hamburgensibus A. 1703. p. 79. seq. quibus hoc loco paucas tunc promissas adjungam.

Pag. 4. & 5. edit. Ox. *Ast ne quis hæc dicta vocem sine ratione temere prolatam esse existimet, volumus in crimina Christianis objecta inquiri, atque, si ita se habere probata fuerint, pro eo atque par est puniri, seu potius (ipsimet nos) illa punire.* ἀξιοῦμεν κολάζεσθαι ὡς πρέπον ἐστὶ, μᾶλλον ἢ κολάζειν. Geminus locus infra p. 32. κολάζεσθαι ἢ τὲς μὴ κατὰ τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ (χριστοῦ) βιῶντας, λεγομένους ἢ μόνον χριστιανὲς καὶ ὑφ' ὑμῶν ἀξιοῦμεν. *Cæterum eos, qui minus consentaneam præceptis Christi agunt vitam, Christianique solo nomine sunt, a vobis quoque puniri optamus.* Uti vero his posterioribus verbis pœnas à Magistratu Ethnico infligendas Justinus opponit suppliciis sempiternis apud inferos, ita in priore loco sibi ex adverso opponuntur pœnæ à Magistratu inferendæ, & ab ipsis Christianis. Neque objecerit aliquis, integrum non fuisse Christianis in sceleratos animadvertere, nam ut de pœnis Ecclesiasticis nihil dicam, sufficit Justinum his verbis docere, quod Christiani adeo non probent illa scelera, ut, si possent, libenter ipsi severe eadem essent vindicaturi.

Eadem pag. 5. Τὰ πράγματα ἐπάγειν *negotium facessere.* Sic ἐπάγειν κίνδυνον & similia, obvia in Græcis scriptoribus.

Pag. 9. Τί δὴ ἂν τοῦτ' ἂν εἴη ἐφ' ἡμῶν; *quare igitur ita agitur nobiscum?* ut nempe a vobis prohibeamur. Paulo ante enim dixerat: καὶ κείνων (indigna de Diis tradentium) τὰ διδάγματα οἱ μετεχόμενοι ἡμῖν ἔργοντας πρὸς ὑμῶν. *Eorumque doctrinam qui propagant, neutiquam prohibentur à vobis.* Infra pag. 18. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἡγούμεθα εἶναι τὸ μὴ ἔργεσθαι ταῦτα μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ προτρέπεσθαι ἐπὶ ταῦτα. *Atque è re cunctorum hominum esse arbitramur, ut non modo ista addiscere non prohibeantur, sed etiam cohortatione ad ea incitentur.*

Pag. 14. Cum dixisset Justinus ab Ethnicis ipsis, ex Platonis sententia, expectari judicium olim de hominibus habendum a Minoë & Rhadamanto, Christianos vero existimare futurum, ut ante Christi tribu-

2011 Ministerio de Cultura

tribunal quotquot ſunt homines ſiſtantur : ſubjungit : εἰ μὲν ἦν ἄπιστον ἢ ἀδύνατον τοῦτο φήσαί τις πρὸς ἡμᾶς, ἤδε ἡ πλάνη ἔστιν ἄλλου πρὸς ἕτερον, μέχρις οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχόμεθα. Quorum verborum hic eſt ſenſus : *Si hoc quisquam incredibile eſſe nobis dixerit, aut ita fieri poſſe negaverit, error noſter ſaltim conſiſtet in eo, quod nos alii cuidam (CHRISTO nempe) tribuimus, quod vos Ethnici Rhadamanto & Minoi vindicatis, dum interim in re ipſa nihil peccaſſe aut abſurdi ſtatuiſſe à vobis convinci poſſumus.* Πλάνη ἄλλου πρὸς ἕτερον eſt error, quo quis decipitur in *ſubjecto*, neque locum hic habet Langi vel Perionii interpretatio, neque cum Clariſſimo editore neceſſe eſt verba Juſtini corrupta, mutilave ſuſpicari.

Pag. 47. Nihil deeſt, ſed tantum ex ſuperioribus ſubintelligenda vocula καὶ ὅτι.

Pag. 48. Pro ἐν χαφαῖς στεφάνοις, Meurſius legit ἐν ταφαῖς quod magis placet.

Pag. 54. ἀλλ' ὅτι μὴ διώκονται μηδὲ φονέυονται ὑφ' ὑμῶν κἂν διὰ τὰ δόγματα, vertendum eſt, *ſed quod non perſecutione petuntur à vobis neque occiduntur niſi ob dogmata ſua*, nempe quod Chriſtiani ſunt.

Pag. 61. Clariſſ. Grabius pro βασιλέυοντι ἡρώδῃ & βασιλεὺς ἡρώδης putat Juſtinum ſcripſiſſe ἱερεῖ & ἱερεύς. Sed ſacerdotem nunquam βασιλέα vel βασιλέοντα dicturus fuiſſet Juſtinus. Itaque verius eſt quod notavit Uſſerius lib. de LXX. Interpretibus p. 32. bonum Virum Juſtinum Philadelphi & Cleopatræ Bibliothecarum Hiſtoriam inter ſe commiſcuiſſe.

P. 66. in verbis : ἐν οἷς οἰκεῖ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ σπέρμα, ὁ λόγος, nihil mutandum, neque pro σπέρμα legendum πνεῦμα, reſpicitur enim 1. Joh. III. 9. & res eodem recidit, nam per *ſemen* illo in Johannis loco Spiritum Dei intelligendum notat Irenæus IV. 51. Confer Joh. III. 6. Quod porro Spiritus Dei etiam de λόγῳ dicatur, diſerte docet Juſtinus p. 69. & multis aliis veterum teſtimoniis docet Grotius ad Marci II. 8. Petavius de SS. Trinitate p. 79. & Bullus defenſione fidei Nicænæ p 37. ſeq.

Juſtini, Tertulliani & Minucii Felicis pro Chriſtiana religione Apologias, Vincentiique Lirinenſis commonitorium *Anglice* nuper vertit & prolegomenis ac notis illuſtravit *D Reevius* Londini 1710. 8. 2. Vol. *Græce* pridem etiam impreſſæ ſunt Juſtini Apologiæ Rom. à Zannero 8. una cum Gregorii Thavmaturgi, Athanaſii, Baſilii M. Gregorii Naz. & Jo. Chryſoſtomi nonnullis, curante Hieronymo Bunello, S. I.

4. Περὶ

2011 Ministerio de Cultura

4. Περὶ θεῦ μοναρχίας. p. 103-176. Pars prior hujus libri h) qua unitatem DEI ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν teste Eusebio Justinus demonstraverat, intercidit. In Oxonienſi editione hujus libelli additæ sunt præter alias ineditæ antea atque eruditæ *Johannis Potteri* notæ, quibus facit ut tanto magis Clementem Alex. similiter ab eo illustratum videre peroptemus.

5. Ἀνατροπὴ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν ad Paulum Presbyterum p. 110-159. Legit etiam, (licet non integram) ac Justino tribuit Photius Cod. 125. Neque illius esse abnuerim, non uni forte Paulo inscriptam, unde plurali numero in præf. utitur: quanquam novi à plerisque & novissime à Nourrio p. 454. sqq. Apparatus in dubium vocari. MStus Codex duabus paginis auctior extat in Bibl. Cæsarea, si credimus Lambecio VII. p. 20. & 106. sed fefellit eum lacinia ex refutatione responsionum Græcarum adtexta, qualis in Græca Rob. Stephani editione occurrit, ut jam Clarissimis Viris i) observatum. Latine vertit *Guil Postellus* Paris. 1552. 8.

6. Ἐρωτήσεις χριστιανικαὶ ἑ πρὸς τὲς Ἕλληνας pag. 159-196. Ejusmodi librum à Justino scriptum esse, ex ejus Apologia breviore p. 47. (quem locum etiam repetit Eusebius IV. 16. Hist.) pulchre observavit Grabius T. 2. spicilegii p. 156. Cæterum hoc quod exstat, post Justini ætatem si non suppositum certe interpolatum esse oportet, ut docet vel repetita p. 160. & 161. sqq. 166. Manichæorum mentio, ut alia jam omittam. Appendicis loco p. 196-199. subjiciuntur aphorismi duodeviginti, Ethnicorum opinionibus oppositi.

7. Ἐρωτήσεις ἑλληνικαὶ ἑ πρὸς τὲς χριστιανὲς περὶ τὲ ἀσωμάτε καὶ περὶ ἓ θεῦ, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, p. 199. sqq. quibus p. 201-216. subjiciuntur ἀποκρίσεις χριστιανικαὶ πρὸς τὰς προῤῥηθείσας ἐρωτήσεις ἀπὸ (leg. κζ' ex Photio) τῆς εὐσεβείας τῶν φυσικῶν λογισμῶν. Videtur enim hoc scriptum respicere Photius, quando inter Justini monumenta Cod. 125. ἀποριῶν κατὰ τῆς εὐσεβείας, κεφαλαιώδεις ἀπιλύσεις memorat.

8. Πρὸς ΤΡΥΦΩΝΑ Ἰουδαῖον, διάλογος, Colloquium de veritate religionis Christianæ cum Tryphone Judæo k) (qui ex bello sub Hadria-

h) Dupin Bibl. des Anteurs Ecclesiastiques p. 58. Grabe p. 153. Tillemont. nota 7. ad vitam Justini, Sam Basnage ad A. C. 165. n. 9.

i) Tentzelio p. 180. diss. select. Grabio p. 155.

k) Hunc esse celebrem illum רבי טרפון R. Akibæ sive præceptorem sive collegam, cujus vita in libro Juchasin & in Zemach David occurrit, verisimiliter suspicantur viri

2011 Ministerio de Cultura

driano profugus Corinthi multo tempore egerat) per duos dies habitum Epheſi, atque ut p. 306. Tryphoni facturum ſe Juſtinus promiſit, relatum in literas, dicatusque Marco cuidam Pompejo l) quem *Φίλωνα* p. 225. 371. appellat. In duas etiam partes fuiſſe à S. Viro diviſum, & prioris extremum atque initium poſterioris hodie p. 300. deſiderari, Sylburgius in notis & Grabius T. 2. ſpicileg. p. 161. obſervavit, qui lacunæ illius bina fragmenta p. 174 ſq. ex MS. Catena in Pſalmos & Damaſceni parallelis edidit. Non diu ante Martyrium ſcriptum à Juſtino hunc dialogum colligas ex eo, quod p. 349. ſuæ ad Imp. Apologiæ meminit. Cæterum Jo. Harduini m) paradoxon, qui ex omnibus ſub Juſtini nomine ambulantibus ſcriptis ſolum hunc dialogum genuinum ejus eſſe ſibi perſuaſit, non multis credo probabitur: perinde ut nec alterum illud D. Chriſtiani Gotlieb Kochii, n) Vicepræpoſiti Apenradenſis, qui ſingularibus ſcriptis dialogum cum Tryphone conatus eſt Juſtino eripere, & Origenis diſcipulo Tryphoni adſcribere, nullo certo & explorato adverſus tot antiquorum

H teſti-

viri docti, Druſius de ſectis Judæor. lib 2 c 11. & p. 98. D. Carpzovius introduct. Theol Judaicæ p. 84. Caveus aliique. Tryphonis cujusdam Judæi junioris mentio in S. Epiphanii vita T. 2. edit. Petavii p. 321.

l) Grabius T. 2. ſpicileg. p. 160. conjicit Marcum hunc fuiſſe Epiſcopum illo tempore Hieroſolymitanum. Sed is non fuit ultra A. C. 156.

m) Vide Eliæ du Pin Præf. ad T. V. Bibl. Eccleſioſtic. & D. Ittigii Obſervationes ſupplemento Operum Clementis Alex. ſubjectas p 207. ſeq.

n) Kilonii A. 1708. 8. prodiit liber Kochii hoc titulo: *Juſtini Martyris cum Tryphone Judæo dialogus ſecundum regulas Criticas examinatus, & νοθεύσεως ſeu falſitatis & ſuppoſitionis ſuſpectus atque convictus.* Eodem anno Sleswici 8. D. Albertus à Felde Bremenſis (hodie Theologiæ Profeſſor in Academia Kilonenſi) Epiſtolam ad Kochium edidit, qua ad objectiones ejus reſpondet. Inde pro Kochio Francofurti 1701. 8. vulgata eſt Godofredi Wagneri SS. Theol. Studioſi nomine Epiſtola ad Albertum à Felde de Juſtini Martyris cum Tryphone Judæo Dialogo, vere, ſi inſcriptioni credimus, ſuppoſito. Cumque Viri quidam docti teſtati fuiſſent ſe cum Kochio neutiquam facere, hic Lipſiæ 1704 8. typis exſcribi curavit cenſuram cenſuræ quam Erneſtus Salomon Cyprianus p. 249. ad Hieron. de S. E. Jo. Franciſcus Buddeus de hæreſi Valentin. p. 416. & relationum novantiquarum auctores A. 1701. p. 344. de libro ipſiustulerunt. Ab eo tempore invictas quas vocat demonſtrationes Kochio Feldenius pro dialogi *γνησιότητι* vindicanda oppoſuit, excuſas Hamburgi 1707. 8. Denique A. 1709. Flensburgi 8 pro Kochii ſententia lucem vidit ſcriptum cui titulus: demonſtrationes Alberti à Felde devictæ & profligatæ à C. T. M. Vide & jam dictas novantiquas relationes Germanice editas A. 1704. p. 423. & A. 1708. p. 505 ac Salom. Erneſti Cypriani Vindicias Juſtinianas ſ. diſſ. Apologeticam pro Juſtini Dialogo cum Tryphone, Jenæ 1705. 8.

2011 Ministerio de Cultura

teſtimonia argumento. Potius optaverim ut dialogus iſte Clariſſimi Grabii cura recenſitus & illuſtratus propediem in lucem exeat.

9. Ἔκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, p. 372-390. Citatur à Leontio Byz. Juſtinus ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τοῦ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος σωτάγματος, verbaque ab ipſo allata in hac ἐκθέσει leguntur. Laudatur etiam Juſtini λόγος περὶ πίστεως ab Euthymio in Panoplia tit. 16. & λόγος περὶ τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας à Johanne Cypariſſiota in Decadibus de Myſtica Theologia VII. 1. & 8. & VIII. 10. & à Gemiſto Plethone in opuſculo contra Latinos apud Petavium VII. 17. de Trinitate §. 9. Tamen & juniores iſti teſtes ſunt, & multis argumentis viri docti evicerunt, Juſtini Martyris expoſitionem illam fidei eſſe non poſſe.

10. Ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ὀρθοδόξους, περί τινων ἀναγκαίων ζητημάτων, ſive ſolutiones quæſtionum CXLVI. ad Orthodoxos p. 391-493. lectione certe & accuratiore editione dignæ, variaque præclara continentes, ſed longe junioris * ſcriptoris, ſive Juſtini Siculi ſive alterius cujuscunque. Sane exploratum non eſt quod Allatius de libris Eccleſiaſticis Græcorum p. 274. conjicit, interpolatas eſſe, ut Athanaſii quæſtiones ad Antiochum & Hodegus Anaſtaſii Sinaitæ.

11. Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον p. 494-502. Primum edita & latine verſa ab *Henr. Stephano* 1592. 4. Inſignem hanc Epiſtolam ad Diognetum quem κράτιστον auctor vocat, & Religionis Chriſtianæ pernoſcendæ cupidum fuiſſe teſtatur, ſcriptoris Juſtino antiquioris eſſe exiſtimavit Tillemontius Hiſt. Imperatorum T. 1. p. 1035. ſqq. & in Memoriis Hiſt. Eccleſ. T. 2. p. 366. ſeq. ſed non videntur mihi argumenta illius tanti momenti, ut Juſtino eam abjudicemus, cujus genium plane redolere Sylburgius quoque notavit. Vide & quæ erudite obſervat Sam. Baſnagius ad A. C. 165. n. 9. Neque alienum ab Juſtino, ut ſe Ἀποστόλων γενόμενον μαθητὴν p. 501. vocet, cujus verba iſta ſic etiam poſſunt intelligi, ut per illa tantummodo Chriſtianum ſe factum & Apoſtolorum doctrinæ aures animumque accommodaſſe affirmet. De Diogneto M. Aurelii Antonini Magiſtro uno an duobus hoc nomine, pictore ac Philoſopho Capitolinus in Antonini vita c. 4. & Antoninus ipſe lib. 1. §. 6.

12. Ἐπιστολὴ πρὸς ζηνᾶν ⊙) καὶ Σερῆνον, ad Zenam ac Serenum fratres, de vita Chriſtiana: in cujus Epiſtolæ limine aliam πρὸς Πά-

* Vide argumenta jam notata à Magdeburgenſibus Centur. 2. p. 162 ſeq.

⊙) Alius Zenas νομικός, Tit. III, 13. cujus nomine Apocrypha Tlti Acta jactantur. Vide Acta Sanctor. T. 1. Januar. p. 163. & Ittigii diſſ. de Patribus Apoſtol. p. 100. ſqq.

2011 Ministerio de Cultura

Πάπαν (an Παπίαν?) & aliam item πρὸς ἄρχοντας memorat. MSti Codicis membranacei Sæculo X. ſcripti, inque Bibl. Regia Pariſ. obvii ſpecimen dat Montfauconus p. 279. Palæographiæ. Aliud MS. memorat Mabillonius T. 1. muſei Italici p. 196. hanc enim Epiſtolam intellige, ubi legis Juſtini Orationem, περὶ μὴ τῆς κατὰ πρόβλημά τινων ἀλογίστου παιδείας, quæ ſunt prima Epiſtolæ verba. Natalis vero Alexandri argumenta quibus hanc Epiſtolam Martyri ereptam ivit, excuſſa videre licet in Tentzelii & μαχαίτου diſſ. ſelectis p. 193. ſeq. ubi & Theoph. Raynaudi perſtringitur ſententia, in erotematis de bonis ac malis libris p. 147. eandem tribuentis Juſtino Abbati Hieroſolymitano. Videtur tamen adhuc eſſe ambigendum. Saltim per Epiſtolam πρὸς ἄρχοντας p) Apologiam Juſtini Martyris intelligi ægre mihi perſuadeo, aliud enim illa argumentum continet, ut omittam quæ objecit Clariſſ. Baſnagius ad A. C. 165. n. 10. Natalem Alex. etiam refellens, qui Monachis ſcriptam hanc Epiſtolam ſibi perſuaſit. Epiſtola ad Zenam legitur quoque latine in Bibliotheca Patrum Aſcetica, quæ in ſex tomos diviſa prodiit Pariſ. 1661. 4. Tomo primo.

Scripta Juſtini deperdita.

1. Σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων. Juſtinus ipſe Apologia longiore p. 70. atque inde Euſebius IV. 11. Hiſt. Theodoritus dehæret. fab. & Cedrenus qui ſub Hadriano illud opus compoſitum ſcribit.

2. Λόγοι κατὰ Μαρκίωνος Phot. Cod. 125. *contra Marcionem inſignia volumina* Hieron de S. E. ſed Irenæus (qui loca inde producit IV. 14. & V. 26.) ſingulari numero σύνταγμα vocat, & Euſebius IV. 11. Hiſt. σύγγραμμα.

3. Ψάλτης, quo in libro pſalmodiæ rationes expoſuiſſe videtur: Meminit Euſeb. IV. 18. Hiſt.

4. Σχολικὸν περὶ ψυχῆς. Euſebius loco laudato, cui adde Valeſium in notis, & Grabii T. 2. ſpicileg. p. 168.

5. Περὶ ἀναστάσεως, ex quo primam partem & luculenta fragmenta ſervavit Jo. Damaſcenus in præclaro parallelorum opere, atque inde Græce & Latine edidit Halloixius in vita Juſtini c. 27. & Grabius p. 177-193. qui Methodii etiam lib. de reſurrect. & Procopii Gazæi in 3. Geneſeos teſtimonia affert. Vide & Petavii dogmata Th. T. 1. de Deo p. 678. 837. Reſurrectionem CHRISTI tota prædicaſſe libertate Juſtinum ſcribit Hieronymus Ep. 84.

6. Ὑπομ-

p) Euſebius IV. 16. ſimiliter de Imperatoribus quibus Apologiam Juſtinus obtulit; δεδηλωμένοις ἄρχουσι. Et Miltiadis Apologiam πρὸς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας memorat V. 17.

2011 Ministerio de Cultura

6. Ὑπομνήματα εἰς ἑξαήμερον, è quibus loca ſervavit Anaſtaſius libro VII. in Hexaem. Vide Grabium p. 169. 195. 202. 243. ſeq.

7. Λόγος περὶ προνοίας καὶ πίστεως ad Euphraſium Sophiſtam (junioris ut videtur Juſtini) S. Maximus T. 2. p. 154. & Euthymius part. 2. Panopliæ tit. 15.

Omitto quod Poſſevinus in Catalogis MSS. Græcorum reperiſſe ſe refert memoratam *Juſtini Philoſophi & Martyris explicationem in S. Dionyſii Areopagitæ Epiſcopi Athenienſis Hierarchiam Eccleſiaſticam & Myſticam Theologiam.* Nemo enim credet à Juſtino illuſtrata ſcripta, quæ diu poſt Juſtini ætatem Dionyſio ſuppoſita ſunt.

Editiones Juſtini.

GRÆCE ex Bibl. Regia & Regiis typis *Rob. Stephanus* Juſtini opera edidit Pariſ. 1541. fol. hoc ordine: 1. Epiſt. ad Zenam & Serenum. 2. Paræneticum ad Ethnicos. 3. Dialogum cum Tryphone. 4. Utramque Apologiam, breviorem & longiorem. 5. De Monarchia DEI. 6. Expoſitionem fidei. 7. Everſionem dogmatum Ariſtot. 8. Quæſtiones Chriſtianas. 9. Reſponſiones ad Orthodoxos & 10. Quæſtiones Ethnicorum. Confer de illo itemque alio Bibl. Regiæ Codice & tertio in Collegio Pariſ. Jeſuitarum obvio Nourrium Apparatu ad Bibliothecam Patrum p. 467. ſeq.

LATINE, interprete *Joachimo Perionio*, Benedictino Cormeriacenſi, qui obſervationes etiam addidit. Pariſ. 1554. fol. apud Jacobum Puteanum: & in Bibl. Patrum edit Colonienſis A. 1618 T. 2.

Interprete *Sigismundo Gelenio*, Boiemo, quem Juſtino transferendo immortuum ſcribit in Præf. Nic. Epiſcopius, *Hinc factum eſt*, inquit, *ut alii cuidam docto viro nobis amico, latinæ ac Græcæ linguæ perpulchre gnaro, reliquum ejus auctoris traducendi provincia fuerit tradita, qui non ſolum libros poſtremos fecit latinos, ſed multos etiam locos in prioribus ſupplevit.* Baſil. 1555. atque inde Pariſ. 1565. 8.

Ex verſione *Jo. Langi* Sileſii, qui commentarios etiam addidit: Baſil. 1565. fol. Verſio illa ſine commentariis recuſa in Bibliotheca Patrum, edit Lugd. 1677. T. 2.

GRÆCE & LATINE cum verſione Joh. Langi, additisque quæ H. Stephanus A. 1592. ediderat Juſtini λόγῳ πρὸς Ἕλληνας & Epiſtola ad Diognetum, notisque & indicibus accuratiſſimis *Frid. Sylburgii*, Heidelberg. ap. Commelin. 1593. fol. Sylburgius Jo. Arcerii, Dav. Hœ-

2011 Ministerio de Cultura

Hœſchelii & Hieron. Wolfii Obſervationes, & ſelectas Perionii notas, tum quæ Jacobus Billius in ſuis Obſervationum libris ad Juſtinum notaverat, ſuis caſtigationibus & animadverſionibus inſeruit.

Hæc Sylburgii editio recuſa Pariſiis 1615. & 1636. fol. addita *Petri Lanſelii* Gravelingani S. J. diſpunctione animadverſionum in Juſtinum, quas Iſ. Caſaubonus Exercitationibus ſuis ad Baronium inſeruit: & corollarii in vicem ſubjunctis Athenagora, Theophilo Antiocheno, Tatiano & Hermia.

Colonienſi ſive Witebergenſi potius editioni apud Jeremiam Schrey & Henr. Jo. Meyerum A. 1686. fol. quæ Pariſienſes ex aſſe exprimit, adjunctus præterea D. *Chriſtiani Kortholti* ἔ *παναείτε* ad Juſtinum, Athenagoram, Theophilum & Tatianum Commentarius, Kiloniæ primum A. 1675. fol. ſeparatim in lucem emiſſus.

Noviſſime vir doctus *Thomas Creech*, cui Lucretius multum debet, novæ Juſtini editioni manum admovit Oxoniæ. Sed mox miſer ipſe deplorandi ſibi fati auctor, etiam ea quæ affecta habuit, voluit aboleri.

Quæ ſingula Juſtini ſcripta tum ab aliis tum à Clariſſ. Grabio edita ſunt, à quo etiam cætera optimi Martyris monumenta recenſita expectamus, ſupra ſuo loco memoravi.

GALLICE Juſtini ſcripta vertit Johannes de Maumont. Pariſ. apud Vaſcoſanum 1554. fol. Apologiam longiorem Chanutus. Pariſ. 1686. 12.

Alia quædam ſcripta Juſtinum ſpectantia.

Vita & documenta S. Juſtini Philoſophi & Martyris, per Petrum Halloix. Duaci 1622. 8. & Tomo ſecundo illuſtrium Eccleſiæ Orientalis ſcriptorum. Ibid. 1636. fol.

De Juſtini Doctrina liber Chriſtiani Nifanii adverſus Sandium Francof. 1688. 8. *Juſtinus Philoſophus Chriſtianus & Martyr, exhibitus Veritatis Evangelicæ teſtis & Confeſſor &c.* De doctrina Juſtini Martyris diſſerit etiam B. Ittigius in ſelectis capitibus Hiſt. Eccleſ. ſæculi ſecundi p. 204. ſeq.

De Juſtini Martyris Theologia Morali, Rev. D. Jo. Andreæ Schmidii diſſ. Helmſtad. 1698.

2011 Ministerio de Cultura

Doctiſſimi Abbatis de Longerue opuſculum de Juſtini Martyris geſtis quod peregiſſe ſe teſtatur diſſ. in Tatianum p.XIV. nondum vidit lucem. Is cum Valeſio ad Euſebii IV.16.perſuaſus eſt Juſtinum Martyrio coronatum Anno CHRISTI 51. Antonini Pii 13. cui ſententiæ videtur ſuffragariEpiphanius XLVI.1.teſtatusTatianum novam ſectam prodidiſſe circa duodecimum Annum Antonini Pii. Sed Marcum is Antoninum forte dicere voluit.

XVI. Index ſcriptorum & Heræticorum

à Juſtino Martyre memoratorum, ad paginas editionis Græcolat. Pariſ.
Nota à p. 159-216. quæſtiones ad Græcos & *à p.*391-493.
haberi quæſtiones ad Orthodoxos, quos junioris Juſtini eſſe conſtat.
Adriani Imp. pro Chriſtianis Epiſtola ad Minucium Fundanum, ſive reſcriptum. 99.
Ægyptiorum diſciplinæ & μαθήματα τὰ ἱερογλυφικὰ καλέμενα. 407.
Æſchyli verſus duodecim de DEO. 104.
Alexander Polyhiſtor. 10.
Alexandrina Bibliotheca Ptolemæi. 13. 72.
Amaſis Rex, Ægyptiorum legislator. 11.
Ammonis Ægyptii λόγοι de DEO 37. ubi male Ἄκμων.
Anachoretæ Chriſtianorum in deſerto. 465.
Anaximander 4.
Anaximenes 4.
Antonino Pio & Antonino Philoſopho cognomine Veriſſimo & Lucio Philoſopho inſcribitur Apologia Juſtini longior 53. Antonini Pii Epiſtola ad populös Aſiæ 100. Epiſtola Marco Antonino tributa ad Senatum Rom. 101. in foro Trajano promulganda 102.
Ἄπιο ὁ ποσειδωνιὸς ἐν τῷ κατὰ Ἰουδαίων λόγῳ. 9. ſqq. ἐν τῇ πεντάρτῃ τῶν ἱστοριῶν 10.
Apoſtoli ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν | ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια. 98. eadem lecta in Eccleſiis ibid. ὡς οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐδίδαξαν. 75.
Archelaus Philoſophus. 4.
Ariſtophanes. 16.
Ariſtoteles Philoſophus. 5. 6. 7. 12. 34. 112. ſeq. ubi loca ex ejus Φυσικῇ ἀκροάσει confutantur. 197. ex libris de cœlo p. 127. ſqq. 143. ſqq.
Atticæ Hiſt. ſcriptores 10.

Ba-

2011 Ministerio de Cultura

Baptiſtæ, Judæorum hæreſis. 307.
Baſilidiani hæretici 235.
Bocchoris legislator Ægyptior. 11.
Cadmusliterarum auctor Græcis, è Phœncia. 13.
Caſtor (Hiſtoricus) 10.
B. Clemens Epiſtola ad Corinthios. 436.
Corinthus Socraticus. 217.
Cynici. 47.
Darius Xerxis Pater, leges tulit Ægyptiis. 11.
Democritus. 139.
Demodocus *αυτοδίδακτος*. 109. (ex Homero.)
Diodori Siculi laus 10. 26. ejus XL. libri Bibliothecæ Hiſtoricæ 10. citatus 15. 24.
Diognetus ad quem Epiſtolam ſcripſit Juſtinus, *κράτιστον* eum appellans & de Chriſtianismi rationibus erudiens. 494. ſeq.
Empedocles Metonis F. Agrigentinus. 5. 65.
Epicurus Neoclis F. Athenienſis, 5. *ἐπιτήδεια δόγματα* legi omnibus permiſſa. 52.
Epiſtolæ Impp. pro Chriſtianis. Adriani. 99. Antonini Pii * ad Commune Aſiæ. 100. Marci Antonini ad Senatum Rom. (ſuppoſititia.) 101.
Euripides 106. *ὁ τραγῳδιογράφος*. 107. *ἐν Ἀρχελάῳ* 108.
Βελλεροφόντῃ. id.
Ἑκάβῃ. 109.
Ἱππολύτῳ. 107. ex eadem fabula eſt verſus qui p. 78. adducitur.
Ἴωνι. 108.
Ὀρέστῃ. 107.
Φιλοκτήτῃ. 109.
Φρίξῳ. 109.
Minucius Fundanus. Vide ſupra in Adrianus.
Galilæi. 307.
Geniſtæ. 307.
Serenius Granianus. 99.
Hellanicus. 10.
Helleniani ſ. Helleniſtæ. 307.
Heraclitus. 4. 46. 83.
Hermes (Ægyptius) ejus de Deo ſententia. 37.
Heſiodus 4. 38. 131.
Hippa-

* Marci Antonini eſſe illud edictum docet Valeſ. ad Euſeb. IV. 13. & Daniel Larroquanus diſſ. de legione fulminatrice p. 631. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Hippasus Metapontinus. 4.
Historia τῶν ἁγίων ἀρχαίων ἀνδρῶν. 469. Vitas Patrum respicit, est enim ibi de Anachoretis sermo.
Homerus. 2. 3. 6. 7. 17. 22. 23. 26. 27. 28. 29. 30. 38. 48. 65. 194. ejus νεκυομαντεία. 26.
Hystaspis vaticinia 66. supplicium adversus Hystaspis lectores constitutum. 82.
Flavii Josephi Ἰουδαϊκὴ ἀρχαιολογία. 10. 11. 14. 462.
Irenæus. ὁ μακάριος εἰρηναῖος ὁ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Λουγδούνου, ἐν τῷ περὶ τῆς πάσχα λόγῳ. 468.
Justini Martyris σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων. 70. 306. πρὸς πάπας ἐπιστολή. 503. Puto legend. Παπίαν.
Lucius Martyr. 43.
Lucio Vero Imp. Apologiam longiorem inscribit Justinus. 53.
Manichæi 160. 161. 477.
Marciani (Marcionitæ) 253.
Marcio Ponticus ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων. 70. 92.
Menander Comicus. 66. ἐν ἀδελφοῖς. 109. ἀλιεῦσι. 108. αὐλητρίσι. 109. διφίλῳ. 108. ἡνιόχῳ. 107. ἱερείᾳ. 107. μισουμένῳ. ibid. παρακαταθήκη. ibid.
Menander hæreticus, Samaritanus 91. Simonis discipulus, Antiochiæ πολλοὺς διὰ μαγικῆς τέχνης ἐξαπατήσας. 69. seq.
Meristæ. 307.
Minucius Fundanus. supra in Adrianus.
Ad Musæum filium carmina Orphei. 15.
Oracula 12. 23. 34. 36. 37. 491.
Orestes in tragœdia. 507. Euripidis puta vel Sophoclis.
Origenes ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν ἑβραϊκῶν ὀνομάτων. 441. εἴρηται τῷ Ωριγένει ἐπισκοπουμένῳ τὴν τῶν ἑβραίων διάλεκτον, πάντων τῶν ἐν τῆς θείας γρα-φῆς φερομένων ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἡ μέτρων ἡ ἑρμηνεία. 444.
Orphei versus ad filium Musæum. 15. seq. ἐν τοῖς ὅρκοις 16. ἐν τῷ διαθήκας ἐπιγεγραφομένῳ βιβλίῳ. 104. Orpheum imitatus Homerus. 17.
Paulus Presbyter cui Aristotelicorum dogmatum eversio inscribitur. 110.
Peripatetici &c. 218.
Pharisæi, 307. 366. Pharisæorum inter Christianos discipuli. 503.

φιλαν-

2011 Ministerio de Cultura

Φιλαινίδεια διδάγματα. 52.
Philemon τὰ ἀρχαῖα ἐυπορήσας Φεράσαι. Ejus versus, 104. 106.
Philo Judæus ὁ τὰ Ἰουδαίων ἱερήσας. 10. 11. 14.
Philochorus ὁ τὰς Ἀτθίδας. 10.
Pindarus (ap. Platon.) 25.
Plato. 5. 7. 8. 12. 13. 18. 20. 22. 23. 24. 28. 29. 30. 31. 34. 35. 36. 57. 64. 81. 92. 120. 196. 212. 219. 221. 223.
Menone 31. 35.
I. de Rep. 25.
X. de Rep. 25.
Timæo. 13. 24.
ἐκ ἀλλοτρίας ὕλης τὰ Πλάτωνος διδάγματα ξυγχεῖται. 51.
Poëtarum θεογονία. 2.
Polemon ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἑλληνικῶν ἱστοριῶν. 9.
Verasius Pollio, præfectus. 102.
Pompejanus πολέμαρχος sub M. Antonino. 101.
M. Pompejus ad quem Justinus scripsit dialogum cum Tryphone. 371.
Ptolemæus Mendesius τὰ Αἰγυπτίων ἱερῶν. 10.
Pythagoras 5. 18. 106. 219. 224.
Sadducæi 307.
Saturniliani 252.
Sauchnis legislator Ægyptior. 10
Septuaginta Interpretes S. Scripturæ 294. 297. 310. 348. 353. 397.
Serenus Granianus. 99.
Serenus ad quem scribit Justinus 502.
Sesonchosis legislator Ægyptior. 10.
Sibylla 16. 18. 34. 35. 36. 66. 436. supplicium adversus Sibyllinorum lectores constitutum. 82.
Simon Magus Samaritanus 91. 349. statua honoratus cum inscript. Σίμωνι Δεῷ ἁγίῳ. 69.
Socrates 12. 33. 48. 49. 55. 83.
Solon. 13. ὁ τὰς νόμους πῖς Ἀθηναίοις γεγραφώς. 15.
Sophoclis versus 17. seq. 104. 105.
Σωκράδεια διδάγματα 52.
Stoici 45. 46. 51. 66.
Psalmorum in Syriacam linguam μεταγωγή. 428.

2011 Ministerio de Cultura

Thales Mileſius 4. 6. 7.
Thallus (Hiſtoricus) 10.
Theologia Græcorum è Poëtis, Philoſophis & oraculis. 2, 4. 12.
Θεωρητικοὶ Philoſophi 218. legendum forte Θεωρημαλικόι. vide Laërt. II. 113.
Trypho Judæus cum quo colloquium habuit Juſtinus. 217.
Valentiniani 253.
Xenophon 49.
Zenas ad quem ſcribit Juſtinus 503.

XVII. S. IRENÆUS aliquo tempore poſt Domitiani mortem natus a) prima ætate b) puer Smyrnæ S. Polycarpum vidit (non diu poſtea A. C. 147. c) in perſecutione ſub Antonino Pio igni traditum) andiitque inde Papiam, d) auditorem Evangeliſtæ Johannis, hinc ſub Pothino Lugduni in Gallia presbyter e) atque à MARTYRIBUS LUGDUNENSIBUS miſſus cum Epiſtolis ad Elevtherum Romanum Epiſcopum, de quibus Euſebius V. 3. Hiſt. & 4. Deinde Pothini illius prope nonagenarii ſub M. Aurelio Martyrium paſſi ſucceſſor circa A. C. 178. Scripſit Elevthero eodem Romanæ Eccleſiæ Antiſtite ipſe nondum ut videtur Epiſcopus, adverſus hæreſes, ſive Gnoſticorum genera varia *libros quinque*, quorum primus ἔλεγχον ſive *detectionem*, cæteri quatuor ἀνατροπὴν ſive *redargutionem τῆς ψευδωνύμε γνώσεως* complectuntur. Valentinianæ hæreſeos curioſiſſimus explorator, antiquiores ſectas brevius perſtringit; ut notatum Pearſonio 2. Vindic. Ignatii p. 131. Græce ſcripſerat haud dubie, non latine, etſi Græcis magnam partem caremus præter ea, quæ Epiphanius ex libro primo ſer-

a) Lib. V. c. 30. σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομετιανῦ ἀρχῆς. Hæc vere ſcribere potuit Irenæus, etiamſi poſtremis demum Trajani annis natus fuit. Confer quæ Clariſſ. Dodwelli ſententiæ, qui jam ſub Nerva genitum eſſe contendit, objiciuntur à doctiſſimis viris Grabio prolegom. ad Irenæum ſect. 1. Sam. Baſnagio ad A. C. 178. n. 2. & Maſſveto diſſ. 2. ad Irenæum.

b) Irenæus III. 3. & apud Euſeb. V. 20. Polycarpi diſcipulum teſtatur etiam Hieron. de S. E. c. 35.

c) Vide quæ ſupra §. 14.

d) Hieron. Epiſt. 29. ad Theodoram. Videtur etiam Papiam reſpicere Irenæus V. 3. καὶ μαρτυρόντων αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατ' ὄψιν τὸν Ἰωάννην ἑωρακότων.

e) Hinc Pothini presbyterum vocat Hieron de S. E. De Epiſtolis Martyrum Lugd. Vide Pearſon. II. 13. Vindic. Ignatii & Petav. IV. 5. & V. 7. dogm. Theol. de Eccleſiaſtica Hierarchia. Ab Epiſcopo Romano ordinatus deinde totius Galliæ Epiſcopus, ſi credimus Queſnello ad Leonem M. diſſ. V. P. 477. 481. ſeq. Vide tamen quæ objicit Tillemontius not. 3. ad vitam Irenæi p. 620.

2011 Ministerio de Cultura

ſervavit, & quæ aliunde viri docti eruerunt. Matthæus Dreſſerus in Epiſtola ad Martinum Cruſium A. 1590. *Promiſit mihi nuper Demetrius quidam Archipresbyter, quem & tu vidiſti, ſe exemplar Irenæi Græcum intra menſes ſex eſſe miſſurum. Ego viciſſim duplum ei pretium pollicitus ſum, ſi promiſſum facit.* Sed minime fecit, quemadmodum & Venetiis & alibi ſpes de reperiendo Græco Irenæi MSto fefellit, licet vel propter Græcum quo Irenæus uſus eſt Novi Teſt. Codicem f) operæ pretium eſſet in lucem proferri, ſi quidem quod ante aliquot annos mihi affirmabat Seraphinus Hieromonachus Mytilenæus, ego autem vix ac ne vix quidem mihi perſuadeo, adhuc in Bibliothecis Græciæ manu exaratus deliteſcit. Quis porro fuerit ἀγαπητὸς ille cui opus ſuum Irenæus inſcripſit, incertum plane eſt, licet *Turibium* g) eum vocat ad A. C. 185. Pſeudo Dextri Chronicon. Parum conſtat quoque, ecquis fuerit auctor verſionis latinæ, quam ab Irenæi ſententia non raro aberrantem, Irenæo ipſi Poſſevinus in Apparatu ſacro perperam tribuit. Poſt A. C. 385. occaſione reviviſcentis in Priſcillianiſtis ψευδωνύμου γνώσεως compoſitam diſputat Dodvvellus. h) Verum non Auguſtinus modo, ſed ante hunc Tertullianus jam illa uſus videtur, ut loca à clariſſ. Grabio in prolegomenis p. XIV. allata ſuadent. Gallum quendam auctorem idem eſſe conjicit ex quibusdam idiotismis, atque librum quintum extrema magna parte mutilum ad nos perveniſſe contendit.

S. Irenæi Editiones.

Ex *Eraſmi* ad tres Codices MSS. recenſione, Baſil. 1526. 1528. 1534. 1548. 1554. 1560. Pariſ. 1545. 1563. 1567. 8.

Cum argumentis notisque *Nicolai Gallaſii*, Genevæ 1570. fol. cum nonnullis Græcis ex Epiphanio fragmentis.

Ex editione *Jo. Jacobi Grynæi*, qui libro primo loca Irenæi ab Epiphanio ſervata repoſuit (parum laudato ſtudio) ex latina verſione Jani Cornarii, vetere interpretatione omiſſa, novaque argumenta addidit. Baſil. 1571. fol. Varias lectiones quas præfatio & titulus promittit, nullas adjectas eſſe video.

f) Confer Jo. Millii prolegomena ad N. T. p. XL. ſeq. & Colomeſii Epiſt ad Juſtellum p. 127. ubi notat Codicem Cantabrig. & Claromontanum cum Irenæi citationibus convenire, quod nunc per interpretem tantum conjicere licet.

g) Dodwellus diſſ. IV. ad Irenæum §. 7. p. 301. conjicit nomen confictum occaſione Turibii Aſturicenſis, Priſcillianiſtarum oppugnatoris.

h) Dodwell, diſſ. V. ad Irenæum §. 10. p. 406.

2011 Ministerio de Cultura

Cum commentariis *Franciſci Fevardentii* Ord. Minor. Pariſ. 1575. fol. apud Nivellum, & ſecunda editione Colon. 1596. fol. cui præter notas locupletiores Fevardentii, acceſſere Græca fragmenta Irenæi ex Juſtino, Baſilio M. Epiphanio, Euſebio, Theodoreto, Anaſtaſio Nicæno, Meliſſa, Damaſceno & Niceta, cum latina verſione Joach. Perionii, Jac. Billii, Joh. Chriſtophorſoni & aliorum: Scholia *Jac. Billii* & notæ *Frontonis Ducæi* S. I. in XVIII. primi libri capita: Fragmenta aliorum Irenæi librorum cum Fevardentii notis, fragmenta quinque Polycarpi ex Victoris Capuani Catena in Evangelia, B. Irenæi encomia ex aliis Patribus collecta, & conflictus Arnobii & Serapionis de DEO trino & uno, deque duabus in CHRISTO naturis in uno ſuppoſito, antea ineditus. Recuſa eſt hæc editio Colon. 1625. & Pariſ. 1639. 1675. fol. quibus poſtremis editionibus etiam fragmenta alia à Petro Halloixio in c. 15. Vitæ Irenæi T. 2. p. 480. ex Damaſceni maxime parallelis adjuncta ſunt. Fevardentius ope MS. Codicis Vaticani plura errata ſuſtulit, & libri quinti capita quinque poſtrema primus vulgavit. Recuſa Fevardentii editio, ſed ſine notis, in Bibl. Patrum Lugdunenſi 1677. Tomo Secundo.

Matthias Launojus Senator Antvverpienſes emendatiorem Irenæi editionem pridem molitus fuit teſte Jo. Druſio centuria 1. Miſcell. c. 44. Nonnulla Irenæi loca è veteri Codice emendavit *Latinus Latinius* Bibl. Sacro profanæ p. 183. ſeq. Plura illuſtravit *Jacobus Billius* in ſacris obſervationibus I. 33. ſqq. & II. 5. Pariſ. 1585. ad calcem Epiſtolar. Iſidori Peluſ. editis, laudatus etiam Fevardentio ad libri 2. Irenæi caput. 1.

Henrici Dodwelli doctiſſimi Viri, & licet paradoxis quandoque indulgeret cum magna tamen Antiquitatis, Eccleſiaſticæ præſertim jactura nupero die V. Junii hoc ipſo Anno 1711. denati diſſertationes præclaræ in Irenæum viderunt lucem Oxoniæ A. 1689. 8. Illarum *prima & ſecunda* fidem Irenæi & æqualium quoad media cognoſcendi ordinaria, quod proximi Apoſtolicæ ætati eſſent, & extraordinaria ſive dona prophetica & miraculoſa pro virili adſtruit. *Tertia* de ætate Irenæi, *quarta* de operis adverſus hæreſes conſilio & ſuſcepti tempore, *quinta* de latino interprete, ejus ætate, capitumque quæ non ab Ire-

2011 Ministerio de Cultura

Irenæo eſt partitione, & *ſexta* de aliis Irenæi ſcriptis deperditis diſputat, ſubjuncto appendicis in vicem fragmento ex lib. 24. Philippi Sidetæ de Catechiſtarum Alexandrinorum ſucceſſione cum notis, & Synopſi Chronologica rerum in his diſſertationibus expoſitarum.

Editio luculenta & nitida *Jo. Erneſti Grabe*, qui latinam verſionem è quatuor MSS. Codd. emendavit, Græca præter illa quæ Fevardentius, Halloixius & ex Catenis Combefiſius T. 1. Auctarii noviſſimi Bibl. Patrum p. 298. ſeq. Cotelerius ad Barnabæ Epiſt. c. 15. p. 45. ex Cod. Regio, & Alexander Morus in notis ad novum fœdus ex Codice Mediceo ediderant, plura etiam protulit & reſtituit è MSS. tum fragmenta ſcriptorum Irenæi uberiora edidit, & ſingulis paginis Varias lectiones & notas ſelectas Variorum (Fevardentii præcipue) atque ſuas ſubjecit. Præmiſſis poſt vitam Irenæi à Fevardentio ſcriptam novis prolegomenis, in quibus à Dodvvelli rationibus ſubinde diſſentire Grabius non dubitat, licet in opere ipſo eum conſuluiſſe non diffitetur. Poſt indices locupletiſſimos & gloſſarium latino Græcum Cl. V. *Johannis Potteri* ſtudio concinnatum ſubjectum eſt mantiſſæ loco, *Jo. Croji* ſpecimen conjecturarum in quædam loca Origenis, Irenæi, Tertulliani & Epiphanii, editum pridem A. 1632. 8. & à Petavio ad calcem Syneſii A. 1640. oppugnatum, quæ Petavii diatriba etiam Epiphanio Petavii editionis Colonienſis ſive Lipſienſis ſubjuncta legitur.

Denique ex meritiſſimo de Eccleſiaſtica Antiquitate Ordine Benedictinorum Congregat. S. Mauri, R. P. *Maſſuetus* Irenæum de integro ad priores editiones & tres Codices MSS. Romanum Card. Ottoboni, binosque Gallicanos, quorum unus Collegii Pariſ. S. I. laudatur etiam à Nourrio p. 574. Apparatus ad Bibl. Patrum: recenſuit, novis fragmentis Græcis, obſervationibus ac notis auxit, copioſosque indices & gloſſaria bina græcolat. & latino græcum, indicesque locupletes ſubjunxit. Pariſ. apud Jo. Baptiſtam Coignardum 1710. fol. Commendant hanc editionem tum alia, tum collectio fragmentorum & reliquiarum, quæcunque de antiquis *Gnoſticis* reperiri potuerunt, tum tres Maſſueti diſſertationes operi præmiſſæ, quarum pri-

2011 Ministerio de Cultura

ma de hæreſibus quas oppugnat Irenæus, altera de illius ætate, vita, ſcriptis & Martyrio adverſus Dodvvellum qui Martyrem fuiſſe præter rem negat: tertia denique de Irenæi doctrina fuſe & erudite diſputat, de qua videri quoque poterit B. Ittigius in Hiſt. Eccleſ. ſæculi ſecundi ſelectis capitibus, & Nourrius Apparat. ad Bibl. Patrum Sec. II. diſſ. 6.

XVIII. Index Scriptorum, Virorum illuſtrium & Hæreticorum qui memorantur à S. Irenæo.

Θεῖος πρεσβύτης καὶ κήρυξ ἀληθείας, cujus Jambos in Marcum hæreticum affert Irenæus I. 13. Confer Scal. ad Euſeb. n. 2156.

Anonymus Presbyter Apoſtolorum diſcipulus, ὁ κρείττων ἡμῶν, cujus dicta allegat præf. & alibi. Confer Dodvvell. diſſ. 1. ad Irenæum. §. 6. & diſſ. IV. 3. Mentio etiam apud Euſebium V. 8. & 20. Hiſt. Pothinum deceſſorem Irenæi Epiſcopum ab eo intelligi Dodvvellus conjicit.

Presbyteri qui Johannem Diſcipulum Domini viderunt. Irenæus V. 33.

Æſopi fabula de cane umbram captante. II. 12.

Alexander Epiſcopus Rom. III. 3.

Anacletus Rom. Epiſcopus. III. 3.

Anaxagoras irreligioſus. II. 19. Atheus cognominatus. id.

Anaxilai ludicra I. 8. Confer Reineſii Var. lect. p. 581. & Marſilii Cagnati III. 10. Var. Obſerv.

Anaximander. II. 19.

Anicetus Epiſcopus Rom. III. 3.

Antiphanes in Theogonia. II. 19.

Apocryphorum & perperum ſcripturarum quas hæretici finxerunt inenarrabilis multitudo. I. 17.

Aquilæ Pontici Judæi proſelyti interpretatio S. Scripturæ. III. 24.

Ariſtoteles II. 19. I. 24.

Barbelonitæ Gnoſtici. I. 33.

Baſilides hæreticus I. 23. 32. &c.

Blandina Martyr. Irenæus apud Oecumen. ad 1. Petr. 3.

ad Blaſtum Epiſtola Irenæi ab Euſebio V. 28. Hiſt.

Cadmus XVI. literas Græcis attulit. I. 12. Ca-

2011 Ministerio de Cultura

Cajani I. 35. eorum conſcriptiones. ibid.
Carpocrates I. 24. 32.
Cerdo I. 28.
Cerinthus I. 25. III. 3.
Clemens Romanus ejusque ad Corinthios Epiſtola. II. 3.
Comicus. II. 19.
Colorbaſus. I. 10.
Poëtæ & conſcriptores. II. 19.
Continentes (Encratitæ) I. 30.
Cynici II. 19.
ad Demetrium Viennæ Diaconum ſcripſit Irenæus λόγος περὶ πίστεως teſte S. Maximo. T. 2. p. 152.
Democritus II. 19.
Ebionitæ. I. 26.
Elevtherius Epiſcopus Rom. ſub quo ſcripſit Irenæus III. 3.
Empedocles II. 19.
Epicurus II. 9. III. 40.
Epiphanes hæreticus. I. 5. *Alius vero quidam qui & clarus eſt Magiſter ipſorum.* In Græco fuit Epiphanis nomen.
Esdras ſub Artaxerxe Perſarum Rege libros ſacros reſtituit. III. 25.
Evariſtus Epiſcopus Rom. III. 3.
Florinus hæreticus contra quem Irenæus apud Euſeb. V. 20.
Gnoſticorum genera I. 33.
Heracleon hæreticus II. 5.
Hermas (ſub Scripturæ nomine) IV. 37.
Heſiodus II. 19. & 37.
Homerus II. 19. I. 1. §. 20. I. 6. II. 5. (Homerocentones I. 1. §. 20.) II. 40. IV. 58.
Hyginus Epiſcopus Rom. III. 3.
Ignatius (nomine ejus tacito) V. 28.
Indifferentias inducentes. I. 32.
Judæ Evangelium à Cajanis confictum. I. 35.
Joſephus allegatur ab Irenæo in fragm. quod è MS. Vindob. dat Grabius p. 472.
Juſtinus (Martyr) V. 26. ἐν τῷ πρὸς Μαρκίωνα IV. 14. Ejus auditor Tatianus. I. 31.
Linus Epiſcopus Rom. III. 3.
ad Marcianum fratrem Irenæus ſcripſerat λόγον εἰς ἐπίδειξιν τοῦ Ἀποστολικοῦ κηρύγματος Euſeb. V. 26. Hiſt. Mar-

2011 Ministerio de Cultura

Marcion. I. 29. &c.
Marcus Magicæ impoſturæ peritiſſ. I. 8. ſeqq.
Menander Comicus II. 27.
Menander hæreticus I. 21.
Nicolaitæ. I. 27.
Ophitæ. I. 35.
Poëtæ & conſcriptores. II. 19.
Palamedes literarum poſt Cadmum inventor I. 12.
Papias Johannis auditor. Polycarpi contubernalis (ἑταίρῳ) ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων. V. 33.
Polycarpus ab Irenæo viſus III. 3. ejus Epiſtola ad Philippenſes. ibid. Vide & quæ ex Irenæo Euſeb. V. 20. Hiſt.
Pindarus Lyricus II. 37.
Plato II. 19. I. 24. II. 59. III. 45. 46.
Ptolemæus Valentinianus I. 6. II. 5. ejus locus allegatur I. 1. §. 18.
Pythagoras I. 24. II. 19. ejus quaternio. id. Pythagorici. id.
Saturninus I. 22.
Septuaginta Interpretes ſub Ptolemæo Lagi, Alexandriæ III. 25.
Sethiani tacito nomine perſtringuntur I. 34.
Simon Samarita, Magus. I. 20.
Sixtus Epiſcopus Rom. III. 3.
Sophoclis Oedipus V. 13.
Steſichori palinodia maledici carminis in Helenam I. 20.
Stoici II. 19.
Symbolum I. 2. vetus traditio Apoſtolorum diligenter cuſtodienda III. 4.
Tragicum ἰὼ ἰώ, φεῦ φεῦ. I. 5.
Tatianus Juſtini auditor, poſt ejus Martyrium auctor ſectæ. I. 31.
Thales Mileſius. II. 19.
Theodotionis Epheſii, Judæi proſelyti interpretatio S. ſcripturæ.
Valentinianorum ὑπομνήματα. præf.

De S. Irenæo fuſius diſſerunt præter jam laudatos Maſſvetũ, Dodvvellum, Grabium, Fevardentium, Halloixius T. 2. de ſcriptor. Orientalium Vitis, Tillemontius Tomo 3. memor. Hiſt. Eccleſiaſticæ, Guil. Caveus in Vitis Patrum ex Anglico Belgice ac Germanice editis & in Hiſt. literaria, Acta Sanctor. ad 28. Junii T. V. p. 535. ſeq. Theodoricus Ruinar-

2011 Ministerio de Cultura

nartus in Actis ſelectis Martyrum p. 59. ſeq. Theophilus Raynaudus indiculo ſanctorum Lugdunenſium Lugd. 1629. 8. p. 285. ſeq. & T. VIII. Opp. Jacobus Severtius in Antiſtitum Lugdunenſium Chronologia Lugd. 1608. 4. ſub init. aliique.

Scripta Irenæi deperdita.

Epiſtola ad *Blaſtum περὶ σχίσματος*. Euſeb. V. 20. Hiſt. Blaſtus enim *Paſchæ* non aliter niſi decima quarta Menſis cuſtodiendum eſſe contendens, latenter volebat Judaiſmum introducere, ut ſcribit auctor appendicis ad Tertull. de præſcript. c. 53.

Epiſtola ad *Florinum περὶ μοναρχίας ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν*, ex qua fragmentum idem Euſebius conſervavit. V. 20. Hiſt. Meminit & Theodoritus 1. de hæret. fab.

Ad eundem *Florinum* in Valentini hæreſin jam prolapſum, *περὶ ὀγδοάδος* ſive octonario Æonum numero liber, cui ſolennem adjurationem ad tranſcriptores, i) ne quid adderent demerentue vel mutarent, ſubjunxit, quæ eodem loco apud Euſebium & in Hieronymi Catalogo S. E. c. 35. legitur.

Περὶ ἐπιστήμης λόγος πρὸς Ἕλληνας. Euſeb. V. 26. ubi *συντομώτατον* h. e. nervoſum quod paucis multa docet, & neceſſarium, appellat. Hieronymus in catalogo c. 35. eumque ſecuti Honorius & alii male hoc in duo diſcerpunt: *contra gentes volumen breve, & de diſciplina aliud.*

Λόγος εἰς ἐπίδειξιν & Ἀποστολικὸς κηρύγματος, ad *Marcianum* fratrem. id.

Βιβλίον διαλέξεων διαφόρων. id. *Varios tractatus* vocat Hieron.

Λόγος ſive Epiſtola nomine fratrum quibus præerat in Gallia, ſcripta *ad Victorem* Epiſcopum Rom. *de paſchate*. Juſtin. qv. 115. ad Orthodox. & Euſeb. V. 24. Hiſt. ubi ex illa fragmentum, & apud S. Maximum T. 2. p. 554. Epiſtolas k) memorat Hieronymus, ſed ſimiliter de una tantum intelligendus.

i) De hoc more adjurationes addendi libris, ſcripſi olim libro III. Obſervatt. ſacrarum cap. 1. ad locum Apocalypſeos XXII. 18. cumque illæ necdum prælo datæ fuerint, lubet cum bona ut ſpero lectoris venia hoc integrum infra ſubjungere.

k) Uti *litteras*, ita *Epiſtolæ* quoque plurali numero de unica Epiſtola dixere veteres, ut Seneca Epiſt. 33. *Deſideras his quoque Epiſtolis ſicut prioribus adſcribi aliquas voces noſtrorum procerum.* Alia exempla attuli in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 915. & lib. IV. Bibl. Græcæ c. 5. p. 156. ubi de Epiſtola S. Pauli ad Philippenſes.

2011 Ministerio de Cultura

Forte etiam Irenæus tunc adhuc Presbyter fuit auctor *Epistolæ* sub *Viennensium & Lugdunensium* nomine scriptæ ad fratres per Asiam & Phrygiam constitutos, cujus partem servavit Eusebius V. 1. 2. 3. Hist. & ex Rufini versione cum notis suis recudi fecit Godfr. Henschenius in Actis Sanctor. T. 1. Junii p. 162. seq. Certe sub Irenæi nomine laudatur ab Oecumenio ad 1. Petr. 3.

Ex Λόγοις Irenæi περὶ πίστεως ad Demetrium Viennæ Diaconum fragmenta apud S. Maximum. Vide Irenæum Grabii p. 467.

Singulare ἀπόδειξιν sive *conscriptionem adversus Marcionis hæresin* promittit Irenæus I. 29. & III. 12. quod & Eusebius V. 8. annotavit, librum illum sibi non visum ita satis innuens. In codice Guelferbytano Catalogi Hieronymiani pro verbis *ad Marcianum fratrem* Clariss. Ernestus Salomon Cyprianus testatur legi *ad Marcionis fraudem*. Sed merito rejicit illam lectionem.

Caji librum περὶ παντὸς Irenæo quidam, alii Justino tribuerunt teste Photio Cod. 48. Idem Cod. 121. notat *Hippolytum* ὁμιλίας Irenæi adversus hæreses misisse in compendium, de quo ut de cæteris quæ jam memoravi deperditis Irenæi scriptis vide accurate differentem Dodvvellum diss. VI. Justinum quoque & Irenæum Apocalypsim S. Johannis intepretatum scripsit Hieron. in catalogo c. 9. Sed, ut multa, scripsit aliud agens. Nam Eusebius tantum de Justino IV. 18. μέμνηται Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως σαφῶς ὡς Ἀποστόλου εἶναι λέγων. Similiter de Irenæo V. 8. Confer si placet quæ notavi supra lib. IV. c. 5. §. 8. Sic idem Hieronymus prooem. libr. 28. in Esaiam ait Dionysium Alex. scripsisse librum adversus Irenæum, quo mille annorum fabulam irriserit. At Nepoti, non Irenæo oppositum librum illum Dionysius, ut in Catalogo Hieronymus ipse ex Eusebio recte scribit.

Ex Lib. III. Observatt. Sacr. c. I.

Apocalyps. XXII. 18. *Si quis ad hæc addiderit, addet ei Deus clades in hoc libro scriptas.*

Hoc loco Apostolus videtur in animo habuisse verba Deuteronomii, capite undevigesimo. Nam quod apud Johannem est, addet ei Deus cla-

2011 Ministerio de Cultura

clades in hoc libro ſcriptas, *convenit illis apud Moſen Deut. XXIX.* 20. omnia dira, in hoc deſcripta libro, ei incumbant. *Uti quod apud Johannem ſequitur:* adimet Deus ſortem ejus de libro vitæ, deque ſacra urbe & ſcriptis in hoc libro, *reſpondet hiſce in Deuteronomio:* Et ejus nomen Jova de rerum natura deleat, eumque malis modis ab omnibus Iſraëlitarum tribubus, ut ferunt omnia fœderis dira in hujus legis libro ſcripta, ſecernat. *Porro* v. 17. *ejusdem capitis, hæc Johannis verba:* Et qui ſitit, veniat, & qui vult, ſumat aquam vitæ gratis, *neſcio an conferenda ſint cum Deut. XXIX.* 19. *puto enim illis occaſionem dediſſe iſta apud Moſen occurrentia:* ספות הרוה את—הצמאה addere potum ſitienti, *quanquam non nego ad Eſaiæ LV.* 1. *ſimul reſpexiſſe Johannem. Sequitur in Apocalypſi:* Teſtificor vero omnibus oraculi hujus libri dicta * audientibus: *Sic in Deuteronomio, eodem loco:* Qui hujus ſacramenti verba audierit &c. *Denique apud Johannem* v. 16. *Chriſtus ſe ῥίζαν vocare videtur oppoſite quaſi ad radicem de qua verſu præcedente XXIX.* 18. *Deuteronomii:* μήτις ἐστὶν ἐν ὑμῖν ῥίζα ἄνω φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ.

Sed præterea juvat obſervaſſe diras ejusmodi atque obteſtationes, quales adducto Apocalypſeos loco habentur, libris apponi olim ſolitas non modo à Judæis, eorumque exemplo à Chriſtianis, ſed & à Romanis, Græcis & Barbaris. Ut fallantur viri eruditi, qui id negant, Alexander Morus p. 148. *Cauſæ Dei, & Humfredus Hodius capite XVI. libri, quem adverſus Ariſteæ Hiſtoriam edidit. Atque ita legibus quoque adjectas diras accepimus in eum qui illas abrogare auſus fuiſſet, qua de re, ne alios jam commemorem, luculentus locus extat in diſſertatione Dionis Chryſoſtomi poſtrema p.* 667. *Similiter uti ſtatuis inſcriptæ diræ atque imprecationes, in eos, qui vel loco movercnt, vel quocunque modo eis obeſſent, ut patet ex Philoſtrato in vita Herodis Attici p.* 557. *edit. Morelli, cui addes quæ Salmaſius ad inſcriptionem Herodis p.* 9. *ſeq. & ad Hiſtoriam Auguſtam adnotavit. Sic ſepulcris appoſitæ diræ ac obteſtationes, ne violarentur, ut obſervatum Joh. Mabillonio T.* 1. *Muſei Italici p.* 147. *& Aringho T.* 1. *Romæ ſubterraneæ p.* 138. *Ac nuper admodum Thyatiræ reperta in-*

* Quia Johannes non ſcribentes ſed audientes alloquitur, ideo Viro Clariſſ. Johanni Clerico parte 3. Artis Criticæ p. 243 obteſtatio iſta non tam videtur ad librarios pertinere quam ad impoſtores, etſi de librario audiente etiam recte accipi poteſt, qui prohibetur quicquam ſcribere præter ea quæ ſibi dictari audit.

2011 Ministerio de Cultura

inſcriptio † *Græca Fabii cujusdam Zoſimi, ejusque uxoris Aureliæ Pontiæ monumento dicata, in qua* 1500. *denariorum pœna illi indicitur qui alium ſepulcro intulerit, vel ſepulcrum quacunque ratione violaverit, literasve monumento inſculptas eraſerit.* Dei *etiam* Termini *ſtatuæ iis, qui loco movere ipſas auderent imprecabantur, ut familiæ ſuæ ſupereſſent. Confer rei agrariæ autores p.* 258. 259. *edit. Goëſianæ.*

Nusquam autem frequentius quam libris ſive præfixas ſive ad calcem etiam ſubjectas invenire eſt imprecationes, quarum cum aliquot etiam num exempla in editis libris ſuperſint, longe plura tamen in MStis occurre- re codicibus, Joſephus Scaliger, Iſaacus Voſſius, & alii viri eruditi teſtantur. Triplici autem nomine potiſſum execrationes libris additas reperi, quorum primum eſt, ne citra voluntatem autoris adderetur aliquid demereturve atque adeo ſenſus corrumperetur, aut à librario ſive per oſcitantiam, ſive ex malitia in ignominiam aut detrimentum autoris perverteretur, ad aliumque veluti autorem referretur. Alterum eſt, ne cum ſolis myſtis atque initiatis communicanda, temere profanis oculis proderentur, atque promiſcue vulgo propalarentur. Tertia denique cauſa adjunctarum libris dirarum fuit, ne læderentur, aut auferrentur furto.

Poſtremi generis exemplum, ut alia jam omittam, extat in MSto codice Bodlejanæ Bibliothecæ quem memorat Georgius Hickeſius V.C. in catalogo librorum ſeptentrionalium, quem inſtitutionibus Grammaticæ ſuæ Anglo Saxonicæ & Mœſo Gothicæ nuper adjecit, ex eoque depromtum ſuis cum animadverſionibus recudendum dedit Vir Clariſſ. Wilh. Erneſtus Tenzelius T. 3. dialogor. menſtruorum A. 1691 *p.* 674. *Ibi in fronte libri, Hickeſius hæc verba lecta à ſe refert:* Hoc Miſſale Leofricus Epiſcopus dat Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli in Exonia ad utilitatem ſucceſſorum. Si quis illum inde abſtulerit, æternæ ſubjaceat maledictioni. Fiat. Fiat. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. *Eadem Saxonico quoque idiomate ibidem ſubjici, Hickeſius teſtatur. Similes imprecationes libris ſubjectas vide apud Joach Fellerum τὸν μαχαίρην in Catalogo MStorum Bibl. Lipſienſis Paulinæ p.* 441. 445. 446.

*Secundi generis diræ non inuſitatæ ſunt in libris Chemicorum & Aſtrologorum. Ut ab Aſtrologis initium capiam, formulam ejusmodi adjurationis ex libro IV. Floridorum ſ. Anthologiorum Valentis Antiocheni (quod * opus tum heic Hamburgi, tum paſſim alibi in variis Bibliothecis manu*

† Vide Pauli Ricaut Hiſtoriam Status Eccleſiæ Græcæ hodierni cap. 2. p. 86. edit. Middelburg.

* De hoc Vettio Valente, quem & ipſe MS. licet mutilum ante 300. annos exaratum ex libris udianis Gaccepi, dictum à me eſt ſupra lib. III. c. 20.

2011 Ministerio de Cultura

manu exaratum deliteſcit) *in lucem protraxit Seldenus* ὁ μέγας *notis ad marmora Oxonienſia p.42. editionis ab Humphredo Prideaux procuratæ, tum in Prolegom. ad lib. de Diis Syriis c.3. p 35. & libro II. de Synedriis c. X. Sect.4.* Ὁρκίζω σε ἀδελφέ μου τιμιώτατε, καὶ τὰς μυσαγωγάς μου ταύτῃ τῇ συντάξει, ἱερανδᾶ μὲν ἀσπάζεσθαι καὶ κύκλον δυσκαιδεκαέτη ὁδὸν, ἡλιόντε καὶ σελήνην καὶ τὰς πέντε πλανήτας ἀστέρας, δι' ὧν ὁ πᾶς βίος ἡνιοχεῖται, αὐτὴν δὲ τὴν πρόνοιαν καὶ ἱερανάγκην ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα συντηρῆσαι καὶ μὴ μεταδοῦναι τοῖς ἀπαιδεύτοις εἰ μὴ τοῖς ἀξίοις καὶ δυναμένοις διαφυλάσσειν καὶ ἀμείβεσθαι δικαίως, αὐτῷτε ἐμοὶ Οὐάλεντι τῷ εἰσηγησαμένῳ ἀείμνηστον καὶ ἀγαθὴν φήμην ἀπονέμειν. Καὶ μάλιστα ἐπιγνόντας τὸ ἄφθονον, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας μέρος ὡς ὑπὸ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐπιλελυμένον αὐτὸς ἐφώλιασα. Μηδὲ παρέντας τὸ ἐμὸν ὄνομα ἑτέρους ἐπεισφέρειν ταύτῃ συντάξει. Μὴ δὲ λωβῆσαί τινα τῶν προγεγραμμένων ἢ μελλόντων λέγεσθαι, πρὸς τὸ ἀθετῆσαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ μὴ ψόγον ἐπενέγκαι. Καὶ ταῦτα μὲν φυλάσσουσιν, οἱ προειρημένοι θεοὶ πάντες ἐμμενεῖς ἔσονται, καὶ βίος ἀπαθὴς, καὶ καταθύμιος λογισμῶν συντέλεια. Ἐπορκοῦσι δὲ, τὰ ἐναντία. Μήτε γῆ βατὴ, μήτε θάλαττα πλωτὴ, μήτε τέκνων σπορὰ, τυφλόστε νοῦς. Καὶ πεπαιδευμένος ὑπάρχων ἀχήμονα βίον καὶ ἀνεπίτευκτον ἀγαθῶν ἐπάγοι. Ἐαὶ δέ τις καὶ μετὰ θάνατόν ἐστιν κακῶντε καὶ καλῶν ἀμοιβὴ, κακεῖ τῶν ὁμοίων μεταλάβοιεν. *Julius Firmicus initio libri ſeptimi Matheſeos, quam paganus adhuc ſcripſiſſe videtur, Mavortium ſuum jurejurando convenit* per fabricatorem mundi Deum, qui omnia neceſſitate perpetuitatis excoluit, qui ſolem firmavit & lunam, qui omnium ſiderum curſus ordinesque diſpoſuit, qui maris fluctus intra certos terræ terminos coarctavit, qui ignem ad ſempiternam ſibi ſubſtantiam inflammavit, qui terram in medio collocatam æquata moderatione ſuſpendit, qui homines, feras, alites, & omnia animantium genera divina artificii Majeſtate compoſuit, qui terram perennibus fontibus rigat, qui ventorum flatus cum quadam facit neceſſitatis moderatione variari; qui ad fabricationem omnium quatuor elementorum diverſitate compoſita ex contrariis & repugnantibus cuncta perfecit, qui ortum ac occaſum ac omnium terræ motuum per animæ deſcenſum & aſcenſum immortalitate æternæ perpetuitatis ordinavit: ne hæc veneranda, communia profanis vel imperitis auribus intimentur, ſed iis tantum quos animus incorruptus ad rectum vivendi ordinem caſto ac pudico præſidio mentis inſtituit, quorum illibata

2011 Ministerio de Cultura

fides, quorum manus ab omni sunt facinorum scelere separatæ, integris scilicet, pudicis, sobriis ac modestis, ut puro tantum mentis splendore decoratis integra se scientia divinationis insinuet. *Idem jusjurandum Mavortio in memoriam revocat Firmicus extremo libri octavi. Chemicorum similem adjurationem ex libro sub Isidis nomine ad filium Horum (qui illustris Paul. Vindingii beneficio una cum aliis Chemicis Græcis etiam apud me ex Bibl. Regis Galliæ Codice manu scriptus extat) vulgavit Olaus Borrichius in Hermetis, Ægyptiorumque sapientia vindicata c. 3. p. 47.* Ὁρκίζω σε εἰς θεὸν, φῶς γῆν καὶ σκότος, ὁρκίζω σε εἰς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν, ὁρκίζω σε εἰς Ἑρμῆν καὶ Ἄνουβιν, ὕλαγμα καὶ νεκρὸν δεσπόνσα τὸν Φύλακα, ὁρκίζω σε εἰς τὸν πόρθμιον ἐκεῖνον καὶ ἀχαίρουσα ναυλίλον, ὁρκίζω σε εἰς τὰς τρεῖς ἀνάγκας καὶ μάστιγας καὶ ξίφος. τούτοις με ἐφορκίσας παρήγγειλεν, μηδενὶ μεταδιδόναι εἰ μὴ μόνον τέκνῳ καὶ φίλῳ γνησίῳ, ἵνα ἦι αὐτὸς σὺ καὶ σὺ ἦι αὐτός. *Eodem in loco ex Christianis artis Chemicæ Magistris hanc formulam affert Borrichius:* ὁρκίζω σε, καλὲ πᾶ, εἰς μακαρίαν καὶ σεβασμίαν τελάδα, τὸ ἅγιον μὴ ἀπορίπτειν νυσί.

Tertii denique generis diræ, uti ad S. Johannis sententiam proprius accedunt, ita earum plura operæ pretium est exempla in medium adducere. Aristeas libro de LXX. interpretibus p. 33. editionis à me curatæ narrat Demetrium probata ab omnibus græca Interpretum versione, jussisse ex more diras imprecari ei, qui aliquid vel addere, vel detrahere, vel mutare ausurus esset. Πάντων δὲ ἀποφωνησάντων, τοῖς εἰρημένοις ἐκέλευσε διαρρήδην, καθὼς ἔθος αὐτοῖς ἐστιν, εἴτις διασκευάσει ὑφεστηθεὶς ἢ μεταφέρων τι τὸ σύνολον τῶν γεγραμμένων, ἢ ποιούμενος ἀφαίρεσιν, καλῶς τοῦτο πεάσοντες, ἵνα ὑπὸ παντὸς ἀένναα καὶ μένοντα φυλάσσηται. *Etiam Eusebius octavo præparationis refert populum jubente Rege Ptolemæo, uno ore imprecatum fuisse diras ei qui quicquam in LXX. Interpretum translatione esset immutaturus. Ac verisimile est imprecationes illas, de quibus Aristeas, literis tum temporis consignatas fuisse. Equidem Hodyus hæc omnia à Judæis conficta esse non ambigit, sed cum eodem capite XVI. diras ejusmodi non minus Judæis quam Græcis, Romanisque inusitatas fuisse contendat, ut hæc inter se cohæreant, ipse viderit. Cæteroqui constat hodie quoque Judæos libris, quos typis exscribi curant, imprecationes & anathemata adjungere, feritura scilicet eos, qui se invitis libros recudere ausi fuerint. Adeo, ut Judæorum malleus Wagenseilius in telis igneis Satanæ p. 27. miretur, Magistratus Christianos hoc illis anathematizandi veluti privilegium publice concedere. Verum & alias diris atque imprecationibus Judæi admodum sunt liberales, qua in parte convenit eis cum aliis quoque populis orientalibus.*

At

2011 Ministerio de Cultura

*At enim ut ad illas, de quibus dicere cœpimus, revertamur diras, ex Ethnicis ſcriptoribus Artemidorus Daldianus in calce ſecundi librorum quos de vaniſſimo * argumento ſcripſit, Deum Vindicem invocare non dubitat ſuper eos, qui ad ſua vel addere aliquid, vel quicquam demere iis haud verentur.* Δέομαι ὴ ὀλίγα τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς βιβλίοις μήτε προσθεῖναι, μήτε τῶν ὄντων ἀφελεῖν. Εἴτε δὲ δύναιό τις τοῖς ἐμοῖς προσθεῖναι, ῥᾴον ἂν ἴδια ποιήσειεν. Εἰ δέ τινα τῶν γεγραμμένων ταῖς δε ταῖς βίβλοις περισσὰ δοκεῖ, οἷς ἀρέσκεσθαι μόνοις χρήσθω, τὰ λοιπὰ τῶν βιβλίων μὴ ἐξαίρων, Θεὸν ἐπόπτην καὶ φύλακα πάντων νομίζων τὸν Ἀπόλλωνα.

Ex Chriſtianus doctoribus Eccleſiæ S. Irenæus in extremo libri de ogdoade hanc adjurationem ſubnexuerat : Ὁρκίζω σε τὸν μεταγράψόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο κ῭ ἔ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ κ῭ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μεταγράψω, καὶ κατορθώσῃ αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον ἔτο ὅθεν μεταγράψω, ἐπιμελῶς. Καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψεις καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. *Quam ſormulam ** referens Euſebius lib. V. cap. 20. Hiſt. Eccleſ. χαριεστάτην σημείωσιν appellat, quin & addit idem Euſebius :* Atque hæc utiliter ab eo dicta & a nobis commemorata ſunt, ut priſcos illos & ſine controverſia ſanctiſſimos viros, tanquam pulcherrimum exemplum exactiſſimæ diligentiæ ſemper ante oculos habeamus. *Ita certe hoc placuit Euſebio, ut ſimilem obteſtationem ſuis quoque adtexuerit libris, qualis hodieque in principio Chronici ab Hieronymo translati legitur, quam antiquiores codices literis grandioribus aureis exhibent, ut ab iis qui MSta tractarunt edocti ſumus. Conſimilem formam Rufinos libris Origenis περὶ ἀρχῶν à ſe translatis præmiſit, quam memorat iterum invectiva in Hieronymum prima, conceptam his verbis :* Illud ſane omnem qui hos libros vel deſcripturus eſt vel lecturus, in conſpectu Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti conteſtor atque convenio per futuri regni fidem, per reſurrectionis ex mortuis ſacramentum, per illum qui præparatus eſt Diabolo & angelis ejus æternum ignem, ſic non illum locum æterna hæreditate poſſideat, ubi eſt fletus & ſtridor dentium, & ubi ignis eorum non morietur, ne addat aliquid huic ſcripturæ, nec auferat, nec inſerat, nec immutet, ſed conferat cum exemplaribus unde conſcripſerat, & emendet ad literam & diſtinguat, & inemendatum vel indiſtin-

* Onirocriticon.

** Memorat etiam Hieronymus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis ubi de Irenæo agit. Sophronius autem Græcus Hieronymi interpres veſtigiis ejus Verborum inſiſtere quam ex Irenæo ipſo vel Euſebio deſcribere formulam illam maluit.

2011 Ministerio de Cultura

distinctum codicem non habeat, ne sensuum difficultas, si distinctus codex non sit, majores obscuritates legentibus generet. *Eandem adjurationem in MSto suo codice Historiæ Eusebii à Rufino latine redditæ offendisse se memorat Scaliger, neque dubium est in veteribus libris manu exaratis formulas ejusmodi passim obvias esse, qualis occurrit etiam in calce Historiarum Gregorii Turonensis. Ælfricus quoque Abbas præfationem versioni Anglo Saxonicæ capitum XXIV. priorum libri Geneseos præmissam claudit his verbis, apud Warthonum in auctario ad Usserii historiam dogmaticam de Scripturis sacrisque vernaculis p.* 386. Si quis istum librum exscribere velit, istum per Dei nomen obtestor, ut illum juxta autographum diligenter corrigat. Nollem enim ut per errata scriptionis aliquem in errorem ducat. Quod si contigerit, discrimen non meum erit, sed illius. Librarius negligens multum affert damni, si errata sua nolit corrigere. *Sic Anastasius Sinaita in hodego per filium Dei objurat librarios, ne omittant similem per omnia imaginem Domini crucifixi, cujusmodi ipse singulari industria delineaverat, apographis suis inserere, ut ex MSto codice Bibliothecæ Vindobonensis notat Lambecius lib. III. de Bibl Cæsarea p.* 165. *Multa alia exempla prudens omitto, quibus annumerandum etiam illud, quod in codice Anglo Saxonico reperit Georgius Hickesius*: Hunc Christus excœcet qui hoc oblitteraverit. *Et hic Dionysii Corinthii locus apud Eusebium lib. IV. cap.* 23. *Hist. Ecclesiast.* Fratribus, ut scriberem, rogantibus scripsi Epistolas, sed illas ministri Diaboli Zizaniis alia eximentes alia vero adjicientes repleverunt, οἷς τὸ οὐαὶ κεῖται, quibus Væ in extremum judicium est repositum.

Denique in Clementinis à Cotelerio editis legitur contestatio pro iis qui librum prædicationum Clementis accipiunt, ne illum temere quibusvis communicent neque addant aliquid aut adulterent &c. Vide T. 1. *Patrum Apostolicorum p.* 603. 604. *Orientius quoque in deprecandi, ut vocat, canticо*: Quod si quem lædit spiritalis lectio, Ei licebit lectionem spernere, non commutare lectionis formulam. Anguem magistrum falsisatis increpo, ut non adjicat neve demat literam. Si scriptor errat in mutanda litera, Ignarus errat, venia à Christo præstoest, Nam non voluntas verum dextra labitur. Anguem &c. *Edidit Edmundus Martene in nova collectione scriptor. Eccles. p.* 36. *Sed hactenus. Nunc institutum persequamur.*

XIX. TA-

2011 Ministerio de Cultura

XIX. TATIANUS Syrus * Philoſophia artibusque ac diſciplinis a) Græcorum diligenter excultus, ac multis peragratis regionibus delatus Romam, obſcœna ibi & crudeli ſuperſtitione offenſus b) Chriſtianis ſe jungere cœpit, innotuitque Juſtino Martyri, à cujus ore pependit, c) ac viciſſim alios & in his Rhodonem d) Romæ docuit, cæterum commune cum Juſtino Creſcentis Cynici e) odium expertus eſt. Juſtino hunc per Creſcentem delato & ad ſupplicium rapto, Tatianus evaſit Syriamque repetiit, & circa A. C. 172. & duodecimum M. Aurelii Antonini f) hæreſin cœpit prodere, qua nomem ſuum mirum in modum apud Eccleſiam CHRISTI infamavit. Exſcriptis ejus nihil ad nos pervenit præter λόγον πρὸς ἕλληνας g) ſcriptum circa A. C. 168. atque Clementi Alex. I. Strom. p. 320. Origeni I. contra Celſum p. 14. Euſebio IV 16. & 29. Hiſt. & Hieronymo c. 29 de S. E. laudatum, quo probat Græcos illis quos vocent ipſi Barbaris hoc eſt Orientalibus omnia præclara debere, ὅτι οὐδὲν τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς ἕλληνες καλλωπίζονται ἑλληνικὸν, ἀλλὰ ἐκ βαρβάρων τὴν ἔυρεσιν ἐσχηκός. Quoniam in hoc ſcripto nonnulla tangit ad temporum rationes facientia, hinc *Chronographus* dicitur Tatianus à Johanne Malala & auctore Chronici Alex.

L &

* Ipſe de ſe Tatianus p. 174. γεννηθεὶς ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ. Hinc Σύρος τὸ γένος, Epiphanio dicitur. Sæpe enim inter ſe confunduntur Syvia & Aſſyria. Confer Allat. p. 7. ad Euſtath. in Hexaëm. Damaſcenus de hæreſ. c. 46. ἐλέγετο δὲ ἀπὸ Μεσοποταμίας ὁρμᾶσθαι. Unde in Meſopotamia Provincia Syriæ natum colligit Tentzelius ὁ μαχαίτης p. 218. diſſ. ſelect. Sed habuit illud Damaſcenus ab Epiphanio qui XLVI. 1. tantummodo teſtatur Tatianum hæreſin proditurum, in Meſopotamia primum anno Antonini duodecimo διδασκαλεῖον προσῆσαι

a) Ita accipiendum apud Euſebium IV. vocabulum σοφιστεύσας. Ut Tatianus de ſeipſo 170 σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα. quod p. 174. dicit ὁ κατὰ βαρβάρους φιλοσοφῶν, παιδευθεὶς δὲ πρῶτον τὰ ὑμέτερα, & p. 170. τῆς καθ' ὑμᾶς βαρβάρου φιλοσοφίας ἀντεποιησάμην. alibi p. 162. ὁ κατ' ἐπίκυρον σοφιστεύων. Nihil ibi de *eloquentiæ Magiſtro*, quem egiſſe Tatianum perſuaſere ſibi viri doctiſſimi, etiam è veteribus Hieronymus ac Rufinus, ac forte Theodoretus. Nam Sophiſtam quidem Tatianum vocat, ſed hoc nomine Tatianus ſolet ipſe appellare Philoſophos, ut p. 173. πολλοὶ γὰρ κατ' αὐτὸς σοφισαὶ. & p. 170. τί δὲ μὴ ἄτοπον κατὰ τὸν ἰδιεῖον ὑμῶν σοφιστὴν γηράσκειν ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενον ubi per Sophiſtam illum non ſe, ut viſum Tentzelio p. 219. ſed Solonem vel Socratem intelligit.

b) Tatianus Orat. contra Græcos p. 170. Confer Abbatis de Longerue diſſ. de Tatiano.

c) Irenæus l. 30. Epiphan. 46. 1.

d) Euſeb. V. 13.

e) Tatian. Orat. contra Græcos p. 157. 158. ubi & Juſtinum θαυμασιώτατον appellat.

f) *Antonini Pii*, ſcribit Epiphanius XLVI. 1. ſed Aurelium Antoninum quoque Pii nomine veniſſe pluribus teſtimoniis probat Pagius ad A. C. 162. n. 3.

g) Rufinus & Hieron. *adverſus gentes* : ſed videtur rectius transferri *adverſus Græcos*, quibus Barbaros opponit.

2011 Ministerio de Cultura

& *Chronicon* ſcripſiſſe à Rufino traditur, ſive χρονογραφίαν ex loco Euſebii VI. 13. Hiſt. Teſtimoniis veterum de Tatiano perquam diligenter collectis & editioni Oxonienſi præmiſſis à Clariſſ. Wortho, addendum eſt hoc Euſtathii Antiocheni in limine Commentarii in Hexaëmeron: Κλήμης μὲν οὖν καὶ Ἀθηναγόρας καὶ πρὸς τούτοις Ταζιανὸς, τῶν ὑπ' ἐκ περιτομῆς Ἰωσηπ@ καὶ Ἰδς@ κζ' Ἴναχον ἀκμάσαι τὸν Ἀργεῖον Μωυσέα ἱστόρησαν, ἰδίως ἕκας@ ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας ὑποχὼν τὴν ἀπόδειξιν.

Tatiani Editiones.

Græce è Jo. Friſii Codice (quem ab Arnoldo Arlenio Peraxylo Venetiis acceperat cum alio Codice collatum) primum edidit *Conradus Geſnerus* Tiguri 1546. fol. apud Froſchoverum cum Antonii Meliſſa & Maximi ſententiis, ac Theophilo ad Autolycum. Ab hujus editionis lectionibus ſine cauſa quandoq; receſſiſſe poſteriores editiones, queritur Wilh. Worthus.

Latine eodem Geſnero interprete, qui notas etiam addidit. ibid. eodem anno fol. Recuſa deinde Geſneri verſio in Bibliothecis Patrum, Pariſ. 1575. 1589. 1610. Colon. 1618. & in noviſſima Lugdunenſi 1677. Tomo II.

Græce & Latine cum Geſneri verſione in Orthodoxographis Jo. Heroldi A. 1555. Baſil. fol. & in auctario Bibliothecæ Patrum cum *Ducæi* notis Pariſ. 1624. fol. & cum Juſtino Martyre, Athenagora, Theophilo ad Autolycum & Hermia Pariſ. 1615. & 1636. & Colon. ſive Witebergæ potius 1686. fol. cui poſtremæ editioni additæ B. D. *Chriſtiani Kortholti* notæ, Kilonii antea A. 1675. fol. editæ.

Deniq; ſeparato Volumine, nitidis typis, cum Geſneri verſione, ejusdemq; & Ducæi ac Kortholti integris notis, ſuisq; novis animadverſionibus edidit *Wilhelmus Worth* Archidiaconus Wigornienſis duorum Codicum Regiorum Pariſ. & tertii Etonenſis lectionibus uſus. Oxon. 1700. è theatro Sheldoniano 8. ſubjuncta ad calcem voluminis Hermiæ irriſione gentilium Worthi & Tho. Galei notis illuſtrata. Idem Worthus editioni ſuæ libri Tatianei addidit præter Friſii & Gesneri præfationes, & p. 155. conjecturas Pearſonii, etiam ea quæ de Tatiano ejusque doctrina Georgius Bullus in defenſione fidei Nicænæ, tum Nourrius in Apparatu ad Bibl. Patrum Sec. 2. diſſ. V. nec non Vir eruditiſſimus Ludovicus du Four de

Lon-

2011 Ministerio de Cultura

Longuerue, Abbas ſeptem fontium in Theraſcia, diſſertatione antea inedita de Tatiano diſſeruerunt. Qui poſtremus in Oratione ad Græcos jam nonnulla ſatis diſerta hæreſeos Tatiani veſtigia ſibi obſervaſſe videtur.

Plura de Tatiano Ittigius diſſ. de hæreſiarchis ſect. 2. c. 12. & in ſelectis Hiſt. Eccleſ. ſæculi ſecundi Capitibus, Johannes item Franciſcus Buddeus diſſ. de hæreſi Valentinianorum p. 519. ſq. Hæreſin Tatiani Encratitarum auctoris, ſectatorisque Valentinianorum ac Marcionitarum, oppugnatam olim à *Muſano*, teſtatur Euſebius IV. 28. Eandem refellunt ex antiquis qui exſtant ſcriptoribus Irenæus & Epiphanius.

Suppoſita Tatiano Harmonia Evangelica.

Harmonia Evangelica quam ſæculo VI. ſub Tatiani nomine venditavit * *Victor Capuanus*, quamque latine exhibent Oxthodoxographorum utraque editio & Bibliothecæ Patrum, commentario autem illuſtravit ſæculo XII. poſt CHRISTUM natum Zacharias Chryſopolitanus ** neutiquam eſt Tatiani Evangelium διὰ τεσσάρων, quod longe aliter à veteribus deſcribitur : Neque ad Tatianum veluti auctorem referri poteſt Harmonia altera quæ illi ſolet conjungi, quæque ſub † *Ammonii Alex.* nomine ex Ottomari Luſcinii verſione primum lucem vidit Auguſtæ Vindel. 1523. deinde recuſa Erfurti eſt 1544. 8. ex recognitione Caſp. Bruſchii, in antiqua vero *Theotiſca* verſione male tribuitur Tatiano Alexandrino, cum Tatianus Aſſyrius non Alexandrinus fuerit. Illam verſionem Theotiſcam primus è MS. Francilci Iunii A. 1706. 4. edidit cum notis noſter cum viveret amicus *Jo. Philippus Palthenius* Profeſſor doctiſſimus Gryphisvvaldenſis, præmaturo fato extinctus Ult. Maji 1710. Loca quædam illius Verſionis rectius interpretabitur Vir nobiſſimus *Theodoricus von Stade*, cujus Otfridum & Grammaticam Theotiſcam avide exſpectamus. Vide etiam ſi placet ſpecimen Veteris Harmoniæ Evangelicæ Francice ſcriptæ apud Hickeſium T. 1. Theſauri linguar. ſeptentrional. p. 189. ſq.

* Vide Nourrii Apparat. ad Bibl. Patrum p. 553. ſeq. & quæ pridem notari in Codice Apocrypho Novi Teſt.

** Zachariæ Chryſopol. Commentarius exſtat Tomo XIX. Bibliothecæ Patrum edit. Lugd.

† Hunc Ammonium Alex. Operis *de conſenſu Moyſis & Jeſu, Canonumque Evangelicorum* quos deinde Euſebius perfecit auctorem, cum Ammonio Sacca Ethnico Philoſopho Plotini per annos undecim præceptore male confundunt viri docti, ut notatum à me ſupra eſt lib. IV. c. 26. ubi de variis Ammoniis.

2011 Ministerio de Cultura

Scripta Tatiani deperdita.

Πολύ τι πλῆθος συγγεγραμμάτων relictum fuisse à Tatiano testatur Eusebius IV. 29. Hist. *infinita Volumina.* Hieron. c.29. de S.E.

Evangelium διὰ τεσσάρων, amputatis genealogiis & aliis omnibus quæ Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt. Theodorit. l.1. c.20. hæret. fab. Confer Codicem Apocryphum Nov. Test. p.379. seq. ubi refellitur error eorum, qui cum Evangelio Hebræorum confuderunt apud Epiphan. hæresi 46. Multa etiam de Tatiani Evangelio viri doctissimi Ittigius, Tentzelius &c.

Epistolarum Apostoli Pauli recensio Metaphrastica, ornatioribus verbis nonnulla studens efferre. Euseb.IV.29. Hist.(Nonnullas Pauli Epistolas plane *repudiasse* scribit Hieron. in Epistolam ad Titum prooemio.)

Ex Veteri Testamento λόγοι selecti, quibus solis utebantur Tatiani sectatores, jactatis contra sub Andreæ, Johannis, & Thomæ nomine scriptis Apocryphis. Epiphan. XLVII. 1.

Πρὸς τὸς ἀποφηναμένους τὰ περὶ Θεοῦ. *Adversus eos qui rebus divinis fidem detrahunt.* Tatianus ipse p. 173. contra gentes.

Περὶ ζώων, *de animalibus* idem p. 154.

Περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καταρτισμοῦ, de perfectione secundum CHRISTUM. Clemens Alex.III. Strom. p.406.

Προβλημάτων βιβλίον *Quæstionum liber* super obscuris S. Scripturæ locis, quem examini subjicere instituit Rhodon. vide Euseb. V. 13. Hist.

Alii Tatiani.

Tatianus dux sub M. Antonio militans. Plutarch. in Antonii vita p. 933.

Tatianus orator, πάνυ cognomento dictus. Vide Cælium Rhodigin. III. 10. Antiq. Lect.

Tatianus ad quem Gregorius Thaumaturgus scripsit librum de anima, de quo infra in Gregorio.

Tatianus cujus beneficentiam laudat Libanius Orat.XV, T.2. p. 438. & ad quem plures sunt Libanii Epistolæ: haud diversus à Tatiano Ægypti

2011 Ministerio de Cultura

Ægypti præfecto & Auguſtali ſub Valente ac Theodoſio : à quo aquæductus Alexandriæ conditus, dictus Tatianus. Plura de eo Jac. Gothofredus in proſopographia Codicis Theodoſiani p.386. ſeq. Meminit Suidas in Θυάλης.

Tatianus Dulas qui Zephyrii in Cilicia Martyrium obiit ſub Imperatoribus Ethnicis, præſide Ciliciæ Maximo quodam, cujus Acta Martyrii latine dant Lipomannus & Surius 15. Junii, Græce cum Sirleti verſione exhibet Henſchenius T. 2. Act. Sanctor. Junii p.1043-1047.

Alii duo Tatiani Martyres de quibus Martyrologia 16. Martii & 12. Sept. de altero Phryge etiam Sozom. V. 11. Suid in ἀμάχιος & Ταταιός.

M. Aurelius Polynices Tatianus in Veteri Inſcriptione apud Sirmondum p.266. ad Sidonium.

Tatianus puer in Gruteri theſauro p. MLX. 5.

ATHENAGORAS Athenienſis é Philoſopho Ethnico Chriſtianus paucis veterum memoratur, Methodio apud Epiphanium a) LXIV. 21. & Photium Cod. 234. p.480. atque Philippo Sidetæ in fragmento quod edidit præſtantiſſimus Dodvvellus ad calcem diſſertationum in Irenæum, cujus Philippi hæc ſunt verba: ἧς διδασκαλείου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο &c. *Scholæ præfuit Alexandrinæ primus* Athenagoras, *qui Hadriani floruit temporibus atque Antonini, quibus etiam legatoriam Orationem pro Chriſtianis* τὸν ὑπὲρ χριστιανῶν πρεσβευτικὸν *inſcripſit. Religionem Chriſtianam in ipſo quoque pallio profeſſus & ſcholæ Academicæ præfectus* τῆς Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος. *Hic cum ante Celſum in animo haberet Chriſtianos ſcriptis oppugnare, luſtratis ea mente Scripturis, ut ſuſceptam oppugnationem inſtitueret accuratius, ita captus*

a) Athenagoræ nomen pro Athenogene ibi reponendum primus monuit Paulus Leopardus XIX 9. emendationum. Atque Athenogeni quidem, cujus Hymnus ab incerti autoris autiquiſſimo veſpertino, quo etiamnum utuntur Græci, diverſus memoratur apud Baſilium de Spiritu S. c. 29. T. 3. p. 220. Apologiam etiam tribuendam Præter rem ſuſpicatus eſt Baronius ad Martyrolog. Rom. 18. Januar. Quemadmodum alius neſcio quis apud Steph. le Moyne notis ad Varia ſacra p. 171. minus ad hunc veriſimiliter eam tribuit Juſtino Martyri, forte quia Juſtini ſcriptis in aliquibus editt. addita eſt. Denique Clariſſ. Tentzelius p. 453. diſſ. ſelect. recte retractat quod p. 199. ſibi perſuaſerat alicubi deliteſcere libros 12. Athenagoræ περὶ τῶν εἰς ἑαυτόν, cum Geſnerus de libris M. Antonini, qui hoc titulo extant, loqui volucrit.

2011 Ministerio de Cultura

ptus à Spiritu S. est, ut ad exemplum magni Pauli, ex persecutore Doctor effectus sit illius fidei quam fuisset persecutus. Hujus discipulus Clemens Stromateus, Clementisque Pantænus. *Apologiam* videtur scripsisse Athenagoras intra annum CHRISTI 177. & 180. obtulisseque M. Aurelio Antonino & L. Commodo b) quorum nomen in MSS. Codicibus constanter præfixum legitur, etiam in Bononiensi, quem memorat Mabillonius T. 1. Musei Ital. p. 196. Quanquam Clariss. Bælius in Lexico Historico Gallice edito negat unquam oblatam publico Christianorum nomine, sed tantum scriptam privatim ab Athenagora, perinde ut in Gallia ab A. 1684. multi è Reformatis persecutionem passis libellos ejuscemodi supplices & Apologias ad Regem scripserunt ediderunt que, Regi nunquam oblatas. Cæterum de Athenagora ejusque scriptis videat lector si placet quæ prolixius commentati sunt eruditi Viri, Pagius & Basnagius ad Baronium, Tillemontius, Caveus, Nourrius, Dodvvellus, Tentzelius atque Ittigius, ne de aliis jam dicam. Mihi quidem sufficerit *Apologiæ* & alterius *libri*, insignis *de resurrectione mortuorum* editiones atque interpretes bona fide retulisse. Nam de MSS. Codicibus videndus Nourrius Apparat. ad Bibl. Patrum p. 483.

LIBER DE RESURRECTIONE sive uberiora ex illo libro excerpta *latine* interprete *Marsilio Ficino* sæpius vulgata atque in Ficini operibus Tomo 2. leguntur. Integrum librum post *Georgii Vallæ* versionem Venet. 1498. fol. cum aliis c) variorum scriptis editam primus ex unico MS. *Græce* vulgavit novamque versionem suam addidit *Petrus Nannius*, Paris. 1541. 4. & Lovanii, quæ editio *Græcolatina* repetita in Micropresbytico ex officina Henrici Petri vulgato Basil. 1550. fol. p. 470. & in Orthodoxographis Johannis Heroldi ibid. A. 1555. fol. p. 351. Sed latine hic liber Athenagoræ Nannio interprete subjectus Philoni Judæo ex Gelenii versione edito Basil. 1552. 8. Italice vertit *Hieronymus Faleti* Venet. 1557. 4. apud Aldum. Anglice *Richardus Porderus* Lond. 1573.

APO-

b) Integrum Commodi nomen Lucius Ælius Aurelius Commodus, ut patet ex numis, illo v. g. quem exhibet Tristanus T. 1 p. 718. Non itaque opus est in inscriptione Apologiæ Athenagoræ pro Lucio Ælii nomen reponere, ut suadebat Steph. le Moyne notis ad Varia sacra p. 170.

c) Scripta illa à Georgio Valla junctim edita recensui lib. IV. c. 25. ubi de scriptis Aphrodisei num. 12.

2011 Ministerio de Cultura

APOLOGIA latine ex *Jo. Langi* versione cum ejus commentario. Ad calcem Justini Martyris Basil. 1565. fol. & ex versione *Suffridi Petri* cum scholiis ejus uberioribus. Colon. 1567. 8. *Græce vero & Latine* cum *Conradi Gesneri* versione ac notis Basil. 1558. 8. *Gallice* per *Guidonem Gaucsaunum* Paril. 1574. 8.

UTRUMQUE OPUS Latine, Apologia ex *Conradi Gesneri* & liber de resurrectione ex *Nannii* versione recusum in Bibliothecis Patrum, ut Paris. 1575. 1589. 1609. Colon. 1618. & novissime Lugd. 1677. T. 2.

Græce & Latine cum iisdem versionibus ad calcem libri subjunctis ex H. Stephani recensione, qui Apologiæ MS. Codicem Græcum è Bibl. Galliæ, & libri de resurrectione Romæ à Guil. Sirleto accepit, stylumque Athenagoræ plenum hyperbatis, passim parenthesibus distinxit, castigationesque addidit. Paris. 1557. 8.

Cum iisdem versionibus, & Gesneri ad Apologiam, *H. Stephani* ad utraque notis. Tiguri 1559. fol. inter Theologorum aliquot Græcorum veterum Orthodoxorum scripta, quæ sunt Canones SS. Apostolorum & XIII. Conciliorum, Ignatii Epistolæ, Æneæ Gazæi Theophrastus, Demetrii Cydonii de morte contemnenda, Hermiæ irrisio Philosophorum gentilium & Agapeti scheda Regia ad Justinianum Imp.

Cum iisdem versionibus, notisque *Frontonis Ducæi*. In Auctario Bibliothecæ Patrum Paris. 1624. fol.

Cum iisdem versionibus & notis brevibus *Jo. Felli* Oxoniensis Episcopi. Oxon. 1682. 12. è theatro Scheldoniano.

Apologia cum Suffridi Petri, & liber de resurrectione cum Nannii versione, additis notis variorum & novis *D. Adami Rechenbergii*, Theologi hodie Lipsiensis animadversionibus. Lips. 1684. 1685. 8. duobus Vol. v. A.E. 1684 p. 337.

Apologia cum Gesneri, & liber de resurrectione cum Nannii versione, notisque integris Variorum, novisque commentariis *Eduardi Dechair*, qui Græca in sectiones divisa ad priores editiones & MSS. 2. Bodlejanum & Etonensem recensuit atque versiones passim castigavit, Baroniique nonnulla (ex Annalibus ad A. C.) & Petri Halloixii ac Dod-

vvel-

2011 Ministerio de Cultura

vvelli (ex diſſ. XI. Cyprianic. §. 37. ſq.) & Georgii Bulli (ex defenſione fidei Nicænæ) de Athenagora ſubjunxit. Oxon. è theatro Sheldoniano 1706. 8.

Gallice Arnoldo Ferrono interprete.

SUPPOSITUM ATHENAGORÆ OPUS DE VERO ET PERFECTO AMORE.

Sub Athenagoræ Philoſophi Athenienſis nomine prodiit etiam Gallice, veluti è Græco converſum opus, tributum in libros decem *de vero & perfecto amore*, ſive de caſtis amoribus Theogenis & Charidis, Pherecydisque ac Melangeniæ. Interpres *Fumæus* (Mr. Fumee Seigneur de Genillé) qui codicem Græcum à Lamanæo Protonotario Cardinalis Armaniaci accepiſſe ſe teſtatur, verſionemque ſuam Gallicam eidem Lamanæo 4. Octobr. 1569. inſcripſit, non dubitat auctorem eſſe illum Athenagoram, cujus Apologia & liber de reſurrectione exſtat, quod etiam è ſtylo & colligendi ac differendi ratione putat eſſe perſpicuum. Græco Sophiſtæ ſine tergiverſatione adſcribit Rolandus Mareſius lib. 1. Epiſt. 26. & tanquam veterem ſcriptorem laudat Bochartus Geograph. ſacr. p. 638. At vir illuſtris Gisbertus Cuperus in Harpocrate p. 119. *eum tamen*, inquit *auctorem vix credere auſim genuinum eſſe, licet illud ſentiant illuſtres & præſtantes Viri, quia integra loca ex Plutarcho, Livio, Herodoto, Curtio aliisque auctoribus ad verbum fere deſcripta ſunt. Quod ſi fraus omnis abeſt, plurimi ille Athenagoras faciendus eſt certe, quia tot antiquitatibus aliisque præclaris rebus abundat.* Idem in litteris datis ad me 10. Sept. 1710. *Mirum profecto eſt libros illos amatorios, de quibus agis, non vulgari, & iraſcor eruditis, qui iſtis manus non admovent, cum id facile facere poſſint; non id opto propter hiſtoriolas illas fictas & lepidas, quas juventuti relinquo, ſed quia ſæpe inde clare cognoſcimus ritus & mores, qui in uſu tam Græcis; quam aliis populis fuerunt, temporibus, quibus Auctores fictionum illarum floruerunt. Cum autem mihi annumeres varios ejuscemodi ſcriptores, patere, ut tecum agam de alio talis argumenti, in quo diſputant Viri eruditi. Eſt Athenagoras de vero & perfecto amore, qui ex Græco verſus Gallice editus eſt Pariſiis anno 1599. hoc titulo: Du vray & parfait Amour eſcrit en Grec, par Athenagoras Philoſophe Athenien: contenant les Amours honeſtes de Theagenes & de Charide, de Pherecydes & de Melangenie. M. Baudelot d' Airval pag. 182. de l' Utilité des Voyages, genuinum putat eſſe hunc librum, tribuitque eundem Athenagoræ, qui pro Chriſtianis Apologias ſcripſit. Ill. Huetius in prima editione libelli Gallici, quem de hiſce fabuloſis hiſtoriis una cum*

2011 Ministerio de Cultura

cum historia fabulari, cui titulus Zaide, edidit, ejusdem est sententiæ, sed eam in altera ejusdem libelli Latina mutavit; hunc sequitur Tentzelius p. 206. Exerc. Selectar; sed in Addendis in alia omnia abit, & Athenagoræ jam Christiano fabulam illam adscribit p. 452. Comparavi mihi hunc rarum librum, cum juvenis admodum in Galliis essem, eundemque legi ea sedulitate & attentione, quam ab illa ætate quis desiderare posset; & nescio qui fiat, ut & tunc & nunc semper historia illa mihi fuerit sitque suspecta. Non adducam in medium argumenta, quibus Huëtius mutata sententia impugnat Athenagoram illum, quamvis mihi, sancte testor, eadem notata sint; sed dicam tantum, multa imo plurima ex auctoribus Græcis & Latinis sumpta esse verbo tenus, id quod Athenagoram, elegantem illum & eruditum Virum, fecisse, mihi non fiet verisimile, maxime cum Latinam linguam, uti puto, ignoraverit. Exemplo uno & altero id doccbo. Athenagoras ille p. 200. & aliis describit triumphum, quem Paulus Æmilius duxit splendissimum de Perse Rege Macedoniæ; sed illam omnem eodem plane ordine narrat nobis Plutarchus p. 272. & 273. adeo ut ovum ovo non sit similius; græ p. 87. & sequentibus commemorat de Nasamonibus, Psyllis, aliisque Africæ populis, petita sunt ex Herodoti lib. 4. c. 172. & 173. & quod mireris p. 91. Videtur describere pyxidem nauticam, licet obscure, ut scil. lateret, cum illa ætate instrumentum istud utilissimum, nequaquam, quidquid nonnulli velitentur, cognitum fuerit: Quid quod Triumphus navalis Octavii. p. 22. petitus videtur ex Livii 45, 42. & Virum illum proculdubio dices non intellexisse quatuordecim remigum versus sive ordines (apud Livium 45, 35.) cum eos p. 23. b. reddat, quatorce rames; *sic quæ p. 32, 36, 39, 40. libri primi, petita sunt ex eodem historico, lib. 45, c. 42. & aliis; lib. 44, 34, lib. 31, 14, & 35, 32; & 38, 10. Peccarem certe in communia studia, si te diutius detinerem, & loquerer de aliis auctoribus, ex quibus personatus ille Athenagoras petiit emblemata sua, & episodia; sed addam tantum, ea quæ p. 67. nobis narrat, omnia ex Livii lib. 45, c. 17, & 18. absque nulla vel levissima mutatione sumpta esse, non secus ac ex Curtio, quæ p. 152. nobis de Ammone propinat. Jam tibi, Vir eximie, do considerandum, an recte hæc historia fabularis attribui possit Athenagoræ; mihi quidem id plane non videtur.*

Hactenus Vir eruditissimus.

In præfatione Auctor meminit vastatæ non diu ante, qvam scriberet, Græciæ his verbis: *Et pour cet effet je me suis contenté de ramasser çà & là par nostre ville* (Athenes) *plusieurs memoires pour relever & enrichir une Histoire qui s'en alloit quasi estre mise en oubli pour la longueur du temps & pour les ruines advenües depuis en toutes les provinces de la Grece,*

desquel-

2011 Ministerio de Cultura

desquelles noſtre ville n'a pû eſtre exempte, & en a ſenty un coup ſi orbe, que à ſon occaſion nous voyons maintenant les ſciences & eſtudes n'avoir plus de vigueur en icelle, & nos eſcholes s'en aller du tout perduës. Ex qvibus certum eſſe conficit Huetius p. 44. libri de origine fabular. Romanenſium, auctorem non eſſe Athenagoram qvi ſecundo poſt Chriſtum natum ſæculo ſcripſit, ſed alium qvi vixit poſt direptam ab Alarico Græciam; vel potius poſt oppreſſum noviſſime Græcum Imperium à Turcis, confictum eſſe exiſtimat hoc opus ab aliqvo è viris doctis Cardinalis Arminiaci familiaribus, nominatim à Gvilelmo forte Philandro. *Mille*, inqvit, *in locis temporum horumce ultimorum agnoſco mores & inſtituta antiquis incognita, quin & agendi ratio Sacerdotum & puellarum Hammoni conſecratarum tam ſimilis noſtrorum Monachorum & virorum religioſorum conventibus regiminique ita congruens, longe diſſentiunt ab iis rebus quas & hiſtoria nos edocet de iis temporibus & locis quibus vita Monaſtica nata eſt & adolevit. Ea cura quam auctor adhibet in explicandis quibusdam priſcis ritibus qui à noſtris differant, in hominem tantum recentiorem cadit. - - - Multa adnotat ad priſcos auctores qui exſtant ad hunc diem eosque illuſtrat, potiſſimum vero Herodotum, Plutarchum, Q. Curtium, Jamblichum Philoſ. & Heliodorum, ex quibus præcipue ſic tanquam ex fontibus totam ſuæ fabulæ hauſit materiam. Sed & obſervationes quoque alias addit illis contrarias & adverſas, quas priſcus aliquis auctor & rerum antiquarum peritior haud quaquam protuliſſet - - - Idem in media Græciæ luce litem capitalem inſtituit eâdem & ſerie & forma, ac ſi in ipſo Lutetiæ foro inſtitueretur - - Brigittariæ nomen ad exemplum nominis S. Brigitæ Scoticæ virginis haud dubie effictum &c. - - Suam Architectonicæ artis peritiam auctor ad faſtidium usque oſtentat. - - Sciunt omnes Cardinalem Arminiacum Architectonicæ arti impenſe fuiſſe deditum. Philander Vitruvii commentator ipſi cliens erat addictiſſimus, vir certe in ea arte ſæculi ſui ſcientiſſimus, & literis quoque quas humaniores vocant ornatiſſimus. Quid quod Architectura falſi illius Athenagoræ ad Architecturam Vitruvii quadrat aptiſſime?* His non obſtantibus, fuere tamen qvi adhuc cenſerent ampliandum, ut Colomeſius in Paralipom. de Scriptoribus Eccleſ. Sed qvia nemo hactenus fuit qvi Græcum codicem proferret, non difficulter aſſentior virorum doctiſſimor. ſententiæ tot argumentis nixæ, recentius eſſe commentum, & de virtutibus vitiisq; hujus dramatis lectores ad eundem Huetium p. 53. ſeq. ablego, qvi p. 57. ſeq. præterea obſervat plane ad imitationem Heliodori totum opus eſſe compoſitum, iisdem fere nominibus amantium, eventibus multum ſimi-

libus,

2011 Ministerio de Cultura

libus, eodem librorum numero. Huetio adſtipulatur etiam Nicolaus Nourritus T. 2. apparat. ad Bibl. Patrum diſſ. 3. p. 481. Editiones hujus operis, Athenagoræ tributi lectuqve non injucundi duæ prodierunt, priorem ipſe poſſideo, Clariſſ. Baylio etiam memoratam editamqve Pariſiis apud Mich. Sonnium A. 1599. 12. foliorum 380. cum privilegio Regis, & præfatione Bernhardi Sanjorry, Cal. Octobr. 1596. Alteram Pariſ. 1612. apud Dan. Gvillemot excuſam, in Bibliotheca Iſaaci Voſſii evoluiſſe ſe teſtatur præſtantiſſimus Caveus.

Athenagoræ alii.

Fuere & alii Athenagoræ, qvorum decem vel undecim obſervavi. 1) Athenagoras qvi cum Pharnabazo & Apollonide Chio vinctus traditus eſt Macedonibus, teſte Curtio IV. 5. 17. 2) Athenagoras Cymæus ſive Cumanus, cujus meminit Cicero pro Flacco. 3) Athenagoras Argivus cujus mentio apud Sextum Empiricum 1. Pyrrhon. Hypotheſ. p. 27. 4) Athenagoras rei Ruſticæ Scriptor apud Varronem ac Columellam lib. 1. c. 1. 5) Athenagoras Chirurgus cujus meminit Martialis VIII. 41. IX. 97. &c. 6) Athenagoras Mileſius de qvo Diodorus Sic. lib. XX. T. 2. p. 820. ſq. 7) Athenagoras Epiſcopus Byzantinus ab Andrea Apoſtolo nonus, in Philippi Cyprii Chronico Eccleſiæ Græcæ p. 4. 8) Athenagoras cui Boëthus teſte Photio cod. CLIV. dedicaverat librum ſuum περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀποῤῥήτων λέξεων. 9) Athenagoras princeps Mytilenes, cujus mentio in hiſtoria, ſive dramate potius erotico Apollonii Tyrii p. 694. ſqq. in M. Velſeri Operibus. 10) Athenagoras Rhetor ineptus qvem perſtringit Ammiani Epigramma II. 46. p. 248. Anthologiæ. 11) Athenagoras Regis Philippi Maced. præfectus Liv. XXXI. 27.

XX. THEOPHILUS ex Ethnico a) & ipſe Chriſtianus, atqve hinc Antiochiæ Epiſcopus, b) Erotis ſucceſſor, ſcripſit

a) Theophilus ad Avtolycum lib. 1. p. 78. D. Tentzelii diſſ. ſelect. p. 209. ſeq. Caveus, Tillemontius & Halloixius in vita Theophili &c.

b) Ita Euſebius IV. 24. Hiſtor. & Hieron. c. 25. de S. E. atqve in Epiſt. 151. ad Algaſiam. Martyrolog. Rom. 13. Octobr. Etiam in Codice MS. Regis Chriſtianiſſimi libris Theophili hic titulus præfigitur: Θεοφίλε πατριάρχε ἕκτε Ἀντιοχείας πρὸς Αὐτόλυκον Ἕλληνα, περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως, καὶ ὅτι ἡ θεία λόγια τὰ καθ'

2011 Ministerio de Cultura

poſt M. Aurelii Veri mortem circa A. C. 181. nondiu ante obitum ſuum *libros III. περὶ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως* c) *ad Autolycum* tum adhuc Ethnicum d) cæterum virum eruditum ac librorum helluonem e) qvi noctes ſolidas inter libros libenter ſoleret conſumere, & veritatis cupidiſſimum. f)

Primus *Græce* ex Arlenii codice qvem Venetiis Jo. Friſius deſcripſerat, edidit *Conradus Geſnerus* Tiguri 1546. fol. cum Antonii & Maximi locis communibus, Maximi Centuriis & Tatiano. Atqve eodem anno ibidem *latine*, *Conrado Clauſero*, non ut Clariſſ. Nourrius p. 506. affirmat, Geſnero interprete. Geſnerus hoc inſcribit titulo: *de DEo & fide Chriſtianorum contra gentes, Inſtitutionum libri tres, ad Autolycum.* Inſtitutionum libros appellat, qvod Euſebius dixit στοιχειώδη συγγράμματα. Vide Geſneri Epiſtolam de ſcriptis à ſe editis p. 23. b.

Latine

καθ' ἡμᾶς ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερά εἰσι Αἰγυπτιακῶν καὶ Ἑλληνικῶν καὶ πάντων τῶν ἄλλων συγγραφέων. Eqvidem Gennadius c. 33. de S. E. libros tres de fide ſub Theophili Alexandrini nomine titulatos legiſſe ſe ſcribit. Et H. *Dodwello* librorum ad Avtolycum auctor videtur Theophilus Antiochenus junior qvi ſcripſerit poſt annum CHRISTI 205. ſub Severo Imp. qvam ſententiam defendit in Obſervationibus ad Opera poſtuma Jo. Pearſonii p. 11. ſeq. tum in ſingulari diſſ. adhuc inedita, qvam cum nova qvam jam pridem parat librorum Theophili editione & diatriba ſua de Theophilis luci non invidebit V. C. *Gotlieb* ſive Theophilus *Schelwigius*, humaniorum litterarum in Gedanenſi Gymnaſio Profeſſor. Verum libenter aſſentior Euſebio & Hieronymo, præcipue cum Gennadius titulo illi nec ipſe habuerit fidem, & Dodwelli objectionibus jam ſatisfeciſſe videantur Tillemontius ad vitam Theophili T. 3. Memor. Hiſt. Eccleſ. nota 2. & Caveus parte altera Hiſt. literariæ. Idem Dodwellus librum tertium Theophili (qvem *de temporibus* vocat Lactantius lib. 1. c. 23. qvoniam temporum rationes in eo ab orbe condito ad M. Antonini Veri Imperium ſuccincte pertexit) ſeparatim ſcriptum & ante priores duos Avtolyco miſſum exiſtimat, ut laudatus Schelwigius me docuit, qvod minus videtur eſſe à veri ſimilitudine alienum, atq; ſuboluit etiam Grabio p. 220. T. 2. ſpicileg.

c) Hunc titulum habent in MS. Regis Galliæ, teſte Sirmondo in limine notar. ad Rufini librum de fide. T. 1. Opp. p. 273. Ibidem libros tres de fide, qvos ſub Theophili Alex. nomine Gennadio lectos jam dixi, à tribus Theophili ad Avtolycum libris Sirmondus, præterrem, ut opinor, diſtinguit.

d) Theophilus ad Avtolycum lib. 1. p. 69. b. & lib. 3. 119. a.

e) Lib. 3. p. 119. a. 138. d.

f) Lib. 1. p. 69. b. lib 3. p. 127. b. Scripſiſſe tamen Avtolycum libros adverſus Chriſtianos, ut Tillemontio videtur, ægre mihi perſvadeo. Neqve apud Theophilum initio lib. 1. λόγος ita accipere neceſſe eſt.

2011 Ministerio de Cultura

Latine ex eadem Clauſeri verſione occurrit in Bibliothecis Patrum, Pariſ. 1575. 1589. 1609. 1644. Colon. 1618. & Lugd. 1677. Tomo 2.

Græce & Latine cum Clauſeri verſione in Orthodoxographis Jo. Heroldi, Baſil. 1555. fol. p. 285. & ad calcem Juſtini Martyris Pariſ. 1615. & 1636. & Coloniæ (Witebergæ) 1686. fol. cui poſtremæ editioni acceſſerunt notæ B. D. *Chriſtiani Kortholti*, jam ante editæ Koloniæ 1675. fol. Etiam prodierunt Theophili Antiocheni libri in auctario Bibliothecæ Patrum Græcolatino Pariſ. 1624. fol. cum notis *Frontonis Ducæi.* Deniqve Oxoniæ nitidam editionem curavit *Jo. Fellus* Oxonienſis Epiſcopus, A. 1684. 12. cui ad Codicem Bodlejanum emendatæ Clauſeri verſio caſtigata & breves notæ acceſſerunt. Tabula etiam ſubjicitur, ex qva rationes temporum qvas ſeqvitur Theophilus, licet colligere, qvalem exhibet etiam Nourrius in Apparatu ad Bibl. Patrum p. 515.

2. *Commentarios in Evangelium* à Theophilo qvatuor Evangeliſtarum dicta in unum opus compingente Græce ſcriptos legit olim Hieronymus præf. ad Matthæum, atq; nonnulla ex illis producit Epiſt. 151. ad Algaſiam qvæſt. 6. licet c. 29. de ſcript. Eccleſiaſticis teſtatur illos ſibi cum aliorum Theophili voluminum elegantia & phraſi non videri congruere. Exſtant hodie latine ſub Theophili Antiocheni nomine *libri qvatuor Commentariorum* ſive potius Scholiorum allegoricorum non in integra Evangelia, ſed in varia Evangeliſtarum loca, à longe juniore aliqvo ſcriptore Catholico poſt Hieronymum, & latine (ut perſpicuis argumentis g) patet) compoſita, in qvibus illa qvidem qvæ è Theophilo Antiocheno Hieronymus h) ſed & multa alia qvæ iisdem verbis latinis apud Cyprianum, Ambroſium, Hieronymum i) leguntur, tum mentio de Monachis p. 170. B. occurrit, ut omittam qvod Chriſtus DEus de DEo, DEus & homo in una perſona p. 174. A. & G. 175. D. iis verbis deſcribitur, qvibus id Theophili ætate vix à

g) Lib. 1. p. 167. c. (T. 2. Bibl. Patrum Lugd part. 2.) ad verba Matthæi V. Jota unum vel unus apex : *per jota Vetus Teſt. ſignificat, jota enim pro decem eſt apud Græcos. Apex autem qvatuor literas habens per Evangelium qvadruplex, teſtamentum indicat novum.*

h) Grabe T. 2. ſpicileg. p. 221.

i) Albertinus de Evchariſtia p. 368. Nourry Apparat. ad Bibl. Patrum p. 110.

2011 Ministerio de Cultura

qvoqvam factum. Utiq; igitur assentior Cotelerio k) Tillemontio l) & aliis viris eruditis, qvi hos Commentarios Theophili Antiocheni esse negant, licet ex Theophili commentariis ab Hieronymo lectis & aliis perantiqvis scriptoribus excerpta continere mihi persvadeo, unde non mirum in illis reperiri qvæ cum Theophili libris ad Avtolycum & aliis vetustissimis monumentis conveniunt, ut monet Richardus Simon libro 3. Hist. Criticæ N. T. p. 7. Editiones horum Commentariorum nullas comperi nisi qvæ in Bibliothecis Patrum exstant Paris. 1589. 1609. 1654. Colon. 1618. & Lugd. 1677. cujus postremæ editionis paginas paullo ante allegavi.

Scripta Theophili Antiocheni deperdita.

Contra Hermogenem. Euseb. IV. 24. Hist. Hieronymus c. 25. de Script. Eccles. Theodorit. lib. 1. de hæret. fab.

Contra Marcionem. Euseb. Hieron. & Theodorit.

Κατηχητικά ἕνα αὐτῷ βιβλία. Euseb. qvod Hieron. reddit: *breves elegantesque tractatus ad ædificationem Ecclesiæ pertinentes.* Niceph. IV. 9. θείων μετὰ κατηχήσεων.

Legi & sub nomine ejus, inqvit Hieronymus, *in Evangelium, & in Proverbia Salomonis Commentarios, qui mihi cum superiorum Voluminum elegantia & phrasi non videntur congruere.*

Alii Theophili.

1. *Theophilus* Comicus Veteris Comœdiæ, de qvo supra lib. 2. c. 22.
2. Theophilus Geographus & Historicus, Josepho, Plutarcho, Ptolemæo & Stephano laudatus, de qvo Vossius in Hist. Græcis.
3. Theophilus qvi de agricultura scripsit, memoratus Varroni & Columellæ.
4. Theophilus nobilis (vel Alexandrinus, ut Syrus auctor Lexici apud Tentzelium p. 208. diss. select. vel) Antiochenus à Petro Apostolo ad Christianam fidem perductus, si credimus scriptori rerecognitionum Clementis X. 71. Idem nempe κεφάτ ille Θεόφιλ cui S. Lucas Evangelium & Acta Apost. inscripsit, qvemqve * cum Antiocheno nostro Episcopo male confundunt

k) Cotelet. notis ad Ignatii Epist. p. 16.
l) Tillemont. ad vitam Theophili nota 1.
* Hunc errorem Nicephoro Callisti præter rem impingit Tentzelius p. 207. diss. select.

2011 Ministerio de Cultura

dunt Isidorus VI. 1. Orig. Gvil. Tyrius IV. 9. de bello sacro. Jac. de Vitriaco c. 32. Hist. Hierosol. Blondus Decad. 2. lib. 3. p. 214. Christianis Lupus ad Tertull. de præscript. p. 212. aliiqve.

5. Theophilus Cæsareensis Episcopus, Antiocheno Episcopo, cujus Scripta jam retuli, ætate suppar. Ejus relationem de decreto Cæsareensis Synodi A. C. 196. habitæ de Paschate sub falso *Philippi* nomine edidit Bucherius p. 469. ad Victorii Aqvitani Canonem Paschalem. Sub Theophili nomine extat apud Bedam lib. de æqvinoctio T. 2. Opp. p. 222. & in Conciliis Labbei T. 1. p. 596. & emendatius in nova Baluzii collectione p. 13. Suspecta tamen merito videtur Santebeuvio, Bosqvero & Tillemontio qvem vide nota 2. ad vitam S. Victoris Papæ T. 3. memor. Eccles. p. 479. seq. De Theophilo ipso adeundus Eusebus V. 23. & Hieronymus c. 34. Catalogi.

6. Theophilus Areopagitico judicio falsi damnatus, de qvo Tacitus II. 55. Annal.

7. Theophilus Medicus de qvo Galenus de symptomatum differentiis c. 3.

8. Theophilus cui Hippolytus dicavit librum de Antichristo, à Marqv. Gudio editum.

9. Theophilus Alexandriæ ab A. C. 385. ad 412. Episcopus, de cujus scriptis erudite Caveus, cui addes qvæ ex *libro adversus Johannem Chrysostomum* affert Facundus lib. VI. T. 2. Operum Sirmondi p. 595. sq. De Epistolis Paschalibus qvorum ternæ ad Ægypti Episcopos latine ex S. Hieronymi versione leguntur T. 4. Operum Hieron. p. 691. sq. edit. Marcianæi, vide Qvesnellum ad Leonem M. p. 263, 326. sq. 797. 896. Theophili Alexandrini fragmentum *de resurrectione* ex Codice Regio 211. Græc. & lat. protulit Sirmondus ad Rufinum de fide T. 1. Opp. p. 313. Ad Theophilum hunc Ammonius Episcopus Epistolam περὶ πολιτείας καὶ βίου μεμηνὸς Παχωμίου καὶ Θεοδώρου, scripsit qvæ ex MS. Florentino Græce edita ab Henschenio Appendice ad T. 3. Maji p. 63. & latine Daniele Cardono interprete p. 347. Ad calcem hujus legitur brevis Theophili ad Ammonium Epistola. Ad hunc Theophilum exstant etiam Epistolæ Synesii.

10. Theo-

2011 Ministerio de Cultura

10. Theophilus Chronographus Joanni Malalæ laudatus, qvem eundem puto cum Theophilo qvi citatur in Chronico Paschali p. 41. à Theophilo Antiocheno autem diversum, qvia Malala & Chronici Paschalis auctor ex eo afferunt qvæ in libris ad Avtolycum non leguntur.

11. Theophilus JCtus, ex triumviris illis qvi Justiniani Imp. auspiciis jus Civile in ordinem digesserunt. De illo infra libro VI.

12. Theophilus Protospatharius, de cujus scriptis itidem infra Libro VI. inter Medicos.

13. Theophilus Michaëlis II. Balbi F. Imperator CPol. ab A. C. 829. ad 842.

14. Theophilus presbyter, auctor forte Paraphraseos Oraculorum Leonis Imp. qvam Græce ex MS. Amstelodamensi edidit Lambecius ad calcem Leonis Oraculorum p. 275.

15. Theophilus Corydalius Græcus recentior Catumsirto laudatus qvi Theologiam in Collegio Græcorum Romæ docuit, licet Cyrilli Lucaris confessionem probaret. Vide Rich. Simonis Bibliothecam Criticam T. 3. p. 229.

Alios Theophilos Sanctos & Martyres colligit Theophilus Raynaudus S. I. in Johanne Theophilo T. VIII. Operum p. 239. sq. Plures exspectamus à Guil. Schelvvigio, ubi ejus Syntagma de claris Theophilis lucem viderit.

HERMIAS Ἑρμείας cujus διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, sive brevis libellus exstat, qvo concurruntes adversa fronte inter se Ethnicorum Philosophorum opiniones ridet, de rerum principiis, de anima, de DEO mira & pugnantia inter se tradentes. Theophilo plerumque subnectitur, & non plane certa conjectura à præclaro Viro Guil. Caveo ad secundi sæculi extremum refertur, licet Lambecius T. VII. de Bibl. Vindob. p. 54. eumque secutus Tentzelius diss. select. p. 227. seq. auctorem putant longe juniorem, Hermiam * nempe Sozomenum. Ad Tentzelii argumenta respondit Caveus parte altera Historiæ literariæ, contra quem licet tueri sententiam suam conatus est Tentzelius in Bibliotheca curiosa, sive Ephemeridibus litterariis Germanice editis A. 1704. p. 232. seq. fateor tamen præter nominis congruentiam nihil valde esse in illa Lambecii divinatione quod

* Hunc intellige, quando in Lahbei Bibl. nova MSS. p. 387. memorari vides *Hermiæ Salaminii Historiam Ecclesiasticam.* Sozomeni nomen integrum fuit *Salamanus Hermias Sozomenus.* Vide Valesii notas p. 98. De Hermia Syriani discipulo, Philosopho Ethnico Platonico, quemadmodum de Sozomeno qvoq; dicturus sum infra suo loco.

2011 Ministerio de Cultura

quod eam verisimilem reddat. Quod si sola nominis similitudo sufficit ad hariolandum, non desint alii Hermiæ qvibus non minori specie libellus iste tribui possit, ut Hermias martyr sub Antonino Imp. cujus Acta martyrii Græce ex MS. Mediceo dedit Papebrochius ad 31. Maji T. 7. p. 424. cum versione Hugonis Bolli Carthusiani: nec minus Hermias quem colloquentem inducit Cyrillus Alex. dialogis de divinitate & incarnatione unigeniti. Verum editiones potius haud invenusti illius libelli, quocunque demum auctore & quocunqve tempore scripti referre præstat. Vidit itaqve lucem primum ex Jo. Jacobi Fuggeri Codice cum versione *Raphaëlis Seileri* Augustani, Basil. 1553. 8. additus Demetrii Cydonii Orationi de morte contemnenda: atqve inter veteres aliquot Theologos Græcos qvos supra retuli in Athenagora, excusos Tiguri A. 1560. fol. Græce & Latine curante Gesnero. Deinde ut latinas editiones in Bibliothecis Patrum repetitas omittam, Græce & latine iterum cum castigationibus Frontonis Ducæi in Auctario Ducæano Paris. 1624. fol. Tomo I. & ad calcem Justini Martyris Paris. 1615. 1636. & Colon. sive Wittebergæ potius 1686. fol. Denique cum Tho. Galei Codice collatus, additis ejusdem Galei qui Theodorito, uniorem Hermiam esse existimat, & Wilh. Worthi notis, ad calcem Tatiani Oxon. 1700. 8.

INDEX SCRIPTORUM,

quorum meminere

Athenagoras, Theophilus Antiochenus, Tatianus & Hermias,

compositus ad paginas edit. Parisiensis Græcolat. quæ notatæ etiam in marginibus editionum Oxoniensium.

ACusilaus T. 162. ubi male Ἡγησιλάεμυθολογήματα. Αἱ παρ' Αἰγυπτίοις τῶν χρόνων ἀναγραφαί 141. docuerunt συντάττειν ἱστορίας. ibid. Ægyptiorum Regum successio. Th. 130.

2011 Ministerio de Cultura

Ægyptiorum Prophetæ, Th. 109.
Æschylus A. 22. Th. 115.
Æsopus ψευδολόγ@. T. 169. ejus fabula respicitur 163.
Amphion inter scriptores qui Homerum præcessere memoratur T. 173. duabus ætatibus ante bellum Trojanum. id.
Anacharsis Scytha. T. 152.
Anaxagoras. H. 176.
Anaxarchus. T. 158.
Anaximander H. 177.
Anaximenes H. 176.
Antigenides Thebanus. T. 162.
Antimachus Colophonius inter scriptores de Homero. T. 166.
Anytæ poëtriæ statuæ factæ ab Euthycrate & Cephisodoto. T. 168.
Anytus & Melitus Socratis accusatores T. 143.
Apion T. 164. Grammaticus ἀνὴρ δοκιμώτατ@ ἐν πεμπτῃ τῶν Αἰγυπτιακῶν. 172.
Apollodorus Grammaticus. T. 166.
Ἀπολλώνι@ ὁ Αἰγύπτι@ ἱερεῦ. Th. 127. 136. 139.
Apollonides ὁ καὶ Ὀεράπι@ ἐν βίβλῳ τῇ ἐπιγεγραφομένῃ Σεμενυθι (de Diis Ægyptiorum) Th. 85.
Arati versus. Th. 86. Ejus σφαιροχαφία & κοσμικὸ κύκλ 117.
Archelaus H. 177.
Archilochus clarus circa XXIII. Olymp. tempore Gygis, annis à bello Trojano quingentis T. 167. Ejus versus Th. 115.
Aristæus Proconnesius ὁ τὰ Ἀριμάσπια συγγεγραφώς. T. 173.
Aristarchus Grammaticus T. 166.
Aristippus T. 142.
Aristonis versus. Th. 121.
Aristophanes Comicus Th. 117. versus (è ranis) T. 142. ἐν ταῖς ἐπιγεγραφομέναις ὄρνισιν. Th. 36.
Aristophanes Grammaticus T. 166.
Aristoteles A. 6. 7. 28. H. 177 T. 141. 143. 162.
Aristoxenus T. 162.
Asbolus Centaurus inter scriptores qvi Homerum præcessere. T. 173.
Atossa Persarum Regina docuit ἐπιστολὰς συντάσσειν. T. 142.
Avtolycus Ethnicus, ad quem scribit Theophilus 69. seq. 117. 119. a 127. b. 138 b. ἀγαθώτατον vocat. 80. καὶ νύκτωρ δὲ ὄντως διατρίβειν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις. 119.
Berosus Babylonius sacerdos Beli, Antiocho post Alexandrum tertio χαλδαίων ἱστορίαν tribus libris perscripsit, & Regum gesta exposuit. T. 171. ὁ τῷ δὲ χαλδαίοις φιλοσοφήσας καὶ μηνύσας Ἕλλησιν τὰ χαλδαϊκὰ γράμματα. Th. 139.
Callimachus. A. 34. Grammaticus T. 166.
Carneades H. 178.
Chætus, vide Lætus.
Chaldæi & alii συγγραφεῖς Th. 109.
Chamæleon Peripateticus T. 166.
Chrysippus. Th. 82. 122.
Chrysorus scripsit ἀναγραφὰς Consu-

2011 Ministerio de Cultura

fulum & Magiſtratuum Romæ ab U. C. ad obitum Patroni ſui M. Aurelii Veri. Th. 137. εἰ γάρ τις βέλτιον μαθεῖν, ἐκ τῶν ἀναγραφῶν ἐυρίσει ὧν ἀνέγραψε χρύσερ ὁ νομενκλάτωρ (ita leg. pro ὃν ὁ μὴ Κράτωρ unde Cratorem Hiſtoricum finxit Clariſſ. Voſſius) ἀπελεύθερ γενόμεν M. Αὐρηλίε Ὑμήρε.

Cleanthes H. 178. Th. 119.

Clito Κλειτὼ Poëtria. T. 168. ejus ſtatua facta ab Amphiſtrato. id.

Clitomachus H. 178. Academicus Th. 121.

Corinna. T. 168. ſtatua ejus à Silanione facta. id.

Crates Grammaticus T. 166.

Crates (Philoſophus) T. 144.

Crator. Th. 137. Vide Chryſorus.

Cretenſium νομοθέτης Th. 120. (Minos)

Critias H. 175. Th. 121.

Cteſias A. 33.

Dædalus Th. 127.

Democritus (Abderita) H 175. 178. T. 155. 162.

Demodocus T. 166.

Diagoræ Athenienſis Φρύγιοι λόγοι T. 164.

Dinarchus (an Dicæarchus) H. 175.

Diogenes dolium. T. 142. Cynica Philoſophia. Th. 118. 119.

Dionyſii locus de providentia. Th. 115.

Dionyſius Olynthius. T. 166.

Draco legislator. Th. 133. circa XXX. Olympiadem. T. 174.

Drymo T. 166.

Elephantis T. 170.

Empedocles A. 22. 27. H. 176. 177. T. 143. διδάσκων ἀθεότητα. Th. 118.

Ephorus Cumanus T. 166.

Epicurus Th. 82. 120. H. 178. 180. καταφρονῶν θεῶν. T. 161. δογματίζων μὴ εἶναι θεόνοιαν. Th. 118. 121. ὁ κατ' Ἐπίκυρον σοφιστεύων. T. 162.

Epimenides Cres. T. 166. 173.

Eratoſthenes Grammaticus T. 166.

Erinna Lesbia T. 168. ejus ſtatua facta à Naucyde. id.

Evemerus ἀθεώτατος Th. 121.

Eumiclus Cyprius. T. 166. leg. Euclus.

Euripides A. 5. 28. Th. 87. 115. τραγῳδοποιός. T. 148. 150. 163. ſqq. τραγῳδιογράφ Th. 117.

Locus ex Euripidis Alceſte A. 22. ex Bellerophonte & Inone A. 33. Heracliti opus edidicit T. 143.

Hebræorum ἱεραὶ βίβλοι, antiquiores omnibus ſcriptoribus Ethnicorum Th. 130.

Hegeſilaus. Vide Acuſilaus.

Hellanicus T. 142.

Heraclitus H. 175. 178. αὐτοδίδακτος. T. 143. πίνακα ſuam in fano Dianæ occultavit. id. ejus obſcuritas. ibid.

Hermes trismegiſtus A. 32.

Herodori βιβλία περὶ θ καθ' ἡρακλέα λόγε. T. 164. ubi male ἡροδότ θ, pro Ἡροδώρε.

2011 Ministerio de Cultura

Herodotus (Halicarnaſſeus) A.16. 31. 32. T.166. ejus Hiſtoria. Th. 118. 119. 136.
Heſiodus A. 16. 33. Th. 83. 84. ubi verſus ex Theogonia 87. 91. 117. 128. 140.
Hippon H. 175.
Homerus A. 16. 18. 20. 21. ſeq. 28. 30. 32. ſeq. T. 147. 166. 167. (ubi de ejus ætate) 170. ſeq. 173. Th. 75. 81. 83. 87. 105. 116. 117. 128. 140.
Horus Samius T. 166.
Hypſicrates. infra, Lætus.
Joſephus Ἰώσιππος ὁ ἀναγεγράψας τὸν ἰουδαϊκὸν πόλεμον. Th. 132.
Iſatis Th. 166.
Juba Ἰόβας ὁ Ἀσυρίων γράφων. T. 171.
Juſtinus (Martyr) ὁ θαυμασιώτατος. T. 157. 158.
Lætus Theodoti, Hypſicratis & Mochi libros è Phœnicia lingua in Græcum transtulit. T. 171. ubi male excuſum χαῖτος.
Learchis (poëtria) T. 168. ejus ſtatua facta à Meneſtrato. id.
Leo (Pellæus qui de rebus Ægyptiacis teſte Arnobio ſcripſerat) T. 164.
Leucippus H. 178.
Linus T. 166. Herculis Magiſter. 173. Olympiades à Lino ὑπὸ καὶ ἴλινος ita leg. pro ἴλιος. Th. 139.
Lycurgus legislator. Th. 133.
Lyſis A. 6. Pythagoricus.
Μανιαθὼς ὁ καθ' Αἰγυπτίους πολλὰ φλυαρήσας. Th. 130. 131. 132.
Marſyas T. 141.
Megaclides Peripateticus. T. 166.
Meliſſus H. 176.
Menander (Comicus) τῆς ἐκείνου γλώττης ὁ στιχοποιός T. 162.
Menander Epheſius ἱστοριῶν περὶ τῆς Τυρίων βασιλείας. Th. 132.
Menander Pergamenus, Hiſtoricus T. 171.
Metrodorus Lampſacenus ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου T. 160.
Minos legislator Cretenſium, Th. 120. 133.
Meneſarchis, Epheſia Poëtria. T. 168. ejus ſtatua facta ab Euthycrate.
Mochus. vide ſupra, Lætus.
Moyſis. Βίβλος ἧς ἐπιγράφεται γένεσις κόσμου. Th. 105.
Muſæus T. 166. Orphei diſcipulus. 173.
Myro Byzantia. T. 168. ejus ſtatua facta à Cephiſodoto. id.
Myrtis (Poëtria) T. 168. ejus ſtatua à Boisco facta.
Myſtis (Poëtria) Th. 168. ejus ſtatua facta ab Ariſtodoto.
Olympus αὐλητικῆς cum Marſya inventor. T. 141.
Onomacritus Athenienſis poëmata Orpheo tributa circa Olympiadem L compoſuit. T. 173.
Orpheus Th. 112. 127. 128. T. 166. 173. Herculis æqvalis, Muſæi Magiſter. id. Muſices repertor Th. 106. πόησιν ἀοιδεῖν καὶ ᾄδειν docuit. T. 141.
Nomina Deorum invenit &

γε-

2011 Ministerio de Cultura

γενέσεις exposuit. Eum imitatus Homerus. A.18. nomina & sexus Diis assignavit. A.16.
Orphei versus A.20. T.148.
Opsimus. A.6. Pythagoreus.
Ostanes Magus T.155.
Palamedes Th.127.
Parmenides H.176.
Phemius T.173.
Pherecydes H.178. T.144. 162.
Philænis T.170.
Philammon T.166. (122.
Philemonis Comici versus. T.121.
Philochorus Athenienſis. T.166.
Philolaus (Pythagoricus) A.6.
Pindari versus A.33. Th.115.
Plato A.6. 7. 12. 15. 16. 18. 25. 26. 34. 39. T.142. 144. 162. Th. 118. 120. 136. 139. (ἐν πρώτῃ πολιτειῶν.) 121. b. (ubi pro πάντων ὃ ὁ ποσῦτα εἰπὼν lege πλάτων) 127. (ἐν ταῖς πολιτείαις αὐτῦ ἐπιγραφομέναις.)
Ὁ μεγαλόφων H.177. ὁ δοκῶν ἑλλήνων σοφώτερ γενῆς. Th.127.
Poëtæ. Th.75. 79. 81. 87. 91. 109. 115. 116. 122. &c.
Praxigoris Poëtria T.168. ejus statua facta à Gompho. id.
Praxillæ poëtriæ statuam fecit Lysippus. T.168.
Prosnautides (leg. Pronapides) Athenienſis. T.166.
Protagoras H.177. Abderites Th. 121. Ibidem: Εὐημέρῳ καὶ Ἐπικάρῳ καὶ Πυθαγόρᾳ lege Πρωταγόρᾳ.
Proteus (Peregrinus Philoſ.) Th. 162.
Ptolemæus Mendeſius ſacerdos ejus χρόνων ἀναγραφαὶ de rebus Ægypt. T.171, 172.
Pythagoras A.39. Th.120. ſeq. 136. H.175. 179. (ejus αὐτὸς ἔφα. id.) T.144. 162. circa Olymp.LXII. vixit. T.174. ejus adyta. Th.118. providentiam negavit. 121.
Pythagorici A. 6.
Sapphus ſtatua à Silanione facta A. 168. τὴν ἑαυτῆς ἀσέλγειαν ἄδει. ib.
Satyrus ἱστορῶν τὰς δήμους Ἀλεξανδρέων. Th.85.
Sibylla A.34. T.173. Th.88. 116.
Sibyllæ verſus. Th.107, 112-114.
Simonides. Th.87, 115.
Simylus. Th. 122.
Socrates. T.143. Th.118.
Solon Athenienſis legislator. Th. 133. circa XL. Olymp. T.174. At pro Σολωμῶν Th.120. c. legendum Σόλων, ut apud Coſmam Indopleuſten XII. p.342.
67. Ὅτε ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, φησὶν ὁ Ἀπόσολ@, ὥσπερ ἔξω τῦ σώματ@ ἤδη λαλῶν. Σάρκα δὲν λέγειν αὐτὸν φησὶν ἐκείνην τὴν ἀθένειαν, τὴν ἀπὸ τῆς ἄνω γυναικὸς προβολήν. Καὶ ὅταν ὁ Σωτὴρ πρὸς * Σαλώμην λέγῃ, μέχρι τότε εἶναι θάνατον, ἄχρις ἂν αἱ γυναῖκες τίκτωσιν, ὃ τὴν γένεσιν κακίζων ἔλεγεν, ἀναγκαίαν ὖσαν διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν πισευόντων. Δεῖ γὰρ εἶναι τὴν γένεσιν ταύτην, ἄχρις ἂν τὸ σπέρμα προσενεχθῇ τὸ προλελογισμένον. Ἀλλὰ περὶ τῆς ἄνω θηλείας αἰνίτσεται, ἧς τὰ πάθη κτίσις γέγονεν τῆς καὶ τὰς ἀμόρφυς ὑσίας προβαλλύσης. Διὸ καὶ ὁ Κύρι@ κατῆλθεν, ἀπὸ μὲν τῦ παθυς ἡμᾶς ἀποσπάσων, ἑαυτὸν δὲ ἐκποιησόμεν@.

68. Ἄχρι μὲν γὰρ ἦμεν τῆς θηλείας μόνης τέκνα, ὡς ἂν αἰσχρᾶς συζυγίας, ἀτελὴ ἦν νήπια καὶ ἄφορα καὶ ἀσθενῆ καὶ ἄμορφα, οἷον ἐκτρώματα προσενεχ-

* Vide quæ notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 335. * ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ctum erant, nempe ejus qvod est animale, carnem. Joh. 19, 37.
Os enim, inqvit, *ejus non comminuetis*, Velut etiam in Ada- Exod. 22, 46.
mo Prophetia ossis nomine Spiritali sensu animam induxit. Ipsa enim Christi anima patiente corpore in manus Patris seipsam commendavit. Qvod autem in osse Spiritale est, jam non commendatur, Luc. 23, 46.
sed ipsum salutem præstat.

63. Spiritalium igitur reqvies in * Dominicâ. Dominica autem in octavâ celebratur, qvæ videlicet apud Matrem animas indumenta habent usqve ad consummationem, cæteræ vero fideles animæ apud Creatorem. At in consummatione recedent & ipsæ atqve ad ** octavam concedent: tum nuptiarum cœna ipsa communis omnium qvi salutem conseqventur, donec omnia ad æqvalitatem traducta, seqve alia cognoverint.

64. Exinde vero abjectis Spiritalia animabus unà cum matre sponsum consecuta, consecuta & ipsa sponsos angelos suos in thalamũ intra terminum ingrediuntur, atq; in Spiritus conspectum veniunt intelligentes Æones effecta, in Spiritales æternasq; conjugii nuptias admissæ.

65. Cœnæ autem architriclinus nuptiarumqve Joh. 2, 8. &
pronubus ac Sponsi amicus stans ante thalamum audiens 3. 29.
Sponsi vocem, gaudio gaudet. Hoc ejus plenum gau- Joh. 16, 24.
dium atqve qvies.

66. Salvator Apostolus docebat primo in figuris & mysticè, deinde in parabolis obscurâqve ambage, postremo seorsim assumtos clare & nude.

67. Cum essemus in carne, ait Apostolus, velut Rom. 7, 5.
qvi jam extra corpus loqveretur. Carnem igitur vocat illam infirmitatem qvæ primæ originis mulieris propagine extitit. Cumq; Salvator ait Salomæ, tamdiu fore mortem qvamdiu mulieres parerent, non qvasi generationem crimini daret qvæ sit necessaria ad salutem fidelium, donec productum fuerit semen qvod ante fuit electum ac prædestinatum: sed primæ originis fœminam obscure significat, cujus passiones morbiqve & vitia creatura fuerunt, qvæ & substantias informes producat, cujus etiam gratiâ descendit Dominus, ut à passione labeqve abstraheret, seqve vero ipsum illi insereret.

68. Qvamdiu qvidem solùm fœminæ filii eramus, velut turpi conjugio, imperfectæ, infantes, stultæ infirmæ atqve informes abortivi

* In Græco est: *in Dominica sive Ogdoade, qua Dominica dicitur.*
** Gr. *recedunt & ipsæ in Ogdoadem* Notissimum hoc nomen inter Æonas Valentinianos.

2011 Ministerio de Cultura

νεχθέντα, τῆς γυναικὸς ἦμεν τέκνα. Ὑπὸ δὲ τῦ Σωτῆρ@ μορφωθέντες, ἀνδρὸς καὶ νυμφῶν@ γεγόναμεν τέκνα.

69. Ἡ εἱμαρμένη ἐςὶ σύνοδ@ πολλῶν καὶ ἐναντίων δυνάμεων. Αὐται δέ εἰσιν ἀόρατοι καὶ ἀφανεῖς, ἐπιτροπεύσασαι τὴν τῶν ἄςρων Φοράν, καὶ δι' ἐκείνων πολιτευόμεναι. Καθὸ γὰρ ἕκαςον αὐτῶν ἔφθακεν τῇ τῦ κόσμυ κινήσει συναναφερόμενον, τῶν κατ' αὐτὴν τὴν ῥοπὴν γεννομένων εἴληχεν τὴν ἐπικράτειαν, ὡς αὐτῦ τέκνων.

Atqui verius, fiderum esse influentias.

70. Διὰ τῶν ἀπλανῶν τοίνυν καὶ πλανομένων ἄςρων αἱ ἐπὶ τύτων ἀόρατοι δυνάμεις ἐποχύμεναι ταμιεύυσι τὰς γενέσεις καὶ προσκοπῦσι. Τὰ δὲ ἄςρα αὐτὰ μὲν οὐδὲν ποιεῖ, δείκνυσι δὲ τὴν ἐνέργειαν τῶν κυρίων δυνάμεων, ὥσπερ καὶ ἡ τῶν ὀρνίθων πτῆσις σημαίνει τι, οὐχὶ ποιεῖ.

71. Τὰ τοίνυν δεκαδύο ζώδια καὶ οἱ ταῦτα ἐπιόντες ἑπτὰ ἀςέρες, τότε μὲν συνοδεύοντες, τότε δὲ ὑπαντῶντες, ἀνατέλλοντες ἤτοι πρὸς τῶν δυνάμεων κινύμενοι κίνησιν τῆς ὐσίας δηλῦσιν εἰς γένεσιν τῶν ζώων, καὶ τὴν τῶν περισάσεων τροπήν. Διάφοροι δέ εἰσιν καὶ οἱ ἀςέρες καὶ αἱ δυνάμεις. Ἀγαθοποιοὶ, κακοποιοί, δεξιοὶ, ἀριςεροί, ὧν κοινὸν τὸ τικτόμενον. Ἕκαςον δὲ αὐτῶν γίνεται κατὰ καιρὸν τὸν ἴδιον, τῦ δυναςεύοντ@ τὰ κατὰ Φύσιν ἀποτελῦντ@, τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ, τὸ δὲ ἐπὶ τέλει.

Angelorum pro & contra nos pugna.

72. Ἀπὸ ταύτης τῆς ςάσεως καὶ μάχης τῶν δυνάμεων ὁ Κύρι@ ἡμᾶς ῥύεται, καὶ παρέχει τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς τῶν δυνάμεων καὶ τῆς τῶν Ἀγγέλων παραταξεως, ἣν οἱ μὲν ὑπὲρ ἡμῶν, οἱ δὲ καθ' ἡμῶν παρατάσσονται. Οἱ μὲν γὰρ ςρατιῶται ἐοίκασι συμμαχῦντες ἡμῖν ὡς ἂν ὑπηρέται Θεῦ, οἱ δὲ λῃςαῖς. Ὁ γὰρ πονηρὸς ὐ παρὰ βασιλέως ἐζώσατο λαβὼν τὴν μάχαιραν, ἑαυτῷ δὲ ἐξ ἀπονοίας ἁρπάσας.

Hinc judicium & pœna Angelorum. Error damnatus in V. Synodo.

73. Διὰ δὴ τὰς ἀντικειμένυς οἱ διὰ τῦ σώματ@ καὶ τῶν ἐκτὸς ἐπιβατέυσι τῆς ψυχῆς, ἢ ἐνεχυράζυσιν εἰς δυλείαν. Οἱ δὲ δεξιοὶ ὐκ εἰσὶν ἱκανοὶ παρακολυθῦντες σώζειν καὶ Φυλάσσειν ἡμᾶς, ὐ γάρ εἰσιν τέλεον προνοητικοὶ ὥσπερ ὁ ἀγαθὸς ποιμὴν, ἀλλὰ μιθωτῷ παραπλήσι@ ἕκας@, τὸν λύκον ὁρῶντι προσιόντα καὶ Φεύγοντι, καὶ ὐ προθύμῳ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων ἐπιδιδόναι. Προσέτι δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπ@ ὑπὲρ ὃ ἡ μάχη, ἀσθενὲς ὂν ζῶον, εὐεπίφορόν ἐςι πρὸς τὸ χεῖρον καὶ τοῖς μισθοῖς συλλαμβανόμενον, ὅθεν καὶ πλείω τὰ κακὰ ὑπάρχει αὐτῷ. Διὰ τῦτο ὁ Κύ-

2011 Ministerio de Cultura

tivi instar editæ proles mulieris filii eramus, Salvatore autem formam præbente viri filii extitimus ac nuptialis thalami.

69. Fatum concursus est multarum sibiqve adversantium virtutum. Sunt vero hæ inaspectæ siderum catervæ præsidentes, per qvas dominata vigent. Qvâ enim qvodqve ratione mundi lationibus una abreptum motum nactum est, eorum qvæ illo articulo nascuntur velut filiorum dominatum obtinet.

70. Per inerrantia igitur errantiaq; sidera invectæ qvæ ortui præsunt invisibiles potestates, generis rerumqve ortus dispensant ac prospiciunt. Sidera vero ipsa qvidem nihil faciunt, dominantium tamen potestatum vim operationemqve indicant, ut etiam avium volatus significat aliqvid, & nihil ipse facit aut præstat.

71. Duodecim igitur signa & qvæ hæc ingrediuntur ac percurrunt septem stellæ, qvando qvidem unà comitantur, qvando vero occurrunt, horum ortus qvæ à potestatibus moventur, substantiæ motum significant ut animalia generentur, & sibi adversantium casuum conversionem. Diversæ autem sunt tum stellæ tum potestates, beneficæ, maleficæ, dextræ, sinistræ: his commune est qvod nascitur, harum vero qvodlibet proprio tempore nascitur & procreatur, præstante qvi dominatur qvod ille ex natura est, partim in principio partim in fine.

72. Ab hoc discidio pugnaqve potestatum nos Dominus liberat, ac præbet pacem, ne qvid potestatum ac Angelorum instructa hæc acies noceat: qva nimirum alii pro nobis, alii contra nos stant, atqve alii qvidem militibus similes sunt qvi nobis auxilientur, ut DEi ministri; alii autem latronibus. Qvi enim scelestus ac malus est, non à Rege succinctus gladium accepit, sed sibi ipse per socordiam mentisqve superbiam rapuit.

73. Nempe adversariorum causa alii per corpus resqve exteriores animum invadunt ac servituti addicunt: qvi autem dextri sunt, haud idonei sunt ut ipsi comites salutem præstent nosqve tueantur ac custodiant, non enim ejusmodi sunt, ut perfecte curam impendant ac prospiciant, sicut & bonus Pastor; Sed eodem se modo Joh. 10, 11. qvisqve habet ac mercenarius, qvi lupum videns venientem, fugam ineat, non qvi alacris animi in periculum se ipse pro ovibus suis impendat. Præterea vero etiam homo cujus ergo conflatur pugna, animal imbecillum est, ac qvod facile vertatur in vitium, ac proclive his qvæ

2011 Ministerio de Cultura

ὁ Κύριος κατῆλθεν εἰρήνην ποιήσων τοῖς ἀπ' ὀρανῶν, ὁ τοῖς ἀπὸ γῆς, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Εἰρήνη ἐπὶ γῆς καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

Fati vis eversa in fidelibus.

74. Διὰ τοῦτο ἀνέτειλεν ξένος ἀστὴρ καὶ καινὸς, καταλύων τὴν παλαιὰν ἀστρολογίαν καινῷ φωτὶ, ὁ κοσμικῷ λαμπόμενος, ὁ καινὰς ὁδοὺς καὶ σωτηρίους τρεπόμενος. Αὐτὸς ὁ Κύριος ἀνθρώπων ὁδηγὸς ὁ κατελθὼν εἰς γῆν, ἵνα μεταθῇ τοὺς εἰς τὸν χρισὸν πιστεύσαντας ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης εἰς τὴν ἐκείνου πρόνοιαν.

Cognitus ex stella Dominus, ac quorum Rex.

75. Ὅτι δέ ἐστιν, φασὶν, εἱμαρμένη, τοῖς ἄλλοις τὰ ἀποτελέσματα προλεγόμενα δείκνυσιν. Ἐναργὴς δὲ ἀπόδειξις καὶ ἡ τῶν μαθημάτων θεωρία. Αὐτίκα οἱ Μάγοι ὁ μόνον εἶδον τὸν ἀστέρα τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀληθὲς ἔγνωσαν, ὅτι βασιλεὺς ἐτέχθη, καὶ ὧν βασιλεὺς, ὅτι θεοσεβῶν. Τότε Ἰουδαῖοι μόνοι διαβόητοι ἦσαν ἐπὶ θεοσεβείᾳ, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Σωτὴρ πρὸς θεοσεβεῖς κατιὼν ἐπὶ τούτους ἦλθεν πρώτους, τοὺς τότε ἐπὶ θεοσεβείᾳ δόξαν ἀποφερομένους.

76. Ὡς ἂν ἡ γέννησις τοῦ Σωτῆρος γενέσεως ἡμᾶς καὶ εἱμαρμένης ἐξέλαβεν, ἵνα καὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, πυρὸς ἡμᾶς ἐξείλετο, καὶ τὸ πάθος πάθους, ἵνα κατὰ πάντα ἀκολουθήσωμεν αὐτῷ. Ὁ γὰρ εἰς Θεὸν βαπτισθεὶς εἰς Θεὸν ἐχώρησεν καὶ εἴληφεν ἐξουσίαν ἐπάνω σκορπίων καὶ ὄφεων περιπατεῖν, τῶν δυνάμεων τῶν πονηρῶν. Καὶ τοῖς Ἀποστόλοις ἐντέλλεται, πορευόντες κηρύσσετε καὶ τοὺς πιστεύοντας βαπτίζετε εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς ὃς ἀναγεννώμεθα, τῶν λοιπῶν δυνάμεων ἁπασῶν ὑπεράνω γινόμενοι.

Baptismi vis in anima.

77. Ταύτῃ θάνατος καὶ τέλος λέγεται τοῦ παλαιοῦ βίου τὸ βάπτισμα, ἀποτασσομένων ἡμῶν ταῖς πονηραῖς ἀρχαῖς. Ζωὴ δὲ κατὰ χρισὸν, ἧς μόνος αὐτὸς κυριεύει. Ἡ δύναμις δὲ τῆς μεταβολῆς τοῦ βαπτισθέντος ὁ περὶ τὸ σῶμα, ὁ αὐτὸς γὰρ ἀναβαίνει, ἀλλὰ περὶ ψυχήν. Αὐτίκα δῆλος Θεοῦ ἅμα τῷ ἀνελθεῖν τοῦ βαπτίσματος καὶ πρὸς τῶν ἀκαθάρτων λέγεται πνευμάτων, καὶ εἰς ὃν πρὸ ὀλίγου ἐνήργουν, τοῦτον ἤδη φρίσσουσιν.

78. Μέχρι τοῦ βαπτίσματος ἦν ἡ εἱμαρμένη, φασὶν, ἀληθής. Μετὰ δὲ τοῦτο οὐκ ἔτι ἀληθεύουσιν οἱ ἀστρολόγοι, ἔστιν δὲ ὁ τὸ λυτρὸν μόνον τὸ ἐλευθερῶν, ἀλλὰ καὶ ἡ γνῶσις, τίνες ἦμεν, τί γεγόναμεν, ποῦ ἦμεν, ἢ ποῦ ἐνεβλήθημεν, ποῦ σπεύσομεν, πόθεν λυτρούμεθα, τί γέννησις, τί ἀναγέννησις.

79. Ἕως

2011 Ministerio de Cultura

ſunt deteriora offerat momentum; Unde etiam plura illi mala obtingunt. Propterea deſcendit Dominus, ut is qvi è cœlis non è terra pacem præſtaret, qvemadmodum ait Apoſtolus: *pax in terra,* Luc. 2, 14. *& gloria in excelſis.*

74. Idcirco orta eſt nova & inſolita, ſtella veterem aſtrorum poſitionem ſitumq; ſolvens & evertens, nova ipſa luce, non qvæ mundi ſit, lucens, novasq; & qvæ conducant ſaluti vias tenens. Ipſe nimirum Dominus hominum ductor, qvi in terram deſcendit, ut Chriſti fideles è fato ad illius providentiam transferret.

75. Qvod autem fatum pro aliis ſit, oſtendunt qvæ prædicuntur certi aſtrorum eventus. Perſpicua item probatio eſt ſcientiæ aſtrorum conſideratio. Statim Magi non modo ſtellam Matth. 2 2. Domini viderunt, verùm & qvod verum eſſet didicerunt, natum ſcilicet Regem, & qvorum ille Rex eſſet nempe DEi cultorum, tum porro ſoli Judæi divini ejus cultus nomine ac religione clari habebantur. Hinc-qve adeo eſt, qvod Salvator ad religioſos DEiqve cultores deſcendens ad illos primum viſerit qvi eo tempore ſuper religioſo pietatis cultu gloriam retuliſſent.

76. Qvemadmodum igitur Salvatoris nativitas, geneſis nos qvoqve neceſſitate, ſic & ejus baptisma ab igne liberavit, & paſſio à paſſione ac labe, ut in omnibus (pæne) eum ſeqvamur. Qvi Gal 3, 27. enim in DEum baptizatus eſt, in DEum conceſſit, & pote- Luc. 10, 19. ſtatem accepit calcandi ſuper ſcorpiones & ſerpentes, neqvam ſcilicet poteſtates. Apoſtolos qvoqve jubet *circumeuntes prædi-* Matth 28. *cate, & eos qui credent baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti:* in qvos renaſcimur omnibus reliqvis poteſtatibus ſuperiores effecti.

77. Hinc eſt ut baptisma mors ac finis veteris vitæ dicatur, abrenunciantibus nobis malis poteſtatibus. Vita vero ſecundum Chriſtum, cujus ſolus ipſe dominatur: Virtus mutationis ejus qvi baptismo tingitur non circa corpus attenditur, idem enim aſcendit, ſed circa animam. Statim DEi Servus, mox ac à Sacro fonte aſcenderit, ipſis qvoqve audit impuris ſpiritibus: in qvem paulo ante afflatum immittebant agebantqve, hunc jam tremunt.

78. Ad baptiſmum ergo usqve, ajunt, fatum veritate nititur: poſt ipſum vero nihil veri Aſtrologi loqvuntur. Non ſolùm autem lavacrum in libertatem aſſerit, verum etiam qvod ſciamus qvales fuerimus, qvales effecti ſumus, ubi eramus aut qvo eramus conjecti, qvo properamus, unde ſumus redemti, qvid generatio.

79. Qvam-

2011 Ministerio de Cultura

79. Ἕως ἂν ἀμόρφωτον, φασὶν, ἔτι τὸ σπέρμα, θηλείας ἐσὶ τέκνον, μορφωθὲν δὲ μετετέθη εἰς ἄνδρα, καὶ υἱὸς νυμφίε γίνεται, οὐκ ἔτι αὐθενὴς τοῖς κοσμικοῖς ὑποκείμενος ὁρατοῖς τε καὶ ἀοράτοις, ἀλλ' ἀνδρωθεὶς ἀρρὴν γίνεται καιπός.

80. Ὃν γεννᾷ ἡ Μήτηρ, εἰς θάνατον ἄγεται καὶ εἰς κόσμον. Ὃν δὲ ἀναγεννᾷ Χριςὸς, εἰς ζωὴν μετατίθεται εἰς Ὀγδοάδα, καὶ ἀποθνήσκει μὲν τῷ κόσμῳ, ζῶσι δὲ τῷ θεῷ, ἵνα θανάτῳ θανάτῳ λυθῇ, ἀναιρέσει δὲ ἡ φθορά. Διὰ γὰρ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίε Πνεύματος σφραγισθεὶς ἀνεπίληπτός ἐσι πάσῃ τῇ ἄλλῃ δυνάμει, καὶ διὰ τριῶν ὀνομάτων πάσης τῆς ἐν φθορᾷ τριάδος ἀπηλλάγη· φορέσας τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, τότε φορεῖ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.

Ignis baptisma duplex.

81. Τοῦ πυρὸς τὸ μὲν σωματικὸν σωμάτων ἅπτεται πάντων, τὸ δὲ καθαρὸν καὶ ἀσώματον, ἀσωμάτων φασὶν ἅπτεσθαι, οἷον δαιμόνων, ἀγγέλων τῆς πονηρίας, αὐτοῦ τοῦ διαβόλου. Οὕτως ἐσὶ τὸ ἐπ' οὐρανὸν πῦρ διττὸν τὴν φύσιν, τὸ μὲν νοητὸν, τὸ δὲ αἰσθητόν. Καὶ τὸ βάπτισμα ὂν διπλοῦν, ἀναλόγως. Τὸ μὲν αἰσθητὸν δι' ὕδατος, τοῦ αἰσθητοῦ πυρὸς σβεσήριον, τὸ δὲ νοητὸν διὰ πνεύματος τοῦ νοητοῦ πυρὸς ἀλεξητήριον. Καὶ τὸ σωματικὸν πνεῦμα τοῦ αἰσθητοῦ πυρὸς τροφὴ καὶ ὑπέκκαυμα γίνεται, ὀλίγον ὄν, πλεῖον δὲ γενόμενον σβεσήριον πέφυκεν· τὸ δὲ ἄνωθεν δοθὲν ἡμῖν πνεῦμα ἀσώματον ὄν, τοιχείων μόνων ἀλλὰ καὶ δυνάμεων κρατεῖ καὶ ἀρχῶν πονηρῶν.

Virtus divina in sacramentis.

82. Καὶ ὁ ἄρτος καὶ τὸ ἔλαιον ἁγιάζεται τῇ δυνάμει, τοῦ ὀνόματος, ἃ τὰ αὐτὰ ὄντα κατὰ τὸ Φαινόμενον οἷα ἐλήφθη, ἀλλὰ δυνάμει εἰς δύναμιν πνευματικὴν μεταβέβληται. Οὕτως καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ ἐξορκιζόμενον, καὶ τὸ βάπτισμα γινόμενον, οὐ μόνον χωρεῖ τὸ χεῖρον, ἀλλὰ καὶ ἁγιασμὸν προσλαμβάνει.

Hæreticorum fabulæ de baptismate dæmonum.

83. Ἐπὶ τὸ βάπτισμα χαίροντας προσέρχεσθαι προσῆκεν. Ἀλλ' ἐπεὶ πολλάκις συγκαταβαίνει τισὶ καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα παρακολουθοῦντα, τοῦ τυχόντα μετὰ τοῦ ἀνθρώπου τῆς σφραγίδος, ἀνίατα τοῦ λοιποῦ γίνεται, ἃ τῇ χαρᾷ συμπλέκεται φόβος, ἵνα τις μόνος καθαρὸς αὐτὸς καθέλθῃ.

84. Διὰ τοῦτο νηςεῖαι, δεήσεις, εὐχαὶ χειρῶν, γονυκλισία, ὅτι ψυχὴ ἐκ κόσμου καὶ ἐκ σώματος λεόντων ἀνασώζεται. Διὸ καὶ πειρασμοὶ εὐθέως ἀγανακτόντων τῶν ἀφ' ὧν τις ἀφῃρέθη, Κἂν τις φέρῃ προθύμως, τάχε ἔξω σαλεύσιν.

85 Αὐτί-

2011 Ministerio de Cultura

79. Qvamdiu igitur, ajunt, adhuc ſemen informe eſt, fœminæ filius eſt : ubi autem formatum fuerit, in virum transfertur, ac ſponſi redditur filius, non jam infirmus, & qvi iis qvæ ſeculi ſunt viſibilibus ac inviſibilibus ſubjectus ſit, ſed qvi virili auctus robore atqve adultus fructus maſculus exiſtit.

80. Qvem mater gignit, in mortem trahitur & in mundum: qvem autem Chriſtus regenerat, in vitam transfertur * octavam, ac mundo qvidem moriuntur, vivunt autem DEo, ut mors morte diſſolvatur, vitæqve interitus reſurrectione mutetur. Patris enim & Filii & Spiritus Sancti nomine conſignatus, ab omni alia immunis virtute eſt, triumqve nominum vi ab omni qvæ in corruptione verſatur libera- 1.Cor.15.49. tus triade eſt; ut enim imaginem terreſtris geſtaverat, tunc geſtat imaginem cœleſtis.

81. Ignis, qvâ qvidem parte corporeus eſt, omnia corpora attingit, qva vero purus & incorporeus, incorporea ajunt inceſſere, dæmones, angelos neqvitiæ, ipſum diabolum. In eum modum qvi ſub cœlo eſt ignis duplex naturâ eſt, in qvo partim eſt qvod mente intelligitur, partim qvod ſenſu percipi poteſt: pari etiam ratione baptisma duplex, alterum ſenſibile, qvod per aqvam ſenſibilem adminiſtratur, ac vim habet extingvendi ignis ſenſibilis ; alterum per Spiritum, qvod ejus ignis qvi mente percipitur averruncus exiſtit. Corporalis item ſpiritus (ventus) cum modicus eſt, ignis ſenſibilis cibus eſt ac fomes, ſi autem vehementius flaverit, vim extingvendi habet. Qvi autem è cœlo nobis Spiritus datus eſt qvi ſit incorporeus, nedum elementorum, ſed & virtutum, malorumqve principatuum habet imperium.

82. Panis qvoqve atqve oleum, Nominis virtute ſanctificatur, non eadem ipſa prout apparent exiſtentia qvæ accepta ſunt, ſed virtute in ipſam virtutem Spiritalem transmutata ſunt. Sic qvoqve aqva qvæ exorciſatur & baptisma efficitur, nedum capit qvod deterius eſt, ſed & ſanctificationem aſſumit.

83. Par erat gaudentes ad baptisma accedere. Qvia tamen ſæpius qvibusdam deſcendentibus etiam impuri Spiritus comites deſcendunt, unaqve cum homine donati ſignaculo, deinceps inſanabiles exiſtunt. Eam ob rem timor gaudio admiſcetur, ut qvis purus ſolus ipſe deſcenderit.

84. Hinc jejunia, obſecrationes, preces, extenſæ manus, geniculationes, qvod anima ex ſeculo exq; ore leonum ſervetur. Idcirco etiam mox tentationes ingruunt, indigne ferentib⁹ à qvib⁹ ſublata anima ſit, ac ſi qvis re ante animadverſâ tulerit, exterius ſaltem jactant.

* Gr. *in ogdoadem*.

2011 Ministerio de Cultura

Testatio à baptismo.

85. Αὐτίκα ὁ Κύριος μετὰ τὸ βάπτισμα σαλέυεται εἰς ἡμέτερον τύπον, καὶ γίνεται πρῶτον μετὰ θηρίων ἐν τῇ ἐρήμῳ. Εἶτα κρατήσας τούτων ἢ τῶν ἄρχοντος αὐτῶν ὡς ἂν ἤδη βασιλεὺς ἀληθὴς ὑπ' ἀγγέλων ἤδη διακονεῖται. Ὁ γὰρ ἀγγέλων ἐν σαρκὶ κρατήσας, εὐλόγως ὑπ' ἀγγέλων ἤδη δουλέυεται. Δεῖ ἓν ὡπλίσθαι τοῖς Κυριακοῖς ὅπλοις ἔχοντας τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἄτρωτον, ὅπλοις σβέσαι τὰ βέλη τοῦ διαβόλου δυναμένοις, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος.

Baptismi signaculum.

86. Ἐπὶ τῷ προσκομισθέντος νομίσματος ὁ Κύριος εἶπεν, ὑ τίνος τὸ κτῆμα, ἀλλὰ ἡ εἰκὼν καὶ ἡ ἐπιγραφή; Καίσαρος. Ἵνα οὖν ἔσιν, ἐκείνῳ δοθῇ. Οὕτως καὶ ὁ πιστὸς, ἐπιγραφὴν μὲν ἔχει διὰ χρισοῦ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ πνεῦμα ὡς εἰκόνα. Καὶ τὰ ἄλογα ζῶα διὰ σφραγίδος δείκνυσι τίνος ἔσιν ἕκαστον, καὶ ἐκ τῆς σφραγίδος ἐκδικεῖται. Οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἡ πιστὴ τὸ τῆ ἀληθείας λαβοῦσα σφράγισμα, τὰ σίγματα τοῦ χρισοῦ περιφέρει. Οὗτοί εἰσιν τὰ παιδία τὰ ἤδη ἐν τῇ κοίτῃ συναναπαυόμενα, καὶ αἱ παρθένοι αἱ φρόνιμοι, αἷς αἱ μέλλουσαι ὑ συνεισῆλθον εἰς τὰ ἡτοιμασμένα ἀγαθὰ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἀγγελοιπαρακύψαι.

Notæ Franciſci Combefiſii.

Superiorem interpretationem eligant, vel ipſi à ſe meliora afferant nec incaſtigata relinquant ſi quæ minus ſanæ doctrinæ quandoq; aliorum oculos offendant: hîc vero potius Valentinianorum totas expoſitiones aliorumq; Hæreticorum videtur Clemens ſedulo annotare atque exponere, ut eorum magis videlicet commentatio videatur, quàm ejusdem Clementis ac viri vere Eccleſiaſtici. Nam propterea illi inſcriptum opus aut etiam breviatori Theodoto κ τοῦ Οὐαλεντίνου χρόνους, niſi potius legendum Αἰῶνας, aut niſi alterum pro altero & quaſi συνώνυμα vel Clemens vel etiam Theodotus voluit, in DEo & angelis magis Αἰῶνας, in nobis κ τὸ παθητὸν & mortali hoc tempore ac rerum ſtatu χρόνους. Ut ſit expoſitio locorum Scripturæ aut etiam Chriſtianæ Religionis myſteriorum ad mentem Valentini ejusque Æonum & quaſi Theogoniæ, non contra eum: quod miror opus à viro Eccleſiaſtico eo ſenſu proficiſci potuiſſe, vel certe Euſebium diſſimulaſſe. Quod ſi ipſe hæc ut portentoſa & aliena à regula Eccleſiaſtica, ipſâ ea narratione ſatis elidi exiſtimavit, uti fere Epiphanius laudato Ancorati opere, debuit certe ſenſum mentemque ſuam diſtinctius promere, & pretioſum à vili ſeparare. Etſi non carent omni venia priſcæ adeo ætatis homines, & qui primi Scripturarum agrum ſic hæreticorum ſentibus horrentem excolendum ſuſce-

2011 Ministerio de Cultura

85. Confestim à baptismo Dominus figurâ nostri jactatur, ac primùm cum bestiis in deserto versatur. Tum illis superatis earumqve principe, tanqvam jam vere Rex, Angelorum obsequio fovetur. Qvi enim Angelorum in carne victor extitit, ei merito jam ab Angelis servitur. Operæ pretium igitur est ut Dominicis armis instruamur, ut corpore & animo extra vulnerum aleam simus. Armis inqvam ejusmodi, qvæ *diaboli tela extinguere* possint, ut Apostolus loqvitur. Matth. 4, 11. Eph. 6, 16.

86. Oblato Dominus numismate, non dixit, cujus nam illud juris aut in cujus censu? sed, *cujus est imago & superscriptio? Cæsaris.* Ut cujus esset, illi & daretur. Simili qvoqve ratione fidelis, per Christum, DEi nomen adscriptnm habet, Spiritum vero ut imaginem. Muta qvoqve animalia ex signaculo produntur cujus qvodqve pecus sit, exqve illo vindicantur. Sic etiam fidelis anima & qvæ signaculum fidei suscepit, Christi ubiqve impressas notas ac stigmata gestat. Hi nempe pueri sunt, qvi jam in cubili conqviescunt, & prudentes virgines, qvibuscum haud ingressæ sunt, qvæ tardæ fuerunt, in parata bona, in qvæ Angeli desiderant prospicere. Matth. 22, 20. Matth. 22, 21. Gal. 6, 17. Luc. 11, 7. Matth. 25, 1. 1. Petr. 1, 12.

---

ceperant, si illorum non multa exstirparunt, suaque ipsis illorum in isto unà quasi pœne conflata ac confusa viderunt. Quanquam probabilius est majori luce Clementem suam lucubrationem digessisse, & quid Ecclesiasticum quidve Valentianum & hæreticum, magis insinuasse, quæ breviator sic non observaverit.

Quis iste Theodotus, nimis incertum, cum hîc etiam Theodotus citetur, qui fuerit Clemente antiquior & ex Valentini secta. Nescio an Theodotus Ancyranus Cyrilli collega adversus Nestorium, satis probatus Nicephoro Patriarchæ in suis Antirrheticis, in istis operam posuisse dici possit, atque hinc nævos contraxisse, ut non satis sanus in fide Deitatis visus sit, ut neque Eusebius cum suo Origene qui ideis aut incertis conjecturis animum pascit sibique divinat, non certe aliquid affert in quo lector conquiescat. Hac cautela opus hoc explicandum suscepi, quicquid in illud à me conferatur, & ut ita in eo aliqua antiquitatis lumina venemus, ut incontaminata nobis fides ac vera Ecclesiastica ex hæreticorum illis fabulis atque figmentis nihil detrimenti sentiant, sed ad ridendas hominum vere stultorum in sapientia sua nænias nugasque magis convalescat. Videndi Epiph. hæresi 31. Irenæus toto late opere adversus hæreses, Tertullianus & alii.

2011 Ministerio de Cultura

Quod Ἀνατολικὴν διδασκαλίαν *titulus profert, indicio est Europæum potius hominem fuisse qui ita inscripsit, seu sedi ejus subjectum qui Asianos vel Syros hinc notare voluerit. Sic illi* Ἀνατολικοὶ, *ex quibus Valentinianorum illæ fæces ac reliquorum primæ fere ætatis hæreticorum.*

§. 1. Τὸ πνεῦμα μȣ) *Animam suam Patri commendat & nos in illa, omnesque electos semenque electorum, quæ & Athanasii, Patrumque aliorum in Catena expositio, est nec aliter intelligendus Ambrosius cum ait:* Spiritus Patri commendatur, ut cœlestia qvoqve ab iniqvitatis vinculo solverentur, *i. e. animæ, quarum cœlestis & à DEo origo. Hæreticorum proclivis error, quod divina & humana in Christo non satis distinguunt, utraque in Christo vera, qui unus ipse verus cum Patre* DEus, *verusque homo nobiscum. Sic passim Chrysostomus aliique probati Patres.*

4. Διὰ πολλὴν ταπεινοφροσύνην) *Alte satis & orthodoxe de Christi mysteriis, qui se ita exinanivit, ut non Angelus sed homo fieret, quæ extrema vilitas in Creatura intelligente, idem ipse qui in cœlis & qui in terra, nec à se divisus, nempe Deitate qua ubique est, non ita humanitatis quæ circumscripta est ratione.*

6. Ὁ μονογενὴς Θεός) *Etiam Syr.* Θεός, *reliqui forte melius* υἱός, *unigenitus filius, quæ vox non sinit trahi Deitatem verbi ad Valentinianorum* ὁμωνυμίαν, *sed ut vere filius* DEusque *intelligatur, singularique nativitate qua unus ipse unigenitus humanitate & carne, idem primogenitus & fratres habens, quibus vere communicet. Reliqua, & quod divina quæque nomina res &* Αἰῶνες *seu aliquid distinctum vereque existens accipiuntur, Valentinianorum deliria.*

7. Ἐν τῷ πληρώματι) *Vox est quâ male usi Valentiniani proscena quadam & capacitate supra cœlos, uti sic satis explicant, in quo unigenitus pro loci immensitate magnus, hic in terris parvus. Sic deliri homines nihilque minus quam vere* Gnostici *i. e. sapientes excellentique scientia præditi, sed plane insipientissimi hardique, nec aliter eis intellectus sinus Patris.*

10. Οὐδ' αὐτὸς ἀμορφος) *Videtur subaudiri* μονογενὴς Θεὸς *vel* υἱός. *Perinde enim illi corpus assignat & formam, ac quicquid corporum est. Et de Angelis quidem haud aliter argumentatur Johannes Thessalonicensis in VII. Synodo. De DEo autem aut verbo nemo est Catholicorum qui non rideat ac despuat, quicquid olim simpliciores Monachi in Nitria & per Ægyptum istiusmodi fæcibus per nimiam simplicitatem (ne stoliditatem dicam) potati. Altior nobis de DEo cogitatio, quem nullo sensu corporis, ac ne mentis intelligentia nisi ipso donante ad seque trahente ac lumen præbente, tuncque etiam*

2011 Ministerio de Cultura

etiam pro noſtro modulo nec comprehendendo attingere liceat : quomodo nec videns nec quod videtur corpus eſt ex inſulſa Gnoſticorum Philoſophia , τὸ νοερὸν & νοητὸν idque longe excellens , quæ ſic vocibus ex viſu acceptis , ut ſenſuum nobiliſſimo , noſtro more ſignificamus.

§. 11. Ἔμμορφα καὶ νοερά) *Sic nimirum vel Clemens vel Valentiniani colligunt profiteri Paulum eſſe cœleſtia corpora pulchra ſpecie & intelligentia, quod illorum aliam & aliam δόξαν dicat , quæ ſimiliter futura ſit ſanctorum reſurgentium. Sed δόξαν hanc nihil cogit ut aliud intelligamus quam ſplendorem , fulgorem , lucem , & quod reddidit interpres claritatem , ex qua corporea & viſibili licuit Paulo arguere ad animarum Spiritalem majorem minoremque gloriam & claritatem , nec animarum ſolùm ſed & corporum ac corporalem , erit enim altera alteri comes , ſed illa hujus parens ac origo , & quo non facit Pauli exemplum.*

12. Ἄγγελοι νοερὸν πῦρ) *ignis intelligens , nec aliter Baſilius pluresque ſanctorum qui angelos reipſa corporeos volunt , eorumque ſubtiliſſima eſſe corpora , nec ejusdem rationis ac craſſa hæc noſtra , ex quo ſit ut & dicantur Spiritalia , & angeli Spiritus ſic quaſi comparatione , qua diſtinctione conſulitur illis Patribus , ne aut Scripturæ adverſum videantur aut aliquid docuiſſe quod poſtea Eccleſia damnaverit. Ad unigenitum autem quod trahunt Valentiniani , impium eſt nec audiendum.*

13. Ὅπερ καὶ μᾶλλον) *Hoc magis & præcipue ſignificare panem illum Cœleſtem myſticum ejus corpus , quod & illo per Evchariſtiam nutriamur, ut ſic ejus membra adoleſcamus. Huncque ſenſum Auguſtinus egregie proſequitur. Maneat ergo ſic antiquo auctore , nutriri per Evchariſtiam carnem noſtram pane illo à Patre dato qui filius eſt : non umbra aliqua ac figura , quod erat panis cœleſtis quem vocat , a manna diſtinctus citra ἀληθινὸν ἄρτον πνεύματος verum panem Spiritus, qui vera ipſa vita edentibus ut non moriantur præbet , & quem Spiritus DEique virtus ejusmodi panem præſtantiore ſupra munere efficiat.*

14. Ἐγείρεται) *Quaſi reſurrectio in eo ſita ſit quod animæ ipſæ corpora Spiritalia terrenum corpus exuerunt , quæ craſſa hæreſis eſt ipſi Paulo notata 2. Tim. 2, 18.* qvi dicunt reſurrectionem jam eſſe factam. *Perdet etiam & mittet in Gehennam ipſa hæc quæ videntur corpora , ſed ubi illa reſuscitaverit , ut ſicut ſcelerum ſic & pœnæ ſint animabus quibuscum vixerunt ſocia. Lazari Hiſtoria ſi quidem vera hiſtoria eſt , ſic ἀληγορεῖται , ut humano modo ſignificetur divitis epulonis animæ pœna , quæ ipſa jam vere torqueatur etſi corpus non eſt , quicquid myſterii ſit , quod corpus divina virtute ejusque inſtrumentum vere Spiritus dæmones & animas torquet.*

2011 Ministerio de Cultura

§.22. Οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν) *Graviore Valentiniani errore quàm Marcion relatus Chryſoſtomo hom. 40. in 1. Cor. 15. vicarium baptiſmum hîc inſinuat: nam ille alterum pro altero, hominem vivum pro defuncto Catechumeno, ridiculo ſane conatu intingebat, & ut jam ille ea adſcripta intinctione fidelis cenſeretur, & cui Eccleſiæ preces prodeſſe poſſent. Eundemque vel ſimilem errorem jam tum in Eccleſia Corinthiorum viguiſſe jactat famoſus Scaliger, quo ſic in memoriam Chriſti baptiſmatis Kalendis Febr. aut etiam VI. Januar. pro charis baptizarentur, ad eum alludere Apoſtolum, ut ſic omni modo & ſic quaſi ad hominem ex ipſo illorum ſenſu aſſerat reſurrectionem mortuorum: quod certe leve eſſet, ex inolita prava conſvetudine nec errore vacante fidei myſterio præſidium quærere. Valentiniani vero angelos ſic baptizari pro hominibus volunt, & ſalutem conſequi cujus nomine angelus aliquis baptizatus ſit, quæ meræ ſunt næniæ ac nugæ. Chryſoſtomi expoſitio, quod nos ipſi qui intingimur ὑπὲρ τῶν νεκρῶν baptizemur pro mortuis noſtris corporibus, & in fidem reſurrectionis illorum, quam ore profiteamur dum Symbolum reddimus, & ſigno repræſentemus dum aquis immergimur & emergimus, ac piſcinam, Pauli phraſi pro ſepulchro habemus, in mortem CHRISTI baptizati illique conſepulti, ipſa una vera, dignaque Paulo & argumento haberi poſſit, fruſtraque eſt quicquid in eam arietat Scaliger, quod non ſcriptum ſit ὑπὲρ νεκρῶν βαπτιζόμενοι ſed ὑπὲρ τῶν νεκρῶν addito articulo, quod eſt ὁρικὸν, quaſi baptizari pro uno aliquo mortuorum, non quaſi generatim pro mortuis ad reſurrectionis adſtruendam fidem. Certe argutus homo, ut vim Græcæ vocis agnoverit, quam hactenus parum adverterunt etiam acutiſſimi interpretes Jo. Chryſoſtomus & Græci alii, imo certe adverterent qui in Græcis & tirones ſint, ſicque vere ὑπὲρ τ·ῶν νεκρῶν baptiſemur pro nobis ipſis noſtrisque corporibus mortuis, ut reſurrectionem quæ eſt in CHRISTO & ad vitam conſequamur, non quæ beneficio quaſi Creatoris etiam malorum futura eſt, ut & corpore totoque homine quo peccaverunt pœnas ducant, tametſi eam ſic credamus exque Symbolo reddamus, ex quo ipſo nugaciſſimus Ariſtarchus Chriſti εἰς ᾅδὲ καταβασιν deſcenſum ad inferos temere nimis expungit.*

Ibid. Εν τῇ χειροθεσίᾳ ἐπὶ τῷ τέλει) *Manuum hæc admotio in baptiſmo, de quo ſuperius, vicem ungventi in conſignatione diaconica perinde ac in ordinatione, in qua leguntur publicæ ſcilicet preces, quarum fuit hæc pars aliqua eique ſucceſſerit, quod ita modo in fine habetur:* ὡς ἐν τὸ ῥυσθῆναι αὐτοὺς σὺν ἡμῖν πάσης θλίψεως ἀνάγκης καὶ ἀνάγκης ut nobiscum liberentur ab omni afflictione & anguſtia. *Fuerit itaque εἰς λύτρωσιν ἀγγελικὴν, non abſurdo illo ſenſu quem auctor ponit, quaſi Angelo redemptore qui pro nobis* bapti-

2011 Ministerio de Cultura

baptizatus fuit, sed ut neophyti pari angelis sorte vel etiam illis interceſſoribus à malis liberentur, fortesque pugiles sint. Quod si hæretica hæretico Spiritu composita formula & precatio ipsa Valentiniana, nihil nostrâ attinet explicare.

Ibid. Ἐδέησεν λυτρώσεως καὶ τῷ Ἰησοῦ) *Spurcissima blasphemia ὅρος ipse Christus est qua ostium, ut in sequentibus, sine quo & cruce non ejus meritis ingredi velint in cœlos εἰς τὸ πλήρωμα, in quorum sic nomine Angeli baptizati sunt. Ut sic errorem errori nectant, fiatque illorum chaos immensum. Quasi & Christo fuerit damnatio quædam quod carnem assumsit seu illi copulatus est, per quam obnoxius fieret defectui, eumque contingeret & πληρώματος sensu capi. Facessat ille Theodotus ejus autor dogmatis ac forte totius lucubrationis, quem breviator illaudatum sic bella parte abire non voluit, ac cujus sequentibus passim autoritatem arcessit.*

§. 27. Τί, τε πέπλον) *Non solùm laminam auream nomine DEI inscriptam ponebat Sacerdos intra secundum velum ingressurus in die expiationis, verùm etiam reliquum omnem ornatum ex ritu summi Sacerdotii, quod luctus habitu & pœnitentis illuc ingrederetur, ac quasi simplex Sacerdos, nullaque majori pompa à reliquis: quæ vera ac litteralis ratio, non quam auctor ex sua aut Valentinianorum persona hic ἀλληγορεῖ.*

30. Ὡς φησιν ὁ Θεόδοτος &c. *in sqq.*) *Esse Theodotum inter Valentini sequaces, clarum, qui, velut alii, sectam auxerit acceptaque dogmata cum ætatis plenæ majori impietate cumulaverit. Absurdus igitur Epitomatori visus, qui ab illo notatur ut impius. Et certe impium quod DEo πάθος tribuit, velut more nostro miserando perturbetur labemque ullam incurrat aut vitium, quod utrumvis (solet) prodere πάθος.*

31. Ὁ δὴ βληθεὶς Αἰῶν) *Clare hoc peccatum Diaboli ex superbiæ ejus pœna scelerumque ex illa castigatione, ut se adversus DEum erigant & quasi à se sibi esse & quas possident dotes tribuant: nec alia in istis desint veræ fidei consona, sed fabulis immixta illisque obruta, quibus sic superbi homines & qui scientiæ arcem tenere in Christianis videri vellent, in confusione sua gloriam quærerent, eamque inter Satanæ primogenitos, quasi Apostoli Joannis oraculo haberent.*

§. 45. Τὴν ἔνδον) *Videtur opponere τὸ τῆς ἔνδον, τῷ δευτέρας κλίσεως, ut velit mundum interiorem & quod pleromate continetur quicquid affectuum est passionum, vitiorum, ægritudinum diffiasse & exstirpasse, &c. Hæc Valentinianorum Gnosticorumque doctrina, ex illis Origeni disputata & in Ecclesiam invecta.*

17. Euro-

2011 Ministerio de Cultura

§. 52. Ἐυνοεῖν αὐτῷ) *idem ac Luc. 12. 58. ἀπηλλάχθαι cum illo transigere, res componere, ac litem finire antequam judicio cum illo experiare. Sed durior hæc Valentinianorum allegoria, ut ἐυνοεῖν carni, intelligatur qui jam deterit & extenuat, ut ipsa tandem diffleturque & evanescat, nullamque moram faciat dum erit transitura per ignem. De corpore carnis vitaque carnali & peccato nihil abhorreret, metaphora ducta ab iis qui ipsi litem dirimunt sibique donant, aut mitius justum faciunt antequam judicis sententia severiore cogantur.*

Hactenus Combefisius.

XXIV. MELITONIS Episcopi Sardensis in Lydia, (non Sardicensis, ut Episcopio dicitur III. Instit. Theol. sect. 5. c. 7.) fragmenta ex Apologetico pro Christianis circa A. C. 170. post L. Veri mortem scripto ad Imp. M. Antoninum, extant apud Euseb. IV. 25. Hist. & in Chronico Paschali quod Alexandrinum vulgo appellant, p. 259. 260. edit. Cangii. Apud Eusebium ibi verba ἐκ τῶν διαταγμάτων rectius forte cum Schurzfleischio τῷ μαχαιρίτῃ de edictis præfectorum provincialium, quam cum Valesio de jussis Imperialibus intellexeris. Alia Melitonis fragmenta vide si placet apud Halloixium in Melitonis vita T. 2. Scriptor. Or. p. 835.

Ad catalogum scriptorum Melitonis deperditorum qui in laudato Eusebii loco & apud Hieron. de script. Eccles. c. 24. exstat, & de quibus Tillemontius & Caveus in Melitonis vita differunt, notabis quod librum qui ἡ κλεὶς sive *Clavis* inscribitur ajunt MStum extare Parisiis in Bibl. Collegii Claromontani, continereque explicationem variarum S. Scripturæ vocum ad eum fere modum, ut notat Labbeus T. 2. p. 87. quale in formulis spiritalis intelligéntiæ, quæ inter S. Eucherii opera exstant, legere licet. Deinde liber περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ non fuit de DEo corpore induto sive de incarnatione Verbi, sed Melito conatus est illo libro probare DEUM esse corporeum. Vide Petavii dogmata Theologica de DEO lib. 2. c. 1. & 8. Ittigium de hæresiarchis sect. 2 c. 11.

Liber *de transitu B. Virginis* in Gelasiano decreto & à Beda rejectus, qui latine exstat in Bibliothecis Patrum & in Bibl. Concionatoria Combefisii T. VII. p. 646. non magis est antiqui illius Melitonis, quam Satira adversus Monachos A. 1662. 12. edita Gallice sub titulo *l Apocalypse de Meliton*, de cujus auctore vide P. Bælii respons. ad quæstiones Provincialis T. 1. p. 631. Pluribus argumentis illum librum de transitu B. Mariæ oppugnat Nourrius sect. 2. diss. V. p. 558. sq. ut Natalem

2011 Ministerio de Cultura

lem Alex. aliosque omittam. Modo suffecerit notasse, gemini plane commatis scriptum cum illo esse *Passionem S. Johannis Evangelistæ*, quam sub *Melliti* Laodiceni Episcopi latine edidit Jo. Maria Florentinius ad Martyrologium vetus S. Hieronymi p. 130. Vide qvæ notavi in Codice Apocrypho Novi Test. p. 789. 790. At ab illo Melitonis diversus est, licet non multum diversi argumenti, atq; ut videtur antiqvior liber qvi sub S. Johannis Theologi nomine de transitu B. Mariæ exstat Græce in variis Bibliothecis. Vide Lambecium in Diario sacri itineris Cellensis, latissime de utroq; differentem, & Combefisium T. 1. Auctarii novi Bibl. Patrum T. 1. p. 821. & Bibl. Concionatoriæ T. 1. p. 43. & T. 7. p. 643. seq.

Cæteri deperditi scriptores Græci Christiani seculo secundo sunt 1. PAPIAS S. Joannis discipulus, a) Hierapolitanus in Phrygia Episcopus, qvi eodem fere tempore, qvo Smyrnæ Polycarpus, Martyrium Pergami obiit teste auctore Chronici Alex. p. 258. Confer Henschenium 22. Febr. Ejus *libri quinq; λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεως*, sive ut Hieron. c. 18. de Script. Eccles. b) *explanationis sermonum DOMINI*, magnam partem constabant dictis qvæ ab Apostolis vel Apostolicis viris fœminisq; utcunq; accepta meminerat. Vide Eusebium III. 39. Hist. qvi ex illo ipso tamen opere ait apparere qvod fuerit *σφόδρα μικρὸς τὸν νοῦν*, *valde exili judicio.* Adde Casaubonum XVI. 69. ad Baron. Ex libro primo verba qvædam affert Maximus ad Dionysii c. 2. de cœlesti Hierarchia T. 1. p. 32. Alia Papiæ fragmenta vide collecta ab Halloixio in Papiæ vita T. 1. scriptor. Oriental. & à Grabio T. 2. spicilegii Patrum p. 30. seq. Ab hoc Papia regni piorum in terris millenarii assertores dicti *Papianistæ* l. 5. Cod. de Hæreticis, ut notatum Cotelerio T. 1. monum. Eccles. Græcæ p. 765. Et Papiam in catalogum hæreticorum retulit Bernardus Luzemburgicus libro III. A Cerinthi crasso chiliasmo longe tamen abfuisse Papiam, cumqve eo facientes plures antiquos Ecclesiæ, doctores disputat, D. Petersenius in nube testium de regno CHRISTI lib. 2. p. 73. seq. Vide etiam Nourrium

a) Confer Tillemontium & Caveum in Papiæ vita.

b) Idem Hieron. Epist. 28. ad Lucinium: *Sanctorum Papiæ & Polycarpi volumina falsus ad te rumor pertulit à me esse translata, quia nec otii mei nec virium est tantas res eadem in alteram linguam exprimere venustate.* Elogium Papiæ apud Euseb. III. 36. quod fuerit *ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος, καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων*, suspectum est Valesio & Antonio Pagi ad A. C. 116. n. 3. quia in pluribus Codicibus & in Rufini versione desideratur.

2011 Ministerio de Cultura

Apparatu ad Bibl. Patrum libr. 2. diſſ. 1. Allegatur Papias ab Anonymo Græco in Combefiſii manipulo rerum CPol. p. 22. Alius Papias cum Oneſimo Martyr Romæ, de qvo Henſchenius 16. Febr. Alius deniqve Papias gloſſarii Latini auctor, clarus circa A. C. 1063. de qvo dixi in Bibliotheca latina.

2. QUADRATUS poſt Publium Martyrem Athenienſis c) Epiſcopus, qvem licet Apoſtolicis temporibus proximum non minus falſo aliqvi per Angelum Philadelphienſis Eccleſiæ, qvam ſub Angeli Eccleſiæ Pergamenæ nomine Papiam in S. Johannis Apocalypſi intelligi ſibi perſuaſerunt: Hadriano Imp. circa A. C. 123. Athenis hiemen exigenti librum pro religione noſtra obtulit, è qvo fragmentum ſervavit Euſebius IV. 3. Hiſt. unde id repetunt Hieronymus de ſcript. Eccleſ. c. 19. Syncellus p. 348. Nicephorus III. 21. Hiſt. aliiq; Ex Qvadrato etiam nonnulla produxerat Euſebius Seculo VI. Epiſcopus Theſſalonicenſis libris X. contra Andream Monachum, teſte Photio Cod. 162. Confer Halloixium & Caveum in Qvadrati vita, Henſchenium ad 26. Maji, T. 6. p. 357. ſq. qvi Qvadratum Magneſiæ Epiſcopum & ſub Decio martyrem à noſtro recte diſtinguit, Ittigium diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 166. ſeq. & Grabium T. 2. ſpicilegii p. 119. ſeq. qvi contra Valeſium, Lemonium, Tillemontium aliosqve probe obſervat non eſſe diſtingvendos velut duos Qvadratos, unum Apoſtolorum diſcipulum Prophetico chariſmate ornatum auctorem Apologiæ, & illum de qvo Dionyſius Corinthius apud Euſeb. IV. 23. Epiſcopum Athenarum. Alios complures Qvadratos in veterum monumentis obvios refert Lemonius prolegomenis ad Varia ſacra, * 9. De noſtro autem adſcribere juvat locum Hieronymi Epiſt. 84. ad Magnum Oratorem, qva alii etiam Apologiarum pro Chriſtianis ſcriptores celebrantur: *Qvadratus Apoſtolorum diſcipulus & Athenienſis Pontifex Eccleſiæ, nonne Adriano Principi Eleuſinæ ſacra inviſenti librum pro noſtra religione tradidit, & tantæ admirationi omnibus fuit, ut Perſecutionem graviſſimam illius excellens ſedaret ingenium.*

3. ARISTIDES Athenienſis Philoſophus vir eloqventiſſimus, eodem qvo Qvadratus tempore Apologeticum pro Chriſtianis Hadriano Imp. Euſebio teſte in Chron. & IV. 3. Hiſt. obtulit, magnam partem *contextum ſententiis Philoſophorum*, *quem imitatus poſtea Juſtinus*, ut ſcribit Hieronymus Epiſt. 84. ad Magnum. Martyrologium

c) Dionyſius Corinth. apud Euſeb. IV. 23.

2011 Ministerio de Cultura

gium Rom. 31. Auguſt. addit Ariſtidem *quod CHriſtus JEſus ſolus eſſet DEus, præſente ipſo Imperatore, luculentiſſime peroraſſe.* Confer qvæ de hoc Ariſtide aliisqve ejus nominis dixi ſupra lib. IV. c. 30. In præſenti adſcribam tantum hæc Colomeſii in paralipomenis de ſcriptoribus Eccleſiaſticis: *Ariſtidis Apologetici fragmentum de Dionyſio Areopagita affert Uſuardus* (& Ado 3. Octobr.) *in Martyrologio è Menologio Græcorum. Ex quo, jure mihi videor colligere, à vero prorſus non abhorrere quod refert Clariſſ. Guilleterius in Itinerario Gallice ſcripto, nempe apud quosdam Calogeros qui proxime Athenas in Monaſterio Midelli habitunt, extare Bibliothecam, in qua Ariſtidis Apologiam latitare credebatur.* Cum hoc non confundendus Ariſtides cui Julius Africanus ſæculo tertio dicavit Harmoniam genealogiarum CHRISTI apud Matthæum & Lucam, teſte Euſebio VI. 31. Hieronymo c. 63. Photio Cod. 35.

4. AGRIPPA CASTOR ſub eodem Hadriano clarus ſcripſerat ἔλεγχον Gnoſtici hæretici Baſilidis ejusqve filii Iſidori. Vide Euſeb. IV. 7. Hiſt. Hieron. c. 21. de ſcript. Eccleſ. & indiculo hæreſ. c. 2. Theodoritum lib. 1. de Hæret. fab. c. 4. Alius fuit Caſtor Rhodius γενογράφος Apollodoro in Bibl. laudatus, de qvo Jonſius lib. 2. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſ. c. 15. Alius Caſtor Dejotari gener de qvo P. Bælius in Lexico Hiſtorico ubi de Dejotaro, nota N. Alius Antonius Caſtor Botanicæ rei cultor peritiſſimus, Plinii majoris æqvalis, qvem vide XXV. 2. & XX. 17. Alius deniq; Caſtor ſub Valentiniano tortus & exuſtus, teſte Ammiano XXIX. 5.

5. ARISTO ex *Pella* Palæſtinæ opido Judæus atqve inde Chriſtianiſmi adverſus Judæos propugnator, imperantibus Hadriano & Antonino Pio clarus, ſcripſit teſte S. Maximo ad Dionyſ. c. 1. de Myſtica Theologia T. 2. p. 17. διάλεξιν d) Παπίσκε καὶ Ἰάσονος, qva Judæum Alexandrinum *Papiſcum* cum Chriſtiano Hebræo *Jaſone* (incertum an illo cujus Act. 17. 5. & Rom. 16. 11. mentio,) diſputantem ac deniqve convictum & manus dantem introduxit. Laudant hanc διάλεξιν Origenes contra Celſum IV. p 199. Hieronymus in Epiſt. ad Galatas III 13. & traditt. Hebr. in Geneſ. V. Opus ex Græco latine pridem (circa S. Cypriani ut videtur tempora) convertit *Celſus* qvidam (incertum an Iconienſis Epiſcopus, cujus mentio apud Euſebium VI. 19. Hiſt. p. 222.) ſed

 nihil

d) S. Lucæ illam διάλεξιν tribuit Clemens ſexto Hypotypoſeon, teſte eodem Maximo.

2011 Ministerio de Cultura

nihil nec de opere nec de verſione exſtat præter interpretis præfationem ad Vigilium, qvæ legitur inter Opuſcula S. Cypriano adſcripta p. 30. edit. Oxon. & pauciſſima fragmenta qvæ colligit Grabius T. 2. ſpicilegii Patrum p. 131. ſeq. qvi etiam ex hac διαλέξει petita eſſe putat qvæ de obſidione Betheræ & Judæorum poſt illam expugnatam affictione ex Ariſtone Pellæo refert Euſebius IV. 6. Hiſt. Confer etiam, ſi placet qvæ de hoc ſcripto Gvil. Spencerus ad laudatum Origenis locum, & Ittigius in diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 91. ſeq.

6. ABERCIUS S. Papiæ ut ajunt in Epiſcopatu Hierapolitano ſucceſſor, in Actis ejus qvæ Græce in Menæis & latine exſtant apud Lipomannum & Surium ad 22. Octob. ſcripſiſſe fertur *doctrinæ librum* valde utilem, ſive *librum de diſciplina* in Presbyterorum & Diaconorum ſuorum uſum. Etiam *Epiſtolam ejus ad M. Aurelium Imp.* Spiritum plane Apoſtolicum redolentem ex Græco Sirleti e) Codice dare voluit Baronius ad A. C. 163. n. 15. ſed elapſam è manibus reperire iterum non potuit. Epiſtola Antonini ad Abercium legitur in jam memoratis Abercii Actis, Simeonem Metaphraſtem (ut agnoſcit Allatius p. 130. de Simeonibus) auctorem agnoſcentibus. Sed illa Acta licet qvantivis pretii videantur Halloixio in Abercii vita T. 2. ſcriptor. Oriental. p. 1.-150. tamen exiguam fidem mereri demonſtravit Tillemontius nota 3. ad vitam S. Papiæ T. 2. Memor. Hiſt. Eccleſ. p. 540. Mentio Abercii Marcelli circa A. C. 230. apud Euſeb. V. 16. Hiſt. Sed Acta illa de longe antiqvioribus loqvuntur temporibus.

7. HEGESIPPUS ἐξ Ἑβραίων πεπιστευκὼς ſive ex Judæo Chriſtianus, teſte Euſebio IV. 22. Hiſt. atqve vicinus Apoſtolicorum temporum, circa eandem qva Irenæus ætatem ſcripſiſſe ſe innuit, defunctus ſub initia Imperii Commodi, ut ex auctore Chronici Alex. obſervarunt viri docti. Eodem Euſebio IV. 8. teſte ἐν πέντε συγγράμμασιν ἱστόρησε τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀποστολικῆς πίστεως ὑπομνηματίσας. Hieron. c. 22. de Script. Eccleſ. *omnes à paſſione Domini usque ad ſuam ætatem Eccleſiaſticorum Actuum texens hiſtorias, multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans* qvinqve libros *compoſuit, ut quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* Inter Scriptores Hiſt. Eccleſiaſticæ cum Clemente, Africano & Eu-

e) Baronius qvi Abercium primus latinis inſeruit Martyrologiis ad 22. Octobr. ſcribit Sirletum illam Epiſtolam in antiqviſſimo Codice ut ingentis pretii margaritam cuſtodiiſſe.

2011 Ministerio de Cultura

& Eusebio hunc Hegesippum refert Sozomenus libro & capite primo p. 401. Fragmenta præclari hujus operis, & qvod intercidisse inprimis dolendum est, ex Eusebio & Photio colligit Grabius T. 2. spicilegii Patrum p. 205 - 213. & Halloixius in Hegesippi vita T. 2. operis jam sæpe laudati de Scriptorum Orientalium Vitis. De Hegesippo vide etiam, si placet Bollandum ad 7. Aprilis.

Jo. Maria Vicentius incerta fide qvædam de S. Simeone allegat ex Hegesippi *libro de supplemento Evangelicæ veritatis*, de qvo vide Wagenseilii tela ignea Satanæ p. 420. 424. seq. & Allatium de Simeonibus p. 2. De liberiore versione latina librorum Josephi *de bello Judaico*, qvæ corrupto Josippi nomine in Egesippum vulgo refertur, non repetam qvæ dixi lib. IV. c. 6. §. 2. sed tantum addam qvod Carolus Daubusius lib. 1. de testimonio Josephi de CHRISTO p. 16. testatur perinde ut in Ambrosianæ Bibl. Codice, qvem inspexit Mabillonius, sic etiam in Codice Cantabrigiensi ad extremum libri primi exstare hæc verba: *Beatissimi Ambrosii translatio ex Josepho, Liber primus explicit.*

Fuit & Hegesippus Tarentinus mediæ Poëta Comœdiæ, de qvo dixi lib. II. c. 22. & Hegesippus Halicarnassensis, strategus memoratus Diodoro Sic. lib. XX. p. 786. De Hegesippis tribus 1. Historico, 2. Oratore cui orationem de Haloneso tribuunt, & 3. Scriptore ὑψαρτυτικῶν vide Vossium III. de Hist. Græcis p. 371. seq.

8. CLAUDIUS APOLLINARIS, Hierapolitanus in Phrygia Episcopus nascenti circa A. C. 171. Montanistarum hæresi se opposuit, nec multis annis post diem obiit supremum. De illo videndi præter Halloixium Tillemontius Tomo 2. Memor. Hist. Eccles. parte 3. p. 89. sq. & Bollandus ad diem septimum Februarii, licet Baronius in Martyrologio suo Apollinarem hunc ad diem octavum Januarii retulit. Interciderunt ejus:

Insigne volumen pro fide Christianorum ad M. Antoninum Verum. Hieron. c. 26. de Script. Eccles. & Eusebius IV. 27. Hist. ubi post vocabulum λόγῳ videntur excidisse verba ὑπὲρ τῆς πίστεως, ex Hieronymo & Nicephori IV. 11. supplenda.

Adversus gentes libri V. Euseb. Hieron. & Niceph. qvi dialogi more scriptos innuit. Legit & Photius Cod. XIV.

De veritate libri II. Euseb. Hieron. & Niceph. Incertum num idem opus sub titulo περὶ εὐσεβείας καὶ ἀληθείας legerit Photius, an diversum fuerit *de Pietate* περὶ εὐσεβείας, atqve idem forte cum illo ὑπὲρ τῆς πίστεως jam memorato. In his Scriptis inter alia Catholicam do-

2011 Ministerio de Cultura

ctrinam de CHRISTO anima humana prædito asseruerat, ut testatur Socrates III. 7. Hist.

Contra Judæos libri II. Euseb. & Nicephorus.

Contra Montanistarum nascentem hæresin Epistolæ. Euseb. IV. 27. & V. 19. Hist. Theodorit. III. 2. dehæret. fab. Hieron. de S. E. c. 41. ubi de Serapione & c. 26. ubi de hoc ipso Apollinari. Adversus eosdem etiam Concilium Hierapoli celebrasse traditur. Vide T. 1. Concilior. edit. Labbei p. 599. Cæterum auctor innominatus cujus fragmenta *contra Montanistas ex libris tribus ad Abercium Marcellum* apud Euseb. V. 16. seq. leguntur, non Apollinaris est, ut persvasum etiam Baluzio p. 5. sq. novæ collectionis Concilior. neq; Apollonius, de qvo Euseb. c. 18. neq; ut Valesio & pluribus aliis placuit ASTERIUS URBANUS, qvi p. 182. apud Eusebium tantum ut testis ab illo Scriptore adducitur, ut Dodvvellus diss. IV. ad Irenæum §. 38. recte observavit: sed alius, qvi scripsit non ante A. C. 212. post Montanum jam defunctum, sive *Rhodon* (qvem adversum Phrygas insigne opus edidisse Hieronymus c. 37. tradit, & c. 39. Miltiadis in illo meminisse testatus,) sive alius.

Contra Severianos Encratitas scripsisse Apollinarem testatur Theodoritus, an peculiari opere, non addit lib. 1. c. 21. de hæreticis fabulis. Hæc contra Montanistas & Encratitas respiciens Hieronymus Epist. 84. ad Magnum, *quid*, inqvit, *loquar de Melitone Sardensi Episcopo, quid de Apollinario Hierapolitanæ Ecclesiæ sacerdote, Dionysioque Corinthiorum Episcopo, & Tatiano & Bardesane & Irenæo Photini Martyris successore, qui hæreseon singularum venena ex quibus Philosophorum fontibus emanarint, multis voluminibus explicarunt.*

De Paschate liber, è qvo fragmenta in Chronico Paschali qvod vulgo Alexandrinum audit p. 6. seq. edit. Cangii. Eadem leguntur in Uranologio Petavii ex eodem loco depromta p. 412. edit. Amstelod.

9. SOTER Episcopus Romanus, cujus intercidit *Epistola ad Corinthios*, qvam perinde ut Clementis Romani ad Ecclesiam Corinthiorum Epistolam publice lectam & legendam scribit Dionysius Corinthius apud Euseb. IV. 24.

Liber contra Cataphrygas sive Montanistas. Vide auctorem Prædestinati c. 26. & 86.

Epistolas duas decretales qvæ sub Soteris nomine hodie latine exstant, suppositicias esse nemo dubitat. Plura de Sotere suggerent Scriptores de Vitis Pontificam, & Bollandus 22. April.

10. DIO-

2011 Ministerio de Cultura

10. DIONYSIUS Corinthi ante Bacchyllum Episcopus, Sotere Romanum Episcopatum tenente circa A. C. 170. clarus scripsit varias Epistolas, qvarum titulos & fragmenta qvædam Eusebius IV. 23. servavit. Ex Epistola ejus ad Romanos etiam nonnulla leguntur II. 25. Hist. Confer & Hieron. c. 27. Catalogi. Martyrium subiit imperante M. Antonino. Confer Bollandum VIII. Aprilis. Halloixium & Caveum in Dionysii Vita, Grabium T. 2. spicilegii Patrum p. 214. seq. In Liberati breviario c. 10. citatur Dionysius Areopagita Corinthiorum Episcopus. Sed vocabulum Areopagitæ ibi expungendum, ut Warthonus p. 285. ad Usserii diss. de Areopagita observavit.

11. APOLLONII tres, unus Commodo Imperante Romæ passus Martyrium, de qvo Hieronymus Epistola 84. ad Magnum: *Scripsit & Miltiades contra Gentes volumen egregium. Hippolytus quoque & Apollonius Romanæ Urbis Senator* f) *propria opuscula condiderunt.* De *Apologia* ejus pro Christianis qvam in Senatu pronunciavit, videndus Eusebius V. 21. & Hieron. c 42. Catalogi. Cæterum hic Apollonius licet inter Græcos in Epistola Hieronymi refertur, non Græce dixit sed latine, ut idem Hieronymus c. 53. docet. At Eusebius Græce redditam illius Apologiam suæ Martyrum Historiæ inseruerat, sed qvæ hodie non exstat. De hoc Apollonio plura Tillemontius T. 3. memor. Hist. Eccles. & Bollandus ad VIII. Aprilis.

Alter Apollonius, *Ephesi* Episcopus sub eodem Commodo & Severo clarus, adversus Cataphryges & Pepuzianos scripsit, teste auctore Prædestinati c. 26. 27. Fragmenta vide apud Eusebium V. 18. Adversus hunc Apollonium & Soterem Episcopum Romæ pro Montani secta pugnavit Tertullianus, ut idem auctor prædestinati c. 26. & 86. Nimirum ut ex Hieronymo c. 40. Catalogi discimus, librum septimum operis deperditi πρὸς ἐκστάσεως proprie adversus Apollonium elaboraverat.

Tertius deniqve Apollonius Episcopus *Corinthiorum* Cerdonis, oppugnator, de qvo auctor Prædestinati c. 23.

12. PINYTUS & ipse sub Antoninis clarus, Cnossiæ in Creta Episcopus, Dionysii Corinthii æqvalis, cujus Epistolæ ad Cnossios de nuptiis & castitate respondit. Vide Euseb. IV. 21. & 23. & Hieron. c. 27. Catalogi, Niceph. IV. 8. & Baron. ad Martyrolog. Rom. 10. Octobr.

13. PHI-

f) Senatorem fuisse hunc Apollonium non sine causa dubitat Stephanus le Moyne, qvem vide prolegom. ad Varia Sacra * 32.

2011 Ministerio de Cultura

13. PHILIPPUS Gortynæ Metropolis in Creta Episcopus, eidem Dionysio Corinthio apud Euseb. IV. 23. laudatus, σπουδαιότατον λόγον scripsit adversus hæreticum Marcionem. id. IV. 25. Hieron. c. 30. Niceph. IV. 9. Laudatur in Martyrologiis & Sanctorum Actis 13. April. Confer Halloixium in Oriental. Scriptor. Vitis Tomo II. De aliis Marcionis oppugnatoribus vide B. Ittigii diss. de hæresiarchis p. 154. seq. & Wetstenium ad Origenem p. 6.

14. MUSANUS inter Philippi & Pinyti æqvales ab Eusebio IV. 21. memoratus scripsit Πρεσβυτικώτατον sive κάλλιστον λόγον πρεσβυτικόν ad fratres qvosdam qvi ad Encratitarum hæresin defecerant. id. IV. 28. Hieron. c. 31. Niceph. IV. 11. Hinc inter Severianorum oppugnatores Musanus laudatur etiam à Theodorito lib. 1. hæret. fab. c. 20.

15. MODESTUS Irenæo apud Eusebium jam præmittitur IV. 21. jam postponitur IV. 25. ubi præ cæteris eum hæresin Marcionis egregie oppugnasse scribit. Librum illum ad suam ætatem perseveravisse testatur Hieronymus c. 32. additqve ferri sub nomine ejus & alia συγγράμματα, *sed ab eruditis*, inqvit, *quasi* ψευδεπίγραφα *repudiantur.* Fuere & alii Modesti, ut præter plurimos Martyres hoc nomine & in Hist. Romana atqve antiqvis inscriptionibus obvios, Julius Modestus Hygini libertus Grammaticus, de qvo viri docti ad Svetonium & Gellium: Modestus idem an alius sub cujus nomine libellum de vocabulis rei militaris habemus, item Modestus qvem laudat Philargyrius ad Virgilii 2. Georgic. v. 496. & lib. 3. v. 53.

16. MILTIADES πρὸς τοὺς * κοσμικοὺς ἄρχοντας, h. e. ad Marcum & Lucium, vel ad Marcum & Commodum scripsit *Apologiam pro Christianis.* Vide Dodvvellum diss. IV. ad Irenæum §. 38. Ab illa diversus λόγῳ πρὸς Ἕλληνας de qvo Hieron. c. 84. *Scripsit & Miltiades contra gentes volumen egregium.* Præterea fuit ipsius liber *adversus Judæos*, & alius *adversus Montanistas*, in qvo inter alia disputavit non decere Prophetam in ecstasi loqvi. Ex illo Anonymus adversus Montanistas Scriptor apud Eusebium V. 17. qvædam retulit fratrem eum appellans: ubi pro Μιλτιάδῃ male Ἀλκιβιάδῃ habent qvidam Eusebii Codices. Qvemadmodum verba V. 16. λόγον εἰς τὴν τῶν μετὰ Μιλτιάδην λεγομένην ἄῤῥησιν rectius Valesio exponit Dodvvellus p. 371. ad Irenæum. Anonymum illum Hieronymus c. 39. *Rhodonem vocat*, sed ibidem parum accurate scribit Apologeticum Miltiadis datum *Principi illius temporis*, cum

* His opponuntur ἄρχοντες Ἐκκλησιῶν sive Episcopi. Euseb. IV. 24 extrem.

2011 Ministerio de Cultura

cum ex Eusebio debuisset scribere *Principibus*. Ex eo autem qvod Tertullianus Miltiadem *Ecclesiæ Sophistam* vocat c. 5. adversus Valentinianos, non licet concludere eum fuisse Rhetorem, sed Sophista potuit appellari, sive eodem modo qvo Tatianus supra §. 20. atqve à Christiana qvam coluit Philosophia ἀφ' ἧς μετῆει Φιλοσοφίας, ut verbis Eusebii de Miltiade utar, sive qvod in Apologetico & libro contra gentes veluti in foro causam Christianorum egit. In Honorii Augustod. Codicibus male scribitur *Melciades*. Cæterum fuit qvidam Rhetor Miltiades nostro prior, cujus apud Senecam controvers. 25. mentio.

17. SERAPION in Episcopatu Antiocheno circa A. C. 190. Maximini successor, ex cujus *Epistola ad Caricum & Ponticum* adversus falsas Prophetias Montanistarum; fragmentum apud Hieron. c. 41. ex Eusebii V. 19. qvi etiam subscriptiones qvasdam aliorum Episcoporum adjunxit. De aliis ejus Scriptis; ut libro *ad Dominum* qvi ad Judæos defecerat, variisqve *Epistolis*, & *libro* cujus præfationem ibidem producit, *contra Evangelium* sub *Petri* nomine falso editum & Docetis probatum, vide Eusebii VI. 12. Serapioni in Episcopatu Antiocheno circa A. C. 214. successit Asclepiades. Confer si placet Halloixium T. 2. de Oriental. scriptorum Vitis.

18. PANTÆNUS Athenienſis ex Stoico Philosopho Christianus & Scholæ Catecheticæ Alex. præfectus, cui Clemens Alex. discipulus ejus successit, licet Clementis Pantænum successorem fuisse à Philippo * Sidete traditur: qvod forte ita verum esse potest, ut post suum ex India reditum, in qvam ad Evangelium propagandum missus erat à Demetrio Alexandrino Episcopo, in Schola Alexandrina iterum docuerit. Hic Pantænus, si à Clemente per *apem Siculam* intelligitur I. Strom. p. 274. non sane ita dicitur qvod Patria esset Siculus, sed potius qvod instar Siculæ apis (erat enim in Sicilia & Hyblæo monte ** mel apiarium celebratissimum) ex Propheticis & Apostolicis scriptis dulcissimum mel nosset componere. Plura de Pantæno Eusebius V. 10. Hieron. c. 36. Photius Cod. 118. & è recentioribus Halloisius, Tillemontius, Caveus. Citatur Pantænus aliqvando in eclogis Theodoti p. 808. ubi Clemens: Παντᾶνος δέ, inqvit, ἡμῶν ἔλεγεν. & non minus viva voce qvàm διὰ συγγραμμάτων, divinorum dogmatum thesauros exposuisse ab Eusebio traditur. Nullius tamen scripti titulum

* Dodwell. ad Irenæum p. 501. seq.
** Vide Plin. XI. 13. & 14.

2011 Ministerio de Cultura

lum appoſuit Euſebius, forte qvia nullum ipſe vidit, uti nec Hieronymus, licet *multos ejus in Scripturam commentarios* extare ſcribit, Euſebii verba ſicuti ſolet interpretans, non qvæ ipſe legerit recenſens.

19. RHODON Aſianus, à Tatiano Romæ in Scripturis eruditus, male *Corodon* dicitur in indiculo hæreſium qvi ſub Hieronymi nomine extat, c. 18. ubi Apellem hæreticum ab eo reprehenſum legas. *Colloquii cum Apelle* à Rhodone habiti mentio apud Euſeb. V. 13. & operis *adverſus Marcionitas* mire in ſeipſis diſſidentes *ad Calliſtionem: commentariorum item in Hexaëmeron*, & voluminis à Rhodone promiſſi, qvo Παλύσεις ſive ſolutiones qvæſtionum è ſacris literis à Tatiano propoſitarum traditurum ſe recepit. Hieronymus c. 37. addit *adverſum Phrygas* ſive Montaniſtas *inſigne opus*, putavit enim Rhodonem illius eſſe auctorem ex qvo fragmenta exhibet Euſebius V. 16, 17. Vide qvæ ſupra in Apollinari & Aſterio Urbano.

20. BACCHYLLUS Corinthiorum Epiſcopus, Dionyſii de qvo ſupra ſucceſſor, atqve caput Epiſcoporum Achajæ (unde Archiepiſcopum dici ab auctore Synodici, à Pappo editi obſervat Caveus) Euſebio V. 22. & 23. memoratur, qvo poſteriore loco *Epiſtolæ de Paſchate* ab eo ſcriptæ meminit, *elegantem librum* vocat Hieronymus c. 44. Idem forte qvi *Bacchylides* apud Euſeb. IV. 23.

21. PALMA Epiſcopus Amaſtridis & cæterarum Eccleſiarum Ponti, cujus meminit Dionyſius Corinthi Epiſc. apud Euſebium IV. 23. videtur auctor fuiſſe *Epiſtolæ de tempore Paſchatis celebrandi*, nomine Epiſcoporum Ponti ſcriptæ ad Victorem Epiſcopum Romanum, cujus apud eundem Euſebium V. 23 mentio.

22. THEOPHILUS Cæſareenſis. Vide ſupra in Theophilo Antiocheno, ubi varios Theophilos recenſui. Meminit Euſebius V. 22. 23. & 25. Hieron. c. 43. Acta Concilii Palæſtini, qvæ ſub Theophili nomine extant, ſuſpecta etiam videntur Ittigio appendice diſſ. de Hæreſiarchis p. 53. Clementis Alex. Præceptorem fuiſſe, recte contra Baronium negant viri docti.

23. POLYCRATES Epheſinæ Eccleſiæ Antiſtes, atqve caput Epiſcoporum Aſiæ, ex cujus *Epiſtola* de controverſo Paſchatis celebrandi tempore *ad Victorem* Rom. Eccleſiæ Epiſcopum A. C. 196. defunctum, cum Polycrates annum ætatis 65. ageret ſcriptâ, fragmentum occurrit duplex apud Euſebium V. 25. Pars prioris fragmenti etiam extat apud Euſeb. III. 31. & latine apud Hieron. c. 45. de S. E. Apud Euſebium ibi male ἀναζητήσει legitur pro ἀναιρήσει. De ſuppoſititiis

2011 Ministerio de Cultura

titiis *S. Timothei Actis* qvæ ad hunc Polycratem falso referuntur, dixi in Codice Apocrypho N. T. p. 812. sq. Excerpta ex hoc scripto refert Photius cod. 254. nullo laudato nomine autoris, sed tantum hoc titulo: Ἐκ τῆς μαρτυρικῆς Τιμοθέου τοῦ Ἀποστόλου συγγραφῆς. Et Joh. Bollandus a) testatur nullum autoris nomen in Græcis codicibus esse præfixum, licet habent illud latina exemplaria jam à Sigeberti Gemblacensis usqve ætate, hic enim cap. 3. libri de Scriptoribus Ecclesiasticis, *Polycratem* Ephesiorum Episcopum affirmat historiam de martyrio Timothei conscripsisse. Qvod libenter credit Bollandus, atqve Polycrati Ephesino, scriptori circa extremum secundi à Christo nato seculi claro illa Acta vindicat. Verum solidioribus argumentis ductus eadem longe post Polycratis illius tempora, seculo sexto aut fortassis qvinto, à qvodam Ephesinæ Ecclesiæ homine conscripta esse contendit Tillemontius T. 2. memor. ad H. E. p. 265. seq. 475. seq. Polycrati etiam abjudicant Baronius ad Martyrolog. Rom. 24. Jan. Aubertus Miræus notis ad Sigebertum, Vossius de Hist. Græcis p. 207. Gvil. Caveus in vita Timothei p. 50. seq. editionis Anglicanæ & in Historia literaria, Hermannus Witsius in Exerc. de Timotheo T. 2. Misc. sacr. aliiqve. Vide etiam Petrum Halloisium in vitis Patrum Orientalium T. 1. p. 559. Acta martyrii Timothei scripta à Simeone Metaphraste nihil aliud sunt qvam Polycrati tributorum liberior paraphrasis, neqve verisimilis est sententia Leonis Allatii b) qvi etiam altera illa adscribit eidem Simeoni, cum ante Simeonem à Photio lecta fuerint. Edita sunt utraqve à Bollando, c) priora Polycrati tributa plus simplici vice inter vitas sanctorum vulgata habentur etiam latine in Petri Pithœi Miscellaneis Ecclesiasticis, editis una cum Francisci Pithoei Codice veteris Canonum Ecclesiæ Romanæ Paris. 1687. fol.

24. ATHENOGENES Martyr; de qvo Martyrologia & Acta Sanctor. 18. Januar. *Hymnum* adstantibus, jam ad ignem festinans reliqvisse traditur, in qvo Spiritum S. DEum celebravit teste Basilio de Spiritu S. c. 29. Ab hoc Athenogenis hymno diserte eodem loco di-

 stin-

a) Ad 24. Januar. T. 2. Act. Sanctor. p. 566.

b) Lib. de Simeonum scriptis p. 126.

c) Latine tantum, non etiam Græce, ut affirmat Clariss. Caveus in Hist. literar. ubi de Polycrate.

2011 Ministerio de Cultura

ſtingvit Baſilius hymnum antiqviſſimum vespertinum, cujus auctorem ait ſe ignorare, & qvi ille ipſe videtur qvem hodie adhuc in uſu habet Eccleſia Græca, & Athenogeni male tribuunt viri docti, ut Goarus p. 32. ad Evcholog. & Græci in Horologio. Alii minus etiam veriſimiliter auctorem putarunt *Sophronium* Patriarcham Hieroſol. Baſilio longe juniorem. Confer Thomæ Smithi Miſcellanea priora Lond. 1686. 8. edita p. 152. è qvo Hymnum illum veſpertinum Græcorum, brevis enim eſt, una cum matutino, qvem & ipſum ſine cauſa Athenogeni viri docti tribuunt, integrum apponere juvat, licet utrumqve etiam dedit Uſſerius diſſ. de ſymbolo Apoſtolico Rom. Eccleſiæ vetere, Oxon. 1660. 4. p. 33. De hymno Clementis Alex. qvem Antigeni (Athenogeni, credo, ſcribere voluit) adſcribit Cangius, dixi ſupra p. 104. Apud Epiphanium autem LXIV. 21. pro Athenogene nomen Athenagoræ reponendum eſſe, multi jam poſt Leopardum docuerunt, & ipſe monui ſupra p. 85.

Ἵλαρὸν ἑσπερινός.

Φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης ἀθανάτου Πατρὸς οὐρανίου, ἁγίου, μάκαρος, Ἰησοῦ Χριστέ, ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἡλίου δύσιν, ἰδόντες φῶς ἑσπερινόν, a) ὑμνοῦμεν Πατέρα, b) Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα c) Θεόν. d) Ἄξιόν σε ἐν πᾶσι καιροῖς ὑμνεῖσθαι φωναῖς e) αἰσίαις, Υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν ὁ διδούς, f) διὸ ὁ κόσμος σε δοξάζει.

Hymnus Veſpertinus.

Lumen hilare ſanctæ gloriæ immortalis Patris Cœleſtis, Sancti, Beati, JEſu Chriſte, qvum ad ſolis occaſum pervenerimus, lumen cernentes Veſpertinum, laudamus Patrem & Filium & Spiritum Sanctum Deum. Dignus es tempore qvovis ſanctis vocibus celebrari, Fili Dei, Vitæ dator, qvapropter mundus Te glorificat.

Alia προσφώνησις & εὐχαριστία ἐπιλύχνιος in Conſtitutt. Apoſtolicis VIII. 36. ſeq. Præter qvam in iisdem Conſtitutt. II. 59. veſperi dicendus commendatur Pſalmus CXL. (Hebr. 141.) ἐπιλύχνιος ideo à Græcis dictus, & cum hymno ſive εὐχαριστίᾳ ἐπιλυχνίῳ perperam confuſus à ſummo Viro Jacobo Uſſerio: mane vero Pſalmus LXII. (Hebr. 63.) Confer utroqve in loco Cotelerium. * Ver-

a) αἰνῶμεν. Baſilius.
b) καὶ υἱὸν, Baſil. & ad finem Pſalterii in Bibl. Bodl.
c) Θεῶν, Baſil. & Pſalter.
d) ἄξιός ἐι, Pſalter.
e) ὁσίαις. id.
f) δι' ὃν κόσμος ἐξορτάζει. id.

2011 Ministerio de Cultura

* Verba Basilii hæc sunt : ἔδοξε τοῖς πατρράσιν ἡμῶν μὴ σιωπῇ τὸν χάριν ἔ ἑσπερινὸ φωτὸς δέχεσθαι &c. *Visum est Patribus nostris vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio excipere, sed mox ut apparuit, agere gratias. Quis autem fuerit autor illorum verborum quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas,* ὅστις μὲν ὁ πατὴρ τ ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἁπλυχνὸ εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν, *dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam visi sunt impietatem committere qui dicunt;* αἰνοῦμεν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα Θεοῦ. *Laudamus Patrem & Spiricum S. DEi.* Subjungit deinde : εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω &c. *Quod si quis etiam novit Athenogenis hymnum, quem tanquam aliud aliquod ἐξιτήριον valedictionis munus* τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ *iis qui præsentes aderant reliquit, festinans jam ad consummationem martyrii per ignem, is novit & Martyrum sententiam de Spiritu.*

Ὕμνος Ἑωθινός.

Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ ** καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Αἰνοῦμέν σε, Εὐλογοῦμέν σε, Προσκυνοῦμέν σε, Δοξολογοῦμέν σε, Εὐχαριστοῦμέν σοι διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν. Κύριε Βασιλεῦ ἐπουράνιε, Θεὲ Πατὴρ παντοκράτωρ, Κύριε Υἱὲ μονογενὴ, Ἰησοῦ Χριστὲ καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Κύριε ὁ θεὸς, Ὁ ἀμνὸς τ θεοῦ, ὁ υἱὸς τ Πατρὸς, ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τ κόσμου, ἐλέησον ἡμᾶς, ὁ αἴρων τὰς ἁμαρτίας τ κόσμου, πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν. Ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τ Πατρὸς, ἐλέησον ἡμᾶς, Ὅτι σὺ εἶ μόνος ἅγιος, Σὺ εἶ μόνος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν θεοῦ Πατρός, Ἀμήν.

Hymnus Matutinus.

Gloria in excelsis Deo, & in terra Pax, Hominibus bonæ voluntatis. Laudamus Te, Benedicimus Te, Adoramus Te, Glorificamus Te, Gratias agimus Tibi, propter magnam gloriam Tuam. Domine Deus, Rex cœlestis, Deus Pater Omnipotens. Domine Fili unigenite JEsu Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, Qvi tollis peccata mundi, Miserere nobis. Qvi tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qvi sedes ad dextram Patris, Miserere nobis. Qvoniam Tu solus sanctus, Tu solus Dominus, Tu solus altissimus JEsu Christe, cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε, καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τ αἰῶνος. Καταξίωσον Κύριε καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην

** Constitutiones Apostolicas VII. 47.

2011 Ministerio de Cultura

την ἀναμαρτήτως φυλαχθῆναι ἡμᾶς. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε, δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. Κύριε, καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Ἐγὼ εἶπα, Κύριε, ἐλέησόν με, Ἴασαι τὴν ψυχήν μου ὅτι ἥμαρτόν σοι. Κύριε πρὸς σὲ κατέφυγα, Δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου, ὅτι παρά σοι πηγὴ ζωῆς. Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς γινώσκουσίν σε. Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς.

25. HERACLITUS cujus εἰς τὸν Ἀπόστολον sive *in Pauli Epistolas* commentaria memorat Eusebius V. 27. Hist. & Hieronymus c. 46. ubi *Heraclius* appellatur, & in Græco interprete Ἡράκλιος. Sed forte ex corrupto Hieronymi codice Græcum interpretem aliqvis ita interpolavit. Nam ab Hieronymo etiam scriptum olim fuisse *Heraclitus*, conjicias ex Freculfo, Honorio Augustodunensi & aliis Hieronymi descriptoribus. Apud Nicephorum qvoqve IV. 35. Hist. Ἡράκλειτος, ubi eum θεῖον ἄνδρα vocat, atqve ait primum fuisse qvi in Apostolum scripserit, ὃς καὶ εἰς Ἀπόστολον πρῶτος ἀπαδάξειν ἐπέβαλε. *Heraclium* tamen habent etiam Rufini Codices.

26. BARDESANES Edessenus cum Valentinianis primum sentiens, sed postea illius & aliarum hæreseon oppugnator, auctorqve variorum *dialogorum* Syriaca lingva scriptorum, qvi Græce deinde à discipulis Bardesanistis versi fuerunt, atqve in his dialogi *de fato*, ad Antoninum (M. Antoninum ** Imperatorem) ex qvo fragmentum insigne apud Eusebium VI. 10. præparat. Confer ejusd. Eusebii Hist. IV. ult. Epiphan. hæresi 56. Phot. Cod. 223. p. 342. sq. 364. Hieron. c. 33. Wetstenium ad Origenem contra Marcionitas d. 49. seq. & Frid. Struntzii Hist. Bardesanis & Bardesanistarum, Witeb. 1710. 4. Ex Bardesane Babylonio nonnulla de Philosophis Judæorum refert Hieron. 2. in Jovinian. p. 206. & Porphyrius fragm. de styge. Etiam HARMONIUM Bardesanis filium multa Syriaco sermone scripsisse tradit Theodoritus I. 23. hæret. fab. erroresqve utriusqve confutatos ab Ephraimo Syro, qvi etiam Cantica Harmonii sacra ab erroribus liberavit. id. IV. 29. Hist.

27. MA-

** Non Helagabalum, ut Dodwell. IV. 35. ad Irenæum, & Grabius T. 1. spicileg. p. 317.

2011 Ministerio de Cultura

27. MAXIMUS de qvo Nicephorus IV. 35. Hist. ex Eusebii V. 27. Μάξιμος δὲ τῷ ἀδομένῳ ζητήματι τοῖς αἱρεσιώταις, πόθεν ἡ κακία, καὶ ὅτι ἐξ ἀγενήτου ὑπάρχειν τὴν ὕλην, λύσεις ἀναντιῤῥήτους παρέσχε. *Unde malum, & quod materia à DEO facta sit.* Hieron. c. 47. Vide infra ubi de Dialogo Origeni tributo contra Marcionitas. Rufinus Eusebii interpres & Honorius *Maximinum* vocat, qvo nomine fuit illa ætate Episcopus Antiocheus.

28. CANDIDUS *in Hexaëmeron* scripsit teste Eusebio V. 27. & Hieronymo c. 48. ac primus qvidem si Nicephoro credimus. Sed præter Philonem Judæum hoc jam fecerat Justinus Martyr, ut supra notare me memini.

29. APION, itidem *in Hexaëmeron*. Euseb. & Hieron. c. 49. Male *Appius* apud Rufin.

30. SEXTUS, qvem *de resurrectione* scripsisse Eusebius V. 27. & Hieron. c. 50. referunt: forte est ille Ecclesiasticus Philosophus Sextus, qvem laudat S. Maximus ad c. 5. Dionysii de Mystica Theol. T. 2. p. 55.

31. ARABIANUS sub Imp. Severo inter scriptores Christianos clarus, licet nec Eusebius V. 27. nec Hieronymus c. 31. argumentum ejus monumentorum prodidit. Male *Brabianus* Βραβιανὸς in Hieronymi & Sophronii Codicibus.

32. BUDAS *de LXX. hebdomadibus* Danielis scripsit & χρονογραφίαν perduxit usqve ad Annum decimum Severi h. e. CHRISTI 202. Euseb. VI. 7. Hieron. c. 52. ubi *superiorum temporum* non est intelligendum de temporibus LXX. hebdomades præcedentibus, nihil enim tale apud Eusebium.

De HÆRETICIS primi & secundi à CHRISTO nato seculi, eorumqve erroribus differere non est mei instituti, & in omnium manibus sunt qvæ de illo argumento commentati sunt etiam novissime viri Clarissimi Tillemontius, Natalis Alex. & Nourrius in Apparatu ad Bibl. Patrum & Ittigius noster in dissertatione de Hæresiarchis ævi Apostolici & Apostolico proximi, Lips. 1690. 4. ejusqve appendice, ibid. 1696. 4. Qvoniam vero iidem Hæresiarchæ etiam monumenta qvædam reliqvisse traduntur, universa licet hodie deperdita, eorum brevem elenchum hoc loco subjicere juvat.

SIMONIS Magi & CLEOBII ἰώδη βιβλία memorantur in Constitutt. Apostol. VII. 16. Ex Simonianis pauca fragmenta exstant

2011 Ministerio de Cultura

exſtant, qvæ ex Hieronymo in Matthæi XXIV. & Moſe Barcepha III. I. de paradiſo exhibet Grabius T. I. ſpicilegii Patrum. p. 307. ſeq. Simonis *cum Petro Apoſtolo diſceptationem* ſive ἀντιῤῥητικὰς λόγους ut vocantur Dionyſio lib. de de divinis Nom. c. 6. refert præter Pſeudo Marcellum falſumqve Abdiam Pſeudo Clemens in recognitionum libro 2. ſeq. De Simonitarum & aliorum Hæreticorum falſis *Evangeliis* videat lector ſi tanti eſt qvæ collegi pridem in Codice Apocrypho Novi Teſt. qvemadmodum & de CERINTHI *Apocalypſi.*

DOSITHEI Samaritani libros à Doſitheanis ſua adhuc ætate jactatos memorat Origenes Tomo XIII. in Johannem p. 219. Legit etiam Eulogius apud Photium, qvi videndus Cod. 230. pag. 466. 467. 468.

NICOLAITARUM βιβλία τινὰ ἐξ ὀνόματος Ἰαλδαβαὼθ ποιηπνόμενα deteſtatur Epiphanius XXV. 3. p. 78.

BASILIDIS Alexandrini † *Evangelium* atqve *libri* 24. ἐξηγητικῶν *ſive Commentariorum* in illud Evangelium, itemqve *Prophetæ Barcabbas & Barcoph*, atq; *Odæ* veteribus memorantur, de qvibus ſcriptis vide Valeſium ad Euſebii IV. 7. Caveum ad A. 112. atqve inprimis Grabii ſpicilegium T. 2. p. 37. ſeq. qvi fragmenta etiam à ſe collecta exhibet ex Clemente Alex. Origene atqve Archelai diſp. cum Manete. Baſilidianorum mira ſigilla ac myſticæ figuræ paſſim adhuc in veteribus gemmis exſtant, qvales exhibent vel illuſtrant Johannis Chifletii Abraxas Proteus, Kircherus T. 2. Oedipi part. 2. p. 459. ſeq. Joannes Macarius in diſqviſitione poſtuma de gemmis Baſilidianis, Godfridus Wendelinus Epiſtola ad Jo. Chifletium, Georgius Francus in diſſ. de Abracadabra Sereni Sammonici, Montfauconus p. 180. Palæographiæ Græcæ. ISIDORUS Baſilidis filius ſcripſerat libros ἐξηγητικῶν in Prophetam Παρχὼρ ſive Βαρχὼφ à patre ſuo confictam, & librum περὶ κοσμοφυοῦς ψυχῆς, & ἠθικὰ ſive παραινέσεις, ex qvibus fragmenta à Clemente Alex. & Epiphanio ſervata exhibet & illuſtrat Grabius T. 2. ſpicilegii p. 65. ſeq.

VALENTINI etiam fragmenta idem p. 50. ſeq. emendatiora exhibet, ſcripſerat enim ille *Pſalmos, Epiſtolas, Homilias & Evangelium.* Num librum etiam qvi *Sophia* inſcriptus fuerit, neſcio an ſatis firmiter probatur ex his Tertulliani c. 2. adverſus Valentinianos: *Da-*

† Alius Baſilides Pentapolitanus Epiſcopus, ad quem ſcripſit Dionyſius Alex. Alius Baſilides Paphlago, de quo Baſilius Epiſt. 72. 73.

2011 Ministerio de Cultura

Docet ipſa Sophia, non quidem Valentini ſed Salomonis. Notum enim eſt inter Valentini æones fuiſſe etiam Sophiam, qvemadmodum & inter Cabbaliſtarum Sephiroth Sophia locum nobilem occupat, è qva Judæorum Cabbala Valentinianorum æonum *συζυγίας* repetitas eſſe, probe obſervavit Rev. Joh. Franciſcus Buddeus, in diſſ. erudita de Hæreſi Valentiniana, qvæ introductioni ejus ad Philoſophiam Hebræorum ſubjicitur.

HERACLEONIS *ἐξηγητικὰ in Evangelia* Lucæ & Johannis ab Clemente Alex. & Origene memorantur & impugnantur. Vide Grabium T. 2. ſpicileg. p. 83. ſeq. qvi EPIPHANIS qvoqve fragmenta ex *libro de juſtitia* p. 61. ſeq. exhibet, ſervata ab eodem Clemente. Et p. 69-80. fragmentum prolixum PTOLEMÆI Gnoſtici ex Epiſtola ad Floram, adverſus Legem Moſaicam, qvod Epiphanius hæreſi XXXIII 3. ſeq. ſervavit.

MARCIONIS * *antitheſium volumen*, opus ex contrarietatum oppoſitionibus Antitheſes cognominatum, & ad ſeparationem Legis & Evangelii coactum memorat Tertullianus IV. 1. contra Marcionem, & toto illo libro confutat. Itaq; apud Hieronymum 1. adverſus Rufin, male legebatur *ἀρτιώσεις Marcionis* pro *ἀντιθέσεις*, ut à Gravio recte animadverſum & in nova Hieronymi editione qvam curavit Marcianæus, emendatum. Præterea Marcion rejectis cæteris ſacris libris duo *συντάγματα* ſuis commendavit, *Evangelium Lucæ* & *Apoſtolicum* ſive Epiſtolas decem Pauli, ambo variis modis interpolata, de qvibus prolixe Epiphanius hæreſi XLII. & idem Tertullianus, qvi etiam *Epiſtolarum* Marcionis mentionem facit lib. 1. contra Marcion. c.1. & lib.4. c.4. & de carne CHRISTI c. 2.

MONTANI, ALCIBIADIS, ** THEODOTI, ATTALI, nec minus mulierum PRISCÆ ſive PRISCILLÆ & QUINTILLÆ atqve MAXIMILLÆ *prophetiæ, viſiones & revelationes* paſſim memorantur, qvibus plurimum tribuit Tertullianus (Epiſcopum etiam Romanum illas agnoviſſe teſtatus c. 1. adverſus Praxeam) & auctor Actorum SS. Perpetuæ ac Felicitatis, qvem tamen Montaniſtis adſcribere veretur Dodvvellus diſſ. IV. Cyprianicæ §.8. ſeq. & Ruinartus in Actis ſelectis Martyrum. Et Tertulliano illa acta lecta fuiſſe negat Conringius in Epiſtolis ad Furſtenbergium

* Alius Marcion Smyrnæus, qui de ſimplicium medicamentorum effectibus ſcripſit teſte Plinio XXVIII. 4.

** Vide Euſeb. V. 3.

2011 Ministerio de Cultura

Epiſcopum Paderbornenſem, qvas ſi placet vide p. 28. ſeq. Montani ſcholæ deberi partem *Oraculorum* qvæ velut *Sibyllina* hodie circumferuntur, virorum qvorundam doctiſſimorum ſed parum veriſimilis eſt hariolatio, ut notavi ſupra lib. I. c. 33. n. 16. Pauca qvædam Prophetiarum Montani fragmenta apud Epiphan. hæreſi XLVIII.

PROCLUS ſive PROCULUS qvi *contra Valentinianos* ſcripſit teſte Tertull. c. 5. contra Valentinianos, *virginis ſenectæ & Chriſtianæ eloqventiæ dignitas*, idem Montani aſſecla, in Theodoriti codicibus male Patroclus, qvem Cajus teſte Photio Cod. 48. & Euſeb. II. 25. III. 31. Hiſt. impugnavit. Confer Stephanum le Moyne notis ad Varia ſacra p. 939. 943.

JULII CASSIANI, qvi Valentini diſcipulus & Docetarum promachus fuit, ἐξηγητικῶν volumina & librum περὶ ἐγκρατείας ἢ περὶ ἐνυδρίας memorat, ex iisqve nonnulla producit Clemens Alexandrinus.

De PHILUMENÆ *revelationibus* ſive Φανερώσεσι qvas jactavit APELLES, & de Apellis ipſius *libris Syllogismorum* adverſus Moſis hiſtoriam, qvorum duodeqvadrageſimum allegat Ambroſius lib. de Paradiſo c. 5. vide B. Ittigii diſſ. de hæreſiarchis p. 158. Meminit etiam Origenes Homilia 2. in Geneſin: *Apelles diſcipulus Marcionis, ſed alterius hæreſeos magis quam ejus quam à Magiſtro ſuſcepit inventor extitit. Is dum aſſignare cupit ſcripta Moſis nihil in ſe Divinæ ſapientiæ, nihilque Sancti Spiritus continere, exaggerat hujusmodi dicta &c.* Omitto de falſo Apellis Evangelio qvod Hieronymus proœmio in Matth. commemorat ſive de corruptione ſacris Evangeliorum libris ab Apelle illata, qvam alteri etiam Marcionis diſcipulo LUCANO tribuit Origenes 2. contra Celſum p. 77. μεταχαράξαντας δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἄλλως οὐκ οἶδα ἢ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος, καὶ τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λουκανοῦ. Hic utrum idem ſit cum LUCIO ſive *Leucio Charino*, Apocrypharum *Periodorum Apoſtolicarum* auctore, qvas recenſet Photius Cod. 114. & de qvibus in Codice Apocrypho Novi Teſt. à me dictum eſt, eruditi viderint.

De HERMOGENE ac THEODOTO nihil habeo qvæ addam clariſſimi Cavei obſervatis, iisqve qvæ de Theodotis ſupra in Clemente Alexandrino dicta ſunt. Itaqve jam ad tertii à CHRISTO nato ſæculi ſcriptores Chriſtianos progredi juvat.

XXV.

2011 Ministério de Cultura

XXV. S. HIPPOLYTUS Doctor Eccleſiæ γλυκύτατος καὶ εὐγλωττότατος * *dulciſſimus & perſpicuus maxime*, diſcipulus S. Irenæi, ut Hippolyto ipſo teſte Photius Cod. 121. ſcribit: Sed qvod ibidem Origenis a) familiarem & ἐργοδιώκτην facit, licet Hieronymi ſuffragio c. 61. Catalogi, & Syncelli p. 358. confirmetur, error eſt ex male intellectis Euſebii VI 23. verbis hauſtus, atqve ab Valeſio ad Euſeb. & Huetio in Origenianis p. 11. confutatus. Similiter parum exploratum, qvod recentiores qvidam b) neſcio qvo auctore tradunt Hippolytum Clementis Alex. fuiſſe diſcipulum. Cumqve Epiſcopum c) fuiſſe conſtet, nomen urbis Euſebius tacuit, Hieronymus ſcire ſe potuiſſe negavit. Portus Romani, non Oſtienſis in Italia ſed celebris in Arabia hoc nomine emporii Epiſcopatum geſſiſſe doctiſſimi Viri Stephani le Moyne conjectura eſt, qvi de Hippolyto ejusqve Scriptis copioſe diſſeruit in prolegomenis notisqve ad Varia Sacra, & præter Tillemontium ac Caveum de hoc eſt conſulendus. Idem Arabem natione fuiſſe contendit, & ultra Alexandri Severi tempus ad Philippi Arabis usqve d) (qvi A. C. 244. regnare cœpit) Imperium ætatem produxiſſe. Martyrium Hippolyti aqvis ut ajunt merſi celebrant Martyrologia 22. Auguſti. Prudentius autem hymno XI. περὶ στεφάνων res trium Hippolytorum Martyrum e) inter ſe confudiſſe arguitur à Baronio ad Martyrolog. Chamillardo & Cellario ad Prudentium, Caveo, Sam. Basnagio aliisqve, licet omnia ad unum Portuenſem referenda contendit Theodoricus Ruinartus qvi illum Prudentii hymnum cum notis ſuis exhibet in Actis ſelectis Martyrum pag. 155. ſeq. Epiſtolæ Dionyſii Alex. Romam ἀφὶ Ἱππολύτου perlatæ meminit Euſebius extremo libri VI. Hiſt.

* Chryſoſt. homil. de Pſeudoprophet. T. 6. p. 401.

a) Vide ſupra in Clemente Alex. Baronium ad A. C. 229.

b) Origene præſente homiliam de laudibus JESU CHRISTI habuiſſe Hippolytum ſcribit Nicephorus IV. 31. Hiſt. & ante eum Hieronymus c. 61. Catalogi.

c) Coteler. T. 2. monument. p 639.

d) Admodum ætate profectum Hippolytum fuiſſe oportet, S. Irenæi diſcipulum, ſi Philippi Arabis ætatem attigit. Neqve martyrium apte convenit temporibus Philippi, qvod alii vel ad A. C. 230. Alexandri Severi IX. vel (ut Dodwellus diſſ. XI. Cyprian. §. 49.) ad A. C. 235. Maximini I. vel plane ad 250. ſub Decio collocant. Certe Noëti hæreſin perſtrinxit Hippolytus, qvam non multo prius erupiſſe Epiphanius teſtatur. Vide Tillemontium in Hippolyti vita, & in hæreſi Noëti.

e) Hippolyti Antiocheni presbyteri, Hippolyti militis qvem S. Laurentius baptizavit, & Hippolyti Portuenſis. Vide Baron. ad Martyrolog. Rom. 30. Jan. & 13. ac 22. Auguſti, Chamillard. ad Prudentium p. 278.

2011 Ministerio de Cultura

1. A. C. 1551. non procul ab æde Laurentiana ad urbem Romam effoſſum antiqvum marmor, atqve Cardinalis Cervini (poſtea Marcelli II. Pontif. Max.) ſtudio collocatum in Bibl. Vaticana, in qvo ſtatua ſedens Epiſcopi, & deſcriptus ex utroqve latere ſedis ſive cathedræ litteris Græcis, præter Catalogum ſcriptorum Hippolyti *Canon Paſchalis*, periodi XVI. Annorum, incipiens ab Anno 1. Alex. Severi, qvi eſt CHRISTI 222. Hic *Græce* primùm editus atqve illuſtratus eſt à *Joſepho Scaligero* * VII. de emendat. temporum p. 721. inſertus etiam ex *Pighii* Apographo, ſed ſine notis, theſauro Inſcriptionum *Gruteri* p. CXL. ſeq. *Latine* cum commentario *Ægidii Bucherii*, & veterum de Hippolyto teſtimoniis prodiit in Bucherii doctrina temporum Antvverp. 1634. p. 295. Sed præter Petavium II. 61. doctrinæ temporum, inprimis conferenda *Franciſci Blanchini* Veronenſis doctiſſima diatriba, qvâ canonem hunc Paſchalem Scaligero & Bucherio minus intellectum illuſtrat feliciſſime. Rom. 1703 fol. Titulus libri eſt: *De Calendario & Cyclo Cæſaris, ac de Paſchali Canone S. Hippolyti Martyris diſſertationes duæ, ad Clementem XI. Pontificem Max.* Per vocabula ἐν ἐρήμῳ, Ἔσδρα, Ἔξοδος, Ἰωσίας &c. non lectiones Paſchales denotantur ut viris doctis f) perſvaſum, ſed Paſchata ipſa in V. T. memorata, & ſecundum Hippolyti Canonem certis aſſignata terminis. Aſtronomus etiam ſagaciſſimus *Jo. Dominicus Caſſinus* in Academia Regia Pariſ. A. 1696. animadverſiones ſuas in Hippolyti Canonem è ſcripto recitavit, de qvibus vide Jo. Baptiſtam du Hamel in Regiæ ſcientiarum Academiæ Hiſtoria lib. IV. p. 414. ſeq. Adeundus etiam Henricus Noris diſſ. 2. de Epochis Syro Macedonum p. 117 - 119. edit. Lipſienſ. Antonius Pagi & Samuel Basnage ad A. C. 222. Meminere Canonis Paſchalis Hippolyti & ἐννακαιδεκαετηρίδος Anatolius Alex. in ſuo Canone Paſchali qvem Bucherius edidit, p. 439. Euſebius VI. 22. Hiſt. & ex eo alii, ut Hieron. c. 61. Catalogi, Niceph. IV. 31. Iſidorus VI. 17. Orig. Syncellus p. 358. 315. &c. Euſebii verba ſunt σύγγραμμα de Paſchate memorantis: ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος καί τινα κα-

* Scaligeri opus de emendat. temporum primum vidit lucem Pariſ. A. 1583. fol. deinde auctius recuſum Lugd. Bat. apud Plantin. 1598. atqve inde Genev. 1629. Gruteri inſcriptiones lucem viderunt ex Commelini officina A. 1600. & nuper cum inſignibus obſervationibus ſplendide recuſæ Amſtelod. 1707.

f) Confer Tentzelii diſſ. de ritu lectionum ſacrarum §. 19. ſeq. le Moyne not. ad Varia Sacra p. 947. Ephemerides Pariſ. A. 1706. p. 919.

2011 Ministerio de Cultura

καινόνα ἐκκαιδεκαετηρίδος ἀφ' ἧς πάσχα προθεὶς ἕως τὸ πρῶτον ἔτος Ἀντωνείνου Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους ἀφηγήσατο. Ex qvibus apparet Canonem hunc fuisse clausulam operis de Paschate, in qvo tempora Hippolytus digesserat usqve ad primum Alex. Serveri annum, à qvo Canon incipit. λόγον πρῶτον ἀφ' ἧς ἁγία Πάσχα συγγράμματος laudat, & qvædam ex illo affert Chronicon Alex. p. 6. edit. Cangii. Hippolyti memorata in laterculo marmoreo ἀπόδειξις χρόνων ἧς πάσχα κζ΄ τὰ ἐν τῷ πίνακι est ipse Canon Paschalis. At χρονικὸν desinens in Alexandro Severo, magnam partem supersesse videtur adhuc latine, editumq; est à Labbeo nihil tale suspicante T. 1. Bibl. novæ MSS. Paris. 1657. fol. p. 298-309. atqve emendatius à Cangio ad calcem Chronici Paschalis p. 413. Adde collectionem Historicam ex Anonymo qvi sub Alexandro Severo vixit apud Canisium T. 2. Antiqv. Lect. & Schelstratenum in Tomo 1. Antiqvitat. Eccles. illustratæ p. 521. seq. ac qvæ præter Cangium in præf. Thomas Galeus apud Caveum parte 2. Hist. literar. & Dodvvellus diss. de succes. Pontif. p. 200. seq.

2. Ἀπόδειξις ἀφ' ἧς Ἀντιχρίστου ad Theophilum qvendam, è Codice Rhemensi & Ebroicensi Græce typis luculentis edita Paris. 1661. 8. à *Marquardo Gudio* g) Holsato, postea potentiss. Daniæ Regi à Consiliis. Confer Varias Lectiones in Gudii Epistolis pag. 49. seq. & Epistolas *Tan. Fabri* libro 2. Epist. 70. p. 323. seq. qvi multis locis librum illum emendat atqve illustrat, à *Combefisio* etiam cum latina versione & notis suis vulgatum in Auctario novissimo Bibliothecæ Patrum Paris. 1672. fol. T. 1. p. 26. & latine recusum in Bibl. Patrum Lugd. 1677. T. 27. p. 1. *De Antichristo* scriptum Hippolyti memorat Hieronymus in Catalogo c. 61. & Photius Cod. 202. qvi λόγον περὶ Χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστου vocat. Qvod autem Hippolyti nomine *Jo. Picus* Græce & Latine Paris. 1557. 8. in lucem dederat *de Consummatione Mundi ac de Antichristo & secundo adventu Domini* περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρί-

g) Batavum vocat Combefisii exemplo Tillemontius T. 3. memor. Hist. Eccles. parte 2. p. 18. At Caveus parte 2 Hist. literar. Hamburgensem, uterqve minus recte. Fallitur etiam in eo doctissimus Caveus, qvod Hippolyti expositionem in Susannam à Gudio editam scribit. Cum autem ille de Antichristo liber ab eo vulgatus esset, Combefisius A. 1662. in Bibl. Concionatoria T. 1. p 19 *Produxit*, inqvit, *anno superiori ingenuus supraque ætatem eruditus ac literarum avidus adolescens Marquardus Gudius* περὶ τοῦ θείας *minus suspectum Hippolyti opus, sicque antiquo Episcopo dignum & Martyre.* Ex Epistolis Gudii p. 17. constat Petrum de Marca & Henricum Valesium ipsi ut hoc Hippolyti opusculum ederet, auctores fuisse.

2011 Ministerio de Cultura

σε καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τ̃ Κυρίε ἡμῶν Ἰησ̃ Χρισ̃, eodem Combefisio judice *sequioris Græciæ monumentum est, ac plane stramineum, nihil ævi illius sinceritatem redolens, aut venam magni cum simplicitate Theologi satisque in Scripturis versati.* Grotius Appendice de Antichristo p. 60. *norint*, inqvit, *lectores esse supposititium, nam nomina usurpat quarto demumsæculo recepta.* Recusa Pici versio latina est Colon. 1563. 8. apud Maternum Cholinum, & ad calcem Justini Mart. Paris. 1575. & in Bibliothecis Patrum cujuscunq; editionis: etiam Græce & Latine in auctario Bibl. Patrum Ducæano Paris. 1624. T. 2. Gallice interpretatus fuit Nicolaus le Clerc, Paris. 1566. & 1579.

3. *De Susanna & Daniele* fragmenta, è Catena MS. edita Græce à *Combefisio* cum latina versione T. 1. auctar. noviss. Bibl. Patrum p. 50-56. & latine ex Combefisii interpretatione T. 27. Bibl. Patrum Lugd. p. 9. *De Daniele* scripsisse Hippolytum Hieronymus c. 61. auctor est, & Photius Cod. 202. ἑρμηνείαν εἰς τὸν Δανιήλ, hoc est εἰς πολλὰ τ̃ Δανιὴλ *in plura Danielis loca*, ut Syncellus p. 358. qvi pag. 218. citat Hippolyti χάραμα τὸ κ̃ τὴν Σωσάνναν καὶ τὸν Δανιήλ. Adde p. 230. Hippolyti brevem Commentarium *in somnium Nabuchodonosoris*, MS. in Bibl. Chigiana memorat Mabillonius T. 1. musei Italici p. 95. Vide fragmentum apud Anastasium Sinaitam qvæst. 48. & qvæ Hieronymus affert in c. IX. Danielis ex Hippolyto de LXX. hebdomadibus. Apud Chaldæos qvoqve ferri Hippolyti expositionem in Danielem minorem & Susannam testatur Hebed JEsu, num. 16. Catalogi.

4. *Demonstrationem adversus Judæos* Ἀπόδειξιν πρὸς τὸς Ἰουδαίους sive ejus fragmentum latine ex *Francisci Turriani* versione vulgavit *Possevinus* in Apparatu sacro, ubi de Hippolyto differit. Venet. 1603. Colon. 1608. fol. & novissime *Carolus Josephus Imbonatus* Mediolanensis in Bibliotheca latino Hebraica Rom. 1694. fol. pag. 74.

5. *De DEo trino & uno & de Mysterio incarnationis contra hæresin Noeti.* h) Sub Homiliæ nomine latine edidit ex sua versione *Gerardus Vossius* Tungrensis, ad calcem Gregorii Thavmaturgi, Mogunt. 1604. 4. pag. 58-68. notis etiam subjectis. Atqve inde sine notis prodiit in Bibl. Patrum Colon. 1618. & Lugd. 1677. Tomo 3. & in supplemento Morelliano Paris. 1639. T. 1. pag. 620. Videndum est fuerit

h) Epiphanium Hæresi 57. qvæ est Noëtianorum ex Hippolyto, licet non nominato, multa ad verbum repetisse notat Tillemontius, qvod forte in Marcione & aliis etiam hæresibus appareret, si Hippolyti opus adversus hæreses integrum haberemus,

2011 Ministerio de Cultura

fueritne hæc ultima pars operis Hippolyti *adverſus hæreſes* XXXII. qvod teſte Photio Cod. 121. multa ex S. Irenæi ſermonibus ſuccincte tradidit, & à Doſitheanis facto initio, deſiit in Noëtianis. Ex Hippolyti *memoria hæreſium* duo loca ſervavit Gelaſius lib. de duabus naturis. Aliud auctor Chronici Paſchalis qvod Alexandrinum vulgo vocant pag. 6. *Contra Nicolaitas* ſcripſiſſe innuit Gobarus apud Phot. cod. 232. & Theodoritus III. 1. de hærer. fab. *Contra Valentinianos* Epiphan. XXXI. 33. *Contra Cajanos* infra num. 27. *Contra Marcionem.* infra num. 17. *Contra Montaniſtas* Gobarus apud eundem Photium. Hippolytum contra hæreſin Noëti Græce edere voluit Holſtenius.

Ex hoc de hæreſibus opere fortaſſis etiam petita fragmenta octo *de Theologia & incarnatione adverſus Beronem* i) *& Helicen* hæreticos qvæ latine ex *Turriani* verſione primus vulgavit *Henricus Caniſius* Ingolſtad. 1604. 4. Tomo V. (non I. ut habet Labbeus) Antiqvæ Lect. p. 154. atqve inde exhibent Bibliothecæ Patrum Colon. & Lugd. T. 3. ac Pariſ. 1654. T. 4. parte 2. Eadem fragmenta latine pridem vertit Anaſtaſius Apocriſiarius, inq; collectaneis Anaſtaſii Bibliothecarii edidit Pariſ. 1620. 8. p. 209. Sirmondus, additis è Turriani Codice Græcis, atq; ita Græce & Latine leguntur etiam in Tomo III. Operum Sirmondi Pariſ. 1696. fol. p. 583. Nihil eſſe in his fragmentis Hippolyto vel haud congruens vel indignum video, adeoqve aſſentior Bullo, Tillemontio & aliis viris doctis, qvi pro genuinis ejus habent. Ex S. Hippolyti *Martyris de ſermone Theologiæ* ſive *Deitatis* hoc fragmentum affertur in Concilio Lateranenſi A. C. 642. Conſultat. 5. *Velle habet DEUS, non enim non velle: quoniam hoc vertilis eſt & eligentis, ſed ſempiternam voluntatem Dei ſequuntur quæ fiunt, cui & facta manent ſalva.*

6. Fragmentum inſigne libri in laterculo marmoreo memorati πρὸς Ἕλληνας καὶ πρὸς Πλάτωνα, ἢ καὶ περὶ τοῦ παντὸς qvem Arlenius pridem editurum ſe præfat. ad Joſephum receperat, *Joſepho* ab aliis, vel *Juſtino* Martyri, aut *Irenæo* vel *Cajo* presbytero k) tribu-

tum,

i) De Berone hæc Hippolytus fragmento V. Βήρως γάρ τις ἔναγχος μεθ' ἑτέρων τινῶν τὴν Βαλεντίνου φαντασίαν ἀφέντες χείρονι κακῷ κατεπάρησαν, λέγοντες τὴν μὲν προσληφθεῖσαν τῷ λόγῳ σάρκα γενέσθαι ταυτουργὸν τῇ θεότητι διὰ τὴν πρόσληψιν. Pro Ἡλικος Codex Regius & Colbertinus Nicephori CPol. MS. contra impugnatores Imaginum, à quo & ipſo Hippolyti fragmenta teſte Sirmondo laudantur, legit Ἡλικίωνος τῶν αἱρετικῶν pro quo ſuspicor legendum ἡλικιωτῶν, αἱρετικῶν ut ſenſus ſit: *adverſus Beronem & Hæreticos alios ejus æquales.*

k) Confer quæ pro hac ſententia Dodwellus diſſ. VI. ad Irenæum p. 463. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

tum, ſed Hippolyto à viris doctis aſſertum Græce 1) ut ex Italia acceperat primus edidit *David Hœſchelius* in notis ad Photium p 923. Auguſtæ Vindel. 1601. fol. & recuſum Genev, 1613. Rothomag. 1653. fol. Deinde cum ſua verſione *Stephanus le Moyne*, in variis Sacris p. 53. Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. Cum eadem interpretatione etiam recudendum dedi in Appendice ad Opera Joſephi Lipſ. 1691. fol. Confer de hoc opere Photium Cod 48. Ittigium Prolegomenis ad Joſephum ſub fin. & le Moyne not. ad Varia ſacra p. 930. ſeq.

7. Hippolyti *Didaſcalia* qvæ in Bibl. Bodlejana inter Codices Baroccianos num. 26. & 185. exſtat manu exarata, teſte Pearſonio Vindic. Ignat. pag. 60. & 62. atqve Grabio T. 1. ſpicilegii Patrum pag. 285. & διατάξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Ἱππολύτου in Bibl. Vindob. de qvibus Lambecius Lib. VIII. pag. 429. qvasqve in lucem edi optat. Dodvvellus diſſ. ad Irenæum p. 50. & 463. maximam partem jam vulgatæ ſunt in octavo Conſtitutionum Apoſtolicarum libro, qvamvis nonnulla aliter qvandoqve leguntur, ut Grabius, monuit, qvi p. 286. illa ſpicilegio Patrum tertii ſeculi inſerturum ſe pollicitus eſt. Hoc reſpici putant viri docti in laterculo marmoreo ſcriptorum Hippolyti, ubi περὶ χαρισμάτων Ἀποστολικὴ παράδοσις memoratur. Vide Stephanum le Moyne p. 1076.

8. *Canonum Eccleſiaſticorum* XXXVIII. qvos ſub Abulidis ſive Hippolyti nomine hahent Æthiopes, capita ſive titulos ex Gallicis Wanslebii latine translatos exhibet Jobus Ludolfus commentario ad Hiſt. Æthiopicam p. 333. 334. Forte his reſpondet ac geminus eſt liber *de regimine* * (Eccleſiaſtico puta) qvem ſub Hippolyti Epiſcopi nomine in Catalogo librorum Chaldæorum ſive Syrorum num. 16. commemorat Hebed JEſu.

9. Hippolyti Epiſcopi *in S. Theophania* edere voluit Holſtenius teſte Lambecio T. 1. de Bibl. Vindob. p. 111. Eandemqve homiliam Chriſtiano Daumio ad manus fuiſſe notat Ittigius in diſſ. de feſto Nativitatis CHRISTI p. 395. poſt appendicem diſſ. de hæreſiarchis. Habuit & Tho. Galeus, teſte Caveo. Incipit: πάντα μὲν καλὰ καὶ καλὰ λίαν.

Scripta

1) Non Græce & Latine, ut legas apud Clariſſ. Caveum.

*) Tho. Galeus Hippolyti librum περὶ ἡγεμονίας putat eſſe qui ſub Joſephi nomine legitur de Maccabæis περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ.

2011 Ministerio de Cultura

Scripta Hippolyti deperdita, vel certe inedita.

In laterculo marmoreo ſcriptorum Hippolyteorum, obſervationibus Scaligeri & Bucherii, ſed præcipue Stephani le Moyne, Cavei, & qvæ apud Caveum leguntur Ed. Bernhardi & Tho. Galei illuſtrato, præter ea qvæ jam num. 1. 4. 6. 7. memoravi, nominantur:

10. Εἰς τὸς Ψαλμούς. Meminit Hieron. & Niceph. Fragmenta apud Theodoritum dialog. 1. & 2. & auctorem Catenæ in Pſalmos qvæ MS. in Bibl. Medicea. Operis hujus hypotheſin ſive præfationem MS. ſe habere teſtatus eſt Tho. Galeus. Habuit & Alexander Morus, qvi laudat notis ad Novum fœdus, ad Hebr. X. 5. Etiam Hippolyti expoſitio MS. Pſalmi IX. 24. in Bibl. Bodlejana.

11. Εἰς τὴν ἐγγαστρίμυθον, *de Saule & Pythoniſſa.* Hieron. & Niceph.

12. Ἀπολογία ὑπὲρ τῆς κζ' Ἰωάννην Εὐαγγελίου καὶ Ἀποκαλύψεως. *De Apocalypſi,* Hieron. & Niceph. Εἰς τὴν ἐν Πάτμῳ τοῦ Θεολόγου Ἀποκάλυψιν. Syncell. p. 358. *Apologia pro Apocalypſi & Evangelio Johannis.* Hebed JEſu in Catalogo libror. Chaldæor. Commentarium Hippolyti in Apocalypſin Oporinus Principi Palatino Ottoni Henrico donavit, teſte Mich. Neandro in Erotematibus lingvæ Hebrææ pag. 454. Cæterum per commentarios in Apocalypſin, Sixto Senenſi etiam memoratos Rivetus II, 11. Crit. S. intelligit librum de Antichriſto, de qvo ſupra.

13. Προτρεπτικὸς πρὸς Σεβήρειναν, ad fœminam aliqvam nomine Severinam, Sam. Basnage ad A. C. 222. n. 10. ſive ut Steph. le Moyne pag. 1105. Σεβῆραν Philippi Arabis conjugem. πρὸς Βασιλίδα τινὰ Theodorit. dialog. 2. & 3. Juliam Mammeam intelligit Baronius ad A. C. 229. n. 10.

14. ᾠδαὶ εἰς πάσας τὰς γραφάς. Odæ & carmina in omnes S. Scripturæ libros. εἰς παντοίας παλαιᾶς καὶ νέας γραφάς. Syncell. p. 358.

15. Περὶ Θεοῦ, καὶ περὶ σαρκὸς ἀναστάσεως. *De reſurrectione.* Hieron. & Niceph. IV. 31. Sed pro Θεοῦ Ed. Bernhardus & Tho. Galeus malint Χριστοῦ, qvia de laude Domini Salvatoris homiliam Hippolyti memorant Hieron. & Niceph. IV. 31. Hiſt. Fragmentum ex

2011 Ministerio de Cultura

Hippolyti περὶ ἀναστάσεως καὶ ἀφθαρσίας apud Anastasium Sinaitam c. 23. Hodegi.

16. Περὶ τ' ἀγαθοῦ, καὶ πόθεν τὸ κακόν. Forte *contra Marcionem*, qvod memorat Euseb. VI. 22. & Hieron. Nicephorus IV. 31. ἀντιρρητικὸν πρὸς Μαρκίωνα vocat. Laudat & Theodoritus lib. 1. de hæret. fabulis c. 25. Syncell. p. 358.

Laudantur prætera.

17. Εἰς τὴν ἑξαήμερον Euseb. VI. 22. & Hieronymo c. 61. Catalogi. Nicephoro IV. 31. Syncello p. 358. Hippolyti & Basilii vestigiis institisse Ambrosium, in iis qvæ de eodem argumento scripsit, notat Hieronymus Epist. 65.

18. Εἰς τὰ μὴ τὴν ἑξαήμερον. Euseb. VI. 22. Syncell. pag. 358. Nicepb. IV. 31. Vereor ne ex his Eusebii verbis Hieronymus c. 61. commentarium *in Exodum* exsculpserit, licet is separatim etiam commentarium in ἑξαήμερον & *in Genesin* commemorat, ex qvo vide qvæ affert Epist. 125. ad Damasum. qv. 3. de Isaaco & Rebecca: & Leontius Byz. 1. contra Eutychem, de Bileami benedictionibus. Extant & fragmenta Hippolyti in Catena MS. in Genesin in Bibl. Cæsarea Codice VII. Theolog.

19. *In Canticum Canticorum*. Euseb. Hieron. Syncell. Niceph Theodorit. dial. 2. Anastasius Sinaita qv. 41. Vide & fragmentum insigne apud Lambecium VIII. p. 390.

20. *In Capita quædam Ezechielis*. Euseb. Syncell. Niceph. Extat MS. in Bibl. Bodlejana Hippolyti *de dimensione templi Salomonis*.

21. *In Zachariam*. Hier. in Catalogo & in Zachariam, atqve Nicephorus.

22. *In Esaiam*. Hieron. Niceph. & Theodorit. dialog. 1.

23. *In Danielem*. Vide supra num. 3.

24. *De Proverbiis*. Hieron. & Niceph. Exstat MS in Bibl. Bodlejana Hippolyti expositio in illud: *Sapientia ædificavit sibi domum*.

25. *De Ecclesiaste*. Hieron. Ex hoc fuerit qvod in Ecclesiastæ II. 24. servat MS. Bibl Bodlejana.

26. *Contra omnes Hæreses* σύνταγμα βιωφελέστατον. Niceph. IV. 31. Hieron. Photius Cod. 121. Vide qvæ supra n. 5.

27. *Capita adversus Cajum*, hæreticum puta de qvo Irenæus I. 35. Hebed JEsu in Catalogo libror. Chaldæorum.

28. Loca qvædam *Evangelii Matthæi* illustrasse Hippolytum innuit Hieron. procemio in Matthæum. Atqve Epist. 28. ad Lucinium: *De*

2011 Ministerio de Cultura

De Sabbato utrum jejunandum sit, & de Eucharistia an accipienda quotidie, scripsit & Hippolytus vir disertissimus.

29. Λόγοι sive *Homiliæ*, ut in illud, *Dominus pascit me.* Theodorit. dialog. 1. *In Helcanam & Annam*, sive principium 1. libri Samuelis. id. dialog. 2. *De distributione talentorum*, id. dial. 2. *De duobus latronibus*, id. dialog. 3.

His adde 30. Βιβλιδάριον Hippolyti τὸ γνωρίμου τῶν Ἀποστόλων, è qvo narrationem de virgine Corinthiaca affert Palladius in Hist. Lausiaca pag. 152. edit. Meursii. Γνώριμον τῶν Ἀποστόλων laxius sumto hoc elogio vocat etiam Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Euthymii pag. 82. Chronicum Hippolyti laudans, de qvo supra num. 1.

Alii Hippolyti.

Hippolytus Thesei filius, de qvo Euripides in Hippolyto Coronato. Nam ejus Hippolytus καλυπτόμενος & Sophoclis Hippolytus intercidit.

Hippolyti duo Martyres, Romæ sub Valeriano Imp. circa A. C. 261. de qvibus acta S. Laurentii & Martyrologia 13. August. & 2. Dec. Et tertius Carthaginiensis in Africa, de qvo 3. Febr.

Hippolytus sub Fabio Episcopo presbyter Antiochenus, Novatianismi labe pridem infectus, sed qvi Ecclesiæ redditus cum martyrium imperante Decio subiret, à schismate Novati adstantes dehortatus est. Vide Prudentium περὶ στεφ. hymno XI. v. 19. seq. & Baronium & Florentinium ad Martyrolog. ac Bollandum 30 Januar. è quibus videbis res Hippolyti Episcopi cum hoc Antiocheno passim confundi.

Hippolytus Nonnus post Ibam Episcopus Edessenus, qvi Pelagiam de lupanaribus ad Ecclesiam & castitatem vitæ convertit imperante Theodosio juniore. Vide Baron. ad Martyrolog. 22. Aug. & 8. Oct. & 2. Dec. Hujus Nonni res cum Hippolyto Portuensi confundit Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. ad Nicolaum II. Confer Lemonii prolegom. ad Varia Sacra * 31.

Hippolytus Senator Romanus, si credimus Hieronymo qvi eum inter scriptores Ecclesiasticos qvi Christianam Religionem adversus gentes defenderunt cum Apollonio commemorat Epist.

2011 Ministerio de Cultura

84. ad Magnum. Nisi hic unus è duobus Hippolytis Martyribus Romanis, de qvibus supra. Aut vero ex Hippolyto Episcopo, ut Tillemontii suspicio est, Hieronymus fecit Senatorem.

Hippolytus Cous, à Svida laudatur in ἦβός.

Hippolytus Thebanus seculo XI. clarus, Auctor *Chronici* à CHRISTO nato ad sua tempora. Citat Eusebium, Eustathium, (Antiochen.) Georgium (Syncellum) Chronologos. Gregorium item Nicomediensem, & Basilium M. ac Patres Nicænos, Simeonemqve Metaphrasten a) qvem velut tunc adhuc superstitem Κύριον Συμεῶνα vocat. Laudatur Hippolytus Thebanus à Mich. Glyca pag. 227. Codino & aliis. Ex ejusdem Chronico habet etiam Nicephorus qvæ male II. 3. Hist. Hippolyto Portuensi tribuit. Fragmenta illius Chronici post Sambucum b) Canisium c) & Lambecium d) ampliora è MSS. Vaticanis Græce & latine dedit Emanuel Schelstratenus in Antiqvitatibus Ecclesiæ illustratis Rom. 1692. fol. p. 510---513. Sed & opusculum qvod *de XII. Apostolis* sub Hippolyti nomine è Codice Regio laudat Cotelerius ad lib. IX. recognitt. Clementis §. 29. atqve integrum vulgavit cum versione sua & notis Franciscus Combefisius in Auctario novo Bibl. Patrum T. 2. Paris. 1648. fol. 831. & qvæ *de LXXII. discipulis* habet Baronius ad Martyrolog. Roman. IX. April. & in Annalibus ad A. C. 44. n. 38. & A. 58. n. 56. allegans libellum Hippolyti qvem Græce habuit Sirletus, ex Hippolyti Thebani Chronico petita videntur.

Il-

a) Confer Allat. de Simeonum scriptis p. 37. seq. Steph. le Moyne notis ad Varia sacra p. 1081 seqq. Caveum in parte altera Hist. literariæ ad A. C. 933. Combefisii manipulum rerum CPol. p. 3. & 4.

b) Jo. Sambucus edidit latine, Patav. 1556. 8. typis Gratiosi Perchacini, sub titulo *libelli de ortu & cognatione Virginis Mariæ.*

c) Henr. Canisius Bavarico Codice usus, Græce & Latine T. 3. Antiqu. lect. Ingolstad. 1603. 4. p. 40. Ex Canisii editione latine cum ejus notis legitur in Bibl. Patrum Colon. T. IX. A. 1618. & in supplemento Bibl. Patrum Paris. 1639. apud Morell. Tomo 2. p. 806. & T. 15. Bibl. Patrum Lugd. p. 240.

d) Lambecius Græcè è Codice Vindob. T. 3. p. 46. Vide eundem p. 98. seq. & T. 4. p. 150. T. 5. p. 109 seq. T. 7. p. 341. T. 8. p. 63. & Allatium de ætate & interstitiis in collatione Ordinum apud Græcos p. 50. Etiam Hippolyti Historici fragmentum, in quo Salome Josephi βιωτικὴ γυνὴ appellatur, à Salmasio sibi communicatum refert Andreas Rivetus T. 3. Opp. p. 640. Allegat & Turrianus in Apologia pro domo Lauretana adversus Vergerium, & in scholiis ad l. 2. Constitutionum Apostol.

2011-Ministerio de Cultura

Ille de duodecim Apoſtolis libellus è Combefiſii verſione latine recuſus eſt T.3. Bibl. Patrum Lugd. p.265. cum quo conferendi indiculi de iisdem Apoſtolis ſub Dorothei vel Sophronii vel Epiphanii, vel nullo etiam Auctoris nomine extantes in MSS. editique cum Oecumenio in Epiſtolas Pauli, vel à Cangio ad calcem Chronici Paſchalis p. 434.437. à Caveo in parte 1. Hiſt. litterariæ ad A.C. 303. & à Cotelerio ad Conſtitutt. Apoſtol. lib. 2. c. ult. Conferendus etiam cum Baronianis illis, libellus Pſeudo Dorothei de LXXII. diſcipulis. Hippolyti Chronologiam Evangeliorum & χρονογραφικὰς διδασκαλίας memorat Montfauconus p. 261. & ſil. Palæographiæ Græcæ.

Hippolytus Florentinus Ord. Minor. qvi circa A.C. 1249. ſcripſit de miraculis S. Æmilianæ ſive Humilianæ Florentinæ de Cerchis, qvod ſcriptum exſtat in Actis Sanctor. ad XIX. Maji T.4. p. 403.

XXVI. ORIGENES Alexandrinus, à Philoſopho Platonico hujus nominis cui Plotinus aſſurrexit, diverſus, a) licet & ipſe Philoſophiæ b) atqve humanioris omnis litteraturæ callentiſſimus. Natus eſt circa A.C. 185. (Commodi VI.) patre Leonida, c) qvi Martyrium ſubiit A.C. 202. (Severi X.) Cumqve à duodevigeſimo ætatis anno ſæculares & ſacras litteras in patria multis ad ipſum concur-

a) Vide quæ ſupra l.IV. ad Vitam Plotini ſcriptam à Porphyrio c. 3. & 14. & ad Eunapii Porphyrium p.46. Meminit & alterius Origenis illius Longinus apud Porphyr. in Plotini vita c. 20 Hieroclis apud Phot. Cod. 215. p. 285. & Proclus II. 4. Theol. Platon. Fuit & Origenes ad quem S. Nili Epiſtola III. 280 & Origenes Monachus Antonii diſcipulus. Sozom. VI. 30. Palladius Lauſiaca (cap. de Pambone) qui p. 26. Presbyterum & Oeconomum vocat. At enim commentitii ſunt 1.) Origenes hæreſiarcha quem ab Adamantio diverſum faciunt Auguſtinus & Jo. Damaſcenus, Epiphanio (qui dubius ſaltem fuit) nimium tribuentes. Vide Cotelerium notis ad Damaſcen. T.1. monument. Eccleſ. Græc. p. 778 Huetium p 5. Origenianor. & Latinum Latinium in Bibl. ſacra & Profana p.78 2.) Origenes Epiſcopus Manbagenſis, Juſtiniani Imp ætate in Synodo CPol. ob Metemphychoſin aſſertam negatamque reſurrectionem damnatus, de quo Eutychius T. 2. Annal. p. 171. 175. 3.) Origenes Syrus ab auctore Prædeſtinati c 42. confictus, cui c. 43. novo errore Origenem Origenianorum auctorem ſubjungit, ab eoque diſtinguit Origenem Catholicum tractatorem. De Adamantio juniore Marcionitarum adverſario vide infra, ubi de dialogo Origeni tributo contra Marcionitas. De Adamantio Judæo Iatroſophiſta cujus Phyſiognomica exſtant, dixi lib. 3. c. 6. §. 38.

b) Euſeb VI 18. Hiſt. Hieronymus de S.E. cap. 54. Vincentius Ler. c. 23. commonitorii. Suid. in Ὠριγένης. Cedrenus &c.

c) Euſeb. VI. 1. Epiphan. LXIV. 1. Confer Martyrologia & Henſchenium 22. April.

2011 Ministerio de Cultura

rentibus expoſuiſſet, Grammaticæ diſciplinæ profeſſione ſe abdicavit, atqve Clementi Alex. præceptori ſuo d) in munere *Catecheteæ* ſive Magiſtri *κατηχήσεων publici* ſucceſſit, docuitqve ibi, donec circa A. C. 231. ætatis 46. per invidiam Epiſcopi Demetrii paulo poſt defuncti Alexandria expulſus, aliqvo tempore deinde verſatus eſt Cæſareæ, ubi circa A. C. 228. ætatis 43. ordinatus presbyter ab illius regionis Epiſcopis Alexandro & Theoctiſto e) fuerat. Antiochiam circa A. C. 218. vocavit Julia Mammæa Alexandri Severi mater f) ab eo edoceri cupiens, à qvo tempore Philippo etiam Arabi ejusqve Conjugi Severæ per litteras innotuit. Interim ſub Maximino & maxime ſub Decio urgente perſecutione multis modis vexatus g) inqve varia loca profugere coactus deniqve obiit Tyri A. C. 253. † ætatis 70. paullo ante Galli & Voluſiani obitum. Vir Athanaſio etiam judice * θαυμαστὸς καὶ φιλοπονώτατος, utiqve qvam plurimorum egregiorum operum atqve innumerorum ſcriptorum auctor, unde & *Adamantium* cognomento ac *Philoponum* vel *Chalcenterum*, vel τὸν σωτακτῶν aut σωτακτήριον appellatum fuiſſe conſtat. *Origenem poſt Apoſtolos Eccleſiarum Magiſtrum nemo niſi imperitus negat*, inqvit Hieronymus præf. ad librum de nominibus Hebr. Atqve proœmio tradit. Hebr. in Geneſin; *Vellem cum invidia nominis ejus habere etiam ſcientiam Scripturarum.* Eqvidem inter Sanctos confeſſores CHRISTI nomen eximium mereri poterat, multa & gravia pro ejus nomine libenter paſſus, & magnis in Eccleſiam meritis, præclarisqve in Sacras literas & adverſus Ethnicos atqve hære-

d) Euſeb. VI. 6. Photius Cod. 118
e) Theotecnum vocat Photius loco laudato.
f) Euſeb VI. 21. Hiſt. qui Origenis Epiſtolarum ad Philippum Arabem ac Severam etiam meminit VI. 36 Confer Tillemont. ad vitam Orig. nota 16.
g) Euſeb. VI. 39. Plura de Origenis vita qui deſiderat, librum ſextum Euſebii Hiſt. & primum Origenianorum Huetii adire poterit, ne dicam omnes qui de rebus Eccleſiæ tertii ſæculi, vel de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ſcripſerunt, Tillemontium præcipue T. 3. memor. Hiſt. Eccleſ. parte 3. ac Caveum tum in Patrum vitis tum in Hiſt. litteraria. De dogmatibus Origenis fuſe diſputat præter Natalem Alex. Sec. 3. c. 3. artic 12 & diſſ 16. idem Huerius libro ſecundo: Centuriatores Magdeb. T. 3 p. 181 ſq. aliiq; peculiaribus ſcriptis infra à me laudandis. *Ego miror*, inquit Sulpicius Severus dialog. 1. c. 6. *unum eundemque hominem tam diverſum à ſe eſſe potuiſſe, ut in ea parte qua probatur neminem poſt Apoſtolos habeat æqualem, in ea vero qua vere reprehenditur, nemo deformius doceatur erraſſe.* Hinc illud apud Caſſiodor. c. 1. inſtitut. divinar. *ubi bene, nemo melius, ubi male, nemo pejus.*

† Confer Euſeb. VII. 1. Hiſt. & Sam. Baſnage ad A. C. 203. n. 12. & 18.
* Athanaſ. apud Socratem VI. 13. Hiſt.

2011 Ministerio de Cultura

hæreticos monumentis vitaqve proba & abſtinente inclytus, tamen qvi vivus admirationi fuit Chriſtianis omnibus, poſt mortem tot & tam gravium errorum, tamqve atrociter poſtulatus condemnatusqve h) eſt, ut tota forte Eccleſiaſtica Hiſtoria nullum præbeat aliud ſimile exemplum Viri qvi *διὰ εὐφημίας καὶ δυσφημίας* ſimiliter inclaruerit. Neqve ideo negaverim in ejus Scriptis reperiri qvæ vel Arianis vel Pelagianis grata eſſe potuerunt, multa etiam alia mira & parum ſolida placita ab eo ingeri, ne dicam allegoriis aliqvando plus juſto indulgeri: certum tamen eſſe pariter exiſtimo alia illius commodam pati interpretationem ſi æqvus lector accedat, alia (qvod Pamphilo Martyri olim multisqve aliis animadverſum fuit,) ab hæreticorum fraude eſſe interpolata, alia deniqve Philoſophorum & Hæreticorum theoriis conſentanea tantum proponi ab eo, ut à Clemente in Hypotypoſeon libris Magiſtro Origenis factum eſt, non affirmari ac ſtatui. Itaqve & Athanaſius de Synodi Nicænæ decretis T. 1. p. 277. diſtingvit inter ea qvæ Origenes ſcripſerit *ζητῶν καὶ γυμνάζων* & qvæ *ὡς αὐτὸς φρονῶν καὶ ὁρίζων*. Unde inconſtans in decretis ſuis ac *παλίμβολος* qvibusdam viſus eſt, ut Timotheo presbytero & S. Maximo. Vide Cotelerii monumenta T. 3. pag. 417. 643. & Rufinum invectiva 1. p. 386. edit. Marcianæi. Hæc ſi obſerves, multa accuſationum capita concident. Allegoriæ vero ſic ab Origene afferuntur, ut litteralem Scripturæ ſenſum tamen nemo forte veterum vel inqviſiverit attentius, vel majore luce perfuderit: nec obſcurum eſt tot illuſtres Origenis criminatores & condemnatores ſtrenue tamen ejus uſos commentationibus, eaqve ad verbum in ſua ſcripta transtuliſſe. De æterna ſalute Origenis perplacet mihi Jo. Dallæi modeſtia i) bene de illa ſperantis neqve audentis

h) In Synodo CPol. ſecunda anathematiſmo II. A. C. 553. Confer Evagrium IV. 38. & ibi Valeſ. Henricum Noris diſſ. de Synodo V. cap. 6. ubi Halloixium refellit, acta Synodi V. corrupta nomenque Origenis inſertum cauſantem, quibus ſexta & ſeptima Synodus in errorum tracta fuerit, p. 390. Origenis defenſi. Imperatorum reſcripta ac Principum reſponſum adverſus Origeniſtas memorant Hieron. 1. adverſus Rufin. & Anaſtaſius Papa Epiſt. ad Johannem Hieroſol.

i) Jo. Dallæus adverſus Cottibium, à quo Origenes *ſanctus* vocatus erat: quod cum Eccleſiæ moribus contrarium eſſe oſtendiſſet, negat tamen ideo ſe Origenem damnatis ad æternos ignes addicere: *A Dieu ne plaiſe, qu' une ſi injuſte preſomtion me ſoit jamais entrée dans l' eſprit. Je laiſſe au Seigneur ſes ſecrets, & ne ſuis pas ſi hardi que de m' emanciper à definir ce que nul homme ne peut ſavoir, avec une certitude de*

2011 Ministerio de Cultura

dentis eum ſempiternis ſuppliciis adſcribere, licet in prato Spirituali c. 26. qvod citatur à VII. Synodo & à Johanne Diacono lib. 2. c. 45. vitæ B. Gregorii narratur revelatio, qva Origenes viſus eſt in Gehenna ignis cum Ario & Neſtorio : & licet Jo. Picus Mirandulæ Comes à Cenſoribus l) notatus olim fuit, veluti temerarium aliqvid ac hæreſin ſapiens ſtatuiſſet, qvod ſcripſerat *rationabilius eſſe credere Origenem eſſe ſalvum, quam credere ipſum eſſe damnatum.*

Scripta Origenis, Græce edita.

α) *EXEGETICA*, ſive qvæcunque ex *Commentariis* Origenis in S. Scripturam Græce reperire potuit, Græce & Latine cum notis edidit illuſtris Vir *Petrus Daniel Huetius* * Rothomagi 1668. fol. 2. Vol. recuſa Pariſ. 1679. & Coloniæ (Francofurti) 1685. fol. ex officina Chriſtiani Genſchii. In illo opere poſt præclariſſimum Origenianorum opus in libros tres diſtinctum, qvibus de vita, doctrina & Scriptis Adamantii copioſe atqve erudite Huetius diſſerit, hæc Origenis ſive ſcripta integra ſive ſcriptorum laciniæ ac fragmenta extant :

1. Fragmenta *commentariorum in Geneſin.* c. I. verſ. 12. 14. 16. ex Euſebii VII. 20. & VII. 11. præparat. atqve ex Philocalia, cum verſione *Franciſci Vigeri* & *Jo. Tarini.* p. 1-17.

2. Fragmenta *Commentariorum in Exodum* c. XX. 27. exeadem Philocalia, cum *Tarini* verſione, p. 17-25.

3. *Fragmentum Homiliæ II. in Leviticum* (ſed diverſæ ab illis in Leviticum Homiliis qvæ in latinis Origenis editionibus exſtant) p. 26. ex eadem Philocalia.

4. *Fragmen-*

de foy. Mais au reſte s'il nous eſt permis de juger de ces choſes par les apparences, je croy d'Origene ce que j' en ſouhaite, que Dieu, dont les miſericordes ſont infinies, luy à pardonné ſes erreurs, & n' a pas laiſſé perir avecque les infideles un vaiſſeau qu' il avoit orné de dons admirables, & dont tout ce que nous avons des veritables ouvrages ne reſpire qu' une foy & une pieté ſinguliere, & ou les erreurs meſmes dont ils ſont quelques fois tachez (car on ne le peut nier) ſont toujours accompagnées d' une modeſtie & d' une humilité raviſſante, pour ne point parler de ſes vertus & de la pureté de ſa vie. Confer plura in hanc ſententiam apud Bælium in dictionario, ubi de Origene.

k) Bellarmin. II. 8. de purgatorio.

l) Vide Jo. Pici Apologiam p. 131. ſeq. Operum.

* Laudat Bochartus T. 1. Hierozoici p. 956.

2011 Ministerio de Cultura

4. *Fragmentum Commentariorum in Josuam* c. XV. p. 26. ex eadem Philocalia.

5. *Homilia in* I. *Regum c.* 28. *de Engastrimytho* pag. 28-37. cum versione *Leonis Allatii*, qvi primus ediderat cum Eustathii Antiocheni contra Origenem & suo de Eugastrimytho syntagmate, ad calcem Eustathii in Hexaëmeron Lugd. 1629. 4. Recusa etiam in Criticis sacris in S. Scripturam curante Joh. Pearsonio editis Lond. 1660. fol. Tomo VIII. atqve inde Amstelodami, & Francof. 1696.

6. *Fragmenta Commentariorum in Psalmos* ex Epiphanii hæresi LXIV. 6. & 10. Origenis Philocalia & Eusebii VI. 25. Hist. cum versione *Petavii, Tarini, Henr. Valesii*, p. 37-51. Utinam similiter *scholia* Origenis *in Psalmos* qvæ Græce MSS. exstant in Bibl. Vindobonensi, & aliud ὑπόμνημα in Psalmos qvod habuit doctissimus Vir Tho. Galeus, in lucem proferantur.

7. *Fragmentum parvi tomi in Canticum*, qvem juvenis scripserat. Et aliud *ex secundo in Canticum Tomo.* pag. 51. 52. ex Philocalia, cum Tarini versione.

8. *In Jeremiam Prophetam Homiliæ XIX.* duæ primores & 4. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 17. cum *S. Hieronymi* (in latinis editt. sunt 1. 13. 14. 5. 6. 8. 7. 9. 10. 11. 12. 4.) ad 2. Codices Regios emendata, cæteræ, 3. 5. 6. 7. 15. 18. 19. cum *Balthasaris Corderii* versione p. 53-198. Illas septem * primus ediderat è Codice Vaticano, una cum Catena Patrum Græcorum & commentario suo in Jeremiam *Michaël Ghislerius* Romanus, fateturq; in versione qvam addidit elaboranda operam suam contulisse *Leonem Allatium* & *Jo. Matthæum Caryophilum.* Lugd. 1629. fol. Postea universas XIX. è Codice Scorialensi, in qvo perperam ad *Cyrillum Alex.* referebantur, Græce edidit suamqve versionem addidit *Balthasar Corderius* S. I. A. 1648. 8. Antvverp. apud Plantin. (non Parisiis, ut calami vel memoriæ lapsu scripsit præstantissimus Caveus.) Additum est ab Huetio p. 198. 199. *Fragmentum Homiliæ* 39. *in Jeremiam* ex Origenis Philocalia, cum versione *Tarini.* Sed omisit Origenis fragmenta qvæ exstant in Catena *in threnos*, qvam latine Antonius Agellius Rom. 1598. 4. & Græce ac latine Ghislerius Tomo tertio commentariorum in Jeremiam publicaverat.

* Addidit Ghislerius etiam octavam, sed illam deinde agnovit esse Clementis Alex. librum de divite salvando, ut supra in Clemente dixi.

2011 Ministerio de Cultura

9. *Fragmentum Tomi XX. in Ezechielem.* p. 200. seq. ex eadem Philocalia. Vide & Mersennum p. 1321. in Genesin.

10. *Fragmentum ἐξηγητικῶν in Hoseam.* p. 201. 202. ex eadem Philocalia.

11. *Fragmentum Tomi I. in S. Matthæum* (ex Eusebii VI. 25. Hist.) p. 204. *& Tomi II.* (ex Philocalia) p. 204. cum *Valesii* & *Tarini* versione. Atqve ineditus hactenus in Matthæum Tomus XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. cum *Huetii* versione, qvi hos primus è Bibl. Reginæ Christinæ eruit, collato etiam Codice Regis Christianissimi, & post minus accuratam *incerti*, minusq; integram *Erasmi* (qvæ jam in Matth. XVI. 12. p. 273. edit. Huetii desinit) versionem, de integro reddidit latine p. 205-500. à Matth. XIII. 36. ad XXII. 33. Alia fragmenta habet Bulengerus contra Casaub. part. 2. diatriba 3. p. 166. 167. 191.

12. *In Evangelium S. Johannis Tomus I. & II.* cum versione *Ambrosii Ferrarii* Mediolanensis, Monachi Cassinensis T. 2. p. 1-85. *Fragmenta quarti & quinti Tomi*, ex Philocalia, cum *Tarini* versione, & ex Eusebii VI. 25. Hist. cum versione *H. Valesii* p. 85-92. Tomus VI. X. XIII. XIX. XX. XXVIII. & XXXII. (desinens in Joh. XIII. 33.) cum versione *Ambrosii Ferrarii*, ex *Joach. Perionii* interpretatione subinde supplета. p. 92-422. Græca primus Huetius è Codice Regio edidit. Fallitur Labbeus qvi T. 2. p. 144. de Script. Eccles. ait in his tomis Arianorum & Manichæorum mentionem fieri. Hoc enim verum est de homilia secunda qvæ in Johannis Evangelii initium latine tantum exstat inter Homilias diversas sub Origenis nomine. Ferrarius ** secutus est Codicem Venetum Bibl. S. Marci, in qvo novem isti tomi à librario ut lectoribus fucum faceret discerpti sunt in tomos continuos duos & triginta. Ex Origene *in Lucam* nonnulla profert Bulengerus libro laudato p. 158. 222. & *in Johannis VI.* p. 251.

13. *Fragmentum Homiliæ quartæ in Acta Apostolor.* p. 422. seq. ex Origenis Philocalia, cum versione *Jo. Tarini.*

14. Fragmenta Tomi I. & IX. *ἐξηγητικῶν* in Epistolam ad Romanos. p. 423-429. ex eadem Philocalia.

15. *Fragmenta duo homiliarum in Epistolam ad Hebræos*, ex Eusebii VI. 25. cum versione Henr. Valesii, p. 430.

Alia

** Prodiit *Ferrarii* versio Venet. 1551. 4. & in Genebrardi edit. operum Origenis atque in Basileensi, A. 1557. 1571. *Perioniana* Paris. fol. Ferrarius inter vertendum quædam de industria omisit, quibus lectores offendi putavit. Vide quæ post Huetium in illo notat Sandius p. 37. nuclei Hist. Eccles. & in appendice p. 7.

2011 Ministerio de Cultura

Alia Origenis fragmenta complura ex Catenis editis & MSS. collegerat *Franciſcus Combefiſius*, atqve ad Huetium miſerat, verum ille, tametſi collectanea hæc non indigna luce judicaret, tamen nec illorum editioni, nec aliis uti receperat Origenis ſcriptis qvæ Græce exſtant recenſendis junctimve vulgandis manum admovit. Qvemadmodum etiam *Herberti Thorndicii* Angli, & Gallorum *Jo. Tarini*, atqve *Jo. Auberti* conatus ſimiles in herba perierunt.

β) Opus præclarum lectuqve digniſſimum *contra Celſum*, † Philoſophum Epicureum, pro veritate Religionis Chriſtianæ, *libris VIII.* qvod ſexagenario major * Origenes ſcripſit ad ἐργοδιώκτην ſuum ** *Ambroſium* Alexandrinum, qvo hortante illud circa A. C. 247. ſusceperat. Hoc *latine* extat in antiqvioribus Origenis editionibus ex verſione *Guil. Perſonæ*, ſeparatim edita primum Romæ A. 1481. fol. Melior *Sigismundi Gelenii* verſio comparet primum in editione Operum Origenis Baſilienſi A. 1557. atqve deinde in cæteris. *Græce* primus è Codicibus duobus Palatino & Boico cum notis edidit vir egregius *David Hæſchelius* Auguſtæ Vindel. 1605. 4. una cum *Gregorii Thavmaturgi* Orat. in Origenem, & adjuncta ad calcem libri verſione Gelenii. Hæc è regione Græcis appoſita atqve à *Guil. Spencero* Cantabrigienſi hinc inde caſtigata legitur in editionibus Cantabrigienſibus A. 1658. & 1677. 4. qvæ Spenceri etiam eruditas annotationes & Thavmaturgi Oratione omiſſa, Origenis Philocaliam annexam habent. Deniq; elaboratiſſima *Eliæ Boherelli* interpretatio *Gallica* lucem vidit Amſtelod. 1700. 4. in non paucis locis latinâ Gelenianâ accuratior. Additæ notæ & conjecturæ ad Græca Origenis, qvibus plurima loca haud infeliciter emendantur & caſtigantur, ratione ubiq; habita paginarum editionis Cantabrig. Cæterum errata typorum indicemq; in notas & præfationem pluribus exemplaribus ſubtractam à typographo qveritur Boherellus apud Basnagium Bellovallium in Hiſtoria Operum eruditor.

† De hoc Celſo qui ſub M. Antonino vixit, dixi lib. IV. c. 33. is opus ſuum contra Judæos & Chriſtianos falſo titulo inſcripſerat λόγον ἀληθῆ, nomen matuatus ab Antiphonte, de cujus λόγοις περὶ ἀληθείας quibus Providentiam ſuſtulerat, confer ſi placet lib. II. c. 26. In quibusdam Codicibus Origenis quoque opus inſcribitur: ὁ κατὰ τοῦ Κέλσου ἀληθὴς λόγος.

* Euſeb. VI. 36. Hiſt.

** Hic eſt nobilis ille Alexandrinus per Origenem ab hæreſi Valentiniana & Marcionitarum ad Eccleſiam reductus, qui pro facultatibus quibus abundabat Origenis ſcripta egregie promovit, tachygraphosque ac calligraphos illis excipiendis deſcribendisq; aluit. Vide Euſebium VI. 18. & 23. Hiſt. Hieron. de S. E. cap. 56. & Symellum p. 358

2011 Ministerio de Cultura

A. 1700. p. 419. Locum Origenis lib. VI. p. 295. seq. περὶ ἐπτὰ ἀρχόντων δαιμόνων sive de septem Angelis principalibus celebratis apud Ophianos, illustrandum sumsit Jo. Crojus in specimine conjecturarum & observationum ad qvædam Irenæi & Origenis loca, à qvo dissentientem videre licet Petavium appendice notarum in Synesii Opera.

γ) Φιλοκαλία sive *electa* ex Origenis Scriptis, de variis qvæstionibus Sacras litteras spectantibus, qvæ in *Theodori Tyanensis* Episcopi *† gratiam capitibus XXVII. digessere Gregorius Naz. & Basilius M. *Latine* vertit ediditqve *Gilbertus Genebrardus*, in sua Operum Origenis editione Tomo II. Paris. 1574. & recusa 1604. 1609. fol. *Græce* è Regio Codice cum nova versione & notis suis edidit *Jo. Tarinus* Andegavensis, Paris. 1618. 4 adjunctis Zacharia Scholastico de mundi Opificio, Anastasio Sinaita de hominis creatione ad DEI similitudinem, & Christiani Philosophi (incertum an ejusdem Anastasii) δόξαις sive celebrioribus opinionibus de anima, qvas latine è Tarini versione Barthius p. 472. Claudiano suo Mamerto subjunxit. Philocaliæ Codex MS. sed septem capitibus postremis mancus exstat in Bibl. Vindobonensi, qvem cum Tarini editione negligentius curata conferri operæ pretium esset judice Lambecio III. p. 74. Cum Tarini versione & notis, notisqve paucis *Guil. Spenceri* Philocalia Græce & latine editionibus contra Celsum Cantabrigiensibus A. 1658. & 1677. 4. subjicitur. Recensuit etiam ad MSS Codices & nova versione donavit *Tho. Galeus*, sed fatis prohibitus, qvod dolendum, edere non potuit. En tibi scripta Origenis è qvibus Philocalia illa excerpta est, qvam à *Jo. Leunclavio* etiam & *Bonaventura Vulcanio* latine versam scribit Abrahamus Scultetus parte 1. Medullæ Patrum libro sexto, qvi totus est de Origenis scriptis, pag. 152.

In Genesin tomus III. p. 44. & 67 - 75. edit. Cantabrig.
In Exodum σημειώσεις. p. 101 - 109.
In Leviticum Homilia II. p. 21.
In Josuam Homilia XX. p. 39. seq.
In Psalmum I. Tomus p. 21 - 24. *In Psalmum IV.* p. 94 - 101.
In Psalmum L. p. 20.
In Canticum Tomus II. p. 110. *Tomus parvus in Canticum, quem in juvenis composuit.* p. 31.

*† Naz. Epist 38.

2011 Ministerio de Cultura

In Jeremiam homilia XXXIX. p. 37. seq.
In Ezechielem Tomus XX. p. 38.
In Oseam ἐξηγητικά. p. 32 - 34.
In Matthæum Tomus II. p. 30. seq.
In Johannem Tomus IV. p. 24. seq. *Tomus* V. p. 26 - 30.
In Acta, Homilia IV. p. 32.
In Epistolam ad Romanos, Tomus I. pag. 90 - 93. *Tomus IX.* p. 34 - 37.
Tomi contra Celsum p. 46 - 49. 67. 75 - 82.
Περὶ ἀρχῶν *liber III.* p. 50 - 67. *liber IV.* p. 1 - 20.
Epistola ad Gregorium Thavmaturgum. p. 41 - 43.
Locus ex *Dialogo contra Marcionitas* sect. IV. p. 92. (sed qvi apud Eusebium VII. 22. Præparat. è *Maximi* libro περὶ ὕλης refertur) pag. 82 - 90.

δ.) Σύνταγμα περὶ ψυχῆς, *de precatione liber* ad *Ambrosium* suum & *Tatianam* ætate jam profectam fœminam, Tatiani forte ad qvem Gregorius Thavmaturgus librum de anima misit, sororem. Hunc Pamphilo in Apologia pro Origene laudatum librum primi edidere Oxonienses A. 1686. 12. è Codice Reginæ Christinæ Holmiensi (è qvo Huetius ejus editionem pridem receperat, & qvi nunc servatur Cantabrigiæ in Bibl. Collegii S. Trinitatis,) una cum latina versione & brevibus notis, subjunctaqve *paraphrasi* brevi *Orationis Dominicæ*, sub Origenis vel alterius Doctoris Græci συγχρόνου nomine edita Græce & Latine à *Fed. Morello*, Paris. 1601. 8. Addidit Morellus Græce & Latine ejusdem auctoris (Petri Laodiceni ut videtur) *paraphrasin* sive *Scholia in Cantica B. Virginis Zachariæ & Simeonis*, sed hæc Oxonienses omiserunt. Omisit etiam *Jo. Rodolfus Wetstenius* filius, qvi librum de precatione Paraphrasinqve Orationis Dominicæ secundum Oxoniensem editionem recudi curavit, latina tamen versione * non uno loco emendata, & B. *Marci Diadochi sermone contra Arianos* vulgato primum è Codice insigni Basileensi (qvo S. Athanasii scripta continentur) una cum latina versione Jo. Rodolfi Wetstenii, parentis. Basil. 1694. 4.

ε.) Προτρεπτικὸς εἰς μαρτύριον. *Sermo exhortatorius ad Martyrium*, scriptus durante Maximini persecutione, ad *Ambrosium*, & *Protoctetum*,

* Versionem illam nec elegantem nec perspicuam, nec Græcis satis conformem esse notaverat Tillemontius p. 258. Basileensi editioni in qvibusdam exemplis Amstelodami nomen est præfixum.

2011 Ministerio de Cultura

tum, ** & ex MS. Basileensi primum editus à *Jo. Rud. Wetstenio* filio cum versione & notis. Basil. 1674. 4. p. 162-218. Meminere hujus libri Eusebius, Hieronymus atqve exinde alii. Trithemius etiam latine se vidisse innuit, nescio qvo interprete.

ς'. *Epistola ad Africanum* περὶ τῆς κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας, *pro historia Susannæ*, scripta circa A. C. 238. atqve à Wetstenio è Codice MS. Parentis sui, una cum exhortatione ad Martyrium edita primum integra Græce & lat. p. 222-247. notisqve illustrata post *Julii Africani* ad Origenem Epistolam, qvam cum initio Epistolæ Origenis responsoriæ è Codice A. Schotti Græce ediderat *Hæschelius* Augustæ Vindel. 1602. 4. cum Hadriani Isagoge sacrarum litterarum, Hesychii Hieros. ὑπόμνημα in Esaiam & 12. minores aliorumqve in majores Prophetas, & fragmento Chrysostomi de Susanna. Aliud Epistolæ Origenis fragmentum qvod pag. 225. edit. Wetstenii legitur, publicaverat Græce *Patricius Junius* ante Jobum ὑπόμνημα subjunctum Catenæ Patrum Græcorum in Jobi librum. Lond. 1637. fol. Epistolam utramq; integram ex versione *Gentiani Herveti*, qvi Sirleti codice usus est, habes etiam in latinis Origenis editionibus, qvas Genebrardo debemus, Tom. 2. Aliam versionem suam Epistolæ utriusqve Africani & Origenis in præfatione suorum ad Esaiam commentariorum publicavit *Leo à Castro*, Salmanticæ 1570. fol. pag. 89. seq. Laudant has Epistolas Eusebius VI. 31. Hieron. c. 63. Catalogi, Photius, Svidas itemqve alii.

ζ'. Διάλογος κατὰ Μαρκιωνιστῶν ἢ περὶ τῆς εἰς θεὸν ὀρθῆς πίστεως *Dialogus contra Marcionitas* & Valentinianos, in codice Wetstenii & Bodlejano in qvinqve *** sectiones divisus, unde Trithemius memorat *libros qvinque Origenis adversus hæreticos, qvorum initium: Adamantius dixit.*

** Illos duos alloqvitur his verbis p. 200. Νῦν ὡσπερεὶ πομπέυεις ἄρων τὸν σαυρὸν τῦ Ἰησῦ, ἱερὲ Ἀμβρόσιε, καὶ ἀκολθῶν αὐτῷ τῷ προάγοντι ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς, ἵνα αὐτός σοι συμποξευθεὶς αὐτός σοι δῷ καὶ σόμα καὶ σοφίαν, καὶ σοὶ τῷ συναγωνισῇ αὐτῦ Πρωτόκτητε. Protoctetus ipse Presbyter Cæsareensis fuit, ut ex Eusebio VI. 28 Hist. constat. Apud Hieron. c 56. Catalogi male vocatur *Theoctistus*, licet error ille apparet etiam in Græca versione quæ Sophronio tribuitur. Sed è Freculfo colligas Hieronymum scripsisse: *cui* (Ambrosio) *cum Protocteto Presbytero liber Origenis de Martyrio scribitur.*

*** Jo. Picus in *duas* sectiones dividit; de recta in DEUM fide & 2. de resurrectione. Laurentius Humfredus in *tres*.

2011 Ministerio de Cultura

dixit. Hunc *latine* è variis codicibus verterunt *Jo. Picus* senator Paris. 1555. *Joachimus Perionius* Tomo 1. edit. Operum Origenis Genebrardinæ: & qvi sinceriore MS. usus est *Laur. Humfredus* Anglus, cujus versio in Origenis operibus edi cœpit Basil. 1557. *Græce* primus è Codice parentis sui edidit *Jo. Rodolphus Wetstenius*, cum versione qvam ex illis Humfredi & Pici compegit & multis locis novam fecit, notasqve addidit. Basil. 1674. 4. cum protreptico ad Martyrium & jam memorata ad Africanum Epistola. Cæterum Origenem auctorem esse hujus Dialogi affirmare non ausim, propter rationes ab Huetio p. 276. Origenianor. allatas, licet Origeni tribuitur ab Anastasio Sinaita qv. 48. aliisqve. Inprimis perspicuus est locus p. 30. qvo probatur auctorem vixisse non ante Constantium M. qvem superioribus Imperatoribus opponit his verbis: ἀ γὰρ ἐκεῖνοι καθεῖλον, αὐτὸς ἀνῳκοδόμησεν, ἃς ἐκεῖνοι ἐμίσησαν, ἔτῳ ἠγάπησεν, ἃς ἐκεῖνοι ἐτίμων ναὸς τε καὶ εἰδωλα, αὐτὸς καθεῖλε. Neqve huic objectioni satisfecit doctiss. Wetstenius, licet in præfat. multus est in eo, ut hunc dialogum Origeni adjudicet. Sane verisimilis est Tillemontii conjectura, qvi nota 13. ad vitam Origenis T. 3. Memor. Hist. Eccles. auctorem putat juniorem Adamantium, qvem ab Origene Theodoritus diserte præf. lib. 1. & c. 25. ubi Marcionitarum adversarios refert, distingvit: qvod facit etiam Sophronius Hierosol. apud Photium Cod. 231. Nisi dicere malimus Adamantio vel Origeni ab aliqvibus tributum fuisse ideo, qvia Adamantius colloqvens in eo hæreticosqve oppugnans inducitur, verum auctorem autem esse *Maximum* τῆς χρισῦ ἀληθείας τὸν ἄσημον ἄνδρα Eusebio laudatum VII. 2. præparat, siqvidem qvæ ibi ex Maximi libro περὶ ὕλης affert, iisdem verbis in hoc dialogo p. 82. leguntur, ut jam supra ex Philocaliæ scholio annotavi. At ita Maximum illum Eusebio non valde vetustiorem sed prope æqvalem ejus fuisse oporteret, certe scripsisse tunc, cum Constantinus M. jam CHRISTO nomen dedisset idolaqve & idolia evertere cœpisset. Ab eodem Eusebio autem V. 27. Hist. Eccles. refertur inter scriptores qvi labente sæculo secundo floruere, ubi idem illius opus πόθεν ἡ καινία contra Hæreticos (Marcionitas puta) commemorat. Verisimilius igitur est Adamantium ex Maximo verba illa Dialogi mutuatum fuisse.

η. Hebraicorum Nominum S. Scripturæ & mensurarum interpretatio.

Hanc cum Hieronymi & nova sua versione, è Codicibus Regiis & Colbertinis primus *Græce* vulgavit *Jo. Marcianæus*, notis etiam suis additis

2011 Ministerio de Cultura

T.2. Opp. Hieronymi p.182. 246. Paris. 1699. fol. Confer si placet qvæ de hoc libro Origenis dixi lib.IV. c.35. §.1. Hic est de qvo Justinus Junior qv. 86. ad Orthodox. εἰρηται τῷ Ὠριγένει ἀνδρὶ διατριβέντι τὴν τῶν ἑβραίων διάλεκτον, πάντων τ' ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς φερομένων ἑβραϊκῶν ὀνομάτων καὶ μέτρων ἡ ἑρμηνεία. Laudat etiam qv. 82. Qvod vero Hebraicæ linguæ peritum Origenem scribit, hoc Eusebius qvoqve VI.16. Hist. atqve inde Svidas & alii testantur eum καὶ τὴν ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν. Inprimis audiendus Hieronymus qvi c. 54. Catalogi ait eum *contra ætatis* * *gentisque suæ naturam, Hebræam linguam edidicisse*, ita qvidem ut qvemadmodum Epistola 25. ad Paulam idem refert, *Græcia tota in illo mirata sit* qvod *in paucis non dicam mensibus sed diebus ita Hebrææ linguæ vicisset difficultates, ut in discendis canendisque Psalmis cum matre contenderet.* Vincentius Lerinensis p.301. commonitorii de Origene: *cujus scientiæ cum Græca concederent, Hebræa quoque elaborata sunt*, sive elaboratum ab eo est, ut Hebræa etiam addisceret. Ac Judæos ab Origene de intelligentia sacrarum litterarum consultos ex eodem Hieronymo & ipso Origene constat: *Certe etiam Origenes* inqvit ille 1. contra Rufin. p.137. *Patriarchen Huillum* (an Hillelen?) *qui temporibus ejus fuit, nominat, & trigesimum tomum in Esaiam illius expositione concludit, & cum aliter prius sensisse se dicat, doctum ab illo id quod est verius confitetur. Octogesimum quoque nonum Psalmnon qui inscribitur Oratio Moysi hominis DEi, & reliquos undecim, qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem ejusdem Moysi putat, nec dedignatur Hebræam Scripturam interpretans per singula loca quid Hebræis videatur inserere.* Origenes in Exod. pag. 103. Philocaliæ ὡς καὶ ἑβραῖος ἡμῖν ἀπήγγειλε. In Psal. 1. id. p. 22. χαριεστέτερα παραδοσιν ἔχει ἡ ἑβραϊς ἡμῖν καθολικῶς περὶ πάσης θείας γραφῆς παραδεδομένην μεταίξομεν. Et in Epistola ad Africanum p.228. narrat se de vocabulis Hebraicis πείνῳ & φίνῳ in historia Susannæ respondentibus, non paucos Hebræos consuluisse: οὐκ ὀλίγοις ἑβραίοις ἀνεθέμην πυνθανόμενος. & p. 229. μέμνημαι μέντοιγε φιλομαθεῖ ἑβραίῳ καὶ χρηματίζοντι παρ' αὐτοῖς σοφῷ ὑφ', ἀναγραφέντι ἐπὶ τῷ διαδέξασθαι τὸν πατέρα συμμίξας περὶ τοιούτων. In Jeremiam homil. 19. pag. 185. καὶ πρῶτον χρήσομαι παραδόσει ἑβραϊκῇ, ἐληλυθυίᾳ εἰς ἡμᾶς διά τινος φυγόντος διὰ τὴν χριστοῦ πίστιν (ἑβραίου

* Hoc universe de illis temporibus, quibus raro aliquis Christianorum Hebraica attingebat, non de annis atque ætate Origenis intelligendum. Cæterum ad virorum doctorum argumenta quibus Origenem Hebraice vel prorsus fuisse imperitum, vel vix primas literas Hebraismi attigisse contendunt, non difficulter responderi potest, ut ex parte jam fecit Tillemontius nota 3. ad Origenis vitam.

2011 Ministerio de Cultura

(Ἑβραΐς δηλονότι.) Qvod vero homilia 12. in Geneſin legitur: *Eſau, ut ajunt qui Hebræa nomina interpretantur, vel à rubore, vel à terra id eſt rubrus vel terrenus, vel ut aliis viſum eſt factura dictus videtur*, reſpicit librum *Philonis* Judæi, qvi ante Origenem interpretationem nominum Hebraicorum ſcripſerat, de qvo dicere me memini lib.IV. c.4. num.42.

θ'.) Deniqve ſub Origenis nomine prodiit *liber primus* ἔλεγχος πασῶν αἱρέσεων, qvem ſub titulo *fragmenti Philoſophumenon* ex Codice Florentino primus edidit, verſionemqve & notas qvibus Origeni illud vindicat addidit V.C. *Jacobus Gronovius* theſauri Antiqvitatum Græcarum Tomo X. p.257. Lugd.Bat.1701.fol. Minus recte videtur inſcribi fragmentum Philoſophumenon, nam Philoſophumena qvidem qvibus ſententiæ Philoſophorum veterum Phyſicorum, Ethicorum, Dialecticorum & Barbarorum ſuccincte recenſentur, integra ſunt, ſed Philoſophumena iſta librum primum conſtituebant, adeoqve fragmentum ſunt majoris operis, qvod adverſus hæreſes univerſas ſcripſerat auctor neſcio qvis, certe Epiſcopus, neqve enim unqvam *Origenes* vel *Didymus* ** vel alius presbyter aut inferioris ordinis Clericus, nedum *Aëtius*, Ethnicus (ut ex Theodorito non ab re colligas) Scriptor de ſe dixiſſet, ὧν (Ἀποστόλων) ἡμεῖς διάδοχοι τυγχάνοντες τῆς τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες ἀρχιερατείας τε καὶ διδασκαλίας καὶ φερωνύμως τῆς Ἐκκλησίας λελογισμένοι τὸν ὀφθαλμῷ νυστάζομεν, ὑδὲ λόγον ὀρθὸν σιωπῶμεν. Licet vero hæc verba non male forte qvadrant in *Epiphanium* qvi Epiſcopus fuit, & cui Philoſophumena illuſtris Huetius p. 277. Origenianor. tribuit, fateor tamen hanc viri docti conjecturam parum mihi videri credibilem, cum aliud Epiphanii de hæreſibus duplex opus exſtet, unum prolixius & alterum brevius, nec veriſimile ſit tertium etiam hoc de eodem argumento ſcriptum ab eo fuiſſe compoſitum, in cujus proœmio mentio qvidem fit alterius ſuccinctæ dogmatum hæreticorum redargutionis, ſed qvæ neutri Epiphanii ſatis belle convenire videtur. Adſcribam verba, qvoniam emendatione ea indigere exiſtimo. ὧν (αἱρετικῶν) καὶ πάλαι μετρίως τὰ δόγματα ἐξεθέμεθα, ὑ καθ' λεπτὸν ἐπιδείξαντες, ἀλλὰ ἀδρομερῶς ἐλέγξαντες, μὴ ἂν ἄξιον (ita lego pro ἀνάξιον) ἡγησάμε-

** Didymo Alex. Philoſophumena ſub Origenis nomine edita tribuit neſcio quis ſub literis C.A.H latens, in diſſertatione inſerta Actis Eruditorum A. 1710. p.166 ſeq Sed licet ſectarum volumen ab eo editum fuiſſe conſtat, tamen nec ipſe fuit Epiſcopus. Aëtium auctorem ſuſpicabatur Tho. Galeus Vir doctiſſ. At de placitis Philoſophorum ſcripſiſſe quidem Aëtium ex Theodorito novimus, ſed ἔλεγχον hæreſium ſcripſiſſe, cujus hæc Philoſophumena exordium ſunt, nemo veterum ſcripſit.

2011 Ministerio de Cultura

νοι τὰ ἀῤῥητα αὐτῶν εἰς φῶς ἀγειν, ὅπως δι' αἰνιγμάτων ἡμῶν ἐκθεμένων τὰ δόξαντα αὐτοῖς αἰσχυνθέντες &c. Post Gronovium cum ejus versione & notis, novisqve suis animadversionibus Philosophumena hæc separatim edidit amicus noster *Joh. Christophorus Wolfius* hodie Professor dignissimus in Academia Witebergensi, qvi pro suo in me amore librum hunc mihi inscripsit. Hamburg. 1706. 8. Evoluisse se eundem manu exaratum pridem testati sunt vel fragmenta ex eo produxerunt Lilius Gyraldus dialogis de Poëtis & in aliis scriptis suis, Conimbricenses in Physica Aristotelis p 176. Holstenius qvi edere etiam voluit, Jo. Mabillonius in itinere Italico p. 168. Allatius de scriptis Socratis p. 81. Alexander Morus ad Novum fœdus pluribus locis & in Esaiæ LIII. præcipue Menagius ad Laërtium Caroli de Montchal Archiep. Tholosani Codice usus, ad lib. I. sect. 34. 116. II. 7. 9. III. 8. 69. VII. 60. 149. 157. VIII. 34. 39. IX. 5. 19. 20. 30. 33. 44. 61. & 18. ubi Pseudorigenem appellat. Novissime præstantissimus Montfauconus in Diario Italico p. 210. narrat se in Bibliotheca Barberina evolvisse Origenis Philosophumena in Codice recenti, ejusqve varias lectiones eruisse & cum aliis Codicibus contulisse, ut ea opera purgatiora dare in promtu sit. Novi etiam laudatum Wolfium in itinere qvod post editum hunc libellum in Belgium & Angliam suscepit, alios Codices vel Apographa inspexisse & locis non paucis meliorem illum dare jam posse.

ι.) Omitto fragmentum libri περὶ παντὸς Origeni itidem falso à qvibusdam tributi, de qvo supra in Hippolyto dictum est.

Scripta Origenis latine tantum edita.

1. *In Genesin Homiliæ XVII.* Rufino interprete, licet Codices qvidam Hieronymi nomen habeant præfixum. Confer Huetii Origeniana p. 245.
2. *In Exodum Homiliæ XIII.* interprete eodem Rufino.
3. *In Leviticum Homiliæ XVI.* Rufino interprete, qvas sub falso *Cyrilli Alex.* nomine edidit è Jacobi Fabri Codice Jodocus Clichtoveus, & in latinis Cyrilli pariter & Origenis editionibus reperire licet.
4. *In Numerorum librum Homiliæ XXVIII.* ex ejusdem Rufini versione, qvi *Scholia* etiam sive ut ipse vocat *excerpta* Origenis admiscuisse se, atqve alioqvi inter vertendum magna se ut qvidem soler, usum esse libertate innuit.

5. *In*

2011 Ministerio de Cultura

5. *In librum Josuæ, Homiliæ XXVI.* interprete Rufino.
6. *In librum Judicum Homiliæ IX.* interprete Rufino. Meminit Origenes ipse prologo Commentar. in Canticum.
7. *In 1. Regum cap. 1. & 2. Homilia I.* interprete Rufino.
8. *Commentariorum in Jobum libri III.* satis licet prolixi, sed qvi non ultra dimidium capitis tertii progrediuntur. Origeni (qvicqvid disputet p. 30. nuclei Hist. Eccles. Sandius, in appendice p. 40. ipse sua cædens vineta) suppositi & post Luciani martyrium h. e. post A. C. 311. scripti sunt ab auctore qvi Homousianis infestum se testatur. Utrum vero fuerit aliqvis è Lucianistarum secta, an Maximinus Arianus Episcopus contra qvem Augustinus scripsit, tanqvam parum certum definire non audeo. Latini scriptoris esse, post Erasmum credidit etiam Albertinus p. 353. de Eucharistia, qvibus assentiri nolim propter ea qvæ observat Huetius p. 273. Origenianorum. Certe erravit Genebrardus qvando hos Commentarios Græce scripsit exstare in Regis Galliæ Bibliotheca.
9. *Scholia in librum Jobi integrum*, qvæ è Codice Regis Galliæ primus vertit Joachimus Perionius, atqve suæ Origenis operum editioni Genebrardus inseruit. Nonnullos Perionii lapsus notavit Jacobus Billius lib. I. Observatt. sacrar. c. 8. atqve longe plures libro 2. unde repetiit Possevinus T. 2. Apparatus S. p. 193-201. & licet hæc qvoqve Scholia Origeni præter rem tribuantur, tamen qvia antiqvi scriptoris & lectu digna sunt, etiam Græca è Codice Regio proferri in lucem & novæ qvam concinnandam svadet omnium Origenis operum editioni adjungi optat Rich. Simonius lib. 1. Epist. select. 10. p. 103. In his qvoqve scholiis Luciani Martyris & Homusiastarum & Manichæorum mentio fit, unde auctorem esse Origene juniorem constat. Vide Huetium p. 274.
10. *In Psalmum XXXVI. XXXVII. XXXVIII. Homiliæ IX.* Rufino interprete.
11. *In Canticum Canticor. homiliæ duæ* interprete Hieronymo, cujus Epistola ad Damasum præfigitur, & *aliæ homiliæ qvatuor* sive potius prologo præmunita primorum duorum capitum expositio continua, qvali in *tomis* Origenes uti consvevit, Rufino interprete. Hanc Origenis esse negant Dallæus c. 34. de scriptis Ignatii, Larroqvanus in animadversionibus ad Pearsonianas Ignatii Vindicias p. 83. seq. & P. Baltus S. I. in defensione SS. Patrum Platonismi accusatorum

2011 Ministerio de Cultura

rum p. 361. aliiqve : sed argumentis melioribus Origeni asseritur à Pearsonio part. 1. Vindic. Ignatii c. 7. & ab Huetio p. 248.

12. *In Esaiam Homiliæ IX.* Hieronymo interprete.

13. *In Jeremiam Homilia secunda & tertia* ex illis qvatuordecim qvæ exstant ex versione Hieronymi. Nam cæteræ duodecim Græce etiam habentur, ut dixi supra p. 217. num. 8.

14. *In Ezechielem Homiliæ XIV.* Hieronymo interprete.

15. *In Matthæum tractatus vigesimus secundus usque ad trigesimum quintum* ex antiqva versione sive *Bellatoris* presbyteri, sive *Epiphanii* Scholastici, seu cujusvis deniqve alterius à Matth. XXII. 34. usqve ad initium capitis XXVIII. Nam præcedentes tractatus viginti & unus Græce ab Huetio editi sunt, ut dixi supra p. 218. num. 11. unde patet præter Origenis mentem feciſſe qvi tomos singulos distraxerunt in plures tractatus.

16. *In Lucam Homiliæ XXXIX.* à juvene Origene scriptæ, teste Hieronymo atqve Interprete. Neqve tanti sunt rationes ob qvas Origeni abjudicantur à Dallæo de scriptis Ignatii p. 439. seq. ejusqve hyperaspiste Matthæo Larroqvano in animadversionibus ad Pearsonianas Ignatii vindicias pag. 94. sq. Vide Tillemontii notam 37. ad Origenis vitam, & Natalem Alex. Sec. 3. c. 4. artic. 2. p. 606. sq. edit. in fol.

17. *In Epistolam ad Romanos libri X.* abbreviati ex viginti tomis, ut Cassiodori Codices c. 8. Inst. divin. legunt, sive ut Rufinus qvindecim, eodem Rufino (non Hieronymo, cui in edit. tribuitur) interprete, cujus Epistola ad Heraclium præfixa est.

18. *Homiliæ decem in diversos* Matthæi & Johannis locos, qvarum decima est, de Maria Magdalena. Hæ à Jac. Moerlino primum collectæ & in latinis editionibus Origenis sæpius excusæ, nomen Adamantii mentiuntur. Vide Huetium pag. 275. D. Gerhardi Patrologiam pag. 139. 140. & de Homilia ultima Baronium ad Martyrolog. 22. Jul. qvi eam latino scriptori tribuit, qvemadmodum Casaubonus XIV. 11. ad Baron. juveni & à declamationibus recenti.

19. Περὶ ἀρχῶν * *de principiis libri IV.* cum anacephalæosi, Rufino interprete, cujus præmittitur prologus ad Macarium (Romanum) qvo

* Libros περὶ ἀρχῶν scripserunt etiam Longinus, Porphyrius, & cujus opus adhuc MS. supereſt, Damascius.

2011 Ministerio de Cultura

qvo se profitetur alia in his libris omisisse, alia mutasse. Qvod exemplis etiam docet Huetius p. 266. seq. & notavit jam olim Hieronymus 1. contra Rufin. p. 135. qvi ideo Pammachio rogante fideliorem illius operis versionem elaboravit, sed qvæ jam pridem temporum injuria amissa est. Valde male ob hoc opus audiit Origenes, qvod Græce legit adhuc Photius Cod. 8. Fragmenta occurrunt in Philocalia & in Justiniani Imp. Epistola de Origenis erroribus T. 5. Concil. edit. Labbei p. 672. sq. & apud Photium Cod. 235. Locum etiam ex exemplari MS. affert Græce Fullerus IV. 13. Miscell. sacr. Cæterum ex laudato Hieronymi loco constat etiam Rufinum suæ versioni nonnulla ex *Didymi* commentariolis qvi Origenis propugnator fuit, exaggerata & firmiora posuisse.

20. *Lamentum* sive threnus qvo de erroribus suis pœnitens inducitur, non magis Origenem auctorem agnoscit, vel Hieronymum interpretem, qvam Hieronymus auctor est Epistolæ qva deplorat qvod aliqvando cum Origene sensisset.

Alia haud dubie fuit Epistola ad Fabianum Episcopum Romæ de qva Rufinus in extremo invectivæ 1. in Hieron. *Ais etiam ipsum Origenem pro his dictis pœnituisse, libello pœnitentiæ ad Fabianum,* * *tunc urbis Romæ Episcopum dato: & tamen post pœnitentiam, post centum & quinquaginta annos mortis suæ in jus eum trahis & ad damnationem vocas.* Certe in lamento non legitur qvod Hieronymus Epist. 65. ad Pammach. testatur Origenem in Epistola ad Fabianum qva pœnitentiam egit cur talia scripserit, *causas temeritatis in Ambrosium retulisse, quod secreto edita in publicum protulerit.* Non igitur Hottingerus reprehendendus, sed Labbeus qvi Hottingerum tam acerbe reprehendit, T. 2. pag. 145. qvod *libellum de pœnitentia Origenis* distinxerat à lamento, qvod tamen verissimum est. Atqve hic libellus, qvi intercidit (non lamentum, junioris ætatis fœtus) à Gelasio inter Apocrypha refertur, nec veluti Origeni suppositus, adscribitur Apocryphis (nam Eusebius qvoq; VI. 36. testatur Origenem scripsisse ad Fabianum aliosqve plures ἄρχοντας Ecclesiarum, ὡς τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδοξίας) sed propter Origenis scilicet in erroribus pertinaciam, fide indignus judicatur.

21. *Epistola S. Barbæ ad Origenem & Origenis ad S. Barbam* qvas latine affert Halloixius p. 46. sq. Origenis defensi, ipse videtur exinge-

* Romam venisse Origenem ut sibi persuaserat Baronius, recte negant Tillemontius & Pagi ad A. C. 246. n. 2

2011 Ministerio de Cultura

nio ſuo confinxiſſe. Vide Tillemontii Hiſt. Imperatorum T. 3. ad perſecutionem Maximini nota 1. p. 809.

22. *Libellus de ſingularitate Clericorum* Origeni male in qvibusdam Codd. adſcriptus & inter Cypriani opera eſt editus. Vide Huetium pag. 277. ſq.

Editiones latinæ Operum Origenis.

Prima *Jacobi Merlini* qvatuor diviſa partibus Pariſ. 1512. 1519. fol. 2. Vol. cum Apologia pro Origene, ſuper qva licet privilegio Regis Ludovici XII. munita editio eſſet, magnæ ipſi moleſtiæ creatæ ſunt à Maſſæo, Natali Bedda & aliis Theologis Facultatis Pariſienſis, unde A. 1522. nova Apologia Apologiam illam tueri eſt coactus. Confer Rich. Simonis Epiſtolas ſelectas l. 1. Epiſt. 10. p. 95. ſq. & Morlerii Doctoris Sorbonici librum Gallice editum, eſſais de literature pour la connoiſſance des livres A. 1703. menſe Novembr. p. 257. Recuſa Merlini editio Pariſ. 1522. 1530. Etiam editio Veneta Anni 1516. memoratur in Bibl. Bigotiana, & opuſcula varia Origenis, latine apud Aldum excuſa in fol.

Secunda *Eraſmi* * qvi illi immortuus, itaqve poſt ejus obitum abſoluta à Beato Rhenano Baſil. 1536. fol. & auctior ſubinde edita ibidem 1551. & cum Laur. Humfredi præfat. 1557. ac deniqve cum Simonis Grynæi prolegomenis ad Tho. Eraſtum A. 1571. fol. 2. Volum.

Tertia plenior *Gilberti Genebrardi*, Pariſ. 1574. 2. Vol. atqve iterum 1604. 1619. Hanc editionem diligenter recenſet Labbeus, qvem ſi placet vide. Vide etiam Huetium p 232.

Scripta, deperdita Origenis.

Biblia V. T. Hexapla, Octapla, Tetrapla de qvibus dixi lib. III. c. 12. Univerſos propemodum S. Scripturæ libros illuſtraverat Origenes, qvem *longe minorem in Novo quam Veteri Teſtamento eſſe judicat S. Ambroſius* Epiſt. 73. ad Clementianum: ſive *tomis* & *commentariis* prolixioribus & accuratioribus, ſive brevibus *ſcholiis*, ſive deniqve *Homiliis* qva-

* Obiit Eraſmus V. Id. Jul. Baſileæ A. 1536. cujus vitam Rhenanus inſeruit præfationi ad Origenem dicatum Hermanno Archi-Epiſcopo Colonienſi.

2011 Ministerio de Cultura

qvarum aliæ extemporales ex ſenis ore à notariis exceptæ, aliæ meditatæ. Vide Sixtum Senenſem lib. IV. Bibl. S. Valeſium ad Euſeb. p. 129. & Huetium p. 237.

Commentariorum in Geneſin libri XII. Euſeb. VI. 24. ubi ex *nono*, & III. 1. ubi ex *tertio* locum affert. Meminit & Origenes ipſe lib. de precatione p. 76. Fragmentum ex libro 1. ſervavit Chalcidius ad Timæum Platonis p. 372. ſeq. Plura expreſſit Ambroſius in Haxëmeron. Porro Codices qvos vidit Hieronymus, librum XII. in duos diſtinxerunt, unde is *tredecim libros commentariorum* Origenis in Geneſin numerat qv. 1. ad Damaſum & Epiſt. 29. ad Paulam apud Rufin. invectivâ 2. Namqve ex Euſebio duodecim numerant Svidas in Ὠριγένης & Niceph. XV. 5. Cæterum fallitur Tillemontius qvi nota 30. ad vitam Orig. ex loco libri VI. contra Celſum p. 309. ſq. colligit tomos in Geneſin, qvatuor tantummodo prima capita expoſuiſſe. Ἐξηγητικὰ vocat Origenes ipſe p. 187, 190.

Homiliarum Myſticarum in Geneſin libri II. Hieron. Epiſt. 29. ad Paulam apud Rufin. invectiva 2.

Tomi in Exodum, & *ſcholia* qvæ *excerpta* vocantur ab Hieronymo. Expoſitionis ſuæ meminit etiam ipſe Origenes IV. contra Celſ. p. 195.

Scholia & Homiliæ in Leviticum ab editis Homiliis diverſæ. Vide Huetium p. 240.

Octo Homiliæ in Deuteronomium. Caſſiodor. c. 1. divinar. Inſtit.

Homilia de duabus meretricibus, & aliæ qvædam *Homiliæ* Caſſiodoro c. 2. memoratæ *in* 1. *&* 2. *Reg. in* 2. *Paralip. &* *Esdræ libros duos* ſive Esdram & Nehemiam.

In Jobum Homiliæ qvas olim vertit *Hilarius* Confeſſor, ut *in Esdram Bellator* presbyter. Fragmenta in catena ad Jobum à Paulo Comitolo & Patricio Junio edita.

In Pſalmos ſcholia, Homiliæ quædam & Commentarii. Commentarios in primos XXV. Pſalmos Alexandriæ elaboratos notat Euſebius VI. 26. ſed in totum Pſalterium multis voluminibus ſcripſiſſe ante Euſebium, Theodorum Heracleotem, Aſterium Scythopol. Apollinarem Laodicenum & Didymum Alex. docet Hieron. Epiſt. 89. ad Auguſtin. (edit. novæ 74.) addens Hilarium Pictavienſem & Ambroſium Origenis veſtigiis inſtitiſſe.

In Proverbia Commentarii. Fragmenta duo apud Pamphilum in Apologia & aliud in Catena Mazariniana ad Luc. VIII. 4.

In

2011 Ministerio de Cultura

In Eccleſiaſten explonationes, ſi credimus Sixto Senenſi & Poſſevino, Methodium lib. de reſurrect. teſtem laudantibus. Certe Origenem ſuis in Eccleſiaſten commentariis confutaſſe ſe teſtatur Hieronymus Epiſt.65. ad Pammach.

In Canticum Canticorum Tomus unus qvem juvenis compoſuerat. Vide Philocaliam p. 31.

In Canticum Canticorum tomi octo poſteriores. Hieron. prologo Homil. in Canticum.

In Eſaiam tomi XXX. (è qvibus vigeſimus ſextus jam Hieronymi ætate deſiderabaur, & Tomus trigeſimus deſinebat in cap.30..6. vide Euſeb. VI. 32.) *Homiliæ XVI.* & *ſcholia* ſive σημειώσεις.

Libri II. de viſione πτερυγίδων ad Gratam, Origeni ſuppoſiti teſte Hieron. præf. ad Eſaiam.

In Jeremiam Homiliæ XXIV. ex illis 45. Caſſidoro & Rabano Mauro memoratis. Confer Tillemontium in Origenis vita p.238.ſeq.

In Threnos tomi V. Euſeb. VI. 24. Hiſt. licet in Nicephoro legas tomos IX. Ex his fragmenta qvædam exſtant in Catena ab Agellio & Ghislerio edita.

In Ezechielem Tomi XXV. Euſeb. VI. 32. Confer Tillemont. p. 239. ſeq.

In Danielem expoſitio. Origenes ipſe tract.29. in Matth. adde Huetium p. 242.

In quosdam ex duodecim Prophetis ſcripſiſſe ſe & in Eſaiam atqve Ezechielem teſtatur Origenes VII. contra Celſum p. 339. atqve cæteros ſimiliter ſe expoſiturum. Tomos XXV. in duodecim Prophetas reperit Euſebius VI. 36.

In Matthæum Tomi primi X. atqve *ultimus XXV. & Homiliæ quædam* itemqve *ſcholia.*

In Marcum ſcripſiſſe ſe teſtatur Origenes tractat. 35. in Matth. Cæterum commentarius qvi in qvibusdam Codicibus Origeni, in aliis Cyrillo Alex. tribuitur, & qvem è Codice Regio daturum ſe Græce promiſit Huetius p. 250. *Victoris Antiocheni* Presbyteri eſt, Chryſoſtomo cujus meminit junioris. Sub Victoris nomine qvoqve latine Theodorus Pelta-

2011 Ministerio de Cultura

tanus edidit Ingolstad. 1580. 8. una cum Tito Bostrensi in Lucam. Inde latine recusus est in Bibliothecis Patrum Parisiens. Colon. & Lugd. Tom. IV. Deniqve Græce & latine vulgatus à Petro Possino Rom. 1673. fol. una cum catena in Marcum. Vide de hoc commentario Huetium pag. 274. Rich. Simonis Hist. Crit. N. T. lib. 3. p. 80. & 426. seq. & Eliam du Pin in Bibliotheca Script. Eccles. T. 4. p. 74. Victor Presbyter allegatur etiam in Catenis ad Lucam Regia, Mazariniana & Corderiana, ut Combefisio in Bibl. Concionatona notatum.

In Lucam Tomi V. Hieron. prolog. in Homilias ad Lucam à se versas.

In Johannem Tomi III. IV. V. VII. VIII. IX. XI. XII. XIV. usqve ad XVIII. XXI. usqve ad XXVII. tum XXIX. XXX. XXXI. Libros duos & viginti visos à se testatur Euseb. VI. 24. sed forte legundum duos & triginta, ut apud Hieron.

In Acta Apostolorum, Homiliæ. Vide Philocaliam p. 32.

In 1. ad Corinthios Commentarii sive *tomi.* Hieron. Epist. 58. ad Pammach. Origenem primo loco ponit inter eos qvi hanc Epistolam latissime fuerunt interpretati. Cæterorum nomina sunt: Dionysius, Pierius, Eusebius Cæsareensis, Didymus & Apollinaris. Meminit & Origenes ipse tractat. 23. in Matth. & homil. 17. in Lucam.

In Epipolam ad Galatas, quinque Tomi, tum scholia & tractatus sive *Homiliæ* variæ. Præterea decimum stromatum suorum librum commatico super explanatione ejus sermone complevit, teste Hieronymo proœmio ad Galatas, ubi Origenis commentarios secutum se non diffitetur.

In Epist. ad Ephesios tomi III. Hieron. 1. adversus Rufin. & in Epist. ad Ephes.

In Epist. ad Colossenses, tomi qvorum *tertium* laudat Pamphilus Apologia pro Orig.

In 1. ad Thessalonicenses ἐξηγητικά. Meminit præter Hieron. Origenes ipse lib. 2. contra Celsum p. 101.

In Epist ad Titum. Fragmenta in Pamphili Apologia.

In Epist. ad Hebræos tomi & Homiliæ. Idem Pamphilus, & Eusebius VI. 25.

2011 Ministerio de Cultura

In Apocalypſin expoſitio promiſſa ab Origene tractat. 30. in Matth. *Homiliæ quamplurimæ* Mille & eo amplius tractatus in Eccleſia locutum ſcribit Hieron. Epiſt. 65.

Libri II. de reſurrectione Euſeb. VI. 24. *alii de reſurrectione dialogi duo.* Hieron. Epiſtola ad Paulam apud Rufin. invectiva 2. Confer Huetium p. 264. 266. De reſurrectione ſcripſiſſe ſe Origenes ipſe teſtatur V. contra Celſum p. 244. Meminit & Pamphilus in Apologia.

De libero arbitrio, Origenes ipſe VII. in Epiſt. ad Rom. Niſi reſpicit librum tertium περὶ ἀρχῶν.

Acta concertationis cum Beryllo ſive *dialogus* qvo Berylli Boſtrenſis in Arabia Epiſcopi errorem coarguit, qvi negabat Chriſtum aliam qvam Pater habere perſonam. Vide Euſeb. VI. 33. & Hieron. c. 61. de S. E. Socratem III. 7.

Dialogus cum Candido Valentiniano, in qvo duos andabatas digladiantes ſe ſpectaſſe ſcribit Hieron. 2. adverſus Rufin. p. 150.

Dialogus cum Baſſo Agnomone cujus in Epiſtolas Africani & Origenis de Suſanna mentio, licet in litteras relatum eſſe non æqve conſtat: uti nec qvæ diſputavit *contra Arabas Pſychopannychitas*, teſte Euſeb. VI. 37.

Adverſus varios hæreticos, ut Apelleitas & Baſilidem, Encratitasqve & Helceſaitas, tum Hermogenem, Iſidorum, Menandrum, Nazarenos, Nicolaitas, Severum, Simonem & Valentinum. Atqve ſi Nicephoro X. 36. credas, etiam contra Marcellum Galatam ac Porphyrium. Vide Huetii Origeniana p. 265. & Tillemontium in vita Orig. c. 12. & 36.

Parva labyrinthus contra Artemonem & Theodotianos, qvam Origeni qvidam tribuerunt, ſed qvæ auctorem potius habuit Cajum presbyterum Romanum, de qvo vide Cavei Hiſt. litterar. ad A. C. 210.

Concertatio cum hæretico quodam Epheſi, ab hæretico illo conficta & Origeni ſuppoſita, ut ipſe apud Rufinum de adulteratione libror. Origenis qveritur in Epiſtola ad charos ſuos Alexandrinos.

Epiſto-

2011 Ministerio de Cultura

Epistolarum ultra centum συναγωγὴ, qvæ ab Eusebio collecta & in libros digesta non sine magno historiæ illorum temporum detrimento intercidit. Vide Euseb. VI. 36. Hist. In his fuere præter Epistolam ad Jul. Africanum, & alteram ad Greg. Thavmaturgum qvæ extat in Philocalia, Epistola ad Philippum Imp. ejusqve conjugem Severam: ad Fabianum Rnmanum aliosqve Episcopos de fide sua: ad amicos Alexandrinos, ad Beryllum Bostrorum in Arabia Episcopum, ad Tryphonem discipulum suum. Vide Tillemont. vitam Origenis c. 24. & 36. & Huetium p. 267. seq.

Libellus de Pascha cujus meminit Anatolius Alex. Episcopus Laodicensis præf. ad Canonem paschalem: *Sed & Origenes omnium eruditissimus & calculi componendi perspicacissimus, quippe qui & χαλκευτὴς* (leg. *χαλκέντερος*) *vocatus libellum de Pascha luculentissime edidit.* Ibidem nonnulla exinde producit. Omitto qvæde *Astrolabio* & breviario Origenis nescio ubi latente incerta fide qvidam tradiderunt.

Stromatum libri X. ad Clementis Alex. imitationem scripti, & Philosophorum Ethnicorum placita cum sacrorum librorum dogmatis conferentes. Meminit ipse in Joh. p. 237. & Eusebius VI. 24. ac sæpius Hieronymus.

Monobiblia. Hieron. apud Rufin. invectiv. 1.

Deniqve juvenis etiamnum Alexandriæ non modo disciplinas liberales & *προπαιδεύματα* docuit, atqve ad varias Philosophorum sectas intelligendas auditores suos introduxit, sed & teste Eusebio VI. 18. *πρὸ δὲ τούτοις συγγράμματα διηγήσατο, ὑπονημαπιζόμενός τε καὶ θεωρῶν ἕκαστα.*

Eusebius idem VI. 32. Hist. testatur se accuratum scriptorum Origenis indicem texuisse in vita Pamphili Martyris: qvod se feciisse qvoqve Hieronymus c. 54. Catalogi narrat in Epistola ad Paulam, qva Origenis opera contra Varronis ponens contulerit. Sed nec hæc Epistola præter fragmentum apud Rufin. 1. invectiva, neqve vita Pamphili integra ad nos pervenit. Corruptam Bibliothecam Origenis & Pamphili in membranis instaurare conatus est Evzoius Thespesii Rhetoris cum Gregorio Naz. auditor, & postea Episcopus Cæsareensis, ut idem Hieron. c. 113. de Script. Eccles. auctor est.

2011 Ministerio de Cultura

Tabella Chronologica ſcriptorum plerorumq; Origenis.*

A. C.	ætat. Origenis	
210.	26.	ὑπομνήματα in Philoſophos variarum ſectarum. Euſeb. VI. 18. (*Alexandriæ.*)
		tomus in Canticum à juvene ſcriptus.
217.	33.	inchoata Hexapla, Tetrapla &c.
228.	44.	Epiſtola ad Julium Africanum de Hiſtoria Suſannæ.
ante A. 231.	47.	tomi in Pſalmos 25. primores. Euſeb. VI. 24.
		Libri duo de reſurrectione.
		Tomi V. in threnos. Primi V. tomi in Johannem. Primi VIII. in Geneſin. In Exodum. In Judices.
		Libri IV. de Principiis.
		X. libri Stromatum.
		Liber de precatione.
		Homiliæ in Lucam.
235.	51.	Protrepticum ad Martyrium.
poſt A. 237.	53.	tomi poſteriores in Johannem & in Geneſin.
238.	54.	tomi XXX. in Eſaiam, (*Cæſareæ Paleſtinæ*) Euſeb. VI. 32.
240.	56.	tomi XXV. in Ezech. & V. in Cantic. (*Athenis.*)
		Epiſtola ad Greg. Thavmaturgum qvæ legitur in Philocalia.
241.	57.	Homiliæ IX. in Pſal. 36. 37. 38. tomi poſtremi V. in Canticum, (*Cæſareæ.*)
poſt A. 244.	60.	Homiliæ variæ extemporales qvas à notariis excipi permiſit, ſexagenario major. Euſeb. VI. 36.
		tomi XXV. in Matth. & XV. in Epiſt. ad Rom.
		Tetrapla, Hexapla, Octapla perfecta (*Tyri*) Epiphan. de ponderibus & menſur. n. 18.
		XLV. homiliæ in Jeremiam. XIV. in Ezechiel.
		Homiliæ in Geneſin, Exodum, Leviticum, Numeros.
		Tomi in I. ad Theſſalonicenſes.
247.	63.	In Prophetas minores.
		Epiſtola ad Fabianum & alios Epiſcopos de fide ſua.
249.	65.	libri VIII. contra Celſum.
		Homiliæ in Joſuam.
poſt A. 251.	67.	Epiſtolæ variæ. Hæc

* Confer Huetium pag. 269. ſq. Tillemontii not. 41. ad Origenis vitam, & Sam. Baſnage ad A. C. 203. n. 22. ſeq. & A. 336. n. 3.

2011 Ministerio de Cultura

Hæc de ſcriptis Origenis dixiſſe ſufficiat, *ex quo uno ſi ſalvus perduraſſet*, *plus lucis* Dallæo * judice *nobis quam ex reliquis* (Patribus) *aliis, & à quo forſan potius quam à cæteris omnibus haberemus in quo acquieſceremus. Sed paucula ſunt & maximam partem fœdè lacera & miſere immutata quæ ſub illius nomine feruntur. Magni enim & mirandi iſtius viri monumenta, neq; temporum neq; hominum injuriam ſuperare potuerunt. At q; haud ſcio annon horum invidia gravius eum afflixerit, quam ipſa tot ſæculorum vetuſtas quæ ab ipſius morte ad nos fluxerunt.* Utinam ſcripta Origenis inedita qvæ apud Græcum Epiſcopum in Chio Inſula vidiſſe affirmavit vir doctus *Fr. Vernonius* Anglus, in publicos Eccleſiæ uſus proferantur.

Scripta Varia Origenem ſpectantia.

Gregorii Thavmaturgi Panegyricus in Origenem Præceptorem ſuum, de qvo infra inter Thavmaturgi Opera.

Pamphili Martyris & *Euſebii* Apologia pro Origene libris VI. è qvibus primus è Rufini verſione, in latinis Origenis editionibus & inter Hieronymi Opera: atqve ex cæteris excerpta pauca apud Photium Cod. 118. extant. Idem Cod. 117. recenſet *Anonymi* opus Euſebio poſterioris & in qvinqve libros diſtributum pro eodem Origene. Qvemadmodum ex *Antipatri Boſtrenſis* confutatione Apologiæ Pamphili qvædam leguntur in Actis Concilii Nicæni T. 7. Concil. edit. Labbei p. 368.

Rufinus de depravatione librorum, præcipue Origenis, liber, in latinis Origenis editionibus.

Jo. Pici Mirandulani diſſ. de ſalute Origenis, p. 131. ſq. Operum, *Jacobus Mærlinus* in Apologia pro Origene, & Apologia Apologiæ tribus libris conſtante & adhuc inedita, de qva Huetius p. 230. Origenianor. *Eraſmus* de Origenis Vita, phraſi, docendi ratione & operibus Origenis cum ſingulorum librorum Cenſuris T. VIII. Opp. p. 362. ſeq. & ante editiones Origenis Eraſmianas: Georgius Wicelius in Hagiologio. Gilberti Genebrardi collectanea editioni Operum Origenis à ſe curatæ præmiſſa.

Petri Halloixii Origenes defenſus, ſive Origenis vita, virtutes & documenta libris IV. Leodii 1648. fol.

A letter of reſolution concerning Origen and the chief of his Opinions, by *C. L.* Esqvire. Lond. 1661. 4. Recuſus hic liber dignus examine accuratiore in volumine primo collectionis variorum opuſculo-

* Jo. Dallæus de uſu Patrum c. 1. pag. 6.

2011 Ministerio de Cultura

ſculorum qvæ prodiit Londini A. 1708. 8. ſub titulo *Phœnix, or a revival of ſcarce and valuable pieces.* Poterat etiam addi libellus itidem Anglice editus Lond. 1683. 12. ſub titulo: *the future ſtate, or a diſcourſe attempting ſome diſplay of the Souls happineſs in regard to that eternally progreſſive knowledge or eternal increaſe of knowledge and the conſequences of it, which is amongſt the bleſſed in heaven.* Qvo in libello paginarum 159. explicatur doctrina Origenis lib. 2. περὶ ἀρχῶν c. ult. de beatitate animarum ſempiterna, qvam conſiſtere putat in faciendis majoribus ſemper in æternum incrementis ſcientiæ & cognitionis, contemplatione primò operum DEI in hac terra, deinde in aëre, atqve globorum cœleſtium infinito numero, ac deniqve DEI ipſius.

Hiſtoire de Tertullien & d'Origene par Mr. *de la Motte.* Pariſ. 1675. 8.

Stephani Bineti S. I. de ſalute Origenis, & an plerumqve illuſtriora ingenia ſint perverſiora. Pariſ. 1629. 8vo. 1631. 12.

De erroribus Origenis multa è veteribus *Methodius* apud *Epiphanium* & *Photium*: *Hieronymus* in Epiſtolis & contra Rufin. *Juſtinianus Imp.* Epiſtola ad Mennam qvæ latine ex Codice Antonii Auguſtini primum edita à Baronio ad A. C. 538. n. 34-82. recuſaqve Græce & Lat. T. V. Concil. p. 635. ubi & p. 679. altera Epiſtola ad Synodum CPol. adverſus Origenem & ejus ſectatores.

Paganinus Gaudentius de dogmatum Origenis cum dogmatis Platonis comparatione, Florent. 1639. 4. ſubjunctis ſalebris Tertullianeis, & Vita Chriſtianorum ante tempora Conſtantini M. Confer ſi placet qvæ de Platoniſmo Origeni objecto noviſſime diſſeruit P. Baltus S. I. in defenſione SS. Patrum Platoniſmi accuſatorum lib. 2.

Jo. Fechtii (hodie Theologi Roſtoch.) Exercitatio Hiſtorico Theologica de Origene & Origenianis, habita Witebergæ ſub præſidio D. *Jo. Meiſneri*, editaqve A. 1665. 4.

Jo. Henr. Horbii (Paſtoris deinde ad S. Nicolai Hamburgenſis) Hiſtoria Origeniana. Francof. 1670. 4.

Jo. Franciſci Buddei (hodie Theologi Jenenſis) exercitatio de allegoriis Origenis Witeberg. 1689. 4. & in ejus parergis Hiſtorico Theol. p. 139. *Godfridi Tilmanni* Allegoriæ in Sacram Scripturam ex Origene & aliis collectæ. Pariſ. 1574. 8.

Petri

2011 Ministerio de Cultura

Petri Zornii Hamburgenſis de Evnuchiſmo Origenis Adamantii exercitatio, qva illum in dubium vocat (contra nimis perſpicua repetitaqve Veterum teſtimonia.) Gieſſæ Haſſorum, præſide D. Jo. Henrico Majo Theologo Gieſſenſi, 1708. 4. Cæterum evirationem tum temporis non fuiſſe Canonicum Ordinationis impedimentum diſputat Natalis Alex. ſec. 3. diſſ. 15. qv. 1. Contrarium viſum Samueli Baſnagio T. 2. Annal. p. 231.

Hiſtoire des mouvemens arrivez dans l'Egliſe au ſujet d' Origene & de ſa Doctrine, par le *Lovis Doucin*, S. I. Paris 1700. 12. Videndus etiam *Jo. Garnerius* ad Marium Mercatorem T. 1. & *Henricus Noris* in Hiſt. Pelagiana & diſſ. de qvinta Synodo. *Caſp. Sagittarius* introduct. ad Hiſtoriam Eccleſ. p. 113. ſqq. ubi de Origeniſtis & adverſariis Origenis.

Jo. Vindetus Anglus in libro erudito de vita functorum ſtatu p. 40. promiſit Origenis ac Plutarchi vitas & decretorum parallelismum. Idem p. 39. docet dogma de Merempſychoſi per calumniam Origeni impactum fuiſſe, qvod probat etiam *Jo. Baptiſta Criſpus* de Philoſophis caute legendis p. 464. ſeq. Sic idolis ſacrificaſſe Origenem ut traditum Epiphanio, LXIV. 2. fabulis adſcribunt Baronius, Huetius, Raynaudus, Valeſius, Halloixius, Tillemontius, & noviſſime Sam. Basnagius qvem vide ad A. C. 203. n. 20. Sed veriſſimum eſſe contendunt Natalis Alex. Sec. III. diſſ. 15. Antonius Pagi ad A. C. 251. n. 6. ſeq. Petavius ad Epiphan. & Huetius p. 22. Origenianor.

Scripta de Operibus Biblicis Origenis, Tetraplis, Hexaplis atqve Octaplis, notisq; Criticis & aſteriſcis allegavi ſupra lib. III. cap. 12. §. 12, 13. qvibus addes qvæ Clariſſimus Vir *Jo. Erneſtus Grabius* noviſſime obſervavit in Epiſtola ad doctiſſ. Millium de genuino LXX. Interpretum exemplari & tribus novæ edit. ſpeciminibus Oxon. 1705. 4. tum in prolegomenis ad novæ ſuæ luculentæ editionis Græcæ Bibliorum volumen primum & tertium, & deniqve in diſſ. A. 1710. 4. vulgata *de variis vitiis LXX. Interpretum verſioni ante B. Origenis ævum illatis, & remediis ab ipſo in Hexaplari ejusdem Verſionis editione adhibitis, deque hujus edit. reliquiis tam Manuſcriptis quam prælo excuſis.*

XVII.

2011 Ministerio de Cultura

XXVII. *INDEX Scriptorum & Hereticorum.*

ab Origene in ſcriptis Græce editis memoratorum.

C. denotat libros contra Celſum, edit. Cantabrig. H. a. b. Commentarios ab Huetio Græce ac Latine editos duobus tomis: M. dialogum contra Marcionitas & qvæ ipſi ſubjuncta ſunt. O. librum de Oratione edit. Wetſtenianæ Baſil. ac deniqve P. Philocaliam edit. Cantabrig.

ABaris C. 129.
Ægytiorum ἱστορία. C. 13. Theologia. C. 16. 18. 121. 254. H. a. 85.
Ad Africanum Origenes ſcripſit epiſtolam de Suſanna M. 222.
Ἀγνώμων. Vide infra, Baſſus.
Ambroſius Origenis ἐργοδιώκτης C. 1. 112. 161. 231. 275. 332. 428. H. a. 38. b. 3. 44. 87. 92. 93. 342. 373. P. 26. M. 201. & 247. (ubi & uxoris ejus Marcellæ mentio) O. 2. ſq. 148.
Anaxagoras C. 215. 238.
Anaxarchus C. 367. 368. 369.
Anicetus. M. 247.
Antiphontis Rhetoris φιλαλήθης. C. 176.
Antiſthenes. C. 336.
Apelles hæreticus. C. 267.
Ad Apocrypha non confugiendum. H. a. 498. Vide infra Elias, Enoch, Eſaias, Hermas, Joſephus, Judæi, Petrus.
οὐ τὸν καλὸν ἡμῶν Πάπαν Ἀπολινάριον ἄσασθαι M. 247.
Apollonius (Magus) C. 302.
Aqvila. Catena in Job. c. 22. 29. δουλεύων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει. M. 224. 225.

Archi-

2011 Ministerio de Cultura

Archilochus Parius C.74. ejus jambi impuri & virulenti, 125.
Ariſtander de Platone. C.280.
Ariſteas Proconnenſius. C.113. 125. 129. ejus Arimaſpia carmina 126.
Ariſtobuli ſcripta perantiqva. C.198.
Ariſtophanes Comicus. C.356.
Ariſtoteles. C.18. 51. 67. 119. 333. 407.
οἱ ἐν ἡμῖν ἀσκηταί. C.264.
Barnabæ Epiſtola Catholica. C.49.
Baſilides hæreticus. H.a.110. 159. 277. 287. *Catena in Jobi* cap. 41. Ejus Odæ id. p.345. edit. Venetæ ex verſione Pauli Comitoli.
Baſſus Origenis ἑταῖρος, M.223. cum qvo diſputavit ſive ἱερὸν διάλογον habuit 220. ubi ἀγνώμων appellatur. Confer Tillemont. ad vitam Origenis nota 20.
Brachmanes Indorum. C.19.
Cabiri. C.291.
Cainani hæretici. C.119.
Callimachus. C.137.
Celſus Epicureus C.8.97. 159. 163. 186. 200. 213.
Celſi λόγος ἀληθὴς qvem Origenes confutavit. C.14. 31. incertum idemne qvi ſcripſit κατὰ μαγείας βιβλία πλείονα. 53. ὁ κατὰ χριστιανῶν ἄλλα δύο βιβλία συντάξας. 186.
Celſi duo Epicurei. C.8.
Cerinthus hæreticus H.b.322. 597.
Chæremonis Stoici σύγγραμμα περὶ κομητῶν. C.45.
Chaldæorum ἀπατηλὸς γενεθλιαλογία. C.330.
Chryſippus C.31. 67. 268. 410. ἐν τῷ περὶ παθῶν θεραπευτικῷ. 50. 411. Solenſis, ὁ τὴν σοὰν τῶν φιλοσόφων πλοῖς συγγράμμασι συνεπῆς κεκοσμηκέναι νομιζόμενος παρερμηνέυει τὴν γραφὴν τὴν ἐν Σάμῳ &c. 196. ἐν τῇ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν εἰσαγωγῇ 206.
Cleanthes. C.67. ab hoc præceptore ſuo ſubinde recedit Chryſippus, ibid.
Clementis Romani περίοδοι λόγῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ. P.8.
Epiſtola ad Hebræos illi à qvibusdam adſcripta. H.b.430.
Commentatores in Matthæum ante Origenem. H.a.368.e.
Crates Philoſophus Thebanus. C.84. H.a.382.
Cynici. C.142.

2011 Ministerio de Cultura

Democritus C. 84. 375. 407.
οἱ Δημοκείτειοι C. 32.
Demosthenes Orator. C. 176.
Diogenes Cynicus. C. 84. 294. 336.
Dionysius Ægyptius, Musicus, Celsi familiaris. C. 302.
Dositheus, hæreticus C. 44. 282. P. 14. Samaritanus H. b. 219. Ἀφ' ἧς δεῦρο μέχρι εἰσὶν οἱ Δωσιθειανοὶ φέροντες καὶ βίβλους τοῦ Δωσιθέου καὶ μύθους τινὰς αὐτοῦ διηγούμενοι ὡς μὴ γευσομένου θανάτου. Ibid.
Drosserius Valentinianus loqvens inducitur dialogo contra Marcionitas.
Druides. C. 14.
Ebionitæ hæretici. C. 56. 272. 274. P. 17. 56. H. a. 176. 249. 428. b. 154. 322. 397.
Ἡ ἑβραϊκὴ λέξις. H. a. 438. seq. M. 240. sq.
Ebræus à qvo Origenes didicit sensum loci de Corbane. H. a. 245. & plura alia M. 229. alius. 230.
ὁ Δανιὴλ τῶν ἑβραίων. M. 223. seq.
Eliæ Apocrypha. H. b. 180.
Empedocles C. 26. 359. 412.
Encratitæ hæretici. C. 274.
Enochi liber. C. 267. H. b. 132. ex eo videtur qvod H. a. 7. Origenes scribit Astrologiam homines ab Angelis edoctos.
Epicurei. C. 77.
De Esaia dissecto narratio ἐν τῷ ἀποκρύφῳ Ἡσαΐᾳ H. a. 225. M. 232.
Eutropius judex loqvens inducitur in dialogo contra Marcionatas. ἱερώτατος δικαστής. M. 64. 69. ab Ecclesia peregrinus 158.
Græci ἐν τοῖς περὶ προνοίας. C. 163.
Harpocratiani ἀπὸ Σαλώμης. C. 272.
Hecatæi Historici περὶ Ἰουδαίων φέρεται βιβλίον. C. 13.
Heleniani ab Helena dicti Simoniani. C. 272.
Heracleon Valentinianus. H. b. 60. 68. 94. 112. 113. 117. 122. 129. 148. 158. 167. 181. seq. 187. 189. 205. 209. 211. 213. 217. 220. 221. 223. 224. 227. 230. 233. 236. 238. 242. 244. 245. 246. 248. 255. 275. 280. 293. 308. 312. 314. 320. 333.
Heraclitus. C. 6. 283. 303. 373.
Herennius Philo ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι. C. 13.
Hermippus ἐν τῷ ά περὶ νομοθετῶν. C. 13.
Hermotimus Clazomenius. C. 129.

Hermæ

2011 Ministerio de Cultura

Hermæ Paſtor H. a. 202. 361. b. 17.
Herodotus C. 6. 63. 125. 373. 383.
Heſiodus. C. 186. 188. 216. 359.
Hexapla. H. b. 131.
Homerus. C. 25. 51. 52. 82. 97. 108. 186. 201. 224. 225. 226. 303. 304. 335. 350. 351. 356. 422. 423.
Hymni Chriſtianorum εἰς μόνον τὸν ὅτι πᾶσι λεγόμενον Θεὸν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Θεὸν λόγον. C. 422.
Jacobi liber (protevangelium) H. a. 223.
Jaſonis & Papiſci dialogus. C. 199.
Jobus Moyſe antiqvior. C. 305.
Joſephi ψευδεπιγραφὴ, ἐκ τῶν παρ' Ἑβραίοις φερομένων ἀποκρύφων. H. b. 77.
Flavius Joſephus C. 35. 69. Ejus Ἰουδαϊκὴ ἀρχαιολογία libris viginti. H. a. 223. libri duo περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος. C. 14167.
Judæi multa de Meſſia ſciebant ἢ ἐκ παραδόσεως ἢ ἐξ ἀποκρύφων. H. b. 276.
Leonidas. C. 71.
Linus. C. 14.
Ὁ περὶ λίθων πραγματευσάμενος. H. a. 210. ὁ ἀναγεγραφὼς περὶ λίθων. 211.
Loxus de Phyſiognomonia. C. 26.
Lucæ qvidam tribuerunt Epiſtolam ad Hebræos. H. a. 430.
Lucani ſectatores Evangelium corruperunt. C. 77.
Marcelliniani à Marcellina. C. 272.
Marcion & Marcionitæ. H. a. 110. 159. 277. 287. 370. b. 91. 154. Catena in Jobi cap. 41. C. 77. 272. 312. tanguntur haud nominati O. 122. C. eorum Φάλσον Ἀποστολικόν. M. 8. 47. Evangelium. M. 128. ὁ δὲ χέτλιος Μαρκίων ῥαδιουργήσας τὰ κατ' τὸν Ἀπόστολον, ἃ πανταπάσιν ἀπήλειψε, καὶ ἕτοι μέχρι τῆς δεῦρο περιαιρῶσιν ὅσα ἂν μὴ συντρέχοι τῇ αὐτῶν γνώμῃ. 147.
Marcus & Megethius Marcionitæ ac Marinus Bardeſaniſta loqventes inducuntur dialogo contra Marcionitas.
Ἡ ἐν Μιλήτῳ Προφῆτις. C. 55.
Mithræ Sacerdotes & Myſteria. C. 8. 290. 291.
Moeragenis ſcripta περὶ τῶν Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Μάγου καὶ Φιλοσόφου ἀπομνημονευμάτων C. 302.
Mopſus vates C. 131. 355.
Muſæus C. 14.

2011 Ministerio de Cultura

Muſonius. C. 151.
Naucratitæ (Ægyti populus) C. 257.
Noëtiani hæretici. H. a. 470. b. 46.
Numenius Pythagoricus C. 13. 258. πολλῷ κρεῖττον διηγούμενος Πλάτωνα 198. ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τ' ἀγαθῦ. 13. ἐν τῷ τρίτῳ περὶ τ' ἀγαθῦ. 198. ἐν τοῖς περὶ ἀριθμῶν. id. ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀφθαρσίας ψυχῆς. 269. ἐν τῷ καλουμένῳ Ἕπτα, 198. ἐν τοῖς περὶ τόπου. id. JESU, Moyſis & Jannis atqve Jambris meminit. 198. 199.
Ophitæ hæretici. C. 119. 291 - - 297. 300. 358. 359.
Oraculum Ammonis. C. 254. 333. Amphiarai. 131. 355. Amphilochi. 131. Apollinis. 125. *Clarii.* 333. 336. *Didymæi* 55. *Pythii*, ibid. 63. 125. 333. 334. 335. 336. Branchidarum. 333. 336. Æſculapii 113. Ariſteæ Proconeſii & Clazomenii cujusdam, Cleomedisqve Aſtypalenſis. ibid. Dodoneum. 333. 336. Pythia aliqvando corrumpi ſe paſſa. 407.
Oraculum Laio redditum. C. 73.
Origenis cum Judæorum ſapientibus diſceptatio de veritate Religionis Chriſtianæ. C. 34. 42. 43. 79.
Orpheus. C. 14. 94. 95. 359. 367. 368.
(Panthera miles C. 25. 26. 54.
Papiſci & Jaſonis dialogus. C. 199.
Ὁ Παρὸς Ἰαμβοποιός (Archilochus) C. 74.
Parmenides. C. 359.
S. Pauli Epiſtolas admiratione dignas qvi non agnoſcit, ipſe ridiculus eſt. C. 122.
Peripatetici. C. 12. 32. 68. 77. 156. 375.
Perſeus ex ſervo Philoſophus. C. 144.
Petri prædicatio Apocrypha ab Heracleone lecta. H. a. 211.
Phalaris. C. 208. 245.
Pherecydes. C. 14. 15. 223. 227. 303.
Phidias ſtatuarius. C. 389.
Philiſtio ὁ μῖμος. M. 223. 238. 239.

Philo

2011 Ministerio de Cultura

Philo Judæus. H. a. 368. 475. C. 198. περὶ ἧς (κλίμακος ἧς Ἰακώβ) καὶ τῷ Φίλωνι συντέτακται βιβλίον ἄξιον φρονίμου καὶ συνετῆς ψυχῆς τοῖς φιλαληθέσιν ἐξετάσεως. 289. seq. Respicit Philon. de somniis.
Herrennius Philo ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι. C. 13.
Phlegon. C. 13. 14. 96.
ἐν τρισκαιδεκάτῳ ἢ τεσσαρεσδεκάτῳ οἴμῳ τῶν χρονικῶν. C. 69. 80.
Pindarus C. 125. 255.
Plato C. 16. 26. 29. 31. 70. 149. 159. 173. 186. 190. 198. 202. 204. 205. 227. 275. 276. 278. 280. 281. 287. 288. 316. 350. 352. 360. Apologia. 283. 383. Crito. 370. διάλογοι. C. 16. Ex Epistolis. 276. 278. 280. 283. 287. De Legibus 285. 286. Ex Phædone 97. 350. 352. Phædro 288. 382. Philebo 20. 169. De Rep. 12. 15. 23. 186. 198. Symposio 189. Theæteto 205. Timæo. 173. 205. 281. 316. 360.
Platonici C. 235. 245.
Plutarchus ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. C. 268.
Polemon à Xenocrate ad frugem reductus C. 50. 152.
Polemon Physiognomicorum scriptor. C. 26.
Polycletus statuarius. C. 389.
Protesilai Thessali reditus ex inferis. C. 94. 95. Rampsiniti Ægyptii, Thesei. &c.
Ptolemæi μαγγανείαν volentis Sarapin Alexandrinis Πτιφανῆ δεῖξαι Θεόν. C. 257.
Pythagoras C. 6. 13. 14. 26. 94. 159. 227. 244. 280.
Pythagorici. C. 6. 7. 76. 142. 245. 264. 397.
Σαββάδιοι C. 8. ubi junguntur μητραγύρταις, τερατοσκόποις, Μίθραις (forte μιθριακοῖς.)
Sadducæi. H. a. 227. 264. 485. 486. 487. 499.
Saitæ (Ægypti populus) C. 257.
Samaritani H. a. 486. b. 199. 205. 208. 218. 219. 220. 245. 327. 328. 329. 486. C. 68.
Seres & aliæ impiæ gentes, Numidæ (Νομάδες) & Scythæ legibus & religione destitutæ, si Celso credimus. C. 373.
Sextus Pythagoricus. C. 397.
Sexti sententiæ. H. a. 368.

2011 Ministerio de Cultura

Sibyllæ, Sibyllina Oracula. C. 368. 369. Chriſtiani ab Ethnicis dicti Sibylliſtæ. 272.
Simoniani dicti etiam Heleniani. C. 272.
Simon Magus, Samaritanus. H. b. 36. C. 44.
Socrates C. 5. 50. 71. 151. 189. 227. 277. 280. 335. 369.
Solon. C. 155.
Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερός τ' Ευριπίδης. C. 335.
Stoici C. 17. 18. 156. 169. 194. 208. 209. 212. 235. 244. 245. 309. 324. 325. 341. 356. 425. eorum ſophiſma, λόγ@ λεγόμ 73. 75.
Symmachus *Caten. in Job.*, cap. 22. 29. 21. &c.
Tachygraphis uſus Origenes. H. b. 94.
Tatianus. O. 82. ejus λογ@ πρὸς Ἕλληνας C. 14.
Tatiana cui & Ambroſio Origenes librum de Oratione inſcripſit. O. 3. 148.
Theodotio. M. 224. 225. *Catena in Job.* cap. 22. &c.
Thraſymachus (apud Platon.) C. 15.
Thucydides. C. 392.
Trophonii cultus apud Labadienſes. C. 131.
Valens hæreticus Valentinianus, qvi loqvens inducitur dialogo contra Marcionitas. M. 96. 98.
Valentinus hereticus H. a. 110. 159. 277. 287. M. 85. 89. 96. 98. *Catena in Job.* cap. 41. Ejus Pſalmi. pag. 345. edit. Venetæ ex verſione Pauli Comitoli.
Valentiniani H. a. 3. 4. 15. 16. & ſingulis paginis ad 26. 40. 63. 102. 110. 200. 204. 214. 215. 220. 252. 261. 267. 293. 300. 304. 307. 317. 324. 353. 365. 378. 403. 423. 426. 470. 475. 493. 496. b. 14. 24. 38. 71. 74. 79. 212. 213. 263. 266. 292. 322. 397. C. 77. 271. 298. 299.
Xenocrates Philoſophus C. 50. σεμνόλογ@. 125.
Zaleucus C. 155.
Zamolxis ex Pythagoræ ſervo Philoſophus. C. 94. 144. ejus cultus apud Getas. 131.
Zeno Cittieus C. 10. 144. 200. 245. 374. 401. 410. ἐν τῇ πολιτείᾳ. C. 6.
Zeuxis pictor. C. 389.
Zopyrus Phyſiognomon. C. 26.
Zoroaſter Perſa. C. 14.

2011 Ministerio de Cultura

XXVIII. S. GREGORIUS, alio nomine *Theodorus*, a) nobilibus & opulentis parentibus Ethnicis b) natus Neocæsareæ Ponti: post illorum obitum cum juvenis qvatuordecim annorum c) jam aliqvo Christianismi amore tangi cœpisset, ac deinde latinæ lingvæ atqve eloqventiæ Græcæ studiis imbutus, Legum Romanarum addiscendarum causa Berytum d) peteret, una cum Firmiliano patricio Cappadoce, e) Episcopo postea Cæsareensi, fratreqve suo Athenodoro, itidem deinde Episcopatu Ponti functo f) deflexit Cæsaream Palæstinæ, ibiq; detentus ab Origene, per octo annos g) ab ejus ore tum in illa urbe tum Alexandriæ h) tum iterum Cæsareæ pependit, & ab illo ad CHRISTUM adductus i) Philosophicisqve primum disciplinis imbutus, tum præsertim Sacram doctrinam edoctus est. Cæsareâ circâ A. C. 239. decedens Origenem præsentem, convocata magna freqventia celebravit, eiq; gratias egit insigni sermone Panegyri-

co

a) Hujus nominis non facit mentionem Greg. Nyssenus, neq; Basilius. Sed Eusebius VI. 30. Hist. ubi celeberimos ex Origenis discipulis ait fuisse Theodorum ὃς ἦν αὐτὸς ἑτ῀ ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητ῀ Γρηγόρι῀, & fratrem ejus Athenodorum. Hieronymus c. 65. de S. E. *Theodorus qui postea Gregorius appellatus*, Sophron. Θεόδωρ῀ ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόρι῀. Pro quo Suidas: Γρηγόρι῀ ὁ καὶ Θεόδωρ῀. Notum est adultos in baptismate novum nomen frequenter adsciviss, quo de ritu vide Josephum Vicecomitem lib. 2. c. 13. de ritibus baptismi, Edmundum Martene, aliosque. Ex Theodoro & Gregorio male duos diversos Origenis discipulos facit Nicephorus V. 20. reprehensus eo nomine à Caveo in vita Thavmaturgi c. 3.

b) Gregorius ipse panegyr. in Origenem p 183. edit. Moguntin. & Gregorius alter, Nyssenus in laudatione Gregorii Thavmaturgi T. 2. p. 969. d. 970. a.

c) Thavmaturgus ipse p. 183.

d) Id. p. 186. 187. 188. Fallitur itaque Hieronymus scribens Gregorium Beryto Cæsaream transiisse, & Socrates IV. 27. qui Gregorium ad Origenem perveniss tradit, postquam ἐν τῇ Βηρύτῳ νόμ῀ ἐμάνθανε. Cæterum Berytum Phœniciæ urbem, tum temporis celeberrimam fuisse Juris scientiæ addiscendæ palæstram, multis veterum testimoniis constat, ut ad Eunapium notavi.

e) Nyssenus p. 974.

f) Euseb. VI. 30. VII. 14. & 28. Hist. Theodoritus II. 9. hæret. fabularum. Cæterum Suidæ in Γρηγόρ. memoratum περὶ σαρκώσεως καὶ πίσεως λόγον, non Athenodoro (quem Sophistam Suidas appellat) tribuerim cum Tillemontio T. 4. memor. Hist. Eccles. p. 621. in Thavmaturgi vita c 2. Sed Gregorio fratri. De Athenodoro illo videndus Baron. ad Matyrolog. Rom. 18. Octobr. & Bollandus ad 9. Febr.

g) Ita Thavmaturgus ipse p. 170. videtur innuere, licet quinquennium tantum memorat Hieronymus ex Eusebii VI. 30. Hist.

h) Vide Tillemont p. 669.

i) Hieron. de S. E. c. 65. Suidas in Γρηγόρ.

2011 Ministerio de Cultura

co qvi etiamnum extat, & à Pamphilo k) Apologiæ Origenis pridem insertus fuit. Origenis ad Gregorium Epistolam habes c. 13. Philocaliæ. Absens inde à Phædimo Episcopo Amaseno l) consecratus est primus Episcopus Neocæsareensis, licet vix septendecim * tum in illa urbe essent Christiani. In Episcopatu suo inter varias persecutiones tam felicibus successibus usus est, ut vix totidem Neocæsareæ superessent Ethnici, m) cum vita excederet imperante Aureliano, ** hoc est non ante A. C. 270. Interfuit una cum Athenodoro fratre suo Episcopis n) Pauli Samosateni hæresin Antiochiæ A. C. 265. redarguere gestientibus. A virtute & doctrinæ præstantia *Magni*, o) à miraculis *Thavmaturgi* sive τερατουργῦ & *alterius Mosis* p) cognomen tulit. *Martyrem* nemo ante Rufinum dixit, celebrant tamen Martyrologia & Menologia 17. Novembr. Et late accepto vocabulo Martyrem vocari recte monet Lambecius T. 2. pag. 270. Ex scriptis ejus hæc ad nos pervenere:

1. Παναγυρικὸς εὐχαριστίας sive θεοσφωνητικὸς *ad Origenem*, Cæsareæ Palæstinæ circa A. C. 239. dictus extat, Græce cum versione & notis, in edit. Gerh. Vossii p. 169-224. Sed latinam versionem *Sirmondi* esse testatur Labbeus T. 1. p. 374. idq; se ex ipso Sirmondo accepisse jam grandi ætate. Observant & alii cæteris à Vossio Tungrensi Episcopo translatis videri cultiorem. Editum qvoqve ab *Hoeschelio* sub idem tempus hunc panegyricum cum brevibus notis Græce & Latine ad calcem

k) Vide Socratem IV. 27.

l) Nyssenus p. 976. seq. Niceph. VI. 17.

* Basilius de Spiritu S. c. 29. Nyssenus p. 977.

m) Id p. 1006. seq.

** Apud Suidam pro *Juliani* nomine *Aurelianum* ex MSS. Codicum fide reposuit Clariss. Kusterus. Ita & menologia 17. Nov.

n) Euseb. VII. 28. Hist. & Theodoritus II. 9 hæreticar. fabular.

o) Magnum passum nominant Basilius Epist. 62. sq. & de Spiritu S. c. 29. Nyssenus & alii. Miracula ipsius Nyssenus plura refert, plura etiam p. 1009. quod incredibilia videri possint prætermittere se testatus. Nonnulla itidem suæ Eusebii Hist. versioni inseruit Rufinus, ut Basilii, Socratis & aliorum veterum testimonia omittam. Mich. Pselli πρὸς τὸν Πρωτοσύγγελλον περὶ τῦ ἁγίυ Γρηγορίυ τῦ θαυματουργῦ nondum vidit lucem.

p) Basilius de Spiritu S. ad Amphiloch. c. 29. T. 2. p. 220. etiam ab ipsis veritatis hostibus hæreticis δεύτερον Μωυσῆν appellatum testatur. Idem elogium ei tribuit Nyssenus p. 975.

2011 Ministerio de Cultura

cem librorum Origenis contra Celſum, Auguſtæ Vindel. 1605. 4. idem Labbeus notavit. Meminit hujus Orationis Hieronymus c.65. de Scriptor. Eccleſ.

2. *Metaphraſis in Eccleſiaſten*, male *Nazianzeno* tributa in variis MSS. ut illis de qvibus Lambecius lib.III. p.182.187.190. &c. atqve inter Orationes Greg. Nazianzeni ſæpius edita Græce & latine ex *Jac. Billii* verſione, Orat. LIII. Sed Gregorio Thavmaturgo recte vindicavit Voſſius ex teſtimoniis Hieron. de S. E. c.65. & in c.4. Eccleſiaſtæ, atqve Rufini VII. 25. Hiſt. Eccleſ. ac Svida, licet latine tantum ex interpretatione jam laudati Billii eam exhibuit: Græcolatinæ enim tunc Nazianzeni editiones nondum lucem viderant. Eadem in Eccleſiaſten Metaphraſis pridem ſub vero Gregorii Neocæſareenſis titulo prodierat latine ex Verſione *Jo. Oecolampadii* in Micropresbytico Baſil. 1550. fol. p.119. & in Orthodoxographis utriusqve editionis, ut Patrum Bibliothecas ne memorem. Prodiit itidem Græce cum notis Antvverp. 1614. 8. una cum Catena Græcorum Patrum in Proverbia Salomonis & Pſelli paraphraſi in Canticum Canticorum, additaqve latina verſio qvam Andreas Schottus contexuit ex duabus illis Jacobi Billii & Johannis Monachi Brigittiani, hoc eſt Oecolampadii, qvi aliqvando inter Monachos S. Brigittæ nomen ſuum fuit profeſſus. Illam Thavmaturgi Metaphraſin notis qvibusdam in Pariſienſi edit. Græcolatina operum Gregorii Thavmaturgi etiam illuſtravit *Fronto Ducæus*.

3. *Expoſitio fidei*, qvam * à S. Johanne Evangeliſta acceptam refert Gregorius Nyſſenus in laudatione Gregorii Thavmaturgi p.378. repetitq; qvinta Synodus T.2. edit. Binianæ Colon 1618. p.774. & Nicetas lib.1. theſauri Orthodoxæ fidei c.32. Eandem qvoniam brevis eſt, hoc loco integram dabo cum verſione Rufini, qvi eam latinæ verſioni Euſebii Hiſt. VII. 25. ad ædificationem, ut ait Eccleſiæ, inſeruit.

Εἷς Θεὸς Πατὴρ λόγου ζῶντος, Σοφίας ὑφεσώσης καὶ δυνάμεως καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου. Τέλειος τελείου γεννήτωρ, πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς. Εἷς

Unus DEUS *Pater Verbi viventis, Sapientiæ ſubſiſtentis & Virtutis ſuæ & figuræ, perfectus perfecti genitor Patersilii unigeniti.* Unus Dominus,

Ii *ſolus*

* Narratio illa de revelatione Gregorio facta parum credibilis videtur B. Dorſcheo Heptade diſſ. VI. Cæterum hæc eſt *Gregorii Thaumaturgi Apocalypſis*, ad quam Elias Cretenſis notat reſpicere Nazianzenum Orat. 37. p.609. Eadem laudatur & à S. Germano atque in definitione Apocriſiariorum Gregorii IX. Papæ: tum à Johanne Vecco & Georgio Metochita in Allatii Græcia Orthodoxa T.2. p.484. 735. 952. 986. & 1056.

2011 Ministerio de Cultura

ſolus ex ſolo, † *figura & imago Deitatis, verbum perpetrans,* q) *Sapientia comprehendens omnia, & virtus qua tota creatura fieri potuit. Filius verus Veri & inviſibilis ex inviſibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immortali, & ſempiternus ex ſempiterno.* Unus Spiritus Sanctus *ex* DEO *ſubſtantiam habens, & qui per Filium apparuit, imago filii perfecti, perfecta: viventium cauſa, ſanctitas ſanctificationis præſtatrix, per quem* DEUS r) *ſuper omnia & in omnibus cognoſcitur, & Filius per omnes.* Trinitas *perfecta, majeſtate & ſempiternitate & regno* s) *minime dividitur neque abalienatur. Igitur neque* * *factum quid aut ſerviens in Trinitate, neque ſuperinductum tanquam antehac* t) *quidem non ſubſiſtens, poſtea vero ſuperingreſſum. Neque ita defuit unquam Filius Patri, neque Filio Spiritus Sanctus, ſed invertibilis* u) *& immutabilis eadem Trinitas ſemper.*

κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ. Χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς Θεότητος, λόγος ἐνεργός. Σοφία τῆς τῶν ὅλων συναθροίσεως περιεκτική, καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική, υἱὸς ἀληθινὸς ἀληθινοῦ Πατρός. Ἀόρατος ἀοράτου καὶ ἄφθαρτος ἀφθάρτου καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. Καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, καὶ διὰ υἱοῦ πεφηνὸς δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις. Εἰκὼν δὲ υἱοῦ, † τελείου τελεία. Ζωὴ ζώντων αἰτία, πηγὴ ἁγία, ἁγιότης ἁγιασμοῦ χορηγός, ἐν ᾧ φανερούται Θεὸς ὁ Πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι, καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς ὁ διὰ πάντων. Τελὰς τελεία δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένη μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε ἔν τι σὸν ἢ ἄλλο ἐν τῇ Τριάδι, ὅτε ἐπεισακτόν τι ὡς πρότερον μὴ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. Οὔτε ἦν ἐνέλιπέ ποτε υἱὸς Πατρί, οὐδὲ υἱῷ πνεῦμα, ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ τριὰς ἀεί.

Hanc

† Antiquum Pſalterium MS. latinum aureis ſcriptum literis, quod Hadriano I. Papæ donavit Carolus M. apud Lambec. T. 2. p. 270. legit: *ex ſolo DEO.*

q) Id. *penetrans*, minus bene.

† Alii ut Concilior. editores diſtinguunt ſic: εἰκὼν τοῦ υἱοῦ τελείου, τελεία ζωὴ ζώντων, αἰτία, ἁγιότης κ. τ. λ.

r) Pſalterium vetus apud Lambec. *Deus ſolus.*

s) Gregorius Naz. Orat. 37. p. 609 Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν υἱὸν, Θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, Θεότητα μίαν δόξῃ καὶ τιμῇ καὶ οὐσίᾳ καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην, ὡς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν Θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. Idem Orat. 40. p. 668. οὐδὲν τῆς τριάδος ξένον, οὐδὲ κτιστὸν οὐδὲ ἐπεισακτον, ἥκουσα τῶν σοφῶν τινος λέγοντος.

* Hæc & quæ ſequuntur, male pro Nyſſeni non Thavmaturgi verbis habuere Nyſſeni editores, hosque ſecutus Elias du Pin T. 1. Bibl. ſcriptor. Eccleſ. p. 185. itaque & illa omiſit Clariſſ. Caveus in Thavmaturgi vita §. 7. ubi hanc ἔκθεσιν fidei, Græce & Anglice exhibet.

t) Pſalter. apud Lambec. *ante hoc*, minus bene.

u) Id. *inconvertibilis*, & deinde: *ſemper manet.*

2011 Ministerio de Cultura

Hanc fidei confessionem Petavius non negat esse Thavmaturgi (ut scribit Labbeus p. 373. cum altera τῇ κατὰ μέρος πίστει eam confundens) sed agnoscit, & *illustre monumentum traditionis Ecclesiasticæ ac Catholicæ de Trinitate professionis* appellat prolegom. ad dogm. Theol. de Trin. c. 4. n. 5. In qvibusdam Codd. Hieronymi c. 65. de S. E. inter Thavmaturgi scripta memoratur etiam *de fide*, sed in plerisqve & in Græca versione & apud Freculfum desideratum. Apud Honorium Augustod. est: *& alias de fide Epistolas*, pro qvo Baronius ad A. C. 266. n. 20. ex Hieronymo citat: *& aliæ hujus vulgo feruntur Epistolæ, & de fide.*

Diversa ab hac fuit Gregorii expositio fidei ad *Ælianum*, qvem ab idolis ad CHRISTI fidem reducere conatus est. De illa Basilius Epist. 64. cujus verba sicut à Facundo Hermianensi lib. X. T. 2. Opp. Sirmondi p. 740. latine transferuntur, adscribam: *Immiserunt qvoddam experimentum per Epistolam ad unanimem nostrum, Anthimum Tyanorum Episcopum, quod magnus Gregorius dixerit in expositione fidei* Πατέρα καὶ υἱὸν ἐννοίᾳ μὲν εἶναι δύο, ὑποστάσει x) δὲ ἕν, Patris & Filii personas intellectu qvidem esse duas, subsistentiam autem esse unam. *Hoc autem quia non dogmatice dictum est, sed certative* (ὐ δογματικῶς ἀλλ' ἀγωνιστικῶς ἐν τῇ πρὸς Αἰλιανὸν διαλέξει) *in sermone ad Gelianum, non potuerunt conspicere qui in subtilitate sensuum semetipsos beatificant. - - Rursus vero pagano satisfaciens non arbitrabatur opus esse subtilitatis ratiocinatione circa verba. Est etiam ubi & consentiendum sit consuetudini contradicentis, ut non ad necessaria reluctetur. Quapropter & multas invenies* ibi voces qvæ nunc hæreticis maximam *virtutem præbeant, sicut* creaturam & facturam, *& si quid tale est. Multa autem dicta & de conjunctione quæ ad hominem facta est, ad Divinitatis referunt rationem qui inerudite audiunt Scripturas, quale est & hoc quod ab his circumfertur.*

Diversa etiam est, at Gregorio Thavmaturgo supposita expositio fidei altera prolixior, ἡ κατὰ μέρος πίστις, qvæ latine tantum extat ex versione *Francisci Turriani*, & cum ejus scholiis in edit. Gerh. Vossii Moguntina pag. 15 - 26. Hic mihi videtur esse, ὁ περὶ σαρκώσεως καὶ πίστεως λόγος qvem memorat Svidas in Γρηγόρ. Locum ejus Græce ex Anastasio emendatiorem producit Sirmondus ad Facundi lib. X. cap. 6. ex eadem πίστει Leontius de sectis p. 540. act. 10. affert verba: τῇ Φύσει ἑδίδε, ὅτε ἐβούλετο, ἐνεργεῖν τὰ ἴδια. Ac libro *in eos qui proferunt quædam Apollinarii falso inscripta nomine Patrum* T. IX. Bibl. Patrum Lugd. p. 707.

x) Confer ad hunc locum Petav. Dogm. Theol. de SS. Trinitate lib. 1. c. 4. §. 10. & Bulli defens. fidei Nicænæ sect. 2. cap. 12.

2011 Ministerio de Cultura

notavit multos ex orthodoxis habere hanc κατὰ μέρος πίστιν qvæ tamen sit Apollinarii, & p. 712. nonnulla ex eo allegat, sub Apollinarii nomine. Neqve Leontius tantum sed Evagrius qvoqve III. 31. auctor est qvosdam ex hæresi Apollinarii vel Eutychis vel Dioscori, cum vellent suam hæresin confirmare, Apollinarii λόγους Gregorio Thavmaturgo vel Athanasio, & Epistolas Julio Episcopo Romano supposuisse. In hac certe κατὰ μέρος πίστει ut Sabellianorum, Arianorum & Nestorianorum (licet Sabellio tantum nominatim rejecto) errores diserte improbatos videas, sic nonnulla etiam leguntur qvæ Apollinaris & Eutychis dogmatibus haud obscure favent. *Et quia nonnulli*, inqvit, *turbas nobis excitarunt nitentes evertere fidem nostram in* CHRISTUM *Dominum nostrum, non confitentes* DEum *esse incarnatum, sed hominem* DEO *copulatum, idcirco confessionem edimus de fide quam diximus, rejicientes contradicentium perfidiam.* DEUS *enim humana carne incarnatus puram habet propriam operationem, cum sit mens passionibus animæ & carnis invicta, & carnem ac carnis motus divinæ ac sine peccato moderans. Qui non solum à morte teneri non potuit, sed etiam mortem delevit. Et est* DEUS *verus, qui carnis expers in carne apparuit, perfectus vera & divina perfectione. Non duæ personæ neque duæ naturæ, neque enim quatuor adorari dicimus,* DEUM *& filium* DEI, *& hominem & Spiritum Sanctum. Idcirco eos anathematizamus, qui sic impii sunt, qui hominem in divina laudatione ponunt.* p. 22. edit. Vossii.

Appendix hujus κατὰ μέρος πίστεως videntur vivis doctis esse *duodecim de fide capitula* sive *Anathematismi*, cum addita singulis ἑρμηνείᾳ, in qvibus & ipsis ad Apollinarii sententiam spectare possit videri qvod τέλειον hominem à CHRISTO assumtum negat c. 3. & 8. sed si anathematismi hi omnes sunt ab una manu, ut qvidem videntur, nec Gregorium Thavmaturgum nec Apollinarium illum hæreticum auctorem habere possunt, nam non modo Nestorii & Eutychis Κυρίας δόξας explodunt, sed & anathematismo 10. ac præcipuæ 11. diserte Apollinaris hæresis confoditur, & corpus à λόγῳ assumtum, nec ἄψυχον nec ἀνόητον, sed tale ut omnino τέλειον ἄνθρωπον constituat, definitur. Itaqve in prioribus capitibus illud tantum negatum est sensu Nestoriano, ne duas nempe in CHRISTO personas agnoscamus. Prodierunt hi Anathematismi primum latine ex *Turriani* versione in Apparatu sacro Antonii Possevini, deinde Græce & latine in lectionibus Antiqvis Henrici Canisii, qvi Græca à Possevino accepisse se testatur, Tomo 3. p. 1. Ingolstad. 1603. 4. Deinde in editionibus Thavmaturgi cum Vossii editoris versione & scholiis, atqve in Moguntina qvidem p. 29-40.

4. Ex

2011 Ministerio de Cultura

4. Ex *Epistolis* qvas Gregorium scripsisse Hieronymus ac Svidas testantur, restat unica *Canonica* ad *πάπαν* sive Episcopum qvendam Ponti, scripta de iis qvi in Barbarorum (Boranorum * qvæ Scythica gens est) in regionem illam circa A. C. 258. incursione idolothyta comederant, seu qvi in captivitate idolis sacrificaverant, aut alia peccaverant. Hi sunt Canones Gregorii Thavmaturgi, qvi probantur in Concilii sexti CPol. in Trullo A. C. 680. habiti can. 2. Atqve *primi decem* qvidem nemini suspecti de fraude sunt, sed *undecimum* rejiciunt pleriqve, qvoniam nec in Græco Nomocanone illum Vossius reperit, nec in collectione canonum à Gregorio Patriarchæ CPol. facta ** Morinus, licet eum agnovit & interpretatus est Theodorus Balsamon, & in suo Codice reperit auctor versionis latinæ qvæ in Orthodoxographis legitur, & Antonius Augustinus qvi inter canones pœnitentiales vulgavit Tarracone 1584. 4. Paris. 1641. fol. & ex Sirleti Codice Vossius Græce edidit, adjuncta latina versione *Gentiani Herveti* & commentario *Balsamonis*, latine tantum, ex ejusdem Herveti versione Paris. 1561. fol. edita. Ille Balsamonis commentarius Græce etiam additus est à Beveregio Oxon. A. 1672. T. 2. Pandect. Canonum p. 24. ex Parisiensi Ducæana Canonum & Balsamonis editione A. 1620. fol. *Zonaræ* commentarios etiam addidit Beveregius ex edit. Græcolatina Paris. A. 1622. ad calcem Thavmaturgi. Pro *γνησιότητι* canonis undecimi multis pugnat Natalis Alex. diss. 18. Seculi 3. Sed magis probat gradus pœnitentium memoratos in illo canone esse satis antiqvos, qvam canonem ipsum non esse Gregorianis assutum.

5. *Λόγος κεφαλαιώδης περὶ ψυχῆς*, *de anima* ad Tatianum qvendam, Tatianæ fortassis cujus Origenes libro de precatione meminit fratrem. Hunc primus edidit Vossius pluribus MSS. Codd. usum se testatus, addita latina versione sua scholiisqve pag. 135-145. latinam versionem recudi etiam curavit Caspar Barthius ad calcem librorum Claudiani Mamerti de eodem argumento. Cygneæ 1655. 8. p. 460. Ex alia versione extat in Bibl. Patrum Paris. 1589. T. 3. Clarissimus Nourrius hunc libellum in Codice MS. forte offendens sine auctoris nomine, ac de Tatiano Justini Martyris discipulo cogitans pro inedito habuit, & in prima editione Apparatus sui ad Bibl. Patrum T. 2. pag. 734. velut primus vulgavit. Sed in altera editione omisit, sive qvod ipse in Thavmaturgi scripta incidisset, sive monitus à B. Ittigio

* Vide Zosimum lib. I. c. 33. Tillemont. p. 695.
** Morin. lib. 6. de sacramento pœnitentiæ c. 1, §. 9.

2011 Ministerio de Cultura

gio in supplemento Operum Clementis Alex. p. 227. cujus cum laude eum meminisse video.

6. *Fragmenta* qvædam Gregorii Thavmaturgi occurrere in Catena ad *Jeremiam* Ghisleriana T. I. p. 788. 796. 831. 839. jam notavit præstantissimus Caveus. Illa non ex commentario in Prophetam, sed ex homilia qvadam vel Epistola videntur esse repetita.

7. *Homilias qvatuor*, unam in sancta Theophania & baptismum CHRISTI, & tres in annunciationem B. Virginis, Græce ex MS. Cod. Biblioth. Cryptæferratæ cum versione sua Vossius edidit. Latine easdem ex Vossii versione exhibet Combefisius in Bibl. Patrum Concionatoria. Homiliam in Epiphania Græce in Chrysostomo suo Savilius Tomo VII. Ex alia versione Homiliam in Theophania habes in Bibl. Patrum Paris. 1575. Harum Homiliarum nulla non videtur nomen ac titulum Gregorii Thavmaturgi mentiri. Secundam qvidem in Annunciationem, Procli CPol. esse suspicatur Vincentius Riccardus notis ad Orat. VI. Procli: tertiam sub Chrysostomi nomine latine edidere Lipomannus ac Surius, ut Labbeo etiam observatum.

Editiones Gregorii Thavmaturgi.

Elias du Pin T. I. Bibl. novæ scriptor. Ecclesiasticor. tradit scripta qvædam Gregorii Thavmaturgi ex *Francisci Zini* versione prodiisse Venetiis 1574. & Romæ 1594. qvas editiones non vidi, & vereor ne error sit, qvoniam constat Zinum Gregorii Nysseni qvædam vertisse, qvæ infra suo loco referam.

Pauca Gregorii Thavmaturgi cum nonnullis Orationibus & Epistolis Justini Mart. Athanasii, Basilii M. Nazianzeni & Chrysostomi Græce edidit Romæ 8. Hieronymus Brunellus S. I.

Universa qvæ exstant Thavmaturgi scripta junctim, pleraqve Græce ac Latine edidit *Gerhardus Vossius*, Tungremsis Episcopus, additis aliorum veterum scriptis qvæ à Labbeo T. I. p. 375. sq. & ab Ittigio in lib. de Bibliothecis & Catenis Patrum p. 668. seq. recensentur.

Latine ex Vossii editione recusa sunt in Bibliotheca Patrum edit. Colon. 1618. & Lugd. 1677. Tomo III.

Melior Græcolatina editio, pleniorqve est Parisiensis A. 1621. fol. cui adjuncta scripta Macarii Alex. & Basilii Seleuciensis, Canonicæqve SS. Patrum Epistolæ Jo. Zonaræ Commentariis illustratæ.

Vita

2011 Ministerio de Cultura

Vita Gregorii Thavmaturgi ſcripta à Nicolao Maria Pallavicino S. J. vidit lucem Rom. 1649. 8.

XXIX. METHODIUS diſertus & eruditus ſcriptor etiam *Eubulius* dictus fuit, ſi Epiphanio credimus LXIV. 63. qvanqvam mirum eſt neqve ab aliis Scriptoribus hoc nomen ei tribui, & in convivio Virginum à Methodio Eubulium diſerte diſtingvi. Epiſcopum fuiſſe multis veterum teſtimoniis conſtat, Olympi Lyciæ primum, atq; ut Leontius auctor eſt Patarenſem, itidem in Lycia ac deniq; Tyri Martyrium obiit in Diocletiani perſecutione circa A. C. 311. in Chalcide Syriæ, celebraturqve in Martyrologiis ad 18. Sept. & in Menologiis 20. Jun. qvæ capite plexum memorant. Præ cæteris de Methodio videndi Tillemontius Tomo V. memor. Hiſt. Eccleſ. parte 3. & Allatius diatriba de Methodiis. Scripta ejus (deperdita maximam partem) hæc ab Hieronymo memorantur cap. 83. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, nam Euſebius qvidem de Methodio utpote Origenis memoriæ iniqviore dicere omiſit:

1. *Adverſus Porphyrium* a) *libri*, qvos alibi b) teſtatur proceſſiſſe ad decem millia usqve verſuum. Veterum teſtimonia de hoc Methodii opere collegit Jacobus Godofredus ad Philoſtorgium p. 348. Utrum πρὸς πόδα reſponderit Porphyrio, dubitat Holſtenius lib. de vita & ſcriptis Porphyrii c. XI. Cæterum jam pridem intercidit exceptis pauciſſimis fragmentis, qvæ ex Jo. Damaſceni parallelis & Nicetæ catena in Jobum Combefiſius excerpſit p. 442. ſq.

2. *Sympoſium decem Virginum περὶ τῆς ἀγγελομιμήτου παρθενίας καὶ ἁγνείας* Dialogus de Virginitate, Greg. Nyſſeno libello de imagine & ſimilitudine DEI in homine T. 2. p. 26. & Photio etiam lectus Cod. 237. atqve integer editus primum ab *Allatio*, qvi verſionem & diatribam de Methodiis addidit Rom. typis de propaganda fide 1656. 8. deinde à *Petro Poſſino* S. I. Pariſ. 1657. fol. una cum nova verſione additis Variis Lect. è Codice Mazariniano typis Regiis Lupareis, unde Poſſinum *interpretis Luparei* nomine innuit *Combefiſius*, qvi & ipſe cum verſione ſua & notis recudi fecit in Auctario noviſſimo Bibliothecæ Patrum T. 1. Pariſ. 1672. fol. cum antea in Methodio ſuo A. 1644. fragmenta & excerpta tantum dediſſet. Locum etiam produxerat Allatius ad Euſtathium Antioch. p. 256.

3. *De*

a) De Porphyrii libris XV. adverſus Chriſtianos, & aliis ejus oppugnatoribus dixi ſupra lib. IV. c. 27. p. 197.

b) Hieron. Epiſtola 84. ad Magnum Oratorem.

2011 Ministerio de Cultura

3. *De resurrectione opus egregium contra Origenem.* Fuit dialogus in plures libros distributus ad Theophilum qvendam, qvem *κεφάλαιον* appellat apud Epiphan. T. 1. p. 540. 560. 590. In hoc Methodius & Auxentius introducuntur disputantes cum *Proclo* & *Aglaophonte* Origenis partes tuentibus. Fragmenta ampliſſima extant apud Epiphanium hæresi LXIV. & Photium Cod. 234. nonnulla etiam apud Damascen. Orat. 3. de imagin. & in parallelis. Vide collecta Græce & Latine à Combefisio c) in Methodii operibus: & latine in Bibl. Concionatoria feria 4. qvatuor temporum qvadrageſimæ.

4. *Adversus eundem Origenem, de Pythoniſſa.* Origenis de hoc argumento & Euſtathii contra Origenem diatriba extat, edita ab Allatio, ſed Methodii periit. Confer Huetii Origeniana p. 184.

5. *De Avtexusio* d) *περὶ αὐτεξουσίου, καὶ πόθεν τὰ κακά, de libero arbitrio, & unde mala*, ac qvis eorum auctor, adverſus Valentinianos, & Origenem, qvod MS. habuit & cum verſione ſua editurum ſe recepit Allatius diatriba de Methodiis p. 340. & ad Euſtathium Antiochenum p. 45, 46. Combefiſius ampla ejus dedit excerpta ac fragmenta ex Photii Cod. 236. ex Jo. Meurſii Variis divinis p. 91. Lugd. Bat. 1619. 4. & ex MS. qvod à Sirmondo acceperat.

6. *In Geneſin commentaria*, ex qvibus nonnulla adhuc fragmenta in Catenis MSS. Vide Allatium de Mathodiis p. 340. 352. 357.

7. *Commentaria in Canticum Canticorum*, è qvibus nihil extat.

Præter hæc ab Hieronymo memorata ſcripta *λόγον περὶ μαρτύρων* laudat, ex eoqve breve fragmentum producit Theodoritus dialogo 1. qvi *Ἄτρεπτος* inſcribitur, p. 66. edit. Lipſienſ. Photius verò Cod. 235. exhibet *ἐκλογὴν* ſive excerpta libri *περὶ τῶν γενητῶν de creatis*, in qvo Methodius contra Origenem diſputat, qvem *Centaurum* appellat, qvod nempe ſacra profanis atq; Chriſtiana Ethnicis miſcuiſſet dogmata. Ut in aliis Methodii monumentis Hieronymus nitidum ac compoſitum ſermonem, ita & in hoc Photius elegantiam copiamqve celebrat. Sub initium hujus *ἐκλογῆς* mentio *ξενῶνος*, qvod vocabulum de Eccleſia tanqvam communi Chriſtianorum hoſpitio A. Schottus inter-

pre-

c) Seriem editionis operum Methodii Combefiſianæ Pariſ. 1644. fol. Amphilochii & Andreæ Cretenſis ſcriptis junctæ diligenter recenſet Labbeus T. 2. de ſcriptoribus Eccleſ. p. 88. ſeq. Latine recuſa eſt Tomo tertio Bibl. Patrum edit. Lugd. 1677.

d) Apud Honorium Auguſtodunenſem & Trithemium male legas: *de animæ exitu.* Methodii apoſpaſmation de autexuſio quale Meurſius edidit, exſtat etiam MS. in Bibl. Vindob. vide Lambecium III. p. 74.

2011 Ministerio de Cultura

pretatur. Μαργαρίτας μὲν ἐξ ξενῶνος, τὰ μυστικώτερα τῆς Θεοσδότου θεωρείας μαθήματα. Hinc Methodius postea dialogo qvo palinodiam cecinit suarum in Origenem invectivarum, titulum præfixit Ξενών, teste Socrate VI. 13. Hist. Nam licet Socratem hac in re falsum existimavit Baronius ad A. C. 402. n. 17. & Allatius de Methodiis p. 331. tamen ejus fidem non adeo firmis argumentis in dubium vocari notatum ab Huetio in Origenianis p. 197. Valesio ad Socratem & Antonio Pagi in Critica Baroniana T. 2. p. 48.

Qvæ præterea sub Methodii hujus nomine feruntur monumenta, suspecta pleraqve sunt eruditis, vel qvæ ad juniorem aliqvem Methodium referri debeant. Non dubitem tamen *Homilam de Simeone & Anna* sive in festum ἀπαντήσεως Methodio nostro tribuere, qvam primus Græce & Latine una cum aliis tribus homiliis Athanasii, Amphilochii & Chrysostomi edidit *Petrus Pantinus*, Tiletanus, Decanus Capituli Bruxellensis, Antvverp. e) 1598. 8. Nam sub initium statim, Convivii Virginum meminit his verbis: πάλαι ἱκανῶς ὡς οἶσθε περὶ βεβαχέων τὸ περὶ παρθενίας ἐν τοῖς περὶ ἁγνείας συμποσίοις κατεγρωκότων ἡμῶν. Eandem homiliam Combefisius Græce & Latine in Methodio suo edidit, & latine inseruit Bibliothecæ suæ Concionatoriæ, ex MS. Codice castigatiorem. Legitur etiam latine in Bibl. Patrum Colon 1618. & in supplemento Bibliothecæ Patrum Morelliano Paris. 1639. T. 1. p. 604. Non ignoro eqvidem plures viros doctos cumqve his noviſſime Clariſſ. Oudinum p. 22. seq. supplementi de scriptoribus Ecclesiasticis contendere acriter, Methodio Confessori illam esse tribuendam: confer D. Ittigii librum de Bibliothecis Patrum p. 619 Non video tamen qvi objectioni de Convivio Virginum qvod haud dubie Methodii Tyrii est, satis faciant.

Homiliam εἰς τὰ Βαΐα sive *in ramos palmarum*, qvam inter Chrysostomi homilias Græce sub titulo εἰς τὸν εὐλογημένον edidit Savilius, Methodio Tyrio itidem ex MSti Cod. fide Allatius adscribit. Combefisio frigidiuscula videtur, qvi eam Græce & Latine in suo Methodio, latine in Bibl. Concionatoria edidit ex Codice Regio castigatam. Holstenius diss. de scriptis Prophyrii p. 63. ubi de Methodii Tyrii opere deperdito adversus Porphyrium differit, addit disertissimi scriptoris homi-

e) Perperam Beughemius in incunabilis typographiæ p. 95. Methodii Homilias A. 1498. Græce & Latine editas à Pantino, retulit inter libros ante A. C. 1500. excusos. Unam enim tantum A. 1598, Pantinus edidit.

2011 Ministerio de Cultura

lias nonnullas non ſine publico damno in Bibl. Vaticana latitare: Idem Lambecio teſte T. I. de Bibl. Vindob. p. 111. prælo deſtinavit Methodii in occurſum CHRISTI & Simeonis, nec non in ramos palmarum, & convivium decem Virginum atqve de libero arbitrio: unde conſtat ipſum qvoqve Homiliam in ramos palmarum ad Methodium Tyrium velut auctorem retuliſſe.

Apocalypſis ſive *Revelationes*, Methodii haud dubie junioris ſunt, ac diſerte Patriarchæ CPolitano hujus nominis tribuuntur in Codice Hottingeri, videruntqve lucem latine qvidem Auguſtæ Vindel. 1496. 4. cum *Wolffgangi Aytingeri* Clerici Auguſtani commentario, & Baſil. 1498. cum additionibus ejusdem Aytingeri & *Sebaſtiani Brand* ſive *Titionis* Argentinenſis, & 1516. 4. & Viennæ Auſtriæ 1547. 4. cum prolegomenis & commentario *Wolffgangi Lazii*. Et ſine commentariis inter Orthodoxographa Joh. Heroldi Baſil. 1555. fol. p. 387. (ubi Methodius male *Epiſcopus Cyri* dicitur pro *Tyri*:) & in Bibliothecis Patrum. Pariſ. 1575. 1654. Colon. 1618. & Lugd. 1677. T. 3. Græce & Latine prodierunt in editione Orthodoxographorum poſteriore Baſil. 1569. fol. Tomo primo. Itaqve perperam pro ἀνεκδότοις habet Hottingerus p. 98. Bibliothecarii qvadripartiti. Hic eſt *liber* Methodii *de novisſimis diebus* Trithemio memoratus, in Codice Vindobonenſi inſcribitur: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίου Ἐπισκόπου Πατάρων καὶ Μάρτυρος περὶ τῶν Σαρακηνῶν καὶ Ῥωμαίων διατάσεως καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως καὶ περὶ τῆς παντελοῦς ἐκτίξεως καὶ ἀφανισμοῦ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συμπληρώσεως, vide Lambecium IV. p. 201. VI. p. 41. 167. VII. p. 269. Exinde fortaſſis fuerunt qvi Methodio neſcio qvam *exegeſin in Apocalypſin Johanis* adſcripſerunt, qvæ neqve occurrit usqvam neqve apud veteres memoratur. Nam qvæ Andreas Cæſareenſis in Apocalypſin ex Methodio repetit, ex ejus Convivio virginum accepit: & qvod apud Simlerum aliosqve legas Methodium in Apocalypſin extare in Bibl. Vindobonenſi & Auguſtana Græce, de revelationibus qvas jam dixi intelligendum, qvibus in Codice Hottingeri ſubjicitur

Chronicon, Χρονικὸν βασιλέων τῶν ἀπὸ συγχύσεως κόσμου τοὺς ἕξ κεφάτους φυλὰς διοικησάντων, ὅπως τε ἔκαστος τούτων διῆξε, καὶ μέχρι πόσου ὁ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνος διήρκεσε, καὶ ἐν ποίῳ τέλει τὸν βίον ἠμείψαντο. Sed illud teſte Hottingero p. 99. 100. deſinit in noviſſimis Cantacuzeni temporibus, h. e. circa A. C. 1355. cum *Methodii Chronicon*, CPolitani puta Patriarchæ qvem etiam Confeſſorem vocant, laudetur non modo

2011 Ministerio de Cultura

modo à Trithemio ſed & à Mariano Scoto, qvi jam medio ſæculo undecimo clarus fuit.

Methodium *in Evangelium Matthæi* non vidi qvi memoraret præter Poſſevinum lib. 2. Bibl. ſelectæ p. 106. Nam in Collectaneis in *Epiſtolam ad Romanos* Baſil. 1537. excuſis qvæ ex Methodio deſumta eſſe dicuntur, ſunt ex libro ejus de reſurrectione & excerptis à Photio ſervatis Cod. 234.

XXX. *Alii Methodii.*

Methodius Presbyter Hieroſolymitanus, cujus Homiliam integram in feſtum Hypapantes editurum ſe promiſit Allatius p. 34. ad Euſtath. in Hexaëm.

Methodius ArchiEpiſcopus Pannonienſis Eccleſiæ cum S. Cyrillo fratre Apoſtolus Slavorum ſive Moravorum, Bulgarorumqve ab A. C. 863. & qvi Worſiovium primum Bohemiæ ducem ad CHRISTI ſacra perduxit circa A. C. 894. De eo Acta Sanctor. IX. Martii, Baronius Tomo X. Annal. Antonius Pagi in Critica Baroniana Tomo III. & Jo. Georgius Stredovvsky in ſacra Moraviæ Hiſtoria ſive vita SS. Cyrilli & Methodii, edita Solisbaci A. 1710. 4. In Epiſtola 195. Johannis Papæ VIII. ſcripta A. C. 878. Romam citatur hic Methodius rationem redditurus qvod cantaret Miſſas Slavica lingva. Etiam SS. litteras Methodii ac Conſtantini ſive Cyrilli ſtudio in Slavonicam lingvam translatas eſſe pleriqve tradunt. Vide Uſſerium de Scripturis & Sacris vernaculis p. 118. 371. ſeq. & Jacobi le Long Bibliothecam ſacram parte 2. pag. 342. ſeq. edit. Lipſienſis. Sane ex ejusdem Joannis Papæ Epiſtola 247. conſtat illa ætate ſacros libros Slavonica lingva extitiſſe & in ſacris cœtibus lectos fuiſſe. Idem videtur Methodius Monachus, qvem artis pictoriæ peritum & deſcripta graphice Judicii extremi imagine Principem Bulgarorum Bodorum permoviſſe ut ſuperſtitione Ethnica ejerata Chriſtianam religionem amplecteretur, narrat Cedrenus p. 443.

Methodius Confeſſor & Patriarcha ab A. C. 842. CPol., A. C. * 846. 14. Junii defunctus, Imaginum propugnator cujus vita ab Anonymo auctore ſcripta Græce cum Allatii verſione & Henſchenii Analectis

* Anton. Pagi ad A. C. 847. n. 17.

2011 Ministerio de Cultura

ctis legitur in Actis Sanctor. T. 2. Junii p. 960. seq. Vide etiam Baronium ad Martyrolog. Roman. 14. Junii, ubi Methodium Patarensem à Tyrio perperam distingvit. Effigiem ejus exhibet Goarus p. 126. ad Evchologium. Descriptis ejus videndus Clariss. Caveus, cui spicilegii in vicem addes, qvod *Encomium S. Agathæ* Virginis latine ex Leonhardi Ponte versione editum est latine à Combefisio in Bibl. Concionatoria & à Bollando ad V. Febr. & Græcum exstat MS. in Bibl. Veneta S. Marci scamno 29. Cod. π. λόγ. ς. atqve incipit: *ἐπειδή με τὸ θαῦμα πρὸς τὸ λέγειν ἐξέγειρε.* Vitam *uxoris S. Theophanis* Hegumeni & Confessoris à Methodio scriptam testatur auctor vitæ Theophanis apud Henschenium in Actis Sanctor. ad 12. Martii. *Canon sive constitutio ac διατύπωσις pœnitentialis de iis qui abnegarunt, per diversos modos & ætates*, latine ex Herveti versione extat in appendice Balsamonis p. 88. seq. & in Bibliothecis Patrum Paris. 1575. 1589. 1654. & apud Baron. ad A. C. 842. n. 21. Græce vero & latine in Evchologio Goari p. 876. qvi huic Methodio illam vindicat, notasqve addidit p. 886. seq. In eadem Balsamonis Appendice p. 96. occurrit etiam latine Methodii *Canon* sive constitutio *de segregationibus Monachorum Studitarum.* Homilia *in eos qui dicunt quid profuit filius DEI crucifixus? & ad eos quos pudet Crucis CHRISTI,* sive bina potius ex illis fragmenta qvæ Græce & latine Gretserus in Opere de Cruce edidit, extant etiam latine in Bibl. Patrum Colonienſi T. 15. A. 1622. & in supplemento Parisiensi A. 1639. T. 1. p. 835. Tertium habes apud Allatium p. 349. de Methodiis. *Encomium Dionysii Areopagitæ* Codices qvidã male tribuunt nescio cui Metrodoro, nam Methodio vindicat Anastasius Bibliothecarius Epistola ad Carolum Calvum qvæ subjicitur Hilduini Areopagiticis apud Surium ad IX. Octobr. & Flodoardus III. 18. ubi inter Hincmari scripta: *de passione S. Dionysii à Methodio CPol. Græce dictata, & ab Anastasio Rom. sedis latine scripta.* Encomium illud non ex antiqvioribus monumentis sed ex Hilduino ut videtur maximam partem repetitum Petrus Franciscus Chifletius etiam suæ diss. de Dionysio Areopagita inseruit. Paris. 1676. 8. Idem cum Petri Lansselii versione latina primum lucem vidit in editione operum Dionysii Lansseliana Paris. 1615. fol. Apud Hottingerum MS. fuit: *Τοῦ ἁγίου Μεθοδίου Πατριάρχου περὶ τῆς ἀπὸ συρίτεως νόσου συμβάντων καὶ τῶν μελλόντων συμβαίνειν εἰς τὸ ἑξῆς.* Falluntur igitur qvi *vel Chronicon*

vel

2011 Ministerio de Cultura

vel *Revelationes* Methodio Tyrio tribuunt. Confer Hottingeri Bibliothecarium qvadripartitum p. 98. 99. & qvæ ſupra in Methodii Patarenſis ſive Tyrii ſcriptis notavi.

Methodius junior A.C. 1240. per * trium menſium ſpatium Patriarcha Cpolitanus, ex illis qvi ab Ephræmo Chronologo apud Allatium de conſenſu utriusqve Eccleſiæ p. 725. referuntut extra CPolin Patriarchatu functi.

Μεθόδιός τις καὶ μοναχὸς καὶ θύτης,
Μονῆς πρεσεσὼς τῆς Τηκίνθε πότε.

Methodius qvi ſcripſit de Miraculis S. Nicolai Myrenſis in Lycia Epiſcopi, Græce MS. in Bibl. Colbertina, incipit: *καλὸν ἡμᾶς ὦ θεῖκῶν ἀσμάτων πρεσαπτεσαί.* Latine typis excuſam teſtatur Baronius ad A. C. 326. n. 86. Vidiſſe illam ſe negat Tillemontius nota 1. ad vitam Nicolai T. 6. memor. Hiſt. Eccleſ. parte 3. p. 955. Si recte memini, exſtat in Bonini Mombritii Actis Sanctor. qvæ jam mihi non ſunt ad manus.

Methodius Monachus circa A. C. 1270. de qvo Acta Sanctor. Februarii T. 1. p. 602. ſeq. Hic occaſione ſchiſmatis CPolitani (qvo alii Joſephum alii Arſenium Patriarcham ſectabantur) ſcripſit libellum adhuc ineditum & Allatio de Methodiis p. 383. memoratum, qvo exemplis ex Hiſtoria Eccleſiaſtica adductis probavit populos non debere ſejungere ſe à ſuis præſulibus, etſi injuſte depoſitorum ſucceſſoribus, modo de fide recte ſentiant. Incipit: *ἱερὸν ὡς παραπησαμένε ἔ μεγάλε γρηγορίε ἔ θεολόγε τὸν θρόνον κωνσάντινε πόλεως, καὶ ἀναχωρήσαντ@.* Aliud ejusdem argumenti ſcriptum neſcio qvo auctore Græce & latine vulgavit V. C. Humfredus Hody Oxon. 1691. 4. qvod editurum ſe promiſerat Cotelerius III. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 645. Illud ſcriptoris Nicephoro Calliſto antiqvioris eſſe ipſe deinde Hodyus agnovit, ut infra in Nicephoro dixi.

Methodius Grammaticus, freqventer laudatus ab auctore magni Etymologici.

Omitto recentiores, ut Methodium qvem de ortu & occaſu Imperii Romani eleganti libello ſapienter admodum diſſeruiſſe ſcribit Naudæus in Bibliographia politica cap. 7.

* Vide Georgii Acropolitæ Chronicon p. 133.

2011 Ministerio de Cultura

XXXI. ARCHELAUS, Carrharum a) celeberrimæ in Mesopotamia Urbis Episcopus, in eadem Urbe atqve deinde in Diodoride vico *disputationem* habuit imperante Probo circa b) A. CHRISTI 278. *cum Manete* sive *Manichæo*, qvi exinde à Regis Persarum ex cujus vinculis se proripuerat, militibns comprehensus non qvidem propter hæresin, sed qvod filii Regis morbo mederi cum recepisset, mortem ejus accelerare esset visus, crudeli supplicio affectus & vivus excoriatus fuit de qvo Epiphanius LXVI. 12. *Acta* illius *disputationis* Archelaus ipse consignaverat *Syro* sermone, qvæ translata in Græcum jam Hieronymi ætate ferebantur, ut ipse memorat c. 72. de S. E. *Græcæ* versionis auctor fuisse videtur *Hegemonius* ὁ τὰς Ἀρχελάου πρὸς τὸν Μανιχαῖον ἀντιλογίας γράψας teste Heracliano Chalcidensi Episcopo apud Photium Cod. 85. Nisi dicere malimus hunc in Epitomen redegisse Archelai acta, atqve illius modo Epitomes *latinam* veterem versionem ad nos pervenisse, qvod exinde colligit Clariss. Zaccagnius, qvoniam in hac non leguntur qvæ ex Archelai disceptatione cum Manete profert Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi VI. & qvod p. 63. & 100. auctor horum Actorum ab Archelao se distinguit ac diversum innuit. Porro *duos libros contra Manetem* h. e. Acta disputationis in duas partes tributa ab Archelao missos esse ad Tryphonem c) Diodoridis (qvi in agro Carrhensis vicus erat) presbyterum testatur Epiphanius LXVI. 11. Insigne fragmentum Actorum disputationis cum integra Archelai ad Diodorum Epistola ex veteri versione latina edidit *Henr. Valesius* notis ad Socratem d) p. 197-203. ex Codice MS. monasterii Bobiensis qvi nunc est Mediolani in Bibl. Ambrosiana. Communicaverat hoc cum Valesio *Emericus Bigotius*, qvi sub extremum præfationis ad Palladium de vita Chrysostomi testatur se comparando Græca Epiphanii, qvæ hæresi LXVI. 25-31. ex Archelao retulit, nonnullos

a) Ita enim pro corrupto, Καρχάρων, Καλχάρων vel quod proxime accedit Καρρχάρων legendum apud Epiphanium, Socratem, Petrum Siculum, Photium cujus libri IV. contra Manichæos MSS. exstant in Bibl. Johannea Hamburgensi, aliosque. Urbis sub Valeriano & Gallieno nuper expugnatæ meminit Archelaus p. 40. edit. Zaccagnii.

b) Vide clariss. Zaccagnii præfat. ad monumenta Vetera.

c) Tryphonem vocat Epiphanius & Photius. Sed in Actis Archelai p. 68. & 80. appellatur Diodorus.

d) Socrates ex Archelai disceptatione cum Manete affert quædam lib. 1. Hist. c. 22. Cæterum aliud agentes Benedictini scripserunt in notis ad S. Ambrosium T. 2. p. 639 Manichæum deliramenta sua ab Archelao mutuatum,

2011 Ministerio de Cultura

nullos locos in Græco correxiſſe, plures in latina verſione, voluiſſeqve Græce & latine edere, ut ex collatione appareret qvanti faciendæ ſint antiqvæ verſiones & qvantum utilitatis ex illis redundet, ſed poſtea duxiſſe ſatius relinqvere ea his qvi novam Epiphanii vel Socratis editionem aggreſſuri eſſent. Interim egregie hanc ſpartam ornavit doctiſſimus vir *Laur. Alexander Zaccagnius*, præfectus digniſſimus Bibliothecæ Vaticanæ, qvi Rom. 1698. 4. in collectaneis e) monumentorum veterum Eccleſiæ Græcæ & latinæ primo loco p. 1-102. non modo Acta Archelai cum Manete longe integriora latine edidit ex Cod. MS. Caſinenſi, ad Bobienſem & Caſanatenſem ſubinde emendato, ſed etiam Græca ex Epiphanio ſuis locis, atqve eruditas notas ſuas addidit, locaqve Veterum atqve præfationem doctam præfixit. Qvanqvam longe, ut dixi integriora hæc Acta ſunt, tamen & ipſa in fine mutila & vel librarii vel Epitomatoris faſtidio ſubinde decurtata eſſe videntur.

XXXII. DIONYSIUS ex Ethnico Chriſtianus, Origenisqve auditor atqve inde circa A. C. 231. poſt Heraclam Catecheſeon Magiſter ac deniqve circa A. 248. Epiſcopus Alexandrinus, anno Gallieni duodecimo (CHRISTI 265.) defunctus, de cujus magni viri vita & Scriptis non repetam qvæ Tillemontius T.IV. memor Hiſt. Eccleſ. part. 2. & Caveus in Patrum Vitis atqve in Hiſtoria litteraria obſervarunt. Tantum notabo 1.) *Commentarios in Dionyſium Pſeudo Areopagitam* falſo tribui huic Dionyſio,* de qvibus ſupra §. 6. dixi. 2) Nec tamen ſuppoſitam ** illi videri, ſed potius genuinam ejus eſſe *Epiſtolam ad Paulum Samoſatenſem* & reſponſionem ad decem ejus propoſitiones, licet eam rejiciunt viri doctiſſimi Valeſius ad Euſeb. p. 155. ſeq. Elias du Pin, T. 1. p. 516. Gvil. Caveus, aliiqve, etiam Harduinus ad Epiſtolam Chryſoſtomi ad Cæſarium p. 9. qvi Eutychiano alicui tribuit. Primus eam edidit Franciſcus Turrianus vertitq; latine & notas addidit, præmiſſo Catalogo deperditorum Dionyſii Operum Rom. 1608. 8. unde recuſa in Bibl. Patrum latine Pariſ. 1654. T. XI. Colon. 1618. & Lugd. 1677. T. III. Græce & lat. in auctario Ducæano Pariſ. 1624. T. 1. & in Conciliis Labbei T. 1. p. 849. 3.) *Epiſtolam de reſurrectione Dominica & Paſchalis*

e) De aliis S. Ephræmi Gregorii Nyſſeni & Euthalii Sulcenſis ſcriptis in hac collectione comprehenſis infra, ſuo loco.

* Commentitia ſunt Dionyſii Alex. in Dionyſium Corinthium ſcholia, Halloixio memorata. Vide Pearſonium part. 1. Vindic Ignatii c. 10.

** Vide Tillemontium nota VIII. ad Vitam Dionyſii Alex. & Stillingfleeti vindication of the Doctrine of the Trinity p. 35.

2011 Ministerio de Cultura

ſchalis jejunii termino editam eſſe à *Theodoro Peltano* S. I. Ingolſtad. 1580. una cum autore Antiocheno, & latine à Franciſco Combefiſio in Bibl. Concionatoria : perperamqve hanc apud Labbeum & Tillemontium diſtingui ab *Epiſtola Canonica ad Baſilidem* Epiſcopum Pentapolitanum, qvæ ſæpius edita eſt latine cum Balſamonis commentario ex Herveti verſione & in Bibl. Patrum, & Græce ac latine T. 1. Concil. Labbei p. 831. & inter Epiſtolas SS. Patrum Canonicas cum Zonaræ & Balſamonis commentariis Pariſ. & Oxoniæ vulgatas. 4.) *Epiſtolas duas* qvas veluti ineditas ſub Dionyſii nomine MSS. in Bibl. Cæſarea exſtare teſtatur Lambecius III. p. 18. eſſe inter Epiſtolas Iſidori Peluſiotæ editas I. 39. & III. 219. ut Clariſſ. Caveo notatum. 5.) Apud Euſebium VII. 26. Hiſt. ubi librorum qvatuor Dionyſii Alex. ad Dionylium Rom. adverſus Sabellium mentio, (ἔλεγχός καὶ ἀπολογίας vocat Athanaſius) Valeſium verba: ὁμωνύμῳ Διονυσίῳ, male reddere : *gentili ſuo*, pro *cognomini ſuo*. 6.) De iisdem libris intelligenda hæc Hieronymi adverſus Rufin. *Dionyſium Alexandrinæ Urbis Epiſcopum virum eruditiſſimum qvatuor voluminibus diſputantem adverſus Sabellium in Arianum dogma delabi.* Unde *fons Arii* dicitur Gennadio c. 4. dogm. Eccleſ. Recte tamen de CHRISTO ſenſiſſe docent Bullus in defenſione fidei Nicænæ, Baronius Martyrolog. ad 17. Nov. & Steph. le Moyne notis ad Varia Sacra p. 235. ſeq. Atqve jam olim eum ab impacto Arianiſmo defendit S. Athanaſius ſingulari Apologia pro Dionyſio ſcripta, qvæ adhuc exſtat, & ex illo Facundus X. 5. licet S. Baſilius Epiſt. 41. ipſum dum nimis Sabellio inſtat incautum contrario errore abreptum eſſe ſcripſit. 7) Ex libris περὶ Φύσεως qvorum Euſebius VII. 26. Hiſt. meminit, inſignia fragmenta de providentia Numinis adverſus Epicurum, legi XIV. 23-27. de præparat. Hos Dionyſius inſcripſerat Timotheo τῷ παιδί, qvod malim vertere *filio*, qvam *puero*. De hoc Timotheo Euſebius VII. 40. 8.) Libros II. ad Nepotem Ægypti Epiſcopum videri intelligi ab Hieronymo præf. ad lib. 18. in Eſaiam, qvando ſcribit mille annorum fabulam à Dionyſio Alex. deriſam in libro contra Irenæum. De illo opere videndus Euſebius VII. 24. ſeq. 9.) Commentarii *in primam partem Eccleſiaſtæ* ex ipſo Dionyſio meminit Euſebius VII. 26. & allegat Procopius Gazæus in Geneſ. 3. p. 76. Etiam *in priorem ad Corinthios Epiſtolam* ſcripſiſſe innuit Hieronymus Epiſt. 52. 10.) Singulare opus contra Origenem non crediderim à Dionyſio Alex. elucubratum, Origenis diſcipulo & admiratore, præcipue cum non modo non

2011 Ministerio de Cultura

non meminerint veteres etiam Origenis adversarii, sed etiam Socrates testetur Methodium fuisse primum, qvi adversus Origenem strinxerit calamum. Videndum itaqve num illa qvæ apud Anastasium Sinaitam qv. 23. afferuntur de paradiso terrestri, sub nomine Dionysii Alex. ἐκ τῶν κατ' Ὠριγένους, Dionysii nostri sint an potius alterius, vel certe depromta ex aliqvo scripto in qvo obiter sententiam suam tradidit, non ex instituto oppugnandum Magistrum suum sibi sumsit. Sed jam Catalogum Epistolarum Dionysii Alex. qvarum apud veteres mentio, literarum ordine digestam subjiciemus.

Ad fratres per *Ægyptum* constitutos de pœnitentia. Euseb. VI. 46. & de pestilentiali morbo id. VII. 22. & *tertia Paschalis*. id.

Ἐπιρρεπτικὴ objurgatoria ad gregem suum *Alexandriæ*. id.

Alia ad compresbyteros Alexandriæ. id. VII. 20.

Ad *Ammonem* Berenicensem Episcopum, adversus Sabellium. Euseb. VII. 26. Hieron. c. 69. Catalogi de S.E.

Ad *Ammonem* & *Euporum* id.

Ad *Armenios* (qvorum Episcopus *Meruzanes*) de pœnitentia. Euseb. VI. 46.

Ad *Basilidem* Episcopum Pentapolitanum Epistolæ variæ. Euseb. VII. 26.

Ad *Cornelium* Episcopum Romanum. Euseb. VI. 46.

Ad *Dionysium* Rom. presbyterum (& postea Episcopum) Euseb. VII. 7. seq. Athanas. de sententia Dionysii, Euthymius in panoplia. Et *altera de Luciano* Euseb. VII. 22. *tertia paschalis*. id.

Ad *Domitium* ac *Didymum* Epistola Paschalis. Euseb. VII. 20.

Ad *Euphranorem*. id. VII. 26. Athanas. de sententia Dionysii.

Ad *Fabium* Antiochiæ Episcopum de pœnitentia. Euseb. VI. 41. 42. 44. Syncell. p. 366. Niceph. V. 29. sq. Male in Hieronymi Codicibus & alibi *ad Flavianum*, πρὸς Φλαβιανόν.

Ad *Flavium* Epistola Paschalis cum canone octo annorum. Euseb. VII. 20.

Ad *Germanum* Episcopum qvi ei obtrectatus fuerat. Euseb. VI. 40. VII. 11. Niceph. VI. 28. Syncellus p. 365.

Epistola περὶ γυμνασίας *de exercitatione*. Euseb. VII. 22.

Ad *Hermammonem*. Euseb. VII. 1. & 10. Ad eundem & fratres in Ægypto degentes. VII. 22.

Ad *Hieracem* Episcopum Ægyptium Epistola Paschalis. Euseb. VII. 22.

2011 Ministerio de Cultura

Ad fratres *Laodicenſis* Eccleſiæ, cui præerat *Thelymidres* Epiſcopus id. VI. 46.

Ad *Novatianum* cauſantem qvod invitus Romæ Epiſcopus ordinatus eſſet. Euſeb. VI. 45 & Hieron. c. 69. Catalog. qvi exordium ejus refert his verbis: *Dionyſius Novatiano fratri ſalutem: ſi invitus, ut dicis, ordinatus es, probabis, cum volens ſeceſſeris.* Apud Euſebium vero ubi male *ad Novatum* exhibent Codices, Pearſonius p. 31. Annal. Cyprian. pro χίσαι legit θῦσαι. Sed vocabulum χίσαι haud dubie rectum eſt, qvod legit Rufinus: *ſuſtinere martyrium ne ſcindatur Eccleſia*, Syncellus qvoqve p. 374. & Nicephorus VI. 4. Verum ex eodem Nicephoro, Syncello & Rufino certiſſime apparet verba qvædam excidiſſe, locumqve legendum eſſe ſic: καὶ ἦν ἐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν ⁊ μὴ εἰδωλολατρῆσαι γενομένης, ἢ ἕνεκεν ⁊ μὴ χίσαι μαρτυρία. Vocula ἕνεκεν bis repetita librario oſcitanti fraudi fuit, effecitqve ut verba qvæ poſt prius ἕνεκεν ſeqvebantur, omitteret.

Contra *Paulum* Samoſatenum, ad Epiſcopos Antiochiæ A.C. 265. congregatos qvibus intereſſe propter corporis infirmitatem non potuit, Epiſtola ſcripta paulo ante mortem. Euſeb. VII. 27. Theodorit. II. 8. hæretic. fab. Nicetas lib. 4. theſauri. Niceph. VI. 24. 27.

Ad *Philemonem* Presbyterum Rom. de baptiſmo. Euſeb. VII. 7.

Ad *Romanos* διακονική de officio Diaconi per Hippolytum miſſa. Euſeb. VI. 46. Altera de pace, & tertia de pœnitentia. Alia itidem ad Confeſſores Romæ conſtitutos qvi Novatiano adhuc favebant: & binæ aliæ ad eosdem, Eccleſiæ unitati redditos. Euſeb. ibid.

Ad *Sixtum* Papam, Stephani ſucceſſorem de baptiſmo Epiſtolæ tres, Euſeb. VII. 5, 6. & 9.

Epiſtola de Sabbato. id. VII. 22.

Ad *Stephanum* Epiſcopum Rom. de rebaptizatione hæreticorum. Euſeb. VII. 4. ſeq.

Ad *Telesphorum*, adverſus Sabellium. Euſeb. VII. 26. Athanaſ. de ſententia Dionyſii Alex

Libri de pœnitentia ad Cononen Epiſcopum Hermopolitanum meminit Euſebius VI. 46. & Syncellus p. 375. ubi male Κόλλωνα legitur, & in editione Catalogi Hieronymiani Lipſienſi cum variorum notis edita, *ad Canonem.*

Libri de tentationibus, ad Euphranorem mentio in Hiſtoria Euſebii lib. VII. 26. pro qvo nomine apud eundem Hieronymum male *ad Euphran* legitur, ubi Epiſtola Dionyſii ad eum ſcripta refertur. *Li-*

2011 Ministerio de Cultura

Libellum de Martyrio ad Origenem, Decii perſecutione graſſante ſcriptum, memorat Euſebius VI. 46. Hiſt. Et ad vivum Origenem ſcripſiſſe Dionyſium Alex. & poſt fata eum laudaſſe, teſtatur Gobarus apud Photium. Cod. 232.

Cæteri ſcriptores Græci Chriſtiani ſæculo tertio, quorum vel omnia vel pleraque ſcripta interciderunt, memorantur hi:

1. CAJUS S. Irenæi * diſcipulus, presbyter Romanus, atqve inde Epiſcopus Athenienſis, nam apud Photium Cod. 48. pro ἐθνῶν Ἐπίσκοπον legendum videtur Ἀθηνῶν. Scripta ejus tria celebrari in veterum ſcriptis reperio, *Parvam Labyrinthum* adverſus *Artemonis* & *Theodoti* hæreſin, qvem librum *Origeni* qvidam perperam tribuerunt teſte Photio & Theodorito II. 5. hæretic. fabular. Vide Euſeb. V. 28. & Niceph. IV. 21. Jo. Pearſonii Opera poſtuma p. 148.

Διάλογον ſive Ἀλήθειαν contra *Proclum* ſive *Proculum* Montaniſtam. Euſebius II. 25. III. 31. & VI. 20. Hiſt. Hieronymus de S. E. c. 59. Photius, Niceph. &c.

Λόγον περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας, qvem alii Flavio Joſepho, Juſtino Martyri alii, alii Irenæo adſcripſerunt ut Photius teſtatur. De eodem argumento ſcripſerat etiam Hippolytus, cujus libri forte pars adhuc ſupereſt, ut ſupra dixi, niſi fragmentum illud ſit ex libro qvem περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας ſcripſiſſe ſe in calce Labyrinthi Cajus teſtatus eſt. In eodem Cajus, ut ex Photio conſtat, de CHRISTO ut DEO vero & inenarrabili ejus generatione, Catholico more diſſeruit, unde eum inter vindices ante Nicænos fidei Nicænæ non immerito refert Georgius Bullus p. 159. ſeq. & Gardinerus pag. 149. Hypotypoſeos fidei Catholicæ circa SS. Trinitatem.

* In calce Epiſtolæ Smyrnenſium de S. Polycarpi martyrio: ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γαΐῳ ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. Hinc Cajum domo Corinthium fuiſſe & cum Irenæo Romam profectum ſuſpicatur Stephanus le Moyne ad Varia ſacra p. 937. Idem Mediolanenſium fuiſſe Epiſcopum conjicit p. 944. Sane diverſus fuit à Cajo qui Romæ Epiſcopatum tenuit ab A. C. 283. ad 296. Cæterum à Joſepho Medo in clavi Apocalyptica perperam Cajum noſtrum hæreſcos Alogorum poſtulari notavit D. Ittigius diſſ. de hæreſiarchis p. 262.

2011 Ministerio de Cultura

2. ALEXANDER Episcopus Cappadociæ atqve inde in Episcopatu Hierosolymitano S. Narcisso 116. annorum seni succenturiatus, Martyrium obiit Cæsareæ, imperante Decio. Vide Eusebium VI. 11. Socratem VII. 36. Martyrologia & Acta Sanctor. 18. Martii. Menologia 15. Maji. Hieronymus c. 62. de S. E. has ejus Epistolas memorat, plures etiam ab eo scriptas testatus:

Ad Antinoitas ex Eusebii VI. 11. ubi verba ἐν ἰδίαις Ἐπιστολαῖς capienda sunt de unica Epistola.

Ad Antiochensem Ecclesiam, qvam in vinculis scripsit, & per Clementem Alex. misit Antiochensibus gratulatus de novo Episcopo suo Asclepiade. Euseb. ibid.

Ad Origenem ex Eusebii VI. 14.

Pro Origene contra Demetrium Alexandriæ Episcopum, ex Eusebii VI. 19. p. 222. Ex Bibliotheca qvam in Ælia civitate condidit hic Alexander, egregie profeciſſe se idem scribit VI. 20.

3. Sextus * JULIUS AFRICANUS Syrus ex Emaunte sub Antonino Helagabolo & Alex. Severo clarus, de cujus *Cestorum* libris, qvorum fragmenta qvædam Græce edita sunt, dixi lib. III. c. 24. Illa latine vertere cœpit *Julianus Puchardus*, non ita pridem A. 1705. Parisiis denatus, sed non perfecit, neqve interpretationem suam edere voluit, qvod existimaret qvædam in illis obvia rectius vulgo ignorari. *Zachariæ Lundii* Commentarium MS. in Africani cestos servari accepi Hafniæ à Clarissimo Wolfio Regiæ Bibl. custode. In illis fragmentis c. 29. auctor testatur vidisse se Bardesanem Parthum, qvem diversum mihi esse persvadeo à Bardesane scriptore. Nam & huic minus convenit illa jaculando pingendi sagittarumq; ictibus formam ejus qvem vellet pulchre describendi ** sollertia, qvam in suo Africanus prædicat, & hic Parthus fuit, alter Babylonius: Deniqve qvi sub Antonino vixisse scriptorem docent Porphyrius & Eusebius, si Elagabolum & non Marcum Philosophum intellexissent, perinde ut Hieronymus c. 63. ubi de Africano differit, nota qvadam addita Antonini nomen distinxissent. Præ-

* Sextum unus vocat Suidas.

** Quod ζωγραφῆσαι βέλεσιν vocat Africanus, apud Philostratam lib. 2. de vita Apollonii c 28. p. 81. dicitur σκιαγραφῆσαι βέλεσιν. Magisque admirandum hoc quam quod in veteri Inscriptione apud Gruterum p. DLXII. de Sorano Batavo: *emissumque arcu dum pendet in aëre telum ac redit, ex alia fixi fregique sagitta.* Vel quod de Domitiano Suetonius c. 19. *in pueri procul stantis præbentisque proscopo dispansam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue evaderent.*

2011 Ministerio de Cultura

Præcipuum Africani opus fuit *Chronographia*, Annorum 5623. sive libri V. de temporibus, ab Orbe condito usqve ad A C. 221. Olymp. 250. 1. Grato & Seleuco Coss. Ex illo licet hodie deperdito multa Eusebius in suo Chronico & Syncellus, Jo. Malala, Theophanes, Cedrenus aliiqve Chronologi, atqve in his auctor Chronici Paschalis qvod Alexandrinum vulgo vocant, tum latino barbarus scriptor excerptorum utissimorum ex Eusebio, Africano & aliis, qvæ Scaliger edidit ad calcem Chronici Hieronymiani p. 58. sq. At enim liber *de divisionibus & generationibus gentium*, Canisio T. 2. Antiqv. Lect. p. 579. atqve emendatius à Labbeo T. 1. Bibl. nov. MSS. p. 298. editus latine, qvem Julii Africani esse suspicati sunt Vossius III. de Hist. lat. part. 4. c. 3. p. 756. & Sandius ad Vossium p. 279. seq. potius referendus est ad *Hippolytum* Portuensem Africani æqvalem, de qvo supra in Hippolyto dicere me memini. Qvanqvam Africani etiam Chronicon fuere qvi latine interpretati sunt, & fortasse ut Dodvvellus diss. de successione Pontificum p. 98. ex antiqvo MS. latino Chronici Eusebiani Codice Mertonensi colligit, antequam Eusebii Chronicon verteret Hieronymus. Illi interpretes vel etiam librarii aut qvi describendum sibi Africani opus curaverunt, diversis deinde temporibus ad suam cujusqve qva vixit ætatem continuarunt seriem Consulum, aliaqve pro suo qvisqve captu addiderunt vel omiserunt interpolaruntue. Cestos Africani cum Chronologia confundit Petavius XII. 40. de doctrina temporum, qvod ipse retractat VIII. 2. ad Uranolog. Africanum ἐν τῇς χρονογραφίας laudat etiam Maximus ad Dionysii pseudo Areopagitæ Epistolam IV. Alia veterum loca Africanum laudantia, qvoniam à viris doctis Scaligero & Valesio ad Euseb. Allatio ad Eustathium Antiochen. p. 5. seq. Labbeo, Tillemontio, Caveo & Wetstenio *** allata sunt, omitto.

Ex eodem Africani opere petita videtur qvam MS. in Bibl. Vindobonensi exstare testatur Lambecius T. 5. p. 297. διήγησις Ἀφρικανῦ περὶ τῶν ἐν Περσίδι γενομένων διὰ τῆς ἐναν θρωπήσεως τ̃ Κυρίυ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησ̃ Χριστ̃. Incipit: Ἐκ Περσίδος ἐγνώσθη ἀπ' ἀρχῆς ὁ Χριστός. ὅδεν χὴ λανθάνει τὺς ἐν αὐτῇ νομοθεθεῖς ἅπαντα φιλοπονῦντας. Ὅσα χὴ κ. τ. λ. Vide & Africani fragmenta apud Lambecium lib. I. p. 141. & lib. III. p. 39.

Etiam *Acta Martyrii Symphorosæ* filiorumqve ejus sub Hadriano passorum in MSS. Codicibus Julio Africano tribuuntur, & sub ejus nomine latine à Mombritio Mediolanensi Tomo 2. Act. sanctor. & in postrema

*** Wetsten. notis in Epist. ad Origenem de Susanna p. 148. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Surii editione ad 18. Julii edita ſunt. Vide Baron. ad Martyrolog. Rom. 18. Jul. *Et qvidem fieri potuit*, inqvit Theodoricus Ruinartus qvi iterum recudi curavit in Actis ſelectis Martyrum p. 17. *ut in Africani libris de Chronographia inſerta fuerint.* Sed in temporibus à CHRISTO nato longe breviorem qvam in antecedentibus ætatibus fuiſſe teſtatur Photius Cod. 34. itaqve ſi verum eſt Euſebii, qvod in iisdem Actis additur teſtimonium, qvod Africanus acta Martyrum qvotqvot Romæ & per Italiam paſſi erant, literis conſignaverit, in alio hoc opere qvam in Chronographia fecerit.

Deniqve Hebed JEſu in Catalogo librorum Chaldæorum num. 15. affirmat exſtare *B. Africani, Epiſcopi Emæus commentarios Novi Teſt. & Chronicon.* Sane Origenes p. 244. Epiſtolæ de Suſanna Africanum laudat ut πολλὰς ἀμφιβολὰς ἔχοντα ἐν ταῖς ἐξετάσεσι καὶ μελέτης τῆς γραφῆς. Et *Julius* qvidam ſubinde in Catenis allegatur, & in Catena Corderiana in Johannem vocatur Julius Epiſcopus. Laudatur & Julii commentarius in Johannem à Moſe Barcepha Syro de paradiſo. Confer Pauli Colomeſii de ſcriptoribus Eccleſiaſticis paralipomena.

De *Epiſtola ad Origenem* ſcripta *de Suſannæ Hiſtoria* & Origenis ad Africanum reſponſione qvæ Græce & latine exſtat, dictum eſt abunde ſupra in Origene. Meminere illius Euſeb. VI. 31. Hiſt. Hieron. in Catalogo c. 63. Photius Cod. 34. Nicephorus V. 21. & Svidas in Ἀφρικανὸς & Σωσάννα.

Ex *Epiſtola ad Ariſtidem*, qva Matthæi & Lucæ narrationes *de genealogia CHRISTI* inter ſe conciliantur, profert nonnulla Euſebius lib. 1. Hiſt. c. 7. atqve ex illo Nicephorus lib. 1. c. 11. ſeq. & Catena MS. in Lucam apud Lambecium III. p. 62. Licet traditionem ab Africano in illa Epiſtola laudatam pro ſuſpecta habet Dodvvellus p. 38. ad Irenæum. Laudat illam Epiſtolam Euſebius iterum VI. 31. ac præter Hieronymum, Photiumqve ac Nicephorum V. 21. Auguſtinus II. 7. retractationum.

Africanum *de bellico apparatu* MS. de qvo Caſaubonus ad Svetonii Cæſarem c. 31. & Salmaſius Epiſt. 123. ad Iſaacum Voſſium, intellige partem *Ceſtorum* Africani tum adhuc ineditam, ſed non ita pridem Græce Pariſiis vulgatam. Eodem refer qvod ſcribit Gaſſendus ad A. 1622. Peireſcium *obtinuiſſe tum ex Vaticana tum ex Ambroſiana Mediolenenſi exempla quædam Africani aliorumque Tacticorum in gratiam Lud. Machalti viri ſtrenui, auctorumque militarium & Mathematicorum ſtudioſi.* Et qvod librum ſepti-

2011 Ministerio de Cultura

ſeptimum Ceſtorum, qvi eſt de re militari, habuiſſe MS. traditur Holſtenius apud Morhofium lib. 1. Polyhiſtoris p. 69. Ex ceſtis etiam petita ſunt qvæ ſub Africani nomine in Geoponicis & Hippiatricis Græcis leguntur, ac fortaſſe noſtrum reſpexit Fulgentius III. 7. Mythologicon, ubi Africanum iatroſophiſtem laudat. Certe in Ceſtis ἰατρικὰς & φυσικὰς δυνάμεις atqve ἰάσεις contineri jam olim Euſebius in Chron. & Svidas in Ἀφρικανὸς notarunt. Inter edita ceſtorum capita eſt etiam illud 57. περὶ κρυφίας Ἐπιστολῶν εἰσπομπῆς qvod laudat Iſ. Voſſius ad Juſtini II. 10. qvem vide etiam ad Catullum pag. 30. ubi de Africano qvædam erudite obſervat, & inter alia affirmat σεπτμικῶν qvæ ſuperſunt fragmenta conſtituiſſe ſextum ac ſeptimum Ceſtorum librum.

Qvæ Jo. Trithemius ab Africano ſcripta refert *de S. Trinitate, de circumſione, de Attalo, de Paſcha, de Sabbato*, nullus veterum qvod qvidem ſciam commemorat.

Commentum abſurdum de *Abdiæ* Babylonici libris ex Hebraico per *Eutropium* neſcio qvem Græce, atqve inde à Julio Africano latine verſis, & qvæ in Abdia ipſo lib. VI. c. 20. de *Cratonis* diſcipuli Apoſtolorum *libris decem Actuum Apoſtolicorum* per Julium Africanum latine translatis leguntur, rejectum à me videre, ſi tanti eſt, licet in Codice Apocrypho Novi Teſt. parte 2.

Julium noſtrum Africanum Ceſtorum & Chronologiæ ſcriptorem in duos vel tres præter rem diſtrahunt viri docti. In longe plures autem Hendreichius in pandectis Brandenburgicis. Fuere tamen à noſtro diſtincti 1) Julius Africanus Orator, qvem concitatiorem ſed in cura verborum nimium & compoſitione nonnunqvam longiorem & translationibus parum modicum fuiſſe ſcribit Qvintilianus X. 1. 2) Oratoris nepos Julius Africanus de qvo Plinius VII. 6. Epiſt. 3) Sextus Cæcilius Africanus JCtus, & alter junior Papiniani diſcipulus, de qvibus dixi in Bibl. latina. Illud vero lepidum, qvod Africanum Poëtam cœcum Ennio laudatum exſculpit Hendreichius ex Lactantii lib. 1. Inſtitut. divinar. c. 18. cum ibi Lactantius afferat verſus Ennii, qvibus loqvens inducitur Scipio Africanus, jactansqve clades generi hnmano à ſe illatas his verbis:

Si fas cædendo cœleſtia ſcandere cuiquam eſt,
Mi ſoli cœli maxima porta patet.

Qvibus deinde Lactantius ſubjungit: *O quantis in tenebris Africane verſatus es, vel potius Poëta,* (Enni) *qui per cædes & ſanguinem patere hominibus aſcenſum in cœlum putas.*

4. AM-

2011 Ministerio de Cultura

4. AMBROSIUS Alexandrinus *primum Marcionites, deinde ab Origene* * *correctus, Ecclesiæ Diaconus & confessionis Dominicæ gloria insignis fuit. Hujus industria & sumtu & instantia ad hunc infinita Origenes dictavit volumina*, (ut libros ad Celsum, & plures in Scripturam sacram commentarios & adhortationem ad martyrium.) *Sed & ipse, quippe ut vir nobilis non inelegantis ingenii fuit, sicut ejus* ad Origenem Epistolæ *indicio sunt. Obiit ante mortem Origenis, & in hoc à plerisque reprehenditur, quod vir locuples amici senis & pauperis morientis non recordatus sit.* De hoc Ambrosio Martyrologia & Acta Sanctor. 17. Martii. Eusebius VI. 23. Hist. Photius Cod. 121. (ubi qvæ de Ambrosio Eusebius scripserat, Hippolyto ** perperam tribuit) Epiphanius LXIV. 3. Suidas in Ὠριγένης (ubi ex Cedreno p. 208. locum Epistolæ Origenis de hoc Ambrosio affert) Nicephorus V. 15. &c. Uxori hujus Ambrosii, *Marcellæ* Origenes inscripsit librum de precatione.

5. TRYPHON Origenis discipulus, cujus librum *de vacca rufa* Numeror. XIX. & *de dichotomematibus* Abrahami Genes. XV. laudat Hieronymus c. 57. Apud V. C. Thomam Galeum fuit MS. εὐχὴ τοῦ ἁγίου Τρύφωνος, hujus an junioris non possum dicere. Videndum aliusne fuerit Diodorus Tryphon, qvem iis qvi Manetem confutarunt accenset Epiphanius ac Photius, & ad qvem libros duos contra Manetem misit Archelaus de qvo supra.

6. GEMINUS sive GEMINIANUS presbyter Antiochenus, æqvalis Origenis laudatur Eusebio in Chronico & inter scriptores Ecclesiasticos refertur ab Hieron. c. 63. qvi pauca scripsisse testatus nullius libri nomen sive titulum apposuit.

7. BERYLLUS Bostrenus in Arabia Episcopus, CHRISTUM anteqvam homo ex Maria nasceretur nullam *** subsistentiam propriam habuisse neqve postea aliam qvam Patris habere divinitatem inhabitantem docuit, qvam ejus sententiam confutavit Origenes & Beryllum ad Ecclesiæ sententiam reduxit. Vide Eusebium VI 33. cujus temporibus scripta Berylli & Origenis adversus eundem & Synodi adversus

* Hieron. c. 56. de Script. Eccles. adde cap. 61. ubi de Hippolyto.

** Confer Stephani le Moyne prolegom. ad Varia sacra.

*** Vide ejusdem le Moyne notas ad Varia sacra p. 233. seq. & 1113. seq. & Novellas Reip. literariæ A. 1700. mense Februario p. 175 seq. Verba Eusebii qvibus Beryli hæresin exprimit sunt: μὴ προυφεστάναι κατ' ἰδίαν ὑσίας περιγραφὴν, *secundum propriam essentiæ circumscriptionem non præextitisse*, id est non fuisse ante Mariam, qvæ postea ipsissima Photini ac Socini hæresis fuit. Nicephorus V. 22. ex ejusdem Berylli sententia: μή τινα ὑπόστασιν ὑσίας ἰδίαν κεκτῆσθαι.

2011 Ministerio de Cultura

versus illum congregatæ monumenta adhuc exstabant. Dialogum Origenis & Berylli in qvo hæresis ejus arguebatur, & Berylli Epistolas in qvibus Origeni gratias agit, memorat Hieronymus c. 60. de S. E. Confer Eusebium VI. 20. ubi testatur Beryllum reliqvisse Διαφόρους Φιλοκαλίας, σὺν Ἐπιστολαῖς καὶ συγγράμμασι, qvæ verba Valesius interpretatur, qvod *præter Epistolas & lucubrationes varia quoque elegantis ingenii monumenta reliquerit*, atqve in notis monet se per Φιλοκαλίας intelligere non electa & floridorum libros qvalis exstat Origenis Philocalia, sed Hymnos & poëmata. Verum Nicephorus V. 15. Hist. Eusebii verba sic accipit, ut in ipsis illis Epistolis ac συγγράμμασι Φιλοκαλίας illas qværendas esse innuat, dum scribit Beryllum Φιλοκάλου σπουδῆς συγγράμματα post se reliqvisse.

8. NEPOS Episcopus Ægypti composuerat *Psalmos* sive Hymnos sacros qvibus multos ex fratribus sive Christianis suæ ætatis vehementer delectatos scribit Dionysius Alex. apud Eusebium VII. 24. testatus se ipsum ideo & propter fidem ac diligentiam & studium Scripturarum probare eum atq; diligere. Ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα, τῆς τε πίστεως καὶ τῆς Φιλοπονίας καὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς Διατριβῆς, καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας, ἣ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν ἐνθυμεῖνται. Solum hoc in Nepote improbat Dionysius, qvod libris duobus qvibus titulum fecerat ἔλεγχον ἀλληγορίσεων promissiones divinas in sacris literis & Johannis Apocalypsi factas non allegorice sed ad literam, de millenario annorum in his terris per delicias corporales transigendo explicaverat. Hanc ejus sententiam confutavit Dionysius ἐν τοῖς περὶ ἐπαγγελιῶν, nihilominus illo ipso in opere non dubitat *fratrem* adhuc appellare Nepotem. ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ὡς πρὸς παρόντα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Διαλεχθῆναι Νέπωτα. Duorum librorum Dionysii adversus Nepotem meminit etiam Hieronymus c. 69. ut Nicephorum VI. 21. cæterosqve juniores omittam. Nec dubium est à pseudo Gelasio illum ἔλεγχον ἀλληγορίσεων proscribi, ubi librum Nepotis in decreto de Apocryphis memorat, per Apocrypha non modo intelligens scripta supposita & commentitia, sed etiam ea qvorum nulla debet esse propter errores auctoritas in Ecclesia. Alius fuit Nepos Episcopus Hierosolymitanus post Cyrillum. Niceph. XIV. 30.

9. CORNELIUS Episcopus ab A. C. 251. Romanus, atqve non diu pòst in Galli Imp. persecutione propter CHRISTUM

2011 Ministerio de Cultura

exul & mox 18. Cal. Octobr. A. 253. * Martyrio coronatus, scripserat Græce Epistolas complures, è qvibus duæ qvæ solæ supersunt latine ad Cyprianum atqve inter ** Cyprianicas leguntur, à Cypriano videntur è Græco translatæ esse. Octo Epistolæ Cypriani qvas adhunc Cornelium scriptas Hieronymus c. 66. testatur, omnes ad huc supersunt. Eusebius VI. 43. memorat ejus Cornelii literas ad Fabium (Flavianum pleriqve alii Episcopum illum Antiochenum appellant) unas δηλώσας τὰ περὶ τῆς Ῥωμαίων συνόδου καὶ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἀφρικὴν καὶ τὰς αὐτόθι χώρας. Alteras περὶ τῶν κατὰ τὸν Σύνοδον ἐρεσαντῶν & tertias περὶ τῶν κατὰ Νοβάτου † πραχθέντων, ex qva postrema Epistola Eusebius loco illo insignia fragmenta servavit. Qvod Hieronymus Epistolam qvartam qvoqve Cornelii ad Flavianum memorat *valde prolixam, & Novatianæ hæreseos causas & anathema continentem*, inde factum puto, qvod pro diversa à jam memoratis Epistola præter rem habuit illam, cujus fragmenta apud Eusebium leguntur.

10. DIO.

* Vide Schelstratenum Antiqv. Eccles. T. 1. p. 197. 429.

** edit. Fellianæ 49. 50. Pamel. & Rigalt. 46. 48. Erasm. & Manut. lib. 3. Epist. 11. & 12.

† Νοβατιανὸν videtur scripsisse Eusebius, uti legit etiam Hieron. Fuit certe Novatianus presbyter ille Romanus, adversus qvem celebrata Synodus Romana A. C. 251. Novatus nomen est Carthaginiensis presbyteri, cujus & ipsius in illo schismate fuere partes. Vide Beveregii notas ad Synodicum magnum p. 69. sq. Pearsonii Annales Cyprianicos, Tillemontium &c. De Novatiani qvi latine scripsit monumentis dicere non est hujus loci, neq; habeo qvæ addam virorum doctorum de illo observatis, nisi qvod librum illius de Trinitate nuper admodum tanqvam eximium præ cæteris Antiqvitatis monumentum nova editione Anglis suis commendavit Arianismi confessor Wilhelmus Whiston, in Volumine qvod inscripsit sermons and essays upon several subjects, Lond. 1709. 8. Qvanqvam Novatianum Catholici de CHRISTO dogmatis assertorem fuisse, ex hoc ipso libro licet à Macedonianis olim etiam velut in patrocinium erroris sui laudato, probant Stephanus le Moyne notis ad varia sacra p. 229. seq. Georgius Calixtus §. 50. de Mysterio SS. Trin. è Veteri Test. Gregorius Bullus in defensione fidei Nicænæ p. 225. Samuel Gardinerus in Hypotyposi doctrinæ Patrum ante Nicænor. de SS. Trinitate p. 105. seq. Natalis Alex. diss. IX. Sec 2. artic. 4. & Petavius de DEO p. 82. lib. 1. c. 11 §. 10. licet lib. 1 de Trinitate c 5. §. 5. non diffitetur parum accurate de Mysterio illo locutum auctorem illius libri, qvem Novatianum esse ibi & p. 81. & de angelis p 91. negat, eo præcipue argumento ductus qvod c. 13. hæreseos Sabellianæ circa A. C. 255. exortæ meminit. Sed ex hoc tantum seqvitur, post schisma librum hunc à Novatiano fuisse compositum. A sectatoribus ejus jactabantur ὑπομνήματα de martyrio sive Confessione Novatiani sub Decio & Valeriano, qvæ falsitatis arguit Evlogius apud Photium Cod. 182. Confer Jo. Felli notas ad Cypriani Epistolam LXI.

2011 Ministerio de Cultura

10. DIONYSIUS Romanus Episcopus ab 24. Jul. A. C. 259. ad 26. Dec. A. 269. de cujus scriptis nihil constat nisi qvod Athanasius de Synodis Arimin. T. 1. p. 918. meminit Synodi ab illo congregatæ, litterarumqve ad Dionysium Alex. scriptarum super eo, qvod hic Alexandrinus CHRISTUM ποίημα dixisset & Patri ὁμοούσιον negasset, qvam criminationem ille à se avertit in libello ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας, & in alia Epistola, cujus pars ibidem ab Athanasio affertur, & libro de decretis Synodi Nicænæ T. 1. p. 274. ubi deinde pag. 275. subjungit locum Dionysii Episcopi Romani κατὰ τῶν τὰ Σαβελλίου φρονούντων.

11. EUSEBIUS ex Alexandrinæ Ecclesiæ Diacono * Episcopus Laodicenus, Dionysii Alexandrini, de qvo supra, æqvalis, diversus sane ab Eusebio Alexandrio cujus *Homilias XVIII.* in Bibl. Cryptæ ferratæ repertas habuit & ex illis fragmenta attulit Turrianus in defensione Epistolarum Pontificum, cujus fragmenta occurrere etiam in Jo. Damasceni parallelis, notatum Colomesio in paralipom. de scriptoribus Ecclesiasticis. Habuit & nonnullas Holstenius teste Lambecio lib. 1. de Bibl. Vindob. p. 112. & Allatius de Simeorum scriptis: exstantqve in Galliæ, Italiæ, Germaniæ & Angliæ Bibliothecis, qvarum tituli apud Caveum in diss. de dubiis scriptoribus videantur. Cæterum homiliarum istarum Allatio, Turriano, Holstenio visarum auctorem non fuisse veterem illum Eusebium Alexandrinum tertii scriptorem sæculi, patet vel inde qvod hic nunqvam fuit Alexandrinus Episcopus, at enim in Codice Cæsareo in qvo Oratio περὶ μυείας ἁγίων *de commemoratione Sanctorum* exstat, diserte illa adscribitur Eusebio Episcopo Alexandrino, ut testatur Lambecius lib. V. p. 24. qvi p. 22. etiam Eusebii Episcopi Alexandrini λόγον περὶ νηστείας *de jejunio* memorat. Illa περὶ μυείας ἁγίων eadem est qvam habuit Turrianus, & Holstenius edere voluit, & qvam sub Eusebii Episcopi nomine pridem latine ex *Caroli Fabiani* interpretatione vulgavit Thomas Gallerus, unde inserta est Supplemento Bibl. Patrum edit. Morell. 1639. T. 1. p. 826. & Bibliothecæ Patrum Lugd. T. 27. p. 479. Ac qvoniam inter Alexandriæ Ægypti Episcopos sive Patriarchas nullus occurrit Eusebius, veritati consentaneum videtur qvod scripsit Turrianus, auctorem harum homiliarum fuisse Episcopum alicrius cujusdam Alexandriæ in Asia, vixisseqve qvarto sæculo, si fuerit hic μέγας ille Εὐσέβιος Ἀλεξανδρείας

* Vide Eusebii Hist. VII. c. 11. p. 261. & c. 32. p. 285.

2011 Ministerio de Cultura

δρείας ad qvem Macarius ſcripſerat qvæſtiones ſuas qvarum fragmentum in MStis Anonymi locis communibus Aſceticis de qvibus Lambecius lib. V. p. 154. ſeq. Neſcio qvem *librum doctrinarum ſacrarum* Euſebii Alexandrini Laodiceæ Epiſcopi inter libros aliqvot Arabice & Syriace ſcriptos, qvi tempore Gregorii XI. dicuntur ſub terram defoſſi, & poſtea oblati ſunt venales Epiſcopo Herbipolenſi, memorat Poſſevinus in Apparatu S. Omitto Euſebium Alexandrinum Rhetorem de qvo Eunapius in Proæreſio p. 125.

12. MAGNETES *pervetuſtus auctor ante mille & trecentos annos Evangelicæ Apologiæ libros Græce ſcripſit ad Theoſthenem adverſus Gentiles Evangelii calumniatores.* Hæc Poſſevinus in Apparatu S. *Fragmenta aliquot*, (Colomeſii hæc obſervatio eſt in paralipomenis de S.E.) *ex Bibliotheca D. Marci Veneta in ſcriptis ſuus affert Codicum ille MSS. bellus Franciſcus Turrianus, ſed inprimis in Apologia pro Epiſtolis Pontificum. Unum etiam obſervaſſe mihi videor in Poſſevini Moſcovia* (qvi perinde ut Coccius à Turriano petiiſſe videtur.) *Auctorem hunc laudant Græci in reſponſionibus ad Cardinalem de Gviſe.* Clariſſ. Caveo hic *Magnes* videtur eſſe Hieroſolymitanus Presbyter qvem Germanus Patriarcha CPol. in dogmatico MS. ad Anthimum teſtatur interfuiſſe Concilio Antiocheno adverſus Paulum Samoſatenum A.C. 265. Utinam hos libros aliqvis bono Eccleſiæ in lucem proferat, ſive Magnetem illum Hieroſolymitanum presbyterum ſive Macarium Magnetem auctorem habeant, cujus fragmenta exſtant in Nicephori CPol. antirrheticis MSS.

13. DEMETRIUS qvem inter teſtes pro defendendo Origene laudavit auctor Anonymus apud Photium Cod. 117. una cum Dionyſio Alex. Clemente, aliisqve, fuit Epiſcopus Alexandrinus ex Origenis hiſtoria notiſſimus, de cujus ſcriptis nihil alioqvi mihi compertum.

14. THEOGNOSTUS Alexandrinus Origenis diſcipulus & poſt illum Catecheſeon in ſchola Alexandrina Magiſter atqve ἐξηγητὴς Athanaſio laudatus, & Photio Cod. CVI. qvi ejus *ſeptem libros Hypotypoſeon* recenſet. Vide Athanaſium de decretis Synodi Nicænæ T. 1. p. 274. & in illud qvicunqve dixerit verbum p. 755. Henr. Dodvvellum ad fragmentum Philippi Sidetæ p. 511. & qvæ pro vindicanda Theognoſti doctrina diſputat Georgius Bullus in defenſione fidei Nicænæ p. 227. ſeq.

15. ANA-

2011 Ministerio de Cultura

15. ANATOLIUS Alexandrinus in Episcopatu Laodiceno Eusebii, de qvo jam memoravi, successor. De illius scriptis vide si placet qvæ dicta à me sunt libro III. cap. 11. ubi & fragmenta qvædam sub illius nomine edidi, & lib. IV. p. 19. Nunc juvat tantum notare qvod ipse apud Euseb. VII. 32. p. 287. mentionem facit Judæorum scriptorum ut Philonis, Josephi, & *Musæi*, atq; antiqviorum *Agathobuli* & *Aristobuli* Paneadensis unius ex illis qvi in gratiam Ptolemæi Philadelphi libros Legis Græce interpretati sunt. Deinde ab hoc Anatolio diversum esse 1) Anatolium Ethnicum Jamblichi Magistrum, cui Porphyrius qvæstiones Homericas inscripsit, tum 2) Anatolium Berytium JCtum, de qvo Eunapius in Proæresio, & ad qvem Libanii exstant Epistolæ, 3) Anatolium qvi in Geoponicis freqventer allegatur & in Hippiatricis, & cui fragmentū de Antipathiis & sympathiis lib. IV. c. 29. supra à me vulgatum tribuit V. C. D. Jo. Rendtorfius. Nec minus 4) Anatolium CPolitanum qvi interfuit Synodo Chalcedonensi & cujus nonnulla leguntur in Græcorum Octoecho. 5) Anatolium ad qvem directa est Hieronymo tributa præfatio qvæ Victorini Commentario in Apocalypsin præmittitur. 6) Anatolium Episcopum Lerinensem circa A. 484. de qvo Vicentius Barralis p. 369. seq. 7) Anatolium Timothei Æluri Patriarchæ Alex. fratrem &c.

16. PIERIUS presb. & Catecheta Alexandrinus, fuit Præceptor Pamphili Martyris, ut Photius testatur, Martyr & ipse cum fratre suo Isidoro, unde Martyrologia eum colunt 4. Nov. Inter Criticos sacros & emendatores textus Græci Novi Testamenti laudatur à Richardo Simone præf. ad lib. 1. Hist. Crit. N. T. Is ob alias etiam causas Origenes junior dictus est, de qvo vide Dodvvellum ad fragmentum Philippi Sidetæ p. 508. seq. De scriptis hujus Pierii Photio Cod. 119. & Hieronymo Epist. 52. laudatis nihil habeo qvod addam præstantissimi Cavei industriæ. Doctrinæ puritatem asserit Georgius Bullus in defensione fidei Nicænæ p. 262.

17. De PAMPHILI presb. Cæsareensis ac Martyris vita tres libros scripserat *Eusebius* summus ejus amicus, à qvo & Pamphili nomen adscivit. Illos memorat Eusebius ipse lib. 6. cap. 32. & lib. 7. Hist. c. 32. p. 288. & de martyribus Palæstinæ p. 336. atqve intercidisse multi mecum dolebunt. Fragmentum de Martyrio Pamphili qvod A. C. 309. sub Maximino alacriter subiit, ex tertio ut putat illius

2011 Ministerio de Cultura

operis deperditi Eusebiani libro servatum Græce è MS. Mediceo, cum latina versione exhibet Papebrochius in Actis Sanctorum Calendis Junii p. 64-70. Sed & qvæ ex Metaphraste de Pamphilo Surius vulgaverat, ex illis Eusebii libris maximam partem petita esse viri docti sibi persvaserunt. De Bibliotheca & Παμφιλίῳ sive schola qvam Cæsareæ Palæstinæ instituit de Codicibus scriptorum sacrorum Græcæ interpretationis qvos cum Eusebio emendavit, deq; aliis præclaris monumentis qvæ sua manu descripta reliqvit, qvemadmodum etiam de aliis rebus ad hunc Martyrem pertinentibus accurate ac diligenter differuit Tillemontius Tomo V. memor Hist. Eccles. parte 3. Scripta ipse reliqvit nulla, præter qvasdam *Epistolas* & *Apologiam pro Origene* qvam cum Eusebio composuit, à qvo etiam post Pamphili mortem additus est liber sextus. *Primus* liber ex Rufini versione inter Origenis & Hieronymi Opera sæpius prodiit. Cæteri exceptis qvæ Photius Cod. 118. servavit fragmentis perierunt. Perierunt etiam Pamphili Epistolæ. S. Hieronymum qvi Pamphili nullas in illa Apologia partes fuisse contendit, multis refellit in notis ad memorias suas laudatus Tillemontius pag. 358. seq.

18. LUCIANUS Antiochenus presbyter, de qvo ut de aliis hujus nominis dixi lib. IV. c. 16. neqve in præsenti habeo qvæ adjungam, nisi qvod Stephanus le Moyne notis ad Varia sacra p. 541. ex Hieronymo observat *editionis LXX. interpretum à Luciano recensitæ* de qva lib. 3. c. 13. §. 14. dictum est, usum obtinuisse olim per totam fere Asiam minorem ab Antiochia Thraciam & Byzantium usqve, idqve probat è Lactantio Nicomediensi: Clarissimus vero Grabius uti Epistolâ ad Joh. Millium non dubitat in editione Græcorum Bibliorum Romana hodie legi librum Judicum ex interpolatione *Hesychii* Alexandrini, sic in prolegomenis ad T. 3. Biblior. Græcorum Oxoniæ à se editorum cap. 1. §. 7. seq. confirmat librum Jobi in Codice MS. Alexandrino ex Luciani recensione exstare. Video etiam Jacobo Duporto præf. ad Psalmos felicissime Carmine Græco à se expressos verisimile visum qvod in MS. Vaticano editio Luciani exhibeatur. Et Is. Vossius præf. ad appendicem de LXX. Interpretibus scripsit Lucianeæ editionis qvæ in multis etiam exstet Orientis Ecclesiis, exemplar habere Reginam Christinam, à qvâ illud se impetraturum speret. De eadem videnda Athanasii synopsis Scripturæ, auctarium Theodoriti p. 6. & Euthymius præfat. in Psalmos p. 193. Svidas in Λουκιανός. Ex recentioribus

2011 Ministerio de Cultura

tioribus Hottingerus pag. 230. fasciculi, & Jo. Morinus Exerc. Bibl. pag. 218. 221. Ex *Epistola ad Antiochenos*. fragmentum servavit auctor Chronici Alex. p. 648. Præterea *brevis fidei formula* qvæ incipit πιστεύομεν ἀκολούθως τῇ Εὐαγγελικῇ καὶ Ἀποστολικῇ παραδόσει exstat apud Athanasium de synodis Ariminensi & Seleuciensi T. 1. p. 892. & Socratem II. 10. qvam Synodi Antiochenæ A. C. 341. Patres, Luciani esse affirmarunt apud Sozomenum III. 5. *Feruntur*, inqvit Hieron. c. 77. Luciani *de fidè libelli*, *& breves ad nonnullos Epistolæ*. *Apologiam* ad præsidem ante Martyrium A. C. 311. Nicomediæ dictam, cujus meminit Eusebius IX. 6. Rufinus in latina sua versione ex Actis ut videtur Martyrii ejus, qvæ ad Johannem presb. Nicomediensem referunt, excerptam exhibet. Non Capite truncatum sed alio mortis genere extinctum contendit Combefisius ad S. Maximum T. 2. p. 718. Ab Eusebio dicitur ἀνὴρ τὰ πάντα ἄριστος, βίῳ τε ἐγκρατὴς καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι ζυγκεκροτημένος. Et à Sozomeno τάτε ἄλλα εὐδοκιμώτατος καὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς εἰς ἄκρον ἠκριβωκώς. Plura de illo Martyrologiorum scriptores, Surius ac Bollandus 7. Januar. & Ruinartus in actis selectis p. 559. seq. Arii hæresi præluisse multi arguunt, aliis cum Baronio eum vel excusantibus vel defendentibus. Vide Tillemontium Tom. IV. memor. part. 3. & Valesium ad Theodoritum p. 6.

19. HESYCHIUS Ægyptius Episcopus patria ut videtur Alexandrinus iisdem qvibus Lucianus temporibus *Græcam versionem librorum sacrorum recensere* aggressus, qvam ejus ἔκδοσιν ab Ægypti & vicinarum regionum Ecclesiis receptam Hieronymus testatur, iisdem qvibus Lucianus temporibus Martyrium subiit. Eundem suspicor primum esse auctorem *Glossarii* Græci Biblicas voces tam diligenter explicantis qvod sub Hesychii Alexandrini nomine habemus. Vide si placet qvæ dixi lib. IV. c. 35. §. 4.

20. PHILEAS Episcopus Thmuitanus & Martyr librum de Martyrum laude composuit teste Hieron. c. 78. illum nimirum ex qvo fragmenta servavit Eusebius VIII. 10. Hist.

De Hæreticorum tertii sæculi scriptis ut nonnulla etiam subjungam, PAULUS Samosatenus Episcopus ab A. C. 260. Antiochenus & propter hæresin deinde A. C. 270. ab Episcopis qvos semel iterumqve simula-

2011 Ministerio de Cultura

ſimulationibus ſuis * eluſerat, depoſitus, diligenterq; diſtingvendus tum ab altero Paulo Antiocheno ejusdem fere ætatis, de qvo Eusebius VI. 2. Hiſt. p. 203. & à Paulo Paulicianorum auctore, qvi Manichæorum hæreſin Sæculo VII. inſtauravit. Hujus vero, de qvo jam dicere inſtitui, ſectatores dicti ſunt Paulianiſtæ, & Samoſateniani. In Epiſtola Synodica ** apud Euſebium VII. 30. deſcribitur Paulus iſte ut valde ſuperbus & arrogans, & qvi concionanti ſibi applaudi diligenter & oraria concuti *** volebat: Ibidem traditur Hymnos CHRISTO cani ſolitos abrogaſſe *ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα*, at inſtituiſſe mulieres qvi feſto Paſchatis die *hymnos* in ipſius Pauli laudem in Eccleſia canerent, *εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τῶν Πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκέσας ἄν τις φθείξειεν.* Pauli *decem quæſtiones* ſive *propoſitiones* cum Dionyſii Alexandrini reſponſione & confutatione editas eſſe dixi ſupra p. 263. Sed Epiſtola qvam ſibi à Paulo ſcriptam Dionyſius memorat, una cum aliis ejus ſcriptis intercidit, & jam Athanaſius negat Epiſtolam Pauli ad Epiſcopos Antiochiæ congregatos ſe potuiſſe conſeqvi, de Synodis Arimin. p. 915. & 922. T. I. edit. Lipſ.

SCYTHIANUS Saracenus † Manichæi anteambulo, diſcipulum habuit TEREBINTHUM, qvi alio nomine deinde BUD-

* Vide Euſebium VII. 28. ſq. Hiſt. & Theodorit. II. 9. hæretic. fab. In Synodo A. 270. convictus eſt ab *MALCHIONE* Presbytero, qvi antea Rhetorum Scholæ apud Antiochenſes præfuerat, ut narrat idem Euſebius VII. 29. Ex diſp. Malchionis qvædam affert Leontius lib. I. contra Neſtor. Confer è recentibus inprimis Tillemontium Tomo IV. memor. parte 2.

** Fragmentum illius Epiſtolæ ab Euſebio prætermiſſum exhibet Baluzius in nova collect. Concilior. pag. 22. A Malchione ſcriptam tradit Hieronymus c. 71. De Malchione hoc Menologia 28. Octobr.

*** De illo more conſules Caſaubonum ad Vopiſci Aurelianum c. 48. Matthæum Larroqvanum lib. I. Adverſarior. ſacrorum c. 37. & Jo. Baptiſtam Ferrarium de veterum acclamationibus & plauſu lib. 2. cap. 7. & 8.

† Hunc Scythianum Manetis adhuc ætate vixiſſe non dubito, licet ætate ac ſenio eum præceſſit. Neqve obſtat qvod Apoſtolorum temporibus propiorem faciunt veteres qvidam, aut cum Manete confundunt. Certe ex Manetis Epiſtola ad Scythianum fragmentum à me infra afferetur. Nec aſſentior Pearſonio qvi p. 116. ad Symbolum Zaranem Scythiano juniorem facit, & Manichæorum familiæ inſerit. Qvin imo fuit Zaranes antiquus legislator Perſarum ac Magus Pythagora antiqvior, aliis Zarades vel Zaratus. Vide Tollii iter Italicum p. 135.

2011 Ministerio de Cultura

BUDDAM † se vocavit, scripsitqve ei (hoc est ab eo dictatos) qvatuor libros, unum *Mysteriorum*, alium *Capitulorum*, tertium *Evangelium* & noviſſimum omnium *thesaurum*, ut legas in Actis Archelai cum Manète p. 96. qvæ & ipsa inscribuntur *thesaurus verus* veluti qvæ falso illi opponantur. Eorundem qvatuor librorum mentio apud Cyrillum Hieroſol. Catècheſi V.I. p. 57. Epiphanium LXVI. 2. Socratem lib. 1. c. 22. Hiſt. Svidam in Μάνης, Cedrenum, & Photium MS. lib. 1. contra in Manichæos, cujus verba dedi in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 141. Magiæ, Aſtrologiæ & artis Medicæ peritum & Magicis libris ſedulum teſtatur Epiphanius T. 1. p. 620. adde 629. ſeq.

MANES ſive * MANICHÆUS cujus hæreſis circa A. C. 278. erupit, ut ſupra in Archelao notavi, acceptis ſibiqve magnam

† Buddæ nomine apud Indos notari ſapientem, ſcribit Andreas Mullerus Greifenhagius in Obſervationibus Sinicis p. 16. Et fuit eo nomine in India vir ſapiens antiqviſſimis temporibus, unde Indorum Philoſophos τοῖς Βυτλᾶ παραγγέλμασιν obſeqventes, eumqve ut DEum venerantes memorat Clemens Alex. 1. Strom. p. 305. Illum cum Manetis Magiſtro perperam confundit Voſſius p. 7. libri de ſectis Philoſophor. Manetem gente Brachmanem ſive Indum fuiſſe tradit è Cedreno Svidas.

* Manes Chaldaica ſive Babylonica lingva מאן σκεῦος ſignificat, monente Epiphanio LXVI. 1. Perſica lingva ut ſcribit Photius MS. ſonat τὸν οἷον ὁμιλητικὸν ἢ πρὸς διάλεξιν δραστήριον. Sic & Cyrillus Hieroſol. Qvam tamen ſignificationem hodie in lingva Perſica ignorari notat Thomas Hyde pag. 284. Hiſtoriæ relig. veterum Perſarum. Qvi p. 281. probat ſignificationem vocabuli Perſici *Máni*, qvo *pictor* denotatur & Manetem artem pictoriam exercuiſſe contendit. Latinis antiqvis *Manum* bonum eſt, de qvo Voſſii Etymologicum in *Manes*. Sed hoc nihil ad Manetem ſive Manichæum, qvod nomen ſibi impoſuiſſe illum hæreſiarcham ex Hebraico מנחם ut *paracletum* ſe jactaret, affirmant Jacobus Uſſerius in Annalibus ad A. M. 3232. & Gatakerus Adverſar. Miſcell. c. 35. Phrygium etiam nomen *Manes*, de qvo Caſaubonus XIII. 5. ad Athenæum. At pro Manete ſive Manichæo à diſcipulis ſuis vocabatur *Mannicheus*, qvaſi manna fundens, (non à *mannacha* reqvies, ut eidem Hydeo perſvaſum.) Vide Auguſtin. XIX. 22. in Fauſtum & Fulleri II. 18. Miſcell. Neqve tamen veriſimile eſt in Codice Juſtinianeo leg. 4. de hæreticis & Manichæis pro verbis *Manichæos ſeu Manichæas vel Donatiſtas meritiſſima ſeveritate perſequimur*, legendum eſſe *Manichæos ſeu Mannicheos*, ut nuper conjiciebat Nobiliſſimus & ſagaciſſimus Bynkershœkius in Obſervatt. Juris Romani. Nam ne urgeam in Baſilicis etiam legi Μανιχαίας & in aliis etiam legibus ut lib. XVI. Cod. Theodoſ. tit. 5. l. 7. *ſi qui Manichæus Manichæave:* non poſſum mihi perſvadere Imperatorem recepto ac notiſſimo Manichæorum nomini aliud affectatum

2011 Ministerio de Cultura

gnam partem vindicatis ** Scythiani libris varia & ipſe ſcripſiſſe à veteribns traditur, ut ſunt:

Λόγος περὶ πίστεως, ex qvo fragmentum apud Epiphan. T. 1. pag. 630. LXVI. 14.

Μυστήρια, liber ſectionibus ſive τμήμασι λόγων XXII. pro numero litterarum Alphaberi Syriaci diviſus & fortaſſis Syriace ſcriptus. Epiphan. LXVI. 13. In illo inſtituit evertere Legem ac Prophetas. Vide formulam receptionis ſive anathematiſmos Manichæorum in Jac. Tollii itinere Italico p. 142. & Petrum Siculum pag. 20. Ab hoc myſteriorum libro diverſam τὴν τῶν κεφαλαίων βίβλον, una cum aliis Manichæorum libris rejicit Timotheus presbyter CPol. de iis qvi ad Eccleſiam accedunt, ubi etiam memorat librum τῶν εὐχῶν ſive precum, atq; cujus etiam apud Petrum Sic. & in formula receptionis mentio, τὴν τῶν Γιγάντων πραγματείαν, qvam oppugnaverat Heraclianus teſte Photio, ubi ἡ γιγάντειος βίβλος vocatur. Cod. 85.

Θησαυρὸς ζωῆς. Memorat Formula receptionis & Epiphan. ibid. Ex libro ſeptimo theſauri verba qvædam producit Auguſtinus libro de natura boni contra Manichæos c. 44. Meminit etiam lib. 1. Actor. cum Felice cap. 14.

Μικρὸς Θησαυρός. Epiphan. loco laudato.

Περὶ

tum & admiratoribus ejus ſolis probatum addere voluiſſe. Cæterum Diogenis ſervus etiam dictus Manes teſte Laërtio VI. 55. Seneca cap. 8. de tranqvill & Ælian. no XIII. 28. Hiſt. & freqvens hoc nomen in ſervis, ut notatum præclaræ eruditionis viro Hadriano Relando parte 2. diſſ. Miſcellan. p. 193. ſq. cui adde Menagium ad Laërt. V. 55. & VI. 55. Utrum Manes proprium hæretici nomen fuerit, video dubitantes Pearſonium p. 116. ad Symbolum Apoſt. & Gvil. Beveregium doctiſſimum Epiſcopum nuper Aſaphenſem notis ad Canonem 95. Trullanum p. 163. ſeq. qvoniam in Oriente qvilibet hæreticus *Min* ſive *Minæus*, & apud Arabes mendax *Man* appellatur. Et Epiphanius atqve Auguſtinus aliud etiam nomen Manetis, *Cubricum* memorant, (קב-ריקא κενὸς σκεῦος vel קב רוחא σκεῦος ἐκ πνεύματος, ut *Manichæus* מנא חיה σκεῦος τῆς ζωῆς ex ſententia Steph. le Moyne p. 634. ad VariaSacra) de qvo eundem Fullerum ſi placet conſules. Sed nec deſunt qvi à Manete demum (qvod nomen à μανία derivant ſcriptores Græci Eccleſiaſtici, & μανιῶδες ὄνομα vocat Epiphanius LXXVIII. 3.) factum eſſe putant, ut Minæus pro hæretico & pro mendace Man uſurpetur. Vide Rev. Joannis Wulferi theriacam Judaicam p. 100. Certe veterum conſenſus vix videtur pati, ut Manetis nomen ſive Manichæi, proprium hæreſiarchæ fuiſſe dubitemus. Adde Scaliger. ad Euſeb. num. MMCCXCIII.

** Archelaus Actis cum Manete p. 98.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ Ἀστρολογίας. id. Astrologiæ judiciariæ studium Manichæis tribuitur in præfat. Arab. ad Concil. Nicæn. Confer Augustin. IV. 3. Confess. & V. 7. VII. 6.

Epistola ad Marcellum virum illustrem, cum Marcelli responsione apud Epiphanium exstat LXVI. 6. ex Actis Archelai cum Manete p. 6. edit. Clariss. Zaccaginii.

Epistola fundamenti scripta ad aliqvem qvem dilectissimum fratrem vocat. Eam singulari libro confutavit S. Augustinus, cui tota passim inserta legitur. Vide & ejusd. Augustini Acta cum Felice Manichæo & lib. de natura boni c. 42. 46. &c. Germanice illam Epistolam exhibet Godofredus Arnoldus in Historia sive Apologia hæresium. T. IV. p. 54. seq. Incipit his verbis : *Manichæus Apostolus JEsu Christi* * *providentiâ DEi Patris. Hæc sunt salubria verba ex perenni ac vivo fonte, quæ qui audierit & eisdem primum crediderit, deinde quæ insinuant custodierit, nunquam erit morti obnoxius, verum etiam æterna & gloriosa vita fruetur. Nam profecto tantus est judicandus qui hac divina instructus cognitione fuerit, per quam liberatus in sempiterna vita permanebit. De eo dilectissime frater audisti, de quo mihi significasti, dicens nosse te cupere* &c.

Ἐπιστολῶν βιβλίον sive ὁμάς. Vide formulam receptionis apud Tollium p. 142. Petrum Siculum p. 30.

Ἡ τῶν Ἀποκρύφων καὶ ἡ τῶν ἀποσυνημονευμάτων βίβλος. id.

Legis Christianorum libros à Manichæo corruptos testatur Archelaus p. 99. qvanqvam Photio MS. teste Manichæi in textu ipso sacro non multa immutarunt, τοῖς ῥήμασι μὲν καὶ ὀνόμασιν οὐδὲν μέγα παραλλάττοντες οὐδὲ καταικιβδηλεύοντες τὸν λόγον τὸ σχῆμα (καθάπερ Οὐαλεντῖνος καὶ ἕτεροι.) - - τὰ ῥητὰ μηδὲ παρενθήκαις μήτε ἐφοσθήκαις ἀναίδην λυμαινόμενοι. Verùm corruptos esse libros sacros Novi fœderis calumniabantur, è qvibus nonnullos plane repudiabant, ut Acta Apostolorum & qvidam ex illa secta Epistolas etiam Catholicas, Petri præsertim, ut qvi CHRISTUM abnegasset. Idem Photius MS. lib. 1. & Augustinus de utilitate credendi c. 2. & 3. adde Rich. Simonis Hist. Crit. N. T. lib. 1. pag. 7. seq. & Jo. Millium in prolegomenis ad Novum fœdus.

* Simile & aliarum ejus Epistolarum exordium fuisse testis Augustinus XIII. 4. contra Faustum.

2011 Ministerio de Cultura

Fragmenta quædam * *ex Epistolis Manetis* ** *sive Manichæi.*

Ex cod. Collegii Ludovici Magni Soc. Jes. Parisiis, in qvo multa veterum Patrum testimonia congesta sunt adversus eos, qvæ unam duntaxat in CHristo naturam confitentur, Cap. ult.

Μάνης Πέρσης ἐκ τῆς πρὸς Ζεβηνᾶν ἀυτῦ ἐπιστολῆς.

Μία ἔστιν φωτὸς ἁπλῆ καὶ ἀληθὴς ἡ φύσις, καὶ μία αὐτῦ ἡ ἐνέργεια. τὸ φῶς γὰρ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐκ ἔλαβεν· οὐ γὰρ οὐσίας ἥψατο σαρκὸς, ἀλλὰ ὁμοιώματι καὶ σχήματι σαρκὸς ἐσκιάσθη, ἵνα μὴ κρατηθῇ διὰ τῆς οὐσίας τῆς σαρκὸς καὶ πάθῃ καὶ φθαρθῇ, τῆς σκοτίας φθειρούσης αὐτῦ τὴν ἐνέργειαν τὴν φωτεινὴν. πῶς οὖν ἔπαθε, μήτε τῆς κακίας κρατυμένης, μήτε τῆς ἐνεργείας αὐτῦ σκοτισθείσης;

Manis Persæ ex Epistola ad Zebenam. Una lucis est simplex & vera natura, & una ejus operatio. Lux enim in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Non enim essentiam carnis attigit, sed similitudine & figura carnis fuit obumbrata, ne comprehenderetur ab essentia carnis & pateretur ac corrumperetur, tenebris operationem lucis corrumpentibus. Qvomodo igitur passa esset, cum nec malitia eã comprehenderit, neqve operationem ejus tenebræ obscuraverint.

Τῦ αὐτῦ ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Ἁπλῆ φύσις οὐκ ἀποθνήσκει, καὶ σκιὰ σαρκὸς οὐ σταυροῦται. μίαν οὖν ἔχων ἔμεινε τὴν φύσιν καὶ ἐνέργειαν τὸ φῶς μηδὲν παθὸν τῷ ἐπισκιάσματι τῦ σαρκὸς οὐκ ἔχοντι φύσιν κρατυμένην.

Ejusdem ex eadem Epistola. Simplex natura non moritur, & umbra carnis non crucifigitur. Perpetuo igitur unam naturam & unam operationem lux habere perseveravit, nihil patientem ab umbra carnis, qvæ naturam neutiqvam comprehensam tenet.

Ex Cod. Regio Paris. 2378. ad calcem operum S. Nicephori CPol.

Μάνης ἐκ τῆς πρὸς Σκυθιανὸν ἐπιστολῆς. ἐν ἑτέροις δὲ Βαλεντίνος δὲ διδασκάλου Μάνεντος ἐπιγέγραπται.

Manis ex Epistola ad Scythianum (in aliis inscribitur: Valentini, qui Manis Magister † fuit.) Sempiternæ Lucis

ὁ δὲ

* Hæc fragmenta ad doctissimum virum Jo. Ernestum Grabium cum magna harum litterarum jactura nuper die XIV. Novembris hoc anno 1711. extinctum missa pridem Parisiis à R. P. Michaële le Qvien, benevole mecum communicavit Collega meus honoratissimus *Jo. Fridericus Winckler*, in Gymnasio Hamb. Orientalium lingvarum Professor, pietatis atqve eruditionis laude celebratissimus.

** Uti nomen hæresiarchæ in nominandi casu jam Manes est jam Manichæus, sic in genitivo reperio non tantum Manis, Μάνεντος, & Manetis, sed etiam *Manæ*, ut in veteri versione Actorum Archelai p. 23.

† Magister, qvod Manes similia cum Valentino docuit, non qvod eum audivit.

2011 Ministerio de Cultura

Ὁ δὲ ἓξ ἀϊδίᾳ Φωτὸς ὑὸς τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὄρει ἐφανέρωσεν. οὐ δύο ἔχων φύσεις, ἀλλὰ μίαν ἐν τῷ ὁρατῷ καὶ ἀοράτῳ.

Filius propriam essentiam in monte manifestavit, non duas habens naturas sed unam in visibili & invisibili.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Κόδαρον Σαρακηνὸν ἐπιστολῆς.

Ἰουδαίων βαλομένων ποτὲ λιθάσαι τὸν Χριστὸν καὶ τῆς παρανομίας αὐτῶν τὴν τόλμαν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν, ἔδειξε σαφῶς τὴν αὐτοῦ οὐσίαν ὁ ἓξ ἀνωτάτω Φωτὸς υἱὸς, καὶ μέσος αὐτῶν διελθὼν οὐχ ὡρᾶτο· ἡ γὰρ ἄϋλος μορφὴ συσχηματισαμένη τὸ εἶδος τῆς σαρκὸς, ὁρατὴ μὲν οὐκ ἦν, ἐψηλαφᾶτο δὲ ὅμως, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν κοινωνίαν τῆς ὕλης πρὸς τὸ ἄϋλον, εἰ καὶ ζαρκὸς ὡρᾶτο μορφή.

Ejusdem ex Epistola ad Cudarum *** *Saracenum.* Cum Judæi aliqvando vellent CHRISTUM petere lapidibus, & sceleratam audaciam suam re ipsa exeqvi, essentiam suam perspicue demonstravit supremæ Lucis Filius, & medius inter ipsos digressus non conspiciebatur. Immaterialis enim forma qvæ speciem carnis sibi configuraverat, non erat visibilis & neutiqvam tangebatur, qvia nullam habet communionem materia cum immateriali, licet carnis forma cernebatur.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Ὀδὰν ἐπιστολῆς.

Τῶν Γαλιλαίων δύο φύσεις ὀνομαζόντων ἔχειν τὸν Χριστὸν, πλατὺ καταχέομεν γέλωτα, οὐκ εἰδότων, ὅτι ἡ οὐσία ἓξ Φωτὸς ἑτέρα ἐστὶ μίγνυται ὕλῃ. ἀλλ' ἔστιν ἀκραιφνὴς ἑνωθῆναι ἑτέρᾳ οὐσίᾳ μὴ δυναμένη, κἂν δοκῇ ταῦτα συνῆφθαι. ἡ δὲ ἓξ Χριστὸς προσηγορία ὄνομά ἐστι καταχρηστικὸν, ὅτε εἶδος, ὅτε οὐσίας ὑποκείμενον σημαντικόν. τὸ δὲ ἀνώτατον Φῶς τοῖς ἑαυτοῦ ἓξ συνουσιώμενον ἔδειξεν ἑαυτῷ ἐν τοῖς ὑλικοῖς σώμασι σῶμα, μία ὢν αὐτὸς φύσις τὸ πᾶν.

Ejusdem ex Epistola ad Odan. (*an Addam vel Buddam?*) Qvando Galilæi duas naturas nominant atqve in CHRISTO esse affirmant, effuse rideamus, nesciunt enim naturam lucis materiæ alii non misceri, sed sincera est ac simplex neqve uniri alteri naturæ potest, licet illi conjungi videatur. Cæterum CHRISTI appellatio, per abusionem ita dicitur, cum nec speciem nec naturam significet. Suprema vero lux suis essentialiter inhærens, sibi ipsi inter materialia corpora corpus demonstravit, cum sit una universum natura.

*** *Condarum*, Κόνδαρον Labbeus in conspectu Operum Jo. Damasceni p. 53.

2011 Ministerio de Cultura

Qvi cum Manichæo faciebant distingvebantur in *Electos* & *Auditores*. Ex electis fuere *Duodecim Magistri* qvibus præerat *tertius decimus, Magistrorum princeps*. Augustin. hæresi 46. His succedebant LXXII. Episcopi, qvi presbyteros creabant & Diaconos. id. De electis vide Epiphan. LXVI. 53. Hi velut de genere sacerdotum habebantur. Augustin. XXX. 5. contra Faustum. Signaculo sinus, oris & manus firmati, conjugio & carnibus abstinebant & nefas ducebant fruges manibus demetere. Augustin. hæresi 46. Epist. 74. & c. 10. seq. de moribus Manichæor. Dicti & *Illuminati* sive *Macarii* & *Catharistæ*, *Agonistæ* sive *Agonistici*. Longe inferioris conditionis erant *Auditores*, è qvibus per novem annos fuit Augustinus. Nonnulli ex Manichæis dicti *Mattarii* qvod in mattis dormirent. Augustin. V. 5. contra Faustum. Fuerunt etiam in illis *Solitarii* Cod. Theodos. XVI. 5. lege 9. sive *Monachi* à Victore Vitensi lib. 2. memorati. Vocantur etiam Manichæi *Encratitæ*, *Apotactitæ*, *Hydroparastatæ*, *Saccophori*. Cod. Theodos. XVI. 5. lege 7. & 9. *Alcuanitæ* ab *Acua* qvodam Mesopotomio Epiph. LXVI. 1. & Nicetas IV. 33. Damasceno ἀκουῖται, hæres. 66. *Phantasmatici*. Prudent. Apotheos. v. 953. seq. *Atingani*. Scal. ad Euseb. p. 241. ex Hist. Miscella, Cedreno, Zonara & Balsamone: Adde Novellam Manuelis Comneni de Melchisedecianis, Theodotianis & Atinganis, memoratam Labbeo Bibl. nov. MSS pag. 190. *Pauliciani* sub extremum sæculi VII. à Paulo Samosateno (non prisco illo sæculi III. hæretico sed) Joannis fratre & Callinices Manichææ mulieris filio. Ab illo Joanne & Paulo dicti etiam Παυλοϊωαννῖται. De his Photius MS. & Euthymius part. 2. panopliæ tit. 21. Idem Photius sectatores hujus hæreseos nominat Baanem, à qvo Βααννῖται. Basilium. Armenium Connum qvi se vocavit Timotheum. Canacarem. Carbeam. Chrysocherem. Constantinum qvi sibi imposuit nomen Silvani, Pauli Apost. discipuli. Genesium Pauli filium, qvi & ipse se Timotheum nominavit. Josephum qvi se vocabat Epaphroditum. Michaelem. Sergium qvi se Tychicum vocavit, à qvo Σεργιῶται, & ex cujus Epistolis qvædam Photius recitat, qvemqve interemptum refert An. M. 6343. h. e. A. C. 835. Simeonem qvi se appellavit Titum. Theodotum. Zachariam. Zosimum.

Mani-

2011 Ministerio de Cultura

Manichæi nonnulli, quorum apud Veteres mentio.

Acuas Meſopotamius, à qvo Manichæi dicti Acuanitæ. Epiphan. LXVI. 1.

Adamantus Manichæi diſcipulus, Photio & aliis præter Addam & Adimantum memoratus.

Addas ſive *Buddas* auctor pſeudo Evangelii, qvod è Marci IV. 21. μόδιον inſcripſit confutati à Diodoro Cilice libris XXV. de qvibus Photius Cod. 85. Fuit itidem unus è duodecim Manetis diſcipulis: cæterorum undecim hæc ſunt nomina apud Petrum Siculum & Photium MS. lib. 1. contra Manichæos: *Adamantus*, *Adimantus*, *Agapius* (male *Alogius* apud Timotheum presb. p. 452. edit. Combefiſii) auctor Heptalogi, vide Petrum Siculum p. 30. *Aphthonius*, *Gavriabius*, *Hermas*, *Heraclides*, *Hierax*, *Siſinius*, *Thomas*, *Zarvas*. Apud Epiphanium LXVI. 5. videtur male pro ιβ eſſe ſcriptum κβ ac ſi XXII. hubuiſſet diſcipulos. In Anathematiſmis à Jac. Tollio editis p. 142. *Adamantus* ille (Petro Siculo Ἄδαντος) bis dicitur *Adas*, qvi una cum Adimanto ſcripſerit contra Moyſen ac Prophetas. Præterea cæteris additur *Ariſtocritus*, auctor libri cui titulum fecit Θεοσοφίαν. *Baræas*, *Hilarius*, *Innæus*, *Olympius*, *Paapis* & *Salmæus*.

Adimantus Manetis diſcipulus, contra qvem ſcripſit B. Auguſtinus, qvem vide etiam in libris de adverſario legis ac Prophetarum qvi proprio nomine *Addam* dictum teſtatur lib. 2. extremo. Ille Adimantus ſolus poſt Manichæum ſtupendus dicitur Fauſto, ejusdem ſectæ homini, de qvo infra.

Agapius cujus ſcripta ad *Uraniam* uxorem refert Photius Cod. 179. Vide & ſupra in Adda.

Alexander Lycopolita, ex Lyco Thebaidis, Ægyptius, qvi poſtea Manichæos oppugnavit.

Aphthonium, *Hieracem* & *Heraclidem* ἐξηγητὰς τῶν Μάνεντος συγγραμμάτων vocant Anathematismi Manichæorum à Tollio & Cotelerio editi.

Ariſtocritus auctor libri qvem inſcripſit Θεοσοφίαν, in qvo conatus eſt oſtendere Ethniciſmum, Judaiſmum & Chriſtianiſmum eſſe unum idemque dogma. id. *S. Augu-*

2011 Ministerio de Cultura

S. Augustinus qvi novem annos inter auditores Manichæorum fuit, at diruptis & derelictis illorum laqveis Catholicæ Ecclesiæ gremio se restitutum gaudet c. 1. libri de duabus animabus & in aliis contra Manichæos scriptis.

Buddas. Vide supra in Addas. Cæterum Buddæ nomine apud Indos notari sapientem, jam supra notavi ex Andreæ Mülleri Observ. Sinic. p. 16.

Cajus Patriarcha Alexandrinus. Eutych. T. 2. Annal. p. 148.

Callinice mater Joannis & Pauli, auctoris Paulicianorum. Cedren. p. 356.

Clementianus qvi Manichæi nomen femori suo inscriptum gessit, teste Victore Vitensi lib. 2. de persecut. Vandalica.

Constantius qvi deinde ad Ecclesiam rediit & Pelagianis fortiter restitit. Augustin. de moribus Manichæor. c. 20. Prosper in Chronico & Martyrolog. Rom. 30. Novembr.

Faustus Milevitanus Afer, cujus Volumen libris XXXIII. confutavit Augustinus. Episcopum Manichæorum vocat V. 3. confess. & novem annos à se auditum testatur c. 6.

Felix cum qvo disceptavit, qvemqve ad Ecclesiam reduxit Augustinus Honorio septimum Consule h. e. A. C. 407. Vide libros duos Augustini de Actis cum Felice.

Fortunatus Manichæorum presbyter, contra qvem scripsit sive cum qvo disceptavit per biduum præsente notario idem Augustinus Arcadio Augusto secundum & Rufino Viro Clarissimo Coss. hoc est A. C. 392. Adde Possidium in vita Augustini c. 6.

Gavriabius Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

Heraclides, Hermas & Hierax, Hilarius, Innæus Manetis discipuli. Vide in Adda & Aphthonio. Hermeam à Manete missum in Ægyptum, Thomam in Judæam, & Addam εἰς τὰ ἀνωτερικὰ μέρη, ex Archelai p. 22. scribit Epiphanius LXVI. 12. Addam contulisse se in Scythiam, Thomam cum Manete mansisse, narrat idem Archelaus p. 98. Thomæ Syriam, Addæ Orientem obtigisse, legas apud Epiphan. LXVI. 31.

Johannes Patriarcha Alexandrinus. Eutych. T. 2. Annal. p. 187.

Justus sive *Justinus* contra qvem exstat Victorini liber à Sirmondo editus.

Leucius Charinus sive *Seleucus* Apocryphorum Actuum Apostolicorum scriptor, de qvibus dixi in Codice Apocrypho N. T.

Olym-

2011 Ministerio de Cultura

Olympius Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

Papus Πάπος cujus apud Alexandrum Lycopolitam mentio. In Anathematismis Manichæor. videtur dici Πάαπος.

Philo presbyter, qvem Manichæorum fabulas populo DEi proposuisse indignatur S. Nilus lib. 2. Epist. 321.

Salmæus Manetis discipulus. Vide supra in Adda.

Sebastianus Athanas. T. 1. p. 704.

Secundinus, contra qvem scripsit Augustinus. Secundini ad Augustinum Epistola præmittitur, qvam Germanice etiam exhibet Godfridus Arnoldus in Apologia hæresium T. IV. p. 58. una cum Manichæi Epistola & Fortunati confessione qvas utrasqve confutat Augustinus.

Sisinius Manetis discipulus & Petro Siculo teste διάδοχος. Vide supra in Adda.

Thomas cujus meminit Alexander Lycopolita p. 4. Evangelium Apocryphum sub Thomæ Apostoli nomine composuisse legitur in Anathematismis Manichæorum, & apud Petrum Siculum. Licet Evangelii Thomæ jam apud Origenem mentio qvi ante Manetis hæresin diem obiit. Vide & supra in Adda & Heraclide. De Evangelio Philippi & infantiæ CHRISTI, de Actis Andreæ Apostoli & aliis libris Apocryphis, ut Epistola * ad Laodicenses per Manichæos temere jactatis, dixi in Codice Apocrypho Novi Test.

Tyrbo Manichæi discipulus. Epiphan. T. 1. p. 623. 624. 625. 627. & 642. ex Archelai Actis cum Manete pag. 8. 9. &c. ad Ecclesiam reductus & Diaconus ordinatus ab Archelao. id. p. 68.

Zarvas, Manetis discipulus. Supra in Adda.

Auctores veteres qui de Manichæis, vel adversus illorum hæresin scripserunt. Deperditis præfixus est astericus.

ANathematismi hæreseos Manichæorum, iis proponi soliti qvi ab illa ad Ecclesiam redeunt, ex MS. Regio Græce & latine apud Cotelerium ad lib. IV. recognitionum Clementis c. 24. & ex Cæsareo

* Epistolam Pauli ad Laodicenses inter scripta à Manichæis jactata refert Timotheus presbyter CPol. libello de iis qvi ad Ecclesiam ab hæreticis veniunt.

2011 Ministerio de Cultura

MS. in Jacobii Tollii insignibus itineris Italici Traject. 1696. 4. p. 126. Vide & Jac. Goarum ad Evchologium Græcorum p. 885. 890. seq.

Alexandri Lycopolitæ ex Ethnico Manichæi atqve inde ad Ecclesiam reducti liber πρὸς τὰς Μανιχαίων δόξας *adversus Manichæorum placita.* Græce & lat. è Bigotii Apographo edidit Combefisius T. 2. auctar. noviss. Paris. 1672. fol. Exstat & MS. in Bibl. Cæsarea teste Lambecio T. 4. p. 210. Habuit & Allatius p. 30. & 36. ad Hexaëmeron. Videtur scripsisse sæculo qvarto. Meminit Photius MS. lib. 1. contra Manichæos.

* *Apollinaris* Laodicenus. Epiphan. LXVI. 21.

Archelai Acta cum Manete, latine versa exstant, de qvibus supra. Ad hæc acta B. Ittigius recte referebat qvod auctor libelli Synodici à Pappo editi memorat *Concilium Mesopotamicum* qvo Manes damnatus fuerit.

Athanasius Alexandrinus lib. contra omnes Hæreses T. 1. p. 1082. seq. Inter Manichæorum oppugnatores Athanasium laudat Epiphanius LXVI. 21. Vide & infra in Serapione.

Auctor Prædestinati hæresi XLVI.

Augustinus de hæresibus c. 46. & in pentateucho † T. 1. variisq; scriptis in Tomo VI. antiqviorum, & octavo novæ editionis à Monachis Benedictinis curatæ.

Cedrenus, Michaël Glycas, Auctor Chronici Alex. & Georgius Syncellus, Jo. Malala, Eutychius, Gregorius Abulpharajus, & alii Annalium scriptores.

* *Basilii* librum contra Manichæos laudat Augustinus lib. 1. contra Julianum Pelagianum. T. 7. p. 944.

Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi VI.

Jo. Damascenus hæresi LXVI. & dialogo contra Manichæos, qvem post Emanuelis Margunii Græcolatinam edit. Patav. 1572. Jo. Leunclavius etiam utraqve lingva edidit Basil. 1578. 8. cum Manuelis Comneni legatione ad Armenios, aliisqve scriptis.

Didy-

† Pentateuchum Augustini Paulinus vocat Epistola 4. hos ejus quinque libros adversus Manichæos: de libero arbitrio, de Genesi, de moribus Ecclesiæ Catholicæ, de moribus Manichæorum & de vera religione. Manichæos subvertit etiam *Leo* Magnus ut testatur S. Prosper de promissionibus f. CXI. edit. Lugd. 1539. fol.

2011 Ministerio de Cultura

Didymus Alexandrinus contra Manichæos, cujus fragmentum latine ex Turriani verſione vulgavit Poſſevin⁹ in apparatu S. ad calcem literæ D. & Caniſius T. 5. Antiqv. lect. Idem Græce & latine ex Emerici Bigotii qvod ex Italia attulerat apographo Combefiſius in auctario noviſſimo Bibl. Patrum Pariſ. 1672. fol. parte 2. p. 21 - 32. Integrum hunc librum ad nos haud perveniſſe, argumento eſt qvod in Damaſceni parallelis ex Didymo contra Manichæos qvædam allegantur, qvæ in editis non extant. Græce locum produxerat etiam Petrus Poſſinus ad Nili Epiſtolas p. 342.

* *Diodori* Tarſenſis Cilicis libri XXV. contra Manichæos & Addæ μόδιον. Phot. Cod. LXXXV.

Ecbertus Schonaugienſis Cœnobii Monachus & presbyter medio ſeculo XII. clarus in ſermonibus XIII. adverſus Catharos & excerptis ex Auguſtino contra Manichæos. Colon. 1530. 8. & in Bibl. Patrum Lugd. Tom. 23.

Evodii Uzalenſis liber de fide ſive de unitate Trinitatis contra Manichæos exſtat inter Auguſtini Opera. Confer Sirmondum c. 1. Hiſt. Prædeſtinatianæ.

Euſebius Cæſareenſis VII. 31. Hiſt. & forte in ſingulari opere deperdito qvia ab Epiphanio LXVI. 21. inter Manichæorum oppugnatores refertur. Nicephorus VI. 31. ſeq.

* *Euſebius* Phœnix Emiſenus. Epiphan. T. 1. p. 638. Theodorit. lib. 1. c. 28. hæretic. fabul.

Euthymius panopliæ adverſus omnes hæreſes, qvæ latine exſtat T. XIX. Bibl. Patrum Lugd. part. I. tit. 9. ex Athanaſio, Baſilio, Gregorio Nyſſeno & Chryſoſtomo, & part. 2. tit. 21. ex Photio.

* *Georgius Laodicenus.* Meminit Epiphan. Theodoritus lib. 1. c. 28. hæret. fab. & Photius Cod. 85. adde Allatium pag. 306. de Georgiis.

Gregorii Nyſſeni contra Manichæos Syllogiſmi X. T. 3. Opp.

* *Hegemonius* ὁ τὰς Ἀρχελάϑ πρὸς τὸν Μανιχαῖον ἀνϑιλογίας γράψας. Phot. Cod. LXXXV.

* *Heliodorus* presbyter libro de natura rerum exordialium. Gennad. c. 6. de S. E.

* *Helpidii & Nebridii* adverſus Manichæos certamina Auguſtino memorata. Confeſſ. VI. 11. VII. 2.

* *Heracliani* Epiſcopi Chalcedonis libri XX. contra Manichæos eorumqve ζῶν Εὐαγγέλιον Phot. Cod. LXXXV.

2011 Ministerio de Cultura

Leontius lib. de ſectis pag. 433. *Libanius* Epiſt. ad Priſcianum apud Valeſ. pag. 13. ad Socratem.

Moſes Bar Cepha lib. de Paradiſo p. 423. ſeqq.

Muhamed ben Iſaac MS. de qvo Hottingerus T. 1. Hiſt. Eccleſ. p. 149.

* *Nebridius.* Supra in Helpidio.

Nicetas Choniates IV. 33. theſauri Orthodoxæ fidei.

* *Origenes* licet Manete antiqvior in Valentinianis & Marcionitis etiam Manichæorum hæreſin anteqvam naſceretur oppugnaverat. Atqve ita capiendus Epiphanius LXVI. 21.

Petri Siculi (qvi Baronio & Poſſevino male *Lucas*) Hiſtoria Manichæorum & Paulicianorum ad Archi-Epiſcopum Bulgariæ circa A. C. 870. ſcripta & è MS. Vaticano Græce & latine edita à Matthæo Radero S. I. Ingolſtad. 1604. 4. & latine in ſupplemento Bibl. Patrum Pariſ. 1639. & T. IX. Colon. 1618. & T. 16. Lugd. 1677.

Philaſtrius hæreſi LXI. LXXXVII. XCIX.

Photii patriarchæ CPol. libri IV. contra Manichæos & Paulicianos MSS. Græce in Bibl. Johannea Hamburgenſi. Eorum Epitome in Euthymii Panoplia part. 2. tit. 21. integros editurum ſe recepit Clariſſ. Zacagnius poſt D. Abrah. Hinckelmannum τὸν μακαρίτην, cujus vide detectionem fundam. Bohemiani p. 52. & 123.

Mich. Pſellus libro de operatione Dæmonum contra Manetem & Evchitas.

Serapionis Thmuitani Epiſcopi liber contra Manichæos laudatus Photio Cod. 85. etiamnum extat, de qvo infra in Tito Boſtrenſi. Principium ejus libri ſed ſub *Athanaſii* nomine adducit Facundus XI. 2. Qvæ vero ex Serapione profert Sixtus Senenſis, in edita Turriani verſione & Græco codice Holſteniano haud extant, ut jam notavi in Codice Apocrypho Novi Teſt. p. 3. Neqve forte Elias du Pin T. 2. Bibl. Eccleſ. p. 73. ſi legiſſet Græce, accuſaſſet ſcribendi genus tanqvam ſimplex nimis ac neglectum, *fort ſimple & fort peu etudié.*

Socrates lib. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 22. *Svidas* in Lexico. *Theodoritus* hæret. fab. lib. I. c. 26. V. c. 9. *Timotheus* presbyter p. 114. ſq. edit. Meurſii.

Titi Boſtrenſis libri IV. contra Manichæos, è qvibus primi duo integri cum tertii initio & Serapionis libro contra Manichæos, extant Græce MSti in Bibl. Johannea Hamburgenſi. Latine ex Turriani verſione pridem in Caniſii Lect. Antiqv. Tomo V. prodierunt, & recuſi ſunt in Bibliotheca Patrum Lugd. T. 4. Libri tertii major pars

2011 Ministerio de Cultura

pars & qvartus totus intercidit. Qvæ exstant, illa Græce & latine dabit V. C. Jacobus Basnage, cui novam longe meliorem editionem Lectionum Antiqvarum Canisianarum notis & dissertationibus illustratum molienti Apographon Græci Codicis pro suo bonas litteras juvandi studio lubens transmisit laudatus paullo ante mihi Collega meus honoratissimus Jo. Fridericus Wincklerus. Donec illud opus prodeat, juvat librorum qvatuor argumenta è Codice Holsteniano Græce & latine hoc loco adscribere:

Argumenta IV. librorum Titi Bostrensis † adversus Manichæos, è MS. Codice Holsteniano.

Ὑπόθεσις τοῦ πρώτου λόγου.

Ὁ πρῶτος περιέχει λόγος ἔλεγχον καὶ ἀνασκευὴν τῶν μάλιστα κεφαλαίων τοῦ δόγματος τῶν Μανιχαίων, ὡς ἀλλοτρίως πάντη πρὸς τὰς κατὰ φύσιν κοινὰς ἐννοίας ἐχόντων.

Argumentum primi libri.

PRimus liber continet confutationem præcipuorum capitum doctrinæ Manichæorum, utpote qvæ sunt aliena penitus & cum communibus notionibus pugnantia.

Ὑπόθεσις τοῦ δευτέρου λόγου.

Ὁ δεύτερος ἀποδείκνυσιν, ὡς οὐκ ἔκ τινος τῆσδε μὴ ὄντος ἀνάρχου καὶ ἐναντίας τῷ Θεῷ δεχῆς ἄνθρωπος πλημμελεῖ. Καὶ ὡς οὐδὲν κατ' οὐσίαν ἐν τοῖς οὖσι κακοῖς, ὅτι μήν τις ἀνισότης ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐστι. Καὶ ὡς μάτην καὶ λίαν ἀσεβῶς κακίζουσι τὴν τῶν ὅλων οἰκονομίαν. Καὶ ὅλως τὸν περὶ προνοίας ἅπαντα λόγον κεφαλαιωδῶς περιλαμβάνει, ἀποδεικνὺς, ὡς οὐδεμία ἀνάγκη δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν δεχὴν τῷ Θεῷ ἐκ τῶν πραγμάτων ὑπονοεῖν.

Argumentum secundi libri.

Secundus liber demonstrat non peccare hominem ex malo qvodam principio principii experte & DEo contrario, qvale qvidem nusqvam existit. Et nullum esse malum secundum substantiam in iis qvi male sunt, nec ullam inæqvalitatem in nostris rebus, & temere atqve vehementer impie gubernationem universi tanqvam malam reprehendi. Deniqve omnem de providentia disputationem summatim complectitur, docetqve minime necesse esse ex rebus suspicari ullum dari alterum principium DEo contrarium.

† Meminit Titi contra Manichæos Hieronymus de Script. Eccles. cap. 102. & Photius cod. 85. & 232.

2011 Ministerio de Cultura

Ὑπόθεσις τ̃ τρίτ̃ λόγ̃.

Ὁ τρίτ⊙ ὑπὲρ τ̃ Νόμ̃ καὶ τ̃ν Προφητ̃ν πρ̃τον λόγον, ὡς πᾶσα τ̃ Θε̃ πάσης τ̃ς παλαι᾽ς διαθήκης δοθείσης, καὶ ὡς ὐδὲν τ̃ν αὐτόθι πεπραγμέιων τε καὶ λελεγμένων ἔυλογόν τινα κατηγορίαν ἔχει τ̃ ποιήσαντός τε καὶ λαλήσαντ⊙. Καὶ ὡς σωφρὰ πάντα τ῀ καιν῀ διαθήκη, ὡς μηδὲ ἐντεῦθεν ἀνάγκην εἶναι δευτέραν τινὰ καὶ ἐναντίαν ἀρχὴν τῷ Θεῷ ὑπονοεῖν.

Argumentum libri tertii.

Tertius liber pro Lege & Prophetis disputat, qvod totum Vetus Teſtamentum à DEo datum ſit, & nihil horum qvæ in eo facta aut dicta ſunt probabilem locum præbeant accuſandi eum qvi illorum fecit aliqvid vel dixit. Et qvod omnia cum Novo Teſtamento ſint conſentientia, ut nec ex hac parte neceſſe ſit cogitare aliqvod alterum principium DEo contrarium.

Ὑπόθεσις τ̃ τετάρτ̃ λόγ̃.

Ὁ τέταρτ⊙ ἐξαιρεῖ καὶ τὸ καιν῀ν Διαθήκην τ̃ς ἐκείνων κ̃ Θε̃ βλασφημίας, ὡς ὐδὲ πρὸς αὐτὸ παντελ῀ς ἐχόντων τινὰ κοινωνίαν, καὶ ὡς μάτ̃ν ἐκβιάζονται μέρη γε τινὰ ταύτ̃ς πρὸς σύστασιν τ̃ς αὐτ῀ν ἀσεβείας. Καὶ ὡς ἡ κ̃ τ῀ν διάβολον ὑπόθεσις ὐδὲν αὐτοῖς συναίρεται πρὸς ἃ λέγουσι κ̃ Θε῀.

Argumentum libri qvarti.

Qvartus liber Novum Teſtamentum ab illorum in DEUM blasphemia defendit, & qvod nihil prorſus cum illo (teſtamento) commune habeant, & fruſtra qvædam illius per vim trahere conentur ad impietatem ſuam ſtabiliendam. Neqve dogma Chriſtianorum de Diabolo * favere Manichæis, iisqve qvæ adverſus DEum illi proferunt.

* *Tryphon*, Origenis diſcipulus. Epiphan. T. 2. pag. 176. Photius MS. lib. I. contra Manichæos.

Fabii Marii Victorinii liber adverſus *Juſtinum* ſive ut Labbeus p. 24. Bibl. nov. MSS. *Juſtum* Manichæum. Pariſ. 1630. 8. & Tomo I. Opp. Sirmondi p. 409.

Zachariæ Scholaſtici ac deinde Metropolitæ Mytilenæi circa A. C. 530. clari, brevis disputatio de duobus principiis adverſus Manichæos, latine Turriano interprete in Caniſii lect. Antiqvis T. V. p. 143. & in Bibliotheca Patrum Lugd. T. IX. p. 794.

Scripto-

* Ita puto reddendum illum locum, neqve enim placet qvod habet Turrianus: *id quod diabolice ſubjiciunt.* Sed & in aliis ſubinde ab ejus interpretatione receſſi.

2011 Ministerio de Cultura

Scriptores recentiores, qui ad idem argumentum faciunt.

Præter Historiæ Ecclesiasticæ conditores, Centurias Magdeburgenses ejusq; Epitomatorem Luc. Osiandrum, tum Hottingerum, Tillemontium, Natalem Alex. & auctores Annalium ad A. C. 277. Baronium, Spondanum, Pagium, Sam. Basnage, eosque qui de Hæresibus tractandum in se susceperunt, ut Gabrielem Prateolum, Conradum Schlusselburgium aliosque, quibus addere licet B. D. Thomæ Ittigii prælectiones MSS. de rebus Seculi III. propediem ut spero typis excudendas, & Guil. Caveum parte præcipue altera Historiæ literariæ Scriptorum Ecclesiasticorum:

PEtrus *Bælius* in Dictionario Historico Critico, & responsione ad quæstiones hominis è Provincia: idem oppugnatus à Jo. Clerico in Parrhasianis, & Bibl. selecta, Jac. Bernardo, Isaaco Jaqueloto, aliisque & novissime ab illustri Leibnitio in acutissimo opere cui titulus: *Essais de Theodiceé sur la bonté de Dieu, la liberte de l'Homme & l'origine du mal.* Amst. 1710. 8.

D. Balthasar Bebelius Antiquitatt. Eccles. Seculi III. pag. 929-942. & Sec. IV. Tomo II. p. 1321-1331.

Jo. Henrici Horbii Historia Manichæorum Argentorat. 1670. 4.

Thomas Hyde in præclaro opere de religione Veterum Persarum Oxon. 1700. 4. capite in primis XXI.

D. Jo. Adamus Scherzerus in programmatis p. 43. sq. ubi differit de dogmate Manichæorum animas post mortem per scapham lunæ vel per solem deduci ad DEum opinantium, de quo videsis etiam D. *Christiani Thomasii* Historiam sapientiæ & stultitiæ parte 1. p. 56. seq. Hinc Solem & Lunam venerabantur Manichæi οὐχ θεὸς, ἀλλ' ὡς ὁδὸν δι' ἧς ἐστιν πρὸς θεὸν ἀφικέσθαι, ut docet Alexander Lycopolita.

Cyriaci Spangenbergii Historia Manichæorum libris III. Urselli 1578. 4.

Ægidii Strauchii Manichaismi recensio Historica. Witeberg. 1661. 4.

Johannes de Turrecremata jussu Pii II. collegit tractatum 50. veritatum contra quinquaginta errores Manichæorum, teste Gabriele Prateolo in elencho hæresium p. 311.

Frag-

2011 Ministerio de Cultura

Fragmentum Hiſtoriæ Manichæorum à *Gerhardo Johannis F. Voſſio* Hugonis Grotii * ſvaſu ſcribi cœptæ prodiit in tomo ſexto ſive ultimo ejus Viri operum junctim excuſorum Amſtelod. 1702. fol.

Jo. Wigandi ſcripta de Manichaiſmo renovato, utpote magis comparata ad invidiam Flacianis conflandam, quam illuſtrandam Manichæorum veterum hiſtoriam, ac ſimilia aliorum prætereo.

Jo. Chriſtophori Wolfii, Profeſſoris hodie in Academia Witebergenſi Manichæiſmus ante Manichæos, & in Chriſtianiſmo redivivus. Hamburg. 1707. 8.

CAPUT II.

De Scriptoribus quarti ſæculi, S. Athanaſio & Ephraimo Syro.

Vitæ S. Athanaſii Scriptores. 1. *Plures eo nomine.* 2. *Editiones.* 3. *Scripta Athanaſii in tomo primo editionis Clariſſ. Montfauconi, cum variis obſervationibus.* 4. *Scripta in tomo ſecundo ſive primi parte ſecunda.* 5. *In tomo tertio quo dubia & ſuppoſita continentur.* 6. *Supplementum ſcriptorum Athanaſii in nova collectione SS. Patrum à Montfaucono editum.* 7. *Scripta Athanaſii deperdita.* 8. *De S. Ephræmo ejusque ſcriptis Syriacis, nondum in lucem editis.* 9. *De iis quæ Græce exſtant.* 10. *De iis quæ latine tantum hactenus prodierunt.* 11. *Alii Ephræmi.* 12.

I.

CUm ſimilem in modum quo tria prima à CHRISTO nato ſecula hactenus perſequutus ſum, quarti etiam & ſequentiam ſcriptores Græcos attingere animus eſſet, nundinæ imminentes nimis breve temporis ſpatium relinquunt mihi, atq; adeo pleraq; in proximum Volumen differre jubent. Lubet itaqve ex quarto ſæculo duos ſolos illos ſcriptores recenſendos adhuc in præſenti deligere, quorum præclaras editiones novas nuper à Viris doctiſſi-

* Vide Grotii Epiſt. 45. 46.

2011 Ministerio de Cultura

doctissimis accepimus; S. Athanasium & S. Ephraimum, cæteros prima quaque occasione daturus, si DEus valetudinem porro benigniter mihi firmaverit.

S. ATHANASIUS Alexandrinus post Alexandrum A.C. 326. 17. April defunctum Episcopus, & Arianæ hæreseos inter gravissimas persecutiones constans & strenuus oppugnator obiit A. C. 373. 2. Maji, ut præter alios notavit Quesnellus ad Leonem M. p. 503. Vitam ejus fuse ac diligenter scripsere Gallico quidem idiomate *Godfridus Hermantius*, (Tillemontii memoriis tum adhuc ineditis usus) libris XII. Paris 1671. 4. duobus Vol. & *Tillemontius* tomo memoriarum Ecclesiasticarum octavo, ibid. 1702. 4. demum vulgato: latine vero *Papebrochius* in Actis sanctor. ad 2. Maji T. I. p. 186. sqq. ad 258. & in Addendis, tum T. 7. p. 546. sqq. qui p. 548. etiam vitæ Athanasii ab Adelperto, Priore S. Udalrici Augustano scriptæ meminit. *Benedictini* in limine Voluminis primi luculentæ suæ Operum Athanasii editionis, in quo habentur etiam Græce & Latine Nazianzeni Oratio XXI. in Athanasium, tum Vita ejusdem incerto scriptore, qvæ incipit ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ὑπομνήματα, itemque alia ex Photii Cod. 258. & tertia ex Metaphraste qvæ etiam legitur latine apud Surium ad 2. Maji: denique quarta latine ex Arabico versa interprete V. C. Eusebio Renaudoto, Elogiaque Athanasii à Petro Felckmanno collecta ex antiquis Scriptoribus. Omitto vitam Athanasii scriptam à Jo. Tortelio Aretino, præmissamqve opusculis Athanasii Latine editis Paris. 1520. & in tomo tertio Lipomanni de vitis sanctorum recusam: & Antonii Probi orationem Athanasianam Lips. 1584. 4. Et qvæ accuratiore studio de Athanasio tradidere viri Clarissimi Caveus in vitis Patrum Anglice editis T. 2. & in Hist. literaria, tum Ant. Pagius in Critica Baroniana, & novissime Sam. Basnagius in Annalibus. Conradus qvoqve Samuel Schurzfleischius ὁ μακαρίτης Witebergæ A. 1690. singulari diss. cui generalis titulus: *ex Historia Ecclesiastica*, est præfixus, Athanasii causam egit, objectasqve ei criminationes qvasdam diluit. Bernardus vero Montfauconus tomo secundæ collectionis novæ Patrum Paris. 1706. fol. animadversiones XXII. eruditas in vitam & scripta Athanasii præmisit, in qvibus plerumqve dissidet à Tillemontio, cujus octavus Memoriarum tomus demum post Athanasium à Benedictinis in lucem editum prodiit.

2011 Ministerio de Cultura

II. Plures fuere Athanasii, nam præter sex Martyres hoc nomine, de qvibus Bollandus T. 1. Act. Sanctor. ad 13. Januar. p. 768. & Athanasium Corinthi Archi-Episcopum de qvo T. 2. Maji p. 54. fuit Athanasius presbyter Alex. cujus libellus ad Leonem Papam adversus Dioscorum Græce exstat & latine in Actis Synodi Chalced. Act. 3. Athanasius A. 1290. Patriarcha CPol. latinorum hostis de qvo Allatius p. 182. seq. de libris Eccles. Græcorum, Boivinus ad Niceph. Gregoram p. 750. sq. 760. &c. Athanasius Ancyranus, Episc. A. 372. denatus, Paterqve cognominis de qvo S. Basilius Epist. 54. Athanasius Patriarcha Alex. cui Georgius Pachymeres inscribit suos in Areopagitam commentarios. Athanasius Præpositus Paulopetrii circa A. C. 818. Vide Theodori Studitæ Epist. II. 13. Athanasius Theodori Studitæ discipulus de qvo in ejus vita mentio. Ad eum Epistola Theodori 48. lib. 1. Athanasius Anazarbensis Arianus, cujus meminit S. Athanasius de Synod. Arian. T. 1. edit. Lips. p. 886. ubi fragmentum ex ejus scripto ad Alexandrum Episcopum Alex. Athanasius Hieromonachus, cujus manu descriptum A. C. 1459. octœchum servat Bibliotheca Cæsarea. Lambec. V. p. 286. Omitto Athanasium vivum exustum sub Valente Ammian. XXIX. 3. Athanasium Thavmaturgum de qvo Act. Sanctor. T. I. Junii pag. 326. seq. Athanasium Scholasticum cujus de criminibus ajunt MS. exstare in Bibl. Vaticana, Athanasium Byz. Rhetorem A. C. 1640. clarum de qvo alibi dixi, Athanasium Synadenum qvem memorat Allatius de consensu pag. 837. aliosqve.

III. *Editiones S. Athanasii.*

Latinè

Opuscula qvædam *Omnibono Leoniceno* interprete. Vincentiæ 1482.
De 40. variis qvæstionibus liber *Jo. Reuchlino* interprete, cum ejus annotationibus. Hagenoæ 1519. 4. & Rom. 1523.
Opuscula Athanasii ex *Ambrosii Camaldulensis* & aliorum versione Paris. 1520. & Argent. 1522.
Opuscula alia ex interpretatione *Erasmi*. Basil. 1527. & Tomo VIII. Erasmi Operum.
Ex variorum interpretatione Colon. 1532. 8. & eodem anno, Lugduni. Præfationes Editionibus A. 1482. 1520. & Lugdunensi 1532.

2011 Ministerio de Cultura

1532. præmissas Montfauconus exhibet in T. 2. novæ collectionis Patrum.

Athanasii opera à *Petro Nannio* collecta & latine versa. Basil. * 1556. & 1564. qvatuor tomis, qvorum tres primores à Nannio, qvartus ab aliis versa continet. & Paris. 1572. & 1581. qvibus in editionibus qvinqvepartitis Vita S. Antonii cum dialogis V. de Trinitate, Beza interprete, & Epistola ad Ammonium jacessit. Atqve iterum Paris. 1608. & 1612. ex recensione & cum notis marginalibus *Frontonis Ducæi*. Basileensem Nannii editionem recenset Bellarminus de scriptoribus Eccles. Parisienses Possevinus.

Epistola ad Amunem, Festalisqve undeqvadragesima & ad Rufinianum. Paris. 1574.

Nonnullo S. Athanasii homiliæ, in Bibliotheca Concionatoria Franciscí Combefis. Paris. 1662. fol.

Græce & latine.

Cum versione Petri Nannii, & aliorum, Heidelbergæ ex officina *Commelini* 1601. fol. 2. Vol. additâ à *Petro Felckmanno* appendice notisqve & Variis Lect. ex Codice Doxopatri Basileensi, collato cum aliis MSS. Græca in hac edit. ex Codicibus Palatinis & Augustanis expressa sunt, additiq; egregii indices. Hæc editio recensetur à Possevino in Apparatu.

Parisiensis Anni 1627. fol. duobus Vol. curante *Jo. Piscatore* qvæ utut nitida, tamen in Græcis & versione haud pauca mutavit satis infeliciter, Benedictionorum & Baluzii præf. ad opuscula postuma Petri de Marca judicio, & Varias lectiones Felckmanni minime contemnendas omisit, indicesqve minus accuratos ac locupletes, Caveo notante, exhibet. Recenset hanc editionem Labbeus & ex Labbeo Hendreichius in pandectis Brandenburg.

Lipsiensis 1686. fol. qvæ Coloniæ nomen falso præscriptum habet, Parisiensem ex asse refert, nisi qvod minus emendata est, adjunctumqve habet syntagma doctrinæ qvod anno priore ediderat Parisiis Andreas Arnoldus Norimbergensis.

* Paucæ qvædam Latini Latinii in hanc edit. observationes leguntur in ejus Bibliothecæ sacro profana p. 181.

2011 Ministerio de Cultura

Parisiensis Anni 1698. fol. tribus Vol. plenior longe accuratiorqve, ad MSS. Codices diligenter recensita, divisa in sectiones, & ordine temporum disposita, versioneqve vel nova vel longe castigatiore (est enim non raro ubi Nannius * etiam, præclare licet de Athanasio promeritus, cespitavit) & notis eruditis, indicibus locupletissimis, pluribusqve novis Athanasii opusculis & Onomastico sive Lexico vocum minus obviarum locupletata, curante post *Jac. Lopinum* A. 1693. 22. Dec. denatum, ejusdem ordinis Benedictini, Monacho doctissimo *Bernardo de Montfaucon*. De hac editione licet in Actis Eruditorum Lipsiensibus, in Ludolphi Neocori Bibl. Novorum librorum, in Jac. Bernardi Novellis Reip. litterariæ, aliisqve diariis sive Ephemeridibus A. 1699. dicta non pauca fuerint, operæ pretium tamen existimavi eandem hoc loco paullo diligentius recensere, subjungereq; qvæ post illam deinde ab eodem Montfaucono edita Athanasii scripta sunt, annotatis ad ea qvæ prius jam vulgata exstabant, paginis editionis Lipsiensis qvæ Parisiensem Anni 1629. ex asse exprimit. Nota illius editionis erit præmissa L litera. Primum à Montfaucono editis præfixus asteriscus.

IV. TOMO PRIMO.

1. *Libri duo adversus gentes*, quorum posterior est *de incarnatione*. περὶ ἐναν-θρωπήσεως sive ἐνσωματώσεως & θεοῦ λόγου. p. 1.-97. L. I. p. 1. Hos ante ortam hæresin Arianam scriptos libros præclaros lectuque dignissimos latine veterunt præter Nannium *Omnibonus Leonicenus*, & *Ambrosius Camaldulensis*. Conjecturam Petri Allixii, qui ad scriptorem antiquiorem, qvi ad sæculi secundi finem floruerit, referre eosdem malebat, refellit Clarissimus Caveus.
2. *Expositio fidei*, sive ut à Facundo XI. 2. appellatur *Symboli expositio*. p. 99-102. L. I. p. 240.
3. *In illud* Matth. XI. 22. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*, adversus pravam Eusebianorum interpretationem. p. 103-108. L. I. p. 149.
4. *Encyclica ad Episcopos Epistola* A. 341. scripta super ordinatione Pisti & Gregorii, quos Arianos sub Constantio Eusebiani in sedem Alexandrinam surrogarant. p. 110-118. L. I. p. 942. 5. *Apo-*

* Notarunt hoc Hermantius præf. ad vitam Athanasii ac Montfauconus ad Athanasium passim, & in Palæographia Græca p. 343.

2011 Ministerio de Cultura

5. *Apologia contra Arianos* (in prioribus editt. *Apologia ſecunda*) ſcripta circa A. C. 350. p. 123-205. L. 1. p. 719. Hujus primam partem ante Nannium verterat *Eraſmus*, omiſſa qvam Athanaſius optimo conſilio addidit egregia monumentorum veterum collectione, è qva ſingularis lux Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ horum temporum accenditur. Ex his Epiſtola ad Dionyſium * p. 195. à Montfaucono primum è MS. Regio edita eſt, & p. 159. addita Epiſtola Sardicæ Synodi ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ, qvam prior Pariſienſis T. 1. p. 760. omiſerat.

6. *Epiſtola de decretis Synodi Nicænæ*, quod recte hæreſin Arianam damnaverit. p. 208-242. L. I. p. 248. In hac Epiſtola p. 253. edit. Lipſ. alterius, prioris ad eundem ſcriptæ meminit: εἰ καὶ φθάσας διὰ τῆς πρότερας ἐπιστολῆς τὸ πρὸς σὲ γραφεῖσης πλατυτέρῳ τῷ κατ' αὐτῶν ἐλέγχῳ χρώμενος, & p. 261. καὶ οὐ δὲ γράφων ἐδήλωσας.

7. *De Dionyſii Alexandrini Epiſcopi ſententia* quod non ſenſerit cum Ario. p. 243-262. L. I. p. 548.

8. *Epiſtola ad Dracontium* Monaſterii præfectum, qui Epiſcopus Hermopoleos electus aufugerat, ſcripta A. C. 354. vel 355. p. 263-268. L. I. p. 954.

9. *Epiſtola Encyclica ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ*, contra Arianos, ſcripta A. C. 356. p. 270-294. L. I. p. 283. Ex hoc etiam repetita *contra Arianos oratio brevis* L. II. p. 22. in edit. Monfauconi p. 283. ſeq.

10. *Apologia ad Imperatorem Conſtantium*, ſcripta eodem Anno 356. p. 295. 319. L. I. p. 673.

11. *Apologia de fuga ſua*, cum à Syriano Duce perſecutionem pateretur. Scripta A. C. 357. vel 358. p. 320-336. L. I. p. 701.

12. *Epiſtola ad Serapionem* a) Epiſcopum Thmuitanum ſcripta A. 358. *de morte Arii*. p. 340-342. L. T. 1. p. 670.

13. *Epiſtola ad Monachos*, veluti prologus ad Hiſtoriam rerum geſtarum ab initio Arianiſmi ad A. C. 357. Arianorumqve dogmatum confutationem. p. 343. 344. L. I. p. 808.

14. *Hiſtoria Arianorum* usqve ad A. 357. initio mutila & à rebus Anni 335. incipiens. p. 345-395. L. I. p. 810-868. à verbis: Αὐτοὶ δὲ ὢν τοῦτο ἐμηχανήσαντο. [Depoſitio Arii & ſociorum ab Alexandro Alexandriæ Archi Epiſcopo p. 396. ſq. quam primus è Codice Regio Græce

a) Male πρὸς Ἀπίωνα *ad Apionem* legitur apud Theodoritum lib. 1. c. 14. Hiſt. Eccleſ.

2011 Ministerio de Cultura

cum Latina verſione ſua vulgaverat Cotelerius notis ad Conſtitutt. Apoſtolicas Lib. VIII. c. 28. & Encyclica ejusdem Alexandri Epiſtola p. 397-402. quæ minus emendate occurrit apud Socratem l. I. c. 6. Gelaſium lib. 2. Hiſt. Concilii Nicæni cap. 3. Nicephorum VIII. 8. & in Hiſt. tripartita lib. 1. c. 13.]

15. Λόγοι ſive *libri quatuor adverſus Arianos.* p. 405-645. L. I. 306. Nonnulli qvinquè numerant (atque ita Photius Cod. 140.) una computata Epiſtola Cyclica ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ (ſupra num. 9.) Confer Petavium de incarnatione lib. V. c. 15. §. 9.

V. *TOMO SECUNDO, ſive Tomi primi parte poſteriore.*

16. *Ad Serapionem Thmueos Epiſcopum, Epiſtolæ IV.* è qvibus prima, tertia & quarta eſt de divinitate Spiritus S. ſecunda de Filii divinitate. p. 647-714. In prioribus editionibus perturbato admodum ordine leguntur hæ Epiſtolæ *prima* L. T. 1. p. 173. *ſecunda* I. p. 166. *tertia* II. p. 10. *quarta* II. p. 16. & I. p. 970. in illud Matth. XII. 32. *quicunque dixerit verbum contra filium hominis.* primam vertit ac ſecundam Nannius, tertiam Eraſmus, qvartam incertus.

17. *Epiſtola de Synodis* Arimini in Italia & Seleuciæ in Iſauria celebratis, ſcripta A. C. 359. p. 716-769. L. I. p. 869.

18. *Tomus ad Antiochenos* miſſus A. 362. p. 770-777. L. I. p. 570. Male Epiſtolam inſcribunt nonnullæ priores editiones.

19. Joviniani Imp. b) Epiſtola ad Athanaſium de ejus reſtitutione ſcripta A. 363. Athanaſii *ad Jovinianum de fide.* Arianorum ad Jovinianum ἐντυχίαι ſive petitiones adverſus Athanaſium. p. 779-784. L. I. p. 245. II. p. 27. *colloquia* vocaverat prior interpres *Jo. Lampadius*

20. *Vita S. Antonii* ad Monachos in peregrina regione verſantes, ſcripta circa An. 365. pag. 793 - 866. L. II. 450. Primus ex Boico Codice non emendatiſſimo non tantum Græce (ut eſt apud præſtantiſſ. Caveum) ſed cum verſione ſua & notis ediderat *Dav. Hæſchelius*, additis ex H. Savilii Codice Variis Lect. Auguſtæ Vindel. 1611. 4. Benedictini ad MSS. Codd. plures recenſitam ediderunt cum verſione nova ſua, & antiqva

b) Memorat Epiphanius LXVIII.

2011 Ministerio de Cultura

qva *Evagrii* Presbyteri Antiocheni ad Innocentium missa & jam olim lecta Hieronymo, quam post Mombritii, Surii aliorumque editiones emendatius vulgarunt Rosvveidus in Vitis Patrum T. I. p. 35. seq. & Bollandus 17. Januar. T. 2. Act. Sanctor. p. 107. De MS. Codice Cæsareo vide Lambecium lib. V. p. 297.

21. *Epistolæ duæ ad Orsisium Abbatem*, excerptæ ex auctore vitæ S. Pachónii (in appendice ad Acta Sanctor. T. 3. Maji p. 49. 50.) Et *Narratio ad Ammonium* Episcopum & alios de fuga sua sub Juliano Augusto (ex eadem appendice p. 71.) p. 867-869.

22. *Tomus de Incarnatione D E I Verbi* περὶ τῆς ἐνσάρκου θεοφανείας τοῦ θεοῦ λόγου, *& contra Arianos*, scriptus post. A. 364. pag. 871-888. L. I. pag. 595.

23. *Epistola* Episcoporum Ægypti & Libyæ nonaginta & B. Athanasii contra Arianos *ad Afros Episcopos* scripta circa A. 369. p. 891-900. L. I. pag. 931.

24. *Epistola ad Epictetum* Corinthi Episcopum, contra hæreticos de incarnatione CHRISTI perversa sentientes. Scripta circa A. 371. p. 901-910. L. I. p. 581. Exstat apud Epiphanium LXXVII. 3-13. Allegatur à Ratramo c. 9. de partu Virginis, T. 1. spicilegii Dacheriani p. 342. ubi male *ad Epitectum* legitur.

25. *Epistola ad Adelphium* Episcopum Onupheos Lychnorum & Confessorem, contra Arianos. Scripta circa eundem annum 371. p. 911-917. L. I. p 155.

26. *Epistola ad Maximum Philosophum*, eodem scripta tempore. p. 918-920. L. I. pag. 162.

27. *De Incarnatione CHRISTI contra Apollinarium libri duo.* pag. 922-955. L. I. pag. 614. 633.

28. *Epistola* brevis *ad Presbyteros Johannem & Antiochum* & alia *ad Palladium Presbyterum* scriptæ sub extremum Anni 371. vel initum 372. pag. 956. seq. L. I. p. 951. 952.

29. *Epistola ad Amunem* Monachum περὶ ὀνειρωγμοῦ & *ex Epistolâ undequadragesima festali* c) fragmentum de libris Canonicis S. Scripturæ; atqve *Epistola ad Rufinianum* Episcopum. pag. 959-964.

Hæ

c) *Nonam Paschalem* Athanasii *Epistolam* vocat Turrianus lib. I. pro Canonibus Apostolor. c. 11. Fuerit hæc ex Epistolis Athanasii festalibus S. Hieronymo memoratis in Catalogo S. E.

2011 Ministerio de Cultura

Hæ Epiſtolæ inter alias Canonicas ante prodierant Græce & latine Gentiano Herveto interprete cum ſcholiis *Theodori Balſamonis* Pariſ. 1620. fol. & in Synodico Magno ſive Pandectis Canonum Gvil. Beveregii T. 2. pag. 36. Oxon. 1672. fol. Vertit etiam *Jo. Curterius.*

30. *Epiſtolæ duæ ad Luciferum* Calaritanum poſt A. C. 355. ſcriptæ, & *Latine* tantum inter Luciferi ſcripta ſervatæ, una cum *Epiſtola ad Monachos* de vitandis Arianis & his qvi cum illis communicant. Scripta poſt A 364. p. 965-967.

31. * *Fragmentum ex Epiſtola feſtali*, data A. 356. (quales complures Athanaſius in exilio ſcripſerat in cœtu fratrum legendas, illisque ſolandis comparatas) p. 968. *Latine* tantum ex Codice Colbertino.

32. *Liber de Trinitate & Spiritu S.* itidem *Latine* tantum p. 969-981. male Vigilio Tapſenſi tributus à Chifletio. Incipit : *His qui Filium DEI creatum eſſe profitentur, nequaquam de Spiritu S. dabimus reſponſum.*

33. *Ad Marcellinum* Epiſtola præfixa Interpretationi Pſalmorum. p. 982-1003. L. I. p. 959. Verterat ſed mire decurtatam *Angelus Politianus.* Etiam *Jo. Reuchlino* interprete prodiit Antvverpiæ 1537. una cum Joh. Campenſis enchiridio Pſalmorum. Præfigitur itidem (ſed initio mutila) Catenæ Pſalmorum à *Balthaſare Corderio* Græce & Lat. Antvverp. A. 1643. fol. editæ. Noviſſime ex Codice antiquiſſimo Alexandrino Græce in ſua LXX. Interpretum editione vulgavit & Pſalmis præfixit V. C. *Jo. Erneſtus Grabe.* Quoniam in hac Epiſtola Athanaſii ne verbum qvidem de inſcriptionibus Pſalmorum legitur, itaque Benedictini merito judicant aliud fuiſſe S. Hieronymo laudatum Athanaſii opus *de titulis Pſalmorum.*

34. * *Expoſitiones in Pſalmos*, qvarum exigua apoſpaſmatia qvædam verterat Politianus, atqve priores editiones Græce & Latine exhibuerant, Daniel item Barbarus nonnulla & Corderius vulgaverant in Catenis Patrum ad Pſalmos : ſed Benedictini longe copioſiores in totum Pſalterium, licet nec ita plenas aut integras) è Codicibus Regiis & Colbertinis Catenarum & expoſitionum in Pſalmos offerunt p. 1009-1239. Mediolani in Bibl. Ambroſiana occurrunt commentaria Athanaſii in Pſalmos Græce deſcripta ex Codice Bibl. Scorialenſi, & Latine reddita ſive ab Antonio Giggeo ſive alio qvodam. Ex illis argumentum in Pſalmos dignum lectu, & ſupplementa qvædam commentariorum dedit Montfauconus in Collectione

2011 Ministerio de Cultura

ctione nova Patrum T. 2. p. 70-101. *Animadvertendum est*, inquit idem Vir Clariss. in Diario Italico p. 12. *alium etiam commentarium in ista Bibliotheca, nec non in Museo Justiniano Venetiis* (adde p. 69.) *occurrere, qui Athanasii nomen præfert, at Athanasii Magni esse nequit.* Istius initium est: Μακάριος ἀνὴρ &c. αὕτη ἡ προφητεία πληροῦται εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν Ἀβραμιαίας. Athanasius in Psalmos ex versione latina *Eliæ Ehingeri*, qvi Codice Græco Bibl. Augustanæ usus fuit, extat MS. in Bibl. Johannea hujus urbis Hamburgensis. Habuit etiam Athanasii in Psalmos Commentarium Græce descriptum. Wagenseliius ὁ μακαρίτης, unde asservat eundem Lipsiæ in patria mea thesaurus librarius Amplissimi Senatus. Expositionem Athanasii in Psalmos *Serviana lingua* (est hæc Slavica dialectus) MS. in Bibliotheca S. Salvatoris Bononiæ, atqve *Arabice* una cum Epistola ad Marcellin. in Bibl. Ambrosianæ Codice 300. annorum memorat idem Montfauconus ad Athanas. T. 1. p. 1005. & 1006.

35. *Fragmenta* commentariorum Athanasii *in Psalmos* à Petro Felckmanno collecta è Nicetæ Metropolitæ Heracleæ σωαγωγῇ ἐξηγήσεων in priores Psalmos 72. MSta in Bibl. Palatina, pag. 1241-1262. L. II. pag. 511.

36.* *Fragmenta* variorum Athanasii scriptorum ex Nicetæ Heracleotæ catena in Jobum, auctiora & emendatiora ex codice Regio 2434. pag. 1262-1265.

37. Fragmenta expositionis Athanasii *in Canticum Canticorum* (ex Commentariis Variorum in Canticum qvæ Græce edidit Meursius Lugd. Bat. 1617. 4.) p. 1265.

38. * *Fragmenta* Athanasii ex Catenis *in Matthæum* Marcum, Lucam I. ad Corinth. & ad Hebr. editis & MSS. pag. 1266. seqq. & ex Euthymii Panoplia p. 1274. seqq.

39. * Brevis expositio Symboli, è Codice Vaticano & Regio pag. 1278. seq.

40. * Fragmentum *adversus Apollinarium* è Codice Vaticano. p. 1279.

41. *Fragmentu* Athanasii è Theodorito, Gelasio, Synodo VI. Damasceno & Catena MS. in Lucam, collecta à Felckmanno pag. 1282-1289.

42. * *De novem Herodis morbis, de falsis Prophetis*, de sensu dicti Matth. V. 28. *qui respicit mulierem*, fragmenta expositionis Athanasii

2011 Ministerio de Cultura

Alex. *in Matthæum* è Codice Baroniano p. 1289. ſeq. cum fragmento expoſitionis *in Pſal* 148. p. 1291. ſq. & alio ex Cod. Vaticano 790. n. 12. ἐκ τῶν αἱρέσεων. p. 1292.

43. * Alia *fragmenta* qvædam, in qvibus Græcum *Epiſtolæ ad Eupſychium* (latine tantum inter Felckmanniana editum p. 1287.) & *Epiſtolæ dogmaticæ ad Antiochenos* ex Concilio Lateranenſi, alia item ex Facundo Concilio Hiſpalenſi pag. 1293 - 1295.

VI. *TOMO TERTIO.*

Dubia:

44. *De incarnatione* περὶ σαρκώσεως τοῦ Θεοῦ λόγου, (ex Cyrillo Alex. ad Auguſtas, T. 5. Opp. parte 2. pag. 47.) pag. 1. ſeq. Incipit: ὁμολογοῦμεν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ αἰώνων κ. τ. λ. L. T. 2. pag. 30. Vertit *Jo. Lampadius.*

45. *Teſtimonia ex S. Scriptura* de communione naturali eſſentiæ Patris, Filii & Spiritus S. pag. 3 - 28. L. I. p. 209.

46. *Epiſtola Catholica* ad Epiſcopos Ægypti, Syriæ, Ciliciæ, Phœniciæ & Arabiæ. p. 29. ſq. L. I. p. 570. in qva hoc eſſe σύμβολον fidei ſuæ confitetur: ὁμοούσιος ἡ τριάς, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Μαρίας γενόμενος ἄνθρωπος. Ὁ δὲ μὴ σωζόμενος, ἀνάθεμα ἔσω. En paucis verbis, qvæ fuſius explicantur in ſymbolo *Quicunque*, qvod vulgari appellatione Athanaſianum vocamus.

47. *Refutatio hypocriſeos* in Epiſtola *Meletii & Euſebii Samoſatenſis* ad Jovianum Imp. (ſcripta A. C. 363. & à Socrate III. 25. Hiſt. relata) p. 31. ſeq. L. I. p. 572.

48. *De Incarnatione verbi* Epiſtola, cujus auctor Neſtorianam hæreſin Pauli Samoſateni veſtigiis inſiſtentem videtur perſtringere. p. 33. ſeq. L. II. p. 591. Incipit: Ἐλύπει μὲν τὴν ἁγίαν Σύνοδον Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἡ καινοτομία.

49. *De æterna Filii & Spiritus S. cum DEo exiſtentia* contra Sabellianizantes (πρὸς τοὺς Σαβελλίζοντας) pag. 37 - 48. L. I. pag. 650. Hunc librum ex homilia 27. Baſilii contra Sabellianos, Arium & Anomœos magnam partem deſcriptam eſſe notat Montfauconus.

50. *Quod*

2011 Ministerio de Cultura

50. *Quod unus sit Christus* Homilia in Natalem Christi. p. 49-53. L. I. pag. 664. Etiam in hac videtur pugnari adversus Nestorianos, & aliis etiam argumentis abjudicaverat eam Athanasio Petavius IV. 1. §. 7. de Trinitate.

51. *De Sabbato, Dominica die, circumcisione & baptismate.* pag. 55. L. I. p. 964. Athanasio fortasse haud indignum opusculum. Adde qvæ latine leguntur L. II. p. 640.

52. *Homilia de semente*, Matth. XII. 1. seq. qvæ incipit: ἐν ἡμέρᾳ σαββάτῳ σπήχθημεν p. 60. L. I. p. 1060.

53. *In illud* Matth. XXI. 2. *profecti in pagum* &c. p. 73. L. I. p. 983.

54. *Homilia* in Matth. XXVII. 33. seq. *de passione & Cruce Domini* p. 80. L. I. p. 992. Vertit Erasmus.

55. *Liber de virginitate & ἀσυήσει.* p. 110. L. I. p. 1043. Sub Athanasii nomine aliqvid ex hoc libro allegatur in Epistola Hadriani Papæ ad Carolum M. T. 7. Concil. p. 916. Vertit Erasmus. Athanasio abjudicant præter Erasmum, Abr. Scultetum aliosqve Chamierus T. 2. panstratiæ XIX. c. 4. §. 3.

56. *Synopsis S. Scripturæ* p. 126. L. II. p. 55. Eximium hoc opus latine vertit *Wolfgangus Musculus*: Athanasio abjudicare non audet Godfr. Hermantius in vita Athanasii T. 1. p. 509. seq. 722. seq. nec Tillemontius, artic. 37. not. 45. nec ipse dubito auctorem illius esse Athanasium sed alium annisqve centum nostro juniorem, illum nimirum Alexandrinum Episcopum medio sæculo qvinto clarum, in cujus gratiam Euthalius Sulcensis Episcopus Acta Apostolorum & Epistolas recensuit. Sane argumenta Euthalii à Jo. Henr. Bœclero * partim, deinde integriora à Clariss. Zaccagnio ** vulgata hinc inde cum synopsi Athanasiana verbotenus conspirant. Cæterum argumenta qvibus vetustiori & magno Athanasio hæc Scripturæ S. synopsis, licet alioqvi præclara & lectu inprimis digna abjudicatur, vide apud Montfauconum in præfat. & animadversione XV. ad vitam & scripta Athanasii T. 2. collectionis Veterum Patrum, ubi inter alia ostendit per πυκτία τῶν θείων γραφῶν qvæ ad Imp. Constantium misisse se testatur Athanasius in Apologia ad eum scripta, nihil intelligere aliud qvam libros

* In editione Græca Novi Test. Argentorat. 1645. 12.

** In nova collectione veterum monumentum Rom. 1698. 4.

2011 Ministerio de Cultura

bros ipſos ſacræ Scripturæ. Prior prologus Eccleſiaſtico Siracidis in plerisqve editt. præmiſſus depromtus eſt ex hac Synopſi Athanaſiana.

Suppoſita.

57. *Disputatio contra Arium in Concilio Nicæno* p. 206. L. I. p. 111. Ita vulgo inſcribitur, licet potius contineat Διάλεξιν junioris cujusdam in diverſorio habitam. Vertit Omnibonus Leonicenus.

58. *Contra omnes hæreſes*, Arianos, Tropicos ſive Pnevmatomachos, Paulum Samoſat. Manichæos, Marcionem, Valentinum, Baſilidem, Hieracam, Novatum, Phryges ſive Montaniſtas, & Apollinariſtas. p. 230. L. I. p. 1077.

59. *In hiſtoriam Melchiſedech* 239. L. I. pag. 7. vertit *Jo. Lampadius.* Merito tanqvam indignum Athanaſio rejicit Leydeckerus de Rep. Hebræorum T. 1. p. 63.

60. *Ad Imperatorem Jovinianum.* p. 241. L. II. p. 34. Vertit *Jo. Lampadius.* Male priores editt. venditant pro reſponſione ad Epiſtolam Joviniani, de qva ſupra num. 19.

61. *Definitiones.* p. 242. L. II. p. 42. Ex his definitionibus qvædam leguntur inter S. Maximi opera, qvæ vero de Etymologia traduntur, iisdem verbis exſtant in Anaſtaſii Sinaitæ Hodego p. 62. atqve ita qvidem ut inde petita appareat, pleniora enim ibi leguntur.

62. * Διδασκαλία ſ. *Doctrina ad Antiochum Ducem* πρὸς Ἀντίοχον Δοῦκαν ſive ἀρχοντα p. 252. à Montfaucono primum edita Græce ex Cod. Colbertino 4249. addita latina verſione & brevibus notis. Ex hoc libro deſumſi fragmenta Græca Hermæ Paſtoris qvæ dedi ſupra cap. 1.

63. * *Ad* eundem *Antiochum*, *de pœnis inferni*, opusculum itidem primum à Montfaucono editum p. 264. Græce & latine.

64. *Quæſtiones ad Antiochum* ſive reſponſiones ad qvæſtiones CXXXVI. qvarum ultima non contemnendis adverſus Judæos argumentis disputat. p. 268. L. II. p. 331. Ex his, qvadraginta vertit latine & cum annotationibus ſuis edidit *Jo. Reuchlinus* Hagenoæ 1519. 4. Rom. 1523. alias interpretati ſunt *Valentinus Ampelander* & *Joannes Lampadius.*

65. Bre-

2011 Ministerio de Cultura

65. * Breves responsiones ad *quæstiones XXXVI. in Evangelia*, editæ primum è Codice Regio 2431. cum Latina Montfauconi versione p. 306. subjuncto p. 310. fragmento ex qvæst. 42. ad Antiochum, & Orat. 3. contra Arianos.

66. *Dicta & interpretationes CXXX. parabolarum Evangelii* p. 311. L. II. p. 394. In prioribus editionibus numerantur capita CXXXIII. qvoniam in duo discerptum est caput LXXX. & LXXXIX. & CXIX. pleraq; autem harum interpretationum excerpta sunt è scriptoribus Athanasio junioribus ut Theodorito, & qvæstionibus ad Antiochum & Chrysostomo. Confer (ut loca à Montfaucono annotata omittam) qvæstionem CVII. (in prioribus editt. CIX.) cum Chrysostomi Homil. 10. in 2. ad Timoth.

67. *Quæstiones aliæ XX.* cum suis responsionibus p. 335. L. II. p. 436. vertit *Jo. Lampadius.*

68. *Historia imaginis Berytensis* p. 344. L. T. 2. p. 627. post A. C. 765. qvo contigisse traditur, scripta à juniore qvodam Athanasio, in Syria Episcopo, ut notat Baronius ad Martyrolog. Rom. IX. Novembr. Legitur à Græcis Dominica Orthodoxiæ sive restitutionis imaginum 1. Qvadragesimæ. Cæterum Græci Codicis MS. ab vulgatis diversi initium, & antiqvam anonymi interpretis versionem antea ineditam è MSS. Bibl. Cæsareæ profert Lambecius lib. 1. p. 126. 128. Aliam Anastasii Bibliothecarii versionem dedit Baronius ad A. C. 787. num. 23. seq. & Binius T. 3. Concilior. edit. A. 1618. in Actis Concilii secundi Nicæni A. C. 787. habiti Græce & latine editis, Actione IV. pag. 548. atqve inde in recusis Tomo VII. Concil. edit. Labbeanæ. Alia legitur in prioribus Binii editionibus. Montfauconus in sua qvam recensemus Athanasii editione duo diversa Græca exemplaria, qvæ è Palatinis Codicibus ediderat Nannius, utraqve donavit latina versione, & cum codicibus Colbertinis contulit, atq; præter Latinam relationem è Concilio Nicæno secundo, subjunxit p. 354. veterem latinam versionem ejusdem narrationis ex MS. Codice S. Germani à Pratis n. 108. Confer etiam de hoc scripto, Magni Athanasii nomen & ætatem absurde mentiente, Jo. Reiskium de imaginibus CHRISTI p. 137. 145. seq. & Rev. Jo. Wulferi theriacam Judaicam p. 137.

69. * *Ex libro contra latinos, quod Spiritus S. ex Patre solo procedat.* p. 355. à Montfaucono primum editum fragmentum è Codice Regio

2011 Ministerio de Cultura

2271. & latina versione donatum. Forte est junioris Patriarchæ CPolitani Athanasii, latinorum non obscuri adversarii sub extremum sæculi XIII.

70. *Syntagma Doctrinæ* ad Monachos omnesq; Christianos tam Clericos qvàm Laicos p. 360. L. II. p. 699. Hoc primus è Codice Is. Vossii Græce edidit & versione ac notis illustravit Andreas Arnoldus Christophori F. additis Valentiniani & Marciani Impp. Epistolis duabus ad Leonem M. & Theodori Abucaræ tractatu de unione & incarnatione, Paris. 1685. 8. Nonnulla hujus syntagmatis loca illustrat Cotelerius tomo 3. monumentor. p. 554. 662. & 665. & alteri potius qvam Magno Athanasio vindicandum esse existimat, qvæ Montfauconi qvoqve & ipsius Is. Vossi & plerorumq; eruditorum est sententia, licet qvarto seculo scriptum esse non dubitat Papebrochius T. 7. Act Sanctor. Maji p. 546. seq.

71. * *Institutio Monastica, sive eorum qui in quiete vitam agere cupiunt*, p. 364. primum edita à Montfaucono è Codice Regio 2937. & latine reddita.

72. * *Epistolæ duæ ad Castorem* Aptensem in Gallia Narbonensi Episcopum *de canonicis cœnobiorum constitutionibus* p. 366. ex duodecim libris *Jo. Cassiani* de hoc argumento græce versis excerptæ & Magno Athanasio perperam tributæ. Has quoqve è Codicibus Romanis transmissis Montfauconus primus Græce edidit & Latine vertit. Legit opus Cassiani Græce Jo. Climacus gradu IV. & Epitomen istam, qvod eruditum editorem fugit, Photius Cod. 197. exstatq; eadem Græce MSta in Bibl. Vindobonensi. Vide Lambecium IV. p. 167. & V p. 276.

73. *Homiliæ* qvæ Athanasii nomine circumferuntur:

1. * *in Nativitatem præcursoris, in Elisabet & in Deiparam.* Primum edita à Montfaucono p. 387. è Codice Colbertino, & Latine versa. Incipit: χώραν μὲν ἀποχερσωθεῖσαν.

2. *in Annunciationem Sanctiss. Deiparæ.* p. 393. L. I. pag. 1028. incipit: τὰς θείας ἱεροκήρυκας. Præmisitqve illi Montfauconus eruditam Baronii Epistolam ad Tho. Stapletonum, qva homiliam hanc post Monothelitas exortos scriptam probat.

3. *in censum sive descriptionem S. Mariæ & in Josephum.* p. 404. L. II. pag. 645. Vertit Lucas Holstenius. Incipit: ὥσπερ οἱ τὴν χερσίτην γῆν.

4. *in*

2011 Ministerio de Cultura

4. * *in nativitatem CHRISTI*, edita primum à Montfaucono è MS. Barocciano, cujus apographum accepit à V. C. Joanne Millio. pag. 410. Incipit : μυσηέλου ξένου βλέπω. Excerpta in eadem leguntur ex homilia Chryſoſtomi de Nativitate, T. V. Savil. Etiam alias duas homilias ejusdem argumenti Codex Barocianus Athanaſio tribuit, qvæ in Chryſoſtomianis leguntur.

5. *in occurſum* ſive *præſentationem D. N. JESU CHRISTI.* p. 416. Ediderat primus Combefiſius ex Codd. Regio & Mazarin. T. I. auctarii novi Patrum p. 497. Pariſ. 1648. fol. Poſt Neſtorii & Eutychis hæreſin ſcripta, qvorum nominetenus etiam meminit. Incipit : πὲ τ παρέσης ἱερᾶς πανηγύρεως.

6. *in cæcum à nativitate.* Joh. IX. p. 427. L. II. p. 679. incipit : πλυσπάδαρόν ἐςι πᾶσιν ἀνθρώποις. Vertit Holſtenius.

7. *in* Matth. XXI. 2. *Ite in caſtellum quod contra vos eſt* pag. 435. L. II. pag. 654. incipit : πάλιν ἡμᾶς ἑυεργετῶν ὁ Κύριος. Vertit Holſtenius.

8. *in* Luc. XIX. 36. *Eunte autem illo ſubſternebant veſtimenta* p. 439. L. II. p. 661. incipit : ἐὰν πὲ καθέκαςα τῶν ἐξ ἀρχῆς. Eundem hujus & ſuperioris homiliæ auctorem ab Athanaſio diverſum eſſe Montfauconus non dubitat. Vertit Holſtenius.

9. *in ſanctam quintam feriam & proditionem Judæ.* pag. 444. L. II. p. 669. Incipit : Ἐ σωτῆρος τὰ πάθη πένθος μὲν Ἰουδαίων. Vertit Holſtenius.

10. *in Paſſionem Domini in Paraſceve*, p. 447. L. II. pag. 506. Incipit : μέγα μὲν ἐρανὸς δημιέργημα. Primus Græce cum verſione ſua vulgaverat Petrus Pantinus Tiletanus, cum aliis Methodii, Amphilochii & Jo. Chryſoſtomi homiliis Antvverp. 1598. 8. In Codicibus annorum plusqvam octingentorum legi, ſed ſtylum ab Athanaſiano plane abſimilem eſſe, obſervat Montfauconus.

11. *in SS. Patres & Prophetas & in S. Eccleſiam, atque in Pſal. XXXV.* pag. 450. L. II. pag. 692. Incipit : ἡ ποδηγοῦσα πίστις εἰς τὴν ὁδὸν τῆς θεογνωσίας. Vertit Holſtenius.

12. *in ſanctum Paſcha.* pag. 455. primus cum verſione ſua ex Cod. Reg. edidit Combefiſius in auctario novo T. I. pag. 531. Incipit : ἐ ταὶς τῶν ἀγγέλων ἐνῆν ωρὸς τὸ παρὸν χρήσασθ γλώτταις.

13. *in*

2011 Ministerio de Cultura

13. *in ſanctum Paſcha homilia altera* & in recens illuminatos ſive baptizatos, Sabbato in Albis. p. 458. L. II. p. 673. Vertit poſt Holſtenium Combefiſius & in jam dicto auctario novo p. 539. ex MSS. Reg. & Segvieriano recenſuit. Incipit: χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.

14. *in aſſumtionem Domini noſtri JESU CHRISTI*, pag. 462. L. II. p. 1. Vertit poſt Jo. Lampadium Combefiſius in auctario novo pag. 551. Incipit: ἡ μὲν τῆς ἀναστάσεως μνήμη. Hanc cum duabus præcedentibus Baſilio Seleucienſi Viri docti tribuunt. At Garnerius T. 2. ad Marium Mercatorem p. 324. ait charactere Neſtorii ſe prodere, florido ac interdum pæne poëtico, metaphoris efferente ſeſe, & apoſtrophis qvaſi animato, Scripturæ teſtimoniis iisqve literali ſenſu acceptis, niſi qvando ad hæreſin detorqventur, ſubinde diſtincto.

15. * Encomium in S. Andream Apoſtolum. p. 466. Primus è Codice Toinardi edidit Montfauconus. Incipit: ὁρῶν τὴν λαμπρὰν ταύτην ἀγέλην.

16. * Sermo de officiis Chriſtiani hominis ex Cod. Colbert. 5104. primùm ab eodem Montfaucono vulgatus & latine verſus p. 469. Incipit: τρία ἀπαιτεῖ ὁ Θεὸς παρὰ χριστιανῶν.

74. *Dialogi quinq; de SS. Trinitate* p. 472. L. II. p. 158. Athanaſio ab aliis, ab aliis rectius S. Maximo tributi, & cum Theodori Bezæ verſione primum editi apud H. Steph. Græce & latine A. 1570. 8. deinde à Felckmanno & aliis inter Athanaſii, hinc à Combefiſio inter S. Maximi ſcripta: deniq; parum veriſimili Garnerii ſuſpicione in Theodoriti Operum auctario, ſive Tomo qvinto vulgati.

75. *Sermones ſive opuſcula varia viginti contra diverſas hæreſes* p. 541. L. II. pag. 260. Ex his duo priora qvibus dialogus duplex cum Macedoniano continetur, videntur eundem auctorem habere cum præcedentibus qvinqve dialogis. Tertium Epiſtola eſt ad Euſtathium qvam ſequuntur cætera ſeptendecim, tributa Theodorito à Jo. Dallæo in diſp. de fidei ex Scripturis demonſtratione p. 48. & 146. ex Photii Cod. 46. ſed ex Marii Mercatoris teſtimonio ad Eutherium Tyanenſem Neſtorii ſectatorem refert Jo. Garnerius, in auctario Theodoriti p. 254. & ad Marium Mercatorem T. 2. p. 276. uti priora duo Theodoriti eſſe non dubitat. Montfaucono adhuc videtur eſſe ambigendum. Vertit latine Abrahamus Scultetus.

76. *Syn-*

2011 Ministerio de Cultura

76. * *Syntagma varii argumenti ad quendam Politicum*, p. 585. editum primum à Monfaucono ex Vaticano Codice 850. qvem exſcripſit D. Joannes Gvillot. Latinam verſionem Montfauconus addidit. Incipit : ἐπειδή σοι τῷ ϖϱοειδεξίῳ καὶ μεγαλεπιβόλῳ τῆς Φύσεως.

77. * Λόγος Διδασκαλικὸς *in DEi mandata, pro iis qui ſæculo renunciarunt & ſalutem volunt conſequi.* p. 591. itidem primum editus, è Codice Vaticano 658. Incipit : ἀγαπητοὶ Φϱοντίσωμεν,

78. * Διδασκαλία *ad Monachos, lenis & ſpiritualis*, p. 595. primum edita è Codice Vaticano 1148. Incipit : τὸν πιστεύοντα τῷ Κυϱίῳ καὶ ϖϱοσιόντα ἑαυτῷ.

79. * Ἐξηγητικὸν *de templo Athenarum*, ſcriptum futile, prolatum ſimiliter è Codice Vaticano 1198. p. 598. Incipit : ut qvæſt. 136. ad Antiochum : τὰς τὰς θείας γϱαφὰς μὴ ϖϱοσαμένους.

80. * *De corpore & anima* apoſpasmation, qvam pulchram Athanaſii tractationem vocat Codice Sfortiamo uſus Gerardus Voſſius ad Gregor. Thaumaturg. pag. 120. Hoc itidem ex Cod. Vaticano 700. primus Græce edidit atqve ut cætera qvæ jam à num. 76. retuli latine reddidit Montfauconus.

81. *De unita Deitate Trinitatis, ad Theophilum libri VIII.* pag. 604. L. II. p. 550. Græce non exſtant, videnturqve latine ſcripti & à Vigilio Tapſenſi, ut Petrus Franciſcus Chifletius ſibi perſvaſit, vel ut Montfauconus ab Idacio Claro fortaſſis ſub Athanaſii nomine editi, unde tanqvam Athanaſii allegantur ab Ratramno III. 6. contra Græcos, Hincmaro, Ænea Pariſienſi, Theodulfo Aurelianenſi, aliisqve. Ordo librorum in editt. & MSS. varius eſt. Atqve qvi liber VIII. eſt in editione Montfauconi, in prioribus occupat libri decimi locum, undecim enim libros illa numerant cum Montfauconus octo illis libris velut peculiaria opuſcula ſubjiciat pag. 624. *De fide unitatis & Trinitatis*, qvod in aliis editionibus eſt libri undecimi initium. Deinde *de Ariana & Catholica confeſſione*, qvod eſt in aliis editt. liber octavus : Tum pag. 628. *de fide ſua*, qvod aliæ editiones inſcribunt librum IX. Qvæ in editione Lipſienſi T. 2. pag. 588. à verbis : *His qui Filium DEi creatum eſſe profitentur*, usqve ad finem libri XI. p. 602. leguntur, à Montfaucono exhibita fuerunt ſupra num. 32.

82. Vigilii Tapſenſis ſub Athanaſii nomine ſcripta latine *diſputatio cum Ario, coram Probo judice* p. 614. L. II. p. 603. Eam expleniore

2011 Ministerio de Cultura

Chifletii editione qvoqve ſubjunxit Montfauconus pag. 642. qvæ inſcribitur *altercatio S. Athanaſii Epiſcopi contra Arium, Sabellium vel Photium hæreticos.* Vigilius Chifletii vidit lucem Divione 1664. 4. hæc vero disputatio Athanaſii ſub Vigilii nomine exſtat etiam in Georgii Caſſandri Operibus p. 460. additas habens varias Lectiones ex veteri Codice Petri Pithoei.

83. *Epiſtolæ* Athanaſii nomine *ad Romanos Pontifices* & Pontificum ad Athanaſium, nempe *ad Liberium*, Græce & latine. p. 668. L. I. p. 243. Cæteræ latinè. *ad Marcum Papam* p. 665. L. II. p. 628. *ad Julium Papam* p. 669. 673. *ad Felicem* p. 675. Confer his Epiſtolis additas cenſuras & animadverſiones Blondelli in ejus pſeudoIſidoro pag. 436. ſeq.

84. *Vita & geſta S. Syncleticæ* Græce & Lat. pag. 681. Hanc Latine ex verſione Davidis Colvilli ediderat Bollandus ad qvintum Januarii T. 1. pag. 242. Græce cum verſione ſua Cotelerius T. 1. monumentor. Eccleſiæ Græcæ pag. 201. cujus adde notas p. 754. In aliis Codicibus & apud Nicephorum Calliſtum VIII. 40. Athanaſio, in aliis Polycarpo Aſcetæ, in aliis deniq; Arſenio Pegadenſi tribuitur, ita enim ſe habet clauſula hujus vitæ certe antiqvæ & in vitis Patrum & à Jo. Climaco, aliisqve laudatæ in editione Montfauconi ex ſchedis Combefiſianis: ἕως ὧδε πεπλήρωνται οἱ ἐκ τῆς ἁγίας ΓΡΑΦΗΣ μακαρίᾳ Ἀρσενίᾳ καὶ Πηλαίδων ἐξελυλυθότες λόγοι, καθὼς καθ' εἱρμὸν κεῖνται ἅπαντες.

85. *Exhortatio ad Monachos*, Latine pag. 709. L. II. pag. 619. Incipit: *Et ſi quid gloriari in CHRISTO licet*, atqve ab Holſtenio etiam vulgata eſt in appendice ad Codicem Regularum Pariſ. A. 1663. 4. & Latine ab Athanaſio ſcriptam perſuaſit ſibi Papebrochius in Actis Sanctor. Maji T. 7. pag. 546.

86. *Exhortatio ad Sponſam CHRISTI*, itidem Latine, pag. 711. & in eadem codicis Regularum appendice Holſteniana, atqve in Actis Concilii Aquisgranenſis A. C. 816. T. 7. Concil.

87. *Epiſtola ad Epiſcopum & clerum Perſarum*, qva ei mittit Epiſtolam Dionyſii Alex. ad Paulum Samoſatenum, qvæ & ipſa adjicitur pag. 716. Latine ex veteri verſione. Hanc Athanaſio tributam Epiſtolam Roma ad Montfauconum miſit Claudius Stephanotius.

88. *Symboli* Athanaſiani formulæ qvatuor *Græcæ* non parum inter ſe diſcrepantes pag. 728. ſeq. *una* ex Felckmanni editione ad fidem Palatino-

2011 Ministerio de Cultura

latinorum Codicum L. II. pag. 31. *altera* primum vulgata à Gilb. Genebrardo libro 3. de SS. Trinitate Paris. A. 1569. 1585. 8. *tertia* qvam post Nic. Brylingium & Mich. Neandrum H. Stephanus in rudimentis fidei Christinæ in lucem edidit A. 1565. 12. à qva parum abit qvam ex Codice Laz. Baifii dedit idem Genebrardus, & qvam in postrema Conciliorum editione Tom. 2. Labbeus exhibet. *Quarta* deniqve paullo uberior, ex Patricii Junii apographo vulgata ab Usserio in diss. de Romanæ Ecclesiæ Symbolo, Lond. 1647. 4. Easdem formulas videre licet in Wolfgangi Gundlingii notis ad Eustratii Johannidis Zialovvski, Rutheni delineationem Ecclesiæ Græcæ pag. 69. seq. *Latinæ* formulæ antiqvæ, ejusdem Symboli qvæ in MSS. Codd. nihil ferme differunt, varias lectiones Codicis Colbertini addidit Montfauconus, atqve duas *veteres* versiones *Gallicas* ex MSS. adjunxit, qvarum altera inscribitur: *Canticum Bonefacii. Ce chant fut St. Anastaise qui apostoilles de Rome.* Cæterum *Commentarius* in Athanasii Symbolum qvem pag. 735. Montfauconus protulit è Codice Bibl. S. Germani à Pratis n. 199. qvingentorum circiter annorum, qvædam similia habet qvidem, diversus tamen est à Commentario *Richardi Pampolitani* Eremitæ Anglosaxonis circa A. C. 1420. cujus Commentarius exstat in Tomo 26. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 624. Veterem *Anglicam* Metaphrasin Rhythmican vulgavit V. C. Georgius Hickesius in thesauro lingvarum Septentionalium T. 1. pag. 233. *Anglosaxonica* versio exstat in Guil. Wottoni conspectu brevi operis Hickesiani pag. 77. De antiqvis *Germanicis* Otfridi & aliorum versionibus vide Lambecium II. pag. 460. 760. 763. & Tentzelii præf. *Hebraice* versum à Julio Marcello Romano MS. in Bibl. Vaticana memorat Imbonatus in Bibl. Latino Hebraica pag. 149. Sed omitto recentiores versiones ut *Arabicam* à Nisselio editam Lugd. Bat. 1656. 4. una cum Cantico Canticor. De auctore hujus Symboli multa & diversa ac pugnantia inter se tradiderunt viri eruditi, ex qvibus hoc saltem videtur esse certū, non fuisse compositum ab Athanasio, sed diu post sæculo qvinto Latine primitus scriptum & deinde à variis Græce translatum, qvi vel cum Græcis negarunt Spiritum S. à Filio procedere, ut à qvibus formula Græca prima & qvarta profluxit, vel id cum Ecclesia Occidentali profiterentur, ut in secunda & tertia formula fit. Utrum vero auctor sit *Vigilius Tapsensis*, ut vi-

2011 Ministerio de Cultura

detur esse verisimillimum & persvasum est Paschasio Qvesnello diss.14. ad Leonem M. p.733. & 913. & Antonio Pagi ad A. C. 340. num. 8. an *Vincentius Lirinensis*, ut contendit Josephus Antelmius in disqvisitione de Symbolo Athanasiano Paris. 1693. 8. non est plane exploratum, nedum ut constet de auctore qvem alii minus verisimiliter volunt, *Hilario* Pictav. vel *Eusebio Vercellensi*, vel *Athanasio* Nemetum Episcopo circa A. C. 640. cui symbolum tribuit Sandius appendice ad nucleum Hist. Eccles. pag. 35. vel *Anastasio*, vel *Bonifacio* deniqve. Conferre interim licebit Vossii diss. 2. de symbolis, Nic. Serarii & Henrici Nicolai diatribas, præcipue vero Wilhelmi Ernesti Tenzelii judicia eruditorum de symbolo Athanasiano studiose collecta & inter se collata, Gothæ 1687. 12. Tillemontium T. 8. memor. hist. Eccles. pag. 667. & Montfauconi diatriben in symbolum *quicunque*, formulis qvatuor Græcis præmissam. Antiqvissimum testimonium Symboli Athanasio tributi est Synodi Angustodunensis A. C. 663. *Si quis presbyter, Diaconus, Subdiaconus vel Clericus Symbolum quod Sancto inspirante Spiritu Apostoli tradiderunt, & fidem sancti Athanasii Præsulis irreprehensibiliter non recensuerit, ab Episcopo condemnetur.* Alia est *Symboli expositio* qvæ vere Athanasii est, Facundo laudata, de qva dixi supra num. 2.

89. * *De S. Trinitate* opusculum p.739. primum editum ex MS. Regio 2358. & Latina versione à Montfaucono donatum. Incipit: *μίαν φύσιν δόξατε πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος τὴν θεότητα.* Videtur compositum saltem post Synodum Chalcedonensem.

90. * *De ratione Paschæ* tractatus p.741. 742. à Clariss. Muratorio ex Bibl. Ambrosiano ad Montfauconum transmissus latine, qvi etiam latini potius qvam Græci scriptoris, nedum Athanasii esse suspicatur.

VII. *SUPPLEMENTUM scriptorum S. Athanasii, Græce & latine cum notis primum in lucem editum in nova collectione Patrum Montfauconiana Torno II. Paris. 1706. fol.*

Eugenii Diaconi Ancyrani legatio ad Athanasium pro causa Marcelli Ancyrani & confessio fidei Ecclesiæ Ancyranæ ad eum missa circa A. C. 371. primumqve edita ex Apographo Bibl. Ambrosianæ qvod ex

2011 Ministerio de Cultura

ex codice Scorialenſi deſcriptum fuerat pag. 1 - 4. confer præmiſſam doctiſſimi editoris de Cauſa Marcelli Ancyrani diatribam.

91. Athanaſii *περὶ πίστεως λόγος ὁ μείζων ſermo major* ſive *liber de fide* initio mutilus. p. 5 - 19. ex Codice Bibl. Mediceæ. Fragmenta hujus libri ex Theodorito & Gelaſio jam dederat Montfauconus T. 1. p. 1282. Hunc idem putat eſſe Athanaſii libellum in qvo CHRISTUM *hominem Dominicum κυριακὸν ἄνθρωπον* vocari notavit Rufinus Apologia pro Origene. Formulam eandem retractavit Auguſtinus. Confer Billii notas ad Nazianz. T. 2. p. 1273. ſeq. Athanaſ. T. 1. p. 97. 98. edit. noviſſ. & Sirmondum T. 2. Opp. p. 758.

92. *Fragmenta duo* ex Codice V. C. Stephani Baluzii p. 20. 21. unum de repudiato propter Pauli Samoſateni abuſum homoûſii vocabulo, & alterum de ſcelere Stephani Antiocheni qvod iisdem prope verbis narrat Nicephorus IX. 23. tangitqve Theodoritus II. 9. Hiſt. Subjunxit Montfauconus ex eodem Codice Baluziano breve apoſpaſmation Athanaſii longe junioris Hagioritæ, ſive Monachi, ſacri montis Atho incolæ.

93. *Epiſtola ad Monaſticam vitam agentes*, Græce ex Codicibus Mediceo & Regio, qvæ latine tantum ex veteri qvæ uberior eſt interpretatione latina prodierat T. 1. p. 967.

94. *Fragmenta* commentariorum ſive ſermonum *in S. Matthæi Evangelium*, plura & meliora ex MSS. & Catenis, qvam ſupra, num. 38. prodierant. pag. 24 - 41. Neqve dubitat jam amplius Montfauconus apoſpaſmation ſupra num. 42. editum de novem Herodis morbis, vere eſſe Athanaſii.

95. *Fragmenta* commentariorum ſive ſermonum *in Evangelium S. Lucæ*, triplo auctiora ex MSS. Codd. & Catena edita in lucem p. 42-48.

96. *Homilia* magno Athanaſio ut videtur, perinde ut duæ qvæ ſeqvuntur ſuppoſita *in Canticum Canticorum*, ex MS. Ambroſiano. pag. 49 - 54. Incipit: *ποθητοὶ οἱ λόγοι.*

97. *Homilia de patientia*, 56-63. Incipit: *Ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος Παῦλος.* Ex eodem MS. Codice.

98. *Homilia εἰς τὰ βαΐα, in ramos palmarum.* p. 63-65. Incipit: *Φελικτὸν, ἀγαπητοὶ, μυστήριον σήμερον.* Ex MSS. Ambroſ. & Ottobon.

99. *In dictum* 2. Cor. XII. 2. *Novi hominem raptum ad tertium cœlum*, & 7. *datus eſt mihi ſtimulus carnis Angelus Satanæ* p. 65 - 68. ex MS. Bibl.

2011 Ministerio de Cultura

Monaſterii S. Baſilii Romæ. Non videntur hæc eſſe magni Athanaſii.

100. *Argumentum in Pſalmos*, & *commentariorum fragmenta* in priores Pſalmos LXXV. eruta ex Apographo Ambroſiano qvod ex Codice Scorialenſi deſcriptum fuit. p. 70-101.

101. *Fragmentum contra Macedonianos*, & alia *contra Novatianos*, atqve *de amuletis* ſive φυλάκτοις aliaqve varii argumenti ex Codd. MSS. Regiis & Colbertinis. p. 102-106.

VIII. *Scripta S. Athanaſii deperdita, vel inedita.*

Contra hæreſes. Vide T. 1. edit. noviſſ. p. 1292. *contra Valentinianos* id. p. 1274. *contra Macedonianos*, Montfauconi ſupplement. p. 102. *contra Novatianos*, id. p. 103.

Ad Monachos, Arianorum dogmatum confutatio. T. 1. p. 342. 956.

Contra Urſacium & Valentem liber. T. 1. p. 1287. ex Hieronymo.

Contra Arianos, ſuper dicto, nunc anima mea turbata eſt. T. 1. p. 1286.

Diſputatio cum Ario in Synodo Nicæna. T. 3. p. 205.

Ad Jovinianum. T. 1. pag. 778.

Liber de titulis ſive inſcriptionibus Pſalmorum. T. 1. p. 981. 1287.

Commentariorum in Pſalmos bona pars.

In Eccleſiaſten & Cantica Canticorum. Phot. Cod. 139.

In Cantica Moſis & Mariæ ſororis, MS. in Bibl. Ambroſ. vide T. 1. p. 1006. & 1008.

In Matthæum. T. 1. p. 1266. ſeq. 1289. & ſupplement. p. 24.

In Lucam. Vide ſupplement. p. 42.

In Joannem. Meminit Thomas Aqvinas, notante Clariſſ. Caveo.

Sermones Conſolatorii ad virgines T. 3. p. 110. ex Theodoriti II. 4. Hiſt.

Synodicon. T. 1. p. 716. ex Socratis lib. 1. c. 13. Hiſt. Nomina Epiſcoporum qvi Concilio Nicæno interfuere in Synodico illo lecta olim à Socrate, leguntur etiam hodie in Athanaſii Epiſtola ad Ægyptios & Africanos, inſerta Apologiæ contra Arianos qvæ ſecunda vulgo dicitur.

Epiſtolæ variæ de qvibus Photius Cod. 32. teſtatus illis additam fuiſſe Apologiam pro fuga, qvæ exſtat. Exſtant & aliæ Athanaſii Epiſtolæ, ſed plures interciderunt, ut *ad Eupſychium* de qva T. 1. pag. 1287. 1293.

2011 Ministerio de Cultura

1293. *ad Rufinianum*, Act. 1. Synodi II. Nicænæ & *Epistolæ festales* qvarum ad qvadraginta octo olim numeratæ fuerunt. VideMontfauconi prolegomena ad Cosmam Indopleusten cap. 6. & T. 1. Athanas. p. 968. Et *Epistolæ Canonicæ*, ut de qva T. 3. pag. 125. ex Balsamone ad Can. 27. Carthag.

Homiliæ variæ &c.

IX. S. EPHRAIM Nisibenus, Syrus, Jacobi Nisibeni discipulus, Diaconus, atq; si auctori Prædestinati hæres. 57. & Menologio Græcor. 28. Jan. fides, etiam presbyter Edessenus, A. C. 375. denatus, vir ardore pietatis & sacra eloqventia insignis de qvo Acta Sanctor. T. 1. Febr. pag. 49. sqq. S. Chrysostomus sermone de fallis Prophetis T. 6. pag. 401. * Palladius Lausiaca pag. 113. Sozomenus III. 16. & qvæ ex Greg. Nysseno, a) Amphilochio atqve aliis præfixa Operibus Ephræmi sunt ab Gerardo Vossio: Metaphrastes item atqve Anonymus in Ephraimi vita, qvi Græcæ editioni Oxonienfi Ephræmi subjiciuntur:

Σύρων

* Elogium qvod Chrysostomus sive Jo. Nestevtes Ephraimo tribuit, qvia insigne est, adscribendum putavi: Πῶ Εὐόδιος ἡ εὐωδία τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διάδοχος; πῶ Ἰγνάτιος τὸ ξ Θεῶ οἰκητήριον; πῶ ὁ Διονύσιος τὸ πετεινὸν τῶ ἀέρως; πῶ Ἱππόλυτος ὁ γλυκύτατος καὶ εὐνόστατος; πῶ Βασίλειος ὁ μέγας καὶ μικρῶ δεῖ τῶν Ἀποστόλων ἰσόρροπος, πῶ Ἀθανάσιος ὁ ἅγιος καὶ πλεονέκτης τῶν ἀρετῶν; πῶ Γρηγόριος ὁ δεύτερος Θεολόγος. καὶ ἀήττητος σραλιώτης, καὶ ὁ τότε συνώνυμος; πῶ Ἐφραὶμ ὁ πολὺς ἡ παραμυθία τῶν ἀθυμούντων, ἡ παιδαγωγία τῶν νέων, ἡ χειραγωγία τῶν μετανοούντων, ἡ κατὰ αἱρετικῶν ῥομφαία; τὸ δοχεῖον τῶ πνεύματος; *ubi Ephraim ille magnus obtorpescentium excitator, afflictorum consolator, juvenum in disciplina instructor atque excitator, dux pœnitentium, framea ac spiculum adversus hæreticos, & Spiritus S. habitaculum?*

a) Greg. Nysseni ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πατέρα ἐφραίμ. T. 2. Opp. pag. 1027. Amphilochii comparatio inter Basilium M. & Ephraimum. Confer quas laudat W. E. Tenzelius diss. de Ephraim Syro. Arnstad. 1685. & in dlss. selectis recusa. Tillemontius tomo VIII. Memor. Hist. Eccles. Mich. Hoyerus monachus Augustinianus lib. de vita S. Ephræmi, Duac. 1640. 12. Jo. Morinus de sacris Ecclesiæ ordinationibus pag. 490. &c. Etiam ab Eusephio Pamphili memoratum Ephraimum scripsit Photius Cod. 196. sed Eusebium pro Sozomeno nominasse conjicit Cotelerius ad T. 3. monument Eccles. Græc. pag. 536. licet Eusebius etiam meminisse Ephræmi potuit, si audimus snbscriptionem Græcam antiqui MS. CPolitani apud Vossium pag. 813. quo S. Ephræm dicitur ἠσκῆσαι ἐν ταῖς ἡμέραις τῶ μεγάλω Κωνσταντίνω καὶ πρώτω βασιλέως, ἠκμᾶσαι δὲ μέχρι τῆς βασιλείας τῶ Οὐάλεντος, ὑφ' ὃν καὶ ἐτελειώθη.

2011 Ministerio de Cultura

Σύρων δὲ παῖδες φασὶν ὑπὲρ τὰς χιλιάδας λόγων αὐτὸν ἀναγράψαι.
Phot. Cod. 169. *Multa Syro sermone composuit*, inqvit Hieronymus c. 115. Catalogi, & *ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam Ecclesiis ejus scripta recitarentur.* Andreas Masius præf. ad Mosen Barcepham de paradiso, qui Ephraimum non semel laudat; *Mihi doctor meus Syrus sæpe solebat dicere nullius alterius Scriptoris plura præstantiora de rebus sacris volumina apud Syros ferri quam Ephræmi, ut mihi cum Augustino nostro conferendus videretur ἐν τῇγε πλουγραφίᾳ.* Universos S. Scripturæ libros ἀκριβῶς ἑρμηνεῦσαι πρὸς λέξιν illorumq; abditos sensus lumine spiritus illustrasse testatur Nyssenus in ejus vita p. 1033. (T. 2. Paris. 1615.) Ex his *Commentarios in Genesin & Exodum* cum 52. *homiliis* Syriaco sermone nactus est D. Robertus Huntingtonus, ut ex ejus Epistolis pag. 8. & 10. apparet. Hebedjesu in Catalogo librorum Chaldæorum n. 60. *Ephræm Magnus*, inqvit, *qui Propheta Syrorum* (& εἰκουμενικὸς διδάσκαλος.) *cognominatus est, edidit commentarios in libros Geneseos, Exodi, Sacerdotum sive Levitici, Josue filii Nun, Judicum, Samuelis, libros Regum, Davidis, Isaiæ, Duodecim & Jeremiæ, Ezechielis & beati Danielis. Extant etiam ejus libri & Epistolæ de fide Ecclesiæ atque ejusdem Orationes metricæ* (τριακοσίας μυριάδας ἐπῶν memorat Sozomenus III. 16. adde de Hymnis ejus Theodoritum IV. 29. Hist. Morinum de sacris Ecclesiæ Ordinationibus p. 419. 490.) *adhortationes, cantica, officia defunctorum omnia, appositiones Alphabeti*, b) *disputationes cum Judæis, nec non adversus Manichæum, Bardaisanem, Marcionem & Ophitas, demum dissolutio impietatis Juliani.* Servantur nonnulla Ephræmi lingua Syriaca etiam in Bibliothecis Angliæ, & jam pridem Jacobus Golius ex Oriente scripta Ephræmi non pauca in Belgium secum attulit, & Usserius Ephræmum *de sapientiæ amore* & alia ejus Syriace scripta Lugdunum Batavor. transmisit è qvibus nonnulla punctis animasse vocalibus & latine vertisse se testatur *Lud. de Dieu* præf. ad Comment. in Acta Apostolor. Confer W. E. Tenzelii Ἐ μαναεῖτα diss. select. pag. 289 sq. *Institutio Ephræmi ad Monachos* exstat Syriace MS. in Bibl. Cæsarea ut notavit Lambecius T. 1. p. 171. Habui & ipse unam alteramqve Homiliam Ephræmi Syriaca lingva descriptam ex Codice Bibl. Bodlejanæ qvam mecum & haud paucas Græcas communicavit doctissimus vir qvi Oxoniæ è MS. Codd. de scripsit Jo. Adolphus Hofman-

b) Punctorum vocalium inventionem litteris Syriacis apponi solitam Ephræmo Syri tribuunt. Vide Abr. Ecchellensis notas ad Ebed JEsu Catalogum. Negat tamen illum inventorem Jo. Morinus lib. 2. Exerc. Bibl. 18. c. 9. pag. 547. seq.

2011 Ministerio de Cultura-

Hofmannus, Plœnenſis. Illas ego Syriace & Latine ut ederentur miſi Lipſiam ad Rev. D. Godfridum Olearium, neqve ingratum ſpero fore viris eruditis videre, qvatenus Syriaca verſio ſacrorum librorum præcipue N. T. diſtet ab illa c) qva S. Ephraimus uſus eſt. *Precationes binas* Ephræmi habes in Severi Alex. ſive Antiocheni potius libello de ritibus baptiſmi & ſacræ Synaxis, qvem Syriace & Latine edidit Guido Fabricius Boderianus Antvverp. 1572. 4. p. 127. ſeq. Bardeſanis hæreſin ab Ephraimo Syro confutatam teſtatur Theodoritus 1. de hæreticis fabulis.

X. *Græca* verſio antiqva ſcriptorum non paucorum Ephræmi, Iuculentis & majoribus theatri Sheldoniani typis A. 1709. fol. in lucem edita eſt Oxonii ex Cod. MS. Bodlejanis curante V. C. *Eduardo Thwaites*, qvam editionem qvia latina verſione deſtituitur, ita recenſebo, ut illlis Homiliis & ſcriptis qvæ latine etiam exſtant, paginas adſcribam latinæ verſionis *Gerardi Voſſii*, Præpoſiti Tungrenſis, ex editione qvæ ad manus mihi eſt Colonienſi A. 1603. fol.

Gr. pag. 1. περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν *de virtutibus & vitiis*. Lat. T. 1. pag. 25. Ad Monachos Metebenos directum hunc librum teſtatur Photius Cod. 169. Verterat ante Voſſium *Franciſcus Zinus*.

12. ἔλεγχος ἑαυτῷ καὶ ἐξομολόγησις. *Reprehenſio ſui ipſius atque confeſſio* T. 1. pag. 68. Hæc primum locum occupavit inter λόγους Ephræmi undeqvinqvaginta laudatos Photio.

15. πρὸς καθαίρεσιν ὑπερηφανίας. *ad everſionem ſuperbiæ.* T. 1. pag. 88.

19. λόγος κατανυκτικός. *Sermo de compunctione animi.* T. 3. pag. 590.

28. λόγος ἀσκητικός. *Sermo Aſceticus* T. 3. pag. 539.

46. κατὰ μίμησιν τῶν παροιμιῶν. *Ad imitationem proverbiorum.* T. 3. pag. 509.

47. περὶ Φόβου. *De timore DEI.* T. 3. pag. 510.

76. πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐμπαθῶς διαγόντων καὶ τιμὰς ἀπαιτούντων, *ad eorum correctionem qui vitioſe vivunt & honores appetunt.* T. 1. pag. 92. Vertit & *Zinus*.

c) Andreas Mullerus pag. 27. ſeq. de verſionibus Syriacis ſacror. libror. recte non audet affirmare verſionem Syriacam N. T. quam hodie habemus illam ipſam eſſe in quam Ephraim Syrus & Jacobus Niſibenſis olim commentati ſunt.

2011 Ministerio de Cultura

Gr. pag. 82. ἔλεγχος αὐτοῦ καὶ ἐξομολόγησις. *Confessio & sui ipsius reprehensio* Lat. T. 3. pag. 599. Incipit : ἐν πολλοῖς ὑμῖν ἀδελφοὶ δοκῶν χρησιμεύειν. Vertit idem *Zinus*.

100. περὶ τῶν παθῶν. *De passionibus* sive *perturbationibus animi* T. 1. pag. 130.

102. περὶ μετανοίας *de pœnitentia* T. 1. pag. 144.

106. περὶ κατανύξεως *de compunctione*. T. 1. pag. 138.

* 110. λόγος κατανυκτικὸς. Incipit : ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ὄρθρου λίαν ἀναστὰς, ἐπορευόμην ἐγὼ σὺν τοῖς.

112. λόγος ἕτερος κατανυκτικός. *Sermo alius de compunctione.* T. 1. p. 135.

* 115. λόγος παραινετικός. Incipit : πρόσεχε σεαυτῷ, ὦ νεότης, πόθεσα ἀσκήσαμεν, μήποθε παρέλθωσιν.

119. εἰς πατέρας τελειωθέντας. *In sanctos Patres qui temporibus suis consummati sunt.* Tom. 3. pag. 766.

122. λόγος ἕτερος εἰς πατέρας τελειωθέντας. *Sermo alius in sanctos Patres suo tempore defunctos.* T. 3. pag. 769.

125. τοῦ αὐτοῦ λόγου τετρασύλλαβα ἤτοι μέτρον. *Ex eodem sermone tetrasyllaba Oratio, sive metrum.* T. 3. pag. 772.

126. λόγος ἑπτασύλλαβος ἤτοι μέτρον. *Sermo Heptasyllabus sive aliud metrum.* T. 3. p. 773.

126. περὶ φόβου ψυχῶν. *De timore animi* T. 1. p. 66. Vertit ante Vossium *Zinus*.

129. εὐχὴ ἐκ τῆς ἁγίας Ἐφραὶμ διδασκαλίας. *Precatio ex S. Ephræm Doctrina.* T. 1. pag. 247. Vertit & *Zinus*.

130. ὑπομνηστικὸν, ἤτοι ἐπιστολή. *Admonitoria Oratio in formam Epistolæ.* T. 2. pag. 275.

134. περὶ ψυχῆς ὅταν πειράζηται ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, πῶς ὀφείλει μετὰ δακρύων τῷ θεῷ προσεύχεσθαι. *Quomodo anima cum lacrymis ad DEum recurrere debeat tentationis tempore.* T. 1. pag. 62.

135. ἐξομολόγησις ἤγουν προσευχὴ πρὸς Θεόν. *Confessio sive precatio ad DEum.* T. 1. pag. 250.

136. εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *in secundum adventum Domini nostri* JESU CHRISTI. T. 1. pag. 239. Ephræmi λόγους de hoc argumento laudat Nyssenus pag. 1035.

140.

2011 Ministerio de Cultura

Gr.pag. 140. *περὶ ἀρετῆς πρὸς νεώτερον ἀσκητὴν κεφάλαια δ. Adhortationes IV. de virtute ad Monachum novitium* Lat. T. 2. pag. 280.

150. *περὶ ἀρετῆς κεφάλαια δέκα.* De virtute Capita decem. T. 2. pag. 293.

159. *πρόσεχε σεαυτῷ. Attende tibi ipsi* Capita XII. T. 2. p. 307.

170. *ὅτι δὲ δεῖ γελᾶν καὶ μετεωρίζεσθαι, ἀλλὰ κλαίειν καὶ πενθεῖν ἑαυτούς. Non esse ridendum neq; gloriandum, sed lugendum & plorandum nosmet ipsos.* T. 1. pag. 104. Laudat Photius Cod. 169.

179. *συμβουλία περὶ πνευματικῆς βίου πρὸς νεόφυτον ἄρχοντα, Consilium de vita spirituali ad novum Abbatem*, Capita XCVI. T. 1. pag. 47. Vertit ante Vossium *Zinus.*

191. *μακαρισμοί. Beatitudines.* T. 1. pag. 168. Vertit idem *Zinus.*

196. *μακαρισμοὶ ἕτεροι. Beatitudines aliæ.* T. 1. pag. 173. Vertit idem *Zinus.*

200. *κεφαλαὶ ἑκατόν. Ἐρώτησις πῶς κτᾶταί τις τὴν ταπεινοφροσύνην. Capita centum. Quæstio de modo acquirendæ humilitatis.* T. 2. pag. 446. Laudat Nyssenus pag. 1035. Meminit & Photius Cod. 169.

220. *εἰς τὸν βίον τοῦ μακαρίου Ἀβραμίου De vita B. Abraamii Eremitæ.* T. 3. pag. 749.

Adde in notis pag. 450. *περὶ τῆς ἀνεψιᾶς αὐτοῦ Μαρίας de Mariæ nepte Abraamii* T. 3. pag. 755.

234. *εἰς τὸν πάγκαλον Ἰωσήφ. de laudibus Josephi Patriarchæ.* lat. T. 3. p. 632.

247. *εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Σωτῆρος. In transfigurationem Salvatoris.* T. 3. p. 686.

253. *περὶ κρίσεως καὶ κατανύξεως de judicio extremo & de compunctione.* T. 1. p. 233.

257. *περὶ ὀρθοῦ βίου de recta vita, Capita XC.* T. 1. p. 40.

264. *Λόγοι παραινετικοὶ πρὸς ἀσκητάς. Adhortationes quinquaginta ad Monachos.* T. 2. p. 334.

343. *Ἐπιστολὴ πρὸς Ἰωάννην μοναζοντα περὶ ὑπομονῆς &c. Epistola ad Johannem Monachum de patientia, &c.* T. 2. p. 271.

* 347. *εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Incipit: ἀδελ-

2011 Ministerio de Cultura

ἀδελφοί μȣ φιλόχριστοι, ἀκέσατε περὶ τῆς δευτέρας καὶ φοβερᾶς παρȣσίας.

Gr. pag. 359. εἰς τὴν παρȣσίαν τȣ Κυρίȣ, καὶ περὶ σωτηρίας, καὶ εἰς τὴν παρȣσίαν τȣ Ἀντιχρίστȣ. Lat. *in adventum Domini, & de ſæculi conſummatione & adventu Anti-Chriſti.* T. 1. p. 219.

365. Διαθήκη. *Teſtamentum.* T. 3. p. 785. Vertit & *Julius Clemens*, cujus interpretatio exſtat apud Surium Cal. Febr. Ad verba hujus teſtamenti p. 366. ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ μȣ ἀναπεραιόμην, reſpicit Nyſſenus in vita Ephræmi p. 1033. & p. 1039. ad verba teſtamenti p. 367. ἐκ ὑπῆρχε τῷ Ἐφραὶμ βαλάντιον &c. 368. μὴ ἐγκωμιάσητε, μή με πολυτελεῖ ἐνθάψητε ἱματισμῷ &c. & qvæ p. 1045. ſq. de viro qvi pretioſa veſte corpus Ephræmi tegere volebat. Confer teſtamentum p. 369. edit. Græcæ.

376. Εἰς τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν ſταυρὸν, καὶ εἰς δευτέραν παρȣσίαν καὶ περὶ ἀγάπης καὶ ἐλεημοσύνης. *In pretioſam & vivificam Crucem Domini, & in ſecundum Ejus Adventum, & de charitate atque eleemoſyna.* T. 3. p. 699. Græce ex Codice Bavarico hanc Homiliam primus ediderat & latinam verſionem ſuam addiderat *Gretſerus* T. 2. de Cruce pag. 472.

384. λόγος κατ' αἱρετικῶν, ἐν ᾧ καὶ ἀπόδειξις ἐκ φανερῶν ὑποδειγμάτων ὅτε μαργαρίτȣ καὶ τῶν λοιπῶν σωαγωγὰ τὸ πιστὸν, ὅτι δίχα τῶν Φυσικῶν νόμων ἡ ἁγία Θεοτόκος τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν ὑπὲρ σωτηρίας τȣ κόσμȣ καὶ σωτῆρα λαβε καὶ ἐκύησε. *Sermo contra hæreticos, de margarita pretioſa.* T. 3. p. 664.

* 398. περὶ γλωσσαλγίας καὶ παθῶν. Incipit: λεπρὰ γέγονεν ὡς χιὼν ἡ Μαριὰμ, ἵνα καθαγνωσθῇ. Ejusdem argumenti ſed diverſa homilia latine exſtat T. 1. p. 97.

399. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον. *Magni Baſilii Cæſareenſis Encomium* T. 3. p. 722. Baſilio d) adhuc ſuperſtite ſcriptum. Confer Acta Sanctor. T. 1. Febr. p. 51. & T. 2. Junii pag. 809. Baronium ad Martyrolog. Rom. 14. Junii. Hoc Encomium è Codice Regio Græce

d) Obiit S. Baſilius A.C. 379. Hic Homil. 2. in Hexaem. pag. 24. teſtatus ſe à Syro quodam de vi vocabuli *meracchephet* Gen. 1. 2. pro συνέθαλπε καὶ ἐζωογόνει edoctum, Ephraimum utique intelligere videtur.

2011 Ministerio de Cultura

Græce primus ediderat *Cotelerius* T. 3. monumentor. Eccleſ. Græcæ p. 54. addita latina ſua verſione.

Gr. pag. 405. εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἁμαρτωλὸν τὴν ἀλείψασαν τὸν Κύριον μύρῳ *in mulierem peccatricem quæ Dominum unxit.* Lat. T. 3. pag. 711.

411. Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἐνδόξους μάρτυρας τοὺς ἐν ὅλῳ κόσμῳ μαρτυρήσαντας. *In glorioſos martyres in toto mundo paſſos martyrium* T. 3. pag. 740. Nonnulla Ephraimi poſt Voſſium atqve inter alia hanc homiliam ex Græcis Codicibus de integro vertit *Franciſcus Combefiſius* in Bibl. Concionatoria, qvam ſi placet vide.

415. εἰς τὸν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ. *In Abrahamum & Iſaacum*, T. 3. p. 624.

* 419. περὶ τῆς Κύρας Σαλῆς. De Iſidora ſimplici in Tabenuſiotico Thebaidis Monaſterio. Incipit: ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ τῷ τῶν γυναικῶν γέγονε παρθένος.

420. Λόγος εἰς τὸν Προφήτην Δανιὴλ, καὶ εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας, καὶ πρὸς τὸν λέγοντα ὁ καιρὸς πονηρός ἐστι, σωθῆναι οὐ δύναμαι. *In S. Danielem Prophetam & tres pueros, & in eos qui dicunt, quia tempora mala ſunt, ideo ſalvari nequimus.* T. 3. p. 648.

* 422. περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν. Incipit: Γίνωσκε, τέκνον, ὅτι ὀκτώ εἰσιν λογισμοὶ πάντες οἱ τὰ κακὰ ἐνεργοῦντες.

* 423. περὶ τοῦ τέλειον εἶναι τὸν μοναχόν. Incipit: εἰς μάχην δυνατῶν μὴ γίνου κατ' αὐτῶν εἰς ἀταξίαν νεωτέρων.

* ibid. περὶ τοῦ ἐμφυσήματος. Incipit: ὅτως ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι, ὡς δεσμὸς φυσικὸς δυσδιάλυτος.

424. περὶ ὑπομονῆς *de patientia* T. 1. p. 153.

428. περὶ μακαρισμοῦ καὶ ταλαιπωρίας *de beatitudinibus & miſeriis* T. 1. pag. 177. Vertit & *Zinus*.

429. περὶ πίστεως *de fide* Tom. 1. pag. 80.

* In notis pag. 455-462. λόγος περὶ τοῦ κοινῆς ἀναστάσεως καὶ μετανοίας (al. κρίσεως καὶ ἀναστάσεως) καὶ ἀγάπης * καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Incipit: ἀγαπητοὶ μηδὲν προτιμησώμεθα τοῦτον τοῦ ἀνυποκρίτου ἀγάπης. Sequuntur pag. 459. ſeq. ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις de extremo judicio, qvæ latine occurrunt apud Voſſ. pag. 185. ſeq. 188. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

XI. Nunc referre placet qvæ Gerardus Voſſius latine edidit, Græce necdum vulgata. Sunt autem hæc:

T. 1. pag. 1. *De Sacerdotio.* Incipit: *o miraculum ſtupendum.* Hic λόγος περὶ ἱερωσύνης Græce exſtat in MS. Opuſculorum S. Ephræmi in Bibl. Patrum Congregat. Oratorii Pariſ.

4. *Ad quem pertineat dictum Apoſtoli* 1. Cor. VII. *melius eſt nubere quam uri.* Incipit: *Apoſtolum audi dicentem.*

6. *Apologia ad fratrem quendam de Heli ſacerdote.* Incipit: *Cum Scriptura de Heli ſacerdote atteſtatur.* Hic inter XLIX. Ephræmi λόγους Photio Cod. 169. lectos fuit qvadrageſimus ſecundus ὡς δίκαια πέπονθεν ἡλεὶ ὁ ἐν τῷ νόμῳ ἱερεὺς, πρὸς τὸν περὶ αὐτοῦ τάτε ἐπιλεγόντα.

9. *De feſtis diebus & de dignitate divinorum Myſteriorum.* Incipit: *Saltem ne prorſus infructuoſi inveniamur.*

10. *De charitate.* * Incipit: *Bene ait Dominus, quoniam onus meum leve eſt.* Græce in MS. Vindob. Vide Lambec. T. 3. p. 108.

13. *Encomium in Pſalmos.* Incipit: *Et hæc quidem ac his plura de charitate.* Græce in eodem MS. Vindob.

14. *De orando DEUM* ſive *de oratione.* Incipit: *vere beatum eſt non peccare.*

15. *De amore pauperum.* Incipit: *Huc agite ergo fratres chariſſimi.*

17. *De jejunio.* Incipit: *Eſto ſtudioſus paupertatis CHRISTI, ut in cœleſti patria ejus divinitate diteris.* Græce in MS. Vindob.

18. *Quomodo intelligendum illud Matth. XXIV. Duo erunt in agro* &c. Incipit: *Audiſti quod duo erunt in agro.*

ibid. *De his quæ præſens hæc noſtra vita in ſe continet.* Incipit: *Cogitemus fratres.* Græce in MS. Vindob.

19. *De manſionibus beatis.* Incipit: *Salvator noſter manſiones multas.*

20. *De locis beatis.* Incipit: *Hæc ipſa præcepta complentes.*

22. *De non ſuſpiciendis rebus hiſce momentaneis & in Pſal. LXXII.* Incipit: *Cum mens noſtra ad lubricitatem ſit prona.*

23. *Ode*

* Λόγος Ephræmi περὶ ἀγάπης laudat Nyſſenus in Orat. de Ephræmo p. 1035.

2011 Ministerio de Cultura

T.1.pag.23. *Ode optime fluens, in eos qui quotidie peccant & quotidie pœnitentiam agunt.* Incipit: *Quousque o amice inimicum sustines.* Græce in MS. Vindob. Lambec. T. 3. pag. 106.

59. *De non scandalizando proximo, & de recta vitæ ratione.* Incipit: *Non decet eos qui ad pietatis studium accedunt.*

61. *De vera atque perfecta renunciatione.* Incipit: *qui vitam quietam excolit.*

71. *Adhortatio ad pietatem.* Incipit: *Charissime, Divina gratia Christianus es*

73. *Sermo ad pietatem bonaque opera CHRISTI athletam excercens.* Incipit: *Qui se vere Domino consecrare cupiunt.* Græce in MS. Vindob. Lambec. T. 3. p. 107.

76. *De Divina gratia.* Incipit: *Enitere ut Divinam gratiam jugiter in mente tua habeas.* Vertit ante Vossium *Zinus.*

85. *Adversus eos qui dicunt terræ motus à terræ inflatione fieri.* Incipit: *Dicite nobis qui vestro è pectore verba depromitis.*

86. *Ne decipiamur Gentilium erroribus.* Incipit: *Adjiciam autem & hoc dictis, Mortalitate gliscente in urbe CPoli.*

97. *de morbo linguæ & aliis vitiis.* Incipit: *Diversæ in cunctis hominibus sparsæ reperiuntur cupiditates.* Vertit & *Zinus.*

107. *Quod ludicris rebus abstinendum sit Christianis.* Incipit: *In rebus ludicris non esse tempus à Christianis consumendum omnes novimus.*

110. *De iis qui animas ad pudicitiam pelliciunt dicuntq; nihil mali esse.* Incipit: *Ad Prophetam Ezechielem Dixit DEus.*

115. *De abstinendo à cupiditatibus carnalibus, & de certamine ac de multa securitate ad fratrem qui excidit.* Incipit: *Qui in Medicorum curantur officinis.*

117. *De abstinendo ab omni consuetudine perniciosa & de continentia. Atque an bonum sit de aliorum rebus curiosum esse?* Incipit: *Bonum est unumquemque sibi attendere.*

120. *Adversus improbas mulieres.* Incipit: *Nulla par fera improbæ ac maledicæ fœminæ.*

123. An-

2011 Ministerio de Cultura

T. I. pag. 123. *Antirrheticon sive controversia de virginitate & continentia.* Incipit: *fratrem sive sororem aggrediens Dæmon improbus.* Verterat ante Vossium *Zinus.*

125. *De castitate.* Incipit: *Castitatem, dilecte frater, palmæ similem existima.* Verterat idem *Zinus.*

126. *De virginitate.* Incipit: *De virginitate & animæ sanctificatione* &c. Nyssenus de S. Ephræmo pag. 1035. τὶς τοῖς περὶ παρθενίας προσομιλήσας ὐχ ἁγνὸν ἑαυτὸν ψυχῇ τε καὶ σώματι θεῷ ἀγωνίσεται παραστήσαι;

133. *De compunctione.* Incipit: *Edessena ex urbe benedicta.* Vertit ante Vossium *Zinus.*

141. *De compunctione & salute animæ.* Incipit: *Venite cuncti fratres bonum à me peccatore Ephræm consilium accipite.* Convenit ex parte qvæ p. 233. seqvitur & Græce in MS. Cæsareo occurrit. Vide Lambec. T. 3. p. 108.

148. *De pœnitentia & confessione* Incipit: *Discamus o peccatores quid sit misericordia.* Verterat & *Zinus.*

150. *De pœnitentia & confessione.* Incipit: *Ne ergo vano percellamur timore.*

ibid. *De pœnitentia & patientia.* Incipit: *Quis obsecro secum cogitans.*

157. *Sermo adhortatorius de patientia & compunctione.* Incipit: *Creator noster DEUS.*

161. *De patientia, & consummatione seculi ac secundo adventu Domini.* Incipit: *Illustris est vita justorum.* In qvodam MS. Vaticano refertur ad S. Chrysostomum.

179 - 185. *Aliquot interrogationes ac responsiones.* Incipiunt: *Quomodo blasphematur DEUS?* Græce in MS. Cæsareo. T. 3. Lambec. p. 108.

187. *De abrenunciatione in S. baptismo facta.* Incipit: *abrenunciatio quam in baptismo facimus.*

197. *De recordatione mortis, & de virtute ac divitiis.* Incipit: *Morem oportet gerere illi qui dicit, consolamini invicem & ædificate alterum.*

200. *De resurrectione mortuorum.* Incipit: *Quid sibi vult sermo ille scriptus, nihil intulimus in mundum.*

214. *Ad-*

2011 Ministerio de Cultura

T. 1. pag. 214. *Adversus illos qui dicunt resurrectionem mortuorum non esse.* Incipit: *cum Ethnicis sentis.*

228. *De iis quæ post crucis apparitionem in judicio revelanda sunt.* Incipit: *Audistis charissimi.*

231. *De judicio & retributione.* Incipit: *Adeste fratres mei omnes, & me Ephræm* &c. Græce in MS. Vindob. Lambec. T. 3. p. 106. num. decimo sexto.

242. *De futuro judicio.* Incipit: *Si quando peccatum aliquod perpetraturus sis.*

245. *Threni sive lamentationes de divina retributione.* Incipit: *immensam atque ineffabilem DEI benignitatem cernis, anima mea.* Græce in MS. Vindob. Lambec. T. 3. p. 105.

247. *De die judicii, threnus.* Incipit: *exquisitum judicium æquissimi judicis.*

Ibid. *Alia lamentatio ex S. Ephræmi Doctrina.* Incipit: *Recordatus sum diei illius, atque contremui.*

248. *Alia lamentatio ad Animam negligentem.* Incipit: *Anima, obsecro ne concidas.*

249. *Pia animæ pœnitentis & ad DEUM recurrentis precatio ex doctrina S. Ephræm.* Incipit: *Hei mihi, hei mihi, maximis peccatis prægravato.*

p. 252. *Oratio ad DEUM.* Incipit: *DEus juste & laudabilis.* Additæ ibidem aliæ precationes ex variis Ephræmi homiliis editis excerptæ.

T. 2. præmittuntur *variæ S. Ephræmi sententiæ* ex ejus vita & collationibus SS. antiqvorum Patrum selectæ. Confer *Apophthegmata Ephræmi* qvæ Græce & latine dedit Cotelerius T. 1. monument. Eccles. Græcæ. p. 431. sq.

p. 261. *Narratio ad Monachos de sua conversione* Incipit: *S. Abbas Ephræm accedentibus ad ipsum fratribus de seipso utilitatis caussa enarravit.* Propter hoc ipsum exordium Natalis Alex. Hist. Eccles. Sec. IV. f. 136. facile ait se adduci ut hoc scriptum Ephræmi non esse credat.

267. *Canticum spiritale in laudem & amorem doctrinæ ac Sapientiæ.* Ex Syriaco traductum. Incipit: *Largire o DEUS doctrinam amanti doctrinam.*

2011 Ministerio de Cultura

T. 2. p. 468. *De Monachis ac de turture.* Incipit: *turturi viduato comparavit te seculo abdicatum Propheta o Monache.*

470. *De perfectione qua præditum esse decet Monachum.* Incipit: *Anno præterito ad me accessere quidam.*

479. *De panoplia spiritali ad religiosos ac Monachos.* Incipit: *Panopliam eiusmodi possidere debet.*

483. *De agone spiritali.* Incipit: *in luctaminibus hujus sæculi.* Antiqva latina versio edita in Clariss. Zaccagnii monumentis Ecclesiæ Veteris p. 114.

487. *Sermo Asceticus & exhortatorius ad fratres.* Incipit: *Fratres, adsvescamus benedictionibus.* Græce in MS. Vindob. Lambec. T. 3. p. 105.

493. *Sermo paræneticus de secundo Domini adventu.* Incipit: *Resipiscamus & pœnitentiam agamus, fratres.*

T. 3. p. 561-584. *Sermo* sive *liber de pœnitentia.* Incipit: *Pœnitentia fertilis est fructus.*

617. *De universali resurrectione & extremo judicio.* Incipit: *Gloria omnipotenti DEO, qui os nostrum* &c. Antiqva versio latina edita à Zaccagnio p. 106.

621. *Pia & humilis ad DEUM oratio.* Incipit: *Hei mihi, hei mihi Domine, tanta sunt vitia atque peccata mea.*

623. *In Noë & de continentia* &c. Incipit: *nonnullos à maligno dracone capi errantes.*

629. *In Lothum, & de tranquillitate ac securitate.* Incipit: *Cum homines voluptatibus dediti cor suum* &c.

650. *In Jonam Prophetam & de pœnitentia Ninevitarum.* Incipit: *Jonas Hebræus ex mari reversus.*

661. *In S. Heliam Prophetam, & in viduam Sareptanam.* Incipit: *Silentium præbete mihi, o fratres.*

678. *Adversus eos qui Filii DEi naturam curiose scrutari nituntur.* Incipit: *Rex cœlestis, immortalis Dominus.*

692. *De passione Salvatoris nostri JESU CHRISTI.* Incipit: *Eloqui pertimesco, & linguæ instrumento* &c.

697. *Threni S. Virginis Matris Mariæ super passione Domini.* Incipit: *Stans juxta crucem pura & immaculata Virgo.*

705. *De S. DEi genitricis Virginis Mariæ laudibus.* Incipit: *Inviolata integra planeque pura ac casta Virgo.*

708. *Ad*

2011 Ministerio de Cultura

T. 3. p. 708. *Ad S. Dei genitricem Oratio.* Incipit : *Immaculata & intemerata, incorrupta & prorsus pudica.*

727. *Encomium in SS. quadraginta Sebastenos Martyres* qvi sub Licinio passi sunt. Incipit: *imaginem SS. Martyrum describere cupio.* Confer Lambec. T. IV. p. 74. Surium & Acta Sanctor. IX. Martii, & Combefisii Bibl. Concianatoriam Tomo VIII.

744. *Sermo de laudibus SS. CHRISTI Martyrum.* Incipit: *Imperitus & insipiens horridus & incultus pictor.*

761. *De S. Juliano Monacho & Anachoreta Edesseno.* Incipit: *Optimus hic atque fortissimus inter pietatis pugiles.* Confer de hoc Juliano Acta Sanctor IX. Junii T. 2. pag. 175. seq. Meminit hujus vitæ ab Ephræmo scriptæ Sozomenus.

775. *Sermo in eos qui in CHRISTO obdormierunt & de vanitate hujus vitæ.* Incipit: *quid ita hodie, charissimi, serio sedulogz simul hic congregati sumus?*

Hæc latine Vossius Tungrensis, MSS. Græcis Codicibus Vaticanis & Sfortiano atq; duobus Cryptæ ferratæ usus, qvorum unum à *Jona* qvodam jussu *Niconis* scriptum A. C. 531. ex subscriptione sibi persuasit in præf. & pag. 812. sed in numero illo errorem esse notat Bernardus de Montfaucon V. C. in Palæographia Græca pag. 48. Meminit is p. 78. etiam Colbertini Codicis, qvemadmodum Codicem qvi in Bibl. Patrum Oratorii exstat, laudat Richardus Simon T. 2. Epistolarum Gallice editarum Epist. 14. pag. 82. & notis ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 286. Codices Regios Labbeus in Bibl. nova MSS. nec dubium ex Cæsareanis MSS. de qvibus Lambecius T. 1. pag. 117. seq. T. 3. pag. 104. seq. & T. 4. atqve 5. pluribus locis itemqve T. 8. plura posse Græce proferri qvæ Vossius tantum latine extulit, nonnulla etiam qvæ ab illo plane sunt prætermissa, ut T. 4. Lambec. pag. 170. memoratur S. Ephræmi λόγος περὶ τῆς ἐνεργείας τῶ μισοκάλου δαίμονος. Incipit : πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἀκούατε, πολλάκις δ' ἐχθρὸς ὑποβάλλει τῷ ἀνθρώπῳ, λέγων, ἀκμὴν νεώτερος εἶς, ἀπόλαυε τῶν ἐπιθυμιῶν σου. Illud qvidem *de Spiritu S.* volumen qvod Græce evolvisse se testatur S. Hieronymus, & animum sublimis ingenii etiam in translatione cognovisse, cap. 115. de S. E. nusqvam hodie exstat qvod sciam, neqve illa εἰς τὸν παράδεισον δογματικὰ qvæ allegat Syncellus pag. 15. & Syra lingua legisse Moses Mardenus

2011 Ministerio de Cultura

denus videtur. *Græcorum quanta foret utilitas*, inqvit Combefisius in Bibl. Concionatoria, *vel pauca illa prodent quæ Græcum nactus Codicem interpretatione nova post Vossium repræsentavi. Ea mente ac sensu Galliæ clerus ad Comitia generalia ex more congregatus JOANNI AUBERTO Collegii Laudunensis Præposito pro ipsius quo fungebatur ejusdem Cleri Interpretis munere jusserat ut Ephræmi sanctissimi opera utraque lingua vulgaret. Cœpta editio Vitreanis typis, nec ultra sexaginta folia perducta, cum segnius agenti Auberto mors incidit, atque illius irritum conatum fecit.* Ad illam editionem perficiendam nomine cleri Gallicani Vaticanos Codices expetenti Abbati cuidam, usum eorum negatum legas in Tillemontii memoriis Hist. Eccles. Tomo VIII. pag. 750. Laudandus sane Vossius Tungrensis qvod tot pia præclari Doctoris opuscula undiqve collegit & versione atqve scholiis eruditis illustravit, etsi Græca simul ab eo edita multi eruditi optarunt; Cæterum notandum non omnia Vossium è Græcis vertisse, aut primum transtulisse, sed usum esse antiqvioribus latinis qvas in Bibliothecis reperit versionibus. Confer ejus scholia ad sermon. de transfiguratione Domini T. 3. p. 691. seq. tum etiam editis Ambrosii Camaldulensis (cujus præfationem qvoqve ad Cosmum Medicem sua ad Pontificem Sixtum V. Epistola imitatus est, ut notatum Lambecio lib 1. pag. 123.) & Petri Francisci Zini, Juliiqve Clementis. Quod vero Ambrosii & Zini qvorum versiones interpolavit nec meminisse qvidem dignatus est, haud minus ideo reprehensionem virorum doctorum incurrit, qvam qvod partes in Codicibus qvibus usus pro lubitu divulsit ac discerpsit. Antiqva versio latina duorum S. Ephræmi sermonum à Clariss. Viro *Laurentio Alexandro Zaccagnio* * edita è Codicibus Vaticano & Casanatensi illa ipsa est qvam paucis interpolatam Vossius pag. 617. & 483. exhibuerat, ut conferenti apparebit. Atq; ante aliqvot sæcula jam sermones varios S. Ephræmi latine fuisse translatos constat vel ex *Vincentio Bellovacensi* qvi XV. 87. speculi Hist. refert se legisse S. Ephræmi *opuscula de pœnitentia, de luctaminibus sæculi, de compunctione cordis, de beatitudine animæ, de resurrectione & de die judicii.* Eadem *Jo. Trithemius* commemorat, additqve alia *de contritione cordis, de cogitationibus, de prædicatione dura, de celebratione dura & Planctum super Edessenam urbem.* Nam de Spiritu S. volumen ex Hieronymo repetitum non à Trithemio inspectum existimo, qvia alioqvi prima verba libri adjungere, ut in aliis fecit, non intermisisset.

Qvæ

* In Collectaneis monumentorum Veterum Ecclesiæ Græcæ, Rom. 1698. 4.

2011 Ministerio de Cultura

Qvæ *Ambrosius Camaldulensis* vertit hæc sunt : 1. *De pœnitentia.* Incipit : *Dilectissimi , nihil sanctæ charitati præferamus , multa enim negligendo peccavimus diebus singulis & horis & momentis.* 2. *de charitate & extremo judicio.* 3. *de judicio & resurrectione.* 4. *de vita & exercitatione Monastica.* 5. *quod non oporteat ridere sed flere & lugere.* 6. *ad animam negligentem.* 7. *ad Monachos de SS Patribus qui illo tempore requieverunt.* 8. *de armatura Monachi & quod oporteat Monachum veluti militem in acie semper assistere.* 9. *de pœnitentia & conversione.* 10. *de secundo Domini adventu.* 11. *de timore DEI.* 12. *de angustia qua premitur anima cum ex pugna contra se hostis , infirmior fit.* 13. *de compunctione.* 14. *de passione Domini Salvatoris.* 15. *ad eos qui Filii naturam scrutari volunt.* 16. *de Antichristo.* 17. *de virginitate.* 18. *de laudibus Martyrum.* 19. *Laudatio S. Josephi Patriarchæ.* Prodierunt Argentorati typis Martini Schureri A. 1509. 4. & 1585. 8. Ex his Ephræmi sermonibus sunt qvos *Gallice* dedit *Petrus Cueveret.* Paris. 1520. sub titulo *la fleur de predication.* Germanice vero *Jo. Schwaigerus, Mogunt.* 1565. 8. Male sermones XXI. ex Ambrosii versione numerat Lambecius T. 1. p. 121. eumqve secutus Warthonus appendice ad Cavei hist. literar. pag. 84. edit. Genevens. Unde fallitur etiam Tentzelius p. 281. diss. select. qvi tamen eodem loco recte editionem Opusculorum Ephræmi Colonienſem A. 1547. 8. apud Novesium, alios qvam ab Ambrosio translatos sermones complecti observat , in qva Vossius *sermonem de transfiguratione*, incerto interprete legit.

Petrus Franciscus Zinus Canonicus Veronensis Venet. 1574. hæc à se Ephræmi opuscula latine versa in lucem edidit , plura etiam pollicitus : 1.) *De timore animi.* 2.) *Preces.* 3.) *De virtutibus & vitiis.* 4.) *De gratia DEI.* 5.) *de linguæ morbo & cæteris vitiis.* 6.) *De compunctione.* 7.) *De pœnitentia & confessione.* 8.) *Reprehensio sui ipsius atque confessio.* 9.) *De charitate.* Incipit : *Si tibi ea potestas concessa sit , frater charissime , ut omnibus linguis loquaris.* 10.) *De vita spiritali ad novum Abbatem capita XCIII.* 11.) *De exercitatione.* Incipit : *qui te ad virtutem ac pietatem exerces , attende tibi & cave ne dies tuos in rebus inanibus consumas.* 12.) *Eorum correctio qui cum vitiose vivant , honores petunt.* 13.) *De virginitate & castitate.* 14.) Alius sermo *de castitate.* 15.) *Beatitudines* LV. 16.) *Beatitudines aliæ.* 17.) *De recta vitæ ratione capita LXXXIX.* Incipiunt : *Si rectam vivendi rationem diligis, humilitatem amplectere.* 18.) *De beatitudine & miseria.* Nonnulla Ephræmi opuscula ex Zini interpretatione Dillingæ etiam prodiisse scribit

2011 Ministerio de Cultura

Simlerus, & ex eo Labbeus T. I. p. 285. de S.E. Nimirum A. 1562. atqve adeo ante editionem Venetam qvam recensui. *Sunt enim mihi admanus* (accuratissimi Ittigii verba sunt præf. ad librum de Bibliothecis Patrum p. LXXIII.) *divina quædam S. Ephrem opera è Græca lingua in latinam versa Petro Francisco Zino interprete, Dillingæ 1562. apud Sebaldum Mayer.* At enim Tentzelius p. 281. diss. select. negat qvod Dillingana editio Zino debeatur, *quæ enim Dillingæ A. 1563. impressa mihique ad manus sunt, obstetricante* Jacobo Menchusio Belstano *lucem publicam adspexerunt, qui in dedicatione refert duos sibi ad manus fuisse antiquos Codices latinos MSS. ob Varias Lect. nonnihil discrepantes. Duabus quoque partibus absolvuntur opuscula Ephremi ab ipso edita, prior constat libellis* qvinqve de tremendo die judicii & resurrectione universali, de jucunditate & gaudio supernorum civium & regni cœlorum, de munditia animæ & laudibus CHRISTI, *posterior continet* monita B. Ephrem de defectu religionis, de pœnitentia. *Gallice* vertit pleraqve *Franciscus Fevardentius* Paris. 1579. 1583. 1590. 1602. 8.

Gerardi Vossii Tungrensis editio qvam totam recensent Labbeus Caveusqve, primum lucem vidit Romæ tribus Vol. qvorum I. 1589. II. 1593. * & III. 1597. fol. prodiit. Recusa Colon. 1603. & 1619. (cujus editionis exemplaribus qvibusdam præfixus A. 1675.) & Antvverp. 1619. Sermones aliqvot ex ejusdem interpretatione prodierant Romæ 1582. 4. & Ephræmus de passione CHRISTI & threni sanctiss. Virginis prope crucem stantis ibid. 1585. 12. Parisiensem editionem Operum Ephræmi ex Vossii versione memorat Combefisius in Bibl. Concionatoria, memoriæ ni fallor lapsu pro Antvverpiensi, nisi Claudii de Chautelou Bibliothecam Asceticam Parisiis A. 1661. 4. sex volominibus editam intellexit, cujus tomo 2. & 3. multa Ephræmi latine continentur. Qvæ in Vossiana editione desiderantur Ephræmi *Cantica in Nativitatem Domini & Epiphaniam* sive *de Maria & Magis*, ex Syriaco latine reddita per *Abrahamum Ecchellensem*, vulgavit *Jo. Baptista Marus* ** presbyter Romanus J. U. D. & Collegiatæ Ecclesiæ S. Angeli in foro piscium Canonicus. Rom. 1645. 4

XII. Cum

* Emendandæ Tentzelii diss. selectæ p. 279. ubi legitur editionem Anni 1589. recusam auctius A. 1593.

** Idem Marus edidit sermones aliqvot S. Augustini è Bibl. Vaticana & Barberina cum notis Rom. 1644. 4. Ejus sermonem in natali S. Johannis Baptistæ. ibid. 1647. 4. Acta SS. Martyrum Patermuthii Copretis & Alexandri. 1645. 4. Victoris Papæ III. sermones. 1615. 8. & Petri Damiani Opuscula de Viris illustribus Casinensibus. 1655. 8.

2011 Ministerio de Cultura

XII. Cum Ephræmo Syro, de qvo hactenus dixi, non confundendus Ephraim itidem Syrus ex Comite Orientis Antiochiæ (circa A. C. 526. teste Theophane & Evagrio IV. 6.) Episcopus A. 545. cujus mentio in vita Simeonis Stylitæ junioris T. 5. Maji p. 317. 335. qviqve laudatur Actione X. Concilii Chalcedon. & ex cujus scriptis excerpta ap. Photium Cod. 228. & 229. ubi verba ὃς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχείας ἠγεῖτο, A. Schottus † male vertit *qui de sacris Antiochiæ legibus narrat*, sensus enim est sacra tunc Antiochiæ moderatum sive Ecclesiæ Episcopum fuisse, ut notavit Pearsonius part. 1. Vindic. Ignatii cap. 10. Vixit adhuc A. C. 546. qvo subscripsit Justiniani Imp. edicto adversus tria capitula *sui potius honoris quam veritatis dilector*, ut scribit Facundus sub extremum libri IV.

Ephræmus CPolitanus qvi versibus Jambicis Chronicon scripsit, MS. in Bibl. Vaticana, ex qvo subinde qvædam allegat Allatius de consensu utriusqve Ecclesiæ pag. 699. 701. sq. 725. 776. & de Psellis p. 42. Scripsit circa Sæculi XIV. ut videtur initia.

Ephræmi Chersonis Episcopi (Al. Archi-Episcopi & Martyris) sermonem περὶ τῶν θαυμάτων τῆ ἁγίᾳ Κλήμεντος p. 90. de Simeonum scriptis memorat Allatius. Incipit: ἐξελθόντος Φιλίππου τοῦ Ἀποστόλου Γαλιλαίας. Alium sermonem memorat idem pag. 93. & 96. περὶ τοῦ θαύματος τῆς εἰς παῖδα γενομένης περὶ τὸ ἱερομάρτυρος καὶ Ἀποστόλου Κλήμεντος. Incipit: Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν ἁγίοις αὐτοῦ ἔυκαιρον μὲν τοῦ Προφήτου. Hunc posteriorem latine dedit Surius 29. Nov. Græce & latine Cotelerius T. 1. Patrum Apostolicor. ad calcem Clementinorum pag. 811. edit. Amst.

Ephraim Monachus & Hegumenus in Monasterio S. Pauli Latris in Patruo cujus mentio in nota codici antiqvo Græco Operum Ephræm Syri adjuncta apud Montfauconum p. 78. Palæographiæ Græcæ.

Ephraim Mylassæ in Caria Episcopus, & ab hoc diversus

Ephraim Cariæ, Monachus, unus è Melodis sive Hymnographis Græcorum.

ADDEN-

† Decepit Schottus, Usserium, Sirmondum, Blondellum, Rivetum & Albertinum p. 886. de Eucharistia, qvos reprehendit Colomesius p. 68. Observ. sacrar.

2011 Ministerio de Cultura

ADDENDA ET EMENDENDA.

Pag. 5. v. ult. adde: Anastasii versio latina scholiorum ad Dionysium edita qvidem non est sed MS. adhuc exstat in Codice Colbertino de qvo Nourrius p. 210. Apparatus ad Bibl. Patrum, & in Bituricensi de qvo Labbeus T. 1. de Script. Eccles. p. 67. seq. In Præfatione ad Carolum Calvum præmissa testatur Anastasius se signo Crucis scholia Maximi à Johannis Scythopolitani Antistitis scholiis distinxisse.

Pag. 7. De *S. Hierotheo* ex cujus Θεολογικαῖς στοιχειώσεσι & ἐρωτικοῖς ὕμνοις qvædam affert Dionysius cap. 3. & 4. de divinis Nom. vide Halloixium T. 1. Scriptor. Oriental. p. 600. seq. Nic. Antonium lib. 1. Bibl. Vet. Hispan. c. 19. pag. 87. seq. & Tho. Ittigii τῦ μακαρίτυ diss. de Patribus Apostolicis p. 121. seq. Celebratur in Menologiis & Martyrologiis 4. Octobr.

Pag. 8. Veterum locis, Hermæ verba laudantium adde Clementis Eclogas ἐκ τῶν προφητικῶν §. 45. edit. Combefisii, uti habes verba ex lib. 2. mandato 5. In Ecclesiis δεδημοσιευμένον Hermæ librum scribit Eusebius III. 3. Hist. qvod Valesius reddit, *publice legi.* Rufinus: *in nonnullis Ecclesiis legitur.*

Pag. 32. Canones Apostolorum κανονικῇ Διατάξεις vocantur in Concilio Nicæno II. T. 3. Binii p. 486. ubi Canon 53. laudatur. *Plurimos consensum non præbere facilem* fatetur Dionysius Exiguus in præf. ad versionem suam, qvam in gratiam Laurentii cujusdam veteris translationis confusione offensi concinnavit. *A quibusdam Apocryphas dici* agnoscit etiam Isidorus Mercator in præf.

Pag. 33. De Canonibus Antiochenis qvi præter rem ad Apostolos referuntur, adde hæc Concilii Nicæni II. T. 3. Binii p. 485. ἐν τῇ κτ' Ἀντιόχειαν συνόδῳ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εἴρηται τῦ μηκέτι πλανᾶσθαι εἰς τὰ εἴδωλα τὰς σωζομένυς, ἀλλ' ἀντεικονίζειν τῷ Θεανδρικῇ ἀχράντῳ σφάγῃ τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ.

Pag. 43. Constitutiones Apostolicas apud Arabes & Abyssinos ferri notavit Stephanus le Moyne notis ad Varia Sacra p. 685. Ex Arabico transtulit nuper V. C. Jo. Gagnierius, & paullo ante obitum A. 1711. in lucem edidit Vir inopina & dolenda jactura hisce litteris ereptus Jo. Ernestus Grabe. De Canonibus Apostolicis apud Abyssinos, vide Jobi Ludolfi commentar. ad Hist. Æthiop. p. 330.

Pag. 38.

2011 Ministerio de Cultura

Pag. 38. v. ult. Epiſtolam pſeudoEvodii, *φῶς* inſcriptam, Rev. D. Jo. Andreas Schmidius in Hiſtoria Sæculi primi fabulis variorum maculata, Helmſt. 1700. 4 p. 5. refert ad Evodium Uzalenſem. Sed Evodius iſte latine ſcripſit. Præter hunc fuit & alius Evodius Monachus Græcus de qvo Caveus in diſſ. de ſcriptoribus dubiis, tum Evodius Conſul A. C. 386. qvo nihil unqvam juſtius fuiſſe ſcribit Severus Sulpicius in vita S. Martini c. 20. Neutri tamen horum qvicqvam cum illo Epiſtolæ ſuppoſitiæ auctore commune eſſe exiſtimo.

Pag. 33. Brevior Juſtini Apologia dicitur etiam *ἀπολογία* ab Euſebio IV. 17. Hiſt.

Pag. 56. Apud Gorionidem Tryphonis nomen non ſcribitur טרפון ſed תריפון

Pag. 59. v. ult. *Κοσμικὰς ἄρχοντας* Euſebius opponit *ἄρχουσιν Ἐκκλησιῶν*, qvo nomine Epiſcopos appellat in extremo capitis 24. libri V.

Pag. 60. v. 1. Commentarios in Geneſin ſcripſiſſe Juſtinum notatur in Centuriis Magdeb. II. 10. p. 163. auctore laudato S. Hieronymo. Sed non memini ubi hoc teſtetur Hieronymus.

Pag. 69. lege *Renatus Maſſvetus.*

Pag. 73. v. ult. Etiam ad alios *ἄρχοντας Ἐκκλησιῶν* ſimiliter litteras ab Irenæo, pacis ut nomen ejus ſonat ſtudioſiſſimo miſſas Euſebius teſtatur. Alius Irenæus junior, ad qvem plures S. Ambroſii Epiſtolæ.

Pag. 76. adde adjurationem in ſepulchro T. Flavii Dionyſii, apud Montfauconum p. 424. Diarii Italici. Et *p. 79.* adde adjurationem Anaſtaſii Sinaitæ in Hodego p. 218. qva librarios obteſtatur ut imaginem crucifixi eo in loco ſingulari qvodam modo à ſe delineatam addere ne negligant, etſi Gretſerianæ editionis illam à genuina imagine Anaſtaſiana, qvalis in Cæſareo Codice exſtat, plurimum discrepare docet Lambecius III. p. 165.

Pag. 95. Cum Theophilo, cui Hippolytus librum de Antichriſto dicavit, idem forte *περὶ τῆς Θεόφιλος* qvem alloqvitur Methodius apud Epiphan. T. 1. p. 540. 560. 590. De Theophilo Alexandrino confer Raynaudum T. 8. Opp. p. 242. ſeq.

Pag. 79. adde Hermiam Abydi Epiſcopum, qvi interfuit Concilio Chalcedonenſi.

Pag. 99. in Indice, adde: Creſcens Cynicus, T. 157.

Pag. 104. Antigeni Martyri. An Athenogeni? Latine eundem hymnum Poſſevinus excudi curavit in calce Tomi 1. Bibl. ſelectæ.

2011 Ministerio de Cultura

Pag. 112. Fragmentum insigne ex Clementis Alex. libro 1, περὶ προνοίας exstat apud Anastasium Sinaitam qvæst. XCVI.

Pag. 188. Alius *Abercius* qvem Alphei Apostoli F. ajunt fuisse. Vide Papebrochium T. 6. Maji p. 368.

Pag. 193. Qvæ de antiqviore *Serapione* Martyre sub M. Antonino feruntur in Actis Apocryphis Meletii Ducis T. 5. Maji pag. 443. tanqvam parum certa omitto.

Pag. 194. Scriptoribus deperditis Sæculi II. addendus ANONYMUS, cujus jambos adversus Marcum hæreticum profert S. Irenæus lib. 1. & ex eo Epiphanius hæresi XXXIV. emendavit Scaliger ad Euseb. num. 2156. Vide & Stephanum le Moyne not. ad Varia sacra p. 684.

Pag. 196. Tho. Smithi Miscellanea priora Londini recusa sunt A. 1710. 8. Smithus ipse anno post extinctus.

Pag. 199. pro BUDAS, leg. JUDAS.

Pag. 201. Ex Ægyptiaca Theologia hæresin Valentini patria Ægyptii repetit Illustris D. Hooperus, Episcopus Bathonensis & Wellensis in conjecturis de Valentinianorum hæresi, editis Lond. 1711. 4.

Pag. 203. S. Hippolytus Arabum Metropolitanus dicitur in Actis S. Aureæ sub Alexandro Imp. passæ. Vide Acta Sanctor. T. 7. Maji p. 319.

Pag. 225. C. A. H. est Christophorus Augustus Heumannus, qvi eandem de auctore Philosophumenon conjecturam suam produxit in schediasmate de libris anonymis p. 61. seq.

Pag. 259. De sacris libris Slavonica lingva Sec. IX. lectis vide etiam Papebrochium in propylæo ad Acta Sanctorum Maji p. * 137. seq. & in paralipomenis p. 70.

Pag. 263. Epistola Dionysii Alex. ad Paulum Samosatenum edita etiam latine est à Cariss. Montfaucono inter S. Athanasii opera, ut notavi p. 314. in Athanasii Scriptis num. 87.

FINIS.

2011 Ministerio de Cultura

LEONIS ALLATII DE NILIS ET EORUM SCRIPTIS DIATRIBA.

recusa

ad editionem Romanam

Anni MDCLXVIII.

adjectis supplementis & animadversionibus

JO. ALBERTI FABRICII.

HAMBURGI,
Apud CHRISTIANUM LIEBEZEIT.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

Reverendo,

&

de Ecclesiastica omni atque litteraria re meritissimo Seni

GUILELMO CAVE,

SS. Theol. Professori & Canonico Windesoriensi,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

Aequissimum esse judico, VIR VENERANDE, extare aliquod publicum pignus observantiæ in Te meæ, & grati animi testimonium. Cum enim immortalibus scriptis Tuis jam pridem devinxeris Tibi omnes, quicunque veteris Ecclesiæ monumentorum studio ducuntur, (ecquis autem illis non libenter animum intendat paullo humanior Christianus?) me certe ita obligasti, ut pro tam multis quæ in iisdem me egregia docuisti docesque quotidie, nullas satis dignas gratias Tibi me posse persolvere, lubens agnoscam ac profitear. Atque hoc commune habeo cum optimo cive ac Doctore quondam meo præstantissimo, nunc beatis cœlitibus adscripto D. THOMA ITTIGIO, qui donec vita frui ipsi licuit, Te inter præcipua ætatis nostræ ornamenta suspexit, & quantopere amicitiam Tuam coleret, publice etiam libenter est testatus. Accipe igitur & à me tesseram ac prædem meæ meritorum tuorum æstimationis hoc Allatii de Nilis opusculum, Tibi pridem ex merito etiam laudatum, meo autem qualicunque studio jam expolitum, quod ubi Tibi probari intellexero, cætera etiam docti illius Viri de Psellis, Simeonibus, Georgiis, Methodiis & de libris Ecclesiasticis Græcorum scripta similiter suppleta & illustrata prælis subjici curabo. Interim ut amorem Tuum plus semel jam testatum mihi serves, etiam atque etiam te rogo, utineque ego desinam apud DEUM pro salute Tua vota facere, eumque precari ut vires ac valetudinem Tibi firmet, quo diutius Ecclesiæ Tuæ Anglicanæ esse decori & rem litterariam quod facis insigniter ornare atque amplificare possis. Vale, Vir meritissime. Scripsi Hamburgi VII. Cal. Octobr. Anni Christiani clo Iocc XI.

2011 Ministerio de Cultura

STEPH. GRADIO SUO
LEO ALLATIUS.

ANimadverti ſæpe, Collega ſuaviſſime STEPHANE GRADI, inter cæteros litterarios labores meos maxime placere tibi, maximeque probari, quos ad Scriptorum omnis litterarum generis memoriam aſſerendam collocavi, non ſolum ut monumenta eorum temporis injuria male mulctata ſuæ integritati, ſuoque nitori reſtituerem, in lucemque proferrem; ſed etiam ut illos inter ſe diſtinguerem, provideremque ne quis aliena vel gloria frueretur, vel invidia laboraret. Uſu enim venit, ut noſti, ſæpiſſime, ut homines errore ducti alios pro aliis temere, & inexplorato accipiant. Quo fit, ut veri Auctores operum à poſſeſſione famæ laboribus vigiliisque ſuis partæ dejiciantur; adeoque præcipuus virtutis doctrinæque fructus intereat, & ut viri ingenio & eruditione præſtantes illud à Thucydide propoſitum εἰς ἀιεὶ κτῆμα ſecuro animo ſpectare non poſſint, nec ſatis audacter cum Flacco gloriari poſſint,

Exegi monumentum ære perennius,
Regalique ſitu Pyramidum altius.

neque poſt editos laborioſo nixu ingenii ſui partus manſuro illorum delectari fructu, eaque cogitatione obruta ſuſceptorum in pariendo dolorum memoria ad concipiendos alios aliosque fœtus exurgere.

Hujus autem, quem dixi, erroris præcipuus fomes exiſtit ex Homonymia ſcriptorum, cui idcirco obviam ire enumerando diligenter ſingulos eodem vocabulo inſignes, & ſua cuique facta, ſua ſcripta tribuendo, genus ſcribendi videtur non mediocris de re litteraria meriti. Quod quidem à Græcis propoſitum habemus. Nec vero, ut mea fert opinio; hanc eandem diligentiam in Latinis Scriptoribus requiremus, ſi integris eorum monumentis inter tot litterarias clades liceret frui.

Cæterum hoc ſcribendi genus cui quæſo convenientius eſt, quam viro, qui rem Catholicam agit, cum hac in parte videatur cauſa Eccleſiæ Catholicæ laborare, & adverſariorum telis in primis patere. Nam cum ad veritatem Religionis rite perſuadendam magnum momentum poſitum ſit in fide monumentorum à ſanctis Viris conſcriptorum, cumque petita inde argumenta ad ſtabiliendas veras Eccleſiæ notas validiſſima ſint, hoc tam egregium telum imbelle plerumque & ſine ictu

2011 Ministerio de Cultura

ictu faciunt abſurdæ quædam, & ineptæ auditiones, quæ in hoc genere paſſim occurrunt in libris: eoque fit, ut veris & ſolidis hac de re ſcriptis auctoritas deſit. Neque enim alio ad tuendam pertinaciam ſuam clypeo hæretici in hujusmodi controverſiis uti ſolent, quam ut audacter negent vera eſſe ſcripta, quibus Catholica dogmata aſſeruntur. Quin ultro nos inſimulant levitatis, & ridendos eſſe contendunt, cauſamque ſuam egregie ſe præſtare credunt objiciendis nobis laudatis monumentis, quorum titulo inſcripta circumferuntur plurima vere abſurda & levia.

Quandoque itaque ſanctiſſimi Anachoretæ Nili epiſtolas ex variis Bibliothecis hinc & illine depromptas in lucem conſilium eſt proferre, ſtatui illis adjicere Diſſertationem de omnibus Scriptoribus, qui hoc idem vocabulum ferunt.

Hoc tantum interim addam, nihil me in hoc argumento adducere, quod tibi novum ſit atque incompertum. Non ſum talpa; video ſenticetum & fateor, nec erubeſco. Et tu, nec de hoc dubito, unam hanc mihi candide noxam mittes, alio enim ſcopo lapidem movi. Transmitto Tibi hanc Diatribam, non ut me magiſtro aliquid de novo perdiſcas, non ut eruditionem tuam adaugeas At qui? ut caſtiges, retexas, immutes, nubes demas, tandem ut capta mentis ſeveritate configas, & ſi lubet, prorſus aboleas. Laudabis ergo propoſitum. Utere, dum polles, dominio, & ipſe jam ad opus ipſum manus admoveo.

Ante me alii quoque adnotarunt ſub hoc nomine NILI multos extitiſſe ſcriptores Theologos, Patres, Epiſcopos, cum Martyrii, cum confeſſionis laudibus præſtantiſſimos. Id non inficior; verum eſt. Et ne circa alia, atque alia tempora erremus, eadem ætate, iisdemque temporum ſpatiis ſcribebant, & cum Nilo, Nilo Scholaſtico, Nilo Diacono, Nilo Monacho per litteras colloquebatur Iſidorus Peluſiota, & Nilus hic noſter, cujus nunc epiſtolas publicamus, de quibus nihil præter ea, quæ laudati viri ſcripſere, exploratum habemus; ſicuti incompertum eſt, an aliquid ſcripſerint. Ut autem ordine rem aggrediamur ante alios uti ætate antiquior, & Corona Regia illuſtrior, primum ſibi locum habeat I.

NILUS REX ÆGYPTI.

APPROBATIONES.

CUm plures extiterint cognomines Nili, qui de dogmatibus Fidei varie admodum, & diverſe ſcripſerunt, ut Orthodoxi ſecerni ab Heterodoxis queant, Vir Clariſſimus & eruditiſſimus LEO ALLATIUS Diatribam hanc de Nilis contexuit, in qua ætatem, qua vixerunt, fidem, quam ſectati ſunt, libros, quos concinnarunt, & alia id genus in eorum plenam cognitionem ad liquidum oſtendit, ſcriptorum autoritate ſolidiſſime fultus. Quæ elucubratio eruditione non minus, quam ſtyli lepore condita utilitatem ſimul, ac voluptatem, quibus eunque eam evolverint, certo allatura eſt. Quapropter cum Rev.mus P. Magiſter Sacri Palatii mihi injunxerit, ut meum de illa judicium proferam, inhæſitanter autumo, quam digniſſimam eſſe, ut quam primum per manus omnium pervolitet, mediisque typis lucem conſpiciat. Romæ in Monaſterio S. Stephani ſupra Cacum die 5. Maji 1667.

D. Clemens TOSIUS Abbas Silveſtrinus, & S. Cong.nis Indicis Conſultor.

Imprimatur
Fr. Hyacinthus Libellus, Sac. Palat. Apoſt. Mag.

2011 Ministerio de Cultura

NILI, de quibus agitur in hac DIATRIBA.

I. Nilus Ægypti Rex, cujus nomine notatus est Nilus Ægypti fluvius. (*etiam civitas & regio hoc nomine.*)
II. Nilus Proconsul, Pansophii Martyris Pater. (*sub Decio Imp.*)
III. Nilus Ægyptius Episcopus & Martyr. (*sub Diocletiano A.C.* 310.
IV. Nilus Eparchus Constantinopolitanus, ex Eparcho Monachus & Asceta, cum Theodulo Filio. (*sub Theodosio juniore.*)
V. Nilus Abbas. (*incertæ ætatis.*)
VI. Nilus Scholasticus, & Poëta. (*incertæ ætatis.*)
VII. Nilus Junior dictus Rossanensis, (*sive Roscianensis, fundator Monasterii Cryptæ Ferratæ circa A. C.* 980. *clarus.*)
VIII. Nilus Patriarcha (*CPolitanus circa A. C.* 1380.)
IX. Nilus Damyla, Hieromonachus. (*post. A.C.* 1400.)
X. Nilus Philosophus. (*incertæ ætatis.*)
XI. Nilus Archimandrita Doxapatrius. (*circa A C.* 1140.)
XII. Nilus Siculus. (*circa A. C.* 1270.)
XIII. Nilus Italicorum dogmatum propugnator (*Circa A.* 1090.)
XIV. Nilus Cabasila Archiepiscopus Thessalonicensis (*circa A. C.* 1340. & illius occasione de Nicolao Cabasila ejus patruo. (*sororis filio.*)
XV. Nilus Ægyptius Monachus (*idem cum propugnatore dogmatum Joannis Itali, circa A.C.* 1090.)
XVI. Nilus Chius Metropolita Rhodi. (*circa A. C.* 1360.)
XVII. Nilus Xanthopulus. (*postremis imperii Græcorum temporibus.*)
XVIII. Nilus Tarchaniota Monachus. (*non diversus forte à Nilo Damyla, post A. C.* 1400.)
XIX. Nilus Triclinius (*circa A. C.* 1350. & Nilus Historicus suppositius (*quo instigante Cantacuzenus Historiam suam scripsit circa A. C.* 1360.)
XX. Nilus Hieromonachus, (*& librarius circa A. C.* 1445.)

His addi possunt, ex ipso Allatio, Nilus Patrarum Episcopus & Martyr. Nili ad quos scribunt Isidorus Pelus. & Nilus Asceta &c. Nilus Ancyranus qui composuit Martyrium S. Theodoti Ancyrani circa A. C. 304. *passi de quo Allatius p.*86. *de Simeonibus, editum Græce è Codice Vaticano cum Papebrochii versione & notis T. IV. Maji* 18. *p.* 149. *Et latine Sirleto interprete T.* 7. *Lipomanni. Tum Nilus Diaconus Alexandrinus, qui subscripsit depositioni Arii. Denique Nilus qui Monasterium S. Mariæ novæ Hodegetriæ in Calabria condidit circa A. C.* 1090. *de quo vide Palæographiam Græcam Clariss. Montfauconi p.* 384. No-

2011 Ministerio de Cultura

I. NILUS REX ÆGYPTI.

NIlus Rex Ægypti, a) ex quo Nilus Ægypti pervulgatus, & præcelebratus omnium ſermonibus fluvius hoc proprio ſignatus eſt nomine', poſtquam memoratus Rex in illum ſeſe, cauſa non una apud omnes eſt, immerſit. Nilus fluvius primo dictus fuit b) Oceanus, poſtea Ἀετὸς, *Aquila*, deinde Melas, c) tum Ægyptus, d) tum Trito, & tandem Nilus. Plutarchus de Fluminibus, προσηγορεύθη δὲ Νεῖλος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Γαρμαθώνη τῶν κατ' Αἴγυπτον Βασίλισσα τόπων, ἀποβαλοῦσα τὸν ἐξ αὐτῆς χρυσοχόαν ἀκμῆ ἔφηβον, μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐθρήνει συμπαθῶς τὸν προειρημένον. Ἴσιδος δὲ αἰφνιδίως ἐπιφανείσης τὴν λύπην πρὸς καιρὸν ὑπερέθετο, καὶ προσποιητὴν χάριν σκεψαμένη τὴν Θεὸν ὑπεδέξατο φιλανθρώπως. ἡ δὲ τὴν διάθεσιν τούτων ἀμείψασθαι βουλομένη τῆς εὐσεβείας, ὅσιον παρεκέλευσεν, ὅπως ἀγάγῃ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐκ τῶν καταχθονίων τόπων. Τούτου δὲ ταῖς δεήσεσι τῆς γυναικὸς συμπεραινεχθέντος, κέρδεος, οὗ ἔνιοι καλοῦσι Φοβερὸν, ὑλάκτησε. Νεῖλος δὲ τῆς Γαρμαθώνης ἀνὴρ αἰφνιδίως ἔνθεος γενόμενος ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν καλούμενον Αἴγυπτον, ὃς ἀπ' ἐκείνου Νεῖλος προσωνομάσθη. *Sumpſit verò poſtea nomen Nili ea de cauſa. Garmathone Ægypti Regina amiſſo Chryſochoa filio, nondum pubertatis annos ingreſſo, eum cum domeſticis amare lugebat, cum Iſide ei ſubito apparente moerorem ad tempus remittere coacta fuit. Eam igitur humaniſſime excepit, fingens præſentiam illam ſibi gratiſſimam eſſe;*

a) Ab eodem dicta etiam videtur *Nilus* Ægypti urbs, cujus Epiſcopus Chæremon memoratur ab Euſebio VI. 42. Hiſt Eccleſ. Apud Porphyrium quoq; 2. περὶ ἀποχῆς p. 125. Theophraſtus laudat τὴν ἱερωτάτην ὑπὸ τοῦ Νείλου κτισθεῖσαν χώραν.

b) Diodor. Siculus lib. 1. c. 19 & 63.

c) Latinis *Melo*. Vide Stephani le Moyne Epiſt. ad illuſtrem Virum Gisb. Cuperum, de Melanophoris p. 261. & Gilberti Gaulmini notas ad vitam Moſis p. 247

d) Homerus Odyſſ. δ'. 477. & ibi Euſtath. Diodoro Siculo quidem, qui fluvio nomen dedit non Νεῖλος dicitur ſed Νειλεύς. Sed & Vulcani quem Philoſophiæ inventorem celebrari legas à Laërtio in limine prooemii, pater *Nilus* apud eundem Laërtium & Ciceronem 3. de natura Deor. c. 21. & 22.

2011 Ministerio de Cultura

quæ cum debitas ejus pietati gratias reddere vellet, Osiridi præcepit, ut filiam ex infernalibus locis reduceret. Eo autem ad mulieris preces se conformante, Cerberus, quem aliqui Φοβερὸν, id est tremendum appellant, allatravit. Unde Nilus Garmathones vir repentino percitus furore in fluvium Ægyptum decidit, qui ab eo Nilus est denominatus. Eustathius in Dionysium Periegetam; e) Τινὲς δὲ Νεῖλον φασὶν ὠνομάσθαι ἀπὸ Νείλου τινὸς ἀπογόνου Ἄτλαντος, βασιλεύσαντος τῶν ἐκεῖ. ἄλλοι δὲ, ὅτι Μέλας πρότερον καλούμενος μετεκλήθη Νεῖλος, ἀπό τινος Νείλου βασιλικοῦ παιδὸς ἐκεῖ ῥίψαντος ἑαυτὸν, τινὰς μέντοι ἀπό τινος Νειλασίου κεκλῆσθαι αὐτὸν εἰπόντας, οὐκ εὖ λέγοντας ἀπελέγχει ὁ Ἀρριανός. *Alii narrant, Nilo nomen impositum à Nilo, Atlante oriundo, qui in illas regiones imperium tenuit. Alii Melam prius dictum à quodam Regio Filio Nilo, Nilum sibi nomen adsciviſſe, qui in illum ſemetipſum conjecit. Alios, qui illum à Nilaſio quodam Nili nomen inditum perperam tradunt, refutat Arrianus.* Anonymus Scholiis in Carmina de ſeptem orbis Miraculis: καὶ τὸν Αἴγυπτον περιῤῥέων Νεῖλος ἀπό τινος Νείλου ἢ Μανθώνης (corrigo, Γαρμαθώνης ex Plutarcho) ἐμβαλόντος ἑαυτὸν τῷ τοιούτῳ ποταμῷ. *Et Ægyptum circumfluens Nilus à quodam Nilo Garmathones filio nomen habuiſſe, qui in eum ſe conjecerat, tradunt.*

II. Nilus Proconſul, Panſophii Martyris Pater.

POſt Regem, inter Nilos ſecundum locum occupat Nilus Proconſul ob dignitatem, quod ex ſe natum Panſophium, opum copia, & uſu rerum laudabilium continuo, ad ſummum tum prophanarum, tum ſacrarum diſciplinarum apicem perduxit, & quod Anachoretam mentè ab his infimis abſtracta, & ſolis divinis colloquiis laute & bene aucta vita tandem cæde pro Chriſto glorioſiſſimum Eccleſiæ Martyrem exhibuit. Menæa Græcorum: f) *Alexandrinus hic erat Panſophius, Nilo Patre, dignitate Proconſule natus; opum copia, indolis dexteritate, & virtute paterna ad ſummum pervenit. Poſt Patris obitum facultatibus in pauperes profuſis, ſolitudinem petiit, & terrenis commodis abdicatis, Chriſtum ſolum ſecutus, annos ſeptem & viginti in locis deſertis exegit, cum ſolo aſſidue Deo colloquens, & mente ab his infimis abſtracta in cœlo converſans. Cum igitur tanta virtus diutius latere non poſſet, ad Auguſtalem, Alexandriæ Præ-*

e) Ad verſ. 222.
f) Confer Acta Sanctor. T. 1. Januarii p. 996.

2011 Ministerio de Cultura

Præfectum, qui Decii imperio bellum Christianis intulerat, delatus est. Ad eum perductus, ex ipsismet eorum fabulis inanes, & fallaces gentilium superstitiones redarguit, & supremum fastum repressit. Quare immaniter cæsus lauream martyrii adeptus est. Et Pansophium amplius cædite impostores; sic enim illi plures plectetis coronas. Hæc Menæa Græcorum ad decimum quintum Januarii. Sed hujus scriptum nullum reliquum est. Et de scriptoribus Nilis Diatriba Allatii est. Procul avius erras, mi Lector. Scopus siquidem Allatii est, non tantum Nilos, qui scripto aliquid mandarunt, commemorare, sed eos etiam, qui eminenti aliqua virtute, vel dignitate, vel alia speciosa causa conspectiores fuere: ideoque Nilis & Nilum Ægypti Regem, & Nilum Proconsulem, & Nilum Episcopum & Martyrem adjecit, licet eorum nulla Commentaria scriptis demandata extent. Præterea quando omnia hunc Pansophii Patrem deficerent; an pertenuis libellus est, quem nobis concinnavit, & propria cura, atque studio documentum in posterum statuit, ut nobis omnibus Christianis vitæ morumque esset exemplar?

III. Nilus Ægyptius Episcopus & Martyr.

Nilus Aegyptius Episcopus & Martyr. De quo Eusebius lib. 8. cap. 22. g) Ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων δεινός τις ὢν καὶ πονηρὸς βασιλέα κοινοῦται, ὅσα δοκεῖν εἰς διαβολὴν καταγράφων εἶτ' ἐπισὰς ὁ τοῖς μετάλλοις ὑπετεταγμένος, ὡς ἂν ἐκ βασιλικοῦ νεύματος διελὼν τὴν τῶν ὁμολογητῶν πληθὺν, τοῖς μὲν Κύπρον, τοῖς δὲ τὸν Λίβανον οἰκεῖν ἔνειμεν. Εἶτα τέσσαρας τοὺς μάλιστα δοκοῦντας αὐτῶν κορυφαίους ἐπιλεξάμενος ὑπὲρ τὸν ἐφεστῶτα τοῖς αὐτοῦ στρατεύμασιν ὑπεπέμπετο. Πηλεὺς ἦν, καὶ Νεῖλος ἐπίσκοποι Αἰγυπτίων, καὶ πρεσβύτερος ἄλλος, καὶ ὑπὲρ τούτοις ὁ τοῖς πᾶσι διὰ τὴν εἰς πάντας ὠμότητα γνωριμώτατος Παταρμύθιος, ὃς ὁ στρατοπεδάρχης, ἄρνησιν τῆς εὐσεβείας αἰτήσας, καὶ μὴ τυχὼν, τῇ διὰ τοῦ πυρὸς τελειώσει παρεδίδου. *Præfectus provinciæ vir sævus, & improbus, Imperatorem fecit per litteras certiorem, & in iisdem ea, quæ ad eorum famam violandam maxime valere putabat, perscribit. Unde qui metallorum venis præerat, eo accessit, & tamquam ex Imperatoris mandato Confessorum segregavit multitudinem, sicque distribuit, ut deinceps alii Cyprum, alii Libanum incolerent. Deinde quatuor ex eorum numero eximens, qui principem locum inter eos tenere videban-*

g) Lib. de Martyribus Palæstinæ c. 13. p. 343. edit. Valesii.

2011 Ministerio de Cultura

debantur, ad Magiſtrum Equitum mittit. Quorum duo Peleus & Nilus appellabantur, Aegyptiorum Epiſcopi, tertius Presbyter fuit. His etiam quartus acceſſit Patermuthius, vir propter ſingulare erga omnes ſtudium facilè clariſſimus. Ex quibus Magiſter equitum religionis & fidei in Chriſtum inficiationem poſtulat, atque haud compos voti factus, eos ignis incendiis cremandos tradit. Et Callixtus lib. 7. c. 16. h) *Αἰγύπτιοι δὲ ἕτεροι Πηλεὺς καὶ Νεῖλος Ἐπίσκοποι μεθ' ἑτέρων ἐκ ὀλίγων τὴν Δι' πυρὸς ἐδέξαντο ὁλοκάρπωσιν. Peleus autem, & Nilus Aegyptì Epiſcopi, cum quibusdam aliis non paucis igne ſunt combuſti.* Menologium Græcorum ex Interpretatione Guilielmi Sirleti editum inter antiquas lectiones Caniſii, i) die 17. Septembris: *Eodem die Natalis ſancti Petri* k) *& Nili, qui apud Palæſtinam martyrium compleverunt. Commota ſiquidem adverſus Chriſtianos perſecutione, ex Aegypto comprehenſi ſunt Petrus,* l) *& Nilus Epiſcopi, & duo celeberrimi Patremateus,* m) *Elias, & una cum illis centum viri: ex Palæſtina vero quinquaginta. Cumque illi centum perſuaderi non poſſent, ut Chriſti fidem abnegarent, effoſſis oculis, & ad metalla traditi ita beatum finem acceperunt.* Corrigenda hic in pluribus exſcriptorum, ſeu typothetarum negligentia ex ſuperiori Euſebii, & Calixti teſtimonis. De Patermuthio vide Palladium in Hiſt. Ægyptiaca.

IV. Nilus Eparchus Conſtantinopolitanus, ex Eparcho Monachus & Aſceta, cum Theodulo filio.

SEd adeſt jam Nilus noſter Aſceta, cujus meminit Nicephorus Callixtus Hiſt. Eccleſiaſticæ l. 14. c. 54. virtute, doctrina, atque eloquentia præſtantiſſimi, quam Michaël Neander quaſi nullius pretii hominem, n) *quendam* vocat. Menologium Baſilianum Bibliothecæ

h) Habuit hæc Nicephorus ex Euſebii VIII. 13. Hiſt. p. 308. edit. Valeſii. Confer Uſuardi, Adonis & alia martyrologia 19 Septembr.

i) Tomo V. Adde ſi placet Menologium ab Ughello editum T. 6. Italiæ ſacræ p. 1076. & Menæa Venetiis excuſa Græce, Septembr. p 247. ſeq.

k) Leg *Petri*.

l) *Peleus*.

m) *Patermuthus*, pro quo *Parimadii* nomen in Martyrologio Hieronymiano Florentinii 19 Sept. ſed Πατερμούθιος etiam apud Phot. Cod. 118.

n) In opere aureo, præf. ad Nili paræneſes hæc ſunt Neandri verba: *Meminit Nili cujusdam Nicephorus &c.*

2011 Ministerio de Cultura

cæ Vaticanæ 14. Januarii: Ἄθλησις τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν τῶν ἐν Σινᾷ ὄρει τελειωθέντων. Ἀπὸ διαφόρων τόπων καὶ χωρίων οἱ ἅγιοι ὄντοι ὑπάρχοντες ἀφῆκαν τὸν κόσμον, καὶ συγγενεῖς, καὶ πλοῦτον, καὶ ἀπῆλθον ἐν τῷ ὄρει τῷ Σινᾷ, καὶ ἐγένοντο Μοναχοὶ, δουλεύοντες μόνῳ τῷ Θεῷ, καὶ τρεφόμενοι ὑπὸ βοτανῶν ἀγρίων. Μετὰ τούτων δὲ ἁγίων ἦν καὶ ὁ ἅγιος Νεῖλος, ὁ γενόμενος ἔπαρχος Κωνσταντίνου πόλεως, ἀνὴρ σοφὸς, καὶ εὐλαβής. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Διὰ τὸν Χριστὸν ἀφῆκε καὶ τὴν δόξαν, καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ ἐγένετο εἷς τῶν πτωχῶν μοναχῶν. Ἀλλ' ὁ διάβολος φθονήσας διήγειρε τὸ ἄγριον ἔθνος, τῶν Βλεμμύων κατ' τῶν ἁγίων πατέρων. ὄντοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ Ἀραβίας ἕως Αἰγύπτου κατοικοῦντες τὴν θάλασσαν ἐρυθρὰν, καὶ ἐλπίζοντες εὑρεῖν πλοῦτον, ἦλθον κουρσεύσαι τοὺς μοναχούς. ὡς δὲ οὐδὲν εὗρον, εἰ μὴ ψιάθια μόνα, καὶ τοὺς ἁγίους τείχινα φοροῦντας, καὶ ὕτως ἐτελειώθησαν. *Certamen ſanctorum Patrum noſtrorum, qui in monte Sina finem ſuæ vitæ ſortiti ſunt. Ex diverſis urbibus & oppidis cum eſſent hi, mundo, parentibus, & divitiis renunciatis, cum pervenissent ad montem Sinai, Monachi effecti ſunt, & ſoli Deo inſerviebant, herbis ſilveſtribus vitam ſuſtinentes. Cum his ſanctis vitam ducebat Beatus Nilus in urbe Conſtantinopolitana quondam Eparchus, vir doctus, & in Deum piiſſimus. Quia & ipſe propter Chriſtum, & gloria & divitiis dimiſſis pauperculorum Monachorum habitum induit. Verum tamen Diabolus invidentia tortus immanem Blemmydum gentem concitavit contra ſanctos Patres. Blemmydes ſunt ab Arabia usque Aegyptum Maris Rubri accolæ, qui divitiarum expectatione erecti ad diripiendos Monachos progreſſi ſunt. Cum vero nihil amplius comperiſſent, quam tegeticula ex junco, Sanctosque ipſos ex pilis confectis indumentis circumveſtitos, in rabiem verſi eos culpæ exortes contrucidarunt. Et ſic vitæ finem poſuere.* Supra laudatus Callixtus loco dicto; τῷ δὲ θεσπεσίῳ Νείλῳ πατρὶς ἡ τῆς Κωνσταντίνου ἐτύγχανε πόλις, ἧς τῷ πρώτοντι τῆς εὐγενείας, καὶ ἔπαρχος ἐχρημάτισε. πλούτῳ δὲ βαθεῖ, καὶ δυναστείᾳ περιρρεόμενος ἀσκητικὴν ἀντηλλάττετο ἀγωγήν. *Admirando Nilo patria Conſtantinopolis fuit, cujus etiam propter egregiam generis nobilitatem Præfectus fuit. Potentia, & opibus affluens, aſceticam illis prætulit vitam.* Et Græcorum Menologium; ὅτι πολὺς ἦν ἐν λόγοις ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαυρικίου ἔπαρχος Κωνσταντίνου πόλεως γνωριζόμενος, σεμνῇ δὲ γυναικὶ συζευχθεὶς, καὶ δύο τέκνα ἄρρεν τε, καὶ θῆλυ ο) ἀποτεκών, τὴν ἑαυτοῦ πέπαικε σύζυγον τὴν Κωνσταντίνου πόλιν καταλιπεῖν, καὶ τοῖς Αἰγύπτου μοναστηρίοις καταστηναῦσαι, μερίσασθαί τε τὰ τέκνα, καὶ τὸν μὲν θαλάβειν τὸν υἱὸν θεόδουλον, τὴν δὲ τὴν ἑαυτῆς θυγατέρα, καὶ ὕτω ποιήσαντες διέστησαν ἀπ' ἀλλήλων,

o) Imo utrumque marem, ut Nilus ipſe in c. 2. narrationis diſertiſſimæ de cæde Monachorum in monte Sina & captivitate Theoduli filii.

2011 Ministerio de Cultura

καὶ ἐπὶ ὁ μακάριος Νεῖλος τὸ ἱερὸς μετὰ τῦ γοῦ κατειληφὼς συνῆν τοῖς πα. ρᾳάσιν, καὶ τὰ ἑξῆς. *Celeber hic fuit hominum ſermonibus, imperante Mau. ritio,* p) *urbis Conſtantinopolitanæ præfectura clarus. Qui honeſtiſſimæ matronæ junctus matrimonio, duobus ex illa ſuſceptis liberis mare & fœmina, uxori perſuaſit, ut Conſtantinopoli relicta in Aegypti monaſteria immigraret, partitique inter ſe liberos, ipſe quidem Theodulum filium, illa filiam ſuam abducerent. Quo facto ab invicem ſeſe disjunxerunt. Hinc cum beatus Nilus occupato monte cum filio ſanctorum Patrum conſuetudine frueretur, quidam ferarum inſtar repentes atque irruentes barbari ejus filium Theodulum cum multis aliis captivum abduxerunt.* Et Martyrologium Romanum: *Pridie Idus Novembris Conſtantinopoli S. Nili Abbatis, qui ex Præfecto urbis factus Monachus ſub Theodoſio juniore doctrina & ſanctitate floruit.* Et tandem Menologium Sirleti die XII. Novembris. *Natalis S. Patris noſtri Nili. Hic fuit ſub Imperatore Mauritio, ſanctarum literarum eruditione, & ſanctitate morum inſignis, qui cum orationis facultate & rectæ vitæ exemplo plurimos ad virtutis ſtudium excitaſſet, in pace quievit.*

Hic ut virus pravæ religionis, & petulantium ſectariorum in pura claraque exulceranda veritate Catholica animum infrænem proſpicias, & in Callixtianæ Hiſtoriæ verbis ſuperius adductis interpretandis malitiam, cum de noſtro Nilo ſermonem habet, repeto tibi verba Nicephori. Τῷ δὲ θεσπεσίῳ Νείλῳ πατρὶς ἡ Κωνσταντίνου ἐτύγχανεν πόλις, ἧς τῷ θείοντι τῆς εὐγενείας καὶ ἔπαρχος ἐχρημάτισε, πλούτῳ δὲ βαθεῖ, καὶ δυνάσειᾳ θειρρεόμενος, τὴν ἀσκητικὴν ἀντηλλάττετο ἀγωγήν. *Admirando Nilo patria Conſtantinopolis fuit, cujus etiam propter egregiam gentis nobilitatem Præfectus fuit. Potentia & opibus affluens, Aſceticam illis prætulit vitam.* Quorum illa ſententia eſt; licet nobilitate, dignitate, opibus, & rebus aliis clariſſimus, & in Urbe omnium præcipua, viribus præemineret, nihilominus amore Chriſti omnibus renunciavit, & Aſceticam amplexatus, in Deo ſuo & Chriſto ſpem collocavit. Quod in tanti Viri laudes reponendum eſt, easque eximias, aſſertore Callixto. Quid autem qui carni & mundo deſerviunt, & bonam Chriſtianorum educationem, & carnis excruciationem diſſipant, ex verbis iſtis Callixti Magdeburgenſes q) convertunt?

p) Rectius ſub Theodoſio juniore vixiſſe ſcribit Martyrolog. Romanum. Quam ſententiam Allatius infra pluribus confirmat, & Joſephus Maria Svareſius Epiſcopus Vaſionenſis in libro Chronologico de Vita S. Nili Abbatis p. 647. ſeq.

q) Centur. V. c. 10. p. 698.

2011 Ministerio de Cultura

tunt? *Nilus Vir generis nobilitate, & virtutum ornamento præclarus Monachus, Urbis Constantinopolitanæ indigena, & Præfectus postremis Junioris Theodosii temporibus. Cumque potentia & opibus affluëret, atque etiam alio modo Ecclesiæ & Reipublicæ rectè & multum servire, prodesseque potuisset, tamen ex sinistro Scripturarum intellectu, & perversa illorum temporum superstitione, relicta legitima sua erga præclara vocatione, Monasticen est amplexus.* Et hæc quidem si uti sua testarentur, moderate ferenda à Catholicis essent, qui Hæreticorum petulantiam perspectam habent: verum cum addunt ea referre r) Auctore Nicephoro lib. 14. cap. 54. quis bene toleraverit? scriptori crimini haud obnoxio crimen tam atrox etiam cum mendacio, ut obcæcatos mente, & rudes fallere possint, appingere, quis tolerabiliter tulerit? sed hoc dandum est Hæreticis, qui ex se veluti aranei tela fingunt. Ad hæc adjiciunt eadem Centuria cap. 10. post illa insulsa de Nilo Episcopo & Martyre, quæ posterius videbimus, de Capitulis sancti Nili: *De bonis operibus præcepta exposita secundum seriem Decalogi, quibus insertæ sunt sententiæ de præmiis bonorum operum, & pœnis malorum. Quæ etiam in Gnomographis quibusdam græcis continentur. Cæterum de fide, aut aliis doctrinæ partibus nihil dicit. Sed incommode loquitur, potu aquæ frigidæ justificari misericordem.* Quis nunc voce non contenderet? O homines fœneos, infelices, & fricti ciceris emptores, qui nec scripta legere, nec lecta intelligere, neque discernere valetis. Destituti ventis, remos saltem adhibere quis vetat? Quis asseveravit Nilum de fide, & aliis doctrinæ partibus nihil dicere? Quis Nilo vitio dederit, quod de præmiis bonorum operum & pœnis malorum scripserit? Quis Nilo Constantinopolitano attribuerit dictum de potu aquæ frigidæ? Adeat scripta. In illis præclarissima & præstantissima de fide, & de doctrina Catholica, si cæcus non est, reperiet: nec illum aversabitur judicio, quod de præmiis bonorum operum, & pœnis malorum dictaverit. Sed istis opertissimis infamia criticis concedamus, dum alia scriberet Nilus, in nonnullis de dogmate siluisse. Tum advertendum est, eum sæpe sæpius cum plumbeis hominibus egisse, & ad dogmata intel-

r) Facile fit pro Centuriarum scriptoribus excusandis respondere, Nicephorum ab illis laudari auctorem non omnium quæ præcesserunt, sed tantum modo quod monasticem amplexus sit Nilus, vir nobilis & CPolitanus Eparchus: Facillimum sit quoque innumera afferre exempla è Baronio, Bellarmino & aliis Romanæ Ecclesiæ Doctoribus illustrissimis, qui ubi veteres scriptores allegant, plura etiam de suo interserere non dubitarunt. At nolo cum Allatio contendere, nedum certare maledictis, sed omnia hujuscemodi, judicio sani & eruditi lectoris libenter permitto.

2011 Ministerio de Cultura

intelligenda ineptisſimis, & tantummodo corporis exercitationibus ut Deum ſibi conciliarent deditisſimis: quare ſuperiora & elevatiora illa myſteria evolvenda non erant. Dum vero cum præſtantibus ingenio tractabat, tum expurgatis diſſidiis, & diſcuſſis nebularum dubiis, ſecundis ventis in æthera elatus, myſteria fidei fundebat. Non credis? Percurre libros, & admiraberis genii dexteritatem in rebus tractandis. Et ut finem orationi imponam, cui fidens, quæ Roſſanenſi Nilo hiſtoria defert, tu ad Conſtantinopolitanum Chryſoſtomi diſcipulum detrahis? Dictum de aqua frigida, Roſſanenſis diſcipulus Roſſanenſi non invitis manibus dat. Tu quingentis annis milleſimum mutilas, nec tot annorum ſpatium decurtatum exhorreſcis? Audi illius diſcipulum, ex quo Baronius s) ſua habet. *Dicit Nilo Roſſanenſi Nicolaus Protoſpatharius. Pater quare dicit evangelium;* t) *quod quicunque parvum calicem aquæ frigidæ dederit, non amittet mercedem ſuam? Reſpondit ille: Propter hoc dictum eſt illis, qui nihil habent, ut nullus excuſetur, qui nec habet ligna, quibus calefaciat aquam. Quid vero facietis vos, qui pauperibus frigidam aquam aufertis?* Chriſtus eadem pronunciat, ut oſtenderet, ſic enim Doctores, iique maximi tradunt, exiguum & facile beneficium, & fere nullius æſtimationis apud homines, tamen habere conſtitutam mercedem à Deo, eamque non exiguam; quæ enim Deus promiſit, parva eſſe non poſſunt; majora ſunt, quam æſtimari poſſent ab iis qui recepturi ſunt. Aqua frigida ſatis indicat ſtudium & diligentiam in beneficio exhibendo, quamvis exiguo. Aeſtimat enim Deus opera magis ex ſtudio, & divina mentis incitatione, quam ex rei magnitudine. Hæc dicit Chriſtus, & Nilus identidem eadem revocando pronunciat. An videri poteſt commodius & aptius? Chriſtus loquitur, qui pleno pectore & per ſe ſapit. Dicito tu commodius, qui diviniori mente, & conſilio ſapis. Nilus Chriſti verba repetit; & tu Nilum incommode loqui non veris aſſerere, dum ait potum aquæ frigidæ juſtificare miſericordem: & vulgi reprehenſionem non reformidas? Ita tandem & Evangelium & Chriſti verba ad libitum tuum confingito, redditoque incudi verſus

s) Ad A. C. 976. n. 3.

t) Matth. X. 42. ubi quidam Codices legunt ποτήριον ὕδατος ψυχροῦ ut notavit Rich. Simon diſſ. Critica de MSS. Novi Teſt. p. 55. Cæterum ὕδατος recte etiam ſub intelligitur, ut aquæ apud latinos. Sveton, Claudio c. 40. *De quæſtore quidam Candidato inter cauſas ſuffragationis ſuæ poſuit, quod pater ejus frigidam ægro ſibi tempeſtive dediſſet.*

2011 Ministerio de Cultura

verſus male tornatos, ut incommodis, quæ mentem tuam dilacerant, mederi valeas.

Doctiſſimus Poſſinus in Menologii Græci verbis *Mauricium* in *Marcianum* u) demutat; quod apte cadit in rem. Qui enim potuit ſub Mauritio, qui imperium iniit anno Domini 583. communi ſpiritu frui, qui Johannis Chryſoſtomi diſcipulus, & æqualis fuiſſe aſſeritur, cujus obitus anno 407. ab Hiſtoricis ponitur? Vixiſſet utique minimum annos 175. demptis etiam annis, quibus ad obtinendas diſciplinas Chryſoſtomo adhæſiſſe negandum non eſt. Et quis crederet Nilianæ ætatis adeo diuturnæ ſpacia? Hic idem Poſſinus in Præfatione ſua in epiſtolas Nili ad Eminentiſſimum Barberinum aliam notat de Nili ætate Caryophili hallucinationem. *Quarum primum antiquitas ea eſt, cui qui mille annos imputare ſatis habuerit, detraxiſſe de vera ſumma deprehenditur annos fere trecentos, totum nimirum intervallum, quo Arcadii Principatus, vera & certa ætas Nili noſtri antecedit Mauritium Auguſtum, quo tamen imperante floruiſſe ſcripſiſſeque Nilum Vir alioquin doctus hallucinatus eſt.* Et addit in margine: *Johannes Matthæus Caryophilus Præfatione in vitam ſancti Nili junioris.* Verba Caryophili ſunt: *Ut autem Nilus hic noſter Italo-Græcus Roſſanenſis, Junioris titulum habuerit, parata illi quædam fuit admirabilis convenientia cum antiquiori Nilo, quem pietatis Monaſticæ ſplendor, & præclara ingenii monumenta de vitæ ſolitariæ inſtituto immortalem reddiderunt. Vixit is imperante Mauritio, & Prætorem Conſtantinopoli egit, deinde paribus cum uxore votis, regulam ipſe quidem Monaſticam profeſſus eſt in Aegypto, una cum filio Theodulo & ſacerdos fuit, uxor vero cum filia receſſit in fœminarum monaſterium; & uterque ſanctitatis lauream adeptus eſt. At verò Nilus Junior licet ſacerdos nunquam fuerit, tamen relicta uxore tantos in Monaſtica profeſſione fecit progreſſus, ut plane Monachorum Eremitarum inſtitutor evaſerit, & Baſilii magni ordinem in Italia mirifice illuſtrarit. Scripta vero ejus etſi nulla extant, multas tamen & egregias ab eo fuiſſe elucubratas epiſtolas, teſtatur qui præclaram hanc vitæ ejus hiſtoriam poſteritati mandavit.* Et Chryſoſtomi fuiſſe diſcipulum habeo ex Callixti hiſtoria lib. 14. cap. 30. Νεῖλός τε ὁ θεοπέσιος ἀσκητὴς, ὅτε ἐς Πηλουσίαν Ἰσίδωρος, καὶ ὁ πολυθρύλλητος ἀσκητὴς Μάρκος, Ἰωάννῃ τῷ μάγνῳ μαθητευθέντες. *Inſuper Nilus Aſcetes venerandus, Iſidorus Peluſiota, & decantatus Monachus Marcus, Joannis Magni diſcipuli.* Bellarminus de ſcriptoribus: *S. Nilus Joannis Chryſoſtomi diſcipulus vixit tempore Theodoſii Junioris.* Gretſerus de cruce l. 1. c. 35. Labbæus in ſua Bibliotheca, & Johannes Andreas Quenſtadt.

(B) Sed

u) Ita & Svareſius in Nili vita p. 692 & 698 ſeq. & 702.

2011 Ministerio de Cultura

Sed quid in indaganda Nili ætate externorum teſtimonia conqviro? Ipſe ſibi Nilus teſtis locuples eſt, & ætatem ſuam firmiſſime aſſeverat, & ſub quo ſpiritum ducebat Imperatore indicat. Legantur, ſi volupe eſt, ipſius ad Arcadium Imperatorem literæ, quas hic cum aliis edimus, ediditque Poſſinus, cujus de exilio Johannis in ipſa ſententiam ponit in crimine. x) *Ἰωάννην ἐκ εὐλόγως εἰς ἐξορείαν ἐξέπεμψας ἐκ πολλῆς ἐλαφρείας τοῖς μὴ ὑγιαίνουσι τὸ φρονεῖν Ἐπισκόποις ὑποδραπεσθείς. Johannem non recte in exilium amandaſti præ multa levitate ab inſanis quibusdam Epiſcopis male perſvaſus.* Et; y) *πῶς ἐπιθυμεῖς τὴν Κωνσταντινόπολιν τῶν συχνοτάτων σεισμῶν, καὶ τῆς ἐπιλεύσεως τοῦ αἰθερίου πυρὸς ἀπηλλαγμένην ἰδεῖν, πυρίων ἀτοπημάτων αὐτόθι γενομένων, καὶ νομιτευομένης τῆς κακίας σὺν παῤῥησίᾳ πολλῇ, ἐξορισθέντος τοῦ σύλου τῆς Ἐκκλησίας, τοῦ φωτὸς τῆς ἀληθείας, σαλπιγγος τοῦ χρυσοῦ Ἰωάννου; Quomodo cupis Conſtantinopolin creberrimis terræ motibus, & immiſſione frequenti æthereorum igniũm liberatam cernere, cum innumerabilia iſtic piacula committantur, & auctoritatem ſibi plenam fiducia liberrima invidia & furor exerceant, exterminata Eccleſiæ columna, luce veritatis, & tuba Chriſti Joanne.* &c. Hinc ſi Mauritium intruderemus, non ſine magno conatu magnas nugas diceremus, & Nilum hunc noſtrum, centum & octuaginta annis majorem pinguiore minerva affirmaremus, eoque præcipue, ſi tum ſanctum hominem & adultum artibus, & non in ipſo ſui ortu has Arcadio dediſſe Epiſtolas pro comperto poneremus.

Caryophili oſcitantiam videtur extenuare Gulielmus Sirletus in Menologio Græcorum Latine à ſe reddito, quod oculis quoque ſequi poteris die 12. Novembris: *Natalis ſancti Patris Nili. Hic fuit ſub Imperatore Mauritio.* &c. Quin imo ipſe Caryophilus extra omnem culpam ſe ponet, ſi teſtimonium ipſius Nili cera miniata non notabitur. Et quis in cauſa Nili ſcripta ipſins Nili improbaverit vel ſententiam exploſerit? Sit ergo in medio, & de ſua ætate litem præfiniat, ex Epiſtola ad Zoſarium Tribunum l. 1. ep. 57. *Μηδὲ ἀπατάτω Ἰουδαῖος λέγων, δι' ἑτέρας ἁμαρτίας ἀπηλλοτριώθη τῆς Παλαιστίνης, ἢ δι' ἄλλας ἁμαρτίας, διὰ δὲ τὴν κυριοκτονίαν πεπόνθασι τὰ ἀνήκεστα, πρώην μὲν εἰδωλολατροῦντες, καὶ τοὺς προφήτας φονεύοντες, καὶ τοῖς δαίμοσι τὰς θυγατέρας, καὶ τοὺς υἱοὺς θύοντες, τοῖς ἀλλοφύλοις εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπὸ Θεοῦ παρεδίδοντο, καὶ μετ' ὀλίγα ἔτη τῷ θείῳ βουλήματι πάλιν ἐπανήγοντο εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. ἀφ' ὧν δὲ τὸ ἀνίατον τετολμήκασι πρᾶγμα, εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὰς χεῖρας ἐπβα-*

x) Lib. 3. Epiſt. 279. edit. Allatii.
y) Lib. 2. Epiſt. 165.

2011 Ministerio de Cultura

ἐπβαλεῖν, παντελεῖ πρῆσει ἐκδέδονται. Ἴδου λοιπὸν πενταικοσιοσὸν ἔτ☉, καὶ ὀδαμοῦ θεία τις ἐπισκοπὴ, ὐκ ἀντίληψις, ὐ παρηγορία, ὐ προφήτης νουθετῶν, καὶ σηρίζων, ὥσπερ ἐν Βαβυλῶνι Ἰεζεκιὴλ τε καὶ Δανιὴλ, καὶ οἱ ἄλλοι. ὐκέτι γὸ αὐτοῖς θέλει προσομιλεῖν ὁ Θεὸς βδελυτ☉μεν☉ τούτους. *Ne te ſeducat Judæus aſſerens, propter alia peccata ſpoliatum ſe eſſe Paleſtina; neque enim ob alia peccata, ſed propter Domini necem, multa gravia, quibus nulla medicina eſt, perpeſſi ſunt. Etenim ante illa tempora Idola colentes, Prophetas trucidantes, Dæmonibus filias filiosque ſacrificantes, alienigenis in captivitatem à Deo tradebantur, & paucos poſt annos, ita Deo annuente, in terram promiſſionis reducebantur. Ex quo vero immedicabile facinus, in Filium Dei manus apponentes, perpetrarunt, perpetuo excidio traditi ſunt. En itaque qvingenteſimus annus, & nusquam divinum ſubſidium, non auxilium, non conſolatio, non Propheta inſtruens, & confirmans, quemadmodum in urbe Babylone Ezechiel & Daniel, & alii; non enim cum illis, ab eis abhorrens, Deus colloqui vult.* Integrum corpus Epiſtolæ ſacro ſanctæ appoſitum eſt. Ab eo tempore, quo Judæi præſenti animo in Dei Filium manus ſuperponentes de eo capitalem cædem fecerunt, ideoque perpetuo excidio traditi ſunt, eſt annus quingenteſimus, non contractis litteris, aut brevibus numerorum notis, ſed extenſis & illæſis characteribus deſignatus, ne Scriptoris oſcitantiæ mendum tribuatur. Ab anno Nativitatis Domini z) quingenteſimus, eſt Anaſtaſii Imperatoris decimus, Symmachi Papæ ſecundus. Annus quo exulavit Johannes Chryſoſtomus eſt Domini quadringenteſimus quartus, Arcadii Imperatoris decimus, Innocentii Papæ tertius. Ergo ſi ſcribebat hic Nilus Johanne Chryſoſtomo nondum mortuo, ut ſuperius vidimus, erat cum hæc poſteriora ſcriberet annorum nonaginta trium, quibus ſi appingas annos minimum triginta, quibus ſub Magiſtro Chryſoſtomo, mores ad mollitiem idoneos exuit, & artibus ingenuis inſtructus auctoritatem, & dicendi libertatem conſecutus, Imperatorum labes & maculas non communi vituperatione,

z) Imo memoratur auctori Epiſtolæ quingenteſimus annus ab Hieroſolymæ excidio, quod ut notum eſt in annum à nativitate CHRISTI ſeptuageſimum incidit. Igitur Epiſtolam illam circa A. C. 570. duodecim annis ante quam Mauricius Imperii habenas capeſſeret, ab alio ſcriptam eſſe & longe juniore oportet quam à Nilo Chryſoſtomi diſcipulo. Neque id ſane mirum, cum viri docti jam obſervarint Epiſtolas quæ ſub Nili nomine feruntur, ſyllogen eſſe non modo epiſtolarum ſed etiam excerptorum è variis ſcriptis tum ipſius Nili, tum aliorum. Cujus rei non inficianda quædam exempla in medium attulit eruditiſſimus vir J. Baptiſta Cotelerius notis ad librum ſecundum recognitionum quæ ambulant ſub nomine Clementis Romani ſect. 20. p. 509.

2011 Ministerio de Cultura

tione, sed ingenuitate libera reprehendere posset, annos tum centum viginti tres numerabat: Forsan hoc non videbitur absurdum. Forte enim ita tulit natura locorum, continentia, & affectio animi, quæ sanitati corporis nequaquam nocent.

Ego cum in bene nata Regni Neapolitani Provincia Basilicata sequiori nomine dicta immorarer, cognovi de plebeja fæce, auctos tamen divitiis duos, & cum iis pariter habitavi. Erant illi duramento corporis prævalidi, compactis nervis firmissimi, dentibus fere omnibus constipati, &, ut verbo expediam, athletis ipsis robustiores. Hi ante primam lucem tres vel quatuor horas, hyberno etiam tempore, cum ventorum algoribus, & nivium tumulis omnia congelascunt, experrecti, subito cubili exultantes præ lætitia egrediebantur: & post agitatorum brachiorum motibus pectus & latera tundebant in orbem contusa; & ductim in se vini, quod in illa regione & syavitate, & lubentia, & gratia aliorum omnium longe præstantissimum est, liquore inverso, arrepta perula ea panem niveum, quandoque etiam sordidum, vel rubidum, ut fors tulerat, neque enim lenocinia quærebant cupiditatum, inferebant. Tandem falcè stramentaria, vel ligone humeris superposita, ædibus facessentes, in agrum devolabant: atque per totum diei spatium consummabant multum operæ, exercentesque frangebant se laboribus, dempta tantummodo hora, qua epulis domo abductis uti lautis conviviis & sumptuosis vacabant, donec inclinato sole sub noctem domum regressi, & cœnati, & jam dormitantes super lectum procumbebant, de novis laboribus soliciti. Et horum alter centum quindecim; alter centum, & viginti vitæ suæ annos compleverant. Quot autem annis post meum è Basilicâta abscessum vitæ illis adaucti sint, nondum comperi: nulla equidem me hujus cupiditas tenuit. Id vero, quod narraturus sum, me mihi pæne eripuit. Puerulus, ex Insula Chio Romam cum materno avo Michaële Neurida contendens, cum ob exilem ætatem Romæ in Collegium Græcorum aditus remoraretur, sanctionibus id Collegii pernegantibus, Paulæ Calabriæ apud Illustrissimum Marium Spinellum constiti, qui me eximia charitate complexus, oculitus amavit, & Præceptoribus humanioribus artibus tinctis, ut ferebat illa ætas, instruendum tradidit. Dum circa trivia animi relaxandi gratia cum sociis annexis pererro, occurrit properanti anilitate cana desipiens senex, cadaverosa facies, & plane morticinium. Illius ad latus pueri, senes; juvenes, & ex vili fæce homi-

2011 Ministerio de Cultura

hominum plures, qni perridiculis illius geſtis, dictisque oblectari concomitabantur. Inquiro quid hoc rei eſſet? Omnes, & maxime prudentiores reſpondent, illum Acheronticum eſſe ſenem, ideoque truncum, & album colorem ab atro non ultra diſcernere. Propterea que ex malis illius aſtantes ludos ſibi facere. Jam enim compleverat annos centum & triginta. Ego puerulus nihil cum animo tum agitavi. At ſubgrandes & mente ſenes aderant, in jocos transfuſi: Bene ſeſe res habet, clamitant. Et quis teſte oculato hoc ita eſſe non convicerit? Alii, non ad teſtes, qui nulli ſunt, ſed ad monumenta Eccleſiaſtica provocamus. Arriſit dictum omnibus, continuoque; ad Eccleſiam progreſſi, advocato Parocho, librum, in quo ſacro lavacro intinctorum nomina conſignantur, curioſe examinant, & anno 1462. nomen adnomenque hominis, de cujus ætate ambigebatur, dilucide expreſſeque reperiunt, indeque colligebatur anno vitæ ipſius * 1520. vel circa, Sancto Franciſco familiariſſime uſum, multasque res ſermonibus una inter ſe agitaſſe. Et is tandem ſenex delirus celeri gradu per ſcalas ædium properans, antequam ego Paula abſcederem, præceps in caput dejectus animam effudit. Et hæc de Macrobiis uſu meo exploratis adduxi, ut quingenteſimum memoratum à Nilo in hac Epiſtola conjectura ſatis probabili, & deinceps vitam ejusdem diuturniorem, de cujus longinquitate nihil certum refertur, proxime ad verum accedere colligeremus. Quod ſi commodum non videbitur, dicemus in ea epiſtola Nilum numerum integrum & completum pro incompleto atque truncato uſurpaſſe, ut adjunctione ſimili incrementum ſuæ demonſtrationi contra Judæos conciliaret; cujus exempla in ſacris quoque litteris frequentia ſunt: ſed *ſumma ſequor veſtigia rerum.* Sed Mauritii anni perquam longiſſime remoti ſunt. Tum enim Nilus prorogaſſet terminos vitæ ad annum 176. Ego quidem hoc formido credere, & cujus fide credam? Credo Deum hoc poſſe; an fecerit, ex ingenio quisque ſuo addet, vel demat fidem.

Sed hallucinatus eſt Caryophilus. Eſto. Sed cum Græcis in Menologio Græcorum, nunc quoque adde, accuratiſſimo Sirleto, qui, ut veroſimile eſt, non ex propriis, ſed ex Codicibus Græcis, illisque forte antiquiſſimis, cum quibus hallucinari maluit in ſua Interpretatione, quam demendo nomen Mauritii, de mala fide ſuæ Interpretationis in crimen vocari, & accerſitus judicio de ſui purgatione commentaria ſcribere. Quid ſi diceret alium eſſe hunc

* Lege 15. aut 20. & intellige S. Franciſcum de Paula. Cæterum non exputo quomodo natus A. 1462. poſſit Allatii ætate fuiſſe tantum annorum 130.

2011 Ministerio de Cultura

Nilum, & non Conſtantinopolitanum? Idneque ex Græcorum Menologio, neque ex Sirleto evincitur, cum Conſtantinopolitani ſcripta, & res geſtæ majori ſua parte deſcripta eodem die utrinque tribuantur.

Fuerunt alii quoque in hujus Nili laudibus effuſiores. Franciſcus Zinus Epiſtola ad Auguſtinum Valerium, Epiſcopum Veronenſem, de S. Ephraem, Nilo, Marco, & Eſaia: *Neque ipſi Epiſcopatui tuo eſſent indecores. Sunt enim homines frugi, exigui ſumptus, & magnæ utilitatis. Tacere ſciunt in loco, & cum opus eſt, loqui. Valent ingenio. Magno ſunt rerum uſu, doctrina, & prudentia præditi ſingulari, cum domeſticis tuis propter ſanctos ſuavesque mores jucunde verſabuntur. Si inviſendæ Tibi erunt Eccleſiæ tuæ, vel in civitate, vel in tota Diœceſi, quo quidem viſitationis munere omnium graviſſimo, & laborioſiſſimo diligentiſſime fungeris: ſi Monaſteria Virginum aut Monachorum, ſi Seminaria tua, vel antiquum Acoluthorum ab Eugenio IV. Summo Pontifice inſtitutum, & à Superioribus Epiſcopis, & Canonicorum Capitulo bene ſemper adminiſtratum, à te verò mirificè auctum, atque exornatum, vel novum incredibili ſtudio, cura & diligentia tua ex Decreto & inſtitutis ſancti Tridentini Concilii erectum & locupletatum: ſi Derelictorum, & Derelictarum loca, in quæ ſummo cum Dei honore, & totius civitatis commodo, & lætitia omnes utriusque ſexus Pauperes, paſſim antea vacantes ita congeſſiſti, ut nullus amplius inops & mendicus in urbe vagari comperiatur: ſi hoſpitalia, quorum præcipuam tu curam geris: ſi lites, diſcordiæ, inimicitiæ dirimendæ, ſi pax inter cives concilianda, ubique ſemper dulci quadam ſuavitate & eloquentia illa Chriſtiana, quam tu in præclara illa tua Rhetorica Eccleſiaſtica tam eleganter doctèque tradis &c.* Et Epiſtola ad Aloyſium Lipomannum, Opuſculis Nili & Marci præfixa: *Sunt profecto Abbates iſti auctoritate graves, plurimo rerum uſu, & doctrinis cœleſtibus eruditi. Admiraberis acrem eorum in corrigendis vitiis gravitatem, eximiam in docendis virtutibus, & bonis moribus diligentiam, ſingularem in exponendis ſcripturis eruditionem. Perverſas hujus ætatis in religione de fide, & gratia, & operibus opiniones, atque alios errores, & hominum flagitia ita norunt, ſic inſectantur, atque coarguunt, ut non multis ſæculis procul ab hominum conſuetudine intenebris prope ſepulti jacuiſſe, ſed nobiscum aſſidue verſati eſſe videantur.* Photius in Bibliotheca Cod. 201. & alii, quos infra videbimus. Nunc vero non abs re fuerit duo in hunc Sanctum Diſticha a) ex Codd. MSS. præmittere:

Νεὶλ

a) Eadem ex Codicibus Regiis produxerat *Labbeus* Bibl. nova MSS. p. 95.

2011 Ministerio de Cultura

Νεῖλος μὲν ἀρδει τῆς ἀνύδρυ πὰς νάπας,
Νεῖλος δὲ πιςῶν ἐκπαίνει καρδίας. b)
Νείλυ μὲν ποταμοῖο ῥόος χθόνα εἶδε ποτίζειν.
Νείλυ δ' ἂν Μοναχοῖο λόγος Φρένας εἶδεν ἰαίνειν. c)

Nec non & illa ex Menologio Græcorum:

Αἴγυπτον ἄρδει Νεῖλος, ἀλλὰ καὶ κτίσιν
Λόγῳ κατάρδει καὶ θανὼν Νεῖλος μέγας.

Interpretatus eſt d) doctisſimus Posſinus:

Nilus Canopum, major hic fonte ingenii
Orbem univerſum, & mortuus Nilus rigat.

Honeſtisſimæ Matronæ matrimonio junctus duos ex illa ſuſcepit filios, marem & fœminam. Uxor ab eodem inducta una cum Filia in Aegypti monaſteria immigrat. Ipſe cum Theodulo filio Sinæum montem occupat, ut Sanctorum Patrum conſuetudine frueretur. Theodulus à barbaris captivus factus poſt multa vitæ pericula ac laniatus, tandem ab Epiſcopo redimitur, & ſancta & religioſa vita perfunctus animam Deo reddidit. Hunc Græci uti reliquos ſanctitate eximios viros, venerantur & colunt die decima quarta Januarii. Menologium Baſilianum: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν θεοδούλου. ὅτος ὑπῆρχεν υἱὸς Νείλου τοῦ σοφοῦ τοῦ γεγονότος μὲν Ἐπάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καταλιπόντος δὲ τὴν δόξαν τοῦ κόσμου, καὶ ἀπελθόντος ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καὶ μονάσαντος μετὰ τοῦ υἱοῦ, τῶν δύο δὲ ὑπαρχόντων ἐκεῖ, καὶ τὴν ἀσκητικὴν πολιτείαν διανυόντων, ἐξαίφνης ἐπιπεσόντων τῶν Βαρβάρων, καὶ ἁρπαμένων καταφάγειν τοὺς ἁγίους πατέρας, ὁ μὲν Νεῖλος ἠδυνήθη φυγεῖν, ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ θεόδουλος ἐκρατήθη αἰχμάλωτος μετ' ἄλλου ἑνὸς νέου, καὶ δεθέντες εὑρέθησαν. Ἠπλήκευσαν δὲ οἱ βάρβαροι, καὶ ἐβούλοντο σφάξαι τοὺς νέους, καὶ θῦσαι τῷ πρωὶ τοῦ ἡλίου ἀνατέλλοντι ἄρρι, καὶ ὁ μὲν εἰς ἔφυγεν. Οἱ δὲ βάρβαροι κοιμηθέντες, τοῦ ἡλίου ἀνατείλαντος, καὶ τοῦ ἄρρος κρυβέντος, καὶ ἔσφαξαν τὸν

b) *Nilus fluvius rigat arida & ſaliuoſa loca,*
at Nilus noſter *fidelium corda fœcundat.*

c) Vertit Jacobus Billius:
Arva rigat Nilus fluvius, ſed pectora ſermo,
Ex Monachi Nili qui fluit ore, rigat.

d) Svareſius p. 702. ſic:
Perluit exundans Ægyptum Nilus, at omnem
Mortuus hic Nilus ſermonibus irrigat orbem.

2011 Ministerio de Cultura

τὸν θεόδουλον. Βουλόμενοι δὲ ϖωλῆσαι, δύο μόνους χρυσίνους ἐλάμβανον, καὶ γυμνώσας ὁ υἱὸς τὸ ξίφος, ἤθελε σφάξαι, τότε ἠγόρασεν αὐτὸν ὁ Ἐπίσκοπος, καὶ ἀπέλυσε, καὶ καλῶς βιώσας ἐκοιμήθη. *Hoc eodem die commemoratio S. Patris noſtri Theoduli. Hic erat filius ſapientis Nili Eparchi Conſtantinopolitani, qui mundana gloriola renunciata, in montem Sinæum progreſſus, una cum filio Monachum induit. Dum ibi immorarentur in aſcetica diſciplina elaborantes, derepente Barbaris irruentibus, & ſanctos illos Patres contrucidantibus, Nilus in fugam ſe dedit, filius Theodulus, & alius ejusdem cum illo ætatis ducti, evinctique ducebantur: ſed cum certum in locum ex itinere barbari divertiſſent, ſtatuerunt juvenes mactare, eorque ſtellæ ante ſolem exorienti hoſtias immolare: ſed unus quidem ex his fuga ſalutem petiit. Barbari vero gravi ſopore ſepulti, cum exorto ſole ſtella evanuiſſet, ab occidendo Theodulo manus abſtinuerunt; cum poſtea de eo pecunia commutando decreviſſent, nec ultra duo ſolique aurei offerrentur, unus ex illis nudato gladio eum conficere tentabat: tum Epiſcopus eum à barbaro mercatus, in libertatem exemit, qui cum pertam optime vitam duxiſſet, obdormivit in Domino.* Et Sirletus in Menologio Græcorum: *Eodem die 14. Januarii, Theoduli. Hic fuit filius Nili Viri ſapientis, qui relicto ſæculo, in montem Sinam ſe contulit, ubi cum filio vitam Monachi exercuit.*

Multa ingenii monumenta poſteris liquiſſe certum atque indubitatum eſt, quorum pars non exigua typorum præſidio lucem vidit, pars in Manuſcriptis apud decantatiſſimas Bibliothecas manuſcripta latet, pars etiam temporum injuriis deperdita eſt. Neque enim illi copioſe loquens ſapientia, neque rerum in Scripturis obſcurarum explanatio, neque bonas artes moresque ſubſerendi ſtudium, illudque ſupremum defuit. Nicephorus Callixtus l. 14. c. 54. Λόγου δὲ δυνάμει κρατῶν, καὶ τῇ θείᾳ νευρούμενος χάριτι, συγγράμματα διάφορα καταλείπει πρὸς ἄσκησιν ὑπαλείφοντα, ὅτω Φρονήσεως καὶ νοημάτων μετέχοντα, ὡς τὸν ἀναγινώσκοντα χάριτος ἀφράστου ἔμπλεω καθιστάναι. *Et cum eloquentiæ vi polleret, divinæque gratiæ nervis validus eſſet, ſcripta varia, quæ vitæ Monaſticæ exercitium inſtruunt, reliquit, verbis & ſententiis ita compoſita, ut Lectoris animum gratia incredibili recreent.* In omni recto ſtudio & humanitate verſatus Philippus Labbæus in nova Bibliotheca: *Nili Conſtantinopolitani S. Johannis Chryſoſtomi diſcipuli multa jacent opuſcula in Pariſienſibus, aliisque Bibliothecis, quæ ut audio parantur publicæ utilitati ab erudito Interprete.* Et pag. 95. *Nili Patriarchæ Conſtantinopolitani opera varia in Regiis* 378. 498. 615. 932. 944. 722. 1067. 1662. 1387. 1388. 2005. 2218.

2011 Ministerio de Cultura

2218. *Multa quoque ejusdem S. Nili opuscula erant in Bibliotheca Sirletiana, quæ aliis memoranda relinquo.* Ita Labbæus hic & alibi: Josias Simlerus in Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ, Georgius Draudius in Bibliotheca classica.

Hunc sanctum Nilum nostrum Ascetam alii atque alii nuncupant Archiepiscopum, & Episcopum Constantinopolitanum, perinsigni manuscriptorum pravitate decepti. Johannes Andreas Quenstadt: e) *Constantinopolinatus est Nilus Monachus, Johannis Chrysostomi discipulus, qui multa scripsit de institutione Monachorum, teste Nicephoro lib. Histor. 14. cap. 53. Quædam ejus extant in Bibliotheca Patrum To. V. edit. 2. Seorsim vero extat liber S. Nili de Christiana Philosophia, quo nomine Monasticam significat.* Photius in Bibliotheca Cod. 201. *Lectus est Nili Monachi Liber:* τελοῦσι καὶ πεντήκοντα f) καὶ ἑκατὸν κεφαλαίοις διαιρούμενος, τὸν τῆς προσευχῆς δὲ ἐν τούτοις ὁ θεῖος ἀνὴρ ἀναπλάσει τύπον, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα αὐτοῦ ἀξιόλογα, ποικίλας ὑποθέσεις ὑποβαλλόμενα, εἴς τε τὸν ἐπισολιμαῖον τρόπον, καὶ εἰς τὸ συγγραφικὸν ἀνηγμένα συγγράμματα φέρεται, τήν τε κατὰ ἔργα τελειότητα, καὶ τὴν ἐν λόγοις μαρτυρόμενα δύναμιν. *In centum & quinquaginta tria capita divisus, quibus precandi formulam Vir ille divinus exposuit. Feruntur ejusdem & alia plura lectu digna diversi argumenti opuscula, partim Epistolæ, partim Historiæ* * *forma conscripta, quæ non operum* † *tantum perfectionem insignem, sed in dicendo quoque facultatem ejus testantur.* Ibidem alia ejusdam Nili Andreas Scottus g) recenset Opuscula, quæ in *Italia, Bibliotheca Regia*, & *Augustana* dicuntur extare. Dubitat nihilominus, an unius Nili sint omnia.

(C) Excer-

e) Lib. de Patriis illustrium virorum p. 445.

f) In *Turriani* editione κεφαλαίων Nili περὶ προσευχῆς capita sunt 148. In *Zini* & *Svaresii*, rectius 153. Causa diversitatis est non quod capita quædam ibi desint sed quod in Turriani editione ex cap. 10. 11. & 51. 52. & 66. 67. & 68. 69. & 74. 75. contracta in unum sunt capita 10. 50. 64. 65. & 70. Nonnulla etiam auctiora apud Svaresium leguntur ut 26. 114. Nonnulla aliter ut 35. προσευχή ἐστιν ἀνάβασις νοῦ πρὸς τὸν θεόν. Pro quo Turrianus: *Oratio sine distractione est summa intelligentia mentis.* Turriani editio latina in Bibliothecis Patrum Bignæanis repetita est, etiam in novissima Lugdunensi A. 1677. curante *Philippo Desport*, presbytero Paris. T. VII p. 1151. Apud Svaresium p. 475. etiam præmittitur Epistola, in qua Nilus ipse disertam mentionem capitum 153. facit. Incipit: πυρέτουλά με φλογμῶ τῶν ἀκαθάρτων παθῶν. * Malim *commentarii.* † *In rebus & factis.*

g) Ex Turriano, hæc nempe, *de nihil possidendo*, περὶ προσασιάς, *de Philosophia Christiana, de virtutibus & vitiis. De comparatione vitæ Monachorum qui in solitudine & qui in civitate degunt. De cæde SS. Martyrum Monachorum in monte Sina. Librum* item *Epistolarum* quæ in Italiæ Bibliothecis exstant,

2011 Ministerio de Cultura

Excerpta ex ejusdem orationibus h) *in paſcha* prima, & ſecunda, *in Aſcenſionem* Domini prima, ſecunda, & tertia ſatis prolixa totidem verbis exſcribit idem Photius in eadem Bibliotheca. Hic non absque olcitantiæ nota deſignandus eſt ſupinus error Gesneri & Simleri, in Bibliotheca, qui opuſcula Theologica Nili cum Capitibus Diadochi confundunt. *Sancti Nili Orationes Monaſticæ, in Vaticana Opuſcula quædam Theologica, & Capita Φωτικῆς.* Et quod magis eſt Magdeburgenſes Cent. 5. c 10. *Nili Monaſticas orationes extare Græcas Romæ in Vaticana. Item opuſcula quindecim Theologica, & Cap. Φωτικῆς. It. librum ad Baricl em Epiſcopum.* Et infra: *Præbet tamen propemodum conjecturam, quod ſcriptum quoddam Capita Φωτικης commemoratur. Et Nicephorus* &c. Si ullus alius, plane Photius ipſe, i) ne hic multorum teſtimoniis rem traham, ſimilem errorem, aperte profligat. Namque ait, πατέρα δὲ τὸν λόγον Διάδοχον ἡ ἐπιγραφὴ λέγει, Φωτικῆς τῆς ἐν τῇ παλαιᾷ Ἠπείρῳ Ἐπίσκοπον. *Auctorem ejus inſcriptio ipſa facit Diadochum Photices illius, quæ eſt in vetere Epiro, Epiſcopum.* Et nfra k) dum agit de Sophronii Hieroſolymitani Patriarchæ Epiſtola Synodica: Καὶ ὁ τῆς Φωτικῆς Ἐπίσκοπος ὄνομα Διάδοχος. *Et Photicæ Epiſcopus nomine Diadochus.*

Omnia iſtius Nili Opuſcula, quæ pleraque ſunt, nondum quisquam juſtum in volumen redegit. Sunt nihilominus partim Latine reddita, editaque *Oratio ad Deum* contra Barbarorum incurſiones, bella inteſtina, famem, peſtem, & mortis vim præſentem, *Johanne Sambuco* Pannonio Interprete. Princip. *Omnipotens Domine Deus, pater ingeniti Filii.* Edita latine tantum Patavii anno 1555.

l) extatque MS. in Biblioth. Imperatoris Viennæ.

Petrus Franciſcus Zinus Veronenſis in latinum convertit, & publicavit Venetiis anno 1557. m) hæc quæ ſequuntur, in 8:

Ad

b) Eadem excerpta *Franciſcus Combefiſius* latine Bibliothecæ ſuæ Concionatoriæ Pariſ. 1662. fol. editæ inſeruit. Orationes in Aſcenſionem memorantur etiam Joanni Damaſceno in Eclogis.

i) Cod. 201.

k) Cod. 231.

l) In 4. ſed hoc ſcriptum rectius refertur ad Nilum Patriarcham CPol. circa A. C. 1380. de quo infra Codex Græcus Vindobonenſis incipit: Δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. Confer ſi placet Lambecium Lib VIII de Bibl. Vindob. p. 526. ſeq.

m) Eſt mihi etiam in manibus editio eorundem Nili opuſculorum à *Zino* translatorum, quæ cum Ephræmi, Marci & Eſaiæ ſcriptis Aſceticis prodiit Venet. 1574. 8. apud Bologninum Zalterium Verſionem ſuam Nili opuſculorum Zinus inſcripſit Aloyſio Lipomanno. Vide & Bibliothecam Patrum Margarini Bignæi Pariſ. 1571. Tomo tertio. Lugdunenſem Tomo ſeptimo, ut alias jam omittam.

2011 Ministerio de Cultura

Librum Nili *Aſceticum, ſive de vita & moribus Monachorum*, Pr. *Multi ex Græcis, & ex Judæis non pauci.*

Ad Monachos inſtitutionem n) P. *Victus intemperantiam jejunium tollit.*

Adverſus vitia Orationes Octo. o)

De gula Orat. 1. P. *Principium flos eſt proficiendi.*

De Luxuria Orat. 2. P. *Pudicitiam parit temperantia.*

De Avaritia Orat. 3. P. *Avaritia malorum eſt omnium radix.*

De Ira Orat. 4. P. *Ira furori atque inſaniæ affinis eſt.*

De Triſtitia Or. 5. P. *Spiritus voluptatem ignorat Monachus.*

De Acedia Or. 6. P. *Animi debilitas eſt Acedia.*

De inani gloria Or. 7. P. *Inanis gloria eſt animi perturbatio rationi contraria.*

De ſuperbia Or. 8. P. *Superbia eſt animi tumor, ſanie plenus.*

Diverſa capita p) P. *Dei timorem ac ſtudium retine.*

De Oratione Capita CLIII. *Qui odoriferum cupit thymiama.*

Ad Juniores Monachos Inſtitutionem. P. *Juvenis colat quietem in corpore.* (Inter Epiſtolas ab Allatio editas Græce & lat. III. 303.)

Ad Anaſtaſium Epiſcopum Epiſtolam q) *Johannes Sacerdos admirandus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.* (Inter Epiſtolas ab Allatio III. 294. & in Poſſini edit. (quæ presbyterum tantum vocat, Epiſt. 254.)

n) Liber Aſceticus & παραίνεσις πρὸς Μοναχούς (quam Evagrio forte rectius vindicant Rosweidus & Holſtenius: vide Svareſium p. 626.) Græce & Latine cum Svareſii verſione prodiit inter S. Nili opuſcula edita Romæ 1673. fol. p. 1-84 & 553-556.

o) Hæc *Zini* interpretatio recuſa in Bibliothecis Patrum. Sed Græce librum hunc de octo vitioſis cogitationibus περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν (ſive ut in Medicco Codice περὶ τῶν ὀκτὼ τῆς πονηρίας πνευμάτων) ex Codice Regis Chriſtianiſſimi primus edidit novaque verſione donavit *Franciſcus Combefiſius* in auctario noviſſimo Bibl. Patrum, Pariſ. 1672. fol. T. I. p. 303. Incipit. ἀρχὴ καρποφοριάς, ἄνθρ. Occurrit & Græce ex Codice Barberino deſcriptus, addita verſione nova latina p. 456. ad 474. in collectione operum S. Nili quam Romæ 1673. fol. dedit Joſephus Maria Svareſius, Epiſcopus Vaſionenſis. Denique *Emericus Bigotius* recenſuit ex Codiee Mediceo, atque exeadem Bibliotheca nactus antiquam præclaram ejusdem libri verſionem latinam, ante mille elaboratam annos, Græce & latine cum Evagrii Pontici ſcripto ejusdem argumenti ſubjecit Palladio de vita Chryſoſtomi Pariſ. 1680. 4.

p) Eadem capita paræneticа ſed additis nonnullis, latine ex alia verſione leguntur in Orthodoxographis, Baſil. 1555. fol. p 414 ad 416. ſub titulo: Nili Epiſcopi & Martyris Gnomæ. Incipiunt: *Timorem pariter & deſiderium erga DEUM habere neceſſe eſt.*

q) In qua mira quædam Johannis ſacerdotis circa Miſſæ ſacrificium viſio declaratur.

2011 Ministerio de Cultura

De nimis diuturna Præfectura r) P. *Tradunt rerum naturalium observatores.*

In Bibliotheca Patrum Veterum s) Coloniæ edita:

Ex quodam *Parænetico libro* t) Fragmentum. P. *Numquid Angelos, vel Potestates &c.*

De octo vitiosis cogitationibus. u)

De gula. P. *de octo vitiosis cogitationibus s. affectibus.*

De Fornicatione P. *Fornicationis Spiritus per carnis.*

De Avaritia. P. *Externum est avaritiæ bellum.*

De Ira. P. *Ira cum semel pectus obsederit.*

De tristitia. P. *Cum improbat tristitiæ spiritus.*

De Acedia. P. *Acediæ spiritus mœroris spirtum.*

De inani gloria. P. *Inanis gloriæ affectus multiplex est.*

De superbia. P. *Gravissimus, atque omnium truculentissimus.*

De oratione, Capita CL. sect. CXLVII. Latine tantum Interprete Francisco Turriano, qui cum Diadochi Photices Episcopi Capitibus de Perfectione spirituali edenda curavit Antvverpiæ typis Plantinianis anno 1575. in 12. unde in Bibliothecas veterum Patrum à Margarino Bignæo deducta.

Liber Asceticus. x)

Institutio ad Monachos.

Orationes octo adversus 8. primaria vitia.

Brevis institutio ad Juniores Monachos.

Epistola ad Anastasium Presbyterum, cum duobus fragmentis. y)

Tractatus *de octo vitiosis cogitationibus*, z) Latine Interprete Jacobo Billio, Prunæo, S. Michaëlis in Eremo Cœnobiarcha, qui illum cum

r) Breve fragmentum T. 7. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1174. est Epistola III. 241. Allat. at Possini. 355.

s) Tomo V. Colon. A. 1618.

t) Vide Svarez. ad Nili Opuscul. p. 631. seq.

u) *Jacobo Billio* interprete. Quod scriptum longe diversum est ab altero ejusdem argumenti, de quo jam dictum fuit.

x) Hunc Germanice etiam vertit & ad calcem Scriptorum S. Macarii edidit Gotfridus Arnoldus Goslar. 1702. 8.

y) In Bibl. Patrum Paris. 1589. T. 1. legitur S. Nili *de Monachis ob pecuniam obambulantibus* fragmentum, latine.

z) Occurrit etiam latine Tom. V. Bibl. Patrum Bignæanæ A. 1589. 1654. & Lugd. A. 1677. T. VII. p. 1174. At Græce è duobus codicibus Regiis cum latina interpretatione edidit *Cotelerius* Tomo 3. monumentor. Ecclesiæ Græcæ Paris. 1686. 4. p. 185. seqq. Incipit: περὶ τῶν ὀκτὼ κακίας λογισμῶν.

2011 Ministerio de Cultura

cum Johannis Damaſceni Operibus edidit Pariſiis anno 1577. Subjecitque Eugenii a)opuſcula, de eodem argumento.

Græce vero & Latine edita ſunt : Ejusdem κεφάλαια ἢ παραινέσεις, *Capita* ſeu *Præceptiones ſententioſæ*, Franciſco Turriano Interprete, & prioris b)Interpretationis correctore, collatis tribus pervetuſtis exemplaribus, & ſcholiis appoſitis. Florentiæ apud Bartholomæum Sermaretellium 1578. in 8. Una cum Diadochi Epiſcopi Photices in vetere Epiro Illyrici Capitibus centum de Perfectione Spirituali. Et hæc græce, c) Latine vero Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana 1590. in 8. & d) Baſileæ apud Robertum Winter, & Coloniæ apud Gymnicum. Item Græce & Latine in linguam Latinam traductæ, & teſtimoniis tum ſacris tum profanis illuſtratæ, opera & labore Stephani Schoningii, e) Franeckeræ excudebat Aegidius Radæus, Ordinum Friſiæ Typographus 1608. in 8. Addita ſunt Agapeti Capita Paræneticа, & Ariſtorelis liber de virtutibus, & vitiis, eodem Stephano Interprete & expoſitore. Eædem à Michaële Toxita carmine redditæ excuſæ ſunt Argentorati à Cratone Mylio. Epitomator Gesnerianus: qui tamen in Epitome nullam hujus verſionis mentionem facit, ſicuti nec Gesnerus in Toxita.

Χρυσᾶ Νείλου Ἐπισκόπου καὶ Μάρτυρος. *Capita, ſ. præceptiones ſententioſæ* f) κεφάλαια ἢ παραινέσεις, Lugduni Batavorum ex officina

 Plan-

a) Lege *Evagrii*, Pontici nimirum, cujus & Nili opuſcula ſic inter ſe confundi notat Svareſius ad S. Nili opuſcula p. 613. ut difficillime internoſcantur.

b) Zini, de qua ſupra.

c) Græce & latine exſtant inter opuſcula Nili junctim edita à Joſepho Maria Svareſio Rom. 1673. fol. p. 475-511. præmiſſa Epiſtola ad amicum cui illa κεφάλαια ργγ' Nilus transmiſit.

d) Tria diverſa Nili ſcripta hoc loco confundit Allatius. Nam Gnomæ illæ ſelectiores quas Baſileæ & Coloniæ editas ſcripſit Geſnerus in Bibl. illæ ſunt quas in Orthodoxographis A. 1555. latine extare dixi, & incipiunt : *timorem pariter & deſiderium erga DEUM habere neceſſe eſt.* *Schoeningius* vero edidit vertitque 229. illas ſententias quas χρυσᾶ Nili mox Allatius apellat, quæque non modo diverſæ ſunt ab illis Geſnero memoratis, ſed etiam à capitibus ſive præceptis ſententioſis 148. quæ vertit *Turrianus*.

e) Perperam *Petrus Schoeningius* dicitur apud Clariſſ. Caveum.

f) Has ſententias Nili 229 à *Jo. Hontero* è Moldavia allatas primus edidit cum verſione ſua & notis *Mich. Neander*, A. 1558. deinde recuſæ ſunt Græce & lat. cum Neandri (non Zini ut Labbeus T. 2. de Script. Eccleſ. p. 124. & Svareſius p. 625. ad Nili opuſcula, ubi è Codice Barberino additamentum quoddam ſententiæ 97. ſubjunctum Græce & Latine exhibet, ſententiis ipſis in collectione ſua omiſſis) verſione in

Tomo

2011 Ministerio de Cultura

Plantiniana apud Franciſcum Raphelengium 1590. in 8. Eadem ſub titulo: Aurea Nili Epiſcopi & Martyris Parænetica, interprete Nicolao Glaſſero, Hamburgi excudebat Paulus Langius. Anno 1614. in 8. Ἀρχὴ σωτηρίας ἡ ἑαυτοῦ κατάγνωσις. *Initium ſalutis eſt ſui ipſius condemnatio.* De iis interpres: g) *Clarum eſt illud Phocylidis:* παῖδ' ἔτι ἐόντα χρεὼν δὴ καλὰ διδασκέμεν ἔργα. *Hinc & Ageſilaus ea diſcenda eſſe pueris dixit, quibus nati grandiores facti uti poſſint. Sunt igitur illi potiſſimum eligendi, quibus juventus, & in literis proficiant, & mores pietate condiantur. De Nili libello non eſt, quod dubitemus, quin ad omnia hæc poſſit plurimum. Eſt enim elegantia politus, virtutum præceptis gravis, antiquitatis auctoritate pius, prorſusque aureus. Conſtat vero eum in vetuſtiſſima quadam Bibliotheca in Walachia Tranſylvaniæ finitima à doctiſſimo viro Johanne Hontero Coronenſi inventum, & ad Clariſſimum Nicolaum* h) *Neandrum de antiquitatis ſtudiis optime meritum, ut in lucem prodiret, miſſum fuiſſe, à quo emendatus integritati & nitori reſtitutus*, primumque cum aliis editus fuit opuſculis. Quis vero hujus libelli ſit Auctor, cum plurium ejusdem nominis Epiſcoporum, Martyrum, doctrinaque præſtantium virorum in hiſtoria mentio fiat Eccleſiaſtica, non liquido apparet. Duo enim Nili auctore Nicephoro fuerunt Ægyptii. Alius* i) *Theſſalonicenſis, qui poſt Caroli M. vixit tempora. Fuit & Nilus quidam Scholaſticus. Iſtius vero, cui Opuſculum hoc Neander adſcribendum putat, mentionem facit Nicephorus l. 14. c. 54. Ex quo conſtat admirando iſti Nilo patriam fuiſſe Conſtantinopolin, cujus etiam propter egregiam nominis celebritatem Præfectus fuit. Sed relicto tali ſtatu ad vitam ſe contulit Monaſticam. Dicendi quoque facultate, præcipuisque doctrinæ dotibus inſtructus cum fuerit, variis ingenii monumentis nominis ſui memoriam ad poſteritatem propagavit.* Hic obſerva verba, *Duo Nili Auctore Nicephoro fuerunt Aegyptii.* Unus tantum* Nicephoro Ægyptius eſt.

Has

Tomo I. Orthodoxographor. Grynæi A. 1569 p 169 Et in opere Neandri aureo Lipſiæ 1577. 4 tum in auctario Bibl. Patrum Ducæano Pariſ 1624 fol. Tomo 2. Cum *Stephani* vero *Schoeningii*, Scholæ Doccumenſis in Friſia Occidentali Rectoris non ſane meliore verſione (cujus notis etiam illuſtratæ prodierant Franequeræ 1608 8) recudi curavit *Chriſtianus Weiſius* ὁ μαχαιρίτης, Gorlici 1679 8. Neandri interpretatio occurrit etiam in Bibliothecis Patrum 1575. & 1589. Pariſ. & A. 1610. T. 4 & 1654 T. 13. & Lugd A. 1677. T. 7. p. 1147 Latinis verſibus reddidit Antonius Meierus Uleteranus Flander, Cameraci 1561 4. Germanice interpretatus eſt & S. Macario ſubjunxit Godfridus Arnoldus. Goslar. 1702. 8.

g) Glaſerus.

h) Leg. *Michaëlem.*

i) Diverſus puta ab illis Nicephoro memoratis. * Fallitur Allatius. Vide Niceph. VII. 16.

2011 Ministerio de Cultura

Has easdem Paræneſes k) edidit græce & latine Paulus Minerva Barenſis Dominicanus, cum Scholiis Sive Commentariis. Neapoli apud Conſtantinum Vitalem 1604. in 4. Quid in illis illuſtrandis egerit, ipſe enarrat ad lectorem : *Quidquid igitur in illis reperies, ex ſanctorum Patrum doctrina exhauſtum eſſe judices ; ideo & cunctos citavimus: cumque ad Politicam & Moralem vitam perquam maxime ordinarentur ; ad illas roborandas, firmandasque, Ethnicorum quoque Philoſophorum axiomata perſtrinximus, ut ſciant, qui laxatis vitæ habenis illam provinciam ducunt, legem Chriſtianam, legem eſſe virtutum, quam ex ethnicis plerique naturali illuſtrato lumine proſequuti, miris extulerunt encomiis. Quid ſi Chriſtiani nati fuiſſent ? Sanctitate quidem nimia pollerent.* Hic tamen talis tantusque Vir, de harum Paræneſeon Auctore diſputans, illis Nilum Aſcetam, & Conſtantinopolitanum exuit ; acceptas defert Nilo Epiſcopo & Martyri. Incertum ſiquidem eſt, ut notatur in Bibliothecæ ſanctorum Patrum To. 3. Baſileæ l) impreſſo ; an hic Nilus Epiſcopus Ægyptius fuerit, cujus meminit Euſebius l. 8. c. 14. Et eſſe illum Ægyptium, patet ex ipſa Inſcriptione Νείλου Ἐπισκόπου, ἢ μάρτυρος κεφάλαια ἢ παραινέσεις. *Nili Epiſcopi & Martyris, capita ſive Paræneſes.* Licet Margarinus de la Bigne Nilum Epiſcopum abraſerit, Nilum Monachorum Patrem inſcripſerit, quem ſententiarum harum auctorem facit ; ſolo Nicephori Callixti teſtimonio fultus, hoc velſolo argumenro. Scribit Nicephorus, *Nilum Monachum capita collegiſſe, aliqua quidem fuſius, multa autem compendioſius tractata.* Ergo; qui hæc Capita ſcripſit, non fuit Nilus Ægyptius Epiſcopus. Non tamen inde pervincit, Capita hæc non eſſe Epiſcopi & Martyris. Fieri enim poteſt, ut uterque capita concinnarit, eaque diverſe; quod & aliis viris ſanctiſſimis, & Græcis ſcriptoribus fuit ſolemne. Et Antonius Monachus in Meliſſa plures ex Nilo absque alio cognomine ſententias, alias ex Nilo Epiſcopo ſignat. Ergo erunt iſtæ Nili

k) Non omittenda & Pirkhaimeri editio, de qua Rev. Joannes Godfridus Olearius in Abaco Patrologico p. 336 edit primæ : *ſunt etiam ad manus Nili Epiſcopi & Martyris, uti titulus habet, Theologi antiquiſſimi ſententiæ morales è Græco in Latinum verſæ juxta tenorem Codicis pervetuſti è Græcia elapſi, editæque Argentoratiex ædibus Schureriannis à* Bilibaldo Pirkhaimero *Norimbergenſi interprete, hoc quidem elogio præfixo:*

His paucis redolet quicquid cecinere Prophetæ,
Et Lex, & quicquid ſacra Sophia docet.

Sed hæ ſententiæ ab illis Paræneticis à Neandro, Grynæo & in Bibl. PP. editis ordine nonnunquam haud leviter, numeroque differunt.

l) Leg. *Pariſiis.*

2011 Ministerio de Cultura

Nili Epiſcopi & Martyris , & non alterius : quandoquidem Nili Epiſcopi ſententiæ ordinatæ cernuntur , ut in earundem paraphraſtica catena ab eodem Paulo digeſta oſtenditur. Quod autem abſque titulo Nilo attributæ ſunt, id errore Auctorum factum eſſe; qui Nili non Epiſcopi eas eſſe crediderunt. Sic ergo & titulo Epiſcopi & Martyris ex Græca Inſcriptione, Nilum Capitum Scriptorem eſſe Nilum, eumque Epiſcopum & Martyrem. Neque dicendum eſt , inſcriptionem eſſe confictam : tum enim nulli libri titulo credendum eſſet. Adde Sixtum Senenſem , qui nullum de hujusmodi ſententiis verbum in Nilo fecerit , cum illius in Job Commentariorum meminerit; licet hæc ratio non videatur tanti momenti , ſi quis reſponderit , Sixtum Senenſem , non eam ſibi provinciam ſumpſiſſe omnia ſcripta Nili commemorandi , ſed ea tantummodo , quæ ſacrorum librorum explicationem continerent. Petrus etiam Biccordatus in ſua Hiſtoria Scholaſtica de Nilo Aſceta , & ejus ſcriptis ſermonem habens, de iſtis Paræneſibus nec verbum quidem. Tandem uti validiſſimam rationem ex Mutii Juſtinopolitani Epiſcopi Hiſtoria teſtimonium adducit , qui Nilum Epiſcopum & Martyrem harum Paræneſeon facit Auctorem , cum ſub nomine Nili uti legitimi Auctoris nonnullas particulas ex hoc opere depromptas recitat. Hinc Paulus ovans aſcendit in Capitolium : *Quis autem alterius Nili , non autem Epiſcopi & Martyris affirmabit , cum teſtimonium hoc ſit præſtantiſſimum ? Aut dicas Mutium inconſulto ſcripſiſſe? Aut Nilo Epiſcopo attribuiſſe , Nilo autem non Epiſcopo abſtuliſſe ? Niſi enim ſub Nili Epiſcopi & Martyris titulo legiſſet, utique non affirmaret eſſe Nili Epiſcopi. Quid enim erat in cauſa , ut Mutius Nilo Epiſcopo attribueret , Nilo autem non Epiſcopo auferret ?* Sed poſtmodum remiſſius enunciat, objici poſſe, ſententias non eſſe Nili Epiſcopi & Martyris , ſicuti ſibi à nonnullis objectum fuiſſe teſtatur : ſub perſecutione poſito Epiſcopo tempus non adfuiſſe edendi libri : In ejus actis nullam harum Paræneſeon mentionem factam. Reſpondet, martyrium, & perſecutionem non interpolaſſe ſcriptionem librorum, exemplisque pluribus oſtendit. Hinc concludit, Margarinum de la Bigne non recte Nilo Epiſcopo & Martyri quod ſuum erat abſtuliſſe, Nilo verò non Epiſcopo tribuiſſe. *Quod ſi attulerit poſtremum, nempe quod plerique viri hac tempeſtate doctiſſimi tenent oppoſitum , ſcilicet quod non ſint Nili Epiſcopi & Martyris , ſed alterius Nili , reſpondemus , quod ex alia parte adſunt centum alii viri præſtantiſſimi autumantes , Nilum Epiſcopum & Martyrem harum ſententiarum Paræneticarum auctorem.*

Sed

2011 Ministerio de Cultura

Sed ut unde Paulus exegit Apologiam; inde ego exordiar. Non esse Nili Episcopi, sed alterius, tenere doctissimos Viros, respondet, ex alia parte centum alios præstantisimos Viros tenere Nilum Episcopum esse. Et tamen non multo ante cum illustrium Scriptorum testimonis id tutari conaretur, non ultra tres produxit, Antonium Monachum in Melissa, Petrum Riccordatum, & Mutium Justinopolitanum, qui de Episcopatu Nili harum Paræneseon Scriptoris ne verbum quidem obducunt. Et jam derepente in contrarium perducuntur. Sed esto, eas Nilo Episcopo concesserint: An propterea Nilo Ascetæ vel Monacho denegarunt? Nihil minus. Asceta sub aliis atque aliis titulis innotuit, quibus ab exscriptoribus scripta illius cohonestata sunt. Hinc in multis sub nomine Nili præfixo designatur nullus alius, quam Constantinopolitanus iste, uti hoc nomine insignior. Aliis Monachus est, aliis Asceta, aliis Abbas, aliis Episcopus, aliis Archiepiscopus, & quod admirabilius est Constantinopolitanus, aliis Martyr. Quare si ex inscriptionum titulis fas est nobis varios quoque Auctores fingere; quot nobis Nili assurgent? Vel in quot Nilos unus noster Nilus misere discerptus congemiscet? Ex variis officiis, dignitatibus, professionibus, curis, sortibus variæ quoque personæ uni eidemque homini imponuntur, & variis inductis rationibus, varie quoque perscribuntur in monumentis, neque propterea à se ipsis distant, vel minimum mutantur. Et Nilum nostrum fuisse Ascetam res ipsa docet; Sacerdotem cum Theodulo filio, in hoc de Nilis Tractatulo probamus; & Martyrem quoque, & Episcopum fuisse, & si vis etiam Archiepiscopum quid vetat? Sed hoc non est scriptis relatum. Quid tum? Quæ litteris mandata non sunt, & tamen credimus, & sine ullo dubio tenemus ita fuisse? Et forte hæc omnia in Nilo nostro reperiremus, si res gestas illius tempus edax nobis reliquas feciisset. Et forte etiam qui futuri sunt obtinebunt, cum videamus in dies singulos similia è latebris in lucem suscipi, & publicæ commoditati procrescere. Non ex alienis advocabo argumenta. Ex vita S. Nili Episcopi & Martyris, quam ex Johannis Christoforsoni Interpretatione recitas, de scriptis dicti Sancti, minus quam nihil est, & tamen tua largitate Auctor est Paræneseon. Unde id expiscaris eum illas scripsisse? Potuit scribere. Scripsere alii ejusdem ætatis & dignitatis viri. Concedo nec invitus. At scripsisse, nisi meliora indicia proferantur, non dicam. Et etiam si Nilus

2011 Ministerio de Cultura

Episcopus scripserit: an Episcopus & Martyr hic tuus ille idem est? Nilos eo tempore plures fuisse, & inter eos Episcopos & Martyres, & scripsisse etiam ad posteritatem Commentarios, nemo prudens negaverit. An non insulse quis concluderet: (sit pro exemplo Nilus Patrarum Episcopus & Martyr;) Huic operi præfigitur titulus, *Paræneses Nili Episcopi & Martyris.* Ergo Nilus hic nullus alius est, quam Patrarum Episcopus. *Nam si Nili Ascetæ essent, non esset additio, expressioque Episcopatus & Martyrii. Si Græca Interpretatio absque titulo, & agnominatione legeretur, Nili utique non Episcopi essent sententiæ. Non enim est intelligibile, ut Nili non Episcopi fuerint, Et quis Nilo Episcopo & Martyri attribuat?* Et tamen similia in hoc eodem Nilo Asceta ante oculos obversantur. In nonnullis ejusdem Tractatibus præfigitur, *Nili Archiepiscopi Constantinopolitani.* Repudiandus itaque est Nilus Asceta, & Nilus Archiepiscopus Constantinopolitanus investigandus. In nonnullis, Nili Abbatis, rejiciendus itaque est Asceta, & Nilus Abbas perscrutandus. Sed Nilus Asceta, non fuit neque Episcopus, neque Martyr. Unde id habes? Nec etiam sub nomine Sacerdotis innotescit, & tamen sacerdotio præditum fuisse ex eodem perdisco. *Sed Sixtus Senensis nullam de hujusmodi sententiis mentionem fecit.* Esto, verum est, *cum nec de aliis Tractatibus fecerit, sed de iis tantum, qui in sacrorum librorum explicatione versantur.* Quare itaque ipsius in Cantica Canticorum, in Evangelium Lucæ, in Psalmos, & in alias sacræ Scripturæ libros explicationes non commemoravit, quas ad hæc tempora Manuscripti Codices retinent? Non dici potest, Nili in Job Commentaria prolixa fuisse, in aliis hinc inde & ipsius operibus recollectas expositiones: cum in Job eodem modo se habeat, & in Canticum Canticorum sit Commentarius integer.

Nili Monachi Eremitæ *Historiam*, sive *Narrationes*, m) *quibus cædes Monachorum montis Sinæ, & captivitas Theoduli ejus filii describitur.* Εἰς τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ Μοναχῶν, καὶ εἰς τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ θεοδούλου extractam ex Codice 74. Ms. Caroli de Monchal Archiepiscopi Tolosani, & eidem nuncupatam, cum nova sua interpretatione & Notis, sub Titulo: *Nili opera quædam nondum edita*, Parisiis n) publicavit doctissimus Petrus Possinus, apud Sebastianum Cramoysi Typo-

m) Distinctio in septem narrationes non à Nilo est, sed à Possino.

n) A. 1639. Ejusdem narrationis jam ante Possinum interpretationem sed minus præclaram minusque ut ex *Metaphraste* integram ediderant *Aloysius Lipomannus*, et *Laur. Surius* ad 14. Januar. Ab eo tempore emendatius post Possinum è Codice Mazarini-

2011 Ministerio de Cultura

Typographum Regium in 4. Addidit ejusdem Nili *laudationem in Albianum* o) græcè & latine. De hac historia Menologium Græcorum 12. Novembris. Καὶ ἐπεὶ ὁ μακάριος Νεῖλος τὸ ὄρος μετὰ τοῦ υἱοῦ καταληφθὲν συνῆν τοῖς πατράσιν, βάρβαροί τινες ἐξαίφνης ἐπελθόντες ὡς θῆρες τὸν υἱὸν Θεόδουλον σὺν ἄλλοις πολλοῖς αἰχμάλωτον ἔλαβον, ὃν ὡς αἰχμάλωτον θρηνεῖ πολέον ἢ καθήκοντος, καθὼς ἐν τῷ παρ' αὐτὸν συντεθέντι συγγράμματι ἐμφέρεται. *Hinc cum Beatus Nilus occupato monte cum filio Sanctorum Patrum consuetudine frueretur, quidam ferarum instar repente irruentes Barbari ejus filium Theodulum cum multis aliis captivum abduxerunt; cujus casum lamentatur Pater, plusquam deceret talem virum, quemadmodum in Commentario hac de re scripto cernere est.* Nicephorus Callistus dicto loco: p) Μεθ' ὧν καὶ τὸ ἐν τῷ Σινάιῳ ὄρει τῶν θείων πατέρων μαρτύριον ἀναγράφεται ὅτω λαμπρῶς τε ἅμα καὶ περιπαθῶς, ὡς ἱκανὸν εἶναι ἐντεῦθεν θηρᾶσαι, οἵῳ καὶ κατ' ἄμφω γέγονεν ὁ ἀνὴρ ἔν τε λόγων καὶ ἀρετῆς περιουσίᾳ, ἐκεῖ δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν καὶ τὰς παῖδας μετρίως διέξεισιν ἐκτραγῳδῶν λίαν περιπαθῶς τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν, βαρβάρων καταδραμόντων, οἱ Βλέμμυες ἐκάλεσαν, καὶ φόνου δὴ ἐλάχιστον δεδρακότων, ὃ καὶ ἡδυσμά τι πνευματικὸν τοῖς φιλομαθέσι καταλέλειπεν. *Scripsit quoque Divinorum Patrum in monte Sina obitum & martyrium, facundia & effatu* q) *tanto, ut satis inde colligere liceat, quam eximia doctrina juxta & virtute Vir is fuerit, ubi etiam suas & filiorum res paucis commemorat miserabiliter, veluti in Tragœdia, captivitatem etiam deplorans, cum barbari Blemmyes excursione sua cædem ingentem fecere: qvod opusculum tanquam spirituale quoddam oblectamentum studiosis reliquit.* Cum græce legeretur διηγήματα, occasionem arripuit eruditissimus Possinus distinguendi librum

zariniano Græce & Latine edidit *Franciscus Combefisius* in lectis triumphis Martyrum Paris. 1660. 4. Latine Jo. Bollandus quoque (non Græce & Latine, ut Labbeus affirmat T. 2. de Scriptoribus Eccles. p. 125. & ex Labbeo infra noster) ad diem 14. Januar. Tom. 1. p. 954. seq. narrationem illam qualem Surius dederat, collatam cum MS. Vaticano cum brevibus notis suis A. 1643. edidit, distinctam in capita 15. sectiones 62. addè quæ idem p. 1113. seq. ubi ex Possiniana quam elegantem & pleniorem fatetur, nonnulla supplet. *Gallice* vertit *Nicolaus Sudorius* (le Sueur.) Varias lectiones è quatuor Græcis MSS. Codicibus Vaticano, Barberino, Altempsiano (qui cum Sfortiano comparatus) & Palatino translato in Bibl. Vaticanam ex marginibus Codicis Barberini descriptas ad calcem Epistolarum Nili edidit *Allatius* Rom. 1668. fol.

o) In MS. Barberino, cujus Varias Lectiones etiam in hac laudatione obvias Allatius loco jam memorato udidit, dicitur *Albianes Monachus Eremita*. Monachum Nitriensem fuisse constat.

p) Lib. 14. c. 54.

q) *affectu*.

2011 Ministerio de Cultura

librum in ſeptem narrationes, cum hoc arbitraretur aliquo Lectoris commodo, nullo Auctoris aut operis detrimento fieri poſſe.

De ea, quæ apud Lipomanum edita eſt, interpretatione, illud eſt præſtantiſſimi Petri Poſſini interpretationis ſuæ arbitrium; *Hoc unum modo initio receperam: bocque illi, quo magno merito nihil non apud me poſſunt, mecum duntaxat egerant: ut veterem, quæ pridem à Lipomano eſt edita, hujus opuſculi interpretationem recenſerem, & cum Græco compararem. Sed cum aliquot jam paginis paſſim interpolatam, ac recantatam à me illam interpretationem amicis in ſpecimen obtuliſſem, quod ſcribenti prius mihi, hoc legentibus idem ipſis viſum fuiſſet: me, ſi pergerem ut cœperam, exhauriendis illis laboris illiberaliſſimi faſtidiis, magno meo tædio nullam tamen alienam gratiam relaturum. Et certe, ut quam omittere non poſſum, celerrime ſaltem, quod verecundiæ unum ſupereſt, tranſigam reprehenſionem laboris alieni, id quam breviter, tam vere licet affirmare, nullum omnino labis, flagitiive genus, quod in eo genere caveri debeat, in iſta eſſe verſionis perverſiſſimæ deproperatione prætermiſſum. Nam & obſcurata paſſim eſt Auctoris ſententia, & non raro ad libidinem interpretis ficta, & detorta. Jam omnibus fere paginis miſerrimum in modum per ſummam licentiam lacerata fœdiſſime, mutilataque oratio ſcriptoris, tum à capite ad calcem nullo non loco ita cooperta contaminataque maculis barbaræ cujusdem infantiæ, ut opus veterum judiciis arce dignum, rus hodie merum, ruſticeque inficetius videatur. Quæ ſi quis à me dicta criminoſius exiſtimet, non ego tamen apud eum perdam aquam prolixa approbatione cauſæ meæ, certis unaquaque de re teſtimoniis proferendis. Sed ſi tanti putet rem totam cognoſcere, & Latina illa veteris interpretis cum Græco Auctoris conferre, ut ad alia conniveat, næ is tamen, ſi quam habet æquitatem, cum non tantum commata, aut comprehenſiones totas, ſed paginas, atque adeo tractationes integras conſcio ſilentio præteritas toto paſſim in opere perſpiciet, & illum quisquis eſt, interpretem ſcripſiſſe feſtinanter, & non calumnioſe me accuſaſſe judicabit. Atque hinc ſatis intelligis, Lector optime, quam non leviter, aut cupide conſilium interpretationis ordiendæ novæ, ſed neceſſario ſuſceperim.* Hæc cum animadvertiſſet neſcio quis in calce Codicis editi Barberini appinxit: *Tres iſti manuſcripti Codices ita concordant, ut ex uno exemplari quaſi deſcripti eſſe videantur omnes, alioquin ab edito longe diſcrepantes: multa enim mutant, nonnulla addunt, plurima recidunt, in quibus Simeonis Metaphraſtæ manum facile agnoſces, qui ſcripta ejusmodi de Virorum Sanctorum rebus geſtis antiqua & ſatis longa interpolare, atque mutare amavit. Porro iſtam ejus editionem, quam Codices illi repre-*

ſen-

2011 Ministerio de Cultura

ſentant, ſecuta eſt vetus Interpretatio Latina à Lipomanno primum evulgata, quam Pater Poſſinus in Præfatione ita exagitat, mitius fortaſſe facturus, ſi diſcrepantias, atque etiam errores non ab Interprete, ſed à Simeone Metaphraſte interpolatore proficiſci, uti factum oportuit, animadvertiſſet. Hæc in Poſſinum, Lipomani editionem, & Simeonis Metaphraſtæ nomen per ora hominum magnifice incedens traduntur. Sed condonandum eſt viro, qui quantum valeat Poſſini judicium, & Metaphraſtæ dignitas in rebus Eccleſiaſticis promovendis ex publicarum privatarumque rerum adminiſtratione, peritiaque plena, & an albus vel ater fuerit, ignorat. Quis enim, niſi nugas ſomniare voluerit, aliisq; garrire tentaverit, Simeonem Metaphraſtem nobili equeſtrique genere natum, miniſtrum inter primarios militiæ Conſtantinopolitanæ, ab Epiſtolis & Secretis Imperatoris, oratione ſoluta & vincta non absque eloquentia, & dexteritate præcipuum, jactabit: errores & diſcrepantias à tali tantoque viro profectas fuiſſe, & vitas antiquorum Sanctorum interpolaſſe contendenti, & tantum nomen lædenti, veniam concedet, ſed non proſperandam? Sed parum peritis uſu, & de facili pronunciantibus omnia non invitis manibus danda ſunt.

Dicimus ergo, & firmiter aſſeveramus, Metaphraſten nullo modo vitas Sanctorum interpolaſſe, ſic, ut multa immutaverit, plurima addiderit, alia reciderit. Sed immutavit cautior factus, quæ aliorum ſcriptorum monumentis alio prorſus modo ſe habuiſſe, & contra jus fasque fuiſſe dignovit. Addidit ab aliis edoctus digna ſcitu, præterita tamen ab antiquis vitarum ſcriptoribus. Recidit aliorum ſcriptis relata, ſed nimia, ſed ſupervacanea, ſed fabuloſa, ſed ridicula, & perverſorum hominum malitia ſuperinducta. Et hoc, mi Vir, interpolare vitas Sanctorum eſt? Et hoc ne erit, vitas locis quibusdam immutaſſe, intercidiſſe, illisque addidiſſe? Metaphraſtes vitas rectè ſapienterque dictatas, intactas reliquit, ex aliorum ſtudiis ac laboribus nullam ſibi famam emendicans, ſed à capite ad calcem rerum geſtarum, uti geſtæ ſunt, expoſitionem, proprio ſtylo genereque dicendi ita expediit, ut nullis aliorum ſcriptorum periodis, addo formulis & notis, uſum fuiſſe ab arte oratoria inſtructus dignoſcere poſſit. Ita eſt. Proſtant Sanctorum antiquorum vitæ ab aliis ante Metaphraſten publicatæ, quæ poſtmodum ab eodem facultate dicendi ſingulari in meliorem atque accuratiorem tenorem editæ ſunt, quales multas in mea de Simeonibus Diatriba luculenter deſignavi. Sume in manus,

2011 Ministerio de Cultura

nus, attentius lectita, æque beneque judica, tum demum ſententiam profer. Planus fueris, ſi Metaphraſten virorum Sanctorum res geſtas antiquas, & ſatis longas interpolaſſe, atque immutaſſe enunciaveris, & doctiſſimi Poſſini de hac hiſtoria Nili latine apud Lipomanum rectum non eſſe, intelligens, prudensq; judicium, aut injuria illam vexaſſe. Cui ſiquidem notum non eſt, in exſcribendis antiquorum voluminibus exſcriptorum incuriam, neq; in doctrina neque in eruditione excellentiam, & ſi Codices, quibus innitebantur, depravati diſtortis literis, ſive ambiguis confuſi, verba ſimilitudine ſyllabarum vitioſa, multa etiam vel malignitate addita, vel ſpatio temporis fugientia, intruſiſſe? Iniquum eſt ſimilia Metaphraſtæ attribuere. Et ne nimius ſim, vide quæ de Metaphraſte in dictando, atque verbis ſtruendis ſtudio, appoſite in Elogio ipſuis conſtruit Pſellus, Diatriba noſtra de Simeonibus, & eorum ſcriptis, in qua multa de hac eadem re ex aliis, atque aliis Auctoribus collegimus. Et ne nos ſimilia noſtra imaginatione agitare belluli ac feſtivi ſaperdæ ſuſpicentur, habeto tibi, Lector, quæ pro eodem Metaphraſte Lipomanus ſcriptis memoriæ prodidit. *De Metaphraſte autem communis priſcorum virorum Eccleſiæ Orientalis ſententia, vitas Sanctorum ex diverſis Auctorum libris eum in unum volumen redegiſſe, & quæ alicujus viri erant inſcriptæ, ſub hoc titulo reliquiſſe; quæ vero ab aliis deſcriptæ erant, rudi tamen, & inſulſo ſtylo, eas ipſum multis laboribus, & ſudoribus exornaſſe, & eruditione ſua expoſuiſſe, prout Theodorus Balſamon, & Pſellus: ideoque & Metaphraſtæ nomen fuiſſe adeptum, μεταφράζειν enim Græce, Latine eſt, ſcripturam aliquam dilucidioribus verbis, ſenſu tamen & materia retentis interpretari. Quæ autem à nemine adhuc ſcriptæ fuerant, ſed quaſi per manum, & traditionem à Patribus acceptæ, & pro veris habitæ, has ipſe eleganti & condito ſtylo deſcripſit, & legendas Eccleſiæ propoſuit, tantaque auctoritate liber hic in lucem prodiit, ut apud Orientalem Eccleſiam, qui Sanctorum vitas præter unum Simeonem Metaphraſtem ſcripſerit, nec quæratur, nec reperiatur. Quin imo in ſuis Menæis, & ſacris Sanctorum, vitas recitat, non alias quam ex iſtis deſumptas legit, adeo pro certis, veris, & authenticis, ab omnibus, & omnium auctoritate confirmatis. Imo nec Eccleſiæ Græcæ Preces, Orationesque Metaphraſtæ, poſt Baſilii & Chryſoſtomi ſupplicationes ſtatim locaſſet, ſi recentis temporis auctor is eſſet. Nec à Balſamone allegaretur, qui ultra 400. annos floruit, & Pſello, qui ultra quingentos. Denique nec in Concilio Florentino ad confirmandum dogma fidei inter Doctores Eccleſiæ citaretur. Hæc fuerant reliqua, quæ de hoc Viro notanda erant.* Et in Præfatione Tomi V. *Illud quidem primum*

2011 Ministerio de Cultura

mum est, omnes has Vitas de Græco in Latinum nostro hortatu, nostrisque suppetiis à Gentiano Herveto, Gallo, Viro docto recens fuisse translatas, easque nunc primum Occidentalem Ecclesiam suscipere, quæ quali quantoque thesauro huc usque; ob earum ignorationem privata fuerit, postquam totum volumen percurreris, tu ipse judex optimus esse poteris.

Et hoc quidem Lipomanus, si priora atteris oculatus à fronte simul, & occipitio, si posteriora quinti Tomi, plus cimicem sanguinis, ut ita dicam, quam illum rationis habuisse dices. Quid enim insultius fieri potuit, quam Vitas Sanctorum universas, quæ nullum Auctorem titulo præferebant, nulla ad liquidum explorata veritate, Simeoni Metaphrastæ appingere? Unde postmodum tot famæ vulnera, & notas innoxio homini, & ab omni culpa remotissimo, pravissimi, & pessime diffamati hæretici, & fabulas fabulosorum mangones concriminati sunt? De quibus nos alibi fusius. Nunc tantum illis addam de illius ætate, quod Nicephorus Gregoras in Vita sanctæ Theophanonis Leonis filii Basilii Macedonis Imperatoris Constantinopolitani uxoris; de studiis restitutis ab eodem Leone in Urbe Byzantina agens; τόγε μὲν τῶν λόγων κρατῶν, εἴπερ δήπου τῶν ἁπάντων ἄλλως, καὶ τότε μᾶλλον, εἴπερ ἄλλοτέ, τότε, μεγάλην ἔσχε τὴν ἀκμὴν, ἀμφοῖν τοῖν βασιλέοιν μάλα τοι πλείσην δεδωκότων αὐτοῖς τὴν ῥοπὴν, καὶ τιμήν. Καὶ ἦν ὁρᾶν ὁσίων ἀνδρῶν συναλλαγὰς, καὶ σοφῶν ῥητόρων θέατρα, καὶ πᾶσαν λόγων δρετῆς ἐπίδειξιν, ἀθροιζομένων ἀπανταχόθεν πολλῶν, καὶ ποιούντων ἄλλην Σωκρατικήν τε, καὶ Πλατωνικὴν Στοὰν καὶ Ἀκαδημίαν, καὶ Λύκειον τὰ βασίλεια. Διὰ δὴ ταῦτα καὶ πολλὴν τὴν ἐπίδοσιν εἴληφε τότε καὶ ἡ τῆς Θεοῦ ἐκκλησίας εὐπρέπεια. ἐγὰρ μόνον ὁ βασιλεὺς πολλὰς τῶν ἐτησίων ἑορτῶν, καὶ πανηγύρεων οἰκείοις ἐκόσμησε λόγοις, καὶ ᾠδαῖς, ἀλλὰ καὶ πολλὰς τῶν τότε ἐλλογίμων τὰ ὅμοια πράττειν ἐκέλευσεν, ὧν εἷς ἦν, καὶ ὃς τότε ἄλλα μετέφρασε πρὸς τὸ εὐφραδέστερον, καὶ τὰς πολιτικὰς, τῶν τε τῆς ἀρετῆς Ἀσκητῶν, καὶ ἀθλητῶν συνεγράψατο βίους. *Et dictionis quidem Oratoriæ robur, & eodem tempore, si quicquam alias, tum magis ac magis ingentem accessionem fecerat, cum ambo Imperatores maximum illi vigorem honoremque attribuissent. Quare jam obvii cuicunque erant Sanctorum hominum congressus, scientissimorum oratorum theatra, & omnis facultas dicendi singularis, & copia, cum ex locis omnibus plerique accurrerent, & novam Socraticam, atque Platonicam Stoam exhiberent, & Regiam ipsam novam Academiam, & Lyceum, Prytaneumque. Inde vero multo tum augmento tunc invaluit divinæ Ecclesiæ species, & nitor. Neque enim tantummodo Imperator plerosque in annos singulos dies festos ac solemnitates propriis orationibus cobo-*

nesta-

2011 Ministerio de Cultura

neſtavit, & Canticis, ſed & multos alios qui tum vitam agebant præſtantes viros ſimilia peragere imperavit : quorum unus erat, qui & alia facundius in aliam dicendi copiam conſcripſit, & quam plurimas virtutis Aſcetarum & Athletarum vitas monumentis commendavit, unde & Metaphraſtæ nomen obtinuit. Eadem ad verbum expreſſit idem Gregoras in vita Michaëlis Syncelli expoſita, quæ facili negotio in manu fuerint eandem vitam percurrenti, ne ſemel ea parum cautus, & alia animo obverſans excidiſſe r) malignus Metaphraſtæ laudum obtrectator, in ſuſpicionem veniat. Et Conſtantinus Meliteniota Orat. 2. de proceſſione Spiritus Sancti. Ἐπεί περ κατ' ὀδὲν λείποντας τῶν λογίων ἀνδρῶν, εἰς συνιδεῖν ἠβούλοντο τούτου τὴν ἔννοιαν, καὶ ἄλλως δὲ καὶν ὠκλαζέ τι πρὸς αὐτὸ τούτοις ὁ λογισμὸς, εἶχον σκέψασθαι πάντως καθ' ἑαυτοὺς καὶ τὸν συγγεγραφάμενον, ὅ τι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πρώτου σχίσματος ὢν, καὶ τὴν ἀντιλογίαν γινώσκων τοῦ δόγματος, ὅκ ἂν ὅτω συνεπίθει, καὶ συνέταττε τὸ τοιοῦτον ῥῆτὸν, εἰ πρὸς τοὺς Λατίνους καὶ αὐτὸς ἐπίσης τοῖς πολλοῖς διεφέρετο. *Cum non multum longe ab eruditis Viris abirent, ſi modo illius ſententiam capere vellent. Et alia quoq; ratione licet cogitatio ipſorum circa hoc vel minimum claudicaret, poterunt in ſe Scriptorem conſiderare, qui cum in ipſo primo Schismatis exortu viveret, & dogmatis contradictionem calleret, nunquam hoc modo concinnaſſet, vel dictum compoſuiſſet, ſi cum Latinis & ipſe æque atque alii ſimultates exercebat.* Et hic vitæ Dionyſii Areopagitæ ſcriptor per eundem Auctorem Meliteniotam eſt Simeon Metaphraſtes. Audi. Καὶ ὁ τὰς τῶν ἁγίων δὲ πολιτείας, καὶ τὰς αὐτῶν ἀθλήσεις ἀφηγησάμενος μεταφραστικῶς, εἰς τὸ τοῦ Ἀρεοπαγίτου μαρτύριον, Διονυσίου φημὶ τοῦ τῶν ἀπορρήτων ἐκφάντορος. *Et qui vitas & res geſtas Sanctorum, eorumque certamina variato ſtylo enarravit, in Dionyſii Areopagitæ martyrio, dico ſecretorum revelatoris.* Collige longe procul ab omni dubio. Metaphraſtes eo tempore vigebat, cum primum Schisma inter Græcos & Latinos de proceſſione Spiritus Sancti ex ſolo Patre, emergens Græcorum cum Latinis arctiſſimam neceſſitudinem perturbavit, adeo ut de eadem proceſſione ex ſolo Patre Leo ipſe Imperator, de ſchola Photii homo, in gratiam ſui Photii ſtylum exercuerit. Et ætatem Metaphraſtæ anxie, & amplius quærimus, & eum recentiſſimum, & Ludi Magiſtrum, & Fabularum anilium concinnatorem verbis clariſſimis perhibebimus ?

Nos, ait Salmaſius, διήγησιν *illam* (nempe de cæde Seniorum Patrum) in Præfatione ad Lectorem ad Opuſcula Nili de primatu Papæ,

r) Conſtructio verborum hiulca, nec ſatis apte quadrans : Senſus tamen utcunque patet.

2011 Ministerio de Cultura

Papæ, *Latinam factam brevi, si Deus dederit, edituri* s) *sumus. De Albiano*, quem laudibus prosequitur Nilus, suspicionem Possini, lege apud ipsum: sive etiam legas *Albianum*, sive *Albinum*, sive *Albanum*, parum refert.

Historia de interemptis in Sina monte Monachis legebatur manuscripta in Bibliotheca Sirletana Cod. 39. MS. & nunc legitur in Vaticanis Codd. 117. 118. 1790. 1806. & Palatino 351. *Bollandus* ad diem 24. Januarii Sanctorum Martyrum in monte Sina à Barbaris occisorum certamen refert à S. Nilo conscriptum Græce, t) & à se, vel alioquopiam innominato Latine redditum, & brevibus pro more Notis illustratum.

Ejusdem Sancti Nili *Epistolas* 355. ex Bibliotheca Medicea idem *Petrus Possinus* eruit, & Latine versas Græce & Latine publicavit cum Notis, nuncupavitque Eminentissimo Principi Francisco Barberino; & Didymi fragmentum addidit contra Manichæos, & Simeonis Abbatis Sancti Mamantis in Xerocerco Dissertationem, de Altercationibus animi & corporis Græce & Latine à se versa. Parisiis ex Typographia Regia 1657. in 4. De his Epistolis, deque eorum Interprete Possino suspicor intelligendum esse Labbæum, u) cum scribit; *Nili Archiepiscopi Constantinopolitani multæ habentur in Codd. MSS. quas audio typis parari ab erudito Interprete.* Ipse vero rem indignissimam facerem, si conatu tanti x) Principis fœcundam quæsturam subsecutam, ventis abripiendam non invitis manibus concesserim. Princeps is magnarum artium disciplinis instructissimus, tantorum Patrum aliorumque antiquissimorum Commentarios, sive illi Græca sive Latina copia dicendi emineant, non semel atque iterum, sed sæpius, dum per publica & Ecclesiastica negotia licet, maturo judicio, ac considerate præ manibus tenere, ac lectitare gaudet: indeque factus instructior, mores & consuetudines moderatur, antiquitatem Ecclesiasticam reparat, de fide opiniones examinat, & quæ novi Reformatores inter incautos disseminant, oculatus ad omnia discidit. Inter tot alios Patres, eosque sanctissimos unus is Nilus, quem sæpe numero

s) Nunquam equidem à Salmasio hoc factum est.

t) Hæc ex Labbei T. 2. de Script. Eccles. p. 125. Allatius. Cæterum latine tantum non etiam Græce illam narrationem editam à Bollando jam supra notavi.

u) Bibl. nova MSS. p. 101. Idem p. 89. *Nili P. CP. Sancti Johannis Chrysostomi discipuli multa latent opuscula in Parisiensibus aliisque Bibliothecis, quæ ut audio, parantur publicæ utilitati ab erudito interprete.*

x) Francisci Barberini,

2011 Ministerio de Cultura

per mentem verſaverat, dignus viſus eſt, qui ad compeſcenda hæreticorum ora, maleque ſanorum hominum vitam peſſime tornatam incudi reddendam non ſine ſucco Attico, & eloquentia ſingulari, typis Græce & Latine mandaretur. Idque ut commodius fieret, elegit Virum Clariſſimum *Lucam Holſtenium*, tum Bibliothecæ Vaticanæ Præfectum, & me licet Holſtenianæ virtuti imparem, tanti laboris comitem, ut ſimili opella ad templum honoris induceret, impertitur. Sententia pronunciata, ſortito Holſtenius ejus Opuſcula reliqua, ego Epiſtolas capio. Studia Holſtenii exceſſus è vita y) fatalis diſrumpit, nec vita ſuperſtes propagavit. Cum non omnes in uno Codice Epiſtolæ ſed in pluribus vage diſperſæ haberentur, collatis, ut potui, Romanis voluminibus, faſcem in unum, obviam factas coëgi, adnotatis earum variis Lectionibus in Studioſorum gratiam, quas mihi alii atque alii Codices obtulerunt. Tum me in earum dedi verſionem, cujus nunc utcunque factæ, idem munificus in publica commoda Princeps editionem demandat. z) Et res hæc per judicium enunciata videtur ab eruditiſſimo Franciſco Combefis in recenſitis Auctoribus Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ, in Nilo: *Epiſtolæ Nili dari potuerant à Doctiſſimo Viro Leone Allatio, ſi factum ſatis eſſet votis Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini, mihi ipſi ad prælum offerentis, cum eum Regia Lutetia hoſpitem haberet: quippe longè plures, excepta viri opera, Græcarum rerum indagine & peritia noſtro ævo facile principis.*

Antequam ad alia progrediar, illud oblivioni dare conſentaneum nullo modo mihi videtur, quod præſtantiſſimus Vir, & in ſcriptis antiquorum evolvendis ſagaciſſimus Emericus Bigotius ſæpe admonuit, Epiſtolam S. Nili ad Xenonem Memorialium à Poſſino editam editione Pariſienſi num 260. extractam fuiſſe ex S. Baſilii expoſitione in Pſalm. 32. Ea in meis eſt l. 1. ep. 36. & incipit: Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην, καὶ κρίσιν. Examinavi diligenter, & rem meram eſſe comperi. Sententia eadem eſt, verba quoque ut plurimum eadem. Nilus tamen noſter plerisque immutatis & additis fecit

y) Obiit vir longe doctiſſimus Romæ 4. Non. Febr. A. C. 1661. ætatis 65. nec quicquam ex promiſſis Nili ſcriptis in lucem edidit.

z) Epiſtolæ Nili Rom. 1668. fol. cum Allatii verſione editæ & in quatuor diſtributæ ſunt libros, quorum primus 333. ſecundus tertiusque ſinguli totidem, quartus 62. continent. Ex his duæ poſtremæ ad Olympiodorum Eparchum & Heliodorum Silentiarium laudantur in Syndo ſecunda Nicena Actione 4 quas Suareſius Allatio indicaverat. Habes itaque Epiſtolas Nili 1061. licet nonnullæ ſingulæ in plures diſtractæ videntur, quemadmodum l. 1. 63. ſeq. ut omittam exempla allata à Svareſio p. 634.

2011 Ministerio de Cultura

fecit ſuam. Quod in Patribus novum non eſt. Semper etenim in ea Eccleſia recentiores Patres, antiquiores uti venerabundos,* & auguſtiora capita aſſiduo die noctuque percurrentes, quidquid ad mores inſtituendos, & ſacra elogia patefacienda opportunum, & obviam cupiditati irrepſiſſet, adnotabant in ſcedis, tum demum fortuna oblata, ſtudia ſeſe exercitantium promoventes aliis quoque communicabant. Quod Nilum feciſſe non in hac epiſtola tantum, ſed in aliis permultis, quæ curioſioribus conſtabant, a) veriſimile eſt. Ut vero modum diſcas, & poſſis imitando conſectari, poſt lectam Nili epiſtolam habeto tibi Baſilii ipſius** verba, & cum Nilanis compara: Ἀγαπᾷ ὁ θεὸς ἐλεημοσύνην, καὶ κρίσιν, διονεὶ πάρεδρον ἑαυτῷ τὴν ἐλεημοσύνην ποιούμενος, καὶ προβληθεῖσαν τῷ βασιλικῷ τῆς κρίσεως θρόνῳ ὅτω προάγει εἰς κρίσιν ἕκαστον. Ἐὰν ἀνομίας προλάβῃς κύριε, Κύριε τίς ὑποστήσεται; Οὔτε ἡ ἐλεημοσύνη ἄκριτος, ὅτε ἡ κρίσις ἀνελέημων, πρὸ τῆς κρίσεως οὖν ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην, καὶ μετὰ τὴν ἐλεημοσύνην ἔρχεται ἐπὶ τὴν κρίσιν, ταῦτα δὲ ἀλλήλοις συνέζευκται, ὁ ἔλεος μετὰ τῆς κρίσεως, ἵνα μήτε ὁ ἔλεος μόνος χαυνότητα ἐμποιήσῃ, μήτε μόνη ἡ κρίσις ἀπόγνωσιν ἐνεργάσηται, βάλλεταί σε ἐλέησαι, καὶ τῶν ἑαυτοῦ οἰκτιρμῶν μεταδοῦναι ὁ κριτὴς, ἀλλ' ἐὰν ἕυρῃ σε μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ταπεινὸν, συντετριμμένον, πολλὰ μετακλάυσαντα ἐπὶ τοῖς πονηροῖς ἔργοις, τὰ γενόμενα κρυφῇ ἀνεπαισχύντως δημοσιεύσαντα, δεηθέντα ἀδελφῶν συγκαμεῖν σοι πρὸς πολυπλασίασιν, ὅλον ἐλεεινόν σε γενόμενον ἐὰν ἴδῃ, ἄφθονόν σοι τὸν ἑαυτοῦ ἐλεημοσύνην ἐπιχορηγεῖ. Ἐὰν δὲ καρδίαν ἀμετανόητον, φρόνημα ὑπερήφανον, ἀπιστίαν δ' ἀιῶνος τοῦ μέλλοντος, ἀφοβίαν τῆς κρίσεως, τότε ἀγαπᾷ σὲ ἐπὶ σοι πολὺ κρίσιν. ὡς γὰρ ἰατρὸς ἐμμελὴς,

* Forte *venerandos*, vel *venerabundi*.

a) Forte *conſtabunt*. Cæterum operæ pretium eſt hoc loco adſcribere obſervationem integram præſtantiſſimi Cotelerii, in notis ad Patres Apoſtolicos T. 1. p. 509. edit. Amſtelod. *Ex recognitionibus Clementis lib. 2. c. 20. obſervavi deſumtam fuiſſe Epiſtolam Nili ad Aſclepium Grammaticum, Poſſiniana editionis* 323. *Allatiana* 24. *lib. 3. Pari modo Epiſtolam ad Xenonem acceptam fuiſſe à Baſilio, edocti ſumus per Emericum Bigotium, eximiæ eruditionis hominem. Sed & (ut pauca de multis dicam) Nili Epiſtola* 32. *lib. 1. eſt ſententia Gregorii Naz. Orat. 21. p.* 382. *A at* 234 *Epiſt. ejusdem libri expreſſa eſt ex Irenæi lib. 1. c. 1. p.* 19, 21. *apud Epiphanium hæreſ.* 31 *n.* 16. 17. *Epiſtolam vero* 247. *ad verbum leges in eodem Irenæi capite p.* 33 *B. Epiphan. n.* 24. *Jam libri* 3. *Epiſtola* 6. *formata fuit ex Baſilii loco quem in hiſce notis protuli. Atque Epiſtola ad Chionium verba habet Baſilii ejusdem* 13 *homilia exhortatoria ad baptiſmum, in fine. Nili certe non paucæ Epiſtolæ excerpta magis ſunt quam Epiſtolæ, forſan non ſine fraude, aut ſaltem errore Græculorum Conferas etiam velim illam* 190. *libri* 2. *cum §. ult. Epiſtolæ* 8. *Dionyſii Pſeudo Areopagitæ de Carpo.* Vide ſis & Svareſium ad S. Nili opuſcula p 633. ſeq.

** Baſilius in Pſal. 32. T. 1 p. 201. ſeq. edit. Grecolat. Pariſ. 1618 fol.

2011 Ministerio de Cultura

καὶ φιλάθρωπα κατευτλήμασι πρότερον καὶ σωφρονίσμασιν ἀπαλοῖς περᾶ) κακασκέλαι τὸ ὄιδημα, ἐπαὶ δὲ ἴδῃ ἀνενδότως, καὶ σκληρῶς ἀντιτυπῶντα τὸν ὄγκον, ῥίψας τὸν ἔλεον, καὶ τὴν μαλακὴν ἀγωγὴν, αἱρεῖται λοιπὸν τὴν τοῦ σιδήρου χρῆσιν. Ἀγαπᾷ οὖν ἐλεημοσύνην ἐπὶ τῶν μετανοούντων, ἀγαπᾷ δὲ καὶ κέλσιν ἐπὶ τῶν ἀνενδότων. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Ἡσαΐας b) λέγει τῷ θεῷ ὅτι ἡ ἐλεημοσύνη σου εἰς ϛαθμόν. Καὶ γὰρ κάκεῖνος τὴν μετὰ κέλσεως ἐλεημοσύνην παρίσησι ζυγῷ καὶ ϛαθμῷ κρίνει τὴν ἑκάστου ἀξίαν ἀντιμετροῦντος. Hoc etiam antiquiſſimis Scriptoribus [& ante Chriſtum natis in more fuiſſe poſitum, ex Clemente Alexandrino, & aliis ſatis fuſe probavi in Tractatu c) meo de conſcribendis epiſtolis. Quare hic plura dicere ſuperſedeo.

Ejusdem extant *expoſitiones in Canticum Canticorum*, una cum Nyſſeni Gregorii, Maximi Commentariis, Carminibus politicis Michaëlis Pſelli Græce & Latine eodem *Zino* d) interprete, Tomo II. Auctarii Bibliothecæ Veterum Patrum Græco-Latini Anno 1624. & To. XIII. e) Morellianæ editionis. In Bibliothecæ Scoriacenſis Indice, opera & ſtudio Alexandri Barvarii f) facto extat *Catena in Cantica Canticorum, & in eam Enarrationes Theodoreti præſertim, Gregorii Nyſſeni, Nili, Euſebii, Maximi, & Pſelli verſibus politicis.* Labbæus g) 177. Idem pag. 274. *Enarrationes in Cantica Canticorum, Nili* in Bibliotheca Regia Cod. 278. Idem pag. 306. *Nili nonnulla Opuſcula. Enchiridion Chriſtianum cum Interpretatione*, in Codice Regio 2218.

Joſias Simlerus in Epitome Gesneriana ſcribit, Nilum Epiſcopum Conſtantinopolitanum librum ſcripſiſſe h) *adverſus Græca ſuperſtitionis ſectatores.* Notan-

b) Eſ. XXVIII. 17.
c) Hic Allatii liber, quantum mihi conſtat, non vidit lucem.
d) Prodierat expoſitio illa in Canticum Canticorum latine ex verſione *Petri Franciſci Zini*, Canonici Veronenſis, Venet. 1574. 4. Græca primus in lucem è MSS. Pariſ. A. 1624. protulit Fronto Ducæus.
e) Pariſ 1654. p. 681.
f) Leg *Barvoëtii.*
g) Bibl. nova MSS.
h) Habuit hoc Simlerus à Nicephoro, qui præſtantiſſimum illud è ſcriptis Nili fuiſſe teſtatur lib. XIV. cap. 54. una cum altero ad Eulogium. Ἄριστοι δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεροι λόγοι πεπόνηνται, πνευματικῆς ὄντως ἀμοιροι χάριτος· ὧν οἶμαι πάντων τὰ πρῶτα φέρεσθαι, ὃν πρὸς Ἕλληνας ἐπιγράφει, καὶ τὰ πρὸς Εὐλόγιον. Liber Aſceticus ad Eulogium Monachum duplex exſtat, & Græce ac Latine editus eſt à Joſepho Maria Svareſio inter alia Nili opuſcula Rom. 1673. fol. Sed λόγος πρὸς ἕλληνας, quod dolendum, intercidit.

2011 Ministerio de Cultura

Notanturque alibi *Sententiæ Morales ex Græco in Latinum versæ à Bilibaldo Pircheimero.* Argentiæ 1416. i)

Et tandem Labbæus pag. 382. ubi agit de scriptis Nicolai Cabasilæ, Nili ex Præfecto Constantinopolitano Monachi *Enchiridion Pœnitentiale.* Incipit; Ὁ ἐκουσίως φονεύσας ἔχει ἐπιτίμιον. Desinit: παρεμπίπτουσι πλημμελήματα. *Horologium Monasticum.* Incipit; Ἐὰν παιδείας οἱ ἅγιοι γεγόνασι. Desinit: ἀλλὰ καὶ λίαν ἐνοχλεῖσθαι. *Instructio Monastica* hoc principio exorta; ποῦ τὰς μὴ εἰδότας. Desinit; κἂν ὕμνοις καὶ αὐτοῖς ἀναγκαῖοί εἰσι. Et pag. 101. Capitulis 53. in Cod. Regio 1788 Est edita inter k) Epistolas.

Sed longe longeque plurima, & permulto etiam clariora supersunt edenda hujus sanctissimi viri opuscula, quæ faxit Deus, ut tandem aliquorum studio & diligentia in lucem veniant, quæ hac subjecta notione testata in omne tempus venient.

Duas, quas postremas vidimus epistolas ad Heliodorum, & Olympiodorum, in septima Synodo Generali Act. 4. uti Nili germanus partus scripto redditæ sunt, ad eorum errorem reprimendum, qui asserebant, Nilum contra Imagines scripsisse. Et postremam ad Olympiodorum, ab eisdem depravatam fuisse corroboratur. Ipsi enim pro eo quod dixit Nilus: *Hinc & inde pinge*, DEALBA posuerunt. Et ex duabus convincitur. Ecce ostensum est liquido, quia ipse Sanctus, & egregius Pater Nilus sanctas Icones suscipiebat: accusatus autem est à Pseudosynodo illo, quod contra Iconas loquutus fuerit.

Tract. l) Ὅτι διαφέρουσι τοῖς ἐν πόλεσιν ἀσκουμένων οἱ ἐν ἐρήμῳ ἡσυχάζοντες, κἂν πολλοῖς τῶν ἀπείρων τὸ ἐναντίον δοκῇ. *Qui in eremis acquiescunt, multo illis esse præstantiores, qui in civitatibus recoluntur, licet multi inexperti contrarium teneant.* P. τέχνης μὲν ἀπείρως τὰ τεχνητὰ κρίνοντες, ἄπειροι.

Περὶ ἀκτημοσύνης πρὸς Μάγνον Διάκονον Ἀγκύρας. Ita legunt nonnulli Codices. Alii legunt: πρὸς Μάγναν. m) Alii πρὸς Μαγνησίλαν τὴν Διάκονον Ἀγκύρας. Alii, πρώην μὲν πρὸς τὰς ἀμελέστερον μετιόντας τὸν μοναδικὸν

i) Leg. 1516 Dixi de hac editione supra p. 23.

k) Incipit: ἐὰν μηδείς σε διώκῃ τύραννος inter Possinianas Epist. 41. & inter Allatianas lib. 3. Epist. 71 confer Svaresium ad Nili opuscula p. 628. seq. usque ad pag. 633. singula capita ex illis 53. per Possini & Allatii collectiones dispersa indicantem.

l) Editus hic est à Svaresio inter S. Nili opera Græce & Latine p. 377-407. Rom. 1673. fol. atque inde latine in Bibl. Patrum Lugdunensi Tomo 27. p. 240.

m) Sic Svaresius (qui Græce & Latine hoc scriptum edidit p 233-320) *ad Magnam Ancyræ Diaconissam.* Latine legitur T. 27. Bibl. Patrum Lugd. p 212. Initio hujus libri aliud suum asceticum ad Monachos scriptum Nilus memorat: πρώην μὲν πρὸς τὰς ἀμελέστερον μετιόντας τὸν μοναδικὸν βίον γράφοντες λόγον.

2011 Ministerio de Cultura

διχὸν βίον. De hac Magna Diacono vide Palladium, in n) Lauſiacis.

Ἀσκητοῦ ὑφήγησις. P. μάθε σὺ ὁ μονάζων καὶ πρὸς ἄνθρωπον.

Λόγος ἀσκητικὸς ο) περὶ τῆς ἐν χριστῷ φιλοσοφίας. P. φιλοσοφεῖν ἐπετήδευσαν μὲν καὶ ἑλλήνων πολλοὶ.

Πρὸς νεωτέρους Μοναχοὺς διδασκαλία. P. δεῖ τὸν νέον ἀσκεῖν σὺν μετὰ ἡσυχίαν.

Κεφάλαια διάφορα. P. ἀλλ' ὑμᾶς ὦ μακαριώτατοι μετὰ τῶν ἄλλων.

Πρὸς Εὐλόγιον p) P. οἱ τὸν ἐρῆμον χῶρον τοῖς πόνοις νεμόμενοι.

Πρὸς Ἀγάθιον μονάζοντα q) P. ἔθος ἔχοντί μοι τὰ πολλὰ τὰς ἀκαίρους τῶν ἑλλήνων.

Ἐπιστολὴ ἔχουσα κεφάλαια νγ'. P. Εἰ μηδεὶς διώκει σε τύραννος ἕλλην. Sunt adtextæ ad alias * epiſtolas, quas jam edidi.

Περὶ προσευχῆς. P. τέλος πασῶν ἐντολῶν προσευχή.

Γνῶμαι r) ἐπάγουσαι τῶν φθαρτῶν καὶ προσκολλῶσαι τοῖς ἀφθάρτοις τὸν ἄνθρωπον, κεφάλαια σιέ. P. Ὁδὸς εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγή.

Ἄλλαι.

n) Cap. 135. Confer Svareſium ad Nili opuſcula p. 604. ſeq.

o) In edit. Svareſiana Operum Nili p. 1-84. Græce & Latine occurrit cum laudati *Suareſii* verſione. Idem liber latine ex interpretatione *Zini* ſæpe prodierat, ut ſupra p. 18. 19. dictum eſt. Etiam in Bibl. Patrum edit. Lugd. Tom VII. p 1156. Hic eſt Nili liber *de Chriſtiana Philoſophia* quem ab *Iſidoro Clario* latine verſum deſcripſiſſe ſe narrat Jo. Mabillonius T. 1. muſei Italici p. 171.

p) Ad Eulogium Monachum tractatus Aſceticus duplex Græce & Latine in edit. Operum Nili Svareſiana p. 408-455. latine in Bibl. Patrum Lugd. T. 27. p 246.

q) Ad Agathium Monachum de virtute colenda & vitio fugiendo, ad exemplum *Periſteriæ* clariſſimæ illa ætate matronæ. Gr. Lat. in editione Svareſiana p. 85-231. & latine in Bibl. Patrum Lugd. T. 27. p. 183. De Periſteria illa confer Svareſium p. 596.

* Vide paullo ante notam k.

r) Sententiæ hæ CXXXV. Græce & Latine editæ à Svareſio p 557-575. Edidit & idem Svareſius Allatio non memorata Nili opuſcula, quorum tituli:

Λόγος ἠθικὸς καὶ πολυμερὴς, ἐν ᾧ νουθεσίαι πνευματικαί. p. 321-326. Incipit: πολυμερὴς καὶ πολύτροπος πρόκειται τοῖς πιστοῖς ὁ ἀγών. Latine in Bibl. Patrum Lugd. T. 27. p. 230.

Περὶ διαφόρων λογισμῶν, capita 27. Græce & Lat. edit. Svareſii p. 512-542. incipit: τῶν ἀντικειμένων δαιμόνων. Latine in Bibl. PP. T 27. p. 256.

Κεφάλαια κατ' ἀκολουθίαν, ſimilitudines XXXIII Gr. Lat p. 543-548 Lat. p. 262. incipit: ἕτερός ἐστιν ἕξις χειρίστη ψυχῆς. Alia Nili κεφάλαια metro ἡρωελεγείῳ occurrunt cum ſcholiis Græcis interlinearibus & marginal. ad huc ineditis MSS. in Bibl. Vindob. Cod. Theolog. 289 p. 77-86. Eadem κεφάλαια fuerunt etiam apud V. C. Tho. Galeum, incipiunt:

Ἀνθεμόεις παράδεισος ὁ τῶν ἁγίων χορός ἐστιν
Ὁδμῆς ἡδείης πείρατα πιμπλάμενος.
Πᾶς ἕν ὃς παθέεσσιν &c.

2011 Ministerio de Cultura

Ἄλλαι. P. φόβον ἔχε θεὸ καὶ πόθον.
Κεφάλαια. P. ἐαὶ ἀφελήσεις τινά.
Ἀζητικά. P. Οἱ δ' μετελώτερον ἐπὶ ταῖς ζυμφοραῖς ἀτυχοῦντες.
Κεφάλαια νηπτικά. P. πάντα μὲν ὁρᾷ ὁ θεός.
Περὶ ἐργασίας νοός. P. τὴν δεχὴν τῆς κατὰ θεὸν ὠφελείας ποιεῖσθαι ἔχομεν.

Et alia minutiora, ῥήσεις, καὶ χρήσεις apud varios Auctores, quas colligere poteris ex *rebus ſacris* s) Leontii, & Johannis Presbyterorum, ex Anaſtaſio Sinaita, ex variis Quæſtionibus, ex Meliſſa.

Locorum ſacræ Scripturæ interpretationes varias ex Catenis t) in Exaëmeron, in Deuteronomium, in Jobum, in Pſalmos, in Canticа Canticorum apud Procopium, in Evangelium, & Lucam, & potiſſimum in ea, quæ eſt contexta à Macario Chryſocephalo Epiſcopo Philadelphiæ, & Niceta Diacono Magnæ Eccleſiæ.

Præterea plura ejusdem legas in Johannis Climaci Scala, in Ecloga Patrum περὶ νήψεως καὶ προσοχῆς u) inter alios memoratur etiam Nilus ex Epiſtolis, in dubiis & ſolutionibus de variis Theologicis quæſtionibus ex ſanctis Patribus. In Eclogis Parallelis Johannis Damaſcani, addit Labbæus pag. 283. *Cum dicta Patrum laudantur, etiam ſententiæ Nili ſuum locum habent.* Et Bonaventura Vulcanius ad Lectorem in Nili Theſſalonicenſis Tractatum de primatu Papæ: *In Catalogo Bibliothecæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, citantur Nili Monachi* x) *Orationes decem contra Mahomed.*

In

Πνευματικὴ γνῶμαι κέ καὶ ἀλφάβητον. Incip. ἄτοπόν ἐϛι καὶ διώκοντα τὰς τιμὰς, φεύγειν τὸς πόνους. Gr. Lat. p. 548-551. Lat. p. 263.
Ἑτεραι γνῶμαι κϛ'. Incip. ἀρχὴ ἀγάπης ὑπόληψις δόξης. Gr. Lat. p. 252. 253. Lat. p. 263. Confer quæ ex Codice Barberino addidit Svareſius p. 625.
Λόγος εἰς τὸ ῥητὸν (Luc. XXII. 36.) νῦν ὁ ἔχων βαλάντιον κτλ. Incipit: τὸ προκείμενον ῥητόν. Gr. Lat. p. 575-590. Lat. in Tomo 27. Bibl. Patrum Lugd. p. 266.
Omitto narrationem de Pachone p. 355 & ſermonem dogmaticum de SS. Trinitate p. 358-376. quæ itidem Græce & Latine inter Nili opuſcula Svareſius (ex Codd. MSS. autoritate p. 610.) edidit, ſed quæ Evagrio Pontico à Viris doctis tribuuntur.

s) Leontii locos communes Theologicos & Johannis Damaſceni parallela intelligit, Anaſtaſii item Sinaitæ quæſtiones, & locos communes Antonii Meliſſæ.
t) Confer Svareſium ad Nili opuſcula p. 636. ſeq.
u) Προσευχῆς.
x) Has Orationes à juniore quodam Nilo compoſitas eſſe temporis ratio docet, & agnoſcit Allatius infra. A Svareſio, etiam p. p. 697. annotatum eſt, in Bibl. Barberina & Vaticana exſtare ſub Nili nomine MS. Λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας ἀλύσεως τῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν Ἀποϛόλων Πέτρου. Incipit: ὅσοι τῷ τῦ κορυφαίου

2011 Ministerio de Cultura

In Philippi Solitarii Dioptra latinitate donata à Jacobo Pontano, & Ingolstadii impressa, anno 1604. in 4. inter alios Patres adductos locum suum habet & Nilus. Tandem Nilus ipse lib. 3. Epist. 11. ad Polychronium Diaconum refert se, eo efflagitante librum satis amplum περὶ κατανύξεως *de Compunctione* concinnnasse. Non dolebit cordi meo Epistolæ Lectio, si bene prius expurgatus, rebusque mundanis superior factus es. Quare hic eam tibi dabo. Μακαρίζω σε τῆς πρὸς θεὸν φιλίας, καὶ τοῦ ἔρωτος τοῦ ἀφθάρτου, καὶ ἐρασίου, καθότι τοὺς περὶ κατανύξεως ψυχῆς γ) ἀπαιτεῖς ἡμᾶς λόγους. Σημεῖον δέ ὅτι τι τοιοῦτον αἴτημα τῆς ἐν ψυχῇ καθαρότητος, ὁ δὲ ὅτι δυνατὸν μὴ πρότερον ἐκκαθαρθέντα καλῶς καὶ τῶν βιωτικῶν ἁπάντων ἀνώτερον γενόμενον εἰς τοῦτην τῶν λόγων τὴν ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν, καὶ τοῦτο ῥάδιον συνιδεῖν ἐκ τῶν καὶ πρὸς ὀλίγον τούτῳ κατεχομένων τῷ ἔρωτι, οἱ τοσαύτην ἀθρόον δέχονται τὴν μεταβολὴν, ὡς εὐθέως πρὸς ἐρασμὸν μεταστῆναι, καὶ αἰθεροβαθεῖν τῇ μακαρίᾳ γνώμῃ. Ὅθεν προθύμως ἐγὼ δεξάμενος τὸ ἐπίταγμα τῆς σῆς εἰλικρινοῦς ἀγάπης, βιβλίον ὁλόκληρον περὶ κατανύξεως συντάξας ἀπέστειλα ὑμῖν τε καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν διατρίβουσι φίλοις θεοσεβέσι δυζωπῶν, καὶ παρακαλῶν ὑμᾶς παῤῥησίαν πρὸς τὸν θεὸν ἔχοντας, ταῖς ὑμῶν ἁγίαις ἀμείψασθαι προσευχαῖς. Δύνασθε γάρ, ἴσθα, ὑπὲρ ἡμῶν ἐξιλεοῦσθαι τὸ θεῖον. *Ob amicitiam erga Deum, amoremque nulli corruptioni obnoxium, ac cœlestem, fortunatum te judicio: quod à nobis de Compunctione animi sermones exposcis. Hæc autem efflagitatio puritatem, quæ in animo est, indicat. Neque enim fieri potest, ut is, qui non prius expurgatus bene, rebusque omnibus mundanis superior factus est, in sermonum similium desiderium incidat. Idque ex iis, qui vel minimo temporis intervallo ejusmodi amore corripiuntur, facile comprehendi potest, cum illico tantam immutationem admittant, ut statim in cœlum transvehantur, & beata mente gradiantur in æthere. Hinc ipse avide sinceræ tuæ dictionis imperium arripiens, librum integrum de Compunctione concinnatum vobis, illisque, qui una cum vobis commorantur, iis amicis transmisi, instanter petens, roganstque vos, qui apud Deum in aliqua estis auctoritate, sacris precibus mercedem rependere. Potestis enim, quod bene novi, Numen nobis propitium reddere.*

Et de scriptis hujusce Viri præterea addam, quæ Nicephorus Historiar. lib. 14. cap. 54. scribit: Ἄρεστι δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεροι λόγοι πεπόηνται πνευματικῆς ἐκ ἀμοιροι χάριτος, ὧν ὅιμαι πάντων τὰ πρῶτα φέρεσθαι

Φαίδ τῶν Ἀποστόλων θείῳ ἔρωτι γενόμενοι κάτοχοι. Sed & istam in celebritate catenarum Petri, homiliam junioris cujusdam Nili esse mihi persvaserim.

γ) Confer quæ de compunctione scribit Nilus lib. 4. Epist. 1-6. & lib. 3. Epist. 33. 243. &c.

2011 Ministerio de Cultura

ρεσθαι ὃν πρὸς ἕλληνας ἐπιγεγράφει, καὶ τὰ πρὸς Εὐλόγιον, κεφάλαια δὲ συνπάτηει, ἄλλα μὲν εἰς πλάτος ἢ πλωμένα, πολλὰ δὲ συντεμὼν εὐσύνοπτον οἷον καὶ πρόχειρον τὸν πνευματικὸν καρπὸν, οἱόν τι νέκταρ ἢ ἀμβροσίαν προβάλλεται. *Alios item libros optimos, edidit ſpiritualis gratiæ non expertes. Inter quos primas eum ferre puto, quem adverſus gentiles ſcripſit, & rurſum qui ab eo ad* Eulogium z) *compoſiti ſunt. Capita autem collegit aliqua quidem fuſius, multa compendioſius tractata: in quibus ſpiritualem fructum, perinde atque nectar aut ambroſiam aliquam, oculis ſubjectam, ita ut facile percipi poſſit, propoſuit.*

Inter ſcripta noſtri Nili, quidam illud quoque videntur recenſere, quod ſub *Epicteti* Philoſophi nomine ſæpius editum eſt, prænominaturque *Enchiridion*, & à plurimis doctiſſimis Viris, Angelo Politiano, Thoma Nogiorgio, a) Hieronymo Wolfio è Græco in latinum converſum & ſæpius promulgatum, & tandem cum Cebetis tabula, & aliis una cum vita Pythagoræ, ſententiis ad intelligibilia ducentibus, & Antro Nympharum, quod in Odyſſea deſcribitur, ſtudio, & diligentia Clariſſimi, eruditiſſimique Lucæ Holſtenii, Cantabrigiæ, typis Academiæ, impenſis Johannis Morden, anno 1655, in 8. Et quia Politiani Codices, quibus idem interpres uſus fuerat, videbantur eſſe corrupti, ut veræ ſententiæ Vir alias in vertendo felix & doctiſſimus, vix umbram ſit aſſecutus, ex alterius Interpretatione pauca illa Politiani ſuppleta ſunt Genevæ apud Hæredes Euſtachii Vignon 1594. in 8.

Hoc Enchiridion b) demptis tamen nonnullis, quæ gentilismum ſuperent, Deorum nempe nominibus, Jovis, Fati, Fortunæ, & aliorum Philoſophorum gentilium &c. Et nonnullis immutatis ad ſententiam honeſtiorem & probiorem, & Chriſtianis inſtitutis convenientiorem legitur. Sed ſi molem Libri conferas cum alteratis, pau-

(F) cula

z) Libros ad Eulogium editos eſſe, itemque capita, ſuis ſupra locis annotatum.

a) Naogeorgio. Confer ſi placet quæ de editionibus Enchiridii Epicteti dicta ſunt lib. IV. Bibl. Græcæ cap 6.

b) Enchiridion ita interpolatum ſub Nili nomine à Svareſio editum eſt inter ejus opuſcula Græce & Latine Rom. 1673 fol. p. 327-353. Latine etiam occurrit in Bibl. Patrum Lugd. T. 27. p. 231. & ad calcem Theoph. Spizelii τῦ μακαρίτυ de pio receſſu hominis literati. Gallice tranſtulit Michael Mourgues S. I. Pariſ. 1700. 12. Variis porro in locis differt hæc quæ ad Nilum refertur interpolatio Enchiridii Epictetei à paraphraſi Chriſtiana quam Græce & Latine, nullo auctoris nomine adſcripto vulgavit cum notis Mericus Caſaubonus Lond. 1659. 8. & Jacobus Gronovius V. C. A. 1683. emendavit è MS. Mediceo.

2011 Ministerio de Cultura

cula indicantur, imo colorem etiam & ſpeciem priſtinam, quam illis dedit primus Auctor, retinent, ut non aliud eſſe exiſtimetur. Quod à Nili noſtri genuinis fœtibus alienum eſt, ideoque ambiguum habetur. Ut ſi quidem verum fatear, in immutatis neque ſuccum, neque colorem dictionis Nilanæ, neque ſpeciem intuemur. Et Nilus alias eloquentiſſimus, & Chriſtianæ Philoſophiæ promus condus, ut ex aliis ſuis ſcriptis deprehenditur, non videtur veroſimile à Stoica Philoſophia præſidia vitæ Chriſtianæ emendaſſe. c) Et quomodo id agere ſuſtinuiſſet Vir Chriſtianæ religionis exemplar ipſiſſimum? An non in alieno choro pedem poſuiſſet, ſi ex gentilium moribus, & Stoica Philoſophia Aſcetis modum imponere conſtituiſſet? Et quomodo qui in hoc Tractatu nomina antiquorum Philoſophorum ita aſpernatus eſt, atque abhorruit, ut ea data opera ex hoc Tractatu deleverit, ab iisdem præcepta vivendi omnibus virtutis numeris abſolutiſſima, & quibus nihil poterat, vel addi, vel demi, petiiſſet? An non id fuiſſet calidum & frigidum ex eodem ore efflare? Vide ipſe manuſcriptum Codicem Græcum, illumque vetuſtiſſimum Nili ſcripta opera continentem: in eo ſinguli Tractatus, etiam minutiores infixum habent nomen Nili, alia etiam & in fine poſt poſitum. In *Enchiridio*, quod inter illos legebatur, neque in fronte, neque in calce eo nomine obſignatum, tantummodo illud referebat, Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον. *Epicteti Enchiridion.* Non eſſe Nili videlicet, ſed Epicteti, à quocunque ſit vitiatum. Adde his. Ita hoc *Enchiridion Epicteti*, cum eo, quod Nilo neſcio qua ratione adjudicatur, eandem labem paſſum fuiſſe. Cum de illo non inconſulto ſtatutum dictumque ſit, Epicteti non eſſe. Mihi ſit præ omnibus unius Simplicii auctoritas, qui Præfatione in dictum Enchiridion ſic ſcribit: *Arrianus vitam & obitum Epicteti prolixis verbis eſt perſecutus. Unde cognoſci poteſt, qui Vir ille fuerit. Idem Arrianus & hunc Libellum, quod Enchiridion inſcribitur, compoſuit: deinde lectis ex Epicteti ſermonibus Philoſophiæ locis maxime neceſſariis, & animos permoventibus, ut ipſe teſtatur in Epiſtola ad Masgalenum, cui opus ipſum dedicavit ut amiciſſimo ſuo, & maximo operis admiratori. Quæ ferme eadem & iisdem vocabulis paſſim in Arriani ſcriptis de Epicteti exercitationibus inveniuntur.* Περὶ μὲν δὴ βίου τοῦ Ἐπικτήτου, καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς ἔγραψεν, ὁ τὰς Ἐπικτήτου διατριβὰς ἐν πολυστίχοις συνταξάμενος βιβλίοις, καὶ ἀπ' ἐκείνου μαθεῖν ἐστιν, ὁποῖος γέγονε τὸν βίον ὁ ἀνήρ. Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτον τὸ Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τοῦτο αὐτὸς συνέ-

τυξεν

c) Leg. *emendaſſe.*

2011 Ministerio de Cultura

πεξεν ὁ Ἀρριανὸς, τὰ καιριώτατα, καὶ ἀναγκαιότατα ἐν Φιλοσοφίᾳ, καὶ κινητικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μασσαλληνὸν ἐπιστολῇ ἔγραψεν ὁ Ἀρριανὸς, ᾧ σύγγραμμα προσεφώνησεν ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθαυμακότι, τὰ δὲ αὐτοῦ ῥᾳδίως, καὶ ἐπ' αὐτῶν ὀνομάτων ἀποφαίνῃ ἐν τοῖς Ἀρριανοῦ περὶ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν ἐν τοῖς χρωμένοις εὑρίσκεται. Hinc Salmasius Notis in Simplicium colligit: *Ergo hujus Enchiridii Auctor, qui & Dissertationum, nempe Arrianus. Sed mirum ut in hodiernis Dissertationibus ea non reperiantur, quæ de vita & morte Epicteti memoriæ mandasse Arrianum hic Simplicius testatur. Ita multa etiam ex Enchiridio à Stobæo citari, quæ aut omnino in hoc Manuali non habentur, aut aliter scripta habentur.* Et Daniel Heinsius concinit Epistola ad Theodorum Grasvvinckelium: *Cum ingenti voluptate, pariter & cura legi Epictetum: Enchiridion inprimis, quod ab Arriano ex oraculis divini Viri concinnatum hic nunc habes.* Et compertiora de Epicteti Enchiridio quærimus? Hoc idem de Nilano affirmandum non est. Considera rem attentius: tum demum judicium da; ad hæc testes, si potes. Sed inter ejus scripta locum habet. At cujus nomen præferat, edicito. An hic libellus tantum extraneo Auctori suppositus suppositititius fuerit?

Illud quoque animadvertendum est, Nilum hunc nostrum Ascetam à plerisque *Martyris*, ab aliis *Episcopi* titulo insigniri. Notat Nicolaus Classerus: d) *Et si de Nili Martyrio non constat, ex eodem tamen Auctore, ut etiam ex Osiandri Annalibus manifestum est, illum cum filiis* (lege e) cum filio) *à Barbaris perpessum esse. Inter Martyres igitur hoc nomine fortassis refertur. Circa annum Christi 309.* f) *floruisse existimatur. Interpretationem verò latinam adjeci hanc qualemcunque, ut eam cum illa Neandri, si forte in manibus, conferre liceat, quo utriusque collatione plus luminis accedat. In decurias quoque pueriliter distinctas habebis sententias, eum in finem, ut versio Latina Græco textui postposita commodius respondeat.* Et plane de Martyrio, licet, opere ipso Martyrium non subierit, neque pro una fide Christi sanguinem effuderit, neque vitam exposuerit; certum est tamen, & ex ejus scripto satis apertum, eum id agendi semper cupidissimum fuisse. De Episcopatu ipse existimo, illum post tot calamitates, nonnullos Episcopos considerata tanti viri virtute & doctrina

d) Nic. Glaserus præf. ad Nili sententias Hamb. 1614. 8.

e) Filios quidem duos habuisse se Nilus testatur narrat. 2. p. 13. & 15. sed alter apud matrem manserat.

f) Imo 409.

2011 Ministerio de Cultura

ſaltem in Aegypti partibus, in quibus ſimilium hominum ſumma penuria erat, conſilio inter ſe inito in tantam dignitatem, & merito, extuliſſe. Sed hæc mera ſuſpicio eſt. Eſto, certe id negari non poteſt, aliquod certum indicium habuiſſe eos, qui primi tanto viro Epiſcopi titulum attribuerunt. Non diſſimilis eſſet ſuſpicio de Theodulo illius filio, qui nullis ſacris ordinibus ante captivitatem conſpicuus erat, ſi vocarem illum Diaconum, & tamen ille de ſe dicit, ab Epiſcopo coactum ſimilem ordinem obtinuiſſe: & vere promotus eſt. g) Ὡς δὲ ἂν μὴ δόξαι βίαν προσάγειν ὑπονοίᾳ τῆς ὑπὲρ τοῦ παιδὸς δεδομένης τιμῆς, μηδὲ δεσποτικώτερον ἀπαιτεῖν τὴν πειρατὴν ὡδαμονὴν, πρᾶξαι ἐπέτρεπε πᾶν τὸ δοκοῦν καὶ γνώμην, ἓν τοῦτο μόνον τυραννήσας ἡμᾶς, τὸ τὸν ζυγὸν ἐπθεῖναι τὸν ἱερατικὸν μὴ βουλομένοις, ἡμεῖς μὲν δὴ τὸ βάρος λογιζόμενοι τῆς λειτουργίας ἀχθόμενοι ὠδυρόμεθα, καὶ ἐκ εἴχομεν πρὸς τὸ ἐπιτεθὲν ἀχθος ἀνεκτῶς ὑπὲρ ἡμᾶς, ὃ καὶ μόλις τοῖς ἁγίοις ἁρμόζει, ὅσον εἰς πολιτείας λόγον, κἀκείνοις δὲ ἐφάνη βαρὺ, καὶ ὁμολόγησαν καλόυμενοι, ὑπερβαίνειν αὐτὸς τὸ ἀξίωμα, καὶ Θεῷ ἀντίλεγον ὅπι πολὺ προβαλλόμενοι τὸ ἀνάξιον, καὶ παρητοῦντο τὴν χειροτονίαν, τὸ ἀσθενὲς προφασιζόμενοι, καὶ τὸ πλέον τῶν νῦν ἁπάντων ὄντες ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ἔργον, καὶ ἐξ ἀσκήσεως τῶν καλῶν παῤῥησιάν ἔχειν ἐν τῇ λατρείᾳ πρὸς τὸν δεσπότην μᾶλλον δυνάμενοι. ἐκεῖνος δὲ πρέπειν ἔλεγεν τοῖς πόνοις τὸ γέρας, καὶ τοῖς καμάτοις ἐκ ἀγῶνος, ὡς ἐνόμιζεν ἐδίδου μισθὸν τὸ ἀξίωμα. Ex verſione Petri Poſſini, *Idem tamen, ut nolle nos vidit, modum poſuit officio; ne recordari pretii redimendo puero impenſi, & herili jure tanquam mancipium retinere velle videretur. Ea gratia arbitrio noſtro, utrum vellemus, permiſit, unum hoc tantum amice perſeverans blanda tyrannide obtinuit, ut nobis recuſantibus ſacerdotalis officii jugum imponeret. Nos enim onus reputantes tanti miniſterii, hoc ejus conſilio contriſtati deflebamus, nec ferebamus facile tantam imponi nobis molem officii, quod tam emendatam, & ſublimem cœleſtis vitæ rationem exigit, qualem vix Sancti ipſi præſtare de ſe audeant. Illis quippe ipſis quoque grave hoc munus viſum eſt. Neque id diſſimularunt, cum eo ſunt vocati, majorem eſſe dignitatem illam, quam ut ſibi conveniret; id ipſum etiam diu excuſare auſi apud offerentem hunc honorem Deum, deprecantes impoſitionem manuum, indignitatis & imbecillitatis propriæ conſcientia: tametſi omnibus, qui nunc ſunt, haud paulo eſſent iidem ad id munus aptiores, & propter diuturnam profeſſionem ſanctioris vitæ, virtutumque uſum majori fiducia ad tractationem myſteriorum, & functionem ſacrificii poſſent accedere. Quibus ille contra remunerandas ſibi videri ajebat hujus dignitatis titulo labores in tam difficili certamine,*

g) Nilus narrat. 7. p. 124.

2011 Ministerio de Cultura

tamine, cujus victoribus hoc addere præmii loco sibi placere. Postremo cum discedere illinc, & domum reverti decrevissemus, idem ille viatico quantum in longam illam viam opus erat, liberaliter instructos, votis insuper oneratos, cum Dei gratiam nobis itineris comitem, & longum domi, postquam eo pervenissemus, pacis fructum comprecaretur, sic demum officiosissime dimisit. Nihil jus ostentans suum, & beneficium redemptionis, neque potestatem in caput pretio emptum sibi acquisitam gloriatus; quod minus humanus forte quispiam alius faceret: imo illam ipsam videbatur calamitatem venditionis, consolatione multa levans. En hic Theodulus, & quod magis est, Nilus ipse in sacerdotem post tot labores operosos atque molestos laurea sacerdotis ab Episcopo, & ejus arte & marte evinciuntur, cum antea nulla dignitate Ecclesiastica effulgerent. Quare non & Nilus ob has easdem speciosas animi dotes, & doctrinarum præstantiam, & enavatam operam pro Christiana Republica consequi potuit præmium ab antiquæ Religionis exemplari Episcopo? Ego certe non dubito, licet id in scriptis relatum non sit, assecutum fuisse. Ut hinc merito ab illius ævi scriptoribus, quibus pervulgatiores, & percelebratiores erant titulis non Martyris tantum, sed & Episcopi insignitus posteritati accesserit: & si quæ de eo Commentaria pertractabant, extabuerint, & ad nihilum funditus redierint. Nisi quispiam perhorridus, & incultus id quoque dicere audeat, exscriptorum incuriam Nilum illum Ægyptium Episcopum & Martyrem cum hoc nostro Constantinopolitano confudisse. *Defunctum tandem hunc Nilum Justinus posterior inde translatum in fundamento sacrationis Mensæ*, narrat Nicephorus lib. 14. cap. 54. *in eo, quod ab ipso Petro & Paulo Apostolorum Principibus ad orphanotrophium constructum est, templo reponit.* Οὗ τέλος τὸν βίον ἀγησάμενον Ἰουστῖνος ὁ ὕστερος ἐκεῖθεν ἀνακομίσας ἐπὶ τῷ βάθρῳ τῆς ἱερᾶς τραπέζης τὸν παρ' αὐτοῦ δομηθέντος οἴκου Πέτρῳ καὶ Παύλῳ τοῖς κορυφαίοις τῶν Ἀποστόλων ἐν τῷ ὀρφανοτροφείῳ κατέθετο.

V. Nilus Abbas.

Nili Abbatis λόγος συμβουλευτικὸς πρὸς Θεόδωρον Ἀββᾶν τὸν Βυζαντέα ἐκ τῆς αὐτοῦ Θεοδώρου ἀναφορᾶς. *Oratio exhortatoria ad Abbatem Theodorum Byzantinum ex relatione ipsius Theodori*, habetur in Codice Vaticano 733. P. διηγήσατο ἡμῖν ὁ Ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ Βυζαντεὺς, ὅτι ἀπῆλθον πρὸς τὸν Ἀββᾶν Νεῖλον. Sed estne Nili Constantinopolitani? Ego pen-

2011 Ministerio de Cultura

pendeo. Pietatis & Religionis affinitas factum inſtat. Phraſis, & genus dicendi tenue, ſententiarum quoque deſpicientia abnegat. Ne opponas familiaria colloquia. Noſter Nilus cum infimis ſermonem faciens, non remittit ſpiritus, ſed æquali diffluens eloquentia concionatoris, populi animos quoquo vult aſportat, & vinculis continuis illigat, & conſtabilit.

VI. Nilus h) Scholaſticus.

Nili Scholaſtici Tetraſtichon legitur i) in Satyri imaginem, ex cruſtis ſectis parvis marmoreis factam apud Antiochenos:

Πάντες μὲν σάτυροι Φιλοκέρτομοι. εἰπὲ δὲ καὶ σὺ,
τί πρὸς ἕκαστον ὁρῶν τόνδε γέλωτα χέεις;
Θάμβος ἔχων, γελόω, ὡς ἐκ λίθου ἄλλοθεν ἄλλης
Συμφερτὸς γενόμην ἐξαπίνης σάτυρος;

Ut hic inſereretur hic Nilus, non videbatur tanti momenti. Nilus tamen eſt, & fortaſſe ſcripſit alia, quæ ad manus temporis injuria non pervenere: & Tetraſtichon elegans eſt. Vide, quæ Johannes Brodæus ibidem adnotavit.

In Bibliothecis nobilium quorundam Conſtantinopolitanorum feruntur extare, *Nili Monachi*, quem inclytum Philoſophum inſcribunt; *Dogmatica Panoplia contra omnes Hæreſes*, k) *& decem orationes contra Mahometem.* l) Quis ſit Nilus iſte, juxta cum ignariſſimis ſcio. Comperio tamen certis indiciis, ſi quia m) ſcripſit contra Mahometem idem ille eſt, qui Panopliam compoſuit, nullo modo eſſe Aſcetam noſtrum, multo Mahomete antiquiorem.

VII. Nilus Junior Roſſanenſis.

Alius eſt Nilus Junior Roſſanenſis. Hujus βίος ἐκδοθεὶς πάλαι ὑπὸ τ μαθητ, καὶ συνασκητ τῷ πατρὶ ξυγγραφέως. *Vita ſcripta olim Græce*

h) Inter Nili Aſcetæ Epiſtolas à Poſſino & Allatio editas leguntur etiam miſſæ ad Nilum Scholaſticum.
i) Libro IV. Anthologiæ Epigrammatum, p. 480. edit. Wechel.
k) Poſſevinus in Catalogis MSS. Apparatui ſacro ſubjectis p. 46.
l) id. p. 44.
m) leg. *qui*.

2011 Ministerio de Cultura

Græce à contubernali, & ſynaſceta ejus diſcipulo. Latinitate donata à *Johanne Matthæo Caryophilo*, Archiepiſcopo Iconienſi, Romæ n) apud Hæredem Bartholomæi Zannetti edita in 4. P. ἔχεις, ὦ Φιλευσεβὲς ἄνερ, τὸ παμμάκαρος Νείλου τοῦ νέου. Autumant plerique viri doctiſſimi Scriptorem hujus Vitæ fuiſſe *Bartholomæum* hujus S. Viri ſocium & diſcipulum. Caryophilus Præfatione ad Lectorem : *Bartholomæum ſuſpicantur multi, quidam etiam aſſerunt, Virum & ipſum ſanctiſſimum, Nili civem, & ſapientiæ ejus, & pietatis hæredem, cujus opera Venerandum Cryptæ Ferratæ Monaſterium abſolutum, & ædes* B. *Virgini extructa eſt.* Voſſius de Hiſtoricis græcis : o) *Circa annum 1020. vixit ille, qui in literas retulit vitam Præceptoris ſui ſanctiſſimi Patris Nili. Eum ex Codice Monaſterii Cryptæ Ferratæ eruit, latineque vertit* Federicus Metius *Epiſcopus Thermularum. Pleraque ſe inde hauſiſſe in Annalibus ſuis profitetur Baronius ad Annum* 1475. p) Vita extracta ex græcis longiſſime diverſis Codicibus, repertis in hujusce ordinis monaſteriis, & aliis Bibliothecis. Eſt à tribus ſummis Viris latine reddita, Cardinali Sirleto, Matthæo Caryophilo Archiepiſcopo Iconienſi, & Epiſcopo Thermularum Federico Metio, duobus poſtremis Collegii Græcorum alumnis. Sirletana inter Codices Vaticanos exultat ; Caryophilina in manus omnium græce & latine typorum beneficio, ut ſupra adnotavimus, ſparſa eſt; Metianam Patres Romani Oratorii in ſua Bibliotheca tenent, ex qua Cardinalis Baronius, quæ decimo Tomo Annalium de hoc Nilo, & de rebus geſtis illius exponit, deſumpſit. Si res examinas, nihil intereſt inter unam & aliam, ſed in quibus diſtinctio deprehenditur, qui eam Italice interpretatus eſt, ediditque Romæ *Nicolaus Balduinus* q) apud Impreſſores camerales anno 1628. in 4. liberam ſibi facultatem fecit, atque ſuo licere voluit arbitrio, ſuoque genio eligendi poſt lectas, & bene conſideratas lactiones, quod aptius judicaverat, aſſumendi. Neque enim merum & purum ſibi Interpretis munus, ut ipſemet ait, neque ſcriptoris imitandum propoſuit : alterius quippe partes, ubi viſum eſt, exceſſit, alterius integra non eſt executus, ſed ſuum in uſum vertit, quod in ſcriptore quisque deſiderat, nihil à veritate abſonum, & præterea rectum dicendi modum, & copiam. Multa enim ex Sirleta-

n) A. 1624.
o) Lib. IV. c. 19.
p) Leg A. 976. n. 2.
q) Leg *Balduccius*, Vita di S. Nilo, fondatore del Monaſterio di Grotta Ferrata, etiam in 8.

2011 Ministerio de Cultura

letana ſuæ narrationi attexuit, uti integriora, in quibus Caryophilina violata eſſe videtur. Græca manuſcripta legebatur in Sirletana Cod. 1205. De hoc tanto Viro, maturo judicio Caryophilus noſter occinit: *Cæterum fuiſſe ſingularem in eo Juniorem Nilum, quod Græciæ deficientis extiterit quaſi ſerotinus flos, tanta eſt laus, tam excellens prærogativa, ut merito ſchiſmaticorum mentibus pervicaci duritie exſiccatis Nilus ipſe ſit exundans ad irrigandos eorum animos Aegypti Nilo abundantior & felicior. Quando perditiſſimus Photius omnium Schiſmatis malorum conſarcinator, & architectus Romanam cavillabatur eccleſiam, & Pontificis Romani auctoritatem oppugnabat, ob additamentum, ut ſchiſmatici vocant, ad ſymbolum & dogma ipſum de Spiritus Sancti proceſſione, & à Filio, atque ob jejunium ſabbati: tunc Nilus tanta obſervantia Romanam proſequebatur eccleſiam, tam religioſus erat ſummorum Apoſtolorum gloriæ venerator, & cultor, ut ad ſe venientes curationis gratia Romam ad Apoſtolos transmitteret, tanquam ad perennem pietatis, & religionis fontem, ſeque indignum diceret, qui Principes Apoſtolos vel ſolo nomine appellaret.* Et hæc de Nilo ſanctiſſimo Caryophilus. Quid porro de vitæ ſcriptore? *Omnia narrationis hiſtoricæ lineamenta in ea comperies, & veritatem non coloribus pigmentisque venuſtatam, ſed nude ſimplicitatis puritate conſpicuam. Monachi vitam Monachus ſcribit; Magiſtri diſcipulus. Quis nam ille fuerit, non plane conſtat.*

An aliquid ſcripſerit, non nemo dubitavit. Ego eum & multa ex aliis libris transcripſiſſe, & de ſuo commentatum fuiſſe, ex hac vita r) comperio. Ὁ δὲ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Νεῖλος ὑποστρέψας ἐν τῷ σπηλαίῳ αὐτοῦ, καὶ καθεσθεὶς ἐν ὑπομονῇ, καὶ καρτερίᾳ πολλῇ ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τρία ψαλτήρια γεγραφὼς. Τότε γὰρ λέγεται πεληρωκέναι ἓν ἕκαστον ἐξ αὐτῶν διὰ τεσσάρων ἡμερῶν, ἐλύθη δὲ χρέος διὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Χριστοῦ. *Nilus in ſuam ſpeluncam reverſus, ſedensque in patientia, & tolerantia, intra paucos dies tria exſcripſit Pſalteria (fertur enim in ſingula quatuor inſumpſiſſe dies) & liber à debito manſit, quod propter Chri-*

r) Nihil quidem ex primis locis ab Allatio adductis colligas aliud, quam librarii ac calligraphi partibus functum Nilum, & Codices deſcripſiſſe. Sed & juſſu ejus deſcriptum Volumen adhuc ſervatur in monaſterio Cryptæ Ferratæ, ut teſtatur Clariſſ. Montfauconus in admirandæ induſtriæ atque eruditionis opere quod Palæographiam Græcam inſcripſit p. 45 ubi ad calcem ejus hæc legi teſtatur: Μνήσθητι Κύριε Ἰησοῦ τῷ γράψαντι Παύλῳ χαριζόμενος αὐτῷ ὑπομονὴν καὶ ταπείνωσιν διῶν τῷ σῷ ἐλέει σωθῆναι δύνηται, εὐχαῖς τῷ ἐπιτρέψαντι πατρὶ κυρίῳ ΝΕΙΛΩ, καὶ τοῖς ἀναγνῶναι μέλλουσιν ἐν τῇδε τῇ θεοπνεύστῳ βίβλῳ, Ἀμήν. ἔτις πεπλήρωται ἐν συνιδ΄ ἔτει (Anno Græcor. 6494. h. e. CHRISTI 986.) μηνὶ Νοεμβρίῳ κζ. ε τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ.

2011 Ministerio de Cultura

Christi præceptum contraxerat. **Item**: Κηρὸν δὲ πήξας ἐπὶ τῷ ξύλῳ δι' αὐτῆς τῶν τοσούτων βιβλίων τὸ πλῆθος ἐκαλλιγεάφησε. *Sed infixa cera in ligno, per illum tot librorum copiam tam eleganter exscripsit.*

In Valle lucis rogatus à Monachorum Præposito, ut græco sermone officium in Ecclesia eorum decantaret, licet prius præ humilitate recusasset, ut simul tamen consolatione permulcerentur omnes per eam, quæ communis est, fidem, ivit in sententiam Præpositi. Καὶ τυπώσας ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτοῦ ὑμνῳδίαν πρὸς τὸν ὅσιον πατέρα ἡμῶν Βενέδικτον, περιέχουσα πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αὐτοῦ περίσια γεγραμμένα, συνάγων τε πάντας τοὺς ἀδελφοὺς ὑπὲρ τοὺς ἑξήκοντα ὄντας ἀνῆλθεν ἐν τῷ Μοναστηρίῳ Κασίνῃ, καὶ τὴν ἀγρυπνίαν ἐτέλεσε παναρμονίως, εἶχε γὰρ ἀδελφοὺς μεθ' ἑαυτοῦ συνετοὺς, καὶ ἱκανὰς, ἔντε ἀναγνώσει, καὶ ψαλμῳδίᾳ, ἃς αὐτὸς κατ' ἀμφότερα ἐξεπαίδευσεν, μετὰ τὴν συμπλήρωσιν δὲ κανόνος συνῆλθον πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ Μοναχοὶ μετὰ συνευδοκήσεως δὲ Ἀββᾶ αὐτῶν. *Et compositis hymnis de fructu labiorum suorum in sanctum Patrem nostrum Benedictum, quibus cuncta vitæ ejus admiranda opera comprehendebantur, & convocatis universis fratribus, erant autem supra sexaginta, in Monasterium Cassini ascendit, & pernoctavit egregie modulando: habebat enim apud se fratres acris ingenii apte legentes, & canentes, quos ad utrumque ipse satis instruxerat. Peracto officio convenerunt ad ipsum omnes Monachi Abbate suo permittente.* Hoc totum id innuit, Nilum ritu suæ Ecclesiæ composuisse Officium, & quod magis est, & non fit nisi ex propriis componentis viribus, eum lingua græca de rebus gestis & miraculis S. Benedicti scripsisse. Quod inde manifestius elicitur: Πολλάκις γὰρ εἴπου ἤνεγκε χρῆσιν, ἢ γνώμην, εἴτε προπάροιον ἐκ τῶν κανόνων, κατόρθωσιν ἤθους διδάσκοντα, προσκαλούμενος τοὺς ἀδελφοὺς, ὥσπερ τινὰ κλῆρον διεδίδου αὐτοῖς τὸ ἀποσηθίζειν αὐτὰ, τοῖς μὲν ἰσχύουσι τὰ ὑψηλὰ, τοῖς δὲ ἀσθενεστέροις τὰ ἐλαφρά, καὶ ἑκάστῳ πρὸς τὸ πάθος, ᾧ ἐπωλεσενεκτεῖτο, καὶ τὸ ἔμπλαστρον τοῦ μαθήματος ἐπετίθει. *Sæpe enim ubi in dictum, aut sententiam incidisset, aut in modulum ex officiis sanctorum, quod ad corrigendos mores aliquid contineret, fratres advocabat, & quasi hæreditariam portionem distribuebat, ut memoriæ mandarent, validis quidem sublimia dans, tenuioribus vero levia, & unicuique ut affectu laborabat, ita emplastrum documenti apponebat.*

Cum hæc scripserit, alia quoque composuisse pernegandum non est. Et ut magis pateat, ex eadem Vita eundem scripsisse Epistolas ad Theodoram Virginem p. 53. ad Judices p. 64. ad Ameram in urbem Panormitanam pag. 120. manifestum est. Sed hæc

2011 Ministerio de Cultura

minutiora sunt, & lampyrides non sunt, nisi nocte conspicuæ. At etiam luce clara lampyrides non desinunt esse lampyrides. Quin etiam linguam oculi præcidant pag. 151. *Αὐτὸς μὲν οὖν ἀχθῳ μέγα ἠγεῖτο, καὶ σφόδρα ἀπεστρέφετο τὴν τῶν ἐνδόξων τῆς γῆς συντυχίαν, ὡσπερ πρόξενον κακοδοξίας, καὶ ψυχικῆς ζημίας. ἠνάγκαζε δὲ τοῦτο καταδέχεσθαι ἡ τῶν παρ' αὐτῶν ἀδικουμένων, καὶ πλεονεκτουμένων ἐνόχλησις, ὃς πολλάκις μὲν γεφῆς αὐτοῦ καὶ μόνης ἐκ τῶν Φαρύγγων αὐτῶν ἀνέσπασε, καὶ εἴ τις ἂν τὰς τοιαύτας ἐπιστολὰς αὐτοῦ συνελέξατο, πάνυ ὠφέλιμον καὶ χρησιμωτάτην βίβλον ἐξ αὐτῶν συσῆσαι ἠδύνατο.* *Et ipse quidem ægerrime ferebat, & magno studio devitabat commercia Principum terræ, ut originem inanis gloriæ, & perniciem animæ. Cæterum cogebatur id tolerare ob molestiam, quam exhibebant injuriam passi, & injuste ab illis oppressi, quorum sæpe multos ex eorum faucibus, vel per epistolam solam, extraxit. Et si quis colligeret hujusmodi ab eo scriptas Epistolas, librum posset conficere valdè utilem, & magno usui futurum.* Volumen hoc litterarum nimio plus est. Indica tu majora, si vales.

EST præterea Nilus Græcus vir sanctitate, & multarum rerum præsensu, & prædictionibus clarissimus, qui cum in Monasterio Vallis Lucis quindecim annos in communi vita, spirituque mansisset, tandem demortuus dies suos obiit. Chronicon Casinense c. 17. s.) *Nilum virum sanctissimum Adalbertus Sclavorum Episcopus relicto Episcopatu suo ex licentia Romani Pontificis, in Monasterium quod dicitur Vallis Lucis, cum aliquot Græcis fratribus conversantem perceperat, satis devote profectus est, à quo dum ejus genibus provolutus opportuna consilia quæreret, seque ab illo non posse recipi cognovisset; pro eo enim quod ita de Monasterio nostro recesserat, asserebat prædictus Pater, non audere se illum retinere, ne forte ob hoc & ipse cum suis inde expelleretur. Consilio tandem ipsius Romam reversus in Monasterio S. Bonifacii Martyris aliquamdiu conversatus est, nec multo post iterum ad Episcopatum suum à Pontifice Romano directus.* Ingestis Adalberti apud Surium T. 2. die 23. Aprilis leguntur hisce congruentia: *Adalbertus montem festivus* t) *descendit eo quem in Philosophia Christi perfectiorem discipulum invenit Patrem Nilum calida sæpe petiit; sub quo parvulus factus jugum Christi ferre, & obedientiæ aureas literas parare satagebat, amplexusque genua senis, in hæc firmus hærebat. Non negat Pater Nilus. At, inquit, homo ego sum Græcus. Melius conveniunt, cum quibus hoc agas, Monachi Latini. Redeas Romam nutricem sanctorum filiorum. Quære nobilem Abbatem amicum no-*

s) Abbas tum Casinensis Monasterii fuit Aligernus, defunctus A. C. 986.
t) Leg. *festinus*.

2011 Ministerio de Cultura

noſtrum Leonem. Dic me miſiſſe te rudem diſcipulum ad talem Magiſtrum. Hoc duce itineris ad prælia Dei ſecurus accede. Sub hoc patrono contra adverſaria cuncta animæ ad Deum progrediens ſalvus enatabis, & majori flamma, qui nunc in te ardet ignis, accenſus excreſcet. Quotidie in te Deus tuus, & Dei Filius. Fecit, ut homo Dei bonus dixit, atque Romam pergens in Monaſterio ſancti Bonifacii Monachalem veſtem accepit, &c. Et diſcipulus Beati Nili in vita ejusdem Nili: *Cum igitur mortuus eſſet æternæ memoriæ Aligernus, qui recte, & religioſe Monaſterium S. Benedicti adminiſtravit; ejus loco Præfectus fuit quidam, qui ignorabat S. Nilum, qualis eſſet, vel ut verius dicam nec ipſum Deum cognoſcebat: quod declarabit id, quod breviter dicam. Cum aliquando ad ipſum B. Nilus acceſſiſſet, invenit caſu ipſum in Monaſterio inferiori, in quo eſt pulcherrimum ſacellum ſancti Germani, aquarum pulchritudine circumdatum. Invenit autem ipſum cum inſignioribus Monachis magni Monaſterii lotum, & in cœnaculo comedentem. Cum itaque expectaret ipſum Beatus Nilus in Eccleſia cum ſuis fratribus, audit, quod Citharœdus quidam ingreſſus erat in cœnaculum, citharam pulſans. Tunc Beatus Nilus dixit ad eos, qui ſecum erant: Memoria tenete fratres verbum hoc, quod brevi tempore veniet ira DEI ſuper homines iſtos. Surgite, & hinc diſcedamus. Et hoc cum dixiſſet, receſſit: nec annus tranſivit, & Præpoſitus ipſe, Manſo ſcilicet, defectionis, ſive ſeditionis cauſa captus: eruti ſunt ei oculi, & Monachi gravi morbo oppreſſi, alii quidem usque ad mortem afflicti ſunt, alii perierunt. Citharœdus ille profectus, ut ſaperet, captus eſt, & poſt multa tormenta eruti ſunt illi oculi, & ſic omnes biberunt calicem iræ Domini, juxta S. Nili prædictionem. Beatus itaque Nilus cum in Monaſterio, quod dicitur Vallis Lucis, ſtetiſſet quindecim annos, receſſit inde.* Agit etiam de excœcatione hujus Abbatis Petrus Damiani Ep. 8. ad Mainardum Epiſcopum Eugubinum. Ex dictis nulli dubium remanet, hunc Nilum Græcum, quæ u) prænotavimus Roſſanenſem eſſe. Valle lucium, in quo per tot annos commoratus eſt, & reliqua omnia, quæ conſideratione digniſſima ſunt, Imperatores, ſub quibus vitam duxit, Adelardus Epiſcopus Sclavorum ſanctiſſimus, cujus in familiaritate verſatus eſt, hoc idem evidentiſſime probant.

VIII. Nilus x) Patriarcha.

IN Synodico MS. quod legebatur apud Theſſalonicenſes Dominica Orthodoxiæ, & conſervatur hodie in Bibliotheca Vaticana, commemo-

(G) 2

u) Lege *quem*. Dominica Orthodoxiæ eſt 1 Quadrageſimæ. Vide Cangium.

x) In Bibl. Cæſarea extat MS. τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νείλυ Ἀρχιεπισκόπυ Κωνσταντινυπόλεως τῦ ἐλεήμονος εὐχὴ ἱκετήριος πρὸς Θεὸν ἥτις προσήκει λέγεσθαι ἐπὶ Βαρ-

2011 Ministerio de Cultura

moratur quidam Nilus Patriarcha, qui ſtrenue pro Eccleſia Chriſti, & rectis illius dogmatibus & ſermone, & reipſa, & doctrinis, & Commentariis, & optimis operibus decertavit. Νείλου τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γενομένου ἁγιωτάτου, καὶ θεοδίμου Πατριάρχου, ὃς σφόδρα ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιάς χριστοῦ, καὶ τῶν ὀρθοδόξων αὐτῆς δογμάτων, καὶ λόγοις καὶ πράγμασι, καὶ διδασκαλίαις, καὶ συγγράμμασι, καὶ εὐποιίαις ἀγωνισαμένου ἡ μνήμη. Nilus hic mihi ante oculos obverſatur, illeque Patriarcha: ſed cujus Patriarchii, nubes violant, y) & nubilum cœlum obducunt. Quid indignius, aut inſulſius fileri potuit? de Nilo Aſceta, licet multis illeſcriptis de omni re Eccleſiam Dei veluti tot lampadibus illuſtraverit, nondum eum neque per ſuſpicionem Patriarcham fuiſſe aſſequor. Quare cum de hoc altum ſit apud edita Triodia ſilentium, licet multis Commentariis & exercitiis tutatus fuerit rem Eccleſiaſticam, de eo quoque nihil ultra dicimus. Convincunt tamen Conſtantinopolitanum fuiſſe verba Simeonis Theſſalonicenſis Dialogo contra Hæreſes. Ἔτι δὲ καὶ ὧδε τῶν συμπονησάντων αὐτῷ (Γρηγορίῳ τῷ θεσσαλονικεῖ) πλείσων μὲν καὶ ἄλλων, ἐξαιρέτως δὲ ὑπ' εὐφιλημένου θεῷ Φιλοθέου, τοῦ τῆς Κωνσταντίνου Φημὶ λαμπροῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν σοφωτάτου Νείλου τῆς αὐτῆς αὐτῷ δεχιεργατεύσαντο ἐκκλησίας. *Prætereaque ab iis, qui eundem cum eo (Gregorio Palama Theſſalonicenſi) laborem ſuſceperunt, pluribus quidem & aliis ſed potiſſimum à Deo dilecto Philotheo, Conſtantinopolitano inquam clariſſimo Patriarcha, & illius ſucceſſore ſapientiſſimo Nilo ejusdem Eccleſiæ ſummo Antiſtite.* Onuphrius tamen in Chronico z) non poſt Philotheum, ſed poſt Macarium Patriarcham Conſtantinopolitanum in Patriarchatu ſediſſe ſcribit annis viginti, & poſt Nilum, Antonium quartum.

IX. Nilus Damyla.

Nili a) Hieromonachi cognomento Damylæ Patris ſpiritualis in Monaſterio Cercoſſenorum *Tractatus ad Maximum & Præcepta de ſervanda recta fide.*

It: Βαρβάρων, ἐπιδρομῇ καὶ ἐμφυλίῳ πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ λοιμῷ καὶ θανάτου πληγῇ. Hæ preces à Jo. Sambuco latine tantum editæ Patavii 1555. in 4. (non in fol. ut habet Labbeus T. 2. de ſcript. Eccleſ. continuatores Geſneri ſecutus) ab Allatio ſupra perperam inter ſcripta Nili aſcetæ referuntur primo ſtatim loco.

y) an *velant.*

z) Sic & alii complures, & Georgius Cyprius in Chronico Eccleſiæ Græcæ, p. 277. ubi Nilus hic per viginti annos (Labbeo per octo tantum) Patriarchatum CPolitanum tenuiſſe traditur, defunctus circa A. C. 1386.

a) Confer, si placet, quæ de hoc notavi infra ad cap. XVIII, de Nilo Tarchaniota.

2011 Ministerio de Cultura

It: περὶ τῆς ἐν τῇ θείᾳ τριάδι τάξεως, καὶ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ ἄλλων τινῶν ζητημάτων. *De ordine in divina Triade, de processione Spiritus sancti, & aliis nonnullis Quæstionibus.*

Item ejusdem *Collectanea ex sanctissimis Patribus de processione Spiritus Sancti* in Cod. Regio 1819. Sic Labbæus b) noster de Damyla Nilo. Nec est aliud quod expectes ab Allatio, qui nec vidit, nec examinavit Codices.

X. Nilus Nomine.

NIlus nomine tantum nobis pervulgatus de *Ratiocinationibus*, latine tantum, Interprete *Johanne Baptista Rasario* Lugduni c) in folio post Ammonium in Voces, Magentinum in libros de Interpretatione, & in Priora, atque Epitomen Porphyrii in universam Aristotelis disserendi artem.

XI. Nilus Doxapatrius.

NIlus Archimandrita Doxapatrius scribebat sub Rege Rogerio, in Sicilia Anno Dom. 1143. Quæ ipsius vidi, sunt; *De quinque Patriarchalibus sedibus.* d) Sic enim se habent ipsius Antelogia: Σύγγραμμα γενό-

b) Bibl. nova MSS. p. 89.

c) A. 1547.

d) Hoc Nili scriptum è Codice Levini Warneri, quem Bibliothecæ Leidensi ille legavit, editum est Græce & Latine in variis sacris *Sephani le Moyne* Lugd. Bat. 1685. & 1694. 4. pag. 211-267. A Frid. Spanhemio communicatum sibi prædicat Lemonius. Confer ubi lubebit Spanhemii Opera T. 2. p. 502. Fragmenta ex eadem Doxopatri notitia ediderat Allatius lib. 1. de consensu Eccles. Occid & Or. cap. 24. & ex Allatio Rich. Simon ad calcem Hist. Criticæ editæ Gallice de fide & ritibus Orientalium. Allegatur & ab Allatio de consensu p. 255. 522. Tempus non repugnat eundem hunc esse Doxopatrium cujus *Nomocanon* MS. exstat Romæ in Codice Patrum S. Basilii, de quo V. C. Bernhardus de Montfaucon in Diario Italico p. 217. seq. & in Palæographia Græca p. 62 & 302. Titulum libri quoniam quis ille Doxopater fuerit nos docet, adscribam: Νομοκάνον ὅλης τὰς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων, καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τῆς μεγάλης Βασιλείας, καὶ ἑτέρων Θεοφόρων πατέρων ἑρμηνευθὲν προτροπῇ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου Κομνηνοῦ, παρὰ τοῦ λογιωτάτου διακόνου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας καὶ νομοφύλακος, τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας, πατριαρχικῆς νοταρίου καὶ πρωτοπροέδρου πρω-

2011 Ministerio de Cultura

γενόμενον παρὰ Νείλου Ἀρχιμανδρίτου τῷ Δοξαπατρὶ, καὶ κέλευσιν τοῦ εὐγενεστάτου μεγάλου Ῥηγὸς Ῥογερίου, περὶ τῶν πέντε πατριαρχικῶν θρόνων, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοὺς Ἀρχιεπισκοπῶν, καὶ Μητροπόλεων, καὶ τῶν ὑπὸ τὰς μητροπόλεις Ἐπισκοπῶν, καὶ τῶν ἐνοριῶν ἑκάστου πατριαρχικοῦ θρόνου, καὶ πῶς, καὶ πότε συνέστη ἕκαστος πατριαρχικὸς θρόνος, καὶ πῶς τῆς τάξεως αὐτῶν, καὶ πῶς τῶν ἰδικῶν ἑκάστου ὀνομάτων, καὶ πῶς τὸν λόγον ἐπέχουσι. συνεγράφη δὲ ἔτει, ϛ χνά, Ἰνδικτιῶνος ϛ'. P. παυευγενέστατε αὐθέντα μου, καὶ τὰ ἑξῆς. *Nili Archimandritæ cognomento Doxapatrii de quinque Patriarchalibus*, &c. P. *Nobilissime Domine mi*, &c. Alia quoque scripsisse satis ipse indicat, ibidem. Ὅτι ἐν τῷ Καστελλίῳ Πανόρμῳ ἔγραψα πρὸς τὴν σὴν ἀντίληψιν.

XII. Nilus Monachus Siculus.

TEempore Michaëlis Palæologi, e) cum Johannes Despota non tantum omnibus belli dotibus eminentissimus sui seculi, sed in Deum piissimus, & verum religionis exemplar, & munificentissimus in pios usus, & ædificia sacra extruenda profundens vigeret, Monachus quidam Nilus ex Sicilia cum aliis à pedibus servis Constantinopolim deveniens, magno Romanorum malo, docebat parsimoniæ attendendum esse. Rem ita exponit Georgius Pachymeres libro 3. cap. 21. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Μοναχὸν Νεῖλον, ὃς ἐκ Σικελίας μὲν ὥρμητο, ἐπὶ κακῷ δὲ τῆς τῶν Ῥωμαίων πολιτείας ἐπέβη διδάσκων γλιχρεύεσθαι, καὶ προμηθεῖς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν δόσιν, μήπως λαθών τις μετρίως τῶν πραγμάτων ἔχων, λαβὼν, τῷ μὲν διδόντι τῷ, τὸ κακῶς οἰκονομεῖν τά οἱ προσόντα προσείψοι μέμψιν, τῷ δὲ χάριν ἐκείνην ἐκ δὴ μισθῷ, ἀλλ' ἐν κενοῖς γενέσθαι προσκευάσοι, ὡς ἐντεῦθεν μηδένα διδόναι τῶν πάντων ἐξ ἀνάγκης ἐχόντων τι, διότι καὶ τὸ εὖ πάσχειν κατὰ τὸν ἐκείνων νόμον, ἀπείργοιτ' ἂν εὐπρεπῶς, καὶ ὅτως ὁ τῆς μεταδόσεως ἀθενοίη νόμος. Ὦ πῶς ταῦτά τις καὶ ἐξαγγείλοι, ἰδίου καιρὸν χρήζοντα; Ὁ γοῦν δεσπότης ἔχων πρὸς τοῖς ἄλλοις καλοῖς καὶ τὸ φιλομόναχον, ἐκείνους που παρεισφρήσαντας τῇ οἰκίᾳ ὡς ἀρετῆς φίλους δέχεται, κἀντεῦθεν σύγχυσίς τις ἐπὶ μικρὸν ἐκ τὰς τῶν οἰκείων δόσεις ἐκ τῆς ἐκείνων διδασκαλίας ἐπηρωτοσυγκέλων Δοξαπάτρου. Neque longe ab hac ætate remotus Nilus Monachus, ad quem Mich. Glycæ Epistola, quam edidit Allatius de consensu utriusque Ecclesiæ p. 1194. Sed dubito idemne an alius sit Doxopater cujus carmen Jambicum in Arium de laudibus Athanasii, præfixum Codici MS. Operum Athanasii Basileensi, manu ipsius Doxopatri scripto edidit Felckmannus appendice ad edit. Athanasii Commelinianam, atque inde Parisienses ante T. 1.

e) Hic præfuit Græcorum Imperio ab A. C. 1260. ad 1282.

2011 Ministerio de Cultura

ἐπηκολούθει. Hæc ita vertit doctissimus Petrus Possinus: *Istud tamen ejus*, Johannis Despotæ, *incensum large donandi studium paululum refrigerarunt sectatores Nili Pseudomonachi è Sicilia huc magno malo Romanæ Reipublicæ profecti, docentes parsimoniæ attendere, suadentesque hominibus magna circumspectione in dando uti, ne fortè quis clam, alioquin habens, quod satis ipsi est, & callide simulata egestate pecunia emungens, parum cautum misericordem, labem illi allinat multum facilis, & sua inconsulte dilapidantis: prætereaque illud fraudet frustra sperata mercede talis operis, quippe quod non jam ipsi ad præmium imputandum, sed inter vana, & otiosa numerandum sit. Ex hujusmodi doctrina credita receptaque necessario sequebatur, ut nemo aliquid habentium, quidquam alteri donaret, sicque omnis ex ex eleemosynis, quo spes, ratioque victus, ac status plerorumque tenuium continetur, hac istorum prava disciplina funditus exterminaretur è consuetudine usque hominum, illo plausibili prætextu inquirendi anxie ante largitionem, verene, an simulate egerent, qui petebant, nullum jam erogationi beneficæ locum relinquente: atque adeo hac arguta cavillatione tota lex eleemosynarum abrogaretur. O quis hujus perniciem dogmatis satis explicet! Ad quod utique proprio ejus argumenti commentario esset opus. Itaque Despota, cui laudes inter cæteras inerat amor multus, veneratioque Monachorum, quosdam è Nili sectariis eam vitam profitentes, & se insinuantes in ejus domum, facile in consuetudinem recepit, varios bonos ex veste æstimans; Unde contigit longe deinceps manare parcius pravæ istius doctrinæ quodam obice prohibitum fontem beneficentiæ inopum ex illo greges haurire solitorum ansea tam benigne irriganrem.* Manifeste comperi, & manu teneo, indignum hunc esse, qui cum aliis Nilis in hac Diatriba locum habeat. Sed cum de Nilis sermo sit, qui unici fuerunt ad gloriam, vel infamiam; hic quoque qui Pachymeris calculo minus commode audiit, obticendus non fuit.

XIII. Nilus Italicorum dogmatum Propugnator.

Nilus quidam nomine tantum notus sub Alexio Comneno f) Constantinopolim perveniens, ineaque commorans, cum Armenis conjunctus, multas hæreses sparsit: & cum in illis asserendis defendendisque pertinacissime inhæreret, una cum sociis plena Synodo

f) Hic Comnenus Imperium tenuit ab A. C. 1081. ad 1118. Cæterum Nilus iste non diversus à Nilo Ægyptio Monacho, de quo infra num. XV.

2011 Ministerio de Cultura

nodo condemnatus est. Ut res sese habuit, fuse narrat Anna Comnena Alexiad. l. 14. g) ἐπεὶ δὲ τὴν ἐκκλησίαν ὥσπερ τι ῥεῦμα κακίας ὁ Νεῖλος ἐκεῖνος ἐπικλύζων πολὺν τὸν σάλον ταῖς τῶν ἁπάντων ἐνεπάιει ψυχαῖς, μετ' ὀ πολὺ τῆς τῶν τὸ Ἰταλὸ h) δογμάτων καθαιρέσεως ἀναφαίνεις, καὶ πολλὰς ταῖς δίναις τῆς αὐτοῦ κακοδοξίας ἐβύθισεν. Ἀνὴρ δὲ ἦτος δεξιὸς μὲν τὴν ἀρετὴν ὑποκείνεσθαι, ὃν εἶδα μὲν ὃν ὄθεν, πέως δ' ἂν τῇ μεγαλοπόλει ἐφήτησε, καὶ ἐγγωνιάζων Θεῷ μόνῳ δῆθεν καὶ ἑαυτῷ προσανεῖχε λόγῳ τὰ τοῦ, ἱεραῖς βίβλοις ἐναχολούμενος, ἀμύητος δὲ πάσης ἑλληνικῆς παιδείας ὤν, καὶ μηδὲ καθηγητήν τινα ἐσχηκώς, ἀρχῆθεν τὸν ὑφαινόμενον τούτῳ τὸ τῆς θείας γραφῆς βάθος ἐνεκεκύφει μὲν τοῖς τῶν ἁγίων συγγράμμασιν, ἄγευστος δὲ πάσης παιδείας λογικῆς ὧν ἐπεπλάνητο περὶ τὸν νοῦν τῶν γραφῶν, ὁκ ἀγεννῆ δέ τινα χορὸν ὑποσυρόμενος ἐν μεγάλαις οἰκίαις εἰσέδυ διδάσκαλος αὐτοχειροτόνητος τὸ μέντοι, διὰ τὴν ἐπιφαινομένην αὐτῷ ἀρετὴν, καὶ τὸ κατεσκληκὸς ἐκεῖνο, ἦθος, τὸ δὲ καὶ διὰ τὴν ὑποκεκρυμμένως ἐμφαινομένην αὐτῷ τάχα γνῶσιν, ἔνθεν τοι καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἢ καθ' ἡμᾶς ἀγνόησας μυσηρίου, καὶ μήθ' ὅτι ἐστὶν ἕνωσις ἁπλῶς σωτήριον δυναμένος, μήθ', ὅτι ἐστὶν ὅλως ὑπόστασις εἰδώς, ὅτε, διακεκριμένως ὑποστάσιν, ἢ ἕνωσιν νοεῖν δυναμένος, μήτ' αὖθις ἡνωμένως καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, μήθ' ὅπως ἐθεώθη τὸ θεόσλημμα παρὰ τῶν ἁγίων διδασκόμενος, πόρρω τοῦ ὄντος ἐξενεχθεὶς, φύσει τοῦτο θεωθῆναι ἐδόξαζεν ἀπατώμενος. Οὐδὲ τοῦτο διέλαθε τὸν Αὐτοκράτορα, ἀλλ' ὡς ἤθετο τὰ περὶ τούτου ὀξύρροπον ἐπινοεῖ τὴν βοήθειαν, καὶ τὸν ἄνδρα μεταπαλεσάμενος, πολλὰ τοῦ θράσους, καὶ τῆς ἀμαθίας ἐμέμφετο, καὶ πολλὰ τοῦτον ἐλέγξας τήν τε καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ θεανθρώπου λόγου σαφῶς ἐδίδασκε, καὶ τὸν τῆς ἀντιδόσεως τρόπον παρῆσε, καὶ ὅπως ἐθεώθη τὸ προσλημμα μετὰ τῆς ἄνωθεν ἐδίδασκε χάριτος. Ὁ δὲ τῆς ἰδίας ψευδοδοξίας ἀπεῖχετο, καὶ πρὸς πᾶσαν κάκωσιν, σρεβλάν τε, καὶ δεσμὰ, καὶ ξεσμοὺς σιδηροῦς ἑτοιμότατος ἦν, ἢ ἀποξῆναι τοῦ μὴ θεωθῆναι φύσει διδάσκειν τὸ προσλημμα. Εἶχε δὲ τότε καὶ πολλοὺς τῶν Ἀρμενίων ἡ μεγαλόπολις, οἷς τῆς ἀσεβείας ὑπέκαυμα ὁ Νεῖλος ἐκεῖνος ἐγίνετο, ἐντεῦθεν διαλέξεις τε συχνὰς πρὸς τὸν Τιγράνην ἐκεῖνον, καὶ τὸν Ἀρσάκην, ὃς ἀπωλέσθη τὰ τοῦ Νείλου δόγματα πρὸς ἀσέβειαν ἠρώθιζε. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Τὴν ἀσέβειαν πολλῶν ἐπιγενομένην ψυχὰς ὁρῶν ὁ Αὐτοκράτωρ, καὶ ἀλλήλοις τὰ τοῦ Νείλου καὶ τῶν Ἀρμενίων ἐπιπλεκόμενα, καὶ ἀπαναχῆ τὸ φύσει θεωθῆναι τὸ πρόσλημμα λαμπρᾷ φωνῇ κηρυττόμενον, ἀθετουμένας τε τὰς τῶν ἁγίων πατέρων περὶ τούτου γραφὰς, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ἀγνοουμένην, χρεὼν ἦσαν τὴν σφοδρὰν τοῦ κακοῦ ῥύμην βουληθείς,

g) Libr. 10. sub init. pag. 269. seq.

h) De hoc Johanne, Mich. Pselli discipulo ejusque dogmatis vide Antonium Pagi ad A. C. 1083. n. 8. seq. & Allatium de utriusque Ecclesiæ consensu p. 632.

2011 Ministerio de Cultura

θεὶς, τὰς τῆς ἐκκλησίας λοιδόρας συναγαγὼν, σύνοδον περὶ τούτους γενέσθαι κοινὴν συνεσκέψαντο. Καὶ παρῆν τηνικαῦτα ἅπαν τὸ τῶν ἱερέων πλήρωμα, καὶ αὐτὸς ὁ πατριάρχης Νικόλαος i) καὶ ὁ Νεῖλος εἰς τὸ μέσον μετὰ τῶν Ἀρμενίων ἵστατο, καὶ τὰ τούτου ἀνεκαλύπτοντο δόγματα. Καὶ ὃς λαμπρᾷ τῇ φωνῇ ταῦτα ἐδίδασκεν, καὶ ἰσχυρῶς αὐτῶν διὰ πλειόνων ἀντείχετο. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἡ σύνοδος, ἵνα πολλῶν ἀπαλλάξῃ ψυχὰς τῆς διεφθαρμένης αὐτοῦ διδαχῆς, αἰωνίῳ τοῦτον καθυπέβαλεν ἀναθέματι k) καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν μετὰ τὰς τῶν ἁγίων ἀποδόσεις ἐμφανέστερον ἀνεκήρυξεν. Μετὰ τοῦτον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν σὺν τούτῳ καὶ Βλαχερνίτης δεδημοσιεύετο, ἀσεβὴς καὶ ἔκφυλα τῆς ἐκκλησίας φρονῶν, καὶ ἱερωμένος ἦν. Ex Interpretatione Petri Poſſini: *Interea non longe poſt condemnationem pravorum dogmatum Itali, cujus ſuperius meminimus, exortus eſt ejus amentiæ ſucceſſor,* Nilus *nomine, homo virtutis ſimulator callidus, qui cum eluvie quadam malitiæ Eccleſiam inundaſſet, & hominum animos in præſens periculum adduxit naufragandi circa fidem, & non paucos errorum hauſtos verticibus irreparabili merſit interitu. Is neſcio unde Conſtantinopolin profectus triſtem illic, ac à vulgo ſecretam vitam exercuit, Deo videlicet uni, ſibique aſſidue attendens, ſacrisque Libris volutandis otium abſumens. Funditus rudis erat Græcæ omnis eruditionis. In divinis vero litteris vi quadam irrupuerat; neminem unquam adhibito, qui primos ipſi aditus muniret ad intimam notitiam arcanorum illorum ſenſuum. Tamen erat multus in legitandis operibus Sanctorum. Verum cum diſſerendi arte nulla, nulla ratiocinandi methodo initiatum ingenium afferret, neceſſario fiebat, ut excluderetur ſacris adytis, & toto, quod ajunt, cœlo ab exacta intelligentia divinorum aberraret oraculorum, ac dogmatum. Congregavit nihilominus numerum non parvum admiratorum ſui: ad quos in magnas ædes convocatos concionabundus prodibat, ſuis ipſe unius ſuffragiis declaratus Doctor: auctoritatem ipſi apud præoccupatos favore animos facile quantamvis conciliante primum egregia ſpecie virtutis; deinde aſperitate cultus, victusque, ſqualore oſtentata vultus, ac veſtium: poſtremo ſublucentes ex arcano, & imperitorum præſtringentes animos eruditionis ſcintillæ, quaſi latentis ex induſtria, & exuberanti copia modeſtiæ cuſtodiam fruſtrantis. Tali ille ſui ſuorumque fiducia in rei maximæ temere definiendæ præcipitem audaciam prolapſus, homo, nec quid eſſet Unio, quid hypoſtaſis, nec quomodo iſta jungi componique poſſent in hypoſticam unionem, didi-*

(H)

i) Nicolaum intellige tertium (Grammaticum cognomine) qui Patriarcha CPol. fuit ab A. C. 1084. ad 1111. de quo confer Lambecium VI. p. 302. & Antonii Pagi Critica Baron. ad A. 1089. n. 8. & A. 1117. n. 27. 31. &c.

k) Illius anathema legi etiam in Triodio Dominica Orthodoxiæ ſive prima Quadrageſimæ notavit Allatius lib. 2. de conſenſu Eccleſiæ Occid. cum Orientali c. 10. §. 4. Conf. quæ infra num. XV.

2011 Ministerio de Cultura

didicisset unquam: nec qua ratione assumpta natura divinitatis esset facta particeps, ex Commentariis Sanctorum, quæ sine intelligendi fructu triverat, percipere potuisset: docere ac profiteri palam cœpit, Humanitatem Christi, natura fuisse deificatam, *longe in eo quidem ultra veritatis Catholicæ gyros evagatus. Hæc nec ignorare, nec dissimulare Imperator potuit, sed errori viri celebris, quippe lubrico ad sui propagationem malo, ratus occurrendum remedio non lento, istum ipsum pravæ doctrinæ auctorem accersit, objurgataque non perfunctorie audacia, imperitiaque ejus, multis deinde, qua testimoniis, qua rationibus convicit pervicacem: eique, si sentire posset, manifeste demonstravit: quid esset hypostatica unio Verbi cum Humanitate; tum quatenus, & qua ratione facta esset communicatio proprietatum inter naturas ambas exposuit: deinde humanitatem assumptam, non utique natura propria, sed gratia superna fuisse deificatam copiose docuit, superbo hæretico contumacia se interim involvente sua, & adeo non manus dante manifestæ veritati, ut se advincula, tormenta, mutilationem perferendam corporis, atque ad quodvis incommodum subeundum paratissimum ostenderet potius, quam ut sibi extorqueri pateretur id aut sentiendi apud se, aut apud alios prædicandi libertatem, quod profiteri cœperat; nempe, Humanitatem Christi natura fuisse deificatam. Erant tum Constantinopoli Armeni permulti, quibus ad non orthodoxe sentiendum pronis, novum ad ipsum impetum, atque incitamentum admovebat hic Nilus. Inde frequentes collocutiones cum Tigrane illo, atque Arsace, qui præ cæteris oratione, ac consuetudine Nili ad nefariam prave sentiendi sententiam pertrahebantur. Hinc Imperator pereuntium animarum interitu commotus, quas plurimas malè sanæ doctrinæ impunè serpentis contagio corrumpebat: factione pravè sentientium eo firmiori facta, atque ad nocendum valentiori, quod malas per se seorsim Nili & Armenorum causas in unam implicasset, conflasset que corpus præpotentis jam sectæ: cujus tanta vis esset, atque autoritas, ut passim abrogatis traditionibus Patrum veterum, doctrina Catholica de Unione Hypostatica ferè ignoraretur: palam vero voce sublata, ac libera personaret impium dictum asserentium: Humanitatem assumptam natura fuisse deificatam. Hæc, inquam, Imperator reputans, & tempus esse statuens expediendæ opis, si quam afferre posset, ad tantum discrimen, recente pernicie sistenda, Ecclesiæ proceres unam in synodum convocat: ut collatis consiliis atque sententiis de præsenti rerum statu decernerent. Convenit universus Episcoporum cœtus una cum ipso Patriarcha Nicolao. Sistitur coram illis Nilus cum Armenis. Edere jubentur de Incarnatione Verbi quid sentiant. Tum ille improbus superiora illa, quæ retulimus, palam asseruit: impudentiæ profitendi errandi temeritatem adæquante; adeo ut etiam pluribus verbis adstruere male prolata conaretur.*

2011 Ministerio de Cultura

tur. In ſententias ut deinde itum eſt; Synodus ſatis comperta Nili contumacia, ne lues corrupti membri ad ſanorum perniciem ſerperet, perpetuum in ipſum velut damnatæ doctrinæ pertinacem aſſertorem anathema conclamavit: Unionem verò Hypoſtaticam juxta Sanctorum traditiones manifeſtius explicatiusque prædicavit. Poſt hunc, aut potius cum hoc damnatus & Blachernita eſt, impia & ipſe aliena-que ab Eccleſia ſentiens, quamquam Sacerdos erat.

XIV. Nilus Cabaſila, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis.

Nilum Cabaſilam Archiepiſcopum Theſſalonicenſem fuiſſe legimus; ſcribit Neander de eo, vocatque *Virum eruditum & Papatui minime æquum, propterea quod plurimis ejus ſcriptis, tum idolomaniam, tum etiam ſuperbiam, qua ſe ſupra DEUM & Eccleſiam extulit, acerrime confutarit.* Johannes Matthæus Caryophilus Præfatione in Nili Junioris vitam: *ſed utinam poſt duos hosce inclytos Nilos non extitiſſet tertius, qui egregium virtutis nomen bonis omnibus affluentiſſimæ fontem falſarum exhiberet aquarum, Theſſalonicenſis Antiſtes, & vani loquentiæ ſchiſmaticorum anteſignanus. Hujus perniciosiſſima dicta, & ſententias una cum juis confutationibus, DEo dante, poſt ſancti Patris hiſtoriam videbis edenda, ut palam fiat omnibus, quid interſit inter Nilos & Nilum; denique inter avitam Græcorum Theologiam, & ſchismaticorum abſonas novitates.* Quod promiſit, præſtitit in partem Caryophilus, diuturniori equidem vita dignus: ſic enim reliqua ipſius Nili contra Romanam eccleſiam dictata de ſtatu dejeciſſet, & diſſolviſſet mendacia. Extat ejusdem Nili Tractatus, quo nititur explicare: *Nullam aliam hactenus fuiſſe cauſam, quam quod univerſali Concilio Papa rei controverſæ legitimam cognitionem cedere non vult; quin ſolus ipſe tanquam Magiſter, atque arbiter controverſiæ ſedere vult: alios autem tanquam diſcipulos dicto audientes eſſe, & hoc ab Apoſtolorum & Patrum legibus & actionibus eſſe alieniſſimum.* Ejusdem *de Papæ primatu, libri duo*, ex Bibliotheca Vaticana, Bonaventura Vulcanio Interprete. His acceſſit *de Igne Purgatorio* liber ſingularis, eodem Interprete, Lugd. Batav. apud Franciſcum Raphelengium 1595. in 8. Græce & Latine Hanoviæ typis Wechelianis apud Claudium Marnium 1608. in 8. Hunc eundem Tractatum converſum in Latinum ſermonem per Illyricum l) ſcribit Epitomator Geſnerianus. Ejusdem

l) Eſt mihi in manibus Nili Theſſalonicenſis libellus de Primatu Romani Pontificis, Græce cum verſione Matthiæ Flacii Illyrici editus Francofurti apud Davidem Zephelium

2011 Ministerio de Cultura

clara & brevis ad Latinos responsio tanquam Enchiridion quoddam propositum his, qui adversum illum pugnare volunt. In illo de Primatu Papæ agit, ex vetustissimis Conciliis m) aliisque vetustis monumentis illum refutans, ut ostendat eum nec divini juris esse, sed tantum à Patribus & Imperatoribus concessum, nec tamen talem, & tantam rem suæ præeminentiæ esse, quantam Papa nunc nullo sibi jure usurpat. Verum est, hunc infamem & sexcentorum flagitiorum maculis notissimum schismaticum, sive potius hæreticum, similia, imo pejora scripta posteris tradidisse; sed quibusnam documentis probabilibus, aut necessariis, vel ut expressius dicam, amentatis hastis? Levia sunt, & nihili, & non re, sed ad gratiam nequissimorum hominum argumenta contorta, quod ex conclusione operis manifesto colligitur. Κεφάλαιον τῶν λεγομένων, ἕως μὲν ὁ πάπας σώζει τὴν τάξιν, καὶ μὴ τῆς ἀληθείας ἔσηκε, καὶ τῆς πρώτης, καὶ κυρίας ἀρχῆς ἂν ἀφίσταιτο, καὶ κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀρχιερεὺς ἄπερ ὢν, καὶ Πέτρου, καὶ πάντων Ἀποστόλων διάδοχος, καὶ δεῖ πάντας αὐτῷ πείθεσθαι, καὶ ἀδὲν, ὃ τὴν τιμὴν ἐκείνου χωρεῖ. Εἰ δὲ τῆς ἀληθείας ἀποχωρήσας, ἐβούλετο πάλιν πρὸς ἐκείνην ἐπανιέναι, τὴν τῶν κατακρίτων πείσεται. *Summa dictorum haec est: Quamdiu quidem Papa ordinem servat, & cum veritate stat, à primo, & proprio principatu non removetur, & caput erit ecclesiæ & summus Pontifex, & Petri, reliquorumque Apostolorum successor, omnesque ei obedire oportet: nihilque est quod ipsius honori detrahat. Si vero à qua semel veritate recesserit, ad eam redire noluerit, damnatorum pœnis erit obnoxius.* Fulget Orichalcum, sed pallens aurum melius est. Nondum vel à Nilo, vel ab ullo alio rationibus conquisitis probatum est, nec probabitur in posterum à quoquam, Papam ordinem non servasse, & veritatem missam feciisse. Quanam ergo ratione à primo, & proprio principatu remotus est? ideoque nec caput Ecclesiæ, nec summus Pontifex, nec successor Pe-

lium 1555. 8. Testatur Flacius hunc se libellum à probo & fide digno homine accepisse ex satis vetusto codice descriptum Venetiis. Fallitur itaque Richardus Simon qui lib IV. Bibliothecæ Criticæ p. 24. Vulcanium primum hujus libri editorem fuisse affirmat. Editionem vero Basileensem Græcolatinam A. 1544. 4. Guil Caveo V.Cl. memoratam haud vidi, & extare non credo. Certe quod Casimirus Oudinus p. 627. supplementi de scriptoribus Ecclesiasticis scribit primum illo anno 1544. typis Oporinianis prodiisse Nilum cum Flacio contra Brunum, neutiquam ita se habet, cùm invectiva Conradi Bruni in Centurias Magdeburgenses edi primum cœptas A. 1559. ad quam Flacius respondet, lucem demum viderit A. 1565. Flacii refutatio invectivæ A. 1566.

m) Nili argumentis pugnantem Macarium Ancyranum producit Allatius de consensu utriusque Ecclesiæ lib. 1. c. 27. §. 2.

2011 Ministerio de Cultura

Petri, nec Apostolorum est? constituant in oculis hominum, quod illud tandem sit, quod ipsius honori detraxit. Nec à Nilo dissidet reliqua Schismaticorum cohors. Et de his alias fusius: modo satis sit attrectasse.

De hoc Nilo Thessalonicensi Bonaventura Vulcanius Ep. ad Lectorem præfixa dicto Opusculo; *De Auctore hujus scripti variant Doctorum sententiæ. Varietas hinc nata, quod Nilo multi fuerunt cognomines.* Subdit Neander: ** *Nilus quando vixerit, non satis constat. Vixit sane post Caroli Magni primi Germanorum Imperatoris tempora; septimæ namque Synodi aliquoties mentionem facit.* Esto: vixerit post Caroli M. tempora, cum septimæ Synodi nomen attingat. Non satis constat interim, quo tempore vixerit? Salmasius de Opusculis Nili Thessalonicensis ad Lectorem scribit, sibi constare, hunc Nilum esse recentissimum, Thomæ enim Aquinatis in aliis scriptis suis, quæ nondum edita sunt, meminit, & Thomas ille recentissimus est. Poterat tamen certiora tempora præfinire; dum à Thoma Aquinate ad hunc Nilum non breve temporis spatium intercedat. Hunc ergo Nilum nos sub Johanne Cantacuzeno vixisse figimus, una cum Nicolao Cabasila, ad quem uti πρὸς τὸν αὐτοῦ ἀνεψιὸν n) ejusdem *Nili* extat *epistola Theologica* cujus Principium: περὶ ἐννοίας τῶν συγγραμμάτων σε in Codice Vaticano 632. Demetrio Chrysoloræ, Demetrio, & Prochoro Cydoniis fratribus, pro quo Prochoro extat Demetrii Oratio ad Philotheum Patriarcham. Princip. Νῦν μόλις ἔργον ἀνδρὸς ἀπεδείξω, μὴ μέχρι πολλοῦ. Et quod magis rem probat, legitur etiam modo in Bibliothecæ Vaticanæ Codd. 673. 674. & 1222. Johannis Cantacuzeni responsio ad dicta Prochori: Περὶ οὐσίας καὶ ἐνεργείας θεοῦ, *De essentia & operatione divina.* Princip. πρὸ μὲν οὖν τῶν τῆς ἐνεργείας τοῦ θεοῦ εἰδῶν κατὰ τὴν ἐν προοιμίοις ἐπαγγελίαν. Item ejusdem Ἀντιρρητικὰ πρὸς τὰ προφερόμενα ῥητὰ τῶν ἁγίων ὑπὸ Προχόρου τοῦ Κυδώνη. *Antirrhetica ad dicta Patrum allata à Prochoro Cydonio.* Principium: ὅλως μὲν οὐκ ἔδει, ὦ ἅγιε ἀπολογήσασθαί με πρὸς τὰ λεγόμενα. Probant etiam eandem ætatem aliæ Commen-

** Eadem Flacii verba sunt, præfat. ad Nili libellum.

n) In Bibl. Cæsarea teste Nesselio p. 353. extat etiam Nili hujus Epistola ad sororis suæ filium Nicolaum Cabasilam, de Oratione ejus encomiastica in S. Martyrem Demetrium: Ἐπιστολὴ τοῦ πρὸς μητρὸς θείου Κυροῦ Νικολάου τοῦ Καβασίλα, ἁγιωτάτου μητροπολίτου θεσσαλονίκης, Κυροῦ Νείλου. Principium hujus Epistolæ non est à verbis: ἡ δὲ αἰτία δηλὴ δι' ἣν καὶ ὧδε τέτακται, ut legas in appendice ad V. C. Guil. Cavei Hist. literariam, sed verba illa librarii sunt, quibus rationem manifestam esse ait quare in Codice illo Cæsareo Orationibus Cabasilæ, Nili Epistola subjungatur.

2011 Ministerio de Cultura

mentationes eodem tempore concinnatæ, uti Demetrii Chrysoloræ. Κατὰ λατίνων λόγος συνοπτικὸς, ἀφ' ὧν ἐποίησε Νεῖλος Ἀρχιεπίσκοπος θεσσαλονίκης. Principium: Ἀρχαία δόξα τῆς ἐκκλησίας ὡς ἐκ τοῦ ὑγοῦ τὸ Πνεῦμα. Item ejusdem διάλογος ἀναιρετικὸς τοῦ λόγου, ὃν ἔγραψεν Δημήτριος ὁ Κυδώνης κατὰ τοῦ θεσσαλονίκης Κύρου Νείλου τοῦ Καβασίλα. Principium: Μέγας μὲν ὁ τῶν ὁμοφύλων καθ' ἡμῶν πόλεμος, & tandem, ne plura huc aggeram, Demetrii Cydonii πρὸς τὰς τοῦ Καβασίλα ἐλέγχους κατὰ τῶν περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος κεφαλαίων τοῦ μακαρίου θωμᾶ, Principium: ἡ μὲν κατὰ λατίνων προθυμία τοῦ ἀνδρὸς τούτου μεγάλη καὶ θαυμαστή. Et ne patientia tua abutar, videlis per te ipsum Cantacuzenum in Historia, & potissimum lib. 4. cap. 16. Ibi narrat Imperator Cantacuzenus se molestiis exsolvi cupientem, ac genus vivendi placidum, minimeque negotiosum suspirantem, cum statuisset translato Imperio Monachorum instituta sectari, ad hanc secessionem socios addidisse Nicolaum Cabasilam, & Demetrium Cydonem, *qui externæ sapientiæ fastigium attigerant, & moribus Philosophantes vitam cœlibem, conjugaliumque perturbationum expertem amplexi fuerant. Quocirca præcipuum gratiæ, amicitiæ, & familiaritatis locum apud Imperatorem obtinebant.* Notat præterea Salmasius ibidem non mediocriter errare virum eruditissimum, o) qui Nilum Thessalonicensem eundem facit cum Nicolao quodam Methones Episcopo, & binominem hunc Nilum fuisse dicit, quod usus esset Codicibus, qui tractatus alios quosdam ejusdem, aut non multum absimilis argumenti continebant, quibus interdum nomen Νικολάου additum Καβασίλα refert. Nec alio argumento Nilum, & Nicolaum eundem putat. Ponit argumentum in fabulas Salmasius, & non dissimili exemplo explodit. Se quoque in Codice Palatinæ Bibliothecæ Nicolai Methonensis disputationes aliquot adversus Latinos; item Dissertationem Basilii Thessalonicensis Metropolitani invenisse, & hoc eodem usum argumento, ex Nilo, Nicolao, & Basilio, ex his tribus Geryonem unum & triplicem creare potuisse. Nam quod idem adstruere exstyli affinitate conatur, id quale sit, se non ignorare, qui plura scripta ejusmodi recentium Græcorum Patrum tum manu

o) Bonav. Vulcanium in præf. ad Nili librum de primatu Papæ editum à se è MS. Bibl. Vaticanæ & latine redditum Lugd. Bat. 1595. 8. apud Raphelengium. Subjunxit porro Vulcanius Græce & Latine initium disceptationis Græci & quorundam καλδηναρίων (*Cardinalium* atque Excerpta quædam ejusd. argumenti ex aliis Nili scriptis, & libellum deigne purgatorio, ejusdem ut credibile est Nili, nisi Marco Ephesio illum tribuere malis. Latine denique subjunxit Excerpta è Synodo Florentina.

2011 Ministerio de Cultura

nu exarata, tum excusa legit, ut argumento, ita stylo similia: nec tamen unquam ex eo Auctores, qui diversi erant, confundendos esse statuisse, sed id tandem conjecisse, eadem illos ætate vixisse, qui stylo iidem pene viderentur.

Eruditissimus hic Vir, cujus nomen obticuit, & conjecturas de Nilo & Nicolao redarguit Salmasius, est Bonaventura Vulcanius, cujus dicta accuratiori examine supponenda sunt, & hic non gravabor apponere nonnulla ex ejusdem Præfatione ad lectorem, præfixa Tractatui Nili Episcopi Thessalonicensis de Papæ Romani primatu. *Codex meus MS. in fronte libri expresse præ se fert nomen* Νείλου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης *sed cum in eodem Codice sint alii non absimiles ab hoc argumento Tractatus, in iis reperio interdum nomen* Νικολάου τῆς Μεθώνης Ἐπισκόπου, *interdum etiam additum nomen* ὁ Καβασιλᾶ. *Quo fit ut mihi pene persuadeam, binominem hunc nostrum Nilum fuisse, h. e. Nilam, & Nicolaum hunc, unum atque eundem Auctorem fuisse. Neque hoc me à sententia dimoverit, quod hic Methonensis Episcopus, alter vero Thessalonicensis Archiepiscopus fuerit. Usitatum enim hoc & olim, & hodie, ut Episcopi ab uno ad alium digniorem, aut alioquin ad Archiepiscopatum promoveantur. Accedit huc, quod quæ hodie extant Nicolai Methonensis Lucubrationes, vel typis excusæ, vel manu exaratæ plane cum stylo & filo orationis hujus Nili conveniant. Excusus autem extat Nicolai Methonensis Tractatus inter Liturgicos Auctores, è manuscriptis vero ejusdem operibus, quæ in nonnullis Italiæ & Hispaniæ Bibliothecis extant, vidi illius orationes VII. de vita in Christo, quas nonnulli, quod quidem pro me maxime facit, Nilo adscribunt, neque mea quidem sententia falluntur. Extat etiam apud me præclarum ejusdem Nicolai Methonensis opus, quo Theologiam Platonicam Procli, quæ constat Propositionibus CCXI. in quarum plerisque, ille dubium, accuratior ne Philosophus, an acrior Christi hostis, principia religionis Christianæ Philosophicis rationibus, & demonstrationibus evertere conatur, doctissime confutat. Titulus libri sic habet:* Νικολάου Ἐπισκόπου Μεθώνης ἀνάπτυξις τῆς Θεολογικῆς συγχωρήσεως Πρόκλου τοῦ Λυκίου Πλατωνικοῦ Φιλοσόφου, &c. Nicolai Episcopi Methonensis confutatio Theologicæ informationis Procli Lycii Platonici Philosophi. *Hi, inquam, libri à Nicolao Methonensi conscripti, Nili hujus nostri stylum tersum sane atque elegantem proxime referunt. Horum te Candide Lector monitum volui, liberum tibi de tota re judicium relinquens.*

Eruditissimus hic vir, quisquis ille fuit, cum Nicolaum Cabasilam, & Nilum unum facit, & postremum obliterata memoria Cabasilæ, mirum non est, si Methonensem in locum illius detruserit.

Inter

2011 Ministerio de Cultura

Inter Nicolaum Cabasilam, & Methonensem magnum est temporis intervallum. Methonensis siquidem multo Cabasila antiquior. Si Methonensis ut Epitomator Gesnerianus tradit, florebat anno 1230, sub Lascaribus, qui scripsit pleraque contra Pontificios, quæ in Bibliothecis manuscripta leguntur, sicuti etiam ejusdem Oratio ad eos, qui hæsitant, ajuntque consecratum panem & vinum non esse Corpus & sanguinem Domini nostri JEsu Christi, & legitur hodie in Bibliotheca sanctorum Patrum Margarini Bignei: Cabasila vero florebat anno 1314. Inter Methonensem itaque atque Cabasilam intermedii sunt anni, si quæ statuit Epitomator vera sunt, 84. & ut liquidius res diluceat, Johannes Veccus florebat sub Michaële Palæologo primo anno 1371. Sed Veccus multo antiquior Cabasila, scribit, & plane dissolvit argumenta Methonensis contra Processionem Spiritus etiam ex filio, post tot annos. Ergo Methonensis Nicolaus, & Nicolaus Cabasila, non possunt esse unus, & idem auctor. Adde, Nicolaus Cabasila, licet sententiam Nili de Processione Spiritus Sancti adversus Latinos secutus sit, ac foverit, nihil tamen de eo argumento adversus Ecclesiam Romanam ad hunc diem ab eo scriptum & concinnatum inveniri in Bibliothecis, quod ipse sciam.

Edita sunt p) Nili Archiepiscopi Thessalonicensis græce & latine Oratio demonstrans, *non aliam dissidii Ecclesiarum Latinarum, & Græcanicarum esse causam, quam quod Papa ejus, quod controversum est, cognitionem, ac judicium ad Oecumenicam Synodum deferre detractat: Sed ipse solus controversiæ Magister, ac judex sedere velit, reliquos vero discipulorum instar dicto audientes habere, quod quidem ab Apostolorum, & Patrum legibus actionibusque est alienum.* Item ejusdem *de Primatu Papæ*, quibus accesserunt alia nonnulla de controversis à Græcis, opera & studio Claudii Salmasii, q) & Bonaventuræ Vulcanii, cum nonnullis Notis, Hanoviæ typis Wechelianis apud Claudium Marnium, & Hæredes Johannis Aubrii 1608. in 8. Hoc etiam opusculum Matthias r) Illy-

p) Prodierunt etiam Græce Londini, sine temporis nota in 4. cum Meletii Alex. atque Georgii Coresii Chii & Gabrielis Philadelphiensis scriptis adversus latinos.

q) Salmasius tum vix quatuordecim annos natus erat cum Nilum ederet usus Codice Palatino & altero Ludovici Servini. Sed nec senem postea hujus operæ puduit, nam libro suo de primatu Papæ Lugd. Bat 1645. 4. excuso Nilum iterum subjunxit, quemque Nilo comitem dederat Barlaamum Monachum περὶ τῆς τοῦ πάπα ἀρχῆς.

r) Flacius.

2011 Ministerio de Cultura

Illyricus verſum ex Græco in Latinum ſermonem vertit, ut ſcribit Epitomator Gesnerianus. Hoc ſchismatici s) opus negari non poteſt à veneno, eoque perquam peſtifero ſuffuſa lingua dictatum fuiſſe, ideoque acceptiſſimum Hæreticis acceſſiſſe. Sed quas ille blasphemias in Romanam eccleſiam evomit, & argumenta, quibus in illis diſſeminandis effundit tenebras, à multis exploſa ſunt in ipſa Florentina ſynodo, & poſt Synodum ab aliis perdocte, atque erudite; & nunc demum t) infirmata, atque perfracta funditus ſunt à Johanne Matthæo Caryophilo Epiſcopo Iconienſi in Confutatione Nili Theſſalonicenſis, edita Pariſiis græce & latine, 1626. in 8.

Quæ ipſe vidi, ſunt; *Βιβλίον κατὰ Λατίνων, ἐν ᾧ περιέχεται ἀπάντησις πρὸς Λατίνους ὥσπερ ἐγχειρίδιόν τι προκείμενον τοῖς βουλομένοις ἀγωνίζεσθαι πρὸς ἐκείνους. Adverſus Latinos certatio inſtar Enchiridii, illis deſerviens, qui cum eisdem concertare cupiunt.* Principium: *τῶν ἐν τῇ θεολογίᾳ δογμάτων, τὰ μέν ὅσα ῥητῶς κείμενα.* Quæ modeſtius locutus eſt ipſis Hæreticis: neque enim ipſe vidi quod Epitomator u) inſufflat: *Adverſus Papæ tyrannidem & Latinos. Omnia hæc græce manuſcripta extant, & latine edita ſunt verſa ab Illyrico.*

Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λόγοι Λατίνων, ἐξ ὧν ὅιονται τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. De Spiritu Sancto argumenta Latinorum, quibus ſe demonſtrare putant, Spiritum ſanctum ex Filio quoque procedere. Princip. *πρῶτον μὲν ἀξιοῦσι τὴν δόξαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.*

Πρὸς τὸ συμπέρασμα, ἢ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Λόγος ἀ Ad Concluſionem, ſive de Spiritu Sancto x) *Oratio prima.* Pr. *καὶ τοῦτο ὃ ἡ τῶν Λατίνων ἐκκλησία συνηγοροῦσα τῇ δόξῃ τῇ ἑαυτῆς.*

s) Nili.

t) Inſiſtit Caryophilus veſtigiis Bellarmini, qui contra Nilum diſputat lib. 2. de Romano Pontifice c. 22. & 27. Prodierunt libri duo Nili de primatu Papæ etiam in Melchioris Goldaſti primo volumine Monarchiæ S. Romani Imperii, Hanov. 1612. fol. Caryophili autem liber recuſus im Bibliotheca maxima Pontificia Jo. Thomæ de Rocaberti Archi-Epiſcopi Valentini Tomo XIV. Rom. 1698. fol.

u) Epitomator Geſneri Bibl. Simlerus, qui quod omnia illa Nili verſa latine & edita ab Illyrico eſſe ſcribit, miror: neminem enim reperi qui illa viderit, præter librum de quo ſupra dixi de primatu.

x) Λόγος rectius fortaſſe redditur *liber* ſive *diſſertatio*. Videat porro Allatius qui p. 858 de conſenſu Eccleſiæ Or. & Occid. Nilo libros XLIX. de proceſſione Spiritus S. contra latinos tribuit. Sane XLIX. argumenta Latinorum propoſuit & diſſolvere conatus eſt Nilus hoc in opere, quod MS. extat in Bibl. Cæſarea, aliisque ut Baſileenſi, Veneta SS. Joannis & Pauli, aliisque. Vide Neſſelium Catalogo Bibl. Vindob. p. 181.

2011 Ministerio de Cultura

Λόγος β'. Pr. ὅτι καὶ ἡ τῶν Ἀποστόλων παράδοσις.

Λόγος γ'. Pr. Εἶπε μὴν καὶ ἐκ τῶν ἀποφάσεων τῶν.

Λόγος δ'. Pr. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου.

Λόγος ε'. Pr. καὶ μὴν καὶ ἐκ τῆς ἁγίας, καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου.

Λύσεις τῶν προτάσεων τῶν Λατίνων, ἐξ ὧν συνάγειν οἴονται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. *Solutiones propositionum Latinorum, quibus se concludere opinantur, Spiritum Sanctum ex Filio procedere.* Pr. πάντα μᾶλλον, ἢ τὰ τοιαῦτα γένοιτ' ἂν ἀληθῆ.

Ὅτι οὐκ ἔστι Λατίνοις συλλογισμοῖς χρωμένοις ἀποδεῖξαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. *Latinos non posse suis Syllogismis demonstrare Spiritum Sanctum ex Filio procedere.* Pr. λοιπὰ ἂν εἰ συλλογισμοὶ, εἰς τοσοῦτον ἰσχύος μέτεστιν.

Λύσεις τῶν συλλογισμῶν τῶν Λατίνων περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Solutiones argumentorum Latinorum de processione Spiritus Sancti.* Pr. τοῦτο ἂν καὶ ἐξ ἀναντιῤῥήτων λόγων δῆλον ἐστίν.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματός τινα. *Ejusdem de processione Spiritus Sancti excerpta.*

De mole immensa hujus Niliaci voluminis Bessario Cardinalis apud Syropulum in Concilii Florentini hist. sect. 6. c. 12. y) ad Græcos: Ὅμως εἰ τὸ περὶ προσθήκης λέγει ὁ Καβασίλας φύλλα τέσσαρα, καὶ οἱ λόγοι ὃς εἴπομεν ἡμεῖς εἰς αὐτὸ, εἰσὶ βιβλίον ἕν, εἰς ἂν τὸ περὶ τῆς δόξης, ἐν θαῤῥαλέῳ ἐκεῖνο βιβλίον ὁλόκληρον, ὃ δυνησόμεθα καὶ ἡμεῖς εἰπεῖν, πολλά, καὶ καλά; *Nec enim nos oportet Latinos expavescere, si quidem Cabasilas, cum de additamento scriberet,* z) *tantum unius libri folia implevit: quæ nos hic de eodem argumento fudimus, surgunt ad volumen. Ergo ubi Cabasilas ipsum dogma illustrando integrum Codicem confecit, numquid nos in illud item dogma non poterimus multo præclariora,* a) *quam quæ hactenus evulgare?*

Quid vero in prægrandi hoc opere, vastaque scriptionis mole peregerit hic Nilus, & quomodo in mari & pelago malorum contra Latinos sua direxerit, in corde concenturiaverit, & scripto copias instruxerit, non inconsiderate nobis distinxit in Protheoria hujus operis

y) In historia Concilii Florentini à Rob. Creyghtono edita p. 160. Nili Cabasilæ mentio fit his verbis: ἔχομεν δὲ εἰς τοῦτο παράδειγμα τὸν ἅγιον τὸν Καβασίλαν ὃς μετὰ τὸ ἐλέγξαι διὰ πολλῶν τὴν τῆς δόξαν, ὕστερον χωρεῖ καὶ ἐπὶ προσθήκης.

z) In græco est *quatuor folia implevit.*

a) In græco est: *multa ac præclara.*

2011 Ministerio de Cultura

operis Nicolaus Cabasila dicti Nili ex Fratre Nepos, quam, ne in illis perquirendis oleum & operam perdas, hic apponemus. Προθεωρία ἐκτεθεῖσα σαφῶς ἅπαν τὸ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν ἀρίστην πίστιν πραγματείαν συμπερασμένη διὰ βραχέων ῥημάτων, ὡς οἷόντε τὸ πᾶν τῆς ὑποθέσεως ἐκτιθεμένη. Τοῦτο τὸ βιβλίον συνέσχη μὲν κατὰ τῆς τῶν Λατίνων καινοτομίας, τηρεῖ δ' ἐκείνην τὴν τάξιν, τῶν λόγων ἐκτεθέντων ἁπάντων, δι' ὧν Λατῖνοι συμπεραίνειν δοκοῦσι τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην. Πρῶτον μὲν οὖν τὸ συμπέρασμα τῶν Λατίνων ὁ λόγος, τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ δὲ πάντων ἀληθὲς εἶναι, δεικνύων ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον τὸ ἅγιον πνεῦμα, δείκνυσι δὲ μαρτυρίαις τῆς ἁγίας γραφῆς, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, οἷς πιστεύειν ὥσπερ ἡμῖν, οὕτω καὶ Λατίνοις ἀνάγκη, ἀπὸ δὲ τῶν πρώτων ὑποθέσεων τῆς πίστεως, τῶν κυριακῶν, καὶ ἀποστολικῶν λόγων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν διαδόχων τῶν Ἀποστόλων, καὶ θεολόγων σχεδὸν ἁπάντων τὴν ἀλήθειαν συμπεραίνει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. Τούτου δὲ δειχθέντος ἐν πέντε λόγοις, ἅπερ τὰς προτάσεις χωρεῖ, τοῦτο μὲν δίκαιον ἔθος τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐπειδὰν ὑπὲρ τῶν ὀρθῶν δογμάτων τοῖς αἱρετικοῖς πολεμεῖ δεικνύναι πρῶτον τὴν ἀληθῆ περὶ θεοῦ δόξαν, ἔπειτα τὰς τῶν ἀντικειμένων λύειν ἐνστάσεις, ὅ μάλιστα φανερὸν τὰ πρακτικὰ τῶν οἰκουμενικῶν διελθοῦσι συνόδων. Ἐπεὶ δὲ αἱ προτάσεις Λατίνων, αἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς γραφῆς, καὶ τῶν θεολόγων, αἱ δὲ ἀπὸ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, καὶ περὶ τὰ ὄντα γνώσεως εἰσὶν εἰλημμέναι, διττὸς καὶ ὁ πρὸς αὐτὰς ἔτος λόγος, καὶ ὁ μὲν δείκνυσι τῶν θείων ἐννοιῶν τῆς γραφῆς καταψευδομένους, καὶ τοὺς πατέρας, δι' ὧν ἔγραψαν, μηδεμίαν βοήθειαν διδόναι Λατίνοις, τοὺς δὲ ἀτόπους συλλογισμοὺς τὸ δεύτερον ἐλέγχει βιβλίον. Ὡς ἂν δὲ πανταχόθεν ἀναφανῇ τὴν ἀλήθειαν μεθ' ἡμῶν εἶναι, καὶ μαρτυρίαι προσετέθησαν ἀπὸ τῶν πρακτικῶν τῆς οἰκουμενικῆς ὀγδόης συνόδου, δι' ὧν φαίνεται κοινὴν γενέσθαι δόξαν τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. Ἐπὶ δὲ βασιλείας τοῦ Μακεδόνος, καὶ Φωτίου πατριάρχου, καὶ πάπα Ἰωάννου, οἰκουμενικῆς κατὰ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν συγκροτηθείσης σύνοδον, καὶ κοινῇ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος σκεψαμένης ἀνεφάνη, τὴν προσθήκην τῶν Λατίνων ἄτοπον εἶναι, καὶ ἀναθέματος, καὶ τῶν τοιούτων ἀξίαν. Ἐφ' ἧς τὰ πράγματα τῆς ἐκκλησίας κατέστη, καὶ Γραικοὶ Λατίνοις ἐπείσαντο τὴν προσθήκην ἀπὸ τοῦ συμβόλου περιελεῖν. Ἐπεὶ δὲ διασύντες αὖθις χεῖρον ἠνώθησαν, καὶ τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας ἡ βδελυρία καταχέει Λατίνων, ἄλλατε καλὰ τῶν παρ' ἡμῖν παρὰ τῶν πηνικαῦτα πρώτων διεφθάρη, καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον ἠφανίσθη τῶν ὑπομνημάτων τῆς οἰκουμενικῆς ταύτης συνόδου, φευγόντων τὸν ἔλεγχον τῶν ἐκεῖθεν, καί τοι καὶ κανόνες παρ' ἡμῖν εἰσιν οἰκουμενικῆς ὀγδόης συνόδου, καὶ Λατῖνοι γενέσθαι σύνοδον οἰκουμενικὴν

2011 Ministerio de Cultura

κὴν ὀγδόην ὁμολογοῦσιν. Οὕτω ἢ τᾶ βιβλίᾳ τῆς κατὰ τὼ σύνοδον ταύτην ἱερείας ἀφανισθέντᾳ, ὀλίγα τινὰ μέρη ὥᾼλειφθέντα, ἄλλα ἀλλαχόθεν συναγαγὼν τῷ κατὰ τῶν Λατίνων συντάγματι παρέθηκεν ὁ μακάρι᾽ Νεῖλᾳ, ἃ τόδε ποιησάμενᾳ τὸ βιβλίον, ὡς ἐναρχεῖς μαρτυρίας τῆς ἀληθείας. Φαίνεται γὼ ἀπὸ τούτων συρῆναί τε οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἐφ' ὧν ἔφην χρέων, κὴ τὼ προθήκην Λατίνων ᾼ τῆς πίστεως περιαιρεθῆναι συμβάλω, κὴ τὴν συμφωνίαν, κὴ τὼ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν ᾼπὶ τούτοις γενέσθ. Sic Schismatici celebrant ſua Pitheia, & ſi fuerint affinitate devincti, aut alio dignitatis titulo innixi, mirum eſt, quantum turgeſcant, & quaſi alis ſubannexis ad altiora repentino impetu pervolent, & ad abdita quæque aliorum penetrent, & extra proprios limites ſubſultent: adeo ut inſanire ſæpe ſæpius reperiantur. Quis crederet Nilum hunc Theſſalonicenſem, de Proceſſione Spiritus à Patre ſolo ſcribentem in ea exiſtimatione apud ſuos fuiſſe, ut vel hoc illius ſolummodo ſcripto, tot eruditorum, & rebus divinis exercitatiſſimorum hominum cohorres tum in Italia florentes ducerent proſternendos & opprimendos? Et nihilominus neglectis aliis antiquioribus, ex quibus ſua Cabaſila conſarcinat, antequam Conſtantinopoli diſcedant, in plena Synodo unus Cabaſila Nilus propoſitus eſt, illis qui diſputandi onus in ſe erant ſuſcepturi, ut ſcripta illius evulgarentur, & examinarentur. Sic enim Sgyropulus ſect. 3. c. 7. Ὅμως ἢ μᾶ πολλὲς λόγους τοιούτους ἔδοξε καλὸν, ἵνα ἀναγνώσκηται τὸ βιβλίον ᾼ ἁγίᾳ ᾼ Καβασίλα, κὴ ἐξ ἐκείνου ἐκλέγωνται, κὴ σκέπτωνται, ἐν οἷς δεῖ. Ἀνεδέξαντο ἢ τὸν τοιοῦτον ἀγῶνα ὁ Ἱερομόναχᾳ νύε᾽ Μάρκᾳ ὁ Εὐγενικὸς, κὴ ὁ δηλωθεὶς Σχολάε᾽, b) κὴ σωήρχοντο ἐνώπιον τᾶ Βασιλέως, μᾶ κὴ ὀλίγων τινῶν ἐκ τῶν προσιεμένων, κὴ ἐσκέπτοντο, κὴ ἐγύμναζον τὰ ζητήματα. *Verum tamen poſt multos hac illac ſatos ſermones, viſum eſt etiam rationi conſentaneum, ut noſtri libros evolvant, ac præcipue ſancti Cabaſilæ, è quibus tanquam fœcundiſſimo promptuario permulta dogmata noſtro uſui profutura decerpantur. Quam moleſtiam in ſe ſuſceperunt Marcus Eugenicus Hieromonachus, & qui modo perorarat Scholarius; qui Imperatoris in-*

con-

b) Hic Georgius Scholarius in prooemio ſyntagmatis ſui Græce in 4. Londinenſibus typis editi, inter recentes Græcos qui adverſus Latinos bene ſcripſerunt, primum locum Nilo noſtro tribuit: τῶν δὲ ὑςέρων ἁπάντων βέλτιον μὲν κὴ ἱκανώτερον κὴ τῷ μεγέθει τῆς ὕλης ταύτης συμμέτρως μάλιςα μὲν ὅτε θεσπέσι᾽ Νεῖλᾳ, κὴ ὁ ἱερὸς θεοφάνης, μετ' αὐτὸς δὲ κὴ τῶν ἱερῶν Γρηγορίων οἱ ὁμώνυμοί τε κὴ ἀκριβεῖς ἁπαδοὶ συνεγράψαντο. Demetrius quoque Chryſoloras Nili opus in ſynopſin contraxit, & Demetrium Cydonium qui Nilum confutandum ſumſerat dialogo ſingulari confutavit, de quo Allatius de conſenſu p. 862. atque infra in hoc ipſo libello p. 71.

2011 Ministerio de Cultura

conſpectu coierunt cum aliquibus prædictorum, & ſcrutati diligenter Cabaſilæ lucubrationes, & monumenta litteraria, quæſtiones eruerunt publicæ examinationi reſervandas. Ita vertit Creyghtonus. *Ut noſtri librum evolvant Cabaſilæ*, illi eſt; *ut noſtri libros evolvant, & præcipue ſancti Cabaſilæ, è quibus tamquam è fœcundiſſimo promptuario.* In nonnullis aliis raro, at in Creyghtono inſcitia continuo confidentiam parit. Sed ſimilia negligenda ſunt. Ante hunc Nilum Cabaſilam in Græcia adverſus Latinos de Proceſſione Spiritus ſancti à ſolo Patre Tractatus edidere, Photius Patriarcha, Nicolaus Methonenſis, Johannes Phurnus, Andronicus Camatenus, Theophylactus, & de eo nullus dubitat; quorum argumenta digeſſit, & lynceis oculis contemplatus, & efficaciſſimis rationibus diſcuſſa meritiſſimo jure fœdavit, atque contrivit Johannes Veccus. c) Quare ſi tuus iſte Sgyropulus, & quos ipſe ad Conſilium vocatos fuiſſe tradit, in arte & facultate Theologica excelluiſſent, & in ſumma rerum ignoratione verſati non fuiſſent, ad hos provocaſſent, non ad Cabaſilam. Sed nil mirum: Graculus quærit Graculum. Quid vero Theſſalonicenſes in Synodico Manuſcripto, quod novi illius editores uti profanum & impium rejecerunt? Νείλου ἁγιωτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης λόγοις ἅμα, καὶ ἔργοις, καὶ θείοις συγγράμμασι ἀγωνισαμένου ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ τὴν τοῦ Βαρλαὰμ, καὶ Ἀκινδύνου d) κενοφωνίαν θεοσόφοις λόγοις, καὶ ἀποδείξεσι ἀναντιῤῥήτοις καταισχύναντός τε, καὶ διελέγξαντος αἰωνία ἡ μνήμη. *Nili ſanctiſſimi Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, qui ſermonibus ſimul, & actionibus & Commentariis divinis pro eccleſia Chriſti: & Barlaami, & Acindyni vanos ſtrepitus à Deo datis ſermonibus, quibus reſiſti non poterat, demonſtrationibus dilucidavit, & in vituperationem adduxit, & in crimine poſuit, ſempiterna memoria.* Nec alio pacto Simeon Theſſalonicenſis Dialogo contra Hæreſes: καὶ ἔτι ἑτέρου Νείλου θειοτάτου ἀνδρὸς καὶ τῆς Θεσσαλονικέων τὴν προεδρείαν μὲν εἰληφότος, μὴ πρὸς αὐτὴν δὲ φθάσαντος ἐλθεῖν, κατ' ὀλίγης τῶν Λατίνων καινοτομίας λαμπρὰ, καὶ ἀληθῆ λίαν, καὶ ἰσχυρὰ συγγεγραμμένου, καὶ κατὰ τῆς δυσήνου ταυτησὶ τοῦ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου αἱρέσεως. *Nec non cum alio Nilo viro diviniſſimo, & Urbis Theſſalonicenſis æque ſummo Antiſtite, cujus tamen ſedem adipiſcendi poteſtas non fuit. Licet contra Latinorum novum facinus ſplendida, & fidei pleniſſima, & valde robuſta Commentaria concinnaverit, nec non contra infelicem hanc Barlaami, & Acyndini hæreſin.* Ride ſodes Theſſalonicenſium putidas ineptitudines in Synodico.

 Quod

c) Editus ab Allatio T. 2. Græciæ Orthodoxæ.

d) Poſſevinus in Catalogo Codicum MSS Bibliothecæ S. Mariæ in Vallicella in Urbe, refert Nilum contra Barlaamitas & Acyndinianos.

2011 Ministerio de Cultura

Quod in Nilo uti præstantissimum agnoscebant, & quod ille plenissime defendit, Processionem nempe ex solo Patre Spiritus Sancti, obticent, ne injurii viderentur in Latinos, inque infamiam adducerentur, quod Latinorum opinionem palam populo criminarentur; de re minima, & contemptissima, & de qua non erat apud Græcos una sententia, condemnatione nempe Barlaami & Acyndini, contra quam Nilus an quidquam scripserit, adhuc dubitatur; licet in Palamitarum sententiam iverit, eum dilaudant. Quod etiam in aliis dictæ Civitatis Pontificibus de novo Synodico additis peragunt. Hi siquidem adversus Latinorum opinionem scripta, ac si nulla fuerint, silent; in aliis, quæ Latinos non offendunt, verbosissimi sunt. Sed de his alias plenius, memoratis etiam Pontificibus. Quantum tandem Nilus hic valuerit ad res Theologicas exponendas, lege Tractatum Georgii Trapezuntii ad Johannem Cubocleſium de Processione Spiritus Sancti etiam ex Filio, Græce & Latine à me editum To. I. Græciæ Orthodoxæ. Non suppœnitebit te similis lectionis.

Johannes e) Spondanus in Annalibus Anno 1622. scribit: *Fuit postea Nicolaus Cabasila factus Episcopus Thessalonicensis, cujus extant plura scripta, sed fuligine schismatis Græcanici perfusa; adversus quem idem ipse Demetrius* f) *Græce Latineque doctus scripsisse dicitur pro sancto Thoma Aquinate, quem Cabasila primus impetierat, cujus & aliqua opera in Latinum sermonem vertit, sictui & Augustini, & alia, quem & Volaterranus, & alii uti virum doctum, æque ac sanctum laudant. Sunt autem, qui prædictum Nicolaum confundunt cum Nilo itidem dicto Cabasila, Archiepiscopo Thessalonicensi, qui hac eadem ætate vixit. Qui sive fuerit idem, sive alius, sive ante, sive post Nicolaum eam sedem occupaverit, de quo video controverti, nec tamen, admodum refert. Scripsisse reperitur duos Tractatulos contra Primatum Romani Pontificis, quos Hæretici exosculantur.* Vide Lector scriptoris Annalium Ecclesiasticorum in pauxillulis verbis imperitiam. Non interdistinguit etiam quod oculorum sensu percipit. Videt titulum Libri, quem exosculantur hæretici, & nomen Auctoris præfixum, & promptissimum oculis non internoscit. Hoc est in sole caligare, & ipsa cœcitate cœciorem esse. Libelli contra Romani Pontificis Primatum Auctor Nilus est. Alia pleraque sub Nicolai Cabasilæ nomine prostant, passim, & ubique. Perperam ergo judicant, qui Nicolaum cum Nilo confundunt, & Spondanus cum illis. Et cum alius Nicolaus, alius Nilus sit; si histori-

e) Henricum Spondanum dicere voluit Allatius.
f) Demetrius Cydonius, adversus quem scripsit alter Demetrius, Chrysoloras.

2011 Ministerio de Cultura

ricus expertus esse vis, quanam illi ætate vixerint, & qui ante, sedem Thessalonicensem, & qui post, sedem Constantinopolitanam occupaverit, enodandum tibi erat. Sed tu satis ampliter controversiæ respondisti, *id parum admodum referre.* Acute admodum, sed ridicule. Quicunque deinceps futurus si incertus alicujus sententiæ fuerit, ad evellendum scrupulum responso hoc Spondanico, ampliter, & ex oraculo satisfaciet; *id parum admodum referre. Nicolaus plura, sed fuligine schismatis Græcanici perfusa.* Plura scripsisse, verum est, quæ Catholici in linguam Latinam versa, uti Catholicis contra Hæreticorum deliramenta opportuna, atque conducibilia ediderant. Et si quid illi excidit incauto, quod nonnullis visum est, non satis ut omnibus tutum, iidem ipsi Catholici excusare conati sunt. Sed dixit nescio quis, *non dealbarent Æthiopem.* Non semper feriet, quodcunque minabitur arcus. Et Spondanus ipse in his suis Annalibus qnot mendacia, quot falsa, quot perperam, & ex ingenio insimulata, maligne atque calumniose conspergit, quæ volumen requirant, & nescio an etiam expurgata æstimationem commererentur? Nihil itaque Nicolai est, quod Primatum Papæ invadat. Et Demetrius iste Cydonius non scripsit pro S. Thoma contra Nicolaum, qui nunquam in dictum Sanctum linguam exacuit, sed contra Nilum qui id egerat, ut ex titulis librorum, qui ad hunc diem supersunt, g) colligitur. Δημητρίε ὁ Κυδώνη πρὸς τὸς Καβασίλα ἐλέγχους, καὶ τῶν περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος κεφαλαίων ὁ μακαρίτε θωμᾶ. Cui postea pro Nilo Cabasila respondit Demetrius Chrysolora. Δημητρίε τοῦ Χρυσολωρᾶ, καὶ Λατίνων λόγος συνοπτικὸς, ἀφ' ὧν ἔπιησε Νεῖλος Ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης. Et: Τοῦ αὐτοῦ διάλογος ἀναιρετικὸς τοῦ λόγου, ὃν ἔγραψε Δημήτριος ὁ Κυδώνης κατὰ τοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Νείλου τοῦ Καβασίλα. Alius itaque est Nilus Cabasila, qui scripsit contra Sanctum Thomam, alius Nicolaus. Et Nilum ante Nicolaum absque ulla dubitatione susceptum in lucem, Nicolaum postea certum est, cum Nilus Nicolaum Epistola Theologica ad eundem Nicolaum ἀνεψιὸν h) vocet, & Nicolaus semetipsum Nili ἀνεψιὸν, nominet.

Reliquum est, antequam ad alios Nilos transcendam, ut notem offusam scriptoribus de scriptis horum Nili, & Nicolai Cabasilæ caliginem, etiamsi extra argumentum paululum vagare videar. Quod enim

g) Vide Allatium de Consensu lib. 2. c. 18. §. 12.
h) Confer. Georgium Phranzam lib. 2. Hist. cap. 5. & Allatium de consensu utriusque Ecclesiæ p. 858.

2011 Ministerio de Cultura

enim Nicolai eſt, multi Nilo; quod Nili, Nicolao attribuant. Quare deſignabo opera ipſius Nicolai legitima ab inſititiis.

Nicolaus Cabaſila ſchiſmaticus Græcus Romanæque Eccleſiæ hoſtis, primum Sacellii curator, tum Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, vixit ſeculo Chriſti 14. i) circa annum 1350. Ejus meminit Johannes Cantacuzenus Imperator lib. 3. cap. 73. & 99. De eo plura Hervetus, Gretſerus, Pontanus, Poſſevinus, & inter antiquiores Simeon Theſſalonicenſis Dialogo contra Hæreſes: *Ὧν δὴ πατέρων αἱ θειόταται συγγραφαὶ καὶ ἔτι τὸ μακαρίου ἐκείνου Καβάσιλα τὸ τὴν καλὴν νίκην ἐπ εὐσεβείᾳ καὶ ἁγιότητι βίου συνηραμένου Νικολάου τῇ τὴν κλῆσιν, καὶ Θεοφάνους δὲ τοῦ Νικαίας ἄλλου σοφοῦ, καὶ ὁμολογητοῦ νέου, καὶ Ἰσιδώρου Θεσσαλονίκης, ὃν δὲν ἀπολειπομένου τοῦ σοφοῦ τὰ θεῖα Πηλουσιώτου ἐκείνου, καὶ ὁμώνυμα τὰ τῆς εἱρημένης αἱρέσεως ἀκριβῶς παρισῶσιν.* *Quorum Patrum divinissima ſcripta. Adde his & Beati illius Cabaſilæ, qui ob pietatem, & vitæ integritatem à victoria præclara nomen obtinuit, Nicolai: & Theophanis quoque Nicæni ſapientis, novique Homologetæ, & Iſidori Theſſalonicenſis in divinis rebus exponendis clariſſimi, &* k) *Peluſiotæ cognominis qui de dicta hæreſi ſagaciter, & ad vivum perveſtigant, atque expendunt, & alii.* Sunt ejusdem Opuſcula:

Ἑρμηνεία κεφαλαιώδης εἰς τὴν θείαν λειτουργίαν. Compendioſa Interpretatio in divinum Officium, ſive Liturgiam, Gentiano Herveto Interprete Latine tantum excuſa eſt Venetiis anno 1545. l) apud Alexandrum Bruviolum. Græcus vero textus ex Bibliothecæ Regiæ Codicibus primum prodiit in Auctario Bibliothecæ Veterum Patrum anno 1624. m) cura Frontonis Ducæi: unde poſtea tranſiit in Tom. 12. Bibliothecæ Morellianæ. Hervetus in ea, quam in hunc librum præſcripſit, Præfatione, excuſare nititur Cabaſilam, *ſed dealbat Aethiopem. Conſtat enim*, & adnotat, n) *manifeſtiſſime illum fuiſſe Schismaticum, & odio in Romanam Eccleſiam incenſum librum.*

i) Aliquanto antiquiorem minus recte facit & ad A. 1290. refert magnus Uſſerius p. 155. de Scripturis ſacrisque vernaculis.

k) In Græco eſt: *Peluſiotâ illo in divinarum rerum peritia nihil inferioris.*

l) Imo 1548. 8. Et deinde Antwerp. 1560. Extat etiam latina Herveti interpretatio in Bibliotheca Patrum Pariſ. A. 1654. T. 12. p. 444. & in Lugdunenſi T. 26. p. 173.

m) T. 2. p. 200. Hoc opus videtur etiam reſpicere Allatius quando p. 123. contra Hottingerum inter Græcos qui de azymis contra latinos ſcripſere, Nicolaum Cabaſilam laudat. Ex Cabaſilæ expoſitione Miſſæ paſſim loca producit in eodem libro p. 76. 89. ſeq. 109. ſeq. 134. 145. 153. 204. &c.

n) Ducæus, puta.

2011 Ministerio de Cultura

librum hæreticum de processione Spiritus Sancti contra S. Thomam Aquinatem composuisse, & multa fundi sui ubique judicia prodidisse, Et Possevinus in Apparatu; *De Processione Spiritus Sancti cæcutiit. Quæ quidem cæcitas illum adegit, ut temere, atque imperite ausus fuerit de eodem argumento scribere adversus D. Thomam Aquinatem, Virum, cujus corrigiam calceamenti in rebus Theologicis, ne posset quidem, ut ita dicam, solvere. Quamobrem liber omnino amandandus est. Idem dicimus de libello, qui in Bibliotheca Vaticana prænotatus est,* Ἔλεγχος κατὰ Λατίνων. *In libro autem de divino altaris sacrificio, id commodo fuit, quod contra Hæreticos nostri temporis divini sacrificii testimonium ab ipsis latinæ Ecclesiæ hostibus, inde apparuit. Attamen pleraque in eo libro dicta sunt, quæ hominem solidæ Theologiæ imperitum satis arguunt. Quem cum Gentianus, qui eum vertit, voluisset cum catholicis Theologis conciliare, pietatem quidem suam ostendit, verum enim vero etiam suos errores quadamtenus indicavit, sed non omnino profligavit. De Quibus vide Gentiani Herveti Præfationem ad suam versionem, & adeo cave vigesimum nonum, & trigesimum caput ejusdem libri Cabasilæ, ex quibus imprudens fortasse quispiam posset facile colligere, aliud sentire Græcos de verbis consecrationis, quam Latina Ecclesia sentiat.* Laudo quæ de verbis consecrationis in Nicolao Cabasila adnotavit Possevinus. Eadem verbis Nicolai adductis funditus evertit & profligavit Petrus Arcudius in Concordia Sacramentorum lib. 3. cap. 28. Sed eundem Nicolaum de Processione Spiritus Sancti contra S. Thomam & Ecclesiam Romanam commentatum fuisse o) usque adeodum non comperi, licet id percuriosius investigarim. Restituatur igitur ab infamia in integrum. Et licet Nili scriptorum adversus Ecclesiam Romanam argumentum brevissime operi præfixerit, p) non tamen ipsum in eos injurium fuisse fatebimur. Quare demonstrandum est, eum contra S. Thomam, & Ecclesiam Romanam scripsisse, ne ut affinis sceleri condemnetur.

Περὶ τῆς ἐν χριστῷ ζωῆς βιβλία ς'. *De vita in Christo libros sex.* In quibus præcipue agitur *de Baptismo, sacra Unctione, & Eucharistia.* Latine tantum prodierunt anno 1604. Ingolstadii in 4. cum *Philippi Solitarii Dioptra, seu regula rei Christianæ ad Callinicum Monachum, Johannis Carpathii documentis spiritualibus, & aliis opusculis* Jacobo Pontano Interprete; qui etiam adjecit ejusdem Cabasilæ *Orationem contra Fœneratores.* Quæ omnia postea translata sunt in Bibliothecam veterum Patrum Colonienſem, q) & Morellianam Appendicem. Arcudius lib. 2. Concordiæ cap. 21.

(K) explo-

o) Fatetur tamen hoc Allatius lib. 2. de consensu p. 858. seq.

p) Hoc exhibuit auctor supra p. 67. seq.

q) Etiam in Lugdunensem T. 26. p. 136. Cæterum *Orat. in fœneratores* Græce etiam lucem

2011 Ministerio de Cultura

explodit ipsius Nicolai Cabasilæ sententiam de iteranda confirmatione: quem videre poteris, si libet. Scribit Possevinus in Apparatu: *Vide notas Jacobi Gretseri nostri Theologi, qui eundem Cabasilam in reliquis scriptis errantem, ab erroribus purum in his sex de vita in Christo conatur ostendere.*

Τοῦ αὐτοῦ σημασία εἰς τὴν ὅρασιν τοῦ Προφήτου Ἰεζεκιὴλ, ἐν ᾗ ἐπὶ τῶν τεσσάρων ζώων ὁμοίωμα θρόνου, καὶ ἐπὶ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ θρόνου ὁμοίωμα, ὡς εἶδος ἀνθρώπου. Ejusdem r) *expositio in visionem Jezechielis Prophetæ, in*

cem vidit, quamvis haud integra, Augustæ Vindel. 1595. 4. edente *Davide Hæschelio*, ex Codice MS. Maximi Margunii. Integram cum oratione S. Epiphanii in sepulturam CHRISTI Græce & Lat. vulgavit *Simon Simonides*, Regni Poloniæ Cancellarius, Samoscii 1604 4. Etiam libri (non sex tantum quos Pontanus vertit, sed septem) de Vita CHRISTI Græce MSS. extant in Variis Bibliothecis, ut Cæsarea, Regis Galliæ &c. Septimi initium a Lambecio affertur hoc: ὁποῖος γίνεται ὁ μεμυημένος τὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων χάριν φυλάξας τῇ παρ' ἑαυτοῦ σπουδῇ. Ἐπεὶ δὲ εἴρηται τίς γενόμενος ὁ μυηθεὶς καὶ τίνα τὴν ὁδὸν ἐλθών. Loca Græce ex hoc opere producunt Petrus Arcudius in Concordia sacramentorum, Allatius contra Creyghtonum p. 422. seq 531. &c. contra Hottingerum p. 94 seq. 97. 108 De hoc opere intelligenda quæ leges in Casaubonianis ab amico nostro V. C Jo. Christophoro Wolfio cum nuper in Anglia versaretur descriptis & in hac urbe editis p. 39. *Exstat in Regia Bibl. liber MS. continens λόγους XIII. Nic. Cabasilæ & unum Maximi Planudæ εἰς τὴν θεόσημον ταφὴν Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ. Cabasilæ primi septem λόγοι sunt instar λόγων κατηχητικῶν, quibus initiandi præparantur ad sacrorum Mysteriorum trium βαπτίσματος, μύρου, εὐχαριστίας participationem. Itaque cum Catechesibus Mystagogicis Cyrilli Hierosolymitani, & Ambrosii libris ejus argumenti & similibus alius convenit.* Confer Causauboni Exerc. XVI. ad Baron. n. 30. ubi lemmata septem librorum, περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς Græce producit è Codice Regio, & magna cum voluptate à se lectos testatur.

r) Hæc & quæ deinceps referuntur Nicolai Chamaëtæ monumenta pleraque MSta etiam exstant in Bibl. Cæsarea Vindobonensi. Exstant etiam hæc Allatio præterita: 1. Εἰς τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα ἡμῶν μέγαν ἱεράρχην μυροβλύτην καὶ θαυματουργὸν Νικόλαον. Incipit: ἐπεὶ δὲ πάντα ἀπήντησεν ἡμῖν παρά σου, ὦ ποιμένων ἄριστε &c. 2. Εἰς τὴν πάνσεπτον καὶ ὑπερένδοξον κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνας ἡμῶν καὶ παναχράντου θεοτόκου. Incipit: τοῦ νῦν ἀγῶνος ὡς ἂν γένοιτο μεῖζον &c. 3. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ὁσιομάρτυρα Ἀνδρέαν τὸν νέον ἐν Ἱεροσολύμοις τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον διηνυκότα. Incipit: ἐγὼ δέ σου πῶς ἂν εἴποις ἐρῶν ὦ Χριστοῦ μάρτυς Ἀνδρέα &c. 4. Προσφώνημα εἰς ἔνδοξον τοῦ Χριστοῦ μεγαλομάρτυρα Δημήτριον τὸν μυροβλύτην. Incipit: Οὐδὲν ὄνειμαι τῶν ἀτόπων, ὦ μαρτύρων ἀκρότης, εἰ πολλῶν καὶ μεγάλων ἐπαινεσάντων τὰ σὰ, καὶ ἡμεῖς πρὸς τοὺς κατά σε θορύβους &c. 5. Εὐχὴ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χρηστὸν, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ λόγον. Incipit: ὑμνοῦμεν σε, εὐλογοῦμεν σε, δοξολογοῦμεν σε. Εὐχαριστοῦμεν σοι Κύριε, ὁ παλαιὸς τῶν οἰκτιρμῶν Ἰησοῦ χρηστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν &c 6. *De Magistratuum civilium iniquis ausis circa res sacras,* περὶ τῶν παρανόμως τοῖς ἄρχουσιν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς τολμώντων. Incipit: τοὺς μὲν πονη-

2011 Ministerio de Cultura

in qua super quatuor animalia similitudo throni, & super similitudinem throni, similitudo veluti ipsius hominis &c. Princip. πᾶσα προφητεία, καὶ θεωρία, καὶ ὅραμα εἰκόνες ἦσαν τῆς τ Σωτῆρ. ἐπιδημίας.

Τὸ αὐτοῦ σημασία εἰς τὴν ὅρασιν τ προφήτου Ἰεζεκιὴλ, ἐν ᾗ τὰ ὀστᾶ τὰ ξηρὰ τῶν ἀνθρώπων τὸ πρότερον ἀπολαμβάνουσιν εἶδ. *Expositio visionis Jezechielis Prophetæ, in qua ossa arida hominum priorum recuperant speciem.* Pr. τὴν τ θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀπρδημίαν.

Εἰς τὰ ἅγια καὶ σωτήρια πάθη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. *In sanctam & salutarem passionem Domini nostri Iesu Christi.* Pr. Ἄκουε, ὄρανὲ, καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων ὅλων κύκλ. (locum inde producit Allatius contra Creyghtonum p. 425.)

Εἰς τὴν ἀνάληψιν τ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, *In ascensionem Domini nostri Jesu Christi.* Pr. αἱ χάριτες μὲν ὅπι τῶν προτέρων χρόνων ἐξ ὄρανοῦ.

Εἰς τὴν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. *In Nativitatem sanctissimæ Deiparæ.* Pr. καὶ πρῶτα μὲν τὸν θεὸν ἐνταῦθα καλῶμεν.

Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. *In annunciationem Sanctissimæ Deiparæ.* Pr. εἴ ποτε δεῖ χαίρειν ἄνθρωπον (καὶ σκιρτᾶν.)

Εἰς τὸν μεγαλομάρτυρα Δημήτριον τὸν θαυματουργὸν (καὶ μυροβλύτην.) *In magnum Martyrem Demetrium miraculorum effectorem.* s) Pr. πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων ὄδε συνιδεῖν (ῥαδίων.

πονηρὸς τῶν ἀρχόντων οἱ γνώμης μοχθηρίᾳ λύουσιν τοὺς νόμους, καὶ δικαίων ὑπερορῶσιν, ὡς ἂν μὴ τῷ ἀγνοεῖν ὅ, τι δεῖ ποιεῖν ἁμαρτάνοντας, ἀλλ' ἑκόντας πονηρευομένους καὶ κακοργοῦντας &c. 7. Τῇ εὐσεβεστάτῃ Ἀυγούστῃ (Ἄννῃ τῇ Παλαιολογίνῃ) περὶ τόκου de usura. Incipit: πολλαχόθεν ἐπιδειξαμένη τῶν ἔργων, ὦ μεγίστη βασίλισσα &c. 8. Ἀθηναίοις, περὶ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἐλέου βωμοῦ. Incipit: ἦκω νῦν, ὦ Ἀθηναῖοι &c. 9. Κατὰ τῶν Γρηγορᾶ ληρημάτων. Incipit: Ὁ δὲ σοφώτατος Γρηγορᾶς, ὥσπερ ἐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν Βυζαντίων εἰς θαῦμα, καὶ Θεσσαλονικέας ἐνάγει πρὸς τὰς ὕμνους τὰς ἑαυτοῦ &c. 10. *De criterio veritatis contra Pyrrhonem, κατὰ τῶν λεγομένων περὶ τοῦ κριτηρίου τῆς ἀληθείας, εἰ ἔστι, κατὰ Πύῤῥωνος τοῦ καταράτου.* Incipit: ζητοῦσι δὲ πρῶτον, εἰ ἔστι κριτήριον ἀληθείας. &c. 11. *Solutio quinque argumentorum quibus Rhetoricam inutilem esse disputant Sceptici.* Λόγοι τῶν βουλομένων ἀποδεικνύειν ὅτι ἡ περὶ τὸν λόγον σοφία μάταιος. ἀλόγος. ἐνδέχεται &c. λύσεις τῶν τοιούτων ἐπιχειρημάτων &c. 12. Εἰς τὸν Αὐτοκράτορα (Andronicum Palæologum II.) ἐγκώμιον. Incipit: ἄτοπόν τι νομίζω &c. 13. Τῇ εὐσεβεστάτῃ Αὐγούστῃ Oratio encomiastica ad Annam Palæologinam, Imperatricem. Incipit: Νόμος μὲν ἅπασιν ἕλλησιν ἔκειτο &c Pleraque hæc exstant etiam in Codice Regis Galliæ, quem memorat Labbeus Bibl. nova MSS p. 296.

s) Locum ex hac Oratione affert Allatius contra Hottinger. p. 203.

t) Edidit Græce & Latine Godfridus Henschenius in Actis Sanctorum die V. Aprilis T. 1. Locum inde produxerat Allatius contra Hottinger. p. 204.

2011 Ministerio de Cultura

Εἰς τὴν ὁσίαν Θεοδώραν τὴν θαυματουργόν. t) *In ſanctam Theodoram miraculorum effectricem.* Pr. Ἐμοὶ ϑ' πολλῶν τὰ σὰ ϑαυμαζόντων ὦ μυροβλύτις.

Ἐξήγησις εἰς τὸ γ. τῆς μεγάλης συντάξεως Πτολεμαίου. In lib. tertium Magnæ Conſtructionis Ptolemæi. P. Ἐν ϑ τούτῳ τῷ συντάγματι σκοπός ἐστιν. Baſileæ u) 1530. fol.

Ejusdem Καινὸν Ἰαμβικὸς μετὰ σχολίων τῇ ἑωρτῇ τῶν θεοφανείων.

Ἕτερος καινὸν Ἰαμβικὸς μ' σχολίων εἰς τὴν πεντηκοστήν.

Ejusdem Nicolai Cabaſilæ laudatur à nonnullis Liber περὶ συλλογισμῶν. *De Syllogismis.* Pr. x) Σκοπός ἐστι τῷ συντάγματι διδάξαι τὸ εἶδος τοῦ συλλογισμοῦ. Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana patet ſub nomine Nicolai.

Alii fide neſcio cujus Codicis Vaticani laudant Cabaſilæ τοῦ σοφωτάτου λόγους πή. *Orationes LXXXVIII.* Nilone, an Nicolao aſſignandas, ipſi viderint. Mihi anxie perveſtiganti Codices Vaticanos, eas videre nondum licuit. Quare judico oculis potius habendam fidem, quam auribus.

Doctiſſimus Labbæus in Diſſertat. hiſtorica de ſcriptoribus eccleſiaſticis To. 2. p. 114. advertit : *Oratio in tres Theologos Baſilium, Gregorium, & Johannem Chryſoſtomum, non eſt hujus Cabaſilæ fœtus, ſed Philothei Patriarchæ Conſtantinopolitani, de quo nihil obſervavit noſter Bellarminus.* Legitur in Cod. Vaticano 809. p. 100. Φιλοθέου Πατριάρχου y) λόγος ἐγ-

u) Una cum Magna Syntaxi Ptolemæi ac Theonis Alex. Græcis in Ptolemæum commentariis. p. 151. ſeq.

x) Cabaſila de Syllogismis, in Codice Cæſareo incipit : Ἄτομόν ἐστι τὸ ἓν ἀριθμῷ, οἷον ὅδε ὁ ἄνθρωπος.

y) Hæc Philothei Oratio à Jac. Pontano Græce ac Latine una cum Dioptra Philippi Solitarii Ingolſtad. 1604. 4. & hinc in auctario Ducæano Pariſ. 1624. T. 2. p. 313. & Latine T. 26. Bibl. Patrum Lugd. p. 217. edita longe diverſa eſt ab Oratione Cabaſilæ in eosdem ſacros triumviros, quæ MS. eſt in Bibl. Cæſarea atque incipit: ἆρα γε τῶν ἐννομωτάτων καὶ δικαιωτάτων εἶναι τὴν γινομένην τοῖς πατράσι πᾶσαν νέμειν τιμήν. Εἴπερ δέ τινας τῶν ἁπάντων πατέρας &c. Nam & ab aliis laudatam eſſe illam beatorum Doctorum trigam à Johanne Euchaitarum Metropolita, (vide Allat. p. 112. de Simeonum ſcriptis) Theodoro Metochita, & Matthæo Camariota aliisque, obſervarunt Viri doctiſſimi. Conſer Acta Sanctorum T. 2. Junii p. 933. ſeq. ubi de feſto quod in honorem communem Baſilji, Nazianzeni & Chryſoſtomi à Græcis die 30. Januarii celebratur auctore Johanne Metropolita Euchaitarum, temporibus Alexii Comneni litem ambitioſam quæ inter Baſilitas, Gregoritas & Joannitas orta fuerat, ita componente, ut diceret tres illos ſimul ſibi viſos adeſſe, teſtatos ſe unum eſſe apud DEUM, itaque nec ſui cauſa contendendum de prærogativa, ſed cultum ipſorum communem uno die conjungendum. Confer etiam, ſi placet, Nicolai Rayæi tractatum præliminarem Actis Sanctor. T. 2. Junii præmiſſum.

2011 Ministerio de Cultura

ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸς ἁγίας Ἱεραρχας Βασίλειον τὸν μέγαν, Γρηγόριον τὸν θεολόγον, καὶ Ἰωάννην τὸν χρυσόστομον. Pr. Τοὺς διδασκάλους ἡμῶν ἐπαινέσωμεν.

Neander Epitomator Gesnerianus, & alii inter Nili Theſſalonicenſis Tractatus, libros etiam *de vita in Chriſto* reponunt. Quos & omnia hæc ſe vidiſſe ſcribit apud amicum in amplo & antiquo volumine, quæ ſeu ipſi, ſeu alii, quibus id negotii dabitur, aliquando cum ſtudioſis communia facient. Quidquid fuerit de eorum editione, neque enim modo anxius id exquiro, meum eſt à ſupino Neandri, & aliorum errore Lectores eximere. Libri ſiquidem de vita Chriſti Nicolai Cabaſilæ ſunt, non Nili. Idque ut videas, Librorum Nicolai notam hic libens, ut vides, attexui. Et hæc adnotavi, ne Cabaſilarum uno cognomine, unum quoque Scriptorem Nilum, ſive Nicolaum conſtituas, quemadmodum vir alter eruditiſſimus z) apud Salmaſium, ut ſupra vidimus de Nilo Theſſalonicenſi, & Nicolao Methonenſi, unum Nilum fingebat. Labbæus addit in Bibliotheca Nova, *Nili Theſſalonicenſis ad Nicolaum Cabaſilam Epiſtolam* a) in Cod. Regio 1759. Nec non; *Nicolai Cabaſilæ Chamæatæ Epitaphium* b) *Nili Theſſalonicenſis Archiepiſcopi avunculi ſui: & aliquot ejusdem epigrammata* in eod. Cod. Reg. 1759.

 Huic

z) Vulcanius, ſupra p. 63.

a) In Bibl. Cæſarea Nicolai etiam Cabaſilæ ſedecim exſtant Epiſtolæ, quarum primæ ſex ad patrem, 7. Δεκοπόλῳ τῷ Μανικαΐτῃ. 8. ὡσιαρίῳ θεσσαλονίκης τῷ Συναδηνῷ. 9 & 12. τῷ ταρχανειώτῃ. 10. τῷ μεγάλῳ Σακελλαρίῳ. 11. τῷ παπᾷ κυρῷ Δοσιθέῳ τῷ Καραντηνῷ. 13. τῷ ὑπομνηματογράφῳ. 14. & 15. τῷ Κυδώνῃ, ad Demetrium Cydonium. 16. ad incertum. Vid. Neſſelium p. 368.

Epimacho Lectori l. 2. 70. & l. 4. 6. 151. 62. 103. 106.
Epimacho Scholastico l. 3. 378.
Epiphanio l. 4. 115.
Epimachro l. 5. 490.
Epiphanio l. 5 177. Diacono 58. 111. 112. 362. 363.
Epiphanio l. 4. 115.
Epiphanio Diacono l. 2. 66.
Ermisandro l. 5. 312.
Esaiæ l. 5. 189. 190. 195. 264. 368. 409. 429. 513. 514. 549.
Esaiæ l. 1. 482. & l. 2. 197. 217. & l. 3. 196. 348. 357. 358. & l. 4. 8.
Esaiæ militi, lib. 1. 78. 167. & 2. 190. 191. 203. 292. & l. 3. 32. 52. 155. 307. & l. 4. 187.
Evagrio Diacono l. 1. 251.
Evangelo l. 1. 16.
Eubulo l. 1. 261.
Eudæmoni l. 3. 115. 243. 256.
Eudæmoni Diacono l. 2. 40. & l. 4. 225.
Eudæmoni Presbytero l. 4. 99.
Eudæmoni Lectori l. 2. 165.
Eudæmoni Scholastico l. 2. 86.
Eudæmonio Diacono l. 3. 9.
Eulampio l. 1. 64. 65. 297.
Eulogio l. 1. 257. 589. 312. 202. & l. 3. 184. 236. & l. 4. 83. 163. 176.
Eulogio Lectori l. 2. 77.
Eulogio Presbytero l. 2. 85.
Euoptio Episcopo l. 2. 215.
Eusebio Episcopo l. 1. 26. 28. 30. 37. 112. 113. 119. 151. 177. 285. 215. 250. 341. 425. 492. & l. 4. 73.
Eusebio Presbytero l. 1. 10.
Eustathio l. 11. 156. 223. 332. 345. 561. & l. 2. 124. 153. 157. 158. 171 172. 252. 253. 295. & l. 3.
Eustathio Diacono l. 2. 100. & l. 3. 369.
Eustathio Presbytero l. 2. 216. 43. 170. 296. 297. & l. 3. 221.
Eustephio l. 4. 128.
Eutocio Diacono l. 2. 19. 23.
Eutonio l. 1. 206. 234. 305. & l. 3. 34.
Eutonio Diacono l. 1. 95. 105. 286. 335. 477. 491. & l. 2. 131. 107. 112 132. 144. 147. 148. 245. 257. 258. 282. 294. & l. 3. 4. 5. 60. 83. 107. 108 109. 121. 147. 148. 149. 168. 174. 181. 203. 247. 266. 280. 281. & l. 4 24. 37. 50. 77. 116. 159.

F.

FLorentino lib. 1. 227. 486.
Fideli Diacono l. 4. 109.

G.

GErmano lib. 3. 291.
Germano Comiti l. 3. 377.
Gelesio Duci l. 1. 99.
Gerontio l. 1. 294.
Gigantio l. 1. 257.

2011 Ministerio de Cultura

Gorgonio l.1.59.60.
Gotthio l.2.10.
Gotto l.2.274.
Gregorio Episcopo l.1.125.

H.

HArpocræ Scholastico lib.2.228
Harpocræ Sophistæ l.3.37.154. 345.393.& l.4.55.91.140.
Harpocræ Sophistæ, seu Rhetori l.5.48.52.80. 102.110. 124.125. 162.185. 198.199.217.223.348. 349.351.380.415.423.424.
Heliæ l.1. 430. & l.3. 286. & lib.4. 167.
Heliæ Diacono l.4. 94. 122. 141. 149.173.
Heliæ Diacono l.5. 139.146.178. 265.269.291. 292.552. Presbytero, 467.
Heliæ Monacho l.1. 91. 115.
Heliæ remp gerenti l.2. 248.
Helioni Monacho l.1. 71.72.
Heraclio Episcopo l.2. 32. & lib.3. 72.292.
Heraclio Diacono l.1. 263.
Heraclidi Episcopo l.1. 19.182.183 & l.2.74.220.241.242. & l.3.10.
Heraclidi Presbytero l.1. 153. & lib.2. 164.
Hermio Comiti l.3. 237.
Hermiæ l. 4. 101.
Hermiæ Grammatico l.3.350.
Hermino clarissimo l.3. 373.
Hermino Comiti l.1. 18.23.126. 136. 229. 230. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 287. 288. 317. 334. & l.2. 137. 219. 235. 236. 237.238.& l.3.195.253.235.370 375. & l.4. 29. 66.
Hermociano Diacono l.1.237.
Hermogeni Episcopo l.1. 419. & l. 2.21. 51. 101. 139 178. 199. 200. 208.209.210. 218.262.276. 277. &l.3.20.21.29.99.103.130.159. 362.367.
Heroni l.3. 332.& l.4.119.223.
Heroni Monacho l.3. 257.
Heroni rempublicam gerenti l.3. 336.
Heroni Diacono l.1.200.
Heroni Scholastico l.1.422. & l.3.6. 215. & lib.4. 16. 35. 72.85.171. 208.
Heroni Presbytero l.4.76.
Hesychio Clarissimo l.2.156.
Heraclidi Presbytero l.5. 290. Episcopo 270.
Heraclio l.5. 450.
Hermino Comiti l.5.106.107.249 270.276.277.299.300.341.356. 357.371.400.472.
Hermogeni Episcopo l.5. 230.
Heroni l.5.352.353.407.433. Scholastico, 73.
Presbytero.67. 104.319.460. 538. Episcopo,527.remp. gerenti,469.
Hieraci Diacono l.5.60.64. 85.99. 100. 135. 136. 158. 175. 176. 184.235.237.356. 357.371.404. 416. Viro Clarissimo 313. Presby-

2011 Ministerio de Cultura

bytero 321. 322. 323. 500.
Hieracioni (forte Hieraci) l. 5. 15.
Hieraci l. 1. 469.
Hieraci Clarissimo l. 1. 20. 55. 162. & l. 2. 275. & l. 3. 344. 361. 73. 392 & l. 4. 43. 134.
Hieraci Presbytero l. 2. 53. & l. 3. 35. 198. 223. 278. 316. 388. & l. 4. 14. 43. 165. 181.
Hieraci Diacono l. 4. 104.
Hieraci Medico l. 2. 168.
Hieroni l. 1. 481.
Hierio l. 2. 14.
Hymetio l. 1. 97.
Hypatio l. 4. 130.
Hypatio l. 5. 396. 529. remp. gerenti 120.

I.

IAcobo Lectori l. 5. 226. 230. 236. 359.
Jesio remp. administranti l. 5. 416.
Incerto lib. 3. 202. 376.
Joanni Diacono lib. 5. 62.
Joanni Scholastico l. 5. 148.
Joanni Eremitæ l. 1. 75. 76.
Joanni Diacono lib. 2. 50. & l. 4. 58. 164. 168.
Joanni Militi l. 1. 326. 327.
Joanni Monacho l. 1. 130.
Joanni Scholastico l. 2. 82. 163.
Josepho l. 1. 372.
Josepho Presbytero l. 2. 9.
Josepho Presbytero l. 5. 297.
Ironi Scholastico l. 1. 142.
Ischirioni l. 5. 261. 291. 480. Scholastico 13.
Diacono 155. Presbytero 397
Ischirioni l. 2. 58. & l. 3. 117.
Ischirioni Presbytero l. 2. 33. l. 3. 334. 335. & lib. 4. 63. 216.
Isidoro lib. 1. 278. 485. & l. 4. 126.
Isidoro Diacono l. 1. 337. 403. 426. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 467 & lib. 2. 169. 176. 186. 188. 239. 254. 272. & l. 1. 22. 77. 78. 89. 95. 106. 110. 118. 120. 125. 128. 129. 152. 176. 204. 249. 250. 251. 318. & l. 4. 5. 100. 146. 148. 153. 182. 204.
Isidoro Episcopo l. 1. 89. 90. & lib. 2. 224. 225. 226. 263. l. 4. 1. 7. 10. 17. 120. 169. 220.
Isidoro Præfecto l. 1. 299.
Isidoro Presbytero lib. 1. 120. 221. 222. & lib. 2. 18. 94. 95. & l. 4. 26. 123.
Isidoro Scholastico l. 2. 289. & l. 3. 57.
Isidoro l. 5. 477. Diacono 32. 33. 39. 197. 294. Presbytero. 7. 394. Episcopo 156. 172. 179. 288. 289. 308. 318. 335. 459. 474. 557.
Juniæ l. 2. 8.
Junioribus Monachis, l. 1. 474.

K.

KAlliopio Presbytero lib. 1. 73.

L.

LAmpetio l. 1. 192. 193. 350. & l. 3. 114.
Lampetio Episcopo l. 2. 71. 79. 122. 192. 206. 221. 222. 264. & l. 3. 46 47. 48. 53. 131. 132. 182. 193. 200.

2011 Ministerio de Cultura

200. 214. 240. 241. 346. 367. 409.
Lampetio Diacono l. 3. 313. 390. 391. & l. 4. 3.
Lampetio Monacho l. 1. 13. 52.
Lampetio l. 5. 486. Diacono 41. 74. 255. 518. Episcopo 165. 171. 192. 482.
Lamprepio Diacono lib. 5. 365. forte Lampetio, vel contra.
Læandro l. 1. 271. 272. 303.
Leonidi l. 1. 362. 365. 366.
Leontio l. 1. 104. & l. 3. 360.
Leontio Episcopo l. 1. 83. 84. 159. 262. 297. 315. 451. 451. & l. 2. 98. & l. 3. 87. 88. & l. 3. 387. & l. 4. 110. 113.
Leontio Diacono lib. 1. 409. & l. 4. 141.
Leontio Magistriano lib. 3. 229.
Leontio Episcopo l. 5. 2. 21. 37. 171. 180. 414. 435.
Lucæ clariss. l. 5. 281. 421.
Lucæ Archimandritæ l. 1. 3. 8.
Lucæ Cœnobiarchæ l. 1. 298.
Lucæ Monacho l. 1. 260.
Luciano l. 4. 84.
Lucio Archidiacono Pelusii l. 1. 69. & l. 4. 188.
Lycænæ l. 1. 176.
Lysimacho l. 1. 355. 385.

M.

Macario Episcopo lib. 1, 202, & lib. 2, 55.
Macario Episcopo l. 5. 442.
Macario Presbytero l. 3. 329.
Macrobio l. 5. 144.
Marciano Presbytero l. 5. 61. 90. 91. 330. 340.
Marciano l. 4. 147.
Marathonio Monacho l. 1. 190.
Marco l. 2. 109. & l. 4. 42.
Marco Monacho l. 1. 173.
Maroni l. 1. 38. 69. 70. 118. 145. 223. 272. 428. & l. 2. 10. 16. 20. 22. 28. 29. 61. 123. 124. 153. 157. 158. 171. 172. 230. 252. 253. 265. 295. & l. 3. 2. 39. 61. 167. 221. 222. 275. 295. 333. 366. 484. 406. 412. & l. 4. 184.
Maroni Episcopo l. 4. 174.
Marcioni Presbytero, si forte idem, l. 5. 378.
Maroni Presbytero l. 1. 269. & l. 2. 140. & l. 3. 100. 101. 105. 116.
Maroni l. 5. 29. 34. 53. 77. 84. 115. 113. 122. 311. 326. 327. 373. 384. 385. 402. 413. 473. 476. 488. 489. 512. 524. 539. 545. 567.
Martiano l. 1. 116. & l. 4. 184.
Martiano l. 1. 347. 381. 382. 460. & l. 2. 124. 153. 157. 158. 171. 172. 233. 252. 253. 225. 295. 275. 333. 366. 412.
Martiniano Presbytero l. 1. 175. & l. 3. 185. 322. 410.
Martiniano Presbytero l. 4. 96. 97.
Martyrio l. 5. 399. 443.

2011 Ministerio de Cultura

Martyrio l. 1. 164. 207.
Martyrio Episcopo l. 1. 45.
Martyrio Lectori l. 3. 24.
Martyrio Presbytero l. 3. 162. 163. 309. 355. 356.
Maximo Philosopho Gentili 96.
Menæ Diacono l. 4. 72.
Menæ Scholastico l. 1. 46.
Menæ Diacono l. 5. 134. 443.
Monialibus crebro in Urbem commeantibus l. 1. 367.
Moysi Episcopo l. 1. 44.
Moysi Diacono l. 5. 447.

N.

NEmesio l. 5. 36.
Nemesio l. 2. 134. & l. 4. 39.
Nemesio Prætori l. 1. 47.
Nemesiano Magistriano l. 4. 81.
Nemessiano Scholastico 339.
Nilammoni Scholastico libr. 5. 561.
Nilammoni Scholastico l. 1. 3.
Nilammoni l. 4. 150.
Nilammoni Diacono l. 3. 364.
Nilammoni Monacho l. 4. 98.
Nilammoni Presbytero l. 3. 293.
Nilammoni Scholastico l. 3. 242. 194.
Nilammoni Diacono Medico l. 3. 71.
Nilammoni & Nilammoni l. 3. 288.
Nilo Scholastico l. 5. 130. 141. 145. 157. 240. 241. 272. 287. 391. 438. 487. 492. 516.
Nilo l. 1. 5. 56. 137. 219. & l. 2. 119. & l. 2. 160. & l. 3. 69. 139. & l. 4. 151. 158. 167. 179. 193.
Nili filiis l. 1. 171.
Nilo Diacono l. 3. 65. 66. & l. 4. 127.
Nilo Grammatico l. 3. 205.
Nilo Monacho l. 1. 80. 427. 278.
Niloni l. 4. 108.

O.

OLympiodoro lib. 2. 256. & lib. 4. 27. 186.
Olympio l. 5. 387. 477. Presbytero 105.
Olympio Comiti l. 1. 377. 378.
Olympio Diacono l. 2. 24.
Olympio Presbytero, Scholastico lib. 4. 205.
Olympiodoro l. 5. 202.
Ophelio Grammatico, seu Scholastico l. 5. 66. 121. 133. 200. 337. 430. 439. 517. 544. 558.
Ophelio Grammatico l. 1. 11. 86. & l. 2. 42. 55. 319. 255. 273. & l. 3. 31. 70. 92. 93. 94. & l. 4. 105. 112. 162. 200.
Ophelio Scholastico l. 2. 154. 201.
Oribasio Medico l. 1. 437.

Ori-

2011 Ministerio de Cultura

Orioni l. 1. 264. 293. 374. & l. 3. 136. & l. 4. 41.
Orioni Diacono l. 2. 16.
Orioni Monacho l. 1. 181. 194. 195. 468. & l. 2. 159. 268. & l. 3. 45. 338. & l. 4. 137. 155.
Orioni l. 5. 193. Monacho 195.

P.

PÆonio lib. 1. 277.
Pachonio Monacho l. 1. 129.
Palladio l. 1. 190. 431. 446. & l. 2. 57. 60. 180. & l. 3. 4. 9. 61. 73. 79.
Palladio Diacono l. 1. 400. 407. 414. 456. 457. 473. & l. 2. 27. 145. 187. 249. & l. 3. 213. 216. 239. 312. 405. & l. 4. 229.
Palladio Subdiacono l. 1. 373. & lib. 3. 144.
Palladio Episcopo l. 1. 321. & l. 2. 284. & l. 3. 140.
Palladio Lectori l. 4. 228.
Palladio l. 5. 6. 34. 117. Lectori 525. Sub-Diacono 7. Diacono 31. 93. 132. 194. 225. 333. 369. 405. 427. 446. 503. 526. 550.
Pamprepio Diacono lib. 2. 17. 76. & lib. 3. 238.
Pampretio Diacono lib. 2. 130. & lib 3. 226.
Panellio l. 4. 87.
Pansophio l. 1. 371.
Pansophio Archidiacono l. 1. 157.
Pansophio Diacono l. 1. 49.
Paulo l. 5. 46. 137. 214. 248. 303. 325. 374. 375. 377. 390. 452. 453. 516. Monacho, 174. 490. Hypodiacono, 44. Diacono, 83. 88.
Anachoretæ, Presbytero 131.
Paulo l. 1. 27. 268. & l. 2. 100. 106. 116. 129. 142. 143. 207. & l. 3. 33 43. 55. 74. 96. 119. 122. 124. 135. 183. 191. 192. 212. 254. 357. 268. 34. & l. 4. 34. 47. 86. 132. 226.
Paulo Cœnobiarchæ l. 1. 49.
Paulo Diacono l. 1. 475.
Paulo Sub-Diacono l. 3. 165. & l. 4. 54.
Paulo Presbytero l. 2. 62. 73. & l. 3. 51. 277. 354. & l. 4. 95.
Paulo Monacho l. 3. 232. 233.
Paulo Tribuno l. 3. 347.
Patrino Monacho l. 1. 14. 58.
Pelagio Monacho l. 1. 314.
Pelagio Diacono l. 2. 83.
Pelusiotis l. 1. 176.
Pelusii Cœnobitis l. 1. 154.
Pelusiensi Monasterio l 1. 156.
Pelusiotis Monachis l. 1. 220.
Pelusii Magistratibus l. 1. 275.
Petro l. 1. 15. 278 285. 290. & l. 2. 36. 213. 251. & l. 3. 123. 170. 246. 279. 394. 500. 411. & l. 4. 38. 41. 92. 217.
Petro Correctori l. 3 145.
Petro Lectori l. 3. 177. 305.

2011 Ministerio de Cultura

Petro Monacho l. 3. 199. 208. & l. 4. 36.
Petro Scholastico l. 3. 133. 310. 314. 395. & l. 4. 56. 185.
Petro Zenobiarchæ l. 1. 258. 28.
Petro l. 5. 16. 20. 101. 127. 159. 278. 280. 304. 305. 500. 516. 560. 566. Scholastico, 209. 239. 554. Lectori, 555. Monacho, 271. 364. Correctori, 383. Remp. gerenti, 543.
Pharismanio Eunucho Palatii 87. 231.
Philagrio l. 4. 33. 81.
Philetrio l. 4. 102.
Philippo Monacho l. 1. 41.
Philitrio l. 4. 89. 177.
Philoxeno Magistro l. 2. 286.
Pœmenio Presbytero l. 2. 179.
Pisto Diacono l. 2. 87.
Polychronio l. 4. 59.
Pomasio l. 1. 364.
Phrontino Monacho l. 1. 98.
Prisco Cappadoci l. 1. 158.
Presbyteri adiutoribus Discipulis l. 3. 287.
Proæresio l. 1. 295. 196.
Proæresio Scholastico l. 1. 208.
Proeschio προεδρίῳ Scholastico l. 4. 125.
Prunichio l. 1. 33. 34.

Q.

Quintiniano Monacho lib. 1. 224.
Quintino Monacho l. 1. 302.
Quintiniano l. 1. 390.

R.

Rufino lib. 1. 176.
Rufino Prætorii præfecto l. 1. 489.

S.

Salomoni lib. 1. 433.
Sallustio l. 1. 464.
Sandalariis Alexandrinis Monialibus lib. 1. 87.
Sereno l. 1. 186. 196. 235. 236. 238. 282. 354. 363. 462. & l. 2. 104. 105. & lib. 3. 38. 325. 326.
Sereno Tribuno lib. 1. 186. 187. 413. 429. 466. & l. 2. 279.
Sereno Tribuno Notario l. 2. 291.
Sereno Diacono l. 3. 217.
Serapioni Correctori l. 2. 15.
Serapioni Episcopo l. 3. 44.
Serapioni l. 5. 361.
Senatui l. 1. 226.
Seleuco lib. 1. 342. 356. 357. 358. 359.
Scholastico l. 1. 386. 387.
Seuero l. 1. 368.
Sereno l. 5. 403. 406. 431. Diacono, 44. 94. 143. 318. 468. 504. 526.

2011 Ministerio de Cultura

526. Tribuno, 142. 339. 563. 564.
Simplicio l. 1. 127. 225.
Siluano l. 1. 543. 344. 348. 349.
Sorano Comiti l. 1. 228.
Sofandro l. 1. 213.
Sozomeno, præfecti domestico l. 1. 300.
Strategio Duci l. 1. 133.
Strategio, Episcopo nuper instituto lib. 1. 11.
Strategio Monacho l. 2. 72. 266. & lib. 3. 98. 225. 227. 228. 324. & lib. 4. 129.
Strategio Lectori l. 1. 50.
Strategio Monacho l. 5. 216. 486. 495. 519. 520.
Strategio Scholastico l. 2. 179. & l. 3. 327.
Symmacho l. 5. 10. 310.
Symmacho l. 1. 152. 265. 455.
Symphoro l. 1. 353.
Synesio l. 1. 241. 418. 383.
Synesio Episcopo l. 1. 232.
Synodio l. 1. 493.
Syrioni l. 3. 25.
Syroni l. 3. 13.

T.

TArasio Isauro lib. 1. 160.
Tauro Præfecto l. 5. 40.
Tauro Hyparcho l. 3. 194. 365.
Thabennesiæ Monachis l. 1. 93.
Thalassio Monacho l. 1. 320.
Thaseleo l. 1. 143.
Thaumasio l. 1. 402.
Theano l. 1. 461.
Theoctisto l. 3. 11. 12. 13. 14.
Theodoro l. 2. 193.
Theodoro Augustali l. 3. 50.
Theodoro Diacono l. 3. 12. & l. 4. 64. 65.
Theodoro Clarissimo l. 3. 289.
Theodoro Scholastico l. 1. 470. 488. & l. 2. 103. & l. 3. 40. 41. 42. 112. 164. 179. & l. 4. 11. 33.
Theodosio l. 1. 453. & l. 4. 107.
Theodosio Diacono l. 1. 404. 405. 406. l. 4. 206.
Theodosio Episcopo l. 2. 52. 231. 246. 247. & l. 3. 17. 74. 75. 127. 142. 201. 330. 245. 337. 397. & lib. 1. 45.
Theodosio Presbytero l. 2. 91. 92. 125. 141. 173. 174. 259. 290. & l. 3. 349. 371. 385. & l. 4. 160. 180.
Theodosio Scholastico l. 1. 306. 396. & l. 2. 63. 229. 280. 281. 288. 299. 300. & l. 3. 185. 283. & l. 4. 192.
Theodosio Imperatori l. 1. 35. 311.
Theodosio Monacho l. 1. 39.
Theodosio l. 5. 306. 440. 490.
Scholastico, 149. 283. Presbytero, 211. 398. 457. Episcopo, 23. 30.

2011 Ministerio de Cultura

Theodoro Scholastico l. 5. 97. 115. 119. 140. 232. 238. 343. 483. 484. Diacono 219. Anachoretæ. 389. Præfecto, 371. Augustali, 462.
Theodulo l. 1. 53.
Theodoto Presbytero l. 2. 177. 285. 287.
Theognosto l. 1. 209. 301. & l. 4. 139.
Theognosto Diacono l. 4. 67.
Theognosto novo Monacho l. 1. 101.
Theognosto Presbytero l. 2. 1. 155. 212. 393. & l. 3. 68. 146. 147.
Theognosto l. 5. 271. 388. Presbytero, 367. 479.
Theoni l. 5. 437. Scholastico 314. 315. Presbytero, 59. 266. 267. Episcopo 92. 160, 161. 196. 227.
Theophani l. 5. 551.
Theophilo l. 3. 114.
Theopempto Presbytero l. 5. 508. 509.
Theopompo lib. 5. 129.
Thomæ Monacho l. 5. 123. 147.
Timotheo l. 1. 7. 8. 9. & l. 2. 136.
Timotheo Lectori l. 1. 4. 67. 68. 79. 102. 103. 106. 107. 114. 121. 131. 132. 146. 147. 218. 322. 415. 416. 417. 438. 454. 494. & l. 2. 3. 4. 5. 47. 48. 49. 68. 96. 126. 133. 135. & l. 4. 195.
Timotheo Clarissimo l. 3. 353. 384.
Timotheo l. 5. 168. 170. 274. Scholastico 254.
Theoni l. 1. 39. 274. 360. 439. 472. 498. & l. 3. 186. 187. 118. 317. 342. & l. 4. 21. 51.
Theoni Episcopo l. 2. 84. 121. 184. 260. & l. 3. 299.
Theoni Presbytero l. 3. 372.
Theoni Sholastico l. 4. 23.
Theologio Diacono l. 4. 60.
Theologio Scholastico l. 1. 54.
Theopempto Episcopo l. 3. 284. 285.
Theopompo l. 3. 63.
Theopompo Monacho l. 1. 62.
Theopompo Tribuno l. 1. 31.
Thophronio l. 1. 180.
Theophilo l. 1. 23. 458. & l. 2. 64. 67. 117. 118. 167.
Theophilo Lectori l. 2. 151.
Theophilo Subdiacono l. 3. 91. 340.
Theophilo Nauclero l. 1. 155.
Thomæ l. 1. 424.
Thomæ Comiti l. 1. 161.
Thomæ Monacho l. 1. 92. & l. 3. 178. & l. 4. 215.
Therasio l. 1. 389. 459.
Titiano l. 1. 291. 292.
Triboniano Episcopo l. 1. 149.
Tubæ Militi l. 1. 40.

V.

VAlenti. lib. 5. 534.
Valentino Presbytero l. 4. 218.

Va-

2011 Ministerio de Cultura

Valentiniano Presbytero l. 1. 417.
Varſenuphio l. 4. 212.
Vranio Diacono l. 4. 131.
Vranio Diacono l. 5. 226. 203.
Urſenorio l. 5. 355. Urſenophio eſt 502. & forte Arſenuphius l. III. & IV.
Urſenuphio Lectori l. 3. 219. & l. 4. 70.
Urſenuphio Lectori l. 2. 240.

Z.

ZAcchæo lib. 1. 397. 398.
Zenodoro l. 1. 203.
Zenoni l. 4. 22
Zenoni Diacono l. 2. 111.
Zenoni Monacho l. 3. 408.
Zenoni Presbitero l. 1. 212. 216. 217. & l. 2. 250. &. l. 3. 190.
Zenoni l. 5. 286. 448. 466.
Zoilo Presbytero l. 1. 168. 169. & l. 4. 88.
Zoſimo l. 1. 22. 61. 118. 128. 134. 135. 140. 184. 223. 313. 347. 382. 436. 465. & l. 2. 38. 41. 124. 153. 157. 158. 171. 172. 130. 252. 253. 295. & l. 3. 39. 61. 97. 275. 295. 333. 366. 406. & l. 4. 2. 3. 4. 170. 184. 220.
Zoſimo Presbytero l. 3. 333. & l. 2. 9. 28. 29. 44. 59. 65. 75. 80. 108. 113. 185. 295. 261. 298. & l. 3. 1. 54. 59. 67. 80. 81. 90. 113. 134. 143. 189. 210. 218. 224. 235. 248. 260. 261. 323. 340. 368. 401.
Zoſimo Librigero βιβλιοφόρῳ l. 3. 86.
Zoſimo Presbytero l. 5. 4. 11. 13. 24. 29. 34. 53. 57. 77. 81. 84. 105. 122. 210. 213. 231. 257. 260. 311. 324. 326. 329. 346. 358. 393. 402. 413. 427. 426. 436. 441. 445. 476. 491. 496. 507. 510. 511. 531. 532. 539. 562. 569.

FINIS.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

LEONIS ALLATII
De
PSELLIS,
ET EORUM SCRIPTIS
Diatriba,
Ad Nobiliſſimum & eruditiſſimum VIRUM
JACOBUM GAFFARELLUM,
D. Ægidii Priorem.

Huic editioni ad Romanam Maſcardi A. MDCXXXIV.
recuſæ, acceſſerunt
notæ & ſupplementa qvædam,
tum
MICHAELIS PSELLI
Διδασκαλία παντοδαπή
Sive
De omnivaria Doctrina
Capita & qvæſtiones ac reſponſiones CXCIII.
Ad MICHAELEM DUCAM Imp. CPol.
Ex Apographo Lindenbrogiano, qvod exſtat Hamburgi
in Bibl. S. Johannis, Græce nunc primum editæ
& latinè verſæ
à
JO. ALBERTO FABRICIO.

HAMBURGI,
Apud CHRISTIANUM LIEBEZEIT.

2011 Ministerio de Cultura

LEONIS ALLATII

De

PSELLIS

ET EORUM SCRIPTIS

Diatribe.

ad Nicolaum & Jacobum Vitalios.

JACOBUM GAFFARELLUM,

D. Egidii Floren.

Hinc editioni ad Iohannem Mackenii A. MDCXXXIV.

reeus. accedunt

notæ & Appendices Variorum.

tum

MICHAELIS PSELLI

Adversus Arabes

sive

De omnifaria Doctrina

Cum & variis aliorum ac reperiendis CXCII.

Ad NICHAELEM DUCAM Imp. Col.

Ex Apographo Lindenbrogiano, quod exhet Hamburgi

M. Vitel. S. Joannis, Utique hinc primum edita

& latine vertit

JO. ALBERTO FABRICIO.

HAMBURGI

Apud CHRISTIANUM LIEBEZEIT.

2011 Ministerio de Cultura

CLARISSIMO VIRO
JOHANNI HUDSON,
Bibliothecæ Bodlejanæ Præfecto Humaniſſimo atqve intelligentiſſimo,

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

QVamvis ſuo jure tibi non deberetur præſens Allatii libellus, qvem beneficio Tuo primum inſpicere mihi licuit, rariſſime hactenus obvium & pridem etiam Lambecio tum alibi tum inter Cæſareos librorum theſauros incaſſum qvæſitum, merito igitur cum conceptiſſimis gratiis jam iterum ad Te à me ablegatum: tamen jampridem publicum aliqvod amoris & obſervantiæ in Te meæ pignus à me reqvirebat Tua in me ſingularis humanitas multis mihi cognita documentis, ſingularisq; alacritas ac promtitudo promovendi bonas literas qvas valde amo, Tu vero colis etiam atqve exornas pulcherrimis monumentis atq; editionibus præſtantiſſimorum utraq; lingva Scriptorum, ut multiplicibus modis Tibi obſtringas omnes qvotqvot ubiq; terrarum ſunt ſtudiorum alumnos, non illos tantum qvi Academiarum matrem Oxoniam adeunt, celebrium in ea Virorum atq; in his Tua & incomparabilis cui præes Gazæ fama acciti atq; illecti, qvi humanitatem Tuam licet omnes cõmuni ore prædicant, tamen ſimul fatentur prædicare ſe ſatis non poſſe. Accipe igitur hoc à me Allatii ſcriptum una cum addito à me auctario, Nomini conſecratum Tuo, patereq; eſſe interpretem meæ in Te voluntatis cultusqve qvo Te & amicitiam Tuam ac virtutem proſeqvor. DEus ter Oxt. Max faxit ut diu rem locupletes literariam, extinctisq; intra breve retro tempus nimis multis eheu Angliæ Tuæ literatæ luminibus, ſerus accenſearis. Vale. Scripſi Hamburgi Idibus Decembr. Anni Chriſtiani cIↃ IↃ cc xI.

2011 Ministerio de Cultura

Nobiliſſimo & Eruditiſſimo VIRO

JACOBO GAFFARELLO,

D. Ægidii Priori

Leo Allatius S.

DIATRIBA mea de Pſellis, mihi inter mitiora ſtudia aliud agenti, ac nihil ejusmodi cogitanti è calamo excidit. Eam publici juris facere vix unqvam in animum induxiſſem, niſi Tu, Eruditiſſime Gaffarelle, qvi innata ingenii præſtantia, ac ſubtilitate, de rebus, qvæ ad literas ſpectant, non ſecus perfectè, atqve de cæteris æqviſſimè ſemper pronuncias; qvi multiplici illa lingvarum, ac diſciplinarum varietate, qvæ Te ſeculo noſtro commendatiſſimum effecit, veluti lapis Lydius, uniuscujusqve æſtimationem exploras; perqvàm idoneus atqve efficax ſvaſor acceſſiſſes. Qvamobrem, cum iſthæc mea Lucubratio Te jam, ut qvi ab illo tempore, qvo ipſam Romæ inter meas ſchedulas evoluiſti, laudatorem habuerit; majorem etiamnum in modum deſidero, ut & Te fautorem, mox ac Dominum nanciſcatur; ſperans plurimum inde nominis illi conciliatum iri, ſi Tu, qvi tot jam Libros feliciter edidiſti: tot graviſſimos Auctores ex inſtructiſſima illa Scriptorum lingvæ ſanctæ Bibliotheca, qvam ab ejus, qvæ Pici Mirandulani qvodnam fuerat, naufragio, immenſo tibi ſumptu comparaſti, in lucem proferre, ac veluti è tenebris eruere ſatagis, hos qvoqve præſtantes Viros, atqve univerſam Pſellorum familiam qvam primus explico, ordinoqve, tuam in clientelam acceperis. An non vides Vir præſtantiſſime, hoc meo conatu rem melius eſſe, qvàm ipſe putaram? Dum enim de Pſellis agitur, Simeoni Metaphraſtæ proſperè omnia proceſſere. Lætari ſiqvidem univerſi poſſunt, hominem de Hiſtoria Eccleſiaſtica tam benè promeritum miſereqve à recentioribus acceptum, nunc primum dignitati, auctoritatiqve reſtitutum, in theatrum accedere. Nemo eſt, in qvem tam acriter, ſubdoleqve hominum ingenia luſerint: in mille formas, eorum incuria, mutatus ille, Chamæleontis inſtar verſicolor, prodiit. Hinc eum Religioni nomen dediſſe, & inter religioſos cœtus, honoribus, ac dignitatibus decoratum autumant; qvem tamen nec fugiſſe nuptias, & negotiis civilibus, atqve aulicis adhæſiſſe, certò certius eſt. Sunt qvi eum & ſi mediæ ætatis Scriptorem, antiqviſſimum nihilominus fecerint, ſunt & qvi recentiſſimum: multi Virum ſanè nobilem, & magnis opibus prædituin, miſerum, inopemqve atqve unum de trivio, &, ſi DEo placet, Ludimagiſtrum impudentiſſimè blaterant. Aliqvi ex pluribus, iisqve diverſis, neqve unius fidei hominibus, unum nobis variis inductis formis, & membris undiqve collatis, in monſtrum deformarunt; contrario à Zeuxide exemplo, qvi è Virginibus formoſiſſimis, qvas ille delegerat, Helenæ ſimulacrum, egregium ſcilicet muliebris pulchritudinis opus, depinxerat. Nec minus alia ſexcenta, qvæ qvamvis obiter in Diatriba attingam, qvia tamen longiorem ſermonem expoſcunt, ſingulari Tractatui à me deſtinantur. Diatribam itaqve hanc ad Te mitto, ea conditione, ut illam tuis notis, atqve Obſervationibus ipſis, qvas in perluſtrandis omnibus Venetorum Bibliothecis, opimas, ut æſtimandum eſt, collegiſti, ornatiorem efficias; reddasqve etiam auctiorem. Nam ipſe, dum aliò, atqve aliò peregrinator advolo; aduentantibus libris curioſa ſedulitate obviam procedo, ſatisqve pertinaciter

2011 Ministerio de Cultura.

naciter, qvidqvid in eis eſt, evolvens, ſingularia qvæqve memoriæ mando; tum demum domi, congeſta recolens, Pſelli librorum Catalogum, utut potui, efformavi. Non dubito, ſi uti memoriæ, ita ſcriptioni res commendaſſem, qvin plura, & tutiora referre potuiſſem. At non licuit. Male enim cum librisagi, & ſceleratè manes Auctorum torqveri ii exiſtimant, qvibusid negotii commiſſum eſt, ut libros oſtendant. Qvos ſi velis de ſententia monere, ut benigniùs cum Scriptoribus agant; neqve enim, ſi eorum copia fiat, miſerius vivent; tum ſermone, qvaſi fulmine tacti, hærent attoniti; mox repetito ſpiritu in iram converſi, angvis inſtar, in blandientis oculos ſeſe ejaculant, qvid non, ſi vires ſuppeterent, facturi? Theſaurosillos Domino tantùm reſervari; cuſtodia, in pretio haberi; communicatione vileſcere: &, ut magis rideas, illud qvoqve mihi objectum, etiam ſi qvid Domini juſſerint, qvo poteſtas legendi, exſcribendiqve detur, ſe tamen non obtemperaturos. Miſeram ſcriptorum conditionem! deplorandum ejusmodi ſentientium, imò inſanientium ingenium! Viri illuſtres, ac liberales, qvi poſteriores fortunas ſuas omnes pro una libertate duxere, indignis modis devincti, in cuſtodiam mancipantur. Satisne illis erit, ſi tantum, exuto pulvere, à tineis, & blattis miſera ſub dominatione conſerventur? Eqvidem vitam inſuper cum libertate efflagitant; qvas non niſi communicatione ſui conſeqvi poſſunt. Et verò nec animantia, delectationis cauſa concluſa, illigataqve licet copioſiùs alantur, pluribusqve demulceantur blandimentis, qvàm ſi haberentur libera, facilè patiuntur ſeſe contineri; ſed vagos motus, ac ſolutos, qvas ſibi natura attribuit, reqvirunt. Utinam à magnificentiſſimarum Bibliothecarum Cuſtodibus, qvorum induſtria, vel occultiſſima qvæqve è loculis ducta, omnibus exponuntur, tandem aliqvando fanatici iſti ediſcerent. Sed cùm à magnanimis tantùm Viris ea opera ſtudioſis præſtetur, mirandum non eſt, ſi tam illiberaliter nobiſcum per ignavos nebulones agatur. An non vides, mi Gaffarelle, ut tibi auctorum ſanè innumerus cœtus, qvos è latebris, & ab Orci faucibus, ut liberi ſint, eduxiſti, plaudat, & gratuletur? Id etiam in meo Pſello præſtitum vellem. Verùm cum copia Codicum, unde hæc hauſi, longe ſit ê manu, & fallax ſemper memoria, ex qva in hoc negotio laborandum fuit, non omnia, diſtinctè ſaltim, ſuggerere poterit; laborem ſuspendere ſæpius in animo habui; & ſervaſſem utiqve hæc mihi; ſi tuis præceptis reluctandi vires non defuiſſent. Aſt, qvando hic fidem obſtringit meus in te amor, atqve obſervantia, resqve ipſa, ita cogit, habe, ſed tibi, *de Pſellis, eorumque Scriptis*, Diatribam. Cave ſis Rhenô tuô, in legitimis fœtibus ab adulterinis dijudicandis, iniqvior. Et, ut Epiſtolam cum Juliano concludam: Ἡμεῖς ζοι καθάπερ ἑρμῇ λογίῳ τὰς ἡμετέρας λόγας ἐγχειρίζομεν. Κἂν μὲν ὑπομείνωσι τὴν ἀκοὴν τὴν σὴν, ἐπὶ σοὶ τὸ κρῖναι περὶ αὐτῆν· εἰ δὲ πρὸς τὰς ἄλλας εἰσὶ πλήσιμοι. εἰ δὲ μοὶ, ῥῖψον ἐκεῖ καθάπερ Μασῶν ἀλλοτρίας. ἢ ποταμῷ κλύσον ὡς νόθας. Vale; nosqve tuæ Bibliographiæ qvàm citiſſima editione bea

---

Imprimatur, ſi videbitur Reverendiſſ. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

A. Torniellus Viceſg.

Leonis Allatii Diatriba de Pſellis, eorumqve Scriptis, demandante Reverendiſſ. P. Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici, â me perlecta, nihil habet, qvod morum ſanctitas, aut Fidei Catholicæ integritas averſetur: qvin, dum ad cultum ingeniorum, arcanam eruditionem ex intima antiqvitate depromit, æqvum cenſeo, ut qvam prophanæ, ac ſacræ Hiſtoriæ lucem affert, eandem conſeqvatur ipſa, præli beneficio. Die 26. Julii 1634.

Gaſpar de Simeonibus.

Imprimatur.

Fr. Antonius Cellius Magiſter, & Socius Reverendiſſ. P. Fr. Nicolai Riccardi, S. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd.

2011 Ministerio de Cultura

SYLLABUS PSELLORUM

De qvibus in hac Diattiba differit Allatius:

I. Michaël Pſellus ſive τερτυλλὸς Imperator, ab A. C. 820. ad 829. ſect. 1.

II. Michaël Pſellus, Leonis Byz. Philoſophi Præceptor, Photii diſcipulus, clarus circa A. C. 870. ſect. 2-20.

III. Michaël Pſellus, Michaëlis Ducæ Imp. Præceptor, clarus circa A. C. 1050. ſect 21 - 33. Ejus ſcripta edita ſect. 34 - 52. & 78. inedita ſect. 53 - 77.

Hujus etiam ſunt capita illa de omnivaria doctrina, qvæ hîc primum cum Allatio edidi.

Michaël Epheſius à Pſello diverſus. ſect. 31. forte ipſe Michaël Ducas Imp. Pſelli diſcipulus. ſect. 32.

IV. Michaël Pſellus Medicus ſub Conſtantino Porphyrogenneta. ſect. 71.

V. Michaël Pſellus vir militaris ſub Theodoro Laſcari. ſect. 79.

VI. Johannes Pſellus. ſect. 49. 56. 80.

VII. Conſtantinus Pſellus. ſect. 50. & 80.

LEONIS

2011 Ministerio de Cultura

LEONIS ALLATII
De
PSELLIS
& eorum ſcriptis Diatriba.

I.

PRimus omnium * ſit Michaël Amorianus; ** poſtLeonem Armenium Imperator Conſtantinopolitanus, qvem alii Τραυλὸν Balbum dixere, nos Ψελλὸν, (idem enim erit, qvicqvid alii dicant) vocabimus. Svidas, Ψελλὸς ἀσήμως, ἀνάρθρως λαλῶν, Τραυλὸς. *Pſellus, obſcurè, inarticulate loquens, Balbus.* Sed ne cognomina, ſumma etiam religione conſervanda, in alias ejusdem ſignificationis voces immutare, etſi non novo exèmplo, videamur, en teſtem omni exceptione majorem, ea propè tempora ſcribentem, Nicetam, qvi & David dicebatur, Paphlagonem, in vita S. Ignatii Patriarchæ, qvi dictum Imperatorem non alio qvàm Pſelli cognomine inſignit. Μιχαὴλ δ', ὃν κὴ Ψελλόν Φασι, δομέστικος τῶν Ἐξκουβίτων ὢν τότε, κὴ ὡς τυραννίδα μελετῶν διαβληθεὶς κὴ καταικλειοθεὶς Δι' ὑπὸ τῶν αὐτῷ συνωμοτῶν. *Etenim Michaël, quem Pſellum nominant, Excubitorum tunc Domeſticus de affectato regno delatus, & in cuſtodiam datus à commilitonibus ſuis, & ſociis conjurationis, &c.* Hic tamen in poſterioribus Hiſtoricis ſub Τραυλῷ Balbi nomine innoteſcit: in Chriſtianæ fidei dogmata, res Eccleſiaſticas, & præcipuè in adorationem ſacrarum Imaginum voce, & opere verè Ψελλὸς blæſus, verè τραυλὸς balbus.

* Non omittendus erat omnibus ab Allatio memoratis antiqvior *Simon Pſellus*, Flavii Joſephi πρόπαππος ſive atavus, cujus ipſe meminit in limine vitæ ſuæ.

** Amorium Phrygiæ opidum, qvo oriundus Michael Balbus obiit A. C. 829. menſe Octobri. cum imperaſſet annos VIII. menſes 9. & dies totidem.

2011 Ministerio de Cultura

II. Alter Michaël Pſellus in Antro Inſula, doctus vir, in cognoſcendis, atqve tradendis optimis artibus, ac diſciplinis ſtudium omne ſuum poſuerat; multis ipſe nominibus commendandus, ſed eo præcipuè, qvod ſolus, cæteris omnibus in deploratiſſima Græcia, ſomno, ac luxu marceſcentibus, emortuas Muſas omnes non intermiſit, ſed accuratiùs pertractavit, volentibusqve Philoſophiæ fontes aperuit. Ab hoc Leo Byzantius, Joannis Patriarchæ Conſtantinopolitani Nepos, ſtirpe Morocharzaniorum, cognomento Philoſophus, poſt ſtudia puerilia liberalium diſciplinarum elementa hauſit, ut refert Joannes Scylitza in Hiſtoria Orientali & ex Scylitza Cedrenus in Synopſi, τὰ μὲν ἓν γράμμασι ἔλεγεν ὁ Λέων, καὶ ποιηταῖς μυηθῆναι ὑπ' αὐτῶν Βασιλίδα, ῥητορικὴν ὕ, καὶ Φιλοσοφίαν, καὶ ἀριθμῶν ἀναλήψεις, καὶ τὰς τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν ἐφόδους ὑπ' αὐτῶν παρασχεθῆναι· Ἐκεῖσε δ' ἀπροσδοκήτως τινὶ ἐντυχὼν ἀνδρὶ Μιχαὴλ τῷ Ψελλῷ, καὶ τὰς ἀρχὰς μόνον, καί τινας λόγους, καὶ ἀφορμὰς λαβὼν παρ' αὐτοῦ, ἐπεὶ μὴ ὅσον ἐβούλετο ἐφοίτησε, περιιόντι τὰ Μοναστήρια, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς ἀποκειμένας βίβλους ἀνερευνῶντι, καὶ πολλὰ πονοῦντι, καὶ ἀπροσδοκήτως ἐπιμελετῶν ἐπὶ τὸ τῆς τοσαύτης γνώσεως ὕψος ἀνεβιβάσθη. Id eſt, *Literis, & Poëtis Leo, ut ipſe ferebat, initiatus fuit Byzantii. Rhetoricam, Philoſophiam, Arithmeticam, & reliquas Scientias in Antro Inſula didicit, ibi verſatus cum Michaële Pſello, præſtante viro, ab eoque principiis tantum, & quibusdam præceptis, occaſionibus diſcendi inſtructus, neque tantum, quantum deſiderabat adeptus, Monaſteria pervagatus eſt, librosque in iis repoſitos perquirens, atque ſcrutans, ſtudioſeque meditans ad tantæ doctrinæ faſtigium evaſit.* Leonem primis literis initiatum, Muſisqve litaſſe Byzantii vides.

III. Profanis tamen ſtudiis, Gentiliumqve diſciplinis addictiſſimus, rem Chriſtianam omnino neglexerat, adeo ut multis aliis, & præſertim Conſtantino diſcipulo, viſus ſit, repudiata Chriſtianorum fide, in Gentilismum, & futiles antiqvorum Græcorum πλεταὰς animum applicaſſe, cultumqve exoſculatum, Deos improbe adoraſſe. Viri ingenium convitiis Conſtantinus acriter verberavit, & Carmine Elegiaco inſectatus eſt, qvod ita claulit:

Ταῦτα δὲ Κωνσταντῖνος ὁ τῆς χάλα Καλλιοπείης,
Καλὸν ἀμελξάμενος φησὶν ὑπισχνούμενος,
Ὅς ῥα τὴς κραδίης μυχίοισι λεπτολογήσας,
Ὀψὲ μόγις κακίῃ κευθομένῃ ἐδάλη. id eſt:

Hæc

Hæc vero Constantinus, qui tuæ lac Calliopes pulchrum ebibit, expertus dicit: Qui tui cordis arcana intimè expendens, tandem aliquando iniquitatem occultam percepi. Discipuli calumniam Psellus ægrè tulit, & carmine Jambico, eoqve prolixo, qvo se Christi assecla, & Gentium hostem palam fatetur, injuriam propulsavit. Carmen elegantissimum, sicut & alia ejusdem inedita apud me sunt; & tibi non invidissem, sed brevitatis studio in alia magis necessaria ducor. Ut tamen melius res Christianas pertractaret, Photio Patriarchæ post Ignatii restitutionem, ad mysteria nostræ fidei addiscenda, totum se tradidit, à qvo divina doctrina instructus, prioribus studiis vale dixit, qvod ipse Elegiaco illo carmine refert:

Ἔρρε μοι ὦ τελταίλαινα Πολύμνια. ἔρρετε Μοῦσαι,
Αὐταὶ ἐγὼν ἀπὸ νιῦ Ῥητορικῆς ἔραμαι,
Φώτιον Ἀρχιερῆα γεροντοδιδάσκαλον ἐυρών,
Ὅς με γάλακτ' ἔθρεψεν θείων ναμάτων. id est:

Vale mihi O ter miseranda Polymnia. Vale Musæ. Ipse enim nunc demum Rhetorices desiderio teneor, cum Photium summum Præsidem senem magistrum adinvenerim, qui me lacte enutrivit divinarum scaturiginum. Vocat Photium γεροντοδιδάσκαλον, vel qvod senex, vel qvod senem erudiret, ambo qvippe erant ætate provectiore. Idqve commodius Leoni successit, inter Aulæ primates non postremo. Nam Photius dignitate spoliatus in Regia Basilii Macedonis vitam agens, Leonem, ac Constantinum, cæterosqve Basilii filios ad humanitatem, eloqventiam, & alias disciplinas informabat. Hinc etiam aditus Leoni ad diviniora studia capessenda datus est. Id habeo ex Constantino Porphyrogenneta * de vita, & rebus gestis Basilii Macedonis. Οὐ μὲν δὲ πρὸ τούτου διέλιπε φιλοφρονούμενος αὐτὸν, Φώτιον, καὶ τιμῶν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παντοδαπὴν σοφίαν τε, καὶ ἀρετὴν. ἀλλὰ καὶ εἰ τῆς καθέδρας μετέστησεν, οὐδὲν ἧττον δικαίως θέλων ἄγειν ὑπόπρωθεν, ὅμως τῶν εἰς παίδευσιν οὐδὲν ἐνέλιπε παρεχόμενος. Ὅθεν καὶ τοῖς βασιλικοῖς διατριβὴν αὐτῷ δὸς τῶν οἰκείων παίδων ἀπέδειξε παιδευτὴν, καὶ διδάσκαλον. Id est: *Neque vero antea humanitatis in eum, Photium, studia prætermiserat: quinimmo propter omnimodam in eo Sapientiam, ac virtutem honoribus auxit. Et licet à Patriarchali sede dimovisset, justitiæ primas concedens, attamen omnia in eum, quibus solari posset, officia contulit. Unde & in Regiam evocatum propriorum filiorum Informatorem, ac Magistrum constituit.*

* In Allatii Symmictis p. 83.

2011 Ministerio de Cultura

IV. Leo itaqve, ſive tradendæ Philoſophiæ munere, ſive præſtantia, qva & ipſe in Philoſophicis alios ſuperabat, Philoſophi ſibi cognomen vindicavit. Id cum Eccleſiaſticæ Parens Hiſtoriæ in Annalibus adnotaſſet, anno Domini DCCCLIX., Michaëlem Pſellum floruiſſe, non incongruè affirmavit. Eo namqve tempore Michaël Pſellus non illaudatus vir in philoſophandi Scientia probabatur, à Michaële altero Pſello ſub Conſtantino, & Michaële Ducis, diverſus, qvos parum cautè pleriqve confundentes, miſerè hiſtoriæ ordinem, ac tempora perturbarunt, adeò, ut non nemo in pauciſſimis verbis qvam plurima mendacia, & nugas legentibus obtrudat. Ne nimius ſim, en Gregorii Gyraldi verba de Poet. hiſtor. Dialogo 5. *Fuit quidem non incelebris Leo ille, qui Baſilii Filius, Philoſophus cognominatus eſt, qui circiter annum DCCCLXXXVII., à verbo DEi corporato, Byzantii, & Orientis annis XXV. imperium tenuit, cujus filius Conſtantinus Ducas fuit, qui & de Chriſtiana religione probe ſenſit, & optimis artibus, & diſciplinis operam naviter impendit. Hujus Conſtantini liber ille celebratus eſt, quem moriens Romano filio reliquit, in quo ſummam totius Imperii, ſociorum fœdera, hoſtium vires, quæ, & quantæ eſſent, aliaque omnia ad Imperium ſpectantia complexus eſt: quem librum hodie Venetorum Reſpublica in ſua peculiari Bibliotheca diligentiſſime cuſtodiri facit. Hujus quoque Conſtantini tempore, vir cum in omni liberalium artium ſcientia, ſed & peregrinarum floruit M. Pſellus, cujus innumerabiles penè libri curioſorum, & ſtudioſorum manibus teruntur. Ad hunc certè Conſtantinum Pſelli de victus ratione, hoc eſt, de Diæta, & de auro conficiendo, hoc eſt, Chryſopœia libri extant, quos quidam non ſanè indoctus Conſtantino magno datos perperam etiam ſcripto credidit: ut Commentaria mittam, quæ in Zoroaſtris Chaldaica Symbola leguntur, & Canones Aſtronomicos, &c.* & paucis interjectis: *Fuit & hujus Conſtantini Ducæ filius, & M. Pſelli diſcipulus, Michaël Ducas Imperator Conſtantinopolitanus, qui à fame, & penuria, quæ in exordio ejus principatus Conſtantinopolitanam urbem invaſerat, Parapinaceus cognominatus fuit. Hic quidem Michaël cæteraignavus, ac ſocors niſi quod bonis artibus ſub Pſello profecit, atque inprimis in factitandis verſibus, qua in re Græca illum Imperatorem commendat hiſtoria.*

V. Miror hominem ſanæ mentis tam inconſideratè locutum. Leo Philoſophus, Leo illi eſt Imperator, Baſilii filius. Error. Certum eſt Leonem Imperatorem humanioribus, Philoſophicis, ſacrisqve ſtudiis addictiſſimum plurima, qvæ etiam extant, laudabiliter in diſciplinarum omni genere conſcripſiſſe: ideoqve σοφὸν ſapientem ſcili-

2011 Ministerio de Cultura

ſcilicet cognominatum, at nunqvam illi Philoſophi nomen attributum ab eruditioribus eſt. Ex Leone itaqve uno Philoſopho, altero ſapiente unum facit Leonem, eumqve filium Baſilii. Imperitiùs lapſus eſt Auctor Theatri vitæ humanæ Vol. 21. lib. 2. pag. 3759. *Litteris Leo Philoſophus Imperator initiatus fuit Byzantii, Rhetoricam, Philoſophiam, Arithmeticam, & reliquas Scientias in Antro Inſula didicit, ibi verſatus cum Michaële Pſello.* *Cedrenus.* Ingens ſanè Imperatoris, & ardens ſtudium, licet auctoritas, & facultates nullæ, qvi relicta domo neglectisqve ſummi faſtigii opibus, in Inſulam Antrum pro capeſſendis diſciplinis ad magiſtrum Pſellum perrerraverit. Nonne multo facilius, præmio, qvod poterat, maximo propoſito, Pſellus vocatus acceſſiſſet? Falſum etiam eſt id aſſerere Cedrenum, qvi Philoſophum Leonem à Leone Sapiente & Imperatore diverſum novit. Et Cedreni verba de Leone Philoſopho ſunt, qvæ ſupra adduximus.

VI. Pergit Gyraldus. *Cujus* Leonis ſcilicet, *filius Conſtantinus Ducas fuit.* Qvis id dixit? Conſtantinus Ducas longè ab his temporibus vixit. Neqve Conſtantinus Leonis filius Ducæ ſibi cognomen unqvam adſcivit, ſed Porphyrogennetæ, qvo maximè gaudet, & geſtit. Ducæ cognomen poſt centum ſexaginta ad minus annos in Imperio cepit. *Qui & de Chriſtiana religione probè ſenſit.* De Conſtantino Duca fortè verum fuerit. Verùm qvanam ratione Conſtantinus Leonis Filius Schiſmatis propugnator de Chriſtiana religione probè ſentire potuit, judicent alii. Conatus illius in vindicando ab injuriis Photio, vel ſolo Unionis Tomo, à Leunclavio in Jure Græco-Romano Lib. 2. edito, ſatis ſuperqve liqvet. *Hujus Conſtantini liber ille celebratus eſt, quem moriens Romano filio reliqvit.* Eum ex Codice Bibliothecæ Palatinæ, qvi Baptiſtæ Egnatii olim fuiſſe perhibebatur, deſcriptum, Græcè, & Latinè edidit Joannes Meurſius, cum aliis ejusdem Conſtantini opuſculis, Lugduni Batavorum apud Elzevirum 1627. in 8. Verùm is non Ducæ, ſed Porphyrogennetæ fuit. *Hujus quoque Conſtantini tempore floruit Michaël Pſellus.* Si de Pſello, cujus innumerabiles, ut ipſe ait, libri circumferuntur, ſermo eſt, fallit. Ille etenim non eo tempore vixit: ſi de præceptore Leonis Philoſophi, licet non fallat, ille tamen innumerabilium librorum editione non celebratur. De qvo, an aliqvid * ſcripſerit, adhuc dubitamus. *Ad hunc certè Conſtantinum Pſelli de victus ratione, hoc eſt, de diæta.* Hoc

* Præter Carmina, ut illa de qvibus ſupra §. 3.

2011 Ministerio de Cultura

qvoqve falsum est. Nam Psellus qvi de victus ratione conscripsit, Constantino * Ducæ, vel si placet, Constantino Monomachio librum nuncupavit. *Et de auro conficiendo.* Nihil minus. Libellum etenim illum ad Patriarcham Michaëlem Cerularium, cujus hortatu illum conscripserat, misit. *Quos quidam non sanè indoctus.* Optimè hic aliorum ineptias abdicat, & nonnulla Pselli Commentaria, non tamen Leonis Philosophi magistri, recenset. Subdit, *Fuit & hujus Constantini Ducæ filius, & Michaëlis Pselli discipulus Michaël Ducas Imperator Constantinopolitanus, qui à fame, & penuria Parapinaceus ** cognominatus fuit.* Nugæ. Constantini, Leonis filii, nullus fuit filius Michaël, sed Romanus, cui librum, ut Gyraldus supra dixerat, moriens, de administrando Imperio reliqvit. Et Michaël iste sub Psello præceptore Constantinum Ducam Patrem cognoscit. An non benè tractat historiam Gyraldus? An non benè de Psello, atqve his Imperatoribus meritus, qvos fœdissimè commiscendo confundit, & loco suo ejectos ad alia tempora conjicit?

VII. Possevinus item, dum Scripta recentioris Pselli ad veterem illum Leonis præceptorem transfert, satis male antiqvitatem accipit. *Michaël Psellus, qui Leonis, cognomento Philosophi, fertur fuisse præceptor, pleraque scripsit, tum ad Theologiam, tum ad Philosophiam, atqve ad alias disciplinas, sive Mechanicas, sive Medicas spectantia; si tamen omnia, qvæ illi adscribuntur, legitima sunt illius Opera.* Nec plus sapit Franciscus Bosquetus, Præfat. ad Lectorem in Michaëlis Pselli de Legibus Syntagma; *Michaëlem Psellum, qui præter propter annum Christi DCCCL. Leonis Philosophi Imperatoris* &c.

VIII. Et sane parum caute Andreas Schottus Præfat. ad Psellum in Cantica Canticorum, & Gerhardus Vossius de Historicis Græcis Lib. 2. C. 26. Cæsari Baronio & Bellarmino imponunt, sibi & aliis persuasisse conatos, floruisse Psellum, Christi Anno DCCCLIX, qvo Constantinopoli Imperator Leo Philosophus fuit, quem & Psellus Literis informavit. Licet enim de Psello verum sit, nec in eo Baronius fallitur, fuit enim vere eo tempore Psellus qvidam, Literatura insignis; nunqvam tamen Baronius eum Psellum, Leonem Imperatorem literis imbuisse affirmavit, sed Leonem Philosophum longe ab Imperatore Leone diversum. *Baronius*, dicunt, *à Psello, non Leonis æquali, sed multo recentiore, Simeonem Metaphrastam oratione Panegyrica celebratum narrat.* ita est. Sed non dixerat unicum tantum Psellum extitisse. Et nos ad qvem-

* Aliter tamen ipse Allatius infra § XI.

** Qvod πινάκιον sive qvarta pars modii eo tempore emendatibus subtraheretur. Vide Cangium in πινάκιον.

2011 Ministerio de Cultura

qvemnam Pſellum oratio illa referri debeat, certo affirmare non poſſumus. Conjectura tamen, eaqve leviſſima ducimur, hunc recentiorem eſſe illius Auctorem; qvod & plura ſcripſerit in omni diſciplina, & Scriptorum gloria celeberrimus fuerit. An vero ſenior ille aliqvid ſcripto tradiderit, certo non conſtat.

IX. Ego vero nullus dubito, ſi verum fateri velimus, Pſellum illum ſub Baſilio Macedone, multa philoſophica ſcripto conſignaſſe, eaqve nunc affinitate nominis indiſtincta ſub recentioris Pſelli nomine circumferri. Scripta namqve omnia, qvæ Pſellum patrem indigitant, cum & tractandi ratione, & inveniendi acumine, nec eadem dicendi forma, nec figurarum coloribus geſtiant, ſed alia incomptam illam, & Græcam Philoſophiam, non barbaram ſcilicet, ſed virilem, & qvæ ſuo ſplendore niteſcat, præ ſe ferant; alia cum Muſis ludant, & Gratiis, & verborum floſculis, & compto periodorum inſtructu hilariter ſubſiliant; diverſos ſibi parentes pro genii diverſitate repoſcunt. Et licet magni viri aliqvando rerum excelſarum parturitione defatigati videantur deſtitui, & in alias, atqve alias ſe dicendi formas convertere, ſemper tamen in illis vis qvædam naturæ, à ſemetipſa nunqvam degenerans, inclareſcit, qva naſuta ingenia, & acres Operum judices verum Auctorem expiſcantur. Qvamvis deturpata facie, & pedibus diſtortis Ganymedes claudicet, non ita in alium virum migrare poterit, ut Ganymedes eſſe non cognoſcatur: adhuc lineamenta illa, & peſſime exceptas pulchritudinis ſcintillas, & latentes in membris radios, ſi fungus omnino non es, prompte dignoſcas. Sæpeqve in confracto, exeſo, ac partibus mutilato marmore cælum Praxitelis deprehendi. Cum itaqve in hiſce Operibus longe diverſa ſint omnia, non uni adſcribentur parenti, & qvæ junioris Pſelli non erunt, ad antiqviorem eſſe referenda plane judico. Præcipua illa erunt, qvæ Ariſtotelis libros plerosqve per modum Paraphraſis, non ineleganter exponunt. Semperqve de Dialogo illo, in qvo operationes Dæmonum aſſeruntur, deqve ejus Auctore ſubdubitavi. Stylus florido ſolidior, res extra Peripateticorum ſcholas, cum Platonis, & Zoroaſtræ ſententiis affinis, & magica illa nugamenta alterum à Pſello recentiore Pſellum indicant. Hic in Dialogo Marcus in Cherſone Inſula commorans Peregrino magiæ arcana exponit: Leo Philoſophus Philoſophica, ac reliqvas ſcientias in Antro Inſula à Michaële Pſello edocetur. Video Leonis hiſtoriam ſub alienis nominibus qvaſi perſona-

2011 Ministerio de Cultura

natum in Theatrum educi. Illud etiam, qvod se dicit Timotheus à paterno Avo audisse de Euchaitarum pessimis moribus, annon magis senioris Pselli ætati, tunc cum Massalianorum hæresis, ut de Hæresibus narrat Joannes Damascenus, crudelissimè in Ecclesiam DEi grassabatur, qvæ tempore junioris propè extincta langvebat, videtur convenire? Adde Dialogo Tractatum * de Dæmonibus, nondùm editum Græcè, qvod sciam, ex Græcorum sententia, uterinum dixeris, ac germanum fœtum, & Leonem Philosophum, ac Joannem ejus consangvineum magiæ insimulatos, & accusatos tradunt Historici, qvam verisimile est non ab alio, qvàm à Michaële illo Psello didicisse,

X. Libellus etiam Pselli de Lapidibus à Maussaco editus, vel huic seniori Psello, si me conjectura non fallit, tribuendus est, vel certè nulli. Audi qvid ipse dicat, dum in fine Auctores, qvi de Lapidum virtutibus causas reddidere, enumerat, post omnes subdit, τῶν δ' ὀλίγω πρὸ ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος, ἄνθρωπος περὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀπορρήτων τῆς Φύσεως περιεργότατος. id est: *Ex his autem, qui paulo ante nos vixerunt Alexander Aphrodisiensis, ad omnia etiam Naturæ occultiora enucleanda, ut plura pancis complectar, promptissimus.* Annè paulò ante tempora Pselli, qvi sub Constantino, & Michaële Ducis florebat, Alexander Aphrodisiensis, qvi sub Antonino, & Severo scribebat, vixisse dicendus est? si octingentorum, & qvinqvaginta annorum spatium modicum temporis intervallum Psello est, qvod erit longum? Ergo vel hic Libellus Psello huic seniori vindicandus est, vel si sexcenti etiam & plures anni diuturniora tempora sunt, ideoq; nec seniori tribuendus, alius nobis Opusculi Auctor qværendus est sedulò: ne Psellum, dum hæc scriberet, dormitasse nugacissimè fateri cogamur.

XI. Liber etiam Medicus & Therapeuticus Pselli, qvem Constantino Porphyrogennetæ, nisi nos ludit inscriptio, nuncupavit, fortè Psello seniori tribuendus est, si vitam eò usqve protraxit; certè recentiori tempora negant.

XII. Verisimile itaqve est, Psellum hunc plura in Philosophicis, ac Rhetoricis composuisse. At non scripsit, inqvies, qvicqvid de aliis sit, in Simeonem Metaphrastem Panegyricum, ut Baronius somniat,

* De hoc infra §. 39. Laudat & Allatius diss. de Engastrimytho c. 2. & 16.

2011 Ministerio de Cultura

niat, cum illum Pſellus recentior ſcripſerit. Qvare Baronius falſus eſt, & in Pſello, qvem in aliud tempus amandat, & in Metaphraſte, qvem ob imaginarium Pſellum annis ferè ducentis, anteqvam eſſet, ſuam Eccleſiæ operam contuliſſe in enarrandis Sanctorum vitis contendit. Nec feliciori eventu Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſæculo 9, anno 850. Jacobus Gaulterus in tabula Chronologica, ſæculo 9. pag. 598. Jacobus Gretſerus de Imaginibus manu non factis c. 19. & alii, Baronium ſecuti ſunt.

XIII. Hic hiſtoriæ Eccleſiaſticæ hoſtes, & Simeonis Metaphraſtæ acerrimi defenſoris oppugnatores, tantorum virorum lapſu triumphare ſibi videntur. Sed nulla id evidenti ratione conantur, ni me mea fallit opinio. Pſelli tempora Baronius non diſtinxit, at qvonam ipſi modo diſtinguunt? Ipſi Panegyrim illam in Metaphraſtem juniori Pſello, ſed qvonam argumento adjudicant? prorſus nullo. Auctorem illius Orationis Pſellum alterum eſſe, non Leonis Philoſophi Magiſtrum nunqvam evincent. Scripſit ille plurima, ut verisimile eſt, qvare non & hanc Orationem ſcribere potuit? & ſcripſiſſe argumento hoc ad probandum firmiſſimo, ni me Codices Manuſcripti fallunt, ni ipſi, qvi contrarium adſtruunt, lapides ſunt, demonſtrabo. Concedant & concedere debent Orationis parentem cognomento Pſellum fuiſſe, vixiſſeqve non diu poſt Metaphraſtæ tempora. En illius verba: * Ἔδειξε γὰρ καὶν τῷ τέλει ὁποῖος αὐτῷ ὁ διεσταδασμένος βίος ἐπύγχανεν ὤν. Οὐ γὰρ ὥσπερ τετμῆσθαι αὐτὸν οἱ σωσεφρονόντες φασὶν, δὲ δὲ διηρῆσθαι, ἀλλ' ἐδόκει ὥσπερ τινὸς δέσμης ἐλευθερούμενος, καὶ εὐμαρῶς πρὸς τὰς ἀγωνίας ἀγγέλους ἀνατεινόμενος νεύμασι. Id eſt: *Nam vel in fine oſtendit, qualem vitam egerat. Non enim eum veluti abſciſſum, aut diviſum fuiſſe dicunt ij, qui viderunt: ſed videbatur veluti à quodam vinculo liberari, & hilari nutu ſe extendere ad ducentes Angelos.* Neqve negare poterunt, Nicetam, qvi & David dicebatur, Paphlagonem, D. Ignatio Conſtantinopolitano æqvalem, iisdem cum ſenioris Michaëlis Pſelli temporibus, ſcriptis editis celeberrimum, vixiſſe. Ipſe hoc de ſe, in principio vitæ Ignatii à ſe conſcriptæ, tradit. Nicetam hunc eundem cum Niceta Serrone faciunt pleriqve Codices Vaticani. Expoſitionem ſiqvidem in Carmina Gregorii Nazianzeni, ejusdem, qvi & in alia Gregorii commentatus eſt, Nicetæ, Serronis ſcilicet, qvod & plurimi Codices Manuſcripti confirmant, huic Nicetæ Davidi tribuunt. Habent enim ſatis evidenter, Νικήτα φιλοσόφου τοῦ Παφλαγονίας,

* Apud Allatium de Simeonibus p. 335. qvem vide etiam p. 48. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

νίας, Ἑρμηνεία εἰς τὰ ἔπη τ῀ Θεολόγ. & Νικήτα τ῀ καὶ Δαυὶδ, ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτά. *Nicetæ Philosophi Paphlagoniæ expositio in Carmina Theologi, & Nicetæ, qui & David, expositio in eadem.* Neqve ab his diversi sunt Codices M. S. Augustani; confirmatqve editio Veneta sub anno 1563. Ut hinc videas una tot Manuscriptorum Codicum consspiratione, non unius exscriptoris oscitantia illarum expositionum immutatum, sed continuata serie pluribus comprobatum, Auctorem Nicetam fuisse, qvi & David, & Paphlago philosophus dicebatur. Serron itaqve Nicetas, & David auctoritate horum Codicum unus est, & idem Auctor. Eo præ, seqvere mi Gaffarelle. Nicetas, præter expositiones in Gregorii Orationes, & alia ingenii sui in omni genere Doctrinarum, erudita sanè, & docta monumenta, in D. Lucæ Evangelium, qvatuor libris distinctam, satis uberem, & luculentam Catenam ex pluribus Patribus, & Scriptoribus Ecclesiasticis venustè admodum concinnavit; inter eos non infimi sunt Simeon Metaphrastes, & Psellus. fateri possumus ergo, Psellum hunc, qvi sub Constantino Duca floruit, esse? Apage. Meræ nugæ. Ante Nicetæ tempora obiisse eum certò constat. Eum de novo post Nicetam revixisse probent ipsi, si poterunt.

XIV. Argumentum hoc sanè efficax, mihi in præsentia, ut verum fateor, non satisfacit. Nec fide Manuscriptorum Codicum, qvos supra recensui, Nicetam Davidem eundem esse cum Niceta Serrone, Catenæ in Lucam compilatore probatum satis puto: longum enim temporis intervallum inter utrumqve interces̃isse existimo. Nam Nicetas Serron, Diaconus primum magnæ Eccleſiæ, & Magister, seu Doctor, Catenæ in Lucam, Matthæum, & alios auctor, & Heracleensis postea Archiepiscopus, iisdem eum Theophylacto Archiepiscopo Bulgariæ temporibus floruit, ad qvem nonam Theophylacti epistolam, inter impressas à Meursio, legi. Sed de his alius erit inqvirendi locus.

XV. Qvod si Novatorum doctrinis insistere vellem, Metaphrastes in ultima Christianæ Ecclesiæ antiqvitate ipsis etiam Apostolorum discipulis σύγχρονος fuit, tantum abest ut recentissimus sit. Nodus qvem nescio, an unqvam expedient adversarii. Gesnerus, & ejus Epitimator suspicantur, Hippolytum Thebanum, Chronici Ecclesiastici Scriptorem, cujus fragmentum Canisius in Antiqvit. Tom. 3. nobis Græcè & Latinè exhibuit, illum esse, cujus Hieronymus meminit in libro de Viris illustribus, Portuensem dumtaxat, nec incongruè; cum & Nicephorus Callistus Histor. Eccles. lib. 2. c. 3. Glycas, * & Theo-

* Glycæ etiam sunt qvos sub Metochitæ nomine Annales Meursius edidit. Hippolytus vero Chronici auctor floruit seculo XI.

2011 Ministerio de Cultura

Theodorus Metochita in Annalibus, ea, qvæ ſunt Hippolyti Thebani, tribuant Hippolyto Portuenſi Epiſcopo, ſubſtituantqve pro Thebano Portuenſem. Verum Portuenſis ſub Alexandro Imperatore, anno ſcilicet Chriſti CCXXIX., martyrium paſſus eſt. Eſt ergo Metaphraſtes antiqvior, cum Metaphraſtæ Simeonis in Chronico mentio fiat, & ſuspicione ipſorum unà cum diſcipulis Apoſtolorum floruit. Plures jam hic Metaphraſtas parturient, omnium tamen recentiſſimum vitas Sanctorum ſcripſiſſe dicent. Nugæ, & ſomnia.

XVI. Metaphraſtes Simeon unicus eſto, Thebanus à Portuenſi, uti eſt, Hippolytus diverſus exiſtimetur; & nos perqvàm obſcura illius tempora, & vitæ inſtitutum aliunde qvàm à tempore Pſelli, &, ſi fieri poteſt, ab eodem etiam Metaphraſte inqviramus. Auctor vitæ Sanctæ Theoctiſtæ Lesbiæ, Lippomano, & Surio, * aliisq; ſine ulla hæſitatione, qvamvis neſcio qvis ad incertum Auctorem transmittat, Metaphraſtes hic eſt. Comprobaturq; certiſſimo ipſius Pſelli teſtimonio. Pſelllus namqve, dum, in Metaphraſtem Canone, commentationes Metaphraſtæ inſinuat, ſcribit illum conſilio, atq; monitu Parii Anachoretæ munus aggreſſum ſcribendi, primum omnium colloqvium illud compoſuiſſe, & Theoctiſtæ Virginis vitam graphicè admodùm celebraſſe, Ode 6. Τὸ πρῶτον σὸν σύγγραμμα ἐκ θεσπεσίας θείας, καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου, καὶ μοναχοῦ, Συμεὼν θαυμαστέ, ὃν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ περιεῴρηκας. & Ἀξίως ἐξύμνησας τὴν Λεσβίας τὰ λαμπρὰ, καὶ θεῖα ἀγωνίσματα Θεοκτίστης τὴν ὄντως Ἀγγελικὴν, μικροῦ καὶ ἀσώματον τελειώσης σοφῶς τὸ πολίτευμα. Id eſt: *Prima tua commentatio ex divina providentia, & colloquio facta eſt ſacri Senis, & Anachoretæ, Simeon admirabilis, quem in Paro Inſula conſpexiſti. Et pro dignitate laudaſti Lesbiæ illuſtria, & divina certamina, verè Theoctiſtæ, à DEo fabricatæ, quæ Angelicam, & tantum non incopoream abſolvit ſapienter vitæ rationem.* In hac autem ſcriptione, & colloqvium Senis in Paro, & adhortamenta, & vita Theoctiſtes pro humani ingenii tenuitate exponuntur. A ratione ergo alienus eſſet, qvicunqve ſcriptum hoc Metaphraſtæ eſſe genuinum denegaret. At in hoc vitæ inſtitutum ejusdem, & ætatis tempora planè, & ſine ullis ambagibus proponuntur. Fruſtra itaqve ex alio, nec ab ipſo Simeone, de Simeone teſtimonium qværimus. Diſcamus verò à Simeone, eum non à ducenda uxore abhorruiſſe, ſed ex illa liberos etiam procreaſſe, civilibusqve muneribus functum, tunc demum cum Himerio, ducendarum copiarum peritiſſimo, Legatum

* Ad X. Novembr.

2011 Ministerio de Cultura

ad Arabas, qvi Cretam invaserant, missum fuisse: &, cùm non liceret per ventos ulteriùs, Parum ad navigasse, & cum sene illo Anachoreta cognomine, à qvo & res gestas Theoctistes ea conditione, ut omnia scriptis mandaret, perceperat, collocutum familiarissimè, suæqvelegationis finem fortunatum, ob eamqve munera ab Imperatore reportanda, præsagiente divino illo Sene, audisse: post absolutam navigationem, scribendo ea, qvæ viderat, & audierat, præcepta Senis adimplesse. Illa ergo tempestate vivebat, cum Arabes Ægei Insulas, & oras Græciæ maritimas non infidelici eventu, misera tamen Græciæ calamitate, ac clade afflixerunt. Sed tunc potissimùm, cum in Arabas classe, ac ferro Himerius, ipse verbo, ac muneribus expugnandos mittitur, tunc cùm nondum ad scriptionem animum adjeciset. Sed ista evenere temporibus Leonis sapientis, Basilii Macedonis filii, si Cedreno, Curopalatæ, Zonaræ, aliisqve historicis Græcis fides habenda est. Ergo tunc Simeon iste Metaphrastes, vitarum scriptor, floruit, muneribus, ac dignitatibus, auctus. Et, si qvid conjectura augurari licet, Simeon ille à secretis sub hoc Leone, qvi aurum à Rhodophyllo relictum, Leoni Tripolitæ infami Apostatæ obtulerat, ut eum ab excidio Thessalonicensi averteret, ideoqve ab Imperatore Patricii, & Secretarii primarii dignitatibus condecoratus, nullus alius est, qvàm Simeon iste noster Metaphrastes, qvi Logothetæ nomine à Psello, ut dicemus inferiùs, & ab aliis insignitur.

XVII. Metaphrastes ergo Simeon scriptionem exorsus est est sub Leone, & sub Constantino Porphyrogenneta, Leonis Filio, & Nepote Romano, ætate etiam ipse provectiore assiduis laboribus absolvebat: ut ex illius oratione de exportatione manus dextræ Joannis Baptistæ apud Lippomanum, & Surium * colligi poterit. Ait enim ea ætate sub Constantino, & Romano Imperatoribus à Jobo Diacono manum Antiochia Byzantium delatam fuisse. Id autem sub dictis Imperatoribus evenisse confirmant Cedrenus, & Zonaras in Constantino Porphyrogenneta.

XVIII. Errat ergo Gerardus Vossius, & alii, qvi putant Simeonem Metaphrastem sub Constantino Duca, vel saltem circa ea tempora floruisse: errasseq; Baronium, & Bellarminum, cum Simeon, ut Vossius ipse putat, ducentis annis posterior vixerit, qvàm illi existimarunt.

XIX. Qvantum præterea immaniter hallucinatus sit Hospinianꝰ, dum Metaphrastas, & Psellos pro arbitratu, ut ita dicam discerpsit, abun-

* Ad XXIX. Augusti.

2011 Ministerio de Cultura

abunde ſatis oſtendit Jacobus Gretſerus de Imaginibus manu non factis c. 19. Conferam & ex meo nonnulla, præter jam dicta, admeſſem tam uberem, ut veritas clarius eluceſcat. Fuit Metaphraſtes non * trivialis Conſtantinopoli ludi magiſter, ſed genere clarus, illuſtri familia natus, divitiis abundans, in Aula Imperatoria celebris, à ſecretis, & conſiliis intimis, & poſt mortem etiam miraculis illuſtris. Pſellus in eundem: Καὶ τόγε θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ γένους εὖ ἔχων, καὶ τὰ τῆς εὐκλείας ὀικόθεν κεκτημένος, βαθέϊτε πλούτῳ κομῶν, καὶ οἷς ἄν τις πρὸς παίδευσιν ὀπτικνήσειεν. *Et quod eſt admirabilius; & propter qvod illum quiſpiam magis fuerit admiratus, cum eſſet genere clarus, & ex illuſtri familia natus, & abundaret divitiis, & iis, quæ ſegniorem effecerint quempiam ad diſciplinas &c.* Hinc idem Pſellus ejusdem Officium compoſuit, qvod ab Eccleſiaſticis in ejus ſolemnitate, ſicuti fieri amat in aliis Sanctis, decantaretur, in eo Oda 3. ſcribit, Ενδιαπρέψας ἐν ἀρχαῖς ταῖς τ κάτω Συγκλήτῳ ὡς ἀνὴρ βουλευτὸν τὸ πολίτευμα τὸ σὸν ἐκτήσω ἐν θεσπεσίοις, καὶ τὸν ἄνω Σύγκλητον ἐπόσμησας. *Cum terreni Senatus dignitatibus condecoratus fuiſſes, veluti Vir Conſiliarius, vitæ ducendæ rationem in cœlis acquiſieras, & ſupernum ſenatum decoraſti.* Sæpeqve Logothetam nominat. Ode prima: Μέλος μοι εὔρυθμον δίδου λόγε Θεοῦ ὑφηνεῖν ὁρμήσαντι τὸν θεράποντα τὸν σὸν Συμεῶνα τ Μεταφραστὴν τὸν κυρίως Λογοθέτην ἀξιάγαστον. *Melos mihi concinnum exhibe Verbum DEi, cum celebrare inceperim ſeruum tuum Simeonem Metaphraſtem, proprie Logothetam admirabilem.* Et alibi: Εὐφημήσωμεν πάντες ἐπαξίοις ᾠδαῖς τ μέγαν Θεοῦ θεράποντα Συμεῶνα τὸν ἅγιον Λογοθέτην. *Celebremus omnes condignis cantibus magnum DEI ſeruum Simeonem Sanctum Logothetam.* Fuit ergo Logothetæ officio conſpicuus, qvod qvid nam fuerit, pluribus alii exponere conati ſunt: eos, qvi plura deſiderat, videre poterit. Satis mihi erit pro hac re ſtabilienda elegantiſſimi item, ac prudentiſſimi, licet ſeqvioris ſeculi ſcriptoris, Joannis Cinnami teſtimonium; in qvo vertendo, illuſtrandoq; diu me exerceo, ** ſperoq; laborem hunc meum, propter pulcherrimam hiſtoriam, ad hunc diem cum vetuſtate luctantem, meis vigiliis, & amicorum opera, è ſcopulo in tranqvillum illatam, hiſtoricæ veritatis ſtudioſis non ingratum futurum. Is itaqve Hiſtor. Romanæ lib. 4. de rebus geſtis Manuelis Comneni, de Richardo Antri Domino verba faciens, ſcribit, Ὡς ὁ τ πυλῶν ἀλογισήσαντες Γιβενάτζιόν τε αὐτὸ ὁμολογία ἔσχεν, καὶ ὡς τ λοιπῶν ὡρσιόντες ἐσκέπτοντο. Κόμησί τε ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ Γυλιέλμῳ Καντζηλαρίῳ συγγεγονὼς, ὃν Λογοθέτην εἴποι ἄν τις ἑλληνίζων ἀνήρ, ὅτι Τεφάνιν σφῶν αὐτοῖς ἦλθεν, ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἀναρ-

* Confer Allatium de Nilis p. 29. edit. noſtræ.
** Cinnamus Allatii nunqvam prodiit. Exſtant editiones Corn. Tollii & Cangii.

2011 Ministerio de Cultura

ναρπαδόμενος. *Cum vero portæ Urbis parum caute custodirentur, Juvenalium ipsum in ejusdem fidem se dedidit. Hinc pro occupandis cæteris cum Comitibus aliis, nec non Guilielmi Cancellario, qvem Logothetam Græca quis lingua expresserit, consilium inibat, & Tranim usque tum illis processit, quasi primo impetu Urbem direpturus fuisset.* Alium hujus vocis significatum, anteqvàm majestas illa Imperii statis Veterum officiorum formis abrogatis, exteris barbarorum moribus, nova omnia approbando, cessisset, lege apud Procopium in Historia Arcana.

XX. Vitis, ut hoc etiam hic obiter notem, à Simeone conscriptis aliqvas à Junioribus esse adjectas observarunt Baronius, & Bellarminus, & alii, cum Viri illi post Simeonis tempora vixerint. At eas à Psello, recentiore nempe, annexas in lucem vulgatas opinatur Andreas Schottus, Præfatione ad Lectorem, in Cantica Canticorum. Unde id habuerit Schottus non liqvet, etsi verum sit Psellum, sive Simeonis æmulatione, sive religione in Sanctos, perplures Sanctorum vitas non ineleganti stylo accuratissime descripsisse, utinam puerilibus argumentis neglectis, in qvibus nonnunqvam totus esse videtur, in istis seriis pertractandis plures, qvam fecit, horas insumpsisset. Illius in sanctos conatus in Catalogo operum infra recensebimus.

XXI. Tertius fuit Michaël Psellus, Michaëlis Ducæ præceptor, qvi maxime omnium de Republica literaria meritus honorificam sui apud posteros memoriam consecravit, ita ut reliqvos alios ejus cognomines acumine ingenii, eruditionis copia, profunditate scientiarum, argumentorum varietate, multitudine scriptorum, & splendore gloriæ obruerit. Qvare, aliorum extincta, &, ut ita dicam, obliterata memoria, ipse solus nomen illud meruisse videtur. Sic Poëtam, & Oratorem cum dicimus, Homerus nobis, atqve Demosthenes, de Græcis loqvor, statim sese offerunt, mentisqve oculis repræsentant.

XXII. Fuit Patria Constantinopolitanus, è Consulum, ac Patriciorum prosapia, qvamvis non tam felici fortuna. Ipse id ait de se in Epitaphio Matris. Τῷ πάνυ ἐμῷ πατρὶ τὸ μὲν ἄνωθεν γένος ἐς ὑπάτους ἀνῆκτο, καὶ Πατρικίους. Τὰ δ' κατ' ἐκεῖνον πράγματα οὐχ ὅτω δεξιῶς εἶχεν. *Patris igitur mei genus antiquum ad Consules, & Patricios referebatur, res vero ipsius non nimis prospere se habebant.* Post duas fœmellas tertio ipse partu, multis Matris suspiriis, & ad DEum precibus effusis, in lucem editur. Mirum est, qvod in ejus ortu narratur, nullas eum lacrymas profudisse, neq; usqvam postea in maximis etiam necessitatibus ploravisse, sed sem-

2011 Ministerio de Cultura

ſemper ætate illa tenella lætos, ac puniceos oculos habuiſſe: tantum parentis, nullisq; aliis qvam maternis, ad qvæ vel uſu, vel ſententia ferebatur, uberibus inhiaſſe. Qvinqvennis præceptori traditur, adeoqve robuſtè ſtudiorum pondus excepit, ut ludicra omnia, præter literarum ſtudium, qvo ſummoperè delectabatur, ſordeſcerent. En illius affectum ejusdemmet verbis expreſſum: Ἐντεῦθεν ἂν ἡ μήτηρ πρὸς τὰ κρείττω χειραγωγήσειν εἰς πέμπτον ἔτος τελέσαντα διδασκάλῳ ἐφίησι. Καὶ ἦν μοι τὸ μάθημα οὐ μόνον τὸ ἀχθεσθὲς, ἀλλὰ καὶ ἡδὺ ἀντ' ἄλλης τινὸς παιδιᾶς. Ἡνιώμην γοῦν, εἰ μέ μοι διὰ πάσης ἡμέρας διδοίη τὰ παιδικά. καὶ ἦν μοι παιδιὰ μὲν ἡ σπουδὴ, σπουδὴ δὲ παιδιὰ, οὐχ ὡς ταῦτα παίζοντι, ἐκεῖνα δ' σπουδάζοντι. &c. Id eſt: *Hinc igitur mater ad meliora manuducens quinto ætatis anno magiſtro commendat. Et erat mihi diſciplina non tantum facilis, ſed dulcis præ quolibet alio ludo. Ægrè itaque ferebam, ſi mihi per totum diem delicias non ſuggereret. Eratque mihi ludus ſtudium, ſtudium ludus, non quod hoc ludibrio haberem, illi vero incumberem.* Ætate grandiore, dum inter parentes non convenit, cuinam ſtudiorum generi eſſet addicendus, Joannes Chryſoſtomus & Apoſtoli, Matri in ſomniis viſi, decernunt. Hinc diſciplinarum, qvam voluptatum cupidior, æqvalibus in ſtudio ſuperatis, non longo intervallo ad ſuprema qvæqve doctrinarum culmina gradum fecit, omnibusqve innotuit. Hæc ipſe prolixe nimis, Orationein Matrem, proſeqvitur, & ex eo Anna Comnena Alexiados lib. 5. breviſſime concinnavit, dum de Italo verba faceret, Καὶ Μιχαὴλ ἐκείνῳ τῷ Ψελλῷ ἐν ὑστέρῳ προσωμίλησεν, ὃς καὶ πάνυ τοι πρὸς διδασκάλοις σοφοῖς ἐφοίτησε. Διὰ φύσεως ἦ δεξιότητα, καὶ νοὸς ὀξύτητα, τυχὼν μέντοι καὶ Θεοῦ ἀρωγῆς. πρὸς τούτοις διὰ τὴν θερμοτάτην ἱκεσίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐπαλγυπνούσης συχνῶς τῷ ἐν τῷ ναῷ τῆς Κυρίας τῆς Θεοτόκου σεπτῷ εἰκονίσματι, καὶ θερμοῖς τοῖς δάκρυσιν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐκκαλυμένης, εἰς ἄκρον σοφίας ἁπάσης ἑλληνικῆς, καὶ τῶν Ἑλλήνων, καὶ Χαλδαίων ἀκριβωσάμενος, γέγονε τοῖς τότε χρόνοις περιβόητος ἐν σοφίᾳ. Id eſt: *Tandemque in Michaelis Pſelli conſuetudinem venit, qui præceptores, ſapientes oppidò, nactus, naturæ dexteritate, & intellectus acumine, DEO quoque illi coadiuvante, adhuc & matris intenſiſſimis precibus, ſæpius in templo Domini ante Deiparæ venerandam imaginem invigilantis, ſpiſſisque pro filio lacrymis exorantis, ad univerſæ ſapientiæ culmen pervenit, & Græcorum ac Chaldæorum decretis accuratiſſime conquiſitis, ea tempeſtate celebre ſapientiæ nomen conſecutus eſt.* Subdit deinde inter Italum, & Pſellum diſſidia exorta. Medicinæ qvoq; operam dedit, ut ipſe de ſe Oratione in Matrem, ſæpius laudata, affirmat, dum de Patre moribundo loqvitur. Ὡς ἦν καὶ τοῖς

dan-

2011 Ministerio de Cultura

δακτύλοις τὰς τ δ ἀρτηρίας κινήσεις ἐτεκμηριώμην. ἐπῃδάζετο γδ μοι μακρόθεν ἡ ψυχὴ τοῦτο τέχνη. *Ut verò & digitis arteriæ motus observavi: jam enim diu aliquid in eam artem studii, & operæ contuleram.* Studium in capessendis disciplinis, & omnibus addiscendis ardens, ac pertinax, ipse Libello de Admirabilibus Lectionibus in fine explicat. Ἐγὼ δὲ ὁ ψυχὴ ἐρευνήσεως ἕνεκα, νὴ τὴν ἱερὰν ζωὴν ψυχὴν, ἀλλὰ φιλομαθείας τὸ πλεῖον τῶν μαθημάτων συνελεξάμην. Ἐγένετο γδ μοι ἡ φύσις ἀκόρεστος πρὸς ὁτιοῦν ἐπίδασμα, καὶ ἐδὲν ἂν με βιαλοίμην ἀγνοεῖν. ἀλλ' ἀγαπῶν ἄν, εἰ καὶ τὰ νέρθεν εἰδείην τῆς γῆς. καὶ ὐχ ὥσπερ οἱ πολλοὶ ψυχὴ τοῦτο μὲν ἐπίδακα, ἐκεῖνο δὲ ἀπωσάμην. ἀλλὰ καὶ τῶν φαύλων, ἢ ἄλλως ἀποτροπαίων ἐπιγνώναι τὰς μεθόδους ἐπίδακα, ἵν' ἔχω ἐντεῦθεν ἀντιλέγειν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς. Id est: *Ego verò, non curiositatis ergo, ita sacrum tuum animum* DEUS *sospitet., sed amore discendi pleraque ex disciplinis collegi. Namque natura cujuscunque studii avida, nunquam scientiis potuit saturari. Nullamque vellem esse, quod mei notitiam fugeret; nec molestum mihi foret, etiam si subterranea, noscerem. Neque ut plurimi, in hoc tantùm incumbo, illud verò negligo, sed & pravorum etiam, & abominandorum mihi notitiam comparo, ut inde habeam, quod ea usurpantibus opponam.* Plura de hoc Orat. de Matre, in qvâ singula qvæqve ad fastidium usqve enumerat. Ea Lector, ne ipse fastidio sim, videat.

XXIII. Intereà satis ætatis, ac prudentiæ habens, in Aulâ Imperatoribus innotuit, qvi in maximis negotiis proficuam illius operam experti sunt. Nam Michaël Stratioticus inter selectos ex Patribus Conscriptis Viros, qvos Comneno Isaacio ad rebelles in concordiam redigendos misit, Psellum qvoqve nostrum legavit, non contemnendo elogio celebratum à Zonara tomo 3. Στέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν Κομνηνὸν πρεσβεύσοντες ἄνδρες τῶν ἐκλέκτων τ Συγκλήτου βουλῆς· οἱδ' ἦσαν ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λιχούδης, ὁ πρόεδρος Λέων ὁ Ἄλωπός, ὁ Μιχαὴλ ὁ σοφώτατος Ψελλὸς τῶν φιλοσόφων ὢν ὑπατος. *Legantur igitur ad Comnenum selecti Viri ex Patribus Conscriptis, Constantinus Lichudes præses, Leo Alopus præses, & Michaël Psellus, sapientissimus Princeps tunc Philosophorum.* Et Cedrenus in Synopsi: Ἐκεῖ δὲ αὐτῷ γενομένῳ φθάνουσι καὶ πρεσβεῖαι Βασιλέως ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λιχούδης, Θεόδωρος ὁ Ἄλωπὸς, Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλὸς ὁ τῶν φιλοσόφων ὕπατος, ἅτοι δὲ οἱ πρεῖς ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ λόγου δυνάμει τῶν κθ' τὴν ἡμέραν ἀνθρώπων διαφέρειν δοκοῦντες, καὶ ἀσυγκλήτως ὁ Ψελλὸς ἐξελέγησαν εἰς τὸ πρεσβεύσαι, καὶ προσεδόκησεν ὁ Βασιλεὺς μεγάλα καταπράξασθαι διὰ τῆς ἐκείνων δυσ-

2011 Ministerio de Cultura

ἀσφαλείας, καὶ χάριτος. *Ibi ei occurrerunt Legati Imperatoris præses Constantinus Lichudes, præses Theodorus Alopus, Constantinus Psellus, Philosophorum Princeps. Etenim hi tres Viri sapientia, & facundia, omnium qui tunc vivebant, primi habiti, & quidem extra comparationis sortem Psellus, ad eam legationem fuerant delecti; quod Imperator eorum eloquentia, & gratia se maxima consecuturum sperabat.* Ubi exscriptoris incuria, pro Michaële, Constantinus irrepsit. Et in eo falsæ legationis accusatur ab eodem inferius, Λέγεται δ' ὅτι καὶ οἱ πρεσβεύσαντες ἄλλο τε ἄλλως λάθρα τῷ Κεκαυμένῳ πεισθέντες παρεκάλουν ἔχεσθαι τῆς ἐνστάσεως, καὶ μηδόλως ἐνδόναι. Τοῦτο δ' αὐτοὺς ποιῆσαι, καὶ οἱ καλῶς εἰδότες ἐπληροφόρουν ἄνδρες ἀχ οἷοίτε ψεύδεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Κομνηνὸν πληροφοροῦντες ἐνωμότως, ὡς ἅπαν τὸ ἀσυκὸν πλῆθος πεικανῶς εἰς αὐτὸν ἔχει. καὶ ὡς εἰ μόνον εἰσγίσει τῇ πόλει, τὸ γέρον ἐξωθήσαντες, μετ' ἐπινικίων, καὶ ὕμνων αὐτὸν πεδέξονται. *Ac proditum est memoriæ, ipsos etiam legatos prævaricatos fuisse, & modò hunc, modò illum diversis temporibus Cecaumeno suasisse, ut oppugnaret acriter oblatas conditiones, neque quicquam concederet. Et quidem hoc eos egisse pro certo perhibent ij, quibus ista optimè sunt nota, & à mendacij suspicione sunt immunes, ajuntque eos interposito jurejurando affirmasse Comneno, ardenter eum ab urbana multitudine diligi; ac, si tantum accessisset ad Urbem, fore ut ipsum ea, sene exturbato, cum gratulatoriis victoriæ, & imperii carminibus excipiat.*

XXIV. Isaacius Comnenus, cum Michaëlem Cerularium, Patriarcham Constantinopolitanum; abdicare niteretur, aliorum, & Pselli præcipue opera, qvi, in eum Oratione conscripta, multorum, ac variorum facinorum reum fecit, usus est. Zonaras ibidem, Εἶτα καὶ καθαιρέσει ὑποβαλεῖν αὐτὸν λάθρᾳ φροντίδος ἐπίθετο, καί τισι τῶν Ἀρχιερέων συνεργοῖς πρὸς τοῦτο ἐκέχρητο, καὶ τῷ Ψελλῷ αἰτιαμάτων πολλῶν, καὶ ἀλλοκότων συναγωγεῖ, ἃ ἐν τῷ κατ' ἐκείνου λόγῳ συνήθροισέ τε, καὶ συνεγράψατο, δηλοῖτε διά τινων τῷ ἀνδρὶ ἀπείπασθαι τὴν Πομαντικὴν, ἵν' ἐκὼν δοκεῖ παραιτεῖσθαι, ὡς εἰ μὴ τοῦτο, καὶ ἄκων αὐτὴν ἀφαιρεθήσεται, εἰς μέσον κατ' αὐτοῦ τεθεμένων αἰτιαμάτων. *Deinde de abrogando illi Patriarchatu cogitans, operâ quorundam Episcoporum utitur, & Pselli, variarum, & absurdarum criminationum coacervatoris, quas in Oratione contra illum scripta congessit, & per quosdam Viros significat, ut simulet se ultro Pontificatu cedere, quem alioquin invitus cum publica infamia sit amissurus.*

2011 Ministerio de Cultura

XXV. Diogeni Imperatori infensus, primus ipse inter Senatores, & Joannes Cæsar, & filii, Eudociam Imperatricem in Monasterium trudunt; Michaëlem Ducam Imperatorem denunciant, Diogenem jam revertentem imperio abdicant, auctore, & adjutore consiliorum eodem Psello. Zonaras, in Romano Diogene: Ὁ γοῦν Καῖσαρ Ἰωάννης καὶ οἱ ἐκείνου υἱεῖς ἀεὶ, ὡς εἴρηται, ἐγκοτοῦντες τῷ Διογένει ἁρπάζουσι τὸν καιρὸν, καὶ προσλαβόμενοι τῶν Συγκλήτου ἐνίους, ὅσοι ὁμοφρόνουν αὐτοῖς, ὧν ἐξῆρχεν ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς, δύσνους καὶ αὐτὸς τῷ Διογένει τυγχάνων, τὴν Βασίλισσαν Εὐδοκίαν εἰς τὴν παρ' αὐτοῦ δομηθεῖσαν Μονὴν κατὰ τὸν ἐν τῇ Προποντίδι πορθμὸν περιοικίζουσιν, τὸν δὲ Μιχαὴλ ἀναρρηνεύουσιν Αὐτοκράτορα, &c. *Joannes igitur Cæsar, ejusque filii Diogeni semper, ut dictum est, infesti, arrepta occasione, quibusdam etiam ex Senatu sui facinoris, quorum Psellus vir honoratissimus princeps erat, & ipse Diogenis inimicus, adhibitis, Imperatrice Eudocia in Monasterium, quod ipsa circa fretum Propontidis struxerat, relegata, Michaëlem Imperatorem appellat.*

XXVI. A puero itaqve liberaliter educatus, animo circa artes, doctrinasqve gestiente, fructus, qvas ab eis expetebat, decerpsit, non breves, atqve incertos, sed uberes, & tempestivos. Eloqventiam enim, horridam tunc, & incultam, excoluit, nec ad perniciem, & pestem convertit, sed ad salutem. Tandem philosophandi rationem omnem complexus, in loco illo uberrimo, ac feraciſſimo, frugiferam sibi, & aliis diligentiam expertus, extraxit malorum radices; de natura & rebus occultis optime, planeqve disseruit, qvod verum & qvod falsum est in oratione, aperuit, summisqve Imperatoribus fuit & vivendi præceptor, & dicendi. Ad labores impiger, diu noctuq; aut aliqvid conscribendo, aut legendo, tempus insumebat: nec vires consenuerant, nec defecerat animus. Et cum munus optimum, fructuosissimumqve qvod possit afferri Principibus, illud esse existimaret, si doceantur, atqve erudiantur, summa ope nitebatur, ut Michaëlem Ducam instrueret, bonisqve moribus informaret. Qvo qvis potest in vita humana, vel desiderare melius, vel optare præstantius? Coërcenda est Principum libido, refrænandusqve furor, neqve alia via id consequi possumus, qvam doctrina, & eruditione. Hominis decus est ingenium, ingenii lumen eloqventia, eloqventiæ candor philosophia, philosophiæ rectrix, ac magistra pietas, qvæ nisi præceptorum monitis fulciatur, in ignorantiæ tenebras prolapsa, ruinam facit.

XXVII. Non potuit tamen effugere calumniam Zonaræ 3. Annal. Καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων σωζόμενα, καὶ θαλαττωσία,

2011 Ministerio de Cultura

εία, καὶ ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς παιδαριώδεσιν ἐσχόλαζε πράξεσι, τοῦ σοφωτάτου τῶν φιλοσόφων καὶ σεμνοτίμου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, λόγοις τῷ δοκεῖν αὐτὸν ἐμβιβάζοντος, καὶ διδάσκοντος, νυνὶ μὲν τὴν γραμματικὴν τέχνην, καὶ μέτρα, καὶ διαλέκτους, νυνὶ δ' ἵνα κατὰ ῥήτορας διαλέγοιτο, νυνὶ δ' ἱστορίας αὐτὸν προσεθίζοντος. Ἄλλοτε δὲ φιλοσόφων θεωρημάτων ἀκροᾶσθαι προσκαλοῦντος. Ὁ δὲ πρὸς οὐδὲν ἐπεφύκει. Τοίνυν ὁ Ῥωμαίων Αὐτοκράτωρ προσετηκὼς, ὑφ' ἕτερον καὶ τοῦτον ἕνα τῶν ναυῶν κυβέρνησιν ἐποιήσατο, καὶ νόμος ἦν τὸ τῷ Λογοθέτῃ δοκοῦν. *Homines atterebantur, & ærumnis premebantur: & nemo erat, cui illa curæ essent. Nam Imperator puerilibus rebus occupatus, à principe Philosophorum, & honoratissimo Michaële Psello ad literarum studia deduci videbatur; ac modo in Arte Grammatica versibus, & linguarum differentiis erudiebatur, modo declamationibus rhetoricis, modo historiis assuefiebat, modo ad audienda philosophica præcepta parabatur, quamvis ad hæc omnia ineptus. Hujusmodi igitur studiis Romanorum Imperator affixus, rerum administrationem alteri, eique uni commisit, ut legis auctoritatem haberet, quod Logothetæ visum esset.* Et inferius : Μήπω δὲ προνοσμίου τῶν κοινῇ ζυμφερόντων, ὁ μὲν βασιλεὺς πρὸς λόγους ἠσχόλητο, καὶ ἰαμβοποιεῖν παρὰ τοῦ Ψελλοῦ ἐδιδάσκετο, σιτοδεία τοὺς ἐν πόλει θλίβειν. *Nemine autem bonum publicum curante, nam Imperator studiis vacans, Jambos scribere à Psello docebatur, urbanos annonæ penuria premere cœpit.* Ita nil tam sanctum * est, qvod calumnia tentare non audeat, & qvod laude dignum est, ex improviso, fraudulenterqve irrepens nescio qvis criminose dilacerat. Et hominum turba cœca veluti oraculo plaudit, misera sane, duraqve prudentissimorum hominum conditione. Sub aliis item Imperatoribus Græcorum imperio jam senescente, doctrinisqve omnibus in barbariem commutatis, cum, proh dolor! inertia pro sapientia erat, vitam ipse fama clarissimus transegit, jucundus amicis, egentibus utilis, omnibus deniqve carus.

XXVIII. Illius tamen fidei causam, defensionemqve non suscepcrim, si, qvæ de eo Josephus Methonensis Episcopus Apologia contra Marcum Ephesium tradit, vera sunt. Illum enim annumerat Schismaticis Photio, Cabasilæ, Palamæ, Camatero, Phurnio, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, & Panareto, qvi dicto, & scripto Latinam Ecclesiam infectati sunt. Καὶ σὺ μὲν σεμνήφθης, ὡς φῂς, τοῖς ἁγίοις σου παισίν, καὶ διδασκάλοις φωτίῳ τῷ πρώτῳ χρισματικῷ μᾶλλον δὲ αὐτοῦ-

* Non adeo reprehendendum Zonaræ judicium, si studiorum deliciis ita fuit edoctus indulgere Princeps, ut illis intentus imperii curam aliis relinqueret.

2011 Ministerio de Cultura

γῷ, καὶ δημιουργῷ ξ χίσματος, καὶ τ διαιρέσεως, Καβασίλᾳ, Παλαμᾷ, Καματηρῷ, Φουρνῇ, Ψελλῷ, Μοσχάμπαρι, Βουλγαρίᾳ, Νικολάῳ Μεθώνης, Πανάρετῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς μετὰ τὸ χίσμα, καὶ τὴν πολλὴν ἔριν κατὰ τ Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας εἰπόσι. *Et tu quidem, ut ais, Sanctis tuis Patribus, ac Doctoribus te adjunxisti, Photio Schismaticorum Principi, immo vero auctori, & opifici schismatis, & dissidii: Cabasilæ, Camatero, Phurnio, Psello, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, Panareto, & cæteris qui post schisma, & multam contentionem in Romanam invecti sunt Ecclesiam.* Sanè Photii, Cabasilæ, Palamæ, Nicolai Methonensis, aliorumqve in Ecclesiam Latinam commentationes nugaciſſimas non sine tædio, ac stomacho legi. Pselli similem disputationem ad hunc diem non offendi, & fortasse nec ille conscripsit. Verum tamen est in Expositione fidei ad Michaëlem Ducam, dum de processione Spiritus Sancti verba facit, eum affirmare ex solo Patre procedere, qvo vel solo nomine illius in recentiorum Græcorum placitis propugnandis pertinacia, & ad pervicaciora qvæqve audendum, si occasio se tulisset, animus innotescit.

XXIX. Tandem jam senex exauctorato Michaële Duca, ipse qvoqve à Botaniata Nicephoro dignitatibus spoliatus, monachum induens, solum vertere coactus est; nec multo post, sive senio, sive etiam mœrore vitam posuit: idqve conjicio ex verbis Annæ Comnenæ Hist. lib. 5. Sed iis præcipue, Ἔνθα καὶ ξ Ψελλῦ, μεταχωρήσαντος Βυζαντόθεν μ τὴν ὑπόκρασιν, (lego ὑπόκαρσιν,) αὐτὸς φιλοσοφίας ἀπάσης πρύτανις διδάσκαλος. *Ubi & Psello post comam detonsam Byzantio secedente, ipse Italus universæ Philosophiæ magister creatus est.*

XXX. Qvidqvid tamen sit, maximis eum Laudibus exornarunt, præter Annam Comnenam, Joannes Scylitza, & Cedrenus in proœmio Historiæ, ὑπέρτιμος Ψελλὸς, *honoratissimus Psellus*, & in Stratiotico; & Zonaras locis supra adductis, & in Isaacio Comneno, Πολὺς τὴν γλῶτταν ὁ ζοφώτατος Ψελλὸς. vim dictionis, cum non intellexisset Interpres, *πολὺν τὴν γλῶτταν, verbosum* reddidit. Apage sapientissimum istum, si verbosus est. Græci cum admirandum aliqvem, nec cum vulgaribus comparandum innuunt, dictione illa πολὺς utuntur. Hinc aptissime diceres, & ad Atticæ eloqventiæ normam, Πολὺς τὰ θεῖα γεωμέτρης, *eximie sanctus* Gregorius* Πολὺς τὴν θείαν γραφὴν Michael Ghislerius, *Disciplina rerum divinarum eruditissimus, & ingenio, prudentiaqve in sacris literis exponendis acutissimus.* Πολὺς τὴν φιλοσοφίαν Fortunius Licetus, *Illis, qui ad Philosophiam spectant, quam maxime potens: pauci* ut *sint* qvi *tantis Philo-*

* Malim, *rerum divinarum apprime peritus.*

2011 Ministerio de Cultura

Philoſophiæ dotibus præditi ſint. Πολὺς τὰ μαθηματικὰ Petrus Gaſſendus, *in rebus Mathematicis tractandis ingenioſus, eorumque difficultatibus enodandis conſultiſſimus.* Πολὺς τὰ ἰατρικὰ Gabriel Naudæus, *Rebus medicis nimium pollens, multum verſatus, ſupra plerosque alios exercitatus, nimio jam imbutus uſu, & liberaliter inſtitutus.* Πολὺς τὴν παιδείαν Nicolaus Villanus. *Præclara eruditione, atque doctrina ornatus: eruditione, & florentibus ſtudiis nunquam non ſatis inſtructus, magnus.* Πολὺς τὴν ἀπιςήμην, Renatus Moreau, *in perfectiſſima diſciplina probatiſſimus, & incredibili quadam ingenii magnitudine ad quascunq; diſciplinas inſtructiſſimus.* Πολὺς τῆν ἱςορίαν Jacobus Philippus Thomaſinus, *ad ſcribendas hiſtorias maxime illuſtris: in illuſtranda antiquitate ſedulo ſtudio apprime clarus, ſingularis.* Πολὺς τὸν νουῦ Joannes Bourdelotius. *Pleno pectore ſapiens: ſapientia munitam mentem egregie gerens; conſiderate omnia perficiens.* Πολὺς τὴν ποίησιν Joannes Rhodius, *in poeticis ſtudiis mirifice verſatus; admirabili quodam ad Poeſim ſtudio concitatus, præſantiſſime cum omnibus Muſis rationem habuit* Πολὺς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν Φρόνησιν Dominicus Molinus, *virtute ipſa excellentiſſimus.* An non Ciceronianum illud infert? *Talis eſt vir, ut nulla res tanta ſit, ac tam difficilis, quam ille non & conſilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere poſſit*: & ſimilia. Sic Pſellus dictus eſt, πολὺς τὴν γλῶτταν, qvaſi diceres *magnus, multus, admirandus eloquio, eloquentia ſingulari.* Σοφώτατος etiam paſſim audit, *ſapientiſſimus*, & à Glyca in Annalibus, & à Metochita in Hiſtoria. Et illius ſententiis, qvi eum ſecuti ſunt, Scriptores ſua Commentaria non minus qvam aliorum Patrum teſtimoniis illuſtrarunt. Inter alios præcipui ſunt Niceta Serron, Catena abſolutiſſima in Evangelium Lucæ; Macarius Chryſocephalus in Magno alphabeto, ubi ex diverſorum Patrum dictis Evangelia perfectiſſime interpretatur; & Joannes Diaconus Magnæ Eccleſiæ Tract. Τίς ὁ σκοπὸς τῶ Θεῷ τῆς πρώτης & ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ τῆς δευτέρας ἀναπλάσεως διὰ & Θεόν.

XXXI. Illud interim animadvertere debemus, Geſnerum in Bibliotheca ridicule ſatis argutari, eundem eſſe Michaëlem Epheſium, & Michaëlem Pſellum. *Mihi quidem aliquando conjectura occurrit eundem exiſtimandi Michaelem Epheſium, & Michaëlem Pſellum. Nam præter commune prænomen, utrumque conſtat recentiorem fuiſſe, Chriſtianum, Peripateticum, Ariſtotelis paraphraſtem.* Multi alii ejusdem prænominis recentiores, Chriſtiani, & Peripatetici, Ariſtotelis paraphraſtæ, nova hacce argumentandi ratione Pſelli erunt, inepte. Verum eſt utrumqve recentiorem eſſe, Chriſtianum, an æqve Peripatetici, dubium;

2011 Ministerio de Cultura

certum omnino paraphraſtes non eſſe: ni Scholia, & Expoſitiones textus breuiſſimas, una cum Paraphraſi confundere velimus. Conferantur utriusqve in Ariſtotelem commentationes, qvamvis ſententia in multis conveniant, in modo, ac methodo exponendi Ariſtotelem longè diverſi ſunt. Pſellus continua textus paraphraſi ſententiam aperit, Epheſius non niſi difficilioribus operam dat; clara, apertaqve, uti cuiqve obvia, negligit.

XXXII. At qvisnam ſit iſte Epheſius Michaël, qvi in enodando Ariſtotele tantoperè etiam elucubrationibus editis, inſudavit, qvæſiere multi. Sed fruſtra operam contriverunt. Ubi nullum rei veſtigium appareat, ſi venatori res non ſuccedit, laudem ille pro conatu, non, qvod non invenerit, reprehenſionem promeretur. Verùm dum ego etiam omnia perveſtigo, ſi qvid ſubodoratus ſum, in medium afferam, donec meliora ab aliis producantur. Senſuum, ac enarrationum ſimilitudo hos duos Auctores unum ab alio adjutum fuiſſe ſatis indicat, velutrumq; ab alio, & ex uno fonte utriusq; monumenta corrivari. Cumqve à qvo Pſellus ſua hauſerit non habeam, utiqve Epheſium ex Pſelli, ſive ore, ſive monumentis, qvamvis veroſimilius ex ore, ſua habuiſſe, eſſeqve Michaëlem Ducam Parapinaceum dictum, Pſelli diſcipulum, ſi conjectura aliqvid valeo, exiſtimo. Hic enim, dum ſummam Imperii teneret, â Pſello edoctus, illo amiſſo, in Epheſum delatus, illius Eccleſiæ Antiſtes conſecratur. Zonaras in Botaniata. *Ὁ μέν τοι προβασιλεύσας Μιχαὴλ, ὡς εἴρηται, τὴν ϛίχα καρεὶς, καὶ ψήφῳ ϛινοδικῇ Μητροπολίτης Ἐφέσου κεχειροτόνητο, κ᾽ ἅπαξ φοιτήσας ἐκεῖ ἐπανῆλθε, καὶ ἐν τῇ τ᾽ Μανουὴλ Μονῇ ἐποιεῖτο τὴν διαγωγήν.* Michael verò, pridem Imperator, tonſa coma, ut dictum eſt, Concilii ſuffragiis Epheſi Metropolita creatur. Et cum ſemel eò veniſſet, reverſus, in Manuelis monaſterio vitam egit. Conſtantinus Manaſſes:

Τῇ γαμετῇ δ᾽ Μιχαὴλ ζεύξας νόμῳ γάμου,
Καὶ ταῦτα γήρων ϛυφερᾷ, πέμπελόν θ᾽ νεαζούσῃ.
Αὐτὸν ϑ᾽ βαρυνόμενον, καὶ δυσανασχετοῦντα
Τῆς Ἐφεσίων πόλεως ποιμάνα καθιϛάνει.

Anteceſſoris Michaelis conjugem ſibi matrimonio copulat, ſenex mulierem teneram, & delicatam, capularis, & funeri deſtinatus vegetam, atque juvenem. Quemque ſortem ſuam ægrè, moleſteque ferentem, ac deplorantem, Epheſinæ Urbis paſtorem Imperator conſtituit. Et Ephræm in Chronico:

Ὁ Mi-

2011 Ministerio de Cultura

Ὁ Μιχαὴλ δὲ γίνε᾽ μελαμφόρ@,
Εἶτ᾽ Ἀρχιθύτης, καὶ Πρόεδρ@ Ἐφέσ@.

Michael verò nigris vestimentis indutus sacrificiorum princeps, Præsulque Ephesi fit. In eo otio, si gregem Christi pascere otium est, multa in varias Disciplinas, nec dubito, conscripsit, qvæ nomine Michaëlis Ephesii, qvietis potiùs amans, memor turbarum, non Imperatoris, exemplo etiam aliorum Imperatorum, voluit, ut hominibus innotescerent. Non placet? dictum indictum esto. Ἐπανίτω πρός με τὸν τεκόντα τὸ ἀποκύημα. *Redeat ad me Auctorem fœtus hic meus.*

XXXIII. Hic ergo Psellus, ut doctrina præstantissimus, ita omnium πολυχρονώτατ@ fuit. Ausim dicere neminem, ea, vel subseqvente ætate, Græcè vel invenisse acriùs, vel ordinasse aptiùs, vel locutum eloqventiùs, vel profundiùs res pertractasse. Nulla fuit scientia, qvam ipse vel notis non illustraverit, vel compendio non tentaverit, vel optima methodo non expedierit. Eorum, qvæ scripsit qvæqve ad notitiam meam pervenere, qvædam edita sunt, qvædam adhuc inedita: de editis primum sermoneminstituam. Edita sunt:

XXXIV. Pselli *de victus ratione, deque facultatibus, & succi qualitate, elementorum, libri duo* ad Constantinum * Imperatorem, Latinè, Georgio Valla Interprete, unà cum Rhazæ de pestilentia libro, & Joannis Manardi Ferrariensis in Artem Galeni expositione. Basileæ apud Andream Cratandrum anno 1529. in 8.

XXXV. Ejusdem *Jambos in vitia, & virtutes.* Item, *Anagogas in Tantalum, Allegoriam de Sphinge, Anagogam in Circem, quæ volebat Ulyssem transformare*, Arsenius Monembasiæ Episcopus Romæ ** primus vulgarat. Deinde pluribus locis restituta, atqve interpolata, à Conrado Gesnero, Basileæ edidit Joannes Oporinus *** anno 1544. in 8vo. unà cum Heraclidis Pontici Allegoriis in Homeri fabulas de Diis,

* Ducam vel Monomachum, ut Allatius notavit supra §. VI. non Porphyrogennetam, ut Gyraldus p. 282. de Poëtis. Prodierunt etiam hi libelli de victu humano una cum aliis variorum scriptis ab eodem G Valla versis Venet. 1498. fol. ut editiones Colon. 1526. 8. & Basil. 1557. 8. omittam. In libellis istis Imperatoris jussu collectis nullum scriptorem laudat Psellus præter P. 8 Galenum. De eodem argumento sed plane diversus liber Simeonis Sethi extat ad Michaëlem Ducam Imp. cui valde simile scriptum aliud Psello tributum de quo Allatius infra §. 51.

** Græce in 8. ad calcem Apophthegmatum, Leoni X. inscriptorum.

*** Græce tantum, non Græce & Latine ut à Clarissimo Caveo in Hist. literaria scriptorum Eccles. proditum, licet Heracliti Allegoriis latina illarum Gesneri versio subjuncta.

2011 Ministerio de Cultura

Diis, de qvibus vide infrà in Joanne Pſello. Obiter & hic animadvertendum eſt, carmina illa, qvæ Federicus Morellus Lutetiæ anno 1608. 8vo. unà cum Theodori Prodromi diſſertatione de Sapientia Græcè edidit, eſſe excerpta, non nullis tantum verbis immutatis, ex his Pſelli Jambis. Ea ſub Ἀνωνύμου nomine ἰάμβους ἠθοποιικοὺς Morellus vulgaverat. Nihil minùs. Phroneſi tantùm excepta, reliqva ſunt de Philoſophia, Rhetorica, & Grammatica, qvæ qvantum ſpectent ad mores, judicent alii.

XXXVI. Ejusdem *Paraphraſin in Ariſtotelis librum* Περὶ Ἑρμηνείας, *de Interpretatione*, edidit Græcè Aldus Venetiis, cum Ammonio, & Magentino 1503. in fol. eandem latinitate donatam, * cum ejusdem Pſelli Compendio *in quinque voces Porphyrii*, & *Ariſtotelis prædicamenta* Baſileæ excudit Robertus Winter 1542 8vo. Qvæ ultima priùs anno 1540. Græcè Pariſiis edita fuerunt, unà cum ejusdem *Introductione in ſex Philoſophiæ modos*, & anno 1541. 12. Ibidem per Jacobum Foſcarenum Michaëlis filium latinitate donata. In alio Codice manuſcripto Paraphraſis titulus ita habetur, Παράφρασις τοῦ περὶ Ἑρμηνείας ἀπὸ φωνῆς τοῦ Κυροῦ Βεσάρχου καὶ ὑπάτου τῶν Φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ. *Paraphraſis in librum de Interpretatione, ex ore Domini Beſtarchæ & Principis Philoſophorum Pſelli.* Hinc Virum Veſtarchatus etiam dignitate, undè poſtea Veſtarches nobiliſſimæ familiæ nomen irrepſit, inſignitum fuiſſe colligimus.

XXXVII. Ejusdem liber, ** de qvatuor Mathematicis ſcientiis, Arithmetica, Muſica, Geometria, Græce & Latinè editus cum aliis Auctoribus, Wittembergæ 1560. nec non Baſileæ per Joannem Oporinum 1556. 8vo. Gvilielmo Xylandro Auguſtano Interprete, cum nonnullis ejusdem Xylandri Annotationibus in eundem. Qvibus acceſſit Xylandri de Philoſophia, & ejus partibus Carmen, & nonnulla alia Carmina diverſi argumenti. Opus hoc primus Romæ Græcè imprimendum curavit Arſenius Monembaſiæ Epiſcopus, in qva editione ſcripſerat, incertum eſſe, Pſelli ne an Euthymii cujusdam opus

* Latina verſio paraphraſeos Pſelli in lib. περὶ ἑρμηνείας, ſtudio quorundam amicorum Nic. Martimboſii prodiit Pariſ. 1539. 4 Editiones quoque Venetam 1541. fol. & Baſileenſem A. 1542. memorat Labbeus. Extat & Pſelli introductio in ſex philoſophiæ modos & Compendium qvinqve vocum Porphyrii & de decem Categoriis, Venet. 1532. eum verſione Jacobi Foſcareni.

** Hunc librum (in quo multa è Theone delibata) Pſellus teſtatur ſe ſcripſiſſe Anno Græcorum 6516. h. e. CHRISTI 1008.

2011 Ministerio de Cultura

opus esset, plerisqve tamen Pselli videri. Καὶ ταῦτα τῷ ταύτης πατρὶ, εἴτε ψελλὸς ὢν, ὡς τοῖς πολλοῖς δοκεῖ, εἴτ' Εὐθύμιος, χαριζόμενος. Impressus qvoqve est * Parisiis Græcè anno 1545. 12. per Jacobum Bogardum. Non multò post Elias Vinetus, qvod nullus ante eum, anno 1553. primus Latinum fecit, Parisiisqve anno 1557. edendum curavit, postrema ejus parte, qvæ est de Astrologia, omissa, tum qvod antiqvis illis egeret Græcorum tabulis, qvarum rationes suis temporibus non satis congruebant, tum qvod esset mendosa præter alias, & ex ea se haud dum, ut ipse præfatur, ex sententia explicare potuerit, cujus loco Procli sphæram substituit. Editum hoc idem Opus ex Vineti interpretatione Turnoni apud Claudium Michaëlem, anno 1592. Post Vinetum Xylander suam interpretationem aggressus est.

XXXVIII. Ejusdem tractatus Περὶ Χρυσοποιΐας, *de auri conficiendi ratione*, ad Michaëlem Cerularium Patriarcham Constantinopolitanum, Dominico Pizimentio Vibonensi interprete, unà cum Democrito Abderita, Synesio, Pelagio & Stephano Alexandrino, de magna, & Sacra Arte editus est Patavii apud Simonem Galignanum 1572. in 8. Dicti Auctores cum plerisqve aliis de eadem Arte, inter qvos præcipui erunt Zosimus, Olympiodorus Christianus; & carmine Heliodorus, Hierotheus, Theophrastus, Archelaus, & alii non contemnendi lingva Latina, Græcè, & Latinè unum nostrum Variorum antiqvorum Volumen, cum nostris de eadem re Tractatulis, ni meis studiis semper Musæ adversæ fuerint, Chymicæ artis deditis non injucundum, conflabunt. Animadvertendum etiam, à Pizimentio malè Epistolam Pselli ad Xiphilinum directam, ** qvi Joannes dicebatur, non Michaël, nisi velimus dicere Psellum eundem Tractatum mutato solo nomine amicis pluribus divenditasse, qvod aliis etiam solemne fuit. Et, ne alios recensendo, tempus conteram, satis mihi erit unum

* Venetiis quoque Anno 1532. 8. qvæ editio Græca occurrit Romæ in Bibl Barberina. Latina vero Xylandri interpretatio recusa Lugd. Bat. 1647. 8. Libellum Pselli de Musica, ex hoc Tetrabiblo Lampertus Alardus cum latina sua interpretatione subjecit libro suo de veterum Musica, Schleusingæ 1636 12.

** Etiam in Græco Codice Regio Paris. cujus Apographum beneficio Illustris Viri Pauli Vindingii possideo, nomen Xiphilini extat: τῷ μακαρίτῃ καὶ πανσόφῳ ψελλῷ Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Ξιφιλῖνον περὶ χρυσοποιΐας. At in Codice Vindobonensi ad Michaëlem (Cerularium) dirigitur, τῷ λογιωτάτῳ καὶ πανσόφῳ ὑπερτίμῳ κυρῷ Μιχαὴλ τῷ ψελλῷ περὶ χρυσοποιΐας πρὸς τὸν πατριάρχην Κύριον Μιχαήλ.

2011 Ministerio de Cultura

tantum in medium afferre, qvod ob dignitatem Auctoris, mirum nonnullis videbitur. Qvis enim credet Isocratem Oratorum illud, ac Rhetorum numen, qvasi rerum argumentis destitutum, inopiaqve artis adeo rudem, unam, eandemqve Orationem, ejus nomine solum immutato, ad qvem direxerat, paucisqve aliis, pluribus, raro exemplo, inscripsisse, qvod licet fileant libri Rhetorum in hunc diem editi, forte tanti magistri reverentia, non tacuit tamen Auctor illi Ζώγραφος Epistola ad Philippum Regem. Locum eo libentiùs hic adscribo, qvia pulcherrimus est, & rarus, * & à nullo, qvod sciam, observatus. Ὁμοίως ϗ καὶ Ἰσοκράτης ἐπειδὴ νέος ἔτι ὢν εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου καθ' ὑμῶν ἐπιστολὰς αἰσχρὰς ἔγραφεν, νυνὶ ϗ πρεσβύτης ὤν, ὥσπερ ἐκὼν, ἢ φθονῶν τὰ ὠφελῆσαι τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν ὑπολελέλοιπεν. Ἀπέστειλε δέ σοι λόγον, ὃν τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν Ἀγησιλάῳ, μικρὰ Φασηλίδας ὕστερον ἐπώλησε τῷ Σικελίας τυράννῳ Διονυσίῳ. τὸ ϗ τρίτον τὰ μὲν ἀφελὼν, τὰ δὲ προσθεὶς ἐμνήστευσεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Θετταλῷ, τὸ δὲ τελευταῖον νυνὶ πρὸς σὲ γλίσχρως αὐτὸν ἀπηκόντισεν. Id est: *Similiter & Isocrates juvenis adhuc, una cum Timotheo, contra vos Epistolas probris plenas ad populum scribitabat; nunc senex, sive volens, sive invidentia percitus res vestras quàm plurimas, easque bonas silentio præteriit. Misitque ad te Orationem, quam primùm Agesilao inscripserat, & paucis immutatis Dionysio Siciliæ Tyranno venalem exhibuit, tertiùm multis additis, multisque detractis Alexandro Thessalo despondit, nunc tandem ad te illiberaliter, ut ita dicam ejaculavit.* Elegantissimam hanc, & reliqvas Socratis, & aliorum Socraticorum Epistolas Latinas jam anteà à me factas, antiqvitatis vestigatoribus qvamprimùm communicabo. Sed ad rem, Lilius Gyraldus Dialogismo 8. narrat, Libellum hunc, qvem vocat aureolum, inter pervetustos Codices Græcos repertum, manuqve sua exscriptum Pico Mirandulæ se tradidisse, exornasseqve hoc Epigrammate:

Si velut Æsonides Nepheleia vellera quæris,
Non per Cyaneas illa petenda petras.
Si quæ Tantaleis latuerunt ædibus Atrei,
Non ea Tantalea fraude paranda tibi.
Hesperidum si mala cupis servata Dracone,
Non opus Herculeo, Pice, labore tibi.
Si quidquid nigris auri defertur ab Indis,
Non est cum trucibus pugna futura feris.

Si

* In Epistolis Socraticorum ab Allatio editis p. 66.

2011 Ministerio de Cultura

Si quidquid Lydis, vel Iberis voluitur undis,
Non tibi per gentes longa terenda via est.
Omnes ecce tibi ignotos quacunque parandos,
Thesauros, parvo Codice Psellus habet.

Hinc freqvens illius mentio, & dictorum examen apud Joannem Franciscum Picum in libris de Auro, sed præcipuè cap. 2. lib. 2. *Democritica sectæ, & Abderiticæ inter Aristotelis Interpretes Michaël Psellus non solum meminit, sed à se revelata scribit ejus arcana. Hic enim post Rhetorica, Historica, Poëtica, Mathematica, scripsit & Chymica, nec non & Medica, quæ Constantino Imperatori dicavit.*

XXXIX. Ejusdem *περὶ ἐνεργειας Δαιμόνων, de operatione Dæmonum* liber è Græco in Latinum † conversus est à Petro Morello * Turonensi, editusqve Latinè cum Præfatione Francisci Feuardentii Parisiis apud Gulielmum Chaudiere 1577. 8. & anno 1615. Lutetiæ Parisiorum notis à se illustratum primus Græcè (ex duobus MStis suo & Morelli) edidit Gilbertus Gaulminus, cum interpretatione Latina ejusdem Morelli. Plura item ex eodem Dialogo excerpta, Latina facta Joanni Medici, unà cum aliis ex Jamblicho, Proclo, Porphyrio, Marsilius Ficinus nuncupaverat. Gesnerus scriptum reliqvit, Psellum duos de Dæmonibus libros scripsisse, qvos Diegus Hurtadus Venetiis possidebat, excusiqve erant Latinè in Officina Aldi. De Hurtado nihil dico. De officina Aldi falsum est ibi hos duos libros de Dæmonibus esse impressos, cum in illa editione nihil aliud contineatur, qvàm excerpta illa Ficiniana, sæpiùs ** multis in locis edita, eodem ordine, ac distinctione. Gaulminus conjectat ex verbis ipsius Pselli in fine Dialogi de Dæmonibus, libros duos scripsisse, qvod latuisse interpretes Morellum, & Ficinum, ideo maxime, qvod in excerptis è Psello, qvæ cum excerptis

† In Bibl. Gallica Crucimanii p. 405. Gallica etiam versio hujus libri à Morello edita memoratur, Paris. apud Guil Chaudiere 1573. additis capitibus 33. & 36. libri quarti Nicetæ de Colossis Asiæ. Librum Pselli accepit Morellus è Bibliotheca Jacobi S. Andreani, Canonici S. Mariæ Paris.

* Morelli versio latina extat etiam in Bibl patrum edit. Lugd. T. 18. p 589 Hinc Græce & Latine cum Gaulmini notis hunc librũ minus emendate recudi curavit B. Dan. Hasenmullerus, Kilon. 1688. 12. Vide & si placet Cardanum c. 93. de rerum varietate T. 3. Opp. p. 319. sq. Jo. Clericum Bibl. Universal. T. 15. p. 118. sq & Vignolium Marvillum T. 2. Miscell. litterar. p. 306. Dialogi titulus *Τιμόθεος ἢ περὶ ἐνεργειάς Δαιμόνων*. Vide Fulvium Ursinum in Lyricor. fragmentis p. 179. & Lambec. lib. VII. p. 138.

** Confer lib. 1. Bibl. Græcæ c. 7. §. 4.

2011 Ministerio de Cultura

pariter ex Jamblicho, Proclo, & Porphyrio edita sunt, aliqva ultimo captite afferat, qvæ desumpta ex secundo illo, si qvis est, libro videri possunt. Optima conjectura, & veritati consentiens; qvæ enim in eo capite continentur, uum, ut manifestum legenti esse potest, in hoc Dialogo non habeantur, ex alio libro desumpta esse necesse est. Sunt autem, ne diutius te detineam Lector, ex tractatu ejusdem Pselli in hanc eandem rem sub hoc titulo, Τίνα περὶ Δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες. *Quænam sint de Dæmonibus opiniones Græcorum*: cujus principium tale est, Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς Ἀγγέλοις δίδως. Qvi an unus sit cum secundo Hurtadiano non ausim affirmare: & præsertim in hoc Scriptore, cui non defuere vires eloqventiæ, nec argumentorum copia, qvibus eandem rem non semel, sed pluries pertractaret; ut videre est in aliis ab eo conscriptis. Porro hos duos de Dæmonibus Libros alii tribuunt Michaëli Ephesio, ut scribit Possevinus in Apparatu. Eorum in Latinum versio incerti legitur in Cod. 3122, Manuscripto Vaticano: & de Dæmonibus excerpta ex Psello per Joannem Jacobum Bartholotum Parmensem Physicum, Codice 5376. Vide qvæ nos etiam supra * diximus.

XL. Ejusdem *In Oracula Chaldaica expositio*, ** cujus potissimam partem Nicephorus Gregoras, suis in Synesii Libellum de Insomniis Commentariis, verbo tenus tacito Pselli nomine, transcripsit. Nec non ejusdem, *Brevis dogmatum Chaldaicorum declaratio*, *** Græcè, & Latinè primùm edita est à Francisco Patricio in Nova Philosophia de Universis * in Zorastre, imperfectè tamen, & confusè, cum utrumqve commentarium eadem sententia concludat, sic enim claudit: Τούτων δὲ τῶν δογμάτων τὰ πλείω, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων ἐδέξαντο, οἱ δὲ περὶ Πλωτῖνον, καὶ Πορφύριον, καὶ Ἰάμβλιχον, καὶ Πρόκλον πᾶσι κατηκολούθησαν, καὶ ὡς θείας φωνὰς ἀσυλλογίστως ταῦτα ἐδέξαντο. *Horum autem dogmatum plurima & Aristoteles, & Plato susceperunt. Plotinus verò, & Porphyrius, & Jamblichus, & Proclus omnia sunt secuti, & tanquam divinas voces ea susceperunt.* Patricius in Psellum ita animadvertit: *Similia his Psellus postea tradidit, utinam sicuti prolixius, ita & diligentiùs, sed qualiacunque sint, non inutilia cognitu fuerint.* Neq; hic silen-

* Supra § 9.

** Inscribitur otiam in Codice quem habeo MS. τῦ σοφωτάτυ Ψελλῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια Ζωροάστρυ.

*** Ἔκθεσις κεφαλαιώδης καὶ σύντομος τῶν παρὰ Χαλδαίοις δογμάτων.

* Ferrariæ 1591. Venet. 1593. fol.

2011 Ministerio de Cultura

lentio prætereundum eſt, primam Expoſitionem in Chaldaica Oracula ab aliis Proclo Lydio * adſcribi, ſic enim adnotatur ab illius exſcriptore in Codice DLXXII. Vaticano, Ἀλλαχοῦ ἔυρον, Πρόκλου Λυδίου ὑποτύπωσις. *Alibi inveni, Procli Lydii Hypotypoſis.* Nec dubito Proclum, rebus hiſce addictiſſimum, libellum de hac eadem re conſcripſiſſe. Sed ſive Procli, ſive Pſelli Opella ejusmodi ſit, nulli bono fuerit id noſſe. Eandem eſſe exiſtimo in Bibliotheca Reginæ Galliæ, qvæ prius fuerat Joannis Laſcaris, poſtea Petri Strozzæ; primò autem Cardinalis Rodolphi, ut ſcribit Draudius in Bibliotheca Claſſica. Nec alia videtur qvæ in Bibliotheca Antonii Auguſtini habebatur Cod. 219. *Pſelli explicatio dogmatum apud Aſſyrios.* Abſolutius poſteà cum Sibyllinis Oraculis, aliisqve Pariſiis prodiit ſtudio Joannis Obſopæi ** 1599. in 8vo. Eorundem Opuſculorum, diverſa ab edita, in Latinum verſio habetur Manuſcripta Cod. 3122. Vaticano, Incerti

XLI. Ejusdem *Commentarios* *** *in octo libros Ariſtotelis de Phyſica auſcultatione*, ex interpretatione *Joannis Baptiſtæ Camotii*, Cardinali Herculi Gonzagæ conſecratos, edidit Venetiis Federicus Turriſanus Latinè 1554. in folio. Eos MSSCtos Græcè extitiſſe in Bibliotheca Didaci Hurtadi, Cæſarei ad Venetos Oratoris, refert Geſnerus in Michaële Pſello, & Poſſevinus in Apparatu. In alios etiam Ariſtotelis libros ſcripſiſſe manifeſtum eſt ex iisdem, qvi Viennæ ſcribunt fuiſſe ejusdem *Epitomen Philoſophiæ Ariſtotelicæ de Generatione, & Corruptione, & de Meteoris. Item Expoſitionem in Metaphyſica Ariſtotelis. Latentque ejusdem*, ſcribit Andreas Schottus Præfat. in Cant. Cantic. *Pſelli plurima in ejusdem Ariſtotelis Phyſicam, primamque Philoſophiam, in Cæſaris Auguſti Viennæ Bibliotheca.*

XLII. Ejusdem liber περὶ δυνάμεων τ Ψυχῆς *de Facultatibus Animæ*, cujus illud eſt Principium: Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μέν εἰσιν ἄλογοι, ſub Anonymi nomine, & titulo Δόξαι περὶ Ψυχῆς. *De anima celebres opiniones*, qvaſi à libro longiore, & perfecto Ἐκλογαὶ, καὶ χρη-

* Lycium non Lydium fuiſſe Proclum teſtatur in ejus vita Marinus, qui commentarios Procli in λογια memorat c. 26. qvemadmodum & Simeon Magiſter de alimentorum facultatibus p. 141. edit. Martini Bogdani, tum Proclus ipſe p. 359. in Politiam Platonis.

** Etiam 1589. & 1601. Pariſ. in 8. Et ad calcem editionis oraculorum Sibyllinorum luculentæ cum notis Servatii Gallæi, Amſterd. 1689. 4.

*** Videtur hos ſcripſiſſe in gratiam Michaëlis Ducæ, qvem diſcipulorum optimum appellat.

2011 Ministerio de Cultura

χρησομαθείαν editus est Græcè & Latinè, à Joanne Tarino Andegavo versus, cum Origenis Philocalia; Zachariæ Scholastici, Episcopi Mitylenensis, de mundi Opificio; & Anastasii Sinaitæ, de hominis ad imaginem DEi, & similitudinem creatione, Lutet. Paris. ap. Sebastianum Cramoysi 1624. 4. Illum vetusti Codices MSS. Psello vindicant, nec à Pselli orationis structura longè abest. Et, ni fallor, idem ipse est, qvem Psello tribuunt, *de animo secundum variam Philosophorum opinionem*, in Augustana Bibliotheca in Armario II. Index Augustanus; & in Bibliotheca Imperatoris Viennæ, Spachius. Nec alius forsan est, qvi in Bibliotheca Regis Gallorum, *Pselli de anima*, legitur.

XLIII. Ejusdem Annotationes in aliqvot Gregorii Nazianzeni loca, cum Eliæ Cretensis Episcopi, & aliorum, studio & opera Jacobi Billii Latinæ factæ sæpiùs editæ sunt, cum Gregorii Nazianzeni Operibus.

XLIV. Ejusdem Oratio Paneyrica in Simeonem Metaphrastem edita * Latinè à Surio die 27. Novembris. Extat Græcè manuscripta in Cod. Vaticano DLXVIII. qvæ incipit, Τὰ μέγαν ἐν βίῳ, καὶ λόγῳ Συμεὼν ἐπαινεῖν προελόμενοι, cum aliis ejusdem Pselli in eundem, qvæ non multo infrà adnotabimus.

XLV. Ejusdem Carmina ** in Cantica Canticorum interpretatus est Franciscus Zinus Veronensis; excusa sunt cum Theodoreti, Maximi, Nili explicationibus Rom. 1563. fol. separatim Venetiis, apud Hieronymum Polum. 1573. in 4. & sæpiùs cum Theodoreti Operibus. Tandem Antvverpiæ cum Catena Patrum, & Thavmaturgo in Ecclesiastem, à Peltano apud Gasparem Bellerum 1615. in 8. In hac editione primum caput Latinè convertit Andreas Schottus, à secundo Zini utitur interpretatione. Opusculum inscribitur Nicephoro Botaniatæ, Constantinopolitano Imperatori; qvem στεφηφόρον, id est *coronam gestantem*, Imperatorem scilicet appellat, ut & alios Imperato-

* Græce & latine vulgavit Allatius libro de Simeonum scriptis p. 221-23. Ἐγκώμιον εἰς τὸν Μεταφράστην Κύριον Συμεῶνα, & p. 236-244. Officium in commemorationem ejusdem Simeonis à Psello compositum. Ἀκολουθία συντεθεῖσα ὑπὸ τοῦ ψελλοῦ. Hunc juniorem Psellum auctorem esse Panegyrici in Simeonem Metaphrasten, probat Bollandus præf. ad T. 1. Sanctor. Januarii p. XVII. Nec diffitetur Allatius ipse hoc loco & diatriba de Simeonibus p. 68.

** Ἑρμηνεία illa in Canticum Canticorum versibus scripta est Politicis. Latina versio Schotti & Zini occurrit etiam in Bibl. Patrum Paris. 1654. T. 13. & edit. Lugd. T. 18. Græce & Latine extat in auctario Ducæano Paris. 1624. Tomo 2. una cum altero commentario in idem canticum è Gregorii Nysseno, S. Nilo & Maximo, per eundem ut volunt Psellum collecto.

2011 Ministerio de Cultura

peratores in aliis Opuſculis compellare conſvevit, qvidqvid alii ſomnient. Ea primus è tenebris eruta Græcè publicavit Joannes Meurſius, cum Polychronii, Euſebii, & aliorum in eadem Cantica expoſitionibus, Lugd. Bat. 1617. 4. Martinus Delrius Iſagoge in Cant. Cantic. cap. 5. refert Pſellum deficere in illa expoſitione, cujus eſt, ut ipſe ait, nimis conciſus abbreviator: & oſcitanter nimis decipitur, dum ait Pſellum citari à Theodoreto, ab antiqviſſimo recentiſſimum, & qvi nonniſi poſt octingentos ferè annos ſcripſerat. Commentarius item in Cantica ex tribus Patribus, ab eodem Pſello, ſi Index Bavaricus Cod. 99. fraudi non eſt, ſæpiùs cum Theodoreto Latinè editus, collectus eſt. En verba Indicis: *item*, Commentarius *ex tribus Patribus Gregorio Nyſſeno, Nilo, & Maximo, collectore Pſello.*

XLVI. Ejusdem ad Michaëlem * Imperatorem capita qvædam Theologica, *de Trinitate, & perſona Chriſti*, Græcè & Latinè, cum notis Joannis Wegelini. Auguſtæ Vindel. apud Georgium Viller, & Sebaſtianum Mylium 1608. in 8vo.

XLVII. Ejusdem Libellum, *de Lapidum virtutibus*, Philippus Jacobus Mauſſacus ** primus vulgavit, Latinè vertit, & emendavit, editus eſt Toloſæ Græcè & Latinè anno 1615. 8. Verum libellum hunc ante Mauſſacum Latinè & Italicè redditum ab Adriano Spigelio Philoſopho & Medico, & Gymnaſii Patavini Anatomico, apud Liberalem Cremam Philoſophum, ac Medicum Tarviſinum præſtantiſſimum conſervari ad hunc diem, Epiſtola ſua mihi, utriusqve amiciſſimus, Jacobus Philippus Thomaſinus ſignificavit. Libelli item meminit Caſaubonus in Ælii Spartiani Antoninum Caracallam Notis. Et Juſtus Ricqvius *** in Epiſt. Centuria nova. epiſt. 29. in Saregica Bibliotheca inter alia Opuſcula Manuſcripta illum ſe vidiſſe refert.

XLVIII. Ejusdem *Synopſis Legum* verſibus Jambicis, & Politicis edita eſt Græcè, Latina interpretatione, & notis illuſtrata, opera & ſtudio Franciſci Boſqveti Narbonenſis, ex Bibliotheca Archiepiſcopi Toloſani, Pariſiis apud Joannem Camuſat. 1632. 8. in nonnullis

* In Catalogo Bibl. Barberinæ T. 2. pag. 253. perperam, ad M Comnenum. Hæc capita Theologica integriora lector ad calcem hujus libelli Allatiani reperiet.

** Plutarcho de fluminibus, Pſelli libellum ſubjecit Mausfacus, teſtatus illum ſe edere ex apographo Jacobi Sirmondi, Epiſt. dedicatoria ad Gaulminum.

*** Juſtus Rycquius Epiſtola ad M. Velſerum data Romæ 1610. *Mihi Bibliothecam nuper Saregicam exeuntiſi opuſcula quædam Græca calamo exarata in manus venerunt*

Maxi-

2011 Ministerio de Cultura

lis Codicibus inscripta † Imperatori Michaëli Ducæ. Alius Codex Vaticanus, ut notat idem Bosqvetus, habet, Alexium, τῦ ζοφωτάτυ Ψελλῦ εἰς τὺς νόμυς πρός τ Βαζιλέα Κύριν Ἀλέξιον. Et vetus Sirmondi, Nicephorum, Ἀρχὴ ζιὼ Θεῷ τῶν πολιτικῶν στίχων τῦ νόμυ ἐκτεθέντων ὑπὸ τῦ Κυρίυ Μιχαὴλ τῦ Ψελλῦ, πρὸς τ Πορφυρογένιητον Κύριον Νικηφόρον. Μὴ βυλόμῳον προζέχειν τοῖς νόμυ μαθήμαζι. Διὰ τὸ κεχλωὸς τύτυ πέλαγ@. Titulus, vel Porphyrogennetæ cognomine, Nicephoro Botaniatæ adnexo, suspectus est. Non dubito tamen Libellum, rerum summam gerentibus adeò necessarium, pro opportunitate diversis Imperatoribus inscripsisse, ut præcipuas Juris regulas, ex ipsis Juris totius fontibus compendio pertractatas, & carmine qvasi lenocinio emollitas, absqvè longioris lectionis tædio, si liberet, percurrerent; ut de ejusdem Chrysopœia supra diximus. Ex his nonnulla sub Scholiorum nomine vulgata olim fuere à Leunclavio Juris Græco-Romani tomo 2. in Synopsi Legum Michaëlis Attaliotæ, tit. præsertim 16. 25. 28. 32. 37. 40. 42. 48. 83. qvi, cùm non animadvertisset numerum carminum, tanqvam solutam orationem, excudit indistinctè.

XLIX. Ejusdem ad eundem ** Michaëlem Ducam carmina Politica, *de Dogmate*, Græcè idem Bosqvetus cum Synopsi legum edi curavit, à Jacobo Sirmondo accepta, unde legitur, *de septem Sacris Synodis Oecumenicis* Tractatus, * editus Latinè tom. 3. Conciliorum, parte prima p. 400. Coloniæ Agrippinæ 1606. industria Severini Binii; & Græcè sub Joannis Pselli nomine, cum Theodori Prodromi, & Nicephori Callisti versibus, Basileæ apud Joannem Bebelium 1536. scri-

Maximi Planudæ & clarorum aliqvot virorum Epistolæ centum. Psellus de gemmarum virtutibus. Incerti cujusdam (*Empedocli vulgo tribuuntur*) versus Jambici de fixarum stellarum sphæra, à Demetrio Triclinio emendati. Parecbolæ qvædam eorum quæ in excusis Athenæi codicibus desiderantur. Incerti in librum Aristotelis de coloribus commentarius. Caniclei liber contra Plotinum, ejus forte cujus scriptum de immortalitate animæ ἀνέκδοτον Cardanus lib. de rerum varietate laudat. Saliustii Philosophi in Heracliti problemata Homerica summarium: Excerpta ex Gemisti Plethonis Monodia, de immortalitate animæ. Ejusdem defensio Aristotelis contra Scholarium. Michaëlis Apostolæ pro Plethone liber, super substantia Aristotelica, contra Gazam. Demetrii Triclinii de metris Poëticis libelli. *Dispice qvæso an aliquid sit cedro & pumice dignum.* Hæc ille,

† Ita etiam in Codice Vindobonensi, cujus meminere Lambecius & Nesselius part. 2. p 28. & in alio Codice è qvo ante Bosqueti editionem versus nonnullos produxit Allatius ad Eustathii Hexaëmeron p. 280.

** In MS. Cæsareo, ad Constantinum Monomachum. Vide Lambec. VI. p. 163.

* Totus absolvitur versibus politicis 71.

2011 Ministerio de Cultura

in 8vo. Qvem Joanni * etiam tribuit Joannes Tilius Engolismensis, in Apoſtolorum, & Sanctorum Conciliorum Decretis, impreſſis Pariſiis per Conradum Neobarium 1540. In hunc ipſum Tractatum ſcripſit Franciſcus Feuavardentius; & Bellarminus tradit Pſellum in eodem hallucinatum, in tempore, qvo celebrata eſt prima Conſtantinopolitana Synodus, qvæ fuit ſecunda ex qvatuor primis; in Epheſina, qvæ fuit tertia, Tom. I. Controverſ. 4. de Conciliis cap. 5.

L. Ejusdem *de Nomocanone* Carmina Græcè edidit cum ſuperioribus Bosqvetus, qvæ cum laxiora ſint, alterius eſſe multùm dubitavi: nec fefellit me animus, nam in alio Manuſcripto Codice Conſtantino Pſello tribuuntur. Κωνσταντίνου προέδρου, καὶ ὑπάτου τῶν Φιλοσόφων ἐκ Ψελλοῦ εἰς τὴν Νομοκανόνος ὑπόθεσιν. In Bibliotheca etiam Antonii Auguſtini Codd. 154. & 175. eidem Conſtantino Pſello tribuuntur. Sed cujusnam opus ſit non videtur tanti, ut in ejus Auctore inqvirendo diutiùs immoremur.

LI. Sub ejusdem nomine circumfertur Syntagma ἐκλελεγμένον ἀπὸ τῶν Ἰατρικῶν βιβλίων, περὶ δυνάμεως Τροφῶν, καὶ ὠφελείας, καὶ βλάβης, *de Cibariorum facultate, utilitate, & noxa, ex Medicis libris collectum*, ad Conſtantinum Monomachum per literarum ordinem, cujus illud eſt principium, πολλῶν, καὶ λογίων ὦ μέγιστε. Illud Simeoni Setho ** magiſtro Antiocheno tributum, & à Gyraldo latinè redditum Græce, & Latine Iſingrinius Baſileæ excudit in 8. 1538. Cum vero non tantum ſententiæ, ſed verba etiam ipſa in utroqve reperiantur, exiſtimo, Collectaneis Pſelli nonnulla Simeonem à ſe, inter legendum animadverſa, addidiſſe, vel qvempiam tertium ab utroqve confeciſſe, qvod ex Indice Manuſcripto *** colligi poterit: Συνταγμα περὶ Τροφῶν δυνάμεων τοῦ Ψελλοῦ, καὶ Συμεὼν τοῦ Μαγίστρου. *Syntagma de alimentorum viribus Pſelli, & Simeonis Magiſtri.* Neqve enim adduci poſſum, ut credam, Pſel-

* In MS. Cæſareo Michaëlis Pſelli eſſe perhibetur: Τοῦ ψελλοῦ Κυρίου Μιχαὴλ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ Συνόδων πρὸς τὸν Βασιλέα τὸν Μονομάχον.

** Simeoni huic vindicat, & ex duobus MSS. Jac. Mentelii integriorem hujus libri editionem cum verſione & notis dedit Martinus Bogdanus, Pariſ. 1658. 8. Vide & Allatium de Simeonibus, p. 181. Pſelli librum una cum Simeonis libro ad MSS. Codices recenſito edere voluit Georgius Hieron. Welſchius. Vide ejus Epiſtolam IX.

*** Sic etiam Codex Cæſareus de quo Lambecius VI. p. 161. Idem memorat Pſelli περὶ διαίτης ad Imp. Conſtantinum Monomachum. Incipit: καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἔργον προνοίας καὶ μεγαλοφυοῦς ἐπινοίας καὶ φιλανθρωπότητος ἐπίταγμα, Κωνσταντῖνε θειότατε καὶ μέγιστε Αὐτοκράτορ κ.τ.λ.

2011 Ministerio de Cultura

lum ſua à Setho, eruditiorem, eloqventioremqve à minus erudito, & eloqvente mutuatum. Aliorum ſiqvidem laboribus meliores, non deteriores evadere conamur. Et Pſellus Sethianis illis, veluti aliena pluma amictus, candidiſſima ſua deturpaſſet. Viderat id qvoqve Gyraldus, Epiſtolaqve nuncupatoria omnibus ſignificavit. *De eadem*, ſcribit, *ferme re*, & *facultate ad Conſtantinum, hujus, ut puto Michaëlis Ducæ parentem, Michaël Pſellus Libellum ante ſcripſerat, cujus eſt exemplum apud Meletium, Græcum totius Medicinæ Scriptorem, non eodem modo argumento, ſed iisdem interdum pene verbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis depravatum, & mancum, cum Latine qvoqve modo vertiſſem; adjutus in primis ipſius Pſelli libello, tum ejusdem altero à Georgio Valla in Latinum peſſime converſum, tibi in omni medicæ facultatis.* &c. Recte omnia, ſi illud excipias, Conſtantinum Monachum parentem Michaëlis Ducæ fuiſſe, qvippe qvi diverſus omnino ſit à Conſtantino Duca Michaëlis parente.

LII. Eidem Pſello librum περὶ ποδάγρας, *de Podagra* à nonnullis Codicibus tribui video, cujus illud eſt initium: Ἐπεὶ ὤφλε πρός με ὁ κεφάτης, καὶ ἅγιος, capitibus qvadraginta ſex concinnatum; qvi, cum ad Palæogos, qvorum juſſu fuerat conſcriptus, directus ſit, niſi Pſellum alium fingere, cui tribui poſſit, velimus, certè Pſelli non eſt. Auctor tempore Michaëlis Palæologi vivebat, cui à valetudinis cura erat, ut ipſe fatetur: Ἐπεὶ τοίνυν ἐκέλευσέ με ὁ θειότατος Βασιλεὺς, ἐμὶ δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ Φύσιν, καὶ τὴν κρᾶσιν, καὶ ἰδιότητα καὶ τὸ δυνατὸν εἰδώς, διὰ τὸ μὴ πρὸς ὀλίγον καιρὸν συνεῖναι αὐτῷ, τὴ πρὸς ἐμὲ ἀνήκουσα δυνάμει καὶ τοῦτο τῷ θεσπεσιωτάτου πειθόμενος ἤδη γράφω. *Quandoquidem igitur hoc mihi imperavit ſanctiſſimus Rex, è cujus Medicis ſum unus, ideoque naturam ejus, temperamentumque novi, præſertim cum diù cum eo verſatus fuerim, pro ea, quæ mihi eſt ſcientia, de hoc morbo, ut ejus obediam mandato, tractare incipio.* Et, ſi res in eo petractatas, modum, & formam dicendi conſideras, aliaqve: à dicendi, tractandiqve ratione Pſelliana longè abſunt. Vidi poſteà editum Latinè ſub nomine Incerti ab Henrico Stephano, * inter Auctores Medicos, Tom. 2. ex verſione Marci Muſuri ad Scaram Trivultium, cujus de eo hoc eſt judicium: *Quod ſicut Auctor, quisquis hæc ediderit, infans, & elinguis erat, ut qui neſciret, ſi quid vel arte didiciſſet, vel uſu compertum habuiſſet, exprimere &c.* Et ante aliqvot annos, Græcè editum Pariſiis in 8vo 1558. apud Gvilielmum Morelium, *Demetrio Pepagomeno* vindicatum; & ſeor-

* Paris A. 1567. fol.

2011 Ministerio de Cultura

ſeorſim Latinè ex interpretatione doctiſſimi cujusdam Viri, qvem ipſe non nominat. Cùm vero in multis Pſello tribuatur, licet illius non ſit, inter alia Pſelli monumenta edita locum habeat.

LIII. Et hæc Pſelli Opera * edita ſunt, qvæ mihi videre contigit. An alia item ſint nondum novi. Illud ſcias Lector, alias item eſſe nonnullorum ex hiſce Operibus editiones, qvas libens, volensqve omiſi. Satis ſit præcipuarum commeminiſſe. Utinam & alia, qvæ jam latent, eandem cum iſtis fortunam experirentur. Sed qvandò peſſimorum hominum neqvitia id fieri neqvit, en aliqvorum adhuc ineditorum Catalogum hic attexam; qvorum mihi memoria ſuppetit, & qvo dicuntur eſſe in loco aperiam, ut, ſi detur aliqvandò facultas, tibi poſſis tantos Theſauros comparare. Laudaboqve Auctores, ut unde id habeam, tibi compertum ſit, & ſi qvæ fraus deprehendetur, habeas tu etiam, in qvos crimen referas. De qvibus exactum tibi judicium, certamqve narrationem non promitto, cùm ea præ manibus non fuerint. Illud certum eſt, ex his nonnulla eſſe bis, terve repetita, qvædam etiam typis excuſa. Qvia tamen ex ſola tituli notitia, eaqve varia, de toto tractatu non poſſumus ſententiam ferre, & unum ab alio diſtingvere, qvemadmodum in aliis invenimus, ita tibi damus, qvæ certò edita ſunt omnino prætereuntes, ſit ergo:

LIV. Pſelli liber *contra Eunomium*, Romæ in Vaticana ſervatur: Geſnerus in Bibliotheca, Gilbertus Gaulminus notis in eundem περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων, & Franciſcus Fevardentius Præfatione in Petri Morelli interpretationem ejusdem libelli de Dæmonibus.

Scholia ejusdem in dictum quoddam Baſilii, Romæ; Geſnerus ibidem.

Epitome librorum Moyſis in 4to. MS. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ: Geſnerus.

Dioptra, id eſt Perſpectiva, continens qvatuor ſermones in qvibus animus, & corpus disputant, in Bibliotheca Auguſtana: Geſnerus

* Adde his ab Allatio recenſitis 1.) Σύνοψιν εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Λογικήν qvam Græce & latine edidit Elias Ehingerus Auguſtæ Vindel. 1597. 8. obſervans Petri Hiſpani ſummulam, magna parte ex hoc Pſelli opuſculo petitam eſſe. 2.) Μονῳδίαν in templum Sophiæ CPol. terræ motu quaſſatam, quam edidit Allatius notis ad Georgium Acropolitam p. 281. ſeq. 3.) Breve Carmen Jambicum in depoſitionem Jo. Chryſoſtomi, Vulgatum Græce ab Allatio in Excerptis Græcor. Sophiſtarum ac Rhetorum p. 400. Rom. 1648 8. Idem ex Oratione inedita ad Conſtantinum Monomachum producit nonnulla p. 102. de recentiorum Græcorum templis,

2011 Ministerio de Cultura

rus & Index Augustanus: Plut. 6. num. 12. Hæc an eadem sit cum Philippi solitarii Dioptra, jam edita Latinè, non possum divinare, & fortè Indicis Auctor, Pselli præfantis * nomine deceptus, totum Dioptræ opus, à vero Scriptore Philippo avulsum, Pselio imprudenter nimis suppositit. Philippi tamen esse apparet, cùm eam, ex Bibliotheca Augustana depromptam, cum Cabasila, Philotheo, Joanne Carpathio, & Glyca Latinam vulgaverit Jacobus Pontanus Ingolstadii, ex Typographia Adami Sertorii 1604. in 4to.

LV. *Quæstiones Theologicæ cum Responsionibus*, ad Michaelem Ducam, qvibus & ad Physiologiam pertinentia continentur, fol. in Bibliotheca Augustana, in Armario VI. Index Augustanus MS. infra etiam idem Index hæc habet; *Pselli ad Michaëlem Comnenum varia capita Theologica: περὶ ἐνυποστάτου, de Anima, de Virtutibus, & Physica de sensibus; de similitudine, & dissimilitudine liberorum cum parentibus; de Embryone; de somniis; de circulis cœlestibus; de Meteoris; de Lunæ Eclipsi; de Solis calore; de stellis; de Dioscuris; de pluvia, grandine, nive, pruina, rore; de Typhone, & Ecnephia ventis, de Fulmine; de partibus Mundi; de Terræ motibus; de Tempestatibus, de salsedine maris; de Imbribus; de Fluminibus; de Stellarum luce; Quid necessitas, contingens, tempus, materia, forma, elementum? Qvid Encyclopædia? de Literarum inventoribus; de Amazonibus; de nominibus mensurarum; de circulorum initiis; quæ habeant cœlum, mare, sol; de ortu solis triplici, deque igne cœlitus ad Philosophi preces delapso; de Potidea, Arcadia; de Aristotele, Cleanthe, Anaxagora; de Eubæa, Sicilia.* Gesnerus item, *ejusdem de fide ad Michaëlem Ducam, juncta ejusdem Epitome Philosophiæ Aristotelicæ, id est Physicæ, de Generatione & Coruptione, de Meteoris, cum supplemento Gregorii Nicæni ad Petrum fratrem in* 4. *MS. in Bibliotheca Imp. Viennæ.* Idem habet Israel Spachius in Nomenclatore scriptorum Philosophicorum, & Philologicorum. Item Romæ in Bibliotheca Sancto-Silvestrina in Monte Qvirinali est ejusdem hic liber MS. Græce, qvem ego vidi, titulus erat: Ψελλὸς πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριν Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν.** *Pselli ad Imperatorem Dominum Michaëlem Ducam,* capita erant, α, Ὁμολογία τῆς πίστεως. β. περὶ Ὀνομάτων τινῶν λεγομένων ἐπὶ τῶν Χριστιανῶν δόγματι. γ, περὶ ἐνυποστάτου. δ, περὶ Ὁμοουσίου. ε, περὶ Ὁμοιουσίου. ς, περὶ ἀσιώδους ἑνώσεως, καὶ Διαφορᾶς. ζ. περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως, καὶ Διαφορᾶς. η, περὶ σχετικῆς ἑνώσεως. θ, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. ι, περὶ

* Etiam hoc ipsum ex temporum ratione in dubium vocat, neque persuadere sibi potest Allatius, Mich Psellum in Philippi qvi A. C. 1105. scripsit Dioptram præfatum fuisse. Videinfra cap. antepenult.

** Hoc scriptum habes infra ad calcem Præsentis diatribæ.

2011 Ministerio de Cultura

ι, περὶ χρόπε τ ἀντιδόσεως. ια, περὶ θείας ἑνώσεως. ιβ, περὶ φύσεως. 1. *Professio fidei.* 2. *De quibusdam nominibus in Christianorum dogmate usurpatis.* 3. *De * enypostasibus.* 4. *De Homousio.* 5. *De Homoypostato.* 6. *De essentiali unione, & differentia.* 7. *De Hypostatica unione, & differentia.* 8. *De relativa unione.* 9. *De sancta Triade.* 10. *de modo ** retributionis.* 11. *De divina unione.* 12. *De natura.* Qvæ omnia an unum opus sint, vel diversa, judicabunt, qvi legent. Ego existimo unum esse, attamen in uno Codice abundantius contineri; ex omnibus tamen unum posse confici perfectum, & omnibus partibus absolutum. Qvæ provincia non esset omnino eruditis Viris contemnenda. Consule etiam, qvæ nos de hoc eodem Opere inferius dicemus: Obiter tamen hic animadvertam titulum secundi Augustani non carere nota falsitatis, qvi nobis pro Michaële Duca, Michaëlem Comnenum obtrudit, cujus auctoritate deceptus Wœgelinus in sua editione retinuit, & in Notis, Constantini Ducæ filium Michaëlem inter Comnenos, mira ἀνιστορησία refert, cum omnino esset immutandus, reclamantibus cæteris Codicibus, qvi omnes uno ore Michaëlem Ducam proponunt, cui Capita illa nuncupavit. Marqvardus Freherus in Chronologia Imperii Utriusqve: *Ad Michaëlem Ducam scripsit Michaël Psellus ea ætate in Jure, & Philosophia scientissimus, & πολυγραφώτατος. Synopsim legum versibus Politicis; extat M. S. in Bibliothec Palatina, & Constantinopolit. Ejusdem Psselli ad hunc Ducam responsiones ad diversas quæstiones Theologicas & doctrina omnifaria, CXCIV capitibus comprehensa; in Bibliotheca Palatina.* Codices hi, sicut & reliqvi Græci, & Latini Manuscripti decantatissimæ illius Bibliothecæ, meis laboribus, *** vigiliis integri, incolumesqve in Vaticana asservantur. Qvod certe omni admiratione dignum est, Deiqve summi muneri ascribendum, in tam vasto itinere, sævissimo tempore, tempestate hyberna, ac pluvia, rerum omnium penuria, per Oppida, ac ditiones hostium tantum Librorum numerum sartum tectum Romam importatum ita, ut ne schedula qvidem perierit. Sed ad Psellum.

LVI. Opuscula qvædam *in Passionem, & sepulturam Christi. Libellus dictus, Antichristus; de Paradiso; in Natalem Christi*, in 4. Biblioth. Imperatoris Viennæ. Gesnerus, Possevinus.

* Lege: *enypostatis.*

** Vertendum erat: *de modo communicationis idiomatum.*

*** De Palatinis Codicibus qvos Pontifici Gregorio XV. donavit Imperator Ferdinandus II. in Vaticanam Bibl. A. 1623. translatis, gloriatur Allatius passim, uti ad Eustathium Antiochenum in præf. & in notis p. 151. atqve in animadversionibus ad Antiquitates Hetruscas p. 58.

2011 Ministerio de Cultura

Εἰς τὴν σταύρωσιν τ̃ Κυρίου. *In Cruxifixionem Domini*, in Bibliotheca Cardinalis Columnæ, Gretſerus notis in Orationem Macarii Chryſocephali de exaltatione S. Crucis Tom. 2. de Cruce. Non conſtat, an de hac intelligat amplificator Geſnerianæ Bibliothecæ, *Georgii Nicomediæ Archiepiſcopi* de *Cruce*, *quam falſo quidam Pſello adſcripſere Græcè MS. in 4. Biblioth. Imper. Viennæ.*

Compendioſa expoſitio *in Ariſtotelis libros de Naturali Auſcultatione*, extat in Bibliotheca Didaci Hurtadi. Geſnerus. In Bibliotheca Bavarica Cod. 145. Index Bavaricus, & in Bibliotheca Imperat. Viennæ, Iſrael Spachius.

Synopſis Logicæ Ariſtotelis, in 4. in Bibliotheca Auguſtana in Armario num. 5. Index Anguſtanus.

Expoſitio in Metaphyſica Ariſtotelis, in Italia, Geſnerus.

Commentarius in Ariſtotelis verba, Ars artium, & ſcientia ſcientiarum, &, *quomodo omnia à Philoſophia dependeant*, in Italia, Geſnerus.

In Pſychogoniam Platonis, in Italia, Geſnerus: in Bibliotheca Auguſtana fol. in Armario v, Index Auguſtanus MS. in Bibliotheca Imper. Viennæ in 4. Iſraël Spachius.

Expoſitiones variæ in varios Platonis locos, in Bibliotheca Bavarica Cod. 165. Index Bavaricus.

Συνοπτικὸν ζώγραμμα τ̃ φιλοσοφίας, in Bibliotheca Joannis Sambuci, Geſnerus.

Varia Philoſophica, Romæ in Vaticana. Geſnerus. *Phyſica, Aſtronomica, Muſica, Arithmetica, Geometrica, junctis opinionibus de Anima*, in 4. Biblioth. Imperat. Viennæ, Geſnerus.

Interpretationes dubiorum naturalium, Bibliothecæ Imperat. Viennæ, in 4. Geſnerus, & Iſraël Spachius: *Solutio unius*, *atque alterius quæſtionis Aſtrologicæ*, Biblioth. Auguſtana, 4. in Armario, Index Auguſtanus Manuſcriptus.

LVII. Inter Libros, qvos Bibliothecæ Lugduno Batavæ Joſephus Scaliger legavit, in Indice Græcorum Manuſcriptorum in fol. legitur cum Heronis Geometrica, *Pſelli quædam Aſtrologica:* An eadem, vel diverſa cum ſuperioribus, non poſſumus divinare. An etiam illa ſunt, qvæ ſub illo Libello de qvatuor ſcientiis mathematicis continentur? Sed ſuspendo judicium.

Expoſitio Mathematices in Timæo Platonis, *de animæ generatione, ſive eſſentia*, fol. Bibliotheca Auguſtana in Armario. Index Auguſt. MS. *Opus* An eadem cum Pſychogonia?

2011 Ministerio de Cultura

Opus Græcum ex Libris medicinalibus, ordine Alphabeti, Romæ, in Vaticana. Geſnerus, Paſchalis Gallus, & Joannes Georgius Schenckius in Bibliotheca Medica.

Ecloga utilis ex libro Parallelorum. Ibidem. Geſnerus, & Spachius.

Encomia diverſa. Ibidem, Geſnerus.

Monodia, Romæ in Vatica Geſnerus.

Explicatio in librum Dioſcoridis, in Bibliotheca Manuëlis Eugenici, & Joannis Suzii. Antonius Verderius in Supplemento, & Schenckius in Bibliotheca Medica.

Ænigmata, in Biblioth. Bavarica Cod. 38.

LVIII. Meurſius *Hiſtoriarum Opus* Pſellum ſcripſiſſe autumat, illudqve laudari à Zonara tom. 3. in Iſaacio Comneno, & in Romano Diogene, item à Theodoro Metochita Hiſtor. Sacræ lib. 2. Cedreno, Joanne Curopalata in Hiſtoriæ ſuæ initio, Michaële Glyca in Annalibus ſemel, atqve iterum. Erat etiam in Catalogo exhibito à Grammatico, apud Antoninum Verderium, in Supplemento.

Gaulminus de Pſelli ſcriptis hæc habet: *alia illius in Regia pariter, & Vaticana extare certum eſt; ut ψυχογονίαν Platonis, ἐπιτομὴν τ ἰατρικῆς, Comment. in Ariſtotelis Categorias, Metaphyſ. lib. περὶ ἑρμηνείας, Porphyrii quinque voces, contra Eunomium librum unum, de legibus duos, μονῳδίαν, ἐγκώμια diverſa. Epiſtolas item elegantes laudat in Adagio ἄκαπνα ξύλα Caſaubonus in Athenæum.*

LIX. Plura etiam enumerat Antonius Verderius in Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ, ex Bibliothecis CPolitanis. Nam inter alia apud Johannem Suzium erant, Michaëlis Pſelli *Explicatio in Pſalterium Davidis. In Gregorium Nazianzenum.* In Catalogo à Grammatico exhibito, *Medicinale Michaëlis Pſelli. Liber Philoſophicus. In philoſophica Ariſtotelis. Aſtronomicum. Explicatio in Myſticam Philoſophiam. In quinque voces Porphyrii. In Topographica Strabonis, & Ptolemæi. In Arithmetica. In Galeni explicationem in quatuor libros reſolutionis Hippocratis. Menandri Comediæ XXIII*, ὁ Theſauros! *explicatæ à Michaële Pſello.* In Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. *In Elenchos Sophiſtarum. Scholia in definitiones. De motu temporis. De circulo Solis, & Lunæ. De inventione diei Paſchatit. De Angelis, & Dæmonibus. De novis morborum appellationibus. De notis ſpirituum. De diviſione animalium. In ſalutationem Angelicam. In phyſica Ariſtotelis*: præter alia multa, qvorum ſupra meminimus. Infra qvoqve nonnulla alia recenſebimus. Et in Bibliotheca Antonii Auguſtini, Pſelli *Apophthegmata*, Cod. 227. *Explicatio Mathematica ſpeculationis in Platonis*

2011 Ministerio de Cultura

tonis Timæum. Absoluta enarratio de Lemmate. Explicatio de Platonica auri-gatione animorum, & de militia Deorum, in Phædrum. Explicatio nodi difficilis, quo pacto ex quinque secuplum est, & quod circa quinque secuplum est, & quod circa quinque figuras alia figura non statuatur contenta sub æquis lateribus & rectangulis inter se æqualibus, Cod. 191.

LX. Hæc sunt, Lector, Pselli monumenta, qvæ hactenus, ut mihi videtur, in istis Bibliothecis reposita latent, qvæ non solùm videre, sed etiam qveas, ut ita dicam, usurpare: usurpabis enim, dum conferendi, interpretandi, edendiqve copia data, ipse in tantum scriptorem studium, & tempus insumes. Scriptioni meæ finem hic imponere peropportunum videbatur; habes enim ni fallor exactam Pselli scriptorum enumerationem; tamen, ne Rempublicam literariam fraudare videar, de qva benè mereri semper sollicitus sum, enter-tium hic adscribam Catalogum Librorum Pselli, qvos, dum semper aliqvid novi avidus capto, mihi legisse contigit. Mirum enim est, ut animus ad res novas semper gestiat, nullis laboribus, nullis succumbens vigiliis. Scio aliam hominibus beatitatem paratam, ad qvam totis conatibus contendere unusqvisqve debet: qvod si nescirem, in sola optimorum Scriptorum lectione collocandam esse existimarem: & in illis conservandis occupatum summam ducerem felicitatem. In qvibus omnem nostram diligentiam, indulgentiamqve consumi jucundissimum, ac digniſſimum est. Mihi sanè lumen solis, dies, vitaqve ipsa erunt ingrata, & amara, si, qvæ legam, non habeam: si monumenta clarissimorum virorum defeceriut; præ illorum namqve dignitate, & svavitate, divitiæ, voluptates, & qvidqvid apud homines in pretio est, sordes sunt, & nugæ. Hæc itaqve sitis, sive furor (liceat propensi ad literas animi cupiditatem, qvæ nescial modum, ita appellare) dum mihi assiduè novos Auctores investigandi studium ingerit, semper novum qvid ingenio objicit; qvod postqvam didici, angor, & doleo, me illo, tanto tempore frustratum fuisse. Hinc magis, ac magis impellor concitatioribus stimulis. Dabo igitur tibi, Lector, sine fuco, & fallaciis numerum Librorum Manuscriptorum Pselli, qvi jam latent in Bibliothecis, nec lucem viderunt, & eorum simul principia, ut rerum harum tibi notitiam habeas dilucidiorem. Ad Rhodum ipsam & saltum.

LXI. Visi igitur, aut lecti Pselli à me Libri sunt: Στίχοι πολιτικοὶ, περὶ Γραμματικῆς πρὸς Κύριν Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον. *De Grammatica ad Constantinum Monomachum, Carmina Politica*, P. Μελέτω σοι Γραμματικῆς, καὶ τ᾽ Ὀρθογραφίας. Πρὸς

2011 Ministerio de Cultura

Πρὸς τὸν αὐτὸν, περὶ Ἀντισοίχων. *Ad eundem, de Antistoechis.*
P. ἄγγαρος ὁ ἄγγελος, ἀγγήλαι τὸ ζεμνωίαι. Hæc duo à plerisqve in unum veluti corpus digeri, & sub Grammatices nomine laudari, novi, Codex tamen Vallicellanus in duo dividit, secundo primum, aliis etiam aliorum interjectis, primo secundum tribuens locum ; & argumentum utriusqve diversam etiam poscit tractationem. Nec in unum Grammaticæ regulæ, & dictionum expositiones, nisi confundas omnia, coalescunt. Meminit Casaubonus in Athenæum lib. 2. c. 26. *Psellus in versibus politicis, qvibus obscuriores voces exposuit.* Auctorem horum esse Psellum Michaëlem nullus dubito. Meursius * tamen Joannem, cui de virtutibus ac vitiis Jambos tribuit, horum Auctorem insinuat; cum existimet Joannem esse qvem in ἡγήτορες laudat Svidas, λέγει δὲ καὶ ὁ Ψελλὸς, ἡγητορία πέφυκε τῶν σύκων ἡ παλάθη. Eumdem Psellum sæpius à Suida laudatum inveni, in Δέρζον. Δέρζον, ἔστι τὸ λεπτὸν λέγει ὁ Ἱπποκράτης. φησὶ καὶ ὁ Ψελλὸς, ἔστι δὲ ἕτερα τὸ λεπτὸν καὶ νομάζει δέρζον. & Γηώργας, Γηώργας ὁ ἀλλόζιος, τῷ Ψελλῷ, Γηώργας ὁ ἀλλόζιος, καὶ γέρδης ὁ ὑφάντης. Qvæ cum in his de Grammatica, & Antistœchis legantur, non alium horum, qvam Joannem Auctorem Meursius nobis intrudit.

Τί ἐστὶ Βαβυζικάριος. *Qvid sit Babutzicarius.* P. Ὁ μὲν τοι Βαβυζικάριος ἐξ.

Περὶ τοῦ Γιλλοῦς, de Gillo. P. Ἡ δὲ Γιλλὼ ἔστω δὴ τὸ δεχαῖον. καὶ.

Πόθεν τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα. *Unde nomen Cornuti originem habuerit.*
P. Τέρπτην ἐν συνηθείᾳ ἔστι βίᾳ τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα.

Τί σημαίνει τὸ Καίσαρος ὄνομα. Qvid sibi velit Cæsaris nomen.
P. Τὸ ἔστι Καίσαρος ὄνομα.

Εἰς τὸ, εἴ τι ἔφθασεν. *In illud, si quid advenit.* P. Ἔφθασέ τις εἰπὼν, ὅτι ἔφθασεν.

Ἐξήγησις εἰς τὸ, Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μεγάλ' ἴαχεν. *In illud, Stridit arcus, nervus autem valde sonuit.* Homeri Iliad. δ. v. 125. P. Ἐπὶ μὲν ἐδ' ἔπερ εἰρήκειν εὐθὺς ἐρωτηθείς.

Εἰς τὴν ἐν Νικομηδείᾳ λεγομένην ἀκολουθίαν. *In Intellectionem sic dictam, qvæ Nicomediæ est.* P. Θαυμάζουσιν οἱ πολλοὶ τὸ ἐν Νικομηδείᾳ ἦχεῖον.

Τίς ἡ διάκρισις τῶν Συγγραμμάτων, ὧν τῷ μὲν ἡ Χαρίκλεια, τῷ δὲ ἡ Λευκίππη ὑπόθεσις καθεστήκατον. *Qvænam sit Scriptionum differentia, qvarum alteri Chariclea, alteri Leucippe argumento sunt.* P. Πολλοῦ δεῖ γε τἀγαθοῦ.

LXII. Περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων. *De mirabilibus auditionibus.*

P. Μηδὲ

* Meursius ad Psellum in Canticum Canticor. p. 177.

2011 Ministerio de Cultura

P. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἴης. Libellum Schediaſmate * illuſtravimus.

Ἐγκώμιον εἰς τὰς Κόρεις. *Laus Cimicum.* P. Οἱ δὲ πολλοὶ τὰς Κόρεις καὶ ἰζσιν.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν Φθεῖρα. *Laus Pedicali.* P. Ἀλλ' ὁ Φθεὶρ ἴσως τῇ Ψύλλῃ.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν Ψύλλαν. *Laus Pulicis.* P. Τὸν Κώνωπα φασὶν ὡς Ἐλέφαντα, καὶ ἵνα γε καθ' ὁδόν. Hujus menimit Joannes Tzetzes chiliad. II. Hiſtor. 185.

Ὁ Μιχαὴλ μὲν ὁ Ψελλὸς Ψύλλας ἐγκωμιάζει.

Ἡμῶν πρὸ χρόνων ἑκατὸν ἀκμάζων ἐν τῷ Βίῳ.

Michaël quidem Pſellus Pulices laudat, annis ante nos centum florens in vita.

Πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτῦ Σέργιον, εἰπόντα μήποτε δηχθῆναι ὑπὸ Ψύλλης. *In diſcipulum Sergium, qui dixerat, nunquam ſe morſum à Pulice.* P. Καὶ ὡς ἀληθῶς ἄπορον, εἰ πάντων.

Πρὸς τὸν αὐτῦ Παπᾶν. *Ad ſuum Papam.* P. Καὶ ποταπὸς Παπᾶς ὁ Παπᾶς.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν οἶνον. *Laus Vini.* P. Οὐκ οἶδα πότερον ὡς ἀνθοσμίαν.

Πρός τινα Κάπηλον μεγάλαυχον, καὶ Φιλοσοφουῦτα Δῆκενα. *In Cauponem quendam ſuperbum, & fruſtra philoſophantem.* P. Ἀλλὰ ποίας ταῦτα Φιλοσοφίας, λογιώτατε ἀδελφὲ.

Εἰς τινα Κάπηλον, γενόμενον νομικόν. *In Cauponem leges pertractantem.* P. Εἶτα εἰ σέ τις δικάζειν ἁποτραμμένον.

LXIII. Leviſſima iſta ſunt, & minus ſeria; at oſtendandi ingenii cauſa, & eloqventiæ divitias, & vim, qvæ res auget laudando, vituperandoqve rurſus affligit: &, qvod ſpectabilius eſt, parva pro magnis approbat, itemqve magna attenuat, & ad minima deducit. Licuit ſemper, & antiqvis, & ſubſecutis deinceps temporibus eloqventiſſimo cuiqve, & nunc licet. Argumenta ſimilia, infames materias, vel inopinabiles nuncupabant. Flagitioſa ſiqvidem ſi commendarent, ἄδοξα, καὶ ἄτοπα, ſi præter hominum opinionem, παράδοξα aggredi dicebantur. Ranarum pugnam Homerus; unus è ſapientibus Græciæ Pittacus Molam laudavit; Dio Pruſæus exornavit Pſittacum; Polycrates Mures; Teredinem Clitarchus; Muſcam Lucianus; Themiſon Plantaginem; Marcion Raphanum; Eraſiſtratus Lyſimachiam; Pythagoras Bulbos; Diocles Rapam; Phanias Urticam; Cato Braſſicam; Mortem Alcidamas; Ariſtophanes Paupertatem; Febrem Qvartanam Phavorinus; Syneſius calvitium; alii

* Neqve libellus Pſelli, neqve Allatii ſchediaſma hoc vidit lucem.

2011 Ministerio de Cultura

alii Salem, qvod ridet Plato in Convivio, alii Vomitum, Ollas, Insecta, & qvæ sunt hujus generis, qvæ Plutarchus & Isocrates, & nostra tempestate alii magnifica, ac diserta Oratione laudibus prosecuti sunt; hic qvidam Ovum, ille Asinum, alius Ebrietatem, alius Stultitiam, alius Mendacium, & qvid non? qvæ in unum Volumen sub Theatri Joco-serii nomine congessit Gaspar Dornauus, * & publicavit non sine Appendice. Et qvod magis mirere, Wittembergæ Bruno qvidam Nolanus impiè præconium Diaboli recitasse dicitur; & qvidam alius, qvem nominare prætermitto, Lictoris publici: verùm pro tanto in Acherontis Ministros beneficio, reliqvi Italiæ Lictores, ne ingrati esse viderentur, datis ad Laudatorem literis, gratiam referre conati sunt, officia sua polliciti, cum tempus adfuerit, benè, & benignè sese illi præstituros. Non mirum itaqve si Psellus etiam noster, sui experiendi gratia, in contemptissimis istis stylum exercuit. Memini me fusè admodum in Rhetoricis dubitasse, difficilius ne sit, ideoqve præstantius, & admirabilius res viles, minimas, vel etiam malas dicendo exornare, an qvæ his contraria, ut Virtutem, Sapientiam, & Viros his ipsis celebres, & illustres. Nunc, ut Lectorem, lectione operum Pselli defessum sublevemus, pauca ex multis illis adducemus pro utraqve parte ex ingenio asserenda. Isocrates similes conatus verbis etiam acerbissimis, pluribus in locis insectatur; Plato deridet in Convivio; Synesius in Epistolis improbat; eoqve præcipuè, si qvæ totis viribus consectamur, improba dicacitate vituperentur; ut de Carneade vituperante Justitiam traditur. Adde; sicut longè præstabilius esset de rebus utilibus mediocres opiniones habere, qvàm supervacanearum exqvisitam cognitonem; & paululum eminere in magnis, qvàm in parvis, præsertim iis, qvæ vitam nihil juvant, excellere; ita & in dicendo philosophandum est. Et qvis nescit gravitatem scurrilitati, res serias ludis, & jocis esse laboriosiores? idqve ex eo intelligitur, ut dicebat Isocrates in Helenæ laudatione, qvod neminem unqvam illorum verba defecerint, cum hi universi longè tenuiùs dixerint, qvàm argumenti magnitudo postulat, adeò de rebus luculentis difficile est aliqvid afferre in medium, qvod nemo ante usurparit; de rebus autem contemptis, & humilibus, qvicqvid in buccam venerit, omne

* Hanoviæ 1619. fol. Dornaviano Operi licebit addere dissertationum ludicrarum & amœniorum scriptores varios Lugd. Bat. 1644 12. & admiranda rerum admirabilium encomia. Noviomagi Batavor. 1666. 12.

2011 Ministerio de Cultura

proprium fuerit. Videtur tamen magis egregium primum: primi enim eloqventiæ magiſtri, qvi ſibi laudi laudem comparare, & omnes in ſui admirationem trahere ſtuduerunt, ſimilia argumenta uſurparunt, Homerus, Gorgias, Protagoras, aliiqve non pauci, & poſt hos multo plures. Atqve has materias veteres adorti ſunt, non Sophiſtæ ſolum, ſed Philoſophi qvoqve, ut probat A. Gellius lib. 17. c. 12. & Philoſtratus in Vitis Sophiſtarum. Nec dicendum eſt, tot eruditos homines in hac re fuiſſe deceptos: eorum apud omnes æſtimatio ſingularis id negat. Et, dum materiæ difficultate magis exercentur ingenia, magis etiam lucent: etenim ubi deficit materia propter improbitatem, aut tenuitatem, ibi eloqventiæ lumina, & vires magis intenſæ vehementiora ſpicula in audientium animos contorqvent; ſuiqve copia in maxima inopia ingerunt admirationem. Magis enim facundiæ opes in rebus laude carentibus oſtentantur. Hinc omnibus, ſibiqve iſti Scriptores perſuadent, Ὡς εἰ περὶ πονηρῶν πραγμάτων ἔχοιτί τις λέγειν, περὶ τῶν καλῶν, καὶ ἀγαθῶν ῥαδίως ἀποροῖτο. *Se, cum de rebus adeo improbatis verba ſuppetant, ad res præclaras exponendas luculenta oratione facile abundaturos.* Nec male Sidonius Apollinaris: *Nam moris eſt eloquentibus Viris ingeniorum facultatem, negotiorum probare difficultatibus; & illic ſtylum peritum, quaſi quendam fœcundi pectoris vomerem figere, ubi materiæ ſterilis argumentum, velut arida ceſpitis macri gleba jejunat.* Nec minutæ beſtiolæ minus neceſſariæ eſtimantur. Nam eæ qvoqve in ſuo genere pulchræ ſunt, & aliqvid decoris univerſitati rerum, tamqvam in communem Rempublicam, pro ſua portione, conferunt; ut præter alios animadvertit Ariſtoteles 1. de partibus Animal. cap. 5. Divinus qvippe Artifex ita magnus eſt in magnis rebus, ut minor non ſit in paruis. Rectеqve à Plinio lib. II. Natur. Hiſtor. cap. 2. ſcriptum eſt: *In magnis corporibus; aut certe majoribus, facilem Officinam ſeqvaci materiæ eſſe: in paruis, atque ſuæ exilitate nullis, multam rationem, immenſam vim, inextricabilem perfectionem; & rerum naturam nunquam magis, quam in minimis totam eſſe.* Eoqve ſpectat illud D. Auguſtini lib. 22. de Civit. Dei cap. 24. *Ea plus habent admirationis, quæ molis minimum. Plus enim Formicularum, & Apicularum opera ſtupemus, quam immenſa corpora Balænarum.*

LXIV. Sed de parvis pauca hæc etiam ſatis. Cætera Pſelli perſeqvamur.

Εἰς τὸν αὐτοῦ ἔγγονον ἔτι νήπιον ὄντα. *In ſuum Nepotem adhuc infantem.*

Ρ. Οὐκ ὄψομαί σε ἴσως φίλτατόν μοι βρεφύλλιον.

Εγκώ-

2011 Ministerio de Cultura

Ἐγκώμιον εἰς τινὰ Νικόλαον Μοναχὸν, γενόμενον Καθηγούμενον τοῦ ἐν Ολύμπῳ Μονῆς. *Laus cujusdam Monachi Nicolai, qui in Olympi Monasterio Præsfuerat.* P. Ὑψηλότεροι μὲν τοῦ ἀπὸ τοῦ.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν Μοναχὸν Ιωάννλω τὸν Κρυστάλλᾶν τοῦ ἀναγνόντα ἐν τῇ ἁγίᾳ Σορῷ. *Joannis Cruſtulæ Monachi laus, qui in S. Urna legerat.* P. Τί τοῦτο, ἀθὺς δὲ εἰς δεδυκότα με τὸν ναὸν.

Ἔπαινος Ἰταλοῦ, *Laus Itali.* P. Ὡς εὖ τῷ Ιταλῷ. εἰ δὲ βούλοιτο.

Πρὸς τοὺς μαθητὰς, περὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποθέσεως. *Ad Diſcipulos, de eodem argumento,* P. Οὐδεὶς παρ' ἡμῖν ὑπ' αὐχμητὴς, ὑπ' ἀκονίστης.

Πρὸς τοὺς βασκαίνοντας αὐτῷ, *Contra ſui Obtrectatores.* P. Υμεῖς μὲν ὕτως, λέγω δὲ τοὺς.

Πρὸς τοὺς αὐτούς. *In eosdem.* P. Οὐθ' ὑμῖν βασκανίας περιλελείψεται ἀφορμή.

Κατά τινος λοιδορήσαντος αὐτὸν ἀφανῶς. *Contra quendam, qui illi clanculum maledixerat.* P. περὶς τὴν λοιδορίαν ὁ λόγος.

Πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀπολειφθέντας τοῦ ἑρμηνείας τοῦ περὶ Ερμηνείας. *Ad Diſcipulos, qui interpretioni libri Ariſtotelis de Interpretatione non interfuerunt.* P. πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ὁ λόγος.

Οτε ἐβράδυναν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τῆ τοῦ σχολῆς ξυνελεύσει. *Cum diſcipuli tarde ad Conventum ſcholaſticum proceſſiſſent.* P. Οὐδὲν καινὸν ποιεῖτε ὅτι δοκοῦντες ὑμῖν φιλόσοφοι.

LXV. Μονῳδία ἐπὶ Ρωμανῷ Ραιφερενδαρίῳ, *in Romanum Referendarium, Monodia.* P. Πολλοὺς ἐγὼ τῶν φίλων πεθνηκότας.

Μονῳδία εἰς τὸν πρόεδρον Κύριν Μιχαὴλ τὸν Ραδλωὸν, *in Antiſtitem Dominum Michaelem Radenum, Monodia.* P. Τοῖς μὲν ἄλλοις τῷ.

Μονῳδία εἰς τὸν τοῦ Ακτουαρίου Ιωάννου ἀδελφὸν, *in Actuarii Joannis ſororem, Monodia.* P. Ὦ ποίας ὁ Δαίμων ἀφορμὰς λόγων.

Μονῳδία εἰς Ιωάννλω τὸν Παζρίκιον ὁμιλητὴν αὐτοῦ ὄντα, *in Joannem Patricium diſcipulum, Monodia.* P. Κωφὸν ἡμῖν τὸ ἀκροατήριον.

Ἰωάννῃ Βούρτζῃ Βεσταρχῃ, πεπτήσαντος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, *ad Joannem Burtzem Beſtarcham, ob obitum illius Fratris.* P. Οὐκ οἶδα τίνα σοι.

Ἐπιτάφιος εἰς τινα φίλον αὐτοῦ, καὶ συμμαθητὴν, *in quendam Amicum, & Condiſcipulum, Oratio funebris.* P. Ἐγὼ μὲν ὦμην ἀναπαύλαν.

Ἐπιτάφιος εἰς τὴν θυγατέρα Στυλιανὴν πρὸ ὥρας τοῦ γάμου πεπτήσασαν, *in filiam Stylianam, quæ ante nuptiarum tempus mortem obiit.* P. Θυγατέρα τῷ λόγῳ τιμῶν.

2011 Ministerio de Cultura

Επιτάφιος εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα, *in Matrem, Oratio funebris.* P. Τὸ ἐγκώμιον, ἀλλ' οὐχ ὡς.

Επιτάφιος εἰς Εἰρήνην Καισάρισσαν. *In Irenem Cæsarissam, Oratio funebris.* P. Εγκωμιάζειν κατὰ ταυτὸ, καὶ θρηνεῖν ἐπιτάφια.

LXVI. Εγκώμιον εἰς τὸν Δέσποιναν. *Laus * Imperatoris.* P. Ἐδεήθητε τὸν εὐδαίμονα ταύτην.

Εἰς τὸν Βασιλέα τὸν Διογένην ὡς ἐκ προσώπου τινὸς τοῦ πολίτου. *In Diogenem Imperatorem; loquitur unus è Civibus.* P. Νῦν πρῶτον ὁπολίτην Βασιλέα τεθέαμαι.

Πρὸς Βασιλέα τὸν Δούκαν, *in Ducam Imperatorem.* P. Δέσποτά μου ἅγιε, ἀνεθεώρησα.

Δημηγορία εἰς τὸν Βασιλέα τὸν Δούκαν. *In Ducam Imperatorem, Concio.* P. Εἰ καὶ πρὸς τοῦ μεγαλοδόξου τροπαίου.

Ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ Βασιλέως. *Tamquam ex Imperatoris persona.* P. Παντοδαπόν τι χρῆμα, καὶ πολυέραστον βασιλεύς.

Προσφωνηματικὸς πρὸς τὸν Κύριον Μιχαὴλ τὸν Δούκαν. *In Dominum Michaëlem Ducam Prosphonematicus.* P. Ἀελυπάμοι τὸ ἀφωνίας.

Σελέντιον δημηγορικὸν ὑπὸ Βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δουκᾶ. *Silentium pro concione dictum ab Imperatore Michaële Duca.* P. Εἰ καὶ πολλοῖς τῶν Βασιλέων ἔθος ἐστὶν ἐξ ὑψηλοτέρου.

Σελέντιον ἐκφωνηθὲν ὑπὸ τῶν ἡμερῶν τῆς Βασιλίσσης Κυρίας Θεοδώρας. *Silentium dictum sub Imperio Dominæ Theodoræ.* P. H. τῶν ἀρετῶν Βασιλὶς μὴ τῆς τῶν ὡρῶν Βασιλίδος.

Χρυσόβυλλον, *Aurea Bulla.* P. Οὐ θαυμαστὸν εἴ τις τὸν μέγαν θεώμενος ἥλιον ἀπείρων φαῖ.

Λόγος ὑποθήκης φιλίας εἰσηγούμενος τοῖς ἀνεψιοῖς τοῦ Πατριάρχου Κυροῦ Μιχαὴλ. *Oratio, præcepta amicitiæ tradens Nepotibus Patriarchæ Domini Michaelis.* P. Πολλάκις ἐθαύμαζα ὅτι με τῶν ἄλλων.

Πρὸς τὸν οἰκεῖον Γραμματικὸν. *In proprium Grammaticum.* P. Ὑπέρ σου πρὸς τοὺς κατά σου τὸν λόγον πεποίημαι.

LXVII. Λόγος εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τιμίων λειψάνων ἁγίου Πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ἐκδοθεὶς αὐτοσχέδιος. *Oratio in Translationem venerandarum reliquiarum Sancti Protomartyris Stephani; dicta ex improviso* P. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ πάντων τῶν ἐλπιζομένων.

Λόγος ὑπὲρ τοῦ ἐν Βλαχέρναις γεγονότος θαύματος. *In Miraculum in Blachernis patratum, Oratio.* P. Οὐ πολιτικὸν τοῦ πολιτικοῦ ζητήματος τὸ.

Εἰς

* *Augusta.*

2011 Ministerio de Cultura

Εἰς τὰ θαύματα τ ἀρχιστρατήγ Μιχαήλ. *In Miracula militiæ Principis Michaelis.* P. Σκοπὸς μὲν καὶ τέλ ἐναγομένοις ἡμῖν πρὸς.

Εἰς τ μεγάλην Κυριακὴν, ἑορτὴν τ ἁγίας Ἀγάθης, καὶ εἰς τὰς μαθητρίας αὐτ. *In magnam Dominicam, diem festum S. Agathæ; in Discipulas illius.* P. Οὐ τὰ ἀστάδαστα μόνον αἰρεῖται.

Βί τ ὁσίου Πατρὸς Ἀυξεντίου. *Vita S. Patris Auxentii.* P. Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν τ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐκ τ παλαιᾶ πέφυκε.

Πρὸς τὸν Πρωτοσύγγελον, περὶ τ ἁγίου Γρηγορίου τ Θαυματουργοῦ. *Ad Protosyncellum, de S. Gregorio Thaumaturgo.* P. Μὴ θαυμάζῃς ὁ ἐμὸς μυζηγέτης, εἰ τορόν τι, καὶ λαμπρὸν φθέγξομαι. In Protosyncellum hæc etiam Carmina Pselli leguntur:

Σύγγελος ὡς ζωϊκὸν, ἀλλὰ τῦ Λόγου,
Καὶ πρωτ ὡς Πρόεδρ, ἀλλὰ τῦ Πολυ,
Πᾶς ἔν τις αὐτὸν Πρωτοσύγγελον λέγει,
Ὡς Οὐρανῦ Πρόεδρον, ὡς Θεῦ Φίλον.

LXVIII. Λόγ ἐγκωμιαστικὸς εἰς Συμεῶνα τὸν Μεταφραστήν. *In Simeonem Metaphrastem,* * *Oratio Panegyrica,* P. Τὸν μέγαν ἐν βίῳ, καὶ λόγῳ Συμεὼν ἐπαινεῖν προελόμην. In qvem & officium, die ipsi sacro in Ecclesia decantandum, concinnavit. Troparia in laudibus, & Vesperis conscripsit, P. Γέρας τὸ λαμπρὸν, ζ περίβλεπτον ὕψ. & Canonem pro Matutinis horis confecit, cujus ea fuit Acrostichis, Μέλπω σε τὸν γεράψαντα τὰς Μεταφράσεις. P. Μέλ μοι εὐρυθμον δίδυ. Simeonis verò memoria celebratur iiii. Kal. Decembris, eodem ipso die, qvo Stephanus vitam martyrio finiit, ut canitur Ode 9. Εἰρηνικῶς τριζμακάρισε ἐξεδήμησας κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ὁ κλεινὸς Στέφαν τελειῦται ὁ ὁσιομάρτυς. *Quiete ter beate transmigrasti eo ipso die, quo inclytus Stephanus Martyrio DEo consecratur.* Loqvitur tamen non de Stephano Protomartyre, sed de juniore alio; qvi sub Constantino Copronymo pro Sanctarum Imaginum cultu cum aliis vario suppliciorum genere vitam effudit.

Αἰνίγματα πρὸς Μιχαὴλ τὸν Δυκᾶν. *Ad Michaelem Ducam Ænigmata,* versibus Politicis, & Jambicis composita, apud me sunt num. XLI. nescio an omnia, P. Ἔστι τι ζῶον λογικὸν, δίπουν στρηφόρε.

Ἐπι-

* Hæc Oratio una cum officio in Simeonem Græce & Latine edita ab Allatio ad calcem dissertationis de Simeonibus. Paris. 1664. 4.

2011 Ministerio de Cultura

Ἐπιστολαὶ, * *Epistolæ*, circiter 33. qvarum prima incipit: ὁ πλωχὸς ἔτ' ἠγαπημένε μοι ἀνεψιὲ. eas sequuntur nonnulli Jambi, cum aliis styli exercitandi gratia conscriptis. Pselli Epistolas in Bibliotheca Bavarica asservari Cod. 165. discimus ex ejus Indice, & apud Joannem Suzium, & Manuelem Eugenicum, ex Antonio Verderio in Supplem. erant & apud Antonium Augustinum Cod. 191. qvarum qvinqve priores ad Cæsarem, ad Æmilianum Patriarcham Antiochiæ tres; ad Leonem primum Sacellarium unica; & ad Xiphilinum unica. Eas pereruditas appellavit Casaubonus Animadvers. in Athenæum lib. 1. cap. 8. & tempore etiam ipsius Pselli, Magnus Drungarius magni æstimabat, si Pselli ipsi credimus, Epistola ad eundem: Πάλαι ποτὲ ἀπέτεκον ἐγὼ ἄγαλμα ζοφίας ἐπήρατον, ὡραίας Ἐπιστολὰς, αἷς δὴ ζὺ περιτυχάνων πολλάκις, εἶτα δὴ καὶ θαυμάζων ἴσως τῆς χάριτος, ὅτι τοιαύτας με καὶ αὖθις ἀποτεκεῖν δυνάσθαι. Διὰ τοῦτο ζὺ μὲν ἐρᾷς τῶν ἐμῶν ὠδίνων. ἐγὼ δέ σοι ἐκφῶναι τὸν τόκον οὐ θέλομαι. Id est: *Multo abhinc tempore sapientiæ specimen amabile, pulchras Epistolas genui, quas ipse cum sæpius accepisses, forte earum gratias admiratus, similes me, & rursum edere posse existimas. Propterea tu quidem fœtus meos exoptas; ego verò tibi partum excludere renuo.*

LXIX. Λόγος ἐξαλαθεὶς πρὸς Πόθον Βεστάρχην αἰτιώσαντα τοῦτον γράψαι, περὶ τοῦ Θεολογικοῦ Χαρακτῆρος. *Oratio ex tempore ad Pothum Vestarcham, qui Psellum rogarat, ut de Theologico charactere scriberet.* P. Μὴ θαυμάσῃς, Πόθε μοι φίλτατε, εἰ τῶν. Duæ de hac Materia ad Pothum Orationes indicantur in Bibliotheca Antonii Augustini Cod. 191. An hæc una in duas divisa sit; vel verè binas scripserit, mihi non liqvet.

Paraphrasis in Homeri Iliada, soluto ** *sermone*, P. Τὴν εἰπὲ μηνῖν ὦ Θεὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πηλέως. ita tamen, ut singuli versus seorsim redditi sint. Eam habuisse etiam Joannem Oporinum Basileensem, tradit Gesnerus.

Ἐξήγησις εἰς τὰς ε΄ Φωνὰς τοῦ Πορφυρίου. *Expositio in quinque voces Porphyrii.* P. Διατί ἀπροσδιορίσως.

Ἐξήγησις εἰς τὰς Κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους. *Expositio in Prædicamenta Aristotelis.* P. Τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν κοινωνεῖ.

Διδασκαλία ζωτομικὴ, καὶ ζαφεστάτη, περὶ τῶν δέκα Κατηγοριῶν, καὶ τῶν Προτάσεων, καὶ τῶν Συλλογισμῶν, περὶ ὧν τις ἀγνοήσας εἰς πᾶσαν μὲν καὶ ἄλλην ἐπιστήμην, καὶ τέχνην, ἐξαίρετος ἂν εἰς τὴν ῥητορίαν

* Ex his, novem Pselli Epistolæ ab Allatio post idem de Simeonibus Syntagma vulgatæ Græce & Latine.

** Versibus politicis.

2011 Ministerio de Cultura

τορίαν ἐυκλεῶς ἐμπορεύζεται. *Doctrina compendiosa, & quàm maximè dilucida, de decem Prædicamentis, Propositionibus; & Syllogismis, quorum notitia prius habita, in quamlibet scientiam, & artem, sed Rhetorum potissimum, facili negotio cuique aditus patebit.* P. Ἐπειδή ποιν οὐκ οἶδ' ὅθεν εἰπεῖν τὴν τ Δαλεκτικῆς.

Εἰς τὴν Πορφυρίε Εἰσαγωγὴν, καὶ τινα τ Αριστοτέλους Κατηγοριῶν. *In Introductionem Porphyrii, & Prædicamenta Aristotelis.* P. Πολλοὶ μὲν πολλαχῶς τ ἀρχαίων.

Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας Αριστοτέλους. *In Aristotelis librum, de Interpretatione, expositio.* P. Ο σκοπὸς τ περὶ Ἑρμηνείας ἐστὶ Δαλαβεῖν περὶ Προτάσεων, diversa ab edita, qvemadmodum & seqventes.

Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας Αριστοτέλους. *In Aristotelis librum, de Interpretatione, expositio.* P. Διὰ γὰρ ἀντὶ ὀφείλαδ.

Σύνοψις, καὶ Μετάφρασις ακριβὴς τῆς διδασκαλίας τ περὶ Ἑρμηνείας. *Synopsis, & Metaphrasis quam dilucida doctrinæ libri, de Interpretatione.* P. Διαλαμβάνει περὶ προτάσεων.

Εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας ἔκδοσις ἐπίτομος. *Libri, de Interpretatione, compendiosa expositio.* P. Τὰ εἴδη τ λόγ πέντε τὸν ἀριθμόν.

Ψελλὲ, καὶ ἄλλων Σχόλια, καὶ Αποσημειώσεις εἰς τὸ πρῶτον τ πρότερων Αναλυτικῶν τ Αριστοτέλους. *Pselli, & aliorum Scholia, & Annotationes in primum priorum Analyticorum Aristotelis.* P. Καὶ τὸ δέκατον πρόβλημα.

Ἐξήγησις εἰς τὸ πρῶτον, καὶ δεύτερον τῶν προτέρων Αναλυτικῶν τ Αριστοτέλους. *Expositio, in primum, & secundum priorum Analyticorum Aristotelis.* P. Ἐν τῷ πρώτῳ εἰπεῖν.

Ἐξήγησις εἰς τὸ πρῶτον τῶν ὑστέρων Αναλυτικῶν. *Expositio in primum posteriorum Analyticorum.* P. Σκοπός ἐστιν ἐνταῦθα τῷ Αριστοτέλει.

Προλεγόμενα εἰς τὰς Σοφιστικὰς Ελέγχους τ Ἀριστοτέλους. *In Sophisticos Elenchos Aristotelis, Prolegomena.* Ὅτι μὲν ὁ περὶ Αποδείξεως λόγ. In alio vero exemplari ista Michaëli Ephesio tribuuntur.

τὸν λόγον εἴποις ἀνθρώπου καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν οὐσίαν ἐνυπόστατον, κυρίως δὲ τὸ μὲν χρῶμα ἑτεροϋπόστατον. οὐ γὰρ ἔχει ἰδίαν ὕπαρξιν, ἀλλ' ἐν σώματι ὑφέστηκεν. ἡ δὲ οὐσία κυρίως ὑπόστασις, ἀλλ' οὐκ ἐνυπόστατος. ἀλλ' ὅμως καταχρηστικῶς λέγονται καὶ ταῦτα ἐνυπόστατα. Πάλιν λέγεται ἐνυπόστατον ὁ καθ' ὅλου ἀνθρωπος, ὅπερ ὀνομάζουσιν οἱ ἔξω φιλόσοφοι εἰδικώτατον. ἐνυπόστατος δὲ λέγεται ὁ καθ' ὅλου ἄνθρωπος, ὡς ἐν ταῖς ὑποστάσεσι θεωρούμενος. Οἷον, ἐν τῷ Πέτρῳ καὶ τῷ Παύλῳ καὶ τοῖς λοιποῖς μερικοῖς ἀνθρώποις. Τρία ἂν ταῦτα τὰ ἐνυποστάτου λεγόμενα σημαινόμενα οὐ πάνυ δύσκολα εἰς καταλήψιν. περὶ τοῦ τεταάρτου τοῦ δυσκολωτέρου ἐφεξῆς ἐροῦμεν.

δ'. Περὶ ἐνυποστάτου.

Ἐνυπόστατόν ἐστι τὸ ἄλλῳ διαφόρῳ κατὰ τὴν οὐσίαν εἰς ἑνὸς σύστασιν προσώπου καὶ μιᾶς γένεσιν ὑποστάσεως συγκείμενον καὶ συνυφισάμενον, μὴ μέντοιγε καὶ καθ' ἑαυτὸ γνωριζόμενον. Πρόσεχε, Δέσποτά μου τῷ ὁρισμῷ τοῦ ἐνυποστάτου. Ἡ ἁγία καθολικὴ ἐκκλησία ἐπὶ τῆς οἰκονομίας, μίαν ὑπόστασιν δογματίζει καὶ δύο Φύσεις. ὑποστάσιν τὸν σαρκωθέντα υἱὸν, Φύσεις δὲ θεότητα, καὶ ἀνθρωπότητα. Τὸ οὖν σῶμα τὸ ἔμψυχον καὶ ἔννουν, ὃ προσελάβετο ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς οὐ καλεῖ ὑπόστασιν, ἵνα μὴ εὑρεθῇ λέγουσα δύο ὑποστάσεις, ὅπερ ἐφλυάρει Νεστόριος ὁ αἱρετικὸς, ἀλλ' ὀνομάζει ἐνυπόστατον, ὡς ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ ὑποστάσει τὸ εἶναι καὶ τὸ ὑποσῆναι λαβὸν καὶ μηδ' ὡς ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ προυποσχὸν. αὐτὸς γὰρ ὁ χριστὸς μία ὢν ὑπόστασις. μᾶλλον δὲ, ἵνα σαφέστερον εἴπω, αὐτὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ μία ὢν ὑπόστασις τῆς ἁγίας τριάδος, γέγονε καὶ τῷ σώματι, ᾧ προσελάβετο, ὑπόστασις, ὥστε τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἐνυπόστατον μὲν, οὐχ ὑπόστασις δέ.

ε'. Περὶ ὁμοουσίου.

Ὁμοούσια λέγεται ὅσα ταῖς μὲν ὑποστάσεσι διήρηνται ἀπ' ἀλλήλων τῇ δὲ οὐσίᾳ ἥνωνται. οἷον ἐγὼ καὶ σὺ καὶ πάντες οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι, ὑποστάσεις ἐσμὲν διῃρημέναι ἀπ' ἀλλήλων, ὑπὸ δὲ μίαν οὐσίαν ἀναγόμενοι κατὰ τὸν κοινὸν λόγον τῆς ἀνθρωπότητος, κατὰ γοῦν τὸν λόγον τοῦτον ἐσμὲν ὁμοούσιοι. Ὁ πατὴρ ἓν καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, κατὰ μὲν τὰς ὑποστάσεις διῄρηνται, ἄλλος γὰρ ὁ πατὴρ, καὶ ἄλλος ὁ υἱὸς, καὶ ἄλλο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν ἥνωνται. Οὐσία δέ ἐστιν ὁ κοινὸς λόγος τῶν ὑποστάσεων, ἤτοι ἡ μία θεότης, ἡ μία Φύσις, ἡ μία μορφή. Ὁμοούσια οὖν ὁ Πατὴρ, ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ

2011 Ministerio de Cultura

incorporales respectu ejus in qvo sunt, qvo sensu hominis & color & essentia inesse Hypostasi dicitur, proprie tamen color ab altero habet qvod subsistit, non enim gaudet ipse subsistentia propria, sed subsistit in corpore: Essentia vero proprie ipsa est Hypostasis, non vero inest Hypostasi. Attamen & hæc subsistentibus inesse dicuntur. Vicissim dicitur etiam inesse subsistentibus homo universe consideratus, qvem Philosophi externi speciem specialissimam vocitant. Inesse autem subsistentibus sive individuis dicitur, qvod in illis observatur, v. g. in Petro, Paulo & aliis singulis hominibus. Tria hæc significata ἓν τρισὶ non adeo difficilia comprehensu sunt, de qvarto difficiliore jam sum dicturus.

4. *De Enhypostato, sive personaliter unito.*

Enhypostatum illud sive personaliter unitum est, qvod naturæ alteri essentia differenti in personæ unius sive Hypostaseos constitutionem & compositionem additum est & coëxistit, nec per se sive seorsim subsistere cognoscitur. Attende, Domine mi, definitioni enhypostati. Sancta Ecclesia Catholica in incarnatione Christi unam personam & duas naturas docet. Personam, Filium incarnatum, Naturas vero, divinitatem & humanitatem. Corpus igitur anima & mente præditum qvod Dominus noster JEsus Christus assumsit, non vocat personam, ne inveniatur duas ponere personas, ut hæreticus Nestorius nugatus est, sed vocat enhypostatum, sive unitum personali ratione, utpote qvod in Filii persona & ut sit, & ut subsistat accepit, nec per momentum antea substitit. Sive potius, ut perspicue magis dicam, Filius ipse DEi cum esset una ex personis SS. Trinitatis, etiam corpus qvod assumsit in personam suam suscepit, ut corpus Domini personæ qvidem unitum esset, at persona non esset.

5. *De consubstantiali.*

Consubstantialia dicuntur, qvæcunqve subsistentiam qvidem habent separatam, subsistentia vero communi junguntur. Sic ego & tu & singuli homines, personæ invicem distinctæ sumus, sed sub una substantia & communi humanitatis notione comprehendimur; eoqve respectu sumus consubstantiales. Eundem in modum Pater, Filius & Spiritus S. personis qvidem distincti sunt, alius enim est Pater, alius Filius, & alius Spiritus S. essentia vero junguntur. Essentia nempe communis est personis ratio, una Divinitas; una natura; una forma. Con-

2011 Ministerio de Cultura

τὸ ἅγιον, ὡς τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς τυγχάνοντα οὐσίας. διήρηνται μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, κατὰ τὰς ὑποστάσεις, ἥνωνται δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν ἤτοι Φύσιν. Διὰ τοῦτο οὖν λέγονται ὁμοούσια, κατὰ ὁμοφυῆ.

ε'. Περὶ ὁμουποστάτων.

Ὁμουπόστατα λέγονται, ὅσα διαφέρει μὲν ἀλλήλων κατὰ τὴν οὐσίαν, εἰς μίαν δὲ καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἀλλήλοις συντίθεται, οἷον σὺ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. Ταῦτα δὲ τὰ μέρη ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα διάφορα εἰσὶ κατὰ τὴν οὐσίαν. Ἄλλη γὰρ οὐσία ψυχῆς, καὶ ἄλλη σώματος. Ὁμουπόστατα δὲ κατὰ τὴν χριστιανικὴν δόξαν. Οὔτε γὰρ ἡ ψυχὴ προγενεστέρα τοῦ σώματος, οὔτε τὸ σῶμα πρεσβύτερον τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ὁμοῦ ψυχὴ καὶ σῶμα, ὥστε ὅσα διαφέρει κατὰ τὴν οὐσίαν, ὁμόχρονα δὲ καὶ συναίλληλα ὑφέστηκεν, ὁμουπόστατα καὶ ἔστι καὶ ὀνομάζεται. οἷόν ἐστιν οὖν ὁμουπόστατα ὁ Πατὴρ, ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ καὶ μηδὲν τούτων πρεσβύτερον καὶ νεώτερον. ἐπεὶ οὐ διαφέρουσι κατὰ τὴν οὐσίαν. Ὁμοούσια δὲ καὶ εἰσὶ καὶ ὀνομάζονται.

ζ'. Περὶ οὐσιώδους ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς.

Οὐσιώδης ἕνωσίς ἐστιν, ἡ τὰς πολλὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν συνάγουσα. οἷον οἱ κατὰ μέρος πάντες ἄνθρωποι διηρημένοι εἰσὶ κατὰ τὰς ὑποστάσεις, ἡνωμένοι δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἤτοι τὸν λόγον τῆς ἀνθρωπότητος. Αὕτη οὖν ἡ ἕνωσις τῶν ὑποστάσεων κατὰ τὴν μίαν οὐσίαν λέγεται οὐσιώδης ἕνωσις. Οὐσιώδης δέ ἐστι διαφορά, ὅταν αἱ ἑνωθεῖσαι φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀσύγχυτοι καὶ ἀμείωτοι μένωσιν. Οἷον αἱ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι ἡ θεότης καὶ ἡ ἀνθρωπότης εἰς μίαν συνελθοῦσαι ὑπόστασιν οὐ συνεχύθησαν οὐδὲ ἐμειώθησαν, ἀλλ' ἔχουσιν οὐσιώδη τὴν διαφοράν. ἑκάστη γὰρ τῶν δύο φύσεων ἄφυρτός ἐστι καὶ ἀσύγχυτος κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον. καὶ διαφέρουσιν ἀλλήλων, οὐ κατὰ τὴν ὑπόστασιν, μία γὰρ ἀμφοῖν ἡ ὑπόστασις, ἀλλα κατὰ τὴν οὐσιώδη διαφοράν.

ἡ Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς.

Ὑποστατικὴ ἕνωσίς ἐστιν ἡ τὰς διαφόρους οὐσίας καὶ φύσεις εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν συνάγουσά τε καὶ συνδέουσα. οἷον ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑποστατικὴ ἐγένετο ἕνωσις. Αἱ γὰρ δύο φύσεις αὐτῷ εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἀσυγχύτως ἡνώθησαν. Ὑποστατικὴ δέ ἐστι διαφορά, ὅταν αἱ ὑπὸ τὴν μίαν οὐσίαν ὑποστάσεις διήρηνται ἀπ' ἀλλήλων εἰς ἀριθμὸν καὶ πλῆθος ἐπὶ τοῖς χαρακτηρικοῖς ἰδιώμασιν. οἷον σὺ καὶ ἐγὼ καὶ πάντες οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι τοῖς χαρακτηρικοῖς ἰδιώμασι διαφέρομεν ἀλλήλων κατὰ τὰς ὑποστάσεις. ὡς φέρε εἰπεῖν ἐγὼ

2011 Ministerio de Cultura

ſubſtantiales igitur ſunt Pater, Filius & Spiritus S. tanqvam qvi unius ejusdemqve ſunt eſſentiæ. Diſtingvuntur perſonis ut dictum eſt, ſed unum ſunt eſſentia & naturâ. Ideo conſubſtantiales atqve ejusqve naturæ appellari conſveverunt.

6. *De ſimul perſonam conſtituentibus.*

Simul perſonam conſtituentia differunt qvidem eſſentia, ſed in unam eandemq; perſonam coaluerunt, ut Tu Michaël Imperator compoſitus es ex anima & corpore. Hæ vero partes anima & corpus eſſentiâ inter ſe differunt: Alia enim animi alia corporis eſſentia eſt. Ex Chriſtianorum vero ſententia ſimul perſonam hæc conſtituunt, neq; anima antiqvior eſt corpore, neq; corpus animâ vetuſtius, ſed ſimul anima corpusqve, ut qvæ differunt eſſentiæ ratione, contemporanea tamen ſunt & mutuo ſubſiſtunt, ſimulq; perſonam conſtituentia & ſunt & appellantur. Non vero ſimul perſonam conſtituentes ſunt Pater, Filius & Spiritus S. licet nullus horum antiqvior eſt vel junior, ſiqvidem eſſentiæ ratione non differunt. Conſubſtantiales autem & ſunt & nominantur.

7. *De eſſentiali unitate & differentia.*

Eſſentialis unitas eſt, qva multæ hypoſtaſes in unam eſſentiam colliguntur, ut ſinguli homines perſonis diſtincti, ſed uniti eſſentia ſive communis humanitatis ratione. Hæc igitur hypoſtaſeon unitio in unam eſſentiam, dicitur unitas eſſentialis. Eſſentialis vero differentia eſt, qvando junctæ & unitæ in uuam hypoſtaſin naturæ inconfuſæ & haud imminutæ manent, ut duæ naturæ in Chriſto, divinitas & humanitas in unam conjunctæ perſonam non confuſæ neq; imminutæ ſunt, ſed eſſentiali differentia diſtingvuntur. Singulæ enim harum naturarum inconfuſæ & impermixtæ ſunt ratione eſſentiæ, differunt autem invicem non qvoad perſonam, una enim utrisqve hypoſtaſis, ſed eſſentiali differentiâ.

8. *De Perſonali unione & differentia.*

Perſonalis unio eſt, qvæ diverſas eſſentias & naturas in unam perſonam & unam eandemqve hypoſtaſin colligens ac conſtringens, ut in incarnatione Domini noſtri JEſu Chriſti Unio interceſſit perſonalis. Duæ enim naturæ in ipſo in unam eandemqve perſonam inconfuſe ſunt unitæ. Perſonalis vero differentia eſt, qvando ſub una & communi eſſentia comprehenſæ perſonæ invicem numero diſtinguntur, & proprietatibus tanqvam certis notis plures conſtituunt, qvemadmodum Tu & ego atq; qvivis alii homines proprietatibus & characteribus diſtincti ab invicem ſumus, & perſonaliter differimus. Sic verbi gratia ego ſum paulo

2011 Ministerio de Cultura

ἐγὼ μὲν εἰμὶ μακρὸς, μελάγχρως, ὑποψελὸς. Σὺ δὲ μεσήλιξ, λευκὸς, τὸν προφορικὸν λόγον ὑγιὴς. ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ κατὰ μέρος ἄνθρωποι τοῖς τοιούτοις ἰδιώμασιν ὑποσατικὴν διαφορὰν ἔχουσιν.

ϑ'. Περὶ σχετικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς.

Σχετικὴ ἕνωσίς ἐσι φιλικὴ διάθεσις, ἢ θελημάτων ὁμονοητικὴ ὁμόνοια. Οἱ γὰρ Φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, κατὰ τὸ εἶδος τῆς φιλίας λέγονται ἔχειν σχετικὴν ἕνωσιν. Ὁ γὰρ θεήλατος Νεσόριος ὁ αἱρετικὸς μὴ δεχόμενος τὸ ἐκκλησιαστικὸν δόγμα, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐγένετο ἄνθρωπος καὶ ἡνώθη τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, τὴν μὲν καθ' ὑπόστασιν ἀπηρνεῖτο, ἐφλυάρει δὲ ὅτι ἡ ἁγία Μαρία ἐγέννησεν ἄνθρωπον φιλὸν, πρὸς ὃν εἶχεν ὁ θεὸς ἐξ αὐτῆς τῆς γεννήσεως φιλικὴν διάθεσιν, καὶ ὡμολόγει μὲν ἕνωσιν. οὐχ ὑποσατικὴν δὲ, ἀλλὰ σχετικὴν, ὅθεν οὐ μίαν ὑπόστασιν ὁ δείλαιος ἐδογμάτιζεν, ἀλλὰ δύο, διηρημένας μὲν ἀλλήλων καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ἡνωμένας δὲ ἀλλήλαις κατὰ φιλίαν, ἢ ταῦτα βουλίαν, ἢ γνωμικὴν διάθεσιν, ἢ ὅσα τοιαῦτα ἑληρώδει ἐκεῖνος.

ί. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία τὸν Πατέρα δογματίζει ἀγέννητον, τὸν δὲ Υἱὸν γεννητὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ὀνομάζει δὲ τὸν υἱὸν λόγον τοῦ πατρὸς καὶ ἀπαύγασμα, διὰ τὸ ἄνευ συνδυασμοῦ ἀπαθῶς, ἀχρόνως, ἀῤῥεύσως, καὶ ἀχωρίσως γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ πατρός. Υἱὸν δὲ καὶ χαρακτῆρα τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, διὰ τὸ τέλειον καὶ ἐνυπόστατον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ πατρὶ εἶναι πλὴν τῆς ἀγεννησίας. Μονογενῆ δὲ, ὅτι μόνος ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐγεννήθη. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ' οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. ἄλλος δὲ τρόπος ὑπάρξεως ἔστος. ἡ δὲ γέννησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, ὡς δὲ καὶ ἡ ἀγεννησία οὐ σημαίνει οὐσίας διαφορὰν, οὐδὲ ἀξίωμα, ἀλλὰ τρόπον ὑπάρξεως.

ια'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Ὁ μὲν Πατὴρ ἄρτιος καὶ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἔκ τινος, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχει. Ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννητῶς. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ αὐτὸ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. Ἅμα δὲ καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς γέννησις, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσις. Τίς δὲ ὁ τρόπος διαφορᾶς γεννήσεως ἢ ἐκπορεύσεως, οὐκ οἶδεν οὐδείς. Διαφέρουσιν οὖν αἱ ὑποστάσεις μόναις ταῖς ὑποσατικαῖς ἰδιότησιν, ἤτοι τῇ ἀγεννησίᾳ καὶ τῇ γεννήσει καὶ τῇ ἐκπορεύσει, ἀδιαιρέτως ἢ ταῦτα διαιρέμεναι. Ἕκαστον δὲ τῶν τριῶν προσώπων τελείαν

2011 Ministerio de Cultura

procerior, fuſco colore, & ſubbalbus. Tibi ſtatura mediocris, cutis candida, nihil in lingvæ uſu & elocutione vitii. Similem in modum & ſinguli alii homines proprietatibus ejusmodi, velut perſonali differentia diſtinguuntur.

9. *De relativa unione & differentia.*

Relativa unio eſt amica & conſentiens animorum voluntatumqve conſpiratio. Qvi igitur amicitiam invicem colunt, ratione hujus amicitiæ, relativa unione juncti eſſe dicuntur. Neſtorius itaqve hæreticus à furiis agitatus cum reſpueret Eccleſiaſticum dogma qvod affirmat DEum ipſum factum eſſe hominem & naturæ noſtræ unitum, illam unionem perſonalem nègavit, & nugatus eſt hominem nudum natum eſſe è ſancta Maria, qvem ab ipſa usqve nativitate DEus amore eſſet proſecutus: adeoqve confeſſus qvidem eſt unionem, non perſonalem autem ſed relativam, unde non unam perſonam miſer ille docuit, ſed duas, eſſentia & perſona invicem diſtinctas, junctas vero amore & eadem volendo ac ſentiendo, & qvæ plura hujuscemodi ille deliravit.

10. *De SS. Trinitate.*

Sancta & Catholica Eccleſia Patrem docet ingenitum, Filium genitum ex Patre, & Spiritum ex ſolo procedentem Patre non ex Filio, qvem vocat *Verbum Patris & Splendorem*, qvia ſine coitione, impaſſibiliter, nec in tempore, & ſine defluxu ac ſeparatione natus eſt ex Patre, *Filium* vero & *characterem perſonæ Patris*, qvia perfectus eſt & propriam perſonam habet, & per omnia ſimilis eſt Patri, niſi qvod ille eſt ingenitus, *unigenitum* etiam, qvod ſolus ex Patre natus eſt. Nam licet Spiritus S. qvoqve ex ſolo Patre procedit, at non per generationem ſed per proceſſionem, qvæ alia eſt exiſtendi ratio. Generatio autem & proceſſio qvemadmodum etiam (ut ita dicam) ingenerabilitas non eſſentiæ denotat differentiam aut dignitatem, ſed modum exiſtendi.

11. *De SS. Trinitate.*

Pater qvidem perfectus & ingenitus, non enim ex alio ſed ex ſeipſo habet qvod eſt. Filius autem à Patre per generationem, & Spiritus S. ipſe etiam ex ſolo Patre, ſed per proceſſionem. Simul vero & pariter ex Patre & genitus eſt Filius & Spiritus S. proceſſit. Qvæ porro ſit differentiæ inter generationem ac proceſſionem ratio, nemo unus novit. Differunt igitur perſonæ ſolis perſonalibus proprietatibus, ingenerabilitate, generatione & proceſſione, atqve indiſtinctæ invicem ita à ſe diſtinguuntur. Qvælibet autem trium perſonarum perfectam hypoſtaſin ſive ſubſiſtentiam habet: hisqve tribus perfectis hy-

2011 Ministerio de Cultura

τελείαν ἔχει ὑπόσασιν. Ἐν γὰρ τρισὶ τελείαις ὑποσάσεσι μία ἁπλῆ ϑσία ὑπερτέλειϕ καὶ προτέλειϕ. Παράκλητον δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱὸν ὀνομάζομεν, ὡς τὰς τῶν ὅλων παρακλήσεις δεχόμενον. Τὸ μέντοι Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς φαμὲν ἐκπορεύεσθαι, δι' υἱοῦ δὲ μεταδίδοσθαι. *

ιβ. Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως.

Πρόσεχε, Δέσποτά μου, τῷ ὀνόματι, λίαν γάρ ἐστι καὶ δυσκολώτατον καὶ ἀναγκαιότατον. Ὅθεν καὶ διὰ πλειόνων σοι κατὰ βαθὺν ῥηθήσεται. Ὀφείλει εἰδέναι, ϑειότατε βασιλεῦ, ὅτι ὅταν μὲν λέγωμεν ϑεότητα ἢ ἀνθρωπότητα, ὅλην τὴν φύσιν δηλοῦμεν τῆς ϑεότητος, καὶ ὅλην τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος. Ὅταν δὲ λέγωμεν ϑεὸν καὶ ἄνθρωπον, ὑ πάντοτε τὰς ὁλότητας δηλοῦμεν τῶν φύσεων, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰς ὑποσάσεις καὶ τὰ πρόσωπα. Ὅταν μὲν ἓν εἴπω ἁπλῶς ὄντως, πιστεύω εἰς Θεὸν, μηδὲν ἄλλο προσθείς, ὅλην ἐδήλωσα τὴν ϑεότητα. Ὅταν δὲ εἴπω, ὁ ϑεὸς ἐγένετο ἄνθρωπος, ὑ τὴν ϑεότητα ἐσήμανα, ἀλλὰ μόνον τὸ τοῦ υἱοῦ ὄνομα. Καὶ πάλιν, εἰ μὲν εἴπω, ὁ Θεὸς διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐσαρκώϑη, ὅλην ἐδήλωσα τὴν ἀνθρωπότητα. Ἐὰν δὲ εἴπω, ἀνθρωπος ἦν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, μόνον τὸν Ἰὼβ ἐδήλωσα. Πρόσεχε τῷ δόγματι ἀκριβῶς. Ἐπεὶ ἓν τοῦ κυριοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο μὲν τὰς φύσεις ὁμολογοῦμεν, ϑεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, μίαν δὲ ὑπόσασιν, σύνϑετον ἐξ ἀμφοτέρων. Ὅταν μὲν οὖν αὐτὰς τὰς φύσεις ἀναϑρανῶμεν, ϑεότητα καὶ ἀνθρωπότητα λέγομεν. Ὅταν δὲ ἐκ τῶν φύσεων συντεϑεῖσαν ὑπόσασιν ἐκ τοῦ συναμφοτέρου, χριστὸν ὀνομάζομεν, καὶ ϑεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ ϑεὸν σεσαρκωμένον. Ποτὲ δὲ ϑεὸν μόνον καὶ υἱὸν ἀνθρώπου. καὶ ὅτε ϑεὸν μόνον λέγοντες χωρίζομεν αὐτὸν τοῦ ἀνθρώπου, ὅτε ἄνθρωπου υἱὸν κατονομάζοντες χωρίζομεν τοῦ Θεοῦ, ὁ αὐτὸς γάρ ἐστιν ὅλος ϑεὸς καὶ ὅλος ἄνθρωπος. Θεότητα μὲν γὰρ λέγοντες, ὑ κατονομάζομεν αὐτῇ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἰδιώματα. ὑ γὰρ Φαμὲν ϑεότητα παϑητὴν ἢ κτιστήν. ὑδὲ πάλιν λέγοντες ἀνθρωπότητα, νοοῦμεν ἐπ' αὐτῆς τὰ τῆς ϑεότητος ἰδιώματα. ὑ γὰρ φαμὲν ἀνθρωπότητα ἄκτιστον. Ἐπὶ δὲ τῆς μιᾶς ὑποσάσεως ὑχ ὅτως. ἀλλὰ ϑαῤῥοῦντως ὁμολογοῦμεν καὶ μόνως ϑεὸν καὶ μόνως ἄνθρωπον, ἢ τὸ συναμφότερον χριστόν. ἀλλὰ καὶ ϑεὸν λέγοντες καὶ ἄνθρωπον νοοῦμεν, ἢ ἄνθρωπον λέγοντες καὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν, καὶ τὸν αὐτὸν λέγομεν καὶ τὸν ϑεὸν παϑητὸν, καϑ' ὃ ἄνθρωπος καὶ

* Huc usque editio Joh. Wœgelini, Augustæ Vindelicorum A. 1611. in 8vo. Quæ sequuntur, nunc primum prodeunt.

2011 Ministerio de Cultura

postasibus una simplex essentia, omnem supergrediens atq; antecellens perfectionem, constat. Paracletum deniqve vocamus & Filium & Spiritum S. qvia uterqve omnium precationes excipit. Et Spiritum ex Patre affirmamus procedere, à Filio autem dari.

12. *De ratione communicationis Idiomatum.*

Attende, Domine mi, vocabulis, valde enim difficilis res est & necessaria, qvamobrem & pluribus à me tibi qvantum fas erit exponetur. Scire oportet, Imperator Augustissime, qvod qvando dicimus Divinitatem & Humanitatem, totam * naturam significamus Divinitatis & totam naturam Humanitatis. Quando autem dicimus DEum & Hominem, non semper integras denotamus naturas, sed qvandoqve etiam Hypostasin & personam. Si igitur simpliciter dicam *Credo in DEum*, nec qvicqvam aliud addam, totam significavi Deitatem. Cum autem dico: *DEus homo factus est*, non Deitatem totam significo sed tantum Filium. Ac vicissim si dicam, *DEus hominis causa carnem induit*, totum significavi genus humanum. Cum autem dico: *Homo erat in regione Ausitide*, solum Jobum innuo. Diligenter attende huic doctrinæ capiti. Qvandoqvidem igitur Domini nostri JEsu Christi duas confitemur naturas, Divinitatem & Humanitatem, unam agnoscimus personam ex utrisqve compositam. Cum porro ipsas naturas considéramus, Divinitatem & Humanitatem dicimus. Cum vero compositam ex naturis Hypostasin, ab utraqve Christum vocamus DEum & hominem atqve DEum carne indutum. Aliqvando autem DEum modo & Filium hominis appellamus, & nec DEum modo cum dicimus, sejungimus ab homine, nec qvando filium vocamus hominis, eum à DEo separamus, idem enim & DEus integer & integer homo est. At cum dicimus Deitatem, non una nominamus Humanitatis proprietates: Neqve enim affirmamus Deitatem esse passibilem vel creatam. Uti nec vicissim qvando dicimus humanitatem, sub eâ intelligimus proprietates Divinitatis, neqve enim humanitatem affirmamus esse increatam. Sed circa personæ unitatem aliter res se habet. Audacter siqvidem separatim confitemur Christum DEum, iterum separatim Hominem, nec minus confitemur utrumqve. Nam & DEum qvando dicimus, Hominem subintelligimus, & qvando dicimus Hominem, confitemur DEum. Et eundem dicimus DEum passibilem, qvatenus homo est; & puerum antesecularem & principii expertem, qvatenus est DEus. Atqve hæc fert communicationis idiomatum ratio,

* i, e, DEum universe, tribus constantem personis, & totum genus humanum.

2011 Ministerio de Cultura

καὶ παιδίον προαιώνιον καὶ ἄναρχον, καθ' ὃ θεός. Καὶ ἔστιν ὁ τρόπος ἀντιδόσεως ἑκατέρας Φύσεως ἀντιδιδούσης τῇ ἑτέρᾳ τὰ ἴδια διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα αὐτῶν περιχώρησιν. Τοῦτο, Δέσποτά μου, πλάνην ἐμποιεῖ πολλὴν τοῖς αἱρετικοῖς, μὴ δυναμένοις διαγνῶναι τὸ βάθος τῆς οἰκονομίας.

ιγ. Περὶ τῆς θείας ἑνώσεως.

Ὀφείλεις εἰδέναι, Δέσποτά μου Βασιλεῦ, ὡς ἡ τῆς θεότητος φύσις πᾶσα τελείως ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, πᾶσα ἐν Πατρὶ, πᾶσα ἐν Υἱῷ, πᾶσα ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει δὲ τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος υἱοῦ τοῦ θεοῦ, πᾶσαν καὶ τελείαν δογματίζομεν τὴν φύσιν τῆς θεότητος ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἑνωθῆναι πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. ὃ μὴν λέγομεν, ὅτι αἱ τρεῖς ὑποστάσεις τῆς ἁγίας θεότητος, πάσαις ταῖς τῆς ἀνθρωπότητος ὑποστάσεσι καθ' ὑπόστασιν ἡνώθησαν. Πάσῃ δὲ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει φαμὲν ἑνωθῆναι πᾶσαν τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν. κατ' οὐδένα γὰρ Λόγον κεχοινώνηκεν ὁ πατὴρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ σαρκώσει τοῦ θεοῦ λόγου, εἰ μὴ καθ' εὐδοκίαν ἢ βούλησιν. Πᾶσα δὲν ἡ φύσις οὐ κατὰ μερῶν ἐν τῇ τοῦ χριστοῦ ὑποστάσει συνεργεῖται τῷ θεῷ.

ιδ. Περὶ φύσεως ἀπαθείας.

Ὀφείλεις ὁμολογεῖν ὅτι ἡ φύσις τοῦ λόγου ἐσαρκώθη ἤτοι ἡνώθη σαρκί. οὐ μὴν ὅτι ἡ φύσις τοῦ λόγου ἔπαθε σαρκί, ἀλλ' ὅτι ὁ χριστὸς ἔπαθε σαρκί, ὅτι μὲν γὰρ ὁ θεὸς ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ἄνθρωπος ὁ θεὸς ὁμολογοῦμεν. καὶ, ὅτι ἡ θεότης ἡνώθη τῇ ἀνθρωπότητι ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, μεμαθήκαμεν, ὅτι δὲ ἡ θεότης ἄνθρωπος γέγονεν, ἢ ἐνηνθρώπησεν, οὐδαμῶς ἀκηκόαμεν. Ἐπεὶ δὲν δύο φύσεις τοῦ χριστοῦ, δύο αὐτοῦ καὶ τὰ θελήματα πάντως τὰ φυσικὰ, καὶ θελητικός ἐστιν ὁ αὐτὸς κατ' ἄμφω τῶν αὐτοῦ φύσεων. Τὴν γὰρ φυσικῶς ἐνυπάρχουσαν ἡμῖν θελητικὴν δύναμιν ἀνέλαβε. Δύο δὲν καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ φαμὲν. εἶχε μὲν γὰρ ὡς μὲν θεὸς καὶ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, τὴν θείαν ἐνέργειαν, καὶ ὡς ἄνθρωπος γενόμενος καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἐνέργειαν.

ιε. Τίς ὁ θεός;

Οὔτε ὁ οὐρανὸς θεὸς, οὔτε ὁ ἥλιος, οὔτε ἄλλο τι τῶν ὁρωμένων, ἀλλ' οὐδὲ ὁ πολυτίμητος καὶ πολυθρύλητος νοῦς. οὐδὲ ἰδέα τις κατὰ Πλάτωνα χωρισὴ σωμάτων. ἀλλ' οὐδὲ φύσις ὅλως ἐγκόσμιος, ἀλλ' οὐδὲ ζωὴ, οὐδὲ φῶς, οὐκ ἀσωματότης, οὐκ ἀϋλία, οὔτε αἰθήσει θεατὸς οὔτε νῷ λητός. ἀλλά τις ἑτέρα φύσις ἀνεξερεύνητος, καὶ αὐτοῦ δύναμις, ἥτε φρεγητικὴ ἥτε ζωογόνος, ἥτε ἀναγωγικὴ, καὶ ἁπλῶς πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ τοῦ ἀπείρου εἰσὶ καὶ ἀνέκλητοι, καὶ

2011 Ministerio de Cultura

tio, qvavis natura cum altera proprietates ſuas communicante propter perſonæ identitatem, & illarum mutuam inter ſe ut ita dicam permeationem. In hoc, mi Domine, multa errant Hæretici, dum Oeconomiæ in Chriſto profunditatem dignoſcere neqveunt.

13. *De Divinæ unione.*

Noſſe debes, Domine mi atqve Imperator, qvod natura divina integra eſt in qvalibet perſona Deitatis, integra in Patre, in Filio integra, & integra in Spiritu S. Cum itaq; incarnatus eſt ex S. Trinitate, Filius nempe DEi, integram ac perfectam docemus naturam Deitatis in unam perſonam unitam eſſe cum integra natura humana: neutiqvam vero dicimus tres perſonas ſanctæ Deitatis omnibus perſonis humanis unitas eſſe perſonaliter, integræ vero naturæ humanæ integram Deitatis ſubſtantiam unitam eſſe affirmamus. Nulla enim ratione Pater & Spiritus S. cum incarnatione Verbi communicavit, niſi complacendo & volendo. Integra igitur natura, nec pars ejus tantum in Chriſti perſona operatur divina operatione.

14. *De naturæ divinæ impaſſibilitate.*

Fateberis utiq; naturam Verbi incarnatam ſive carni unitam eſſe Non ideo natura Verbi paſſa eſt in carne, ſed Chriſtus in carne paſſus eſt, DEum enim hominem & hominem DEum factum eſſe confitemur. Didicimus qvoq; Divinitatem eſſe unitam humanitati in una perſona humana: Deitatem autem hominem eſſe factam, vel incarnatam, aut humana indutam natura neutiqvam audivimus. Cum vero duæ ſint Chriſti naturæ, etiam duæ ſunt ejus naturales Voluntates, & ipſe voluntate gaudet ſecundum utramqve naturam, ſiqvidem & facultatem volendi, qvæ nobis naturaliter ineſt, aſſumſit. Duplices igitur & operationes ipſius eſſe affirmamus. Ut DEus enim & conſubſtantialis Patri divina gaudet operatione, ſed tanqvam homo factus & conſubſtantialis nobis, humanæ operationis non eſt expers.

15. *Quis DEus?*

Neqve cœlum DEus, nec Sol neqve aliud qvicqvam eorum qvæ cernuntur, ſed neqve honoratiſſima ac celebratiſſima hominum vocibus mens, neqve Idea à corporibus ut docet Plato ſeparata ac ſejuncta, neqve natura Mundi, neqve Vita aut lumen, neq; incorporalitas ut ita dicam & immaterialitas. Neqve ſenſu viſibilis neq; mente perceptibilis eſt, ſed alia imperſcrutabilis natura, & potentia ejus, conſervatrix da-

trixqve

2011 Ministerio de Cultura

καὶ αὐτὸς ἄπειρος· καὶ κατὰ ἀρχὴν καὶ κατὰ τέλος. καὶ τὸ μὲν ἄνω αὐτῷ ἀναρχον ὀνομάζεται, τὸ δὲ κάτω ἀτελεύτητον, τὸ δὲ ξύμπαν αἰώνιον. Ἄπειρος ἦν τὴν δύναμιν ὁ Θεὸς, ἀναρχός τε καὶ ἀτελεύτητος καὶ αἰώνιος. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος τῷ ὄντι θεολογικῶς διορίζεται.

ις. Πῶς οἶδε Θεὸς τὰ μεταβαλλόμενα πράγματα.

Οὐχ ὡς ἔχει τὰ πράγματα γινώσκει ὁ Θεὸς ταῦτα, ἀλλ' ὡς ἔστιν αὐτὸς κατ' οὐσίαν. οἷον εἰσὶ τὰ πράγματα μερισά, ὁ δὲ Θεὸς ἀμέριστος. ἀμερίστως ἂν οἶδε τὰ μερισά. καὶ πάλιν τὰ πράγματα ἀλλοιωτὰ καὶ μεταβλητά, ὁ δὲ Θεὸς ἀναλλοίωτος καὶ ἀμετάβλητος. Ἀναλλοίωτος ἂν οἶδε τὰ ἀλλοιωτά, καὶ τὰ μεταβλητὰ ἀμεταβλήτως. Οὕτως καὶ τὰ ὑπόχρονον αἰωνίως οἶδε, καὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἀναγκαίως, καὶ τὰ σωματικὰ ἀσωμάτως. ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ γινώσκει ὁ Θεὸς ἀσωμάτως τὸ σῶμα, ἠλλοιώθη ἐκεῖνο καὶ ἀσώματον γέγονεν. ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ Θεοῦ γνῶσις κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν γινώσκει τὰ πράγματα. ἐκείνων δὲ ἕκαστον μένει ὅπερ ἐστί. Πρὸς γοῦν τοὺς ἀποροῦντας καὶ λέγοντας εἰ ᾔδει ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ τὰ ἐντεταλμένα παραβῆναι, πῶς εἰκὸς ἦν ἐκεῖνον γενέσθαι ἁναμάρτητον; Ὃ γὰρ ἐγίνωσκεν ὁ Θεὸς, πῶς ὁ πρωτόπλαστος ὑπερβῆναι ἠδύνατο; Πρὸς γοῦν τοὺς τοῦτο ἀποροῦντας ἀποκρίνου εὐθὺς, ὅτι ὁ Θεὸς κατὰ τὴν ἰδίαν ἰδιότητα οἶδε καὶ τὰ γενόμενα καὶ τὰ γενησόμενα. Καὶ πάλιν οὐκ ἀλλοιοῦται τὰ πράγματα, εἰ ἐκεῖνος κρειττόνως αὐτὰ ἐπίσταται. Ἐπειδὴ τοίνυν ἠπίστατο ὅτι πεσεῖται ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν ὁ Ἀδὰμ, οὐχ ἡ γνῶσις αὐτοῦ αἰτία τῆς ἁμαρτίας τῷ ἀνθρώπῳ ἐγένετο. Οὐ γὰρ ἀφείλετο αὐτοῦ τὴν ἰσορροπίαν τῆς γνώμης καὶ τὴν ἐξ ἑαυτοῦ αἵρεσιν, εἴπερ ἐβούλετο, ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς ἠπίστατο τὸ ἐσόμενον· τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐκ ἀφῃρέθη ἡ ἐπὶ τὸ καλὸν ὁρμή. καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ ἀόριστον εἶχε τὴν ἐπὶ τἀναντία ῥοπήν. Ὁ δὲ Θεὸς ὡρισμένως ἐγίνωσκε τὸ ἀόριστον. ὡς γὰρ τὸ σῶμα ἀσωμάτως οἶδεν, οὕτω μὲν καὶ τὸ ἀόριστον ὡρισμένως.

ιζ. Ἀπὸ ποίου πρώτου στοιχείου ἤρξατο τὸν κόσμον ποιεῖν ὁ Θεός.

Μωυσῆς μὲν ὁ θεόπτης οὐρανῷ ἅμα καὶ γῇ τὰ πρεσβεῖα δίδωσι τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. Τῶν δὲ παρ' Ἕλλησι σοφῶν ἄλλη ἄλλως ὠήθησαν. Οἱ μὲν γὰρ τὴν γῆν πρῶτον παράγουσιν ὡς κέντρον τοῦ οὐρανίου κύκλου, ἐπεὶ καὶ τοῦ ἐπιπέδου κύκλου τὸ κέντρον πρεσβύτερον. Ἕτεροι δὲ εἰς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ τὸ πέμ-

2011 Ministerio de Cultura

trixqve vitæ & productrix, & ſemel ut dicam, omnes ipſius facultates infinitæ ſunt & principii ratione, & finis. Atq; illius qvidem reſpectu ſine principio eſſe dicitur, ratione hujus vero ſine fine, hoc eſt omnino æternus. Infinita igitur poteſtate DEus, & principii finisqve expers & æternus eſt, qvod & *Gregorius* Theologus vere theologice docuit.

16. *Quomodo præſcit DEus res mutationibus obnoxias?*

Non qvales ſunt res tali cognitione cognoſcit eas DEus, ſed qvali ipſe eſt eſſentia. Sic v. g. res ſunt partibus diviſibiles, DEus partium & diviſionis expers, res itaqve partibus diviſibiles impartibili ratione cognoſcit. Porro res ſunt alterationi & mutationi obnoxiæ, DEus inalterabilis & haud mutabilis. Mutabilia igitur & alterabilia cognoſcit inalterabiliter & immutabiliter. Ita etiam res temporarias æterna cognoſcit ratione, corpora item ratione incorporali. Non autem ideo qvia DEus corpora incorporali ratione cognoſcit, ideo corpus mutatur, fitq; incorporale. Sed DEus qvidem ſcientiâ ſuâ res pro divinæ eſſentiæ ratione cognoſcit, illarum autem qvælibet qvod eſt manet. Ad hos igitur qvi movent dubium, qværuntqve ſi DEus præſciverit Adamum mandata eſſe tranſgreſſurum, qvomodo fieri potuerit ut Adamus non peccaret? qvod enim DEus præſcivit, id Protoplaſtus qvomodo potuit evitare? Ad hoc dubium in promtu tibi ſit reſpondere, qvod propria DEus virtute novit & qvæ ſunt & qvæ futura ſunt, nec mutantur tamen res, etſi ille perfectiore illas ratione ſcit. Qvandoqvidem igitur ſciebat Adamum fuiſſe prolapſurum in peccatum, ejus cognitio non fuit homini cauſa peccandi. Non enim eripuit ei æqvilibritatem ad opinandum, & boni ſi vellet eligendi facultatem, ſed DEus qvidem ſciebat qvid futurum eſſet, Adamo autem non erepta erat animi ad bonum inclinandi potentia. Et Adamus qvidem ad contraria indefinito modo ſe habebat: DEus autem indefinitum definita cognoſcebat ratione. Sicut enim corpus incorporaliter, ſic & indefinitum definite novit.

17. *Quodnam primum elementum, à quo mundum condere cœpit DEus?*

Moyſes qvidem, qvi DEum vidit, Cœlo ſimul & terræ primum locum aſſignat in Mundi originibus. Inter Græcorum vero ſapientes alii aliud opinati ſunt. Nonnulli enim terram præferunt tanqvam centrum circuli cœleſtis, qvod etiam in plano centrum ſit circulo prius & antiqvius. Alii univerſum mundum diſtingvunt in qvatuor elementa, & qvintum æthereum genus corporis: qvatuorqve illa ſub æthere diſpoſita, pulcherrimum vero æthereæ naturæ cœlum primum omnium factum eſſe affirmant. Qvi vero fa-

2011 Ministerio de Cultura

ἄπτον σῶμα τὸ αἰθέριον τὸν σύμπαντα διαιρῶντες κόσμον καὶ τὸ τετράστοιχον ὑπὸ τῷ αἰθέρι διοικεῖσθαι νομίζοντες. Τὸ δὲ κάλλιστον δὲ τῷ αἰθέρι ὁ οὐρανός, ὃν πρῶτον τούτων γεγενῆσθαι φασίν. Ὅσοι δὲ ἀγέννητον τὸν κόσμον σαφῶς ἀπεφήναντο, ὁμῶς τὸ πᾶν εἶναι ἀκολούθως ἑαυτοῖς λέγουσι. Δεῖ δὲ μᾶλλον οἴεσθαι τὸν οὐρανὸν πρῶτον γεγενῆσθαι, ὡς καὶ κρεῖττον σῶμα καὶ τῶν ἄλλων περιληπτικόν.

ιή. Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον θεῦ ἄνθρωποι;

Ἔννοιαν ἔσχε θεῦ ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς τῶν ὄντων τάξεως, ἀπὸ τῆς ἰσονομίας τῶν φύσεων, ἀπὸ τῆς εἰς τὰ πάντα διοικούσης προνοίας. Ἥ τε γὰρ τῶν μεγάλων φωστήρων ἀνατολὴ καὶ δύσις ἐν τοῖς αὐτοῖς καιροῖς ἀεὶ ὁμοίως ἔχουσα, καὶ οἱ τῶν ἀστέρων δρόμοι τὴν ταυτότητα σώζοντες, καὶ ἡ τοῦ οὐρανοῦ περιφορὰ καὶ περιόδου κυκλοτερὴς πάντα σφίγγουσα καὶ συνδέουσα, καὶ τἄλλα ὡσαύτως ἔχοντα ἐν ἀλλήλοις σώμασι, προνοητήν τινα τοῦ παντὸς εἶναι ἀναμηρύτλουσιν. εἰ γὰρ τυχαία καὶ αὐτόματος ἦν ἡ τοῦ κόσμου σύμπλεξις, ἦν ἂν καὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου ἀτάκτως καὶ ἀλόγως φερόμενα. Νῦν δὲ ἡ εὐρυθμος τοῦ παντὸς κίνησις, καὶ τὸ μηδὲν ἀλόγως ἢ τὴν κίνησιν ἔχειν ἢ τὴν ἡσυχίαν, ἀλλὰ πάντα εὐαγώγως ἡνιοχεῖσθαι, τὸν θεὸν ἡμῖν ἀναδείκνυσι ποιητὴν τοῦ παντός.

ιθ. Πότερον πλείους οἱ ἄγγελοι ἢ οἱ ἄνθρωποι;

Ἐλάττους τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ πλῆθος οἱ ἄγγελοι. σκόπει γάρ, ὅτι πάντες οἱ ἀριθμοὶ οἱ πλησιάζοντες τῇ μονάδι, ἐλάττους εἰσὶ κατὰ τὸ ποσὸν τῶν πορρωτέρων ἀριθμῶν. Οἷον ἡ δυὰς, ἡ τριὰς καὶ ἡ τετρὰς ἐλάττονά εἰσι τῶν εἴκοσι καὶ τριάκοντα. Ὥσπερ οὖν οἱ ἐγγύτεροι τῆς ἑνάδος ἀριθμοὶ ἐλάττους εἰσίν, οἱ δὲ πορρωτέρω, πλείους, ἕτως οἱ ἐγγύτεροι τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ, ἐλάττονα ἔχουσι τὸ ποσόν, οἱ δὲ πορρωτέρω, πλέον. ἐγγύτεροι δὲ τοῦ θεοῦ ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, καὶ αἱ περικείμεναι δυνάμεις. Πορρωτέρω δὲ οἱ ἄνθρωποι. ὥστε πλείους εἰσὶ τῶν ἀγγέλων οἱ ἄνθρωποι, ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἄγγελοι ἤδη κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐπερατώθησαν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις εἰς τὸ ἄπειρον προχεῖται ἡ γέννησις. σαθήσεται δὲ αὐτὴ κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρόν.

κ. Περὶ νοῦ.

Οὐ πᾶς νοῦς μετέχεται ὑπὸ πάσης ψυχῆς. ὁ δὲ πρῶτος νοῦς ὑπ' οὐδεμιᾶς ψυχῆς μεθεκτός ἐστιν. Ὁ γὰρ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα νοῦς καὶ πάντων δημιουργὸς, πῶς ἂν ὑπὸ ψυχῆς μετασχεθείη τινός; πάσης γὰρ νοερᾶς πληθύος καὶ τοῦ πλήθους τῶν νοῶν ἡγεῖταί τις νοῦς. καὶ ἀμέθεκτος καὶ πρῶτος μὲν νοῦς ὅτος ἐστὶ καὶ ὀνομάζεται. μετὰ δὲ τὸν ἀμέθεκτον νοῦν, ὁ μεθεκτὸς μὲν, οὐχ ὁ ἐγκόσμιος δὲ,

2011 Ministerio de Cultura

ctum mundum haud obscure negant, universum simul existens congruenter propriæ opinioni statuunt. Fas autem potius existimare primo loco factum cœlum, utpote corpus præstantius, & qvod cætera complectitur atqve comprehendit.

18. *Unde homines notitionem DEi acceperint?*

Notionem DEi hauserunt homines ex ordine rerum, ex naturæ æqvalibus legibus, ex providentia ad omnia pertingente. Magnorum enim luminum ortus & occasus iisdem temporibus eodem semper se habens modo, & cursus siderum eandem servantes rationem, & circumrotatio cœli circularis omnia colligens ac constringens, aliaqve qvæ in aliis corporibus consimiliter se habent, prædicant esse qvendam qvi universi curam gerit eiqve providet: Si enim forte & casu mundus coaluisset, partes ejus sine ordine & ratione ferrentur, nunc vero motus universi certo numero & ordine constitutus, & qvod nihil sine ratione vel movetur vel qviescit, sed omnia facile ac commode regi se patiuntur, DEum nobis universi factorem conditoremqve demonstrant.

19. *Pluresne sint Angeli an Homines?*

Pauciores multitudine sunt Angeli qvam Homines. Vide enim qvomodo numeri omnes qvo propiores sunt unario, eo minores sunt numeris longius ab illo distantibus. Uti binarius, ternarius & qvaternarius minores sunt vicenario & tricenario. Sicut igitur propiores unario numeri sunt minores, longius vero remoti majores & numerosiores, sic qvæ uni & soli DEo propiora sunt, eadem pauciora qvoqve sunt, qvæ vero longius distant, plura sunt numero. Propiores autem DEo sunt Angeli, Archangeli, & his proximæ Potestates. Longius ab illo absunt homines. Igitur plures sunt homines qvam Angeli, unde & Angelorum numerus jam est finitus & circumscriptus, hominum vero generatio in infinitum effunditur, qvæ tamen & ipsa sistetur in seculorum consummatione.

20. *De mente.*

Non qvælibet mens ab anima qvacunq; participatur. Principalis mens à nulla anima participari potest. Qvæ enim omnibus rebus mens præstantior est, & omnium opifex, qvomodo ab anima ulla participetur? Omnis enim intelligibilis multitudinis & multitudinis mentium princeps est mens qvædam nullius animæ particeps. Atq, hæc prima mens est & nominatur. Post hanc nullius participem animæ succedit mens non mundana qvidem sed supramundana & à mundo separabilis. Deinde mundana, nam secundum Græcorum sententiam ipse etiam mun-

2011 Ministerio de Cultura

δὲ, ἀλλ' ὁ ὑπερκόσμιος καὶ χωρισὸς τοῦ κόσμου. εἶτα ὁ ἐγκόσμιος. ἐπεὶ κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων λόγους καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος ἔμψυχος ἅμα καὶ ἔννους ἐστί. καὶ ἡ ἐγκόσμιος ψυχὴ δὴ εὐθὺς μετέχει τοῦ ὑπερκοσμίου νοὸς, ἀλλὰ πρώτως τοῦ ἐγκοσμίου. Ἔστιν οὖν ἡ τάξις καὶ ὁ ἀριθμὸς καὶ τὰ ὀνόματα ὅτως. ὁ ἀμέθεκτος νοῦς, ὁ ὑπερκόσμιος, καὶ ὁ ἐγκόσμιος.

κα'. Ἔτι περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς ἑαυτὸν νοεῖ. ἀλλ' ὁ πρῶτος νοῦς καὶ ἀμέθεκτος ἑαυτὸν μόνον. οὐδὲ γὰρ ἔχει τι πρὸ αὐτοῦ, ἵνα ἐκεῖνο νοήσῃ. Τὰ δὲ μετ' αὐτὸν οὐκ ἂν νοήσειεν. ἀλλ' ἔχει τούτων τὴν νοήσιν ἀνοησίᾳ κρείττονι νοήσεως. καὶ ἔστιν, ὅτι ὅτος νοῦς, νοῦς ἅμα καὶ νοητόν. νοῦς μὲν ὡς νοῶν ἑαυτὸν, νοητὸν δὲ, ὡς νοούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ μετὰ τὸν ἀμέθεκτον μεθεκτὸς νοῦς ἑαυτόν τε ἅμα νοεῖ, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ νοῦν. Πᾶς γὰρ νοῦς ἢ ἑαυτὸν νοεῖ, ἢ τὸ ὑπὲρ ἑαυτὸν, ἢ τὸ μεθ' ἑαυτόν. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ μεθ' ἑαυτὸν νοεῖ, κατὰ τὸ χεῖρον ἐπιστρέφει. εἰ δὲ τὸ ὑπὲρ ἑαυτὸν νοεῖ, εἰ μὲν διὰ τῆς ἑαυτοῦ γνώσεως, ἑαυτὸν ἅμα κἀκεῖνο γνώσεται. εἰ δὲ ἐκεῖνο μόνον, ἑαυτὸν ἀγνοήσει νοῦς ὤν. ἀλλὰ τὸ πρὸ ἑαυτοῦ γινώσκων, γνώσεται καὶ ἑαυτόν. ἔστιν ἄρα καὶ ἐν τῷ νῷ νοητὸν, καὶ ἐν τῷ νοητῷ νοῦς, καὶ ὁ μὲν ὁλικώτερος, ὁ δὲ μεριστικώτερος.

κβ'. Περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, αἰώνια ἔχει. ὅλη γὲ ἅμα ἐστὶν ἡ οὐσία τοῦ νοῦ καὶ οὔτε αὐξεται οὔτε μειοῦται, οὐδὲ ὃ σήμερον ἐστὶ χθὲς οὐκ ἦν. καὶ ἡ νοήσις δὲ αὐτοῦ ὁμοία ἐστὶ τῇ οὐσίᾳ. Πληρεστάτη γὰρ καὶ ὅλη, καὶ ὁμοῦ πάντα νοεῖ, καὶ οὔτε τὸ παρελήλυθὸς ὁρᾷ, οὔτε τὸ μέλλον ὡς ἐσόμενον ὅιδεν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐνεστῶτι πάντα ὅιδεν, ὁ κινούμενος, ὁ συλλογιζόμενος, οὐχ ὥσπερ ἡ ψυχὴ προτάσεις τιθεὶς καὶ ἐπάγων συμπεράσματα, ἀλλ' ἐν τῷ ἑνὶ πάντα ἐπισάμενος. ἀκίνητος γὰρ ὢν, οὐκ ἂν ὑπὸ χρόνου μετρεῖτο, οὔτε κατὰ τὴν οὐσίαν, οὔτε κατὰ τὴν ἐνέργειαν. Εἰ δὴ καὶ ἡ οὐσία τοῦτο αἰώνιος καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ μέση τούτων ὅσα δύναμις αἰωνίαν τὴν ὑπόστασιν ἐκληρώσατο.

κγ'. Περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς οὐσία ἐστὶν ἀμέριστος. Τὸ γὰρ μὴ ἔχον μέγεθος, τὸ μὴ ὂν σῶμα, τὸ μὴ κινούμενον πάντως καὶ ἀμέριστον. πᾶν γὰρ τὸ μεριζόμενον ἢ κατὰ

2011 Ministerio de Cultura

mundus anima ac mente prædituseſt. Et anima mundi non ſtatim continet ſupramundanam mentem, ſed primo mundanam. Ordo igitur & numerus atq; nomina ſic ſe habent: Mens cujus nulla anima compos & particeps fieri poteſt, tum mens ſupramundana, ac deniq; mundana.

21. *De mente.*

Omnis mens ſeipſam intelligit. Sed prima mens qvæ à nullo participatur, ſe intelligit ſolam. Neqve enim habet aliqvid ſe prius, qvod intelligat. Qvæ vero poſt ſunt, non qvidem intellexerit, ſed habet eorum cognitionem ſine intelligentia, per genus perceptionis qvod intelligendi actu eſt præſtantius. Ac mens talis, intellectus ſimul eſt & intelligibile. Intellectus qvidem, qvatenus ſe ipſe intelligit, intelligibile vero, qvatenus à ſeipſo intelligitur. Qvæ hinc poſt imparticipabilem mentem mens participabilis ſuccedit, ſeipſam ſimul intelligit & illam priorem ſe ipſa mentem. Omnis enim mens vel intelligit ſeipſam, vel qvod ſupra ſe, vel qvod infra ac poſt ſe eſt. At qvando hoc qvod infra ſe eſt intelligit, ad deterius ſe convertit. Qvando autem intelligit id qvod ſupra ſe eſt, atqve per ſui ipſius cognitionem, ſeipſam pariter & illud cognoſcet: ſi vero illud ſolum, ſeipſam ignorabit mentem eſſe. Sed utiq; dum id qvod ſe prius eſt cognoſcit, cognoſcet etiam ſe ipſam. Eſt igitur & in mente intelligibile, & in intelligibili mens ſive intellectus alius univerſalior, particularior alius.

22. *Iterum de mente.*

Mens eſſentiam, potentiam & operationem æterna habet. Eſſentia mentis ſimul tota eſt, neqve augetur neqve in majorem magnitudinem creſcit, neqve qvod hodie eſt heri non erat, & intellectio ejus eſſentiæ eſt ſimilis. Pleniſſima enim & tota intelligit & omnes res ſimul, & nec præterita tanqvam præterita, neq; futura tanqvam futura cognoſcit, ſed omnia intelligit tanqvam præſentia, non movetur neqve unum ex alio colligit, neqve ut anima ponit præmiſſas ex qvibus inducat concluſiones, ſed ſimul ſcit omnia. Cum enim immobilis ſit, nec à tempore menſuratur, neqve qvoad eſſentiam neqve qvoad operationes. Qvod ſi igitur eſſentia ejus æterna & æterna eſt operatio, etiam media inter has potentia æternam ſubſiſtentiam ſortita eſt.

23. *De mente.*

Omnis mens eſt ſubſtantia partes nullas habens. Qvod enim caret magnitudine, neqve eſt corpus, nec movetur, omnino etiam in partes dividi neqvit. Qvicqvid enim in partes dividitur, dividitur vel magnitudinis vel multitudinis ratione. Qvoniam vero mens omni modo ſempiterna, & corporibus ſublimior eſt, partes

2011 Ministerio de Cultura

κατὰ τὸ μέγεθος μερίζεται, ἢ κατὰ τὸ πλῆθος. εἰ δὲ ὁ νοῦς κατὰ πάντα αἰώνιος καὶ ἐπέκεινα σωμάτων, ἀμέριστος ἄρα ἐστί. Πόθεν δὲ; ὅτι ἀσώματος ὁ νοῦς, ὅτι ἑαυτὸν νοεῖ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει· σῶμα γὰρ αὐτὸν οὐδὲν νοεῖ. πόθεν δὲ δῆλον, ὅτι αἰώνιον; ὅτι οὐ μερίζεται ἡ νοήσις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν ταυτότητί ἐστι διηνεκεῖ, ὥσπερ ἡ οὐσία. ἔστι δὲ πάντων ὑποστάτης; οὐχὶ πᾶς νοῦς, ἀλλ' ὁ ἀμέθεκτος καὶ δημιουργὸς κόσμου. Ὑφίστησι δὲ προσεχῶς μὲν τὰ ἴδια καὶ ἀμετάβλητα, εἶτα δὴ καὶ τὰ μεταβλητά, καὶ ἔγχρονα, οὐχ ὅτι τὰ μὲν πρῶτα ποιεῖ, τὰ δὲ ὕστερα, ἀλλ' ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἅπαντα. ἐκεῖνα δὲ κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν καὶ ἰδιότητα προέσησι. Τὰ μὲν, κατὰ τὴν νοερὰν ἰδιότητα, τὰ δὲ κατὰ τὴν Φυσικὴν κίνησιν.

κδ. Περὶ νοῦ.

Ὅτι ὁ μετὰ τὸν ἀμέθεκτον νοῦς, ἤτοι ὁ μεθεκτὸς καὶ τὸν πρῶτον νοῦν νοερὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, Καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πάντων νοερὰν τὴν εἴδησιν ἐκληρώσατο. Κατὰ γὰρ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας οὐσίας καὶ τὰ πρῶτα ἔχει καὶ τὰ ὕστερα ἑαυτῷ. ὅθεν καὶ τὸν ἀμέθεκτον νοῦν νοερῶς νοεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ἀμέθεκτος, ἀλλ' ἐμφάσεις τινὰς δίδωσι τοῖς μετ' αὐτὸν τῆς ἰδίας ὑπάρξεως. Καὶ τὴν ψυχὴν δὲ καὶ τὰ Φυσικὰ ἴδια δὴ νοερῶς οἶδεν. οὐ γὰρ ὡς ἔχουσι Φύσεως τὰ νοούμενα, οὕτως νοεῖ. Οὔτε γὰρ κρειττόνως οἶδε τὰ χείρονα, οὔτε χειρόνως τὰ κρείττονα, ἀλλ' ἀμφότερα νοερῶς. Οὐδὲ γὰρ συμμεταβάλλει τοῖς νοουμένοις. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ κρεῖττον οὐ δύναται, πρὸς δὲ τὸ χεῖρον οὐ βούλεται. ὡς ἂν ἔχει Φύσεως οὕτω καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτὸν νοεῖ, καὶ τὰ μετ' αὐτόν. οὐ μὲν ἐκεῖνα ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τὰς ἐκείνων αἰτίας. Καὶ ὡς τὰ νοητὰ νοερῶς ἔχει, οὕτω καὶ τὰ αἰσθητὰ νοερῶς.

κε. Περὶ νοῦ.

Πάντα τὰ νοερὰ εἴδη, οἷον ψυχαὶ, νόες, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, δυνάμεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἐν ἀλλήλοις εἰσὶ, καὶ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον. Καὶ οὔτε τὸ ἐν ἀλλήλοις σύγχυσιν ἔχει, οὔτε τῷ καθ' ἑαυτὸ εἶναι ἕκαστον, μερισμὸν λαμβάνουσι. Φοιτᾷ γοῦν πάντα διὰ πάντων, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἐστιν ἕκαστον. Τὰ μὲν σώματα, καθ' ἑαυτὰ ἐστὶ ἕκαστον, καὶ οὐ δι' ἀλλήλων δύναται διὰ τὴν παχυμέρειαν. τὰ δὲ ἀσώματα καὶ νοερὰ εἴδη ἐκτὸς παχύτητος ὄντα καὶ μεγέθους, δι' ἀλλήλων φοιτῶσι. Καὶ αὖθις ἀσύγχυτα μένουσιν. Ἐν ἀλλήλοις γοῦν εἰσι πάντα τὰ νοερὰ εἴδη ἡνωμένως, καὶ χωρὶς ἕκαστον διακεκριμένως, ὥσπερ δὴ καὶ τὰ θεωρήματα ἐν μιᾷ ψυχῇ.

Πᾶς

2011 Ministerio de Cultura

partes etiam nullas habet. Unde vero constat mentem non esse corpus? qvoniam se ipsa intelligit, atqve in se ipsam reflectitur. Corpus enim seipsum intelligit nullum. Unde porro constat æternam esse mentem? qvoniam intelligentia ejus non partibus divisa est, sed qvemadmodum essentia in perenni identitate manet. Omnia porro subsistere facit mens, non qvaliscunq; qvidem, sed illa imparticipabilis & effectrix mundi. Facit autem subsistere inprimis qvidem propria & mutationi nulli obnoxia, deinde etiam mutabilia & temporaria, non tamen ita ut illa prius faciat, hæc posterius, omnia enim uno facit momento. Suo porro ordine & secundum proprietatem suam illa procedunt, alia proprietatem intelligibilem, alia naturalem motum servantes.

24. *De eodem argumento.*

Mens participabilis qvæ est post illam imparticipabilem, habet in se * primam mentem intelligibilem, & omnium inferiorum intelligibilem cognitionem sortita est. Nam pro mensura propriæ essentiæ & prima habet & semet inferiora. Unde imparticipabilem qvoqve illam mentem intelligibiliter cognoscit: Licet enim illa sit imparticipabilis, tamen inferioribus dat qvasdam existentiæ suæ perspicuas significationes. Sed & animam hæc intelligibiliter cognoscit, & res naturales, siqvidem non cognoscit res qvas intelligit secundum naturam qva illæ sunt præditæ, neq; deterius meliora, sed utraqve intelligibiliter: Neqve rebus qvas intelligit se conformat, præstantiori enim non potest, & deteriori non vult. Pro sua igitur qvam ipsa habet natura & superiora se & inferiora intelligit, neq; ista in se, sed istorum habet causas, atq; ut intelligibilia intelligibiliter, sic & sensibilia intelligibiliter in se habet.

25. *De mente.*

Omnes species intelligibiles, ut animæ, mentes, Angeli, Archangeli, Potestates & qvæ sunt ejus generis alia, tum in aliis invicem sunt, tum qvodlibet est per se, neqve qvod in aliis invicem sunt confusionem affert, neqve qvod per se sunt singula, divisionem. Omnia igitur per omnia permeant, nec minus unumqvodqve est per se. At enim corporum qvodlibet per se est, nec per alia potest ob crassitiem permeare. E contrario incorporalia & intelligibilia utpote crassitiei & magnitudinis expertia, invicem se permeant, ac nihilominus inconfusa permanent. Omnes igitur species intelligibiles sibi invicem insunt atqve unita sunt, nec minus separata sunt ac disjuncta, sicut in anima cogitationes.

* h. e cognoscit atqve intelligit illam pro suo modulo.

2011 Ministerio de Cultura

κς'. Περὶ νοῦ.

Πῶς νοῦς πλήρης ἐσὶ τῶν θείων εἰδῶν, ἔιον, ἀγαθότητος, ὁσιότητος δικαιοσύνης, ταυτότητος, ὁμοιότητος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ὁ μὲν θειότερος νοῦς ὁλικωτέρων ἐσὶ περιεκτικὸς εἰδῶν, ὁ δὲ ταπεινότερος μερικωτέρων, οἱ μὲν γὰρ ἀνωτέρω θείας δυνάμεσι χρῶνται μείζοσιν, οἱ δὲ κατώτεροι πληθυνόμενοι, μᾶλλον ἐλαττοῦσι τὰς δυνάμεις, ἃς ἔχοσι. τὰ γὰρ τῷ ἑνὶ συγγενέσερα ἐλαττότερα μὲν εἰσὶ τῷ πλήθει, τῶν ὑφ' ἑαυτὰ, τῇ δυνάμει δὲ ὑπεραίρει. τὰ δὲ τοῦ ἑνὸς πορρωτέρω, ἔμπαλιν τῷ μὲν ποσῷ πληθυντικώτερά εἰσι, τῇ δὲ δυνάμει ἐλαττότερα. πᾶν μὲν γὰρ τὸ πληθυνόμενον ἐλαττοῦται κατὰ τὴν δύναμιν, πᾶν δὲ τὸ ἑνούμενον τῇ μὲν δύναμει μεγαλύνεται, ἐλαττοῦται δὲ κατὰ τὴν ποσότητα, ἡ μὲν γὰρ ἕνωσις δυναμικωτέρα, ἡ δὲ διαίρεσις πληθυντικωτέρα. Καὶ ἡ μὲν ἕνωσις, ἐλάττω κατὰ τήν ποσότητα. ἡ δὲ διαίρεσις ἀσθενέσερα κατὰ τὴν δύναμιν.

κζ'. Περὶ ψυχῆς.

Τρίτον ἐσὶ τὸ πάθος τῆς ψυχῆς. Καὶ τὸ μὲν ἀκρότατον αὐτῆς, τὸ τοῖς νοητοῖς ἡνωμένον, νοήσις ὠνόμασται. Τὸ δὲ ἔσχατον τὸ τῶν αἰσθητῶν γνωσικὸν, διὰ μέσης τῆς κοινῆς αἰσθήσεως δόξα λέγεται. τὸ δὲ μέσον τὸ ἀνιέναι καὶ κατιέναι πεφυκὸς, διάνοια. Καὶ μέχρι μὲν τούτων, ὁ ἄνθρωπος, ἤτοι νοῦς, διάνοια, δόξα. μετὰ δὲ ταῦτα εἶναι τὸ ζῶον. ἡ μὲν γὰρ πολυποίκιλος φύσις, ἡ δὲ τῆς θείας μοίρας ὑπάρχουσα, ἡ μέν γε ἐπιθυμία πολυκέφαλον θηρίον, ὁ δὲ θυμὸς λεοντώδης, ὁ δὲ λόγος ὁ ἀληθὴς ἄνθρωπος. Ἐσὶ δὲ τούτου καὶ ἄλλος θειότερος ἀνθρωπος καὶ ἀληθέσερος, ὁ νοερός, ὃν αὐτάνθρωπον προσαγορεύουσιν οἱ τῶν εἰδῶν φιλοθεάμονες. Τρίτον ἂν ὁ ἄνθρωπος, ὁ μὲν νοερὸς καὶ μονοειδὴς, ὁ δὲ λογικὸς καὶ τριμερὴς καὶ τριδύναμος, ὁ δὲ αἰσθητικὸς καὶ πολυειδὴς καὶ παντοδαπός. τὸ δὲ λογιζόμενον καὶ τὸ θεωρῶν ἡμεῖς ἐσμὲν, ἡμεῖς γὰρ καὶ ψυχὴ ταυτόν.

κή. Περὶ ψυχῆς.

Τῶν παρ' ἕλλησι σοφῶν τὴν ψυχὴν, Πλάτων μὲν καὶ Ἀριστοτέλης, ὡς ὀργάνῳ φασὶ χρῆσθαι τῷ σώματι. δεῖ γάρ, φησιν Ἀριστοτέλης, τὴν μὲν τέχνην χρῆσθαι τοῖς ὀργάνοις, τὴν δὲ ψυχὴν τῷ σώματι. οἱ δὲ ἐκ Περιπάτου φιλόσοφοι, ὡς ἔνυλον εἶδος μιγνύουσιν αὐτὴν τῷ σώματι καὶ διαπλέκουσιν. Οἱ δὲ περὶ Κλεάνθην καὶ σῶμα ταύτην ἀποφαίνονται. δυναμένην μέν τοι γέ ποτε καὶ τοῦ φαινομένου χωρίζεσθαι σώματος. Πλωτῖνος δέ φησι μὴ ἀναγκάζεσθαι δέχεσθαι τὴν ψυχὴν τὰ

2011 Ministerio de Cultura

26. *Adhuc de mente.*

Omnis mens divinis plena est ideis, ut bonitatis, sanctitatis, justitiæ, identitatis, similitudinis, cæterisq;: At divinior mens integriores ideas continet, vicissim qvo inferior est eo minores illarum partes. Superiores enim majoribus divinis facultatibus utuntur, inferiores vero mentes dum multiplicantur, facultatibus qvas habent utuntur imbecillioribus. Qvæ enim unitati proxima sunt, multitudine qvidem ab inferioribus vincuntur, potentiâ autem præstant. Vicissim qvæ ab unitate longius recedunt, numero plura, sed potentia minora sunt. Qvicqvid enim in multitudinem abit, potentia minuitur, sed qvod unitur, potentia augetur ac crescit, licet numero minuatur. Unitio enim valentior est, divisio multitudinis procreatrix: Unitio minor numero, divisio potentiâ infirmior.

27. *De anima.*

Tres sunt animæ passiones. Prima qvidem & summa qvâ intelligibilibus conjungitur, intelligentia appellatur. Infima qvâ res sensiles per sensum communem cognoscimus, dicitur opinio. Media, qvæ ascendendo & descendendo colligere apta nata est. Atqve homo qvidem hactenus, mens, ratiocinatio, opinio: qvod supereſt animal est, natura varia ac multiplex, pars divinæ sortis particeps, pars concupiscentia multicepsbestia, & ira qvalis est leonum: Sed verus homo ratio est. Existit porro & alius homo divinior veriorqve, intelligibilis, qvem αὐτάνθρωπον ipshominem sive ideam hominis vocant qvi idearum ac specierum contemplatione oblectantur. Triplex igitur homo datur, unus intelligibilis iste & unicus ac simplex, alter rationabilis tribus facultatibus ac veluti partibus constans, tertius sensibilis & multiplex variusqve. Sumus autem id qvod ratione & consideratione utitur, anima enim cujusqve is est qvisqve.

28. *De anima.*

Inter Græciæ Sapientes Plato & Aristoteles ajunt animam corpore uti tanqvam instrumento. *Ars enim*, inqvit Aristoteles, *instrumentis, anima corpore indiget.* At Peripatetici Philosophi animam, velut formam materiæ, inhærentem corpori implicant ac permiscent. Cleanthes & animam statuit corpus esse, utpote qvæ possit à corpore qvod oculis cernitur separari ac secedere. *Plotinus* negat necesse esse ut anima corporis passionibus afficiatur, nam nec artificem ea qvæ instrumentis suis

2011 Ministerio de Cultura

τὰ πάθη τῦ σώματ☉. Ἐπεὶ μηδὲ τεχνίτης τὰ πάθη τῶν ὀργάνων ὑποδέξαιτ' ἂν ποτέ. αἰσθήσει δὲ χρῆσθαι φησὶν ἀναγκαῖον, τὸ γὰρ διὰ σώματ☉ ἐνεργῦν, ἔχει τὴν αἴσθησιν, ἵνα δι αὐτῆς γινώσκῃ τὰ ἔξωθεν. Εἰ ῦν ἡ ψυχὴ ἀσώματ☉, τὰ πάθη τῦ σώματ☉ ὐ διαβήσεται ἐπ' αὐτήν. Εἰ δὲ καὶ ἔρχεται, ὐκ εἰς τὴν ὐσίαν αὐτῆς ἔρχεται, ἀλλ' εἰς τὰς δυνάμεις καὶ τὰς ἐνεργείας.

κθ. Περὶ ψυχῆς.

Μίγνυται τὰ μιγνύμενα ἢ κιρνάμενα ἀλλήλοις ὥσπερ τὰ ὑγρὰ, ἢ διαπλεκόμενα ὥσπερ ὅτε ἀὴρ καὶ τὸ φῶς. εἰ δὲ ἐφάπτοι τὸ μόνον, τῇ μὲν ὐσίᾳ κεχώρισται, ταῖς δὲ ἐνεργείαις μέμικται. Καὶ Ἀριστοτέλης διὰ τῦτο τὴν ψυχὴν ποιεῖ διττὴν, τὴν μὲν κεχωρισμένην, τὴν δὲ ἐν σώματι τὴν ὑπόστασιν ἔχουσαν. πλὴν ὐχ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος ἢ ἐν τῷ σώματι ὅσα εἴπερ κέκραται τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ ἔμψυχον σῶμα. Τὸ γὰρ σῶμα διὰ τὴν ψυχὴν ἀθητικὸν γέγονε, καὶ ὀρεκτικὸν καὶ τῶν ἄλλων παθῶν δεκτικόν. Πλάτων δὲ τὴν ἀληθινὴν ὐσίαν τῆς ψυχῆς ἑαυτῆς φησιν εἶναι. Τὸ γὰρ ἐν ἄλλῳ τὴν ὑπόστασιν ἔχον εἶδ☉, ποιότητα ὐσιώδη καλεῖ, ἀλλ' ὐκ ὐσίαν.

λ. Περὶ ψυχῆς.

Διαφόρως ὁρίζεται τὴν ψυχὴν ὁ Φυσικὸς καὶ διαλεκτικὸς, ὁ μὲν γὰρ Φυσικὸς ἀντιλαμβάνεται τῆς ψυχικῆς ὐσίας, καθόσον ἐσὶ σωμάτων ἀχώρισ☉. ὁ γῦν Φυσιολόγ☉ ἐπισημονικὸς ὢν, καὶ γὰρ ἀχώρισον εἴσεται καὶ ὅπως ἀχώρισον. Ὁ δὲ διαλεκτικὸς καὶ τὺς ὐσιώδεις λόγυς καθ' ἑαυτὺς ὄντας ἐπινοεῖ. ὁ δὲ μαθηματικὸς ἐξ ἀφαιρέσεως τύτων ἐπισκέπτεται, ὁ δὲ πρῶτ☉ Φιλόσοφ☉ περὶ τῆς χωρισικῆς ζωῆς τῆς ψυχῆς πραγματεύεται. Δεῖ δὲ ζητεῖν πότερον ὐσία ἡ ψυχὴ ἢ ὔ. Καὶ ἡ ὐσία δυνάμει, ἢ ἐνεργείᾳ. Καὶ σῶμα ἢ ἀσώματ☉, ἢ ἀμφωτρόπον τινά, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων τῇ ψυχῇ τὴν ὐσίαν αὐτῆς ἐννοεῖν. ἡ δὲ λογικὴ ἡμῶν ζωὴ ἣν προσαγορεύει νῦν Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα νεύσει χωριστήτε ἅμα ἐσὶ καὶ ἀχώρισ☉.

λά Περὶ ψυχῆς.

Ψυχὴ ἑαυτὴν γνῦσα, καὶ ὅτι θεῖον ἔχει ἀξίωμα, πόρρω μὲν τῆς φύσεως ἵσαται. πάντων δὲ τῶν σπερμάτων προέχει. πολὺ δέ τι τύτων πρότερον πάντων σωμάτων κεχώρισται, καὶ ἐφ' ἑαυτῇ ἕδρᾳ ἄνω πῦ καθημένη τῶν φυσικῶν λόγων καὶ τῶν σπερματικῶν, εἰπεῖν δὲ καὶ αὐτῦ τῦ παντός. ὐ γὰρ ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων

2011 Ministerio de Cultura

contingunt unqvam perſentiſcere. Neceſſario autem uti ſenſibus animam. Nam ut per corpus operetur, ſenſum habere auxiliatorem, ut per illum externa cognoſcat. Qvandoqvidem igitur incorporalis anima eſt, paſſiones corporis ad eam non pertingent, qvod ſi pertingant non eſſentiam ejus afficient, verùm facultates & operationes.

29. *De anima 3.*

Qvæ miſcentur, vel ita miſcentur inter ſe, ut confundantur, qvemadmodum humores: vel ut modo implicentur mutuo ac permeent, uti aër & lux, ſi qvis qvæ ſingula conſideret, illa qvoad eſſentiam diſtincta, operationibus permixta deprehendet. Hinc Ariſtoteles duplicem ponit animam, aliam ſeparatam, aliam qvæ in corpore ſubſiſtit. At non ſentit anima ſe corpori eſſe permixtam, ſed corpus animatum. Corpus enim animæ beneficio habet qvod ſentit appetitqve, atqve aliarum eſt affectionum particeps. Itaqve Plato ſtatuit ipſi animæ eſſe veram propriamqve ſubſtantiam, qvæenim in alio ſubſiſtit forma, ab eodem qvalitas eſſentialis, non ſubſtantia appellatur.

30. *Adhuc de anima 3.*

Aliter Phyſicus aliter Dialecticus animam definiunt; Phyſicus animæ ſubſtantiam conſiderat qvatenus non eſt à corpore ſeparata. Naturæ ſiqvidem ſcientiam profeſſus, ſpectabit animam haud ſejunctam â corpore, & qvatenus haud ſejuncta eſt. Dialecticus vero etiam rationes eſſentiæ illius in ſe ſpectatas expendit, & Mathematicus abſtracta à corpore contemplatur: Sed primus Philoſophus de ſeparabilitate vitæ ab anima eſt ſollicitus. Qværere nimirum oportet num ſubſtantia ſit anima nec ne, & potentiane an actu ſubſtantia ſit. Atqve utrum corpus ſit an incorporalis, an utrumqve? Qvodammodo etiam ex iis qvæ animæ adſunt ſubſtantiam ejus intelligere fas eſt. Cæterum vita noſtra rationabilis, qvam mentem Ariſtoteles appellat, pro ſua ad corpus inclinatione & ſeparabilis eſt & inſeparabilis.

31. *De anima 3.*

Anima qvæ ſeipſam cognoſcit & qvod divina gaudet prærogativa, longe diſtat à natura corporum, omnibusqve præſtat ſeminibus. Multo etiam ante hæc ab omnibus corporibus diſtincta eſt, atqve in propria ſede ſupra omnes naturales ac ſeminales rationes, dixerim etiam ipſius

2011 Ministerio de Cultura

ἄρρων ἀπορροίας τῷ σώματι παραγίνεται. ἔτε ἀπὸ φύσεως εἰς γένεσιν ἔρχεται, ἔτε σωματικοὶ λόγοι ταύτην εἰς τὸ σῶμα ἐξαναντίζουσιν, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπὸ Θεοῦ κάτεισιν. Ἀγνωήσασα δὲ ἑαυτὴν, καὶ ὅτι τῆς ἄνωθεν εὐγενείας ἐστὶ καὶ ἐλευθέρα καθέστηκεν, δυσπρεπῶς θητεύει τῷ σώματι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπόλυσιν. καὶ ὁ μέγας αὐτῆς ὀφθαλμὸς ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καλύμματος καταχώννυται, ἢ ἀποσβέννυται.

λβ. Εἰ μεταβάλλει ψυχὴ εἰς ἄγγελον.

Οὐ μεταβάλλει τὰ κατ' οὐσίαν ἕτερα εἴδη τῆς ζωῆς εἰς ἄλληλα. οὐ γάρ ἐστιν ὅμοια τὰ γεννητὰ καὶ μεταβλητὰ τοῖς ἀμεταβόλοις. ἀλλὰ ψυχὴ ἀγγέλου μὲν ἢ ἀρχάγγελος γενέσθαι οὐ δύναται, μιμεῖται δὲ ὅσον εἰκὸς τὰς ἐνεργείας αὐτῶν. καὶ πρὸς τὰ ὑπερέχοντα γένη ἀπεικονίζεται, ἐπεὶ καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγένηται, ἡ δὲ εἰκὼν ὁμοίωσιν ἔχει τὸ παράδειγμα. εἰ δὲ ὁμοιοῦται θεῷ, πολλῷ μᾶλλον ταῖς ὑποδεεστέραις δυνάμεσιν. Καὶ πᾶσα μὲν ψυχὴ, κατ' εἰκόνα πεποίηται Θεοῦ, οὐ πᾶσα δὲ ἔχει τὸ καθ' ὁμοίωσιν. Τὸ μὲν γὰρ κατ' εἰκόνα, δύναμίς ἐστι πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν, καὶ οἷον ἀρχή τις, ἀφορμὴ τῶν ἀγαθῶν πράξεων, καὶ οἷον σκιαγραφία τῶν ἀρετῶν. τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν ἐνεργείᾳ ἐστὶν αὐτὸ τέλος καὶ ἀπηρτισμένη εἰκών. οὐ πάντες δὲ ὁμοίως τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἔχομεν, ἀλλ' οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἔλαττον.

λγ. Εἰ ἄναρχος ἡ ψυχή.

Οὐκ ἐστὶν ἀρχὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ, οὐδὲ ἀγέννητος οὔτε ὡς ἄνευ ἑτέρας αἰτίας αὐτὴ πρὸ τῶν ἄλλων ὑπάρχουσα. Τίς δὲ ἡ αἰτία; ἀφ' ἧς πρώτης εἴρηται, παντί γε τοῦτο σαφὲς, ὡς ἡ δημιουργική, ἀρχὴ γὰρ αὐτὴ πάσης τῆς τῶν ὄντων ἀπογεννήσεως. τίς δὲ ἡ πρόοδος αὐτῆς; Καὶ πῶς προῆλθεν; ἡμεῖς μὲν οὐσιοποιοῦμεν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἐμφυσήματος ᾧ ἐνεφύσησεν εἰς τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ὁ Θεός. Ἕλληνες δὲ ποικιλώτερον περὶ τούτου διεξίασιν, ὥσπερ δὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅτι διὰ μόνην τὴν τελειότητα ἀπογεννᾷ τὰ παραγόμενα ὁ Θεός. καὶ ἵνα τὸ ξύμπαν τέλειον ἀποδείξῃ, ὁμοῦ μὲν πάντα παράγει. ἕκαστον δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν τάξιν προέισιν. Τὸ ὂν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἡ ζωὴ ἀπὸ τοῦ ὄντος. ὁ νοῦς ἀπὸ τῆς ζωῆς. ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ νοῦ. Ἐστὶ δὲν, φασὶν, ἡ ψυχὴ νοῦ γέννημα, ἄχρονος ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσα.

2011 Ministerio de Cultura

Universi collocata. Neqve enim ex defluxione siderum in corpora venit, neqve naturali sive corporali more generatur, neqve seminales rationes eam in corpus ejaculant, sed à DEo desuper descendit. Qvæ vero seipsam ignorat, neqve scit cœleste suum genus esse ac nobile, liberaqve conditione se conditam ac constitutam, illa mancipii in morem corpori inservit, libertatemqve perdit: & magnus ipsius oculus à naturali velamine obruitur aut extingvitur.

32. *Num anima in Angelum mutetur.*

Qvæ diversis per essentiam generibus vitæ prædita sunt, non inter se invicem permutantur, neqve enim mutabilia, qvæqve generantur, sunt similia illis qvæ nullam mutationem recipiunt. Anima vero Angelus qvidem vel Archangelus fieri neqvit, qvantum tamen fas est, eorum imitatur actiones, atqve præstantioribus generibus se assimilat, siqvidem & facta est ad imaginem DEI: imago porro ad similitudinem exemplum sibi habet propositum. Qvod si DEO assimilatur, multo magis iis qvæ infra DEUM sunt potestatibus. Et omnis qvidem anima ad imaginem facta est, ut vero similitudinem etiam referat, non habet omnis anima. Ad imaginem enim factam esse, significat facultatem pulchra & honesta facta edendi, & principium atqve ansam bonarum actionum, qvandamqve veluti adumbrationem virtutis. Ad similitudinem vero, effectum ipsum, & finem atqve imaginem perfectam & absolutam. Neqve vero omnes æqvaliter illud ad similitudinem habemus, sed alii magis, alii minus.

33. *Num principii expers sit anima.*

Non est ipsa sibi principium anima neqve ingenita, neqve citra aliam causam præ aliis existens. Qvæ porro prima ejus causa sit, nemini non est perspicuum, creatrix nempe illa, qvæ omnium rerum generationis est principium. Qvis vero ejus progressus, & qvomodo processit? Nos qvidem substantiam ejus repetimus ab insufflatione, qva DEUS in primum hominem illam inspiravit. Ethnici autem varia subtilitate hac de re uti etiam de aliis disputant, ajuntqve per solam perfectionem suam DEUM omnia qvæ producuntur procreare, atqve ut universum perfectum absolvat, omnia procreare simul, ita ut unumqvodqve secundum proprium ordinem procedat: Ens à seipso, Vita ab Ente, à Vita Mens, à Demiurgo sive procreatice Mente anima. Ajunt igitur animam esse progeniem Mentis sine tempore ex illa profectam.

34. *Accura-*

2011 Ministerio de Cultura

λδ. Ἀκριβέστερον περὶ ψυχικῶν δυνάμεων.

Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν φιλοσόφων, ἁπλῶς ὅτε δυνάμεις ψυχῆς ὀνομάζουσι. Χρὴ δὲ ὅτως διαιρεῖν, ὡς εἰσὶ νοεραὶ δυνάμεις τῆς ψυχῆς, αἱ μὲν νοεραὶ, καὶ εἰς τὸν κρείττονα ἀναγόμεναι τῆς ψυχῆς τὸν ἄϋλον νοῦν. αἱ δὲ πληρούμεναι αὐτοῦ τοῦ νοῦ τὴν ψυχὴν, ὅσις ἐξ ἀϊδίου αὐτῇ συνυπάρχει. αἱ δὲ ὁρίζουσαι τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ὅλας καὶ διατάττουσαι κατὰ τὴν νοερὰν νοῆσιν, αἱ δὲ διαθεσμοθετοῦσαι ὥσπερ νόμοι τινὲς ἔμψυχοι τὰ δεύτερα τῆς ζωῆς εἴδη μετὰ τὸν νοῦν. καὶ αἱ μὲν ἀγαθοειδεῖς, αἱ δὲ τῷ καλῷ ἀποσεμνυνόμεναι. Ἰάμβλιχος δὲ ὁ φιλόσοφος περιττότερος ὢν δέοντος ὧν, καταγει τὴν λογικὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἄχρι τῆς γῆς, καὶ ἐν ἑκάστῃ μερίδι τοῦ παντὸς ἀπλάττει τὰς δυνάμεις αὐτῆς, καὶ ἄλλας μὲν αὐτῆς ἐν οὐρανῷ τίθεται, ἄλλας δὲ ἐν τοῖς στοιχείοις, ἄλλας δὲ ἐν τῷ παχεῖ σώματι.

λε. Πῶς ὁ Πλάτων γεννητὴν ὁμοῦ τὴν ψυχὴν καὶ ἀθάνατον ἀποφαίνεται.

Ἀγέννητον μὲν τὴν ψυχὴν ὁ Πλάτων οἴεται διὰ ἣν ἔχει οὐσίαν καὶ ζωήν, οὐ γὰρ ὑπὸ χρόνον, οὐδὲ μὴ ὄντα, φησὶ, γεγένηται. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔχει ἄπειρον τοῦ εἶναι δύναμιν, ἀλλ' ἀεὶ δέχεται ταύτην ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων οὐσιῶν, κατὰ τοῦτο γενητὴν δογματίζει. τὸ μὲν γὰρ ὂν ἀγένητον. πᾶν δὲ τὸ γινόμενον γενητόν. ἀεὶ μὲν ὂν ἔστιν ἡ ψυχὴ κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν ζωὴν, καὶ διὰ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἀιώνιος. γινομένη δὲ ὡς μὴ δυναμένη δέξασθαι τὴν ἀπειρίαν τοῦ εἶναι, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπειρομένη, καὶ ἐπινοουμένην αὐτῇ τὴν ἀθανασίαν ἔχουσα. οὐ γὰρ ἐπὶ σωμάτων μόνων ἡ γένεσις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ψυχῶν, καθόσον αὐταὶ χρόνου μετέχουσι. πᾶσα γὰρ μεταβατικὴ κίνησις συνεζευγμένον ἔχει τὸν χρόνον. ὁ γάρ τοι Πλάτων πρὸ τῆς ψυχῆς τοὺς νοῦς ἔτι τοὺς ἐγκοσμίους καὶ τοὺς ἀσχέτους, καὶ τὸν θεῖον διάκοσμον τίθησιν.

λς. Τίς ἡ Πλατωνικὴ ψυχογονία.

Τῆς ψυχῆς ἄλλη μὲν ἡ οὐσία, ἄλλη δὲ ἡ δύναμις, ἄλλη δὲ ἡ ἐνέργεια. τῆς οὖν ψυχογονίας τρία πρόσωπα ταῦτα καὶ κεφάλαια. καὶ ἄλλη μὲν αὐτῇ ἡ ὕπαρξις, ἄλλη δὲ ἡ ἁρμονία, ἄλλο δὲ τὸ εἶδος τὸ ἐκ τούτων ἀποτελούμενον. Καὶ γὰρ τοῦ πυρὸς ἄλλη μὲν ἡ οὐσία, καθ' ἣν ἐστιν, ἄλλη δὲ ἡ δύναμις, ἄλλη δὲ ἡ ἐνέργεια, καθ' ἣν τὰ μὲν ξηραίνει, τὰ δὲ θερμαίνει. Καὶ ἡ μὲν ὕπαρξις τὸ εἶναι αὐτῇ ἀφορίζεται, ἡ δὲ ἁρμονία τὸ οὐσιῶδες αὐτῆς πλῆθος ἁρμόζει. εἶδος δὲ ἐστὶ τὸ ἐκ τούτοιν τοῖν δυοῖν ἀποτελούμενον. πρώτη μὲν οὖν αὐτῆς ὕπαρξις. δευτέρα

2011 Ministerio de Cultura

34. *Accuratius de Animæ facultatibus.*

Multi Philoſophorum ſimpliciter ne qvidem facultates animæ appellant. Fas vero eſt ita diſtingvere, qvod mentales animæ facultates ſunt, ſive qvæ utpote mentales mentem animæ immaterialem adducunt ad præſtantiora, ſive qvæ animam mente qvæ ab æterno illi coëxiſtit replent, ſive qvæ determinant animæ facultates integras & ſecundum mentalem intellectum disponunt, ſive tanqvam leges qvædam animatæ dirigunt ſecundas vitæ poſt mentem ſpecies, atq; boni honeſtive ſtudio ſunt exornatæ. *Jamblichus* vero Philoſophus modum qvodammodo excedens animam rationalem à DEO usq; deducit in terram, & in qvalibet parte Univerſi alias ei facultates tribuit. Alias igitur ei adſcribit in cœlo, in elementis alias, alias deniqve in craſſis corporibus.

35. *Quomodo Plato ſimul docet animam & genitam eſſe & immortalem?*

Ingenitam eqvidem *Plato* animam opinatur ratione eſſentiæ qva gaudet & vitæ, non enim in tempore & poſtqvam non extitiſſet factam eſſe affirmat. Qvatenus autem non habet infinitam eſſendi facultatem, ſed eam ſemper à ſuperioribus eſſentiis accipit, hac ratione docet eam genitam eſſe. Qvod enim * eſt, ingenitum eſt, qvicqvid vero fit, eſt genitum. Anima igitur ſempiterna eſt ratione eſſentiæ vitæqve, & juxta hanc conditionem æterna: fit autem, qvatenus infinitam eſſentiam non capit, ſed deſuper habet ut infinita ſit, & deſtinatam tenet immortalitem. Non enim corpora ſolum generantur ſed etiam animæ, prout & ipſæ temporis participes ſunt. Omnis ſiqvidem motus & mutatio tempus ſibi habet adjunctum. Nam & Plato ante animam ponit adhuc mentes intramundanas, & à corpore abſtractas, & divinam illarum ſeriem.

36. *Qvalis animarum generatio ſecundum Platonem?*

Animæ alia eſſentia, alia eſt facultas, alia operatio. Tres igitur hæ ſpecies ac tria veluti capita generationis. Alia itidem ejus eſt ſubſtantia, alia harmonia, & alia deniqve ſpecies qvæ ex his reſultat ac perficitur. Nam & ignis alia eſſentia eſt qvâ eſt, alia facultas, effectus alius qvo hæc qvidem arefacit, alia calefacit. Atqve ſubſtantia qvidem rationem eſſendi ejus determinat, harmonia vero eſſentialem ejus coaptat multitudinem, ſpecies vero ex duobus illis fit emergitqve. Pri-

* Tanqvam τὸ ἀυτοόν vel ὄντως ὄν qvod eſt per ſe ac ſemper.

2011 Ministerio de Cultura

τέρα ἡ ἁρμονία. τρίτη ἡ ἰδέα. τετάρτη ἡ δύναμις. πέμπτη ἡ ἐνέργεια, ἕκτον καὶ τελευταῖον τὸ ἐκ τούτων εἶδος.

λζ. Διὰ τί ἡ ψυχὴ μέση τῶν μεριστῶν καὶ ἀμερίστων λέγεται;

Τῶν μὲν νοητῶν ἰδιώματα ταῦτα, τὸ ὄντως ὄν, τὸ αἰώνιον, τὸ τέλειον, καὶ ἕτερα τοιαυτότροπα. Τῶν δὲ αἰσθητῶν ἕτερα ἄττα τὰ ἰδιώματα. τὸ ἔγχρονον κατὰ τὴν οὐσίαν, τὸ μεριστὸν, τὸ ἄλλα προσδεὲς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Μετὰ δὲ τούτων ἐστὶ τὸ οὐκ ὄντως ὄν, τὸ κατ' οὐσίαν μὲν αἰώνιον, κατὰ δὲ τὰς ἐνεργείας ἐν χρόνῳ, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. ἡ οὖν ψυχὴ ὅτε ὄντως ὄν ἐστιν, ὅτε οὐκ ὄντως μὴ ὄν, διὰ ταῦτα μέσην τὴν ψυχὴν φαμὲν τῶν τε αἰωνίων καὶ τῶν αἰσθητῶν, ὅτε καθαρῶς αἰωνίαν οὖσαν ὅτε μὴν ἐναργῶς αἰσθητὴν ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων μικτὴν, καὶ οἷον ἐκ τῶν ἀκροτήτων κεραννυμένην. Καὶ εἰ μὲν ἦν ὄντως ὄν, ἦν ἂν ἀμέριστος, εἰ δὲ ὄντως μὴ ὄν, ἦν ἂν μεριστή. Ἐπεὶ δ' μὴ ὄντως ὄν ἐστι, μέση ἐστὶν ἀμερίστου καὶ μεριστοῦ.

λη. Ποίαν ψυχὴν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ γεννᾷ;

Τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν ὁ Πλάτων κατὰ τὸν Φιλόσοφον Πρόκλον ἐν τῇ τοῦ Τιμαίου βίβλῳ γεννᾷ, καὶ αὕτη γὰρ τὸ ἀμέριστον ἔχει καὶ τὸ μεριστόν. Καὶ μέση ἐστὶ τοῦτε ἐγκοσμίου νοῦ, καὶ τοῖς περὶ τοῖς σώμασι μεριστῆς οὐσίας. ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς οἱ τῷ Ἀποστολικῷ λόγῳ ἑπόμενοι ἀρχάς τινας καὶ δυνάμεις, καὶ κυριότητας καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἢ μείζονα ἢ ἐλάττονα μέσον ἡμῶν καὶ θεοῦ τιθέαμεν, οὕτω δὴ καὶ τῶν ἑλλήνων οἱ δῆθα σοφώτεροι ἑνάδα τινὰ ἐξηρημένην ἐδογμάτισαν, καὶ μετὰ ταῦτα ὄντα, καὶ ζῶντα καὶ νοῦντα τινά, εἶτα ὑπερκοσμίους νοῦς, καὶ αὖθις ἐγκοσμίους. καὶ μετὰ τούτους τὴν ὅλην ψυχήν. Καὶ μετὰ ταύτην τὴν τοῦ παντός. καὶ τέλος τὰς μερικάς. καὶ τὸν ψυχικὸν ἐν ταύτῃ συμπληροῦσι διάκοσμον.

λθ Πόσαι αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις καὶ τίνες;

Τῆς ψυχῆς ἡ μὲν ἀντιληπτική τίς ἐστι δύναμις, καθ' ἣν τῶν ὄντων ἀντιλαμβάνεται, ἡ δὲ παθητική, καθ' ἣν διατίθεται οἰκείως καὶ ἀλλοτρίως, ἡ δὲ πρακτική, καθ' ἣν πρὸς τὰς πράξεις ἐκουσίως ὁρμᾷ. καὶ τῶν δυνάμεων τούτων ἄλλαι μὲν ἀπόλυτοί εἰσι καὶ μόνης τῆς ψυχῆς, ἄλλαι δὲ τῆς ψυ-

χῆς

2011 Ministerio de Cultura

ma igitur eſt animæ ſubſtantia, altera, Harmonia: tertia idea, qvarta facultas, qvinta operatio, ſexta deniqve & ultima qvæ ex his reſultat forma ac ſpecies.

37. *Quare anima media ſit inter partibilia atqve impartibilia.*

Intelligibilium rerum proprietates hujuscemodi ſunt: ut ſit vere ens, æternum, perfectum, atqve alia conſimilia. At ſenſibilium aliæ variæ ſunt proprietates, veluti qvod ſecundum eſſentiam ſuam ſint in tempore, partibilia, & alterius indigentia, & plura hujus generis. His ſuccedit qvod non vere ens eſt, ſed eſſentia qvidem eſt æternum, operationum vero reſpectu habet ut ſit in tempore, & qvæ his ſunt conſentanea. Atq; ita Anima neqve vere ens eſt, neq; vere non ens, ideo mediam illam eſſe dicimus inter æterna & ſenſibilia, utpote non pure exiſtentem æternam, nec omnino ſenſibilem, ſed ex utrisqve mixtam, ac veluti ex duobus extremis temperatam. Qvod ſi vere ens eſſet, impartibilis eſſet, ſi contra vere eſſet non ens, eſſet partibilis. Qvandoqvidem autem non vere ens, media eſt inter impartibilem partibilemqve.

38. *De cujus animæ generatione agit in Timæo Plato?*

De generatione Animæ Univerſi Plato in Timæo tractat, ut videtur Philoſopho *Proclo*: illa enim habet ut & indiviſibilis ſit & diviſibilis, media nempe exiſtens inter mentem Mundi & diviſibilem per corpora ſubſtantiam. Qvemadmodum enim nos Apoſtolico ſermoni habentes fidem, Principatus qvosdam ac Poteſtates, & Dominationes & alia ejusmodi ſive majora ſive minora, DEUM inter & nosmet ponimus, ſic & ſapientiſſimi qviqve Græcorum Unitatem eximiam qvandam ſtatuerunt, poſtqve hanc entia, & viventia atqve intelligentia nonnulla, deinde ſupramundanas & intramundanas Mentes, & poſt has animam omnimodam, atqve deinceps animam univerſi, & deniqve particulares animas. Sic ordo & ſeries animarum illis completur.

39. *Quot & quænam ſint Animæ facultates?*

Animæ alia facultas eſt perceptrix, per qvam res percipit, alia paſſiva, qva vel congruenter naturæ ſuæ vel injucundo modo afficitur, alia activa, qva ſponte fertur ad actiones. Harum facultatum aliæ ſunt abſolutæ & ad ſolam pertinent animam, aliæ etiam lucidis animæ inſunt corporibus, aliæ pariter in ſpiritu materiali exiſtunt, poſtremæ

2011 Ministerio de Cultura

χῆς καὶ αὐγοειδέσιν ἐποχῦνται σώμασι, τινὲς δὲ πνεύματι ἐνύλῳ συνυφεσήκασιν, αἱ δὲ τελευταῖαι εἰς τὸ ὀστρεῶδες σῶμα ἀποτελευτῶσιν. ἡ δὲ φανταστικὴ δύναμις, πρὸς πάσας τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς παραπέφυκε, καὶ οἷον ἐκμάττεται ταύτην, καὶ ταῖς μὲν κρείττοσι τὰς ὑποδεεστέρας ἀποτυποῖ, ταῖς δὲ ὑποδεεστέραις τὰς κρείττονας. ἀποτυπουμένη γὰρ τὰς νοερὰς δυνάμεις τῇ διανοίᾳ ταύτας ἐπισφραγίζεται, καὶ αὖθις ἀποματτομένη τὰ διανοήματα, τῷ νῷ ταῦτα ἐγκατατίθεται.

μ. Τί ἐστι Φύσις;

Φύσις ἐστὶ δύναμις, ὀφθαλμοῖς μὲν ἀθέατος, νῷ δὲ θεωρητή, τοῖς σώμασιν ἐγκατεσπαρμένη παρὰ θεοῦ, ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἠρεμίας. αὐτὴ γάρ ἐστιν ἡ κινοῦσα τὰ φυσικὰ σώματα, καὶ αὖθις ἠρεμεῖν ποιοῦσα. Πάντα γὰρ τὰ σώματα, οἷον τὰ στοιχεῖα καὶ τὰ ἐκ τούτων συγκείμενα, εἰ καὶ ὑπὸ θεοῦ καὶ τὴν κίνησιν καὶ τὴν ἡσυχίαν ἔχει, ἀλλὰ προσεχῶς ὑπὸ φύσεως κινεῖται. Πολλὰ μὲν γάρ εἰσι τὰ κινοῦντα τὰ σώματα, πρῶτον ὁ Θεὸς, εἶτα ὁ νοῦς, εἶτα ἡ ψυχή. ἀλλὰ τελευταῖον ἡ Φύσις, οἷον ὄργανόν ἐστι τοῦ Θεοῦ. τὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον καὶ τὰ ἄλογα ζῶα κινεῖ καὶ ἡ ψυχὴ καὶ ἡ Φύσις. τὰ δὲ σώματα καὶ τὰ ἁπλᾶ καὶ τὰ σύνθετα, μόνη ἡ Φύσις κινεῖ, καὶ πάλιν ἵστησι τῆς κινήσεως.

μα. Τίς ἡ διαίρεσις τῶν κοινῶν ἐνεργειῶν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα;

Τῶν ἐνεργειῶν αἱ μὲν ἄρχονται ἀπὸ ψυχῆς ὥσπερ αἱ κρείττους καὶ προέχουσαι. αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνεγείρονται, ὅταν διψῇ μὲν ἡ πεινῇ ἢ ῥιγῇ, ἢ τινος ἄλλου τοιούτου δέηται. ἡ ψυχὴ δὲ τὸ ἐνδεὲς πορίζει τὰ ἐλλείποντα τῷ σώματι. Πάλιν τοίνυν τὰ μὲν τοῦ σώματός ἐστι παθήματα δι' αὐτὴν, ὥσπερ τὸ ἐρυθριᾶν. διότι ἡ ψυχὴ αἰσχρόν τι ἔκρινε. τὰ δὲ τῆς ψυχῆς διὰ τὸ σῶμα, ὥσπερ αἱ ἡδοναὶ ἢ αἱ λύπαι διὰ τὴν τοῦ σώματος γένεσιν περὶ τὴν ψυχὴν διαβαίνουσιν. τὰ δὲ ἐπεὶ κοινωνεῖ ἐξ ἴσου, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ φέρεσθαι κατὰ τόπον. τὸ μὲν γὰρ διαμείβειν τόπον ἴδιόν ἐστι σώματος. Τὸ δὲ κινεῖν κατὰ τὴν Φυράν, ψυχῆς ὑπάρχει ἐνέργεια.

μβ. Πότε ἡ ψυχὴ τῷ κυκμένῳ ἕνεται σώματι;

Ὁ μὲν τὴν θεολογίαν μέγας Γρηγόριος ἀσαφής ἐστι περὶ τοῦτο τὸ μέρος, καὶ οὐκ ἂν ῥαδίως αὐτὸν εὕροις ταύτῃ ἢ ἐκείνῃ προσκείμενον τῶν δοξῶν. ὁ δὲ θεῖος Γρηγόριος ὁ Νυσσεὺς, καὶ ὁ πολὺς τὴν ὁμολογίαν καὶ τὴν φιλοσοφίαν Μάξιμος ἔτε πρεσβυτέραν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος, ἔτε μεταγενεστέραν τιθέασιν, ἀλλ' ὁμοῦ τῇ καταβολῇ τοῦ σπέρματος ἐπιτηδείαν πρὸς ὑποδοχὴν ψυ-

χῆς

2011 Ministerio de Cultura

pertingunt ad ipſam teſtam usqve craſſi corporis. Omnibus autem animæ facultatibus ſuperaddit, eſt facultas imaginatrix, qvæ veluti exprimit illas ac conſignat, & præſtantioribus deteriorès & deterioribus præſtantiores delineat ac deſcribit. Intelligibiles enim facultates cum effingit, cogitationi illas imprimit, & viciſſim cum efformat cogitationes, imponit eas menti.

40. *Quid eſt Natura?*

Natura eſt facultas non oculorum conſpicienda acie, ſed mente contemplanda, corporibus inſeminata à Deo, motus qvietisqve principium. Natura qvippe eſt qvæ corpora naturalia movet, iterumque facit quieſcere. Corpora enim qvælibet, ut elementa & qvæ ex his compoſita ſunt, licet à Deo motum & quietem habent, tamen proxime à natura moventur. Plura enim ſunt quæ corpus movent, Deus primum, tum mens, deinde anima, denique Natura tanquam Dei inſtrumentum. Hominem etenim & brutas animantes anima & natura movet. Corpora tum ſimplicia tum compoſita à ſola moventur natura, qvæ iterum qvoqve motum eorundem ſiſtit.

41. *Quomodo diſtingvuntur communes operationes Animæ & Corporis?*

Operationum aliæ principium habent ab anima, ut potiores & præſtantiores: aliæ à corpore excitantur, qvando ſitit, vel eſurit aut friget, aut alia ejusmodi re indiget, unde anima ipſi deſiderata ſuppeditat. Viciſſim corpus paſſiones ſentit animæ cauſa, ut erubeſcit, qvando anima aliqvid turpe judicavit. Anima itidem afficitur propter corpus, itaq; voluptates ac dolores ex corporis conditione in animam penetrant. De aliis operationibus ex æqvo participant utraqve, ut qvando de loco in locum homo movetur. Nam mutare locum, corpori proprium eſt, ſed movere & impellere, animæ eſt operatio.

42. *Quando anima naſcenti corpori unitur?*

Magnus Theologus *Gregorius* hac in parte obſcurus eſt, nec facile eum deprehendas huic vel illi opinioni ad hærere. At enim divinus *Gregorius Nyſſenus*, & *Maximus* inſignis ille Confeſſor ac Philoſophus animam nec antiqviorem corpore, nec poſt genitam ſtatuunt, ſed ſimul cum dejectione ſeminis ad animam ſuſcipiendam apti, eandem ſubſiſtere affirmant. Ethnicorum autem eximii poſt per-

2011 Ministerio de Cultura

χῆς τυγχάνοντ@ , ταύτην ὑφισάνσι. τῶν δὲ ἑλλήνων οἱ πρόκριτοι , μετὰ τὴν τελείωσιν τ῀ Φυσικ῀ ὀργάν῀ κ῀ τὴν ἀποκύησιν τ῀τ῀ , ἐνσπείρσι ταύτην τῷ σώματι, πλὴν ὅτε μὲν ἔσωθεν ἢ κατερριζωμένον τὸ ἔμβρυον , τὴν φυσικὴν ψυχὴν τ῀τῳ διδάσιν, ἐξελθόντι δὲ τὴν λογικὴν, κ@ὶ προϊόντι τὴν νοεράν.

μγ. Πῶς ἑν῀ται τῷ σώματι ἡ ψυχή;

Εἰσκρίνεται τῷ σώματι ἡ ψυχὴ ὥσπερ ἡ ἀναλογὴ τ῀ ἡλί῀ πάντα ἀθρόως ἐμπίμπλησι τ῀ Φωτός. Καὶ γὰρ κ῀ αὐτὴ ἀθρόως ἐξάπλει τὸ σῶμα εἰς τὴν ζωὴν , κ@ὶ ζωοποιεῖ , τ῀το ἐπιηδείως ἔχον πρὸς τὴν ἕνωσιν ταύτης. ὥσπερ ἂν αἱ νευραὶ αἱ συνηρμοσμέναι κ@ὶ εἰ πόρρ@ω τύχοιεν ὖσαι , συγκινοῦνται κ@ὶ ὁ καλούμεν@ φθὰς δέχεται τ῀ πυρὸς τὴν δύναμιν τ῀ μεταξὺ ἀέρ@ μὴ πυρ῀μένου , ὅτω δὴ κ@ὶ τὸ σῶμα ἀθρόως ἐλλάμπεται ὑπὸ τῆς ψυχῆς, κ@ὶ ὰ δεῖ τῆς ἀμερίστ῀ ζωῆς κ@ὶ δυνάμεως διηρημένας ἐπινοεῖν τὰς ἐλλάμψεις, ἢ τὰς μετοχάς. ἀπεικαστέον δὲ αὐτὴν τῇ τ῀ ὄντ@ μετοχῇ εἰς τὸ γινόμενον, ὥσπερ γὰρ τὸ ὂν ἀχρόνως τῷ γινομένῳ πάρεσιν , ὕλως κ@ὶ αὐτὴ ἀχρόνως πάρεσι τῷ σώματι.

μδ. Περὶ ἀλόγ῀ ψυχῆς.

Ἐν τέσσαρσι τούτοις παρ' ἕλλησιν οἱ Φιλοσοφίσαντες τὴν ἄλογον ψυχὴν ἀφορίζ῀σιν , ἐν τῇ ὀρεκτικῇ , καθ' ἣν ἡδονῆς κ@ὶ λύπης μετέχομεν. Ἐν τῇ δοξαστικῇ , ἥτις τὰς μέσ῀ς λόγ῀ς κ῀ μεταξὺ τῶν ἀϊδήτων εἰδῶνι κ@ὶ τῶν ἀΰλων κ@ὶ καθαρῶν λόγων ἀφώρισται. ἐν τῇ αἰσθητικῇ. ἥτις πρὸς τὰ ἐκτὸς εἴδη ὡμοίωται, κ@ὶ προαισθάνεται τὰ ἔξωθεν σωτήρια κ@ὶ ὀλέθρια. ἐν τῇ Φυσικῇ , ἥτις ἔστι κυρίως γενεσιουργὸς , κ@ὶ συμπλέκεται προσεχῶς τοῖς σώμασι , γεννᾶται αὐτὰ κ@ὶ αὔξει κ@ὶ διοικεῖ κ@ὶ κινεῖται. ἐκ τ῀των δὴ τῶν τεσσάρων τὴν ἄλογον ψυχὴν ἔνιοι τῶν Φιλοσόφων ὑσιώσαντες ἐγκεντρίζ῀σιν οἷον τῇ λογικῇ ψυχῇ , κ@ὶ τῷ σώματι συνεισάγ῀σι. τὴν δὲ ἄλογον οἰκονομεῖν τὰ σώματα ἐπιτρέπ῀σιν.

με. Τίς ἡ βούλησις κ@ὶ τίς ὁ πρακτικὸς λογισμός.

Ἡ βούλησις περὶ τὸ λογιστικὸν μόριον ἐστὶ τῆς ψυχῆς. κινεῖ μὲν γὰρ τὴν ὄρεξιν πρὸς τὸ ἐφετὸν , ἐπεὶ δὲ τ῀τ῀ ὐκ ἄνευ λογισμ῀ προαιρούμεθα , ἡ κατ' αὐτὸ ἐνέργεια βουλευτικὴ ὁρμὴ ὠνομάσθη , ἑτέρα ὖσα τ῀ λογισμ῀· πρακτικὸς δὲ ἐστὶ λογισμὸς , ἡ μετὰ τὴν ὄρεξιν τ῀ ἐφετ῀ μετὰ λογισμ῀ πρᾶξις τ῀

2011 Ministerio de Cultura

fectum naturale inſtrumentum ſive corpus prognatumq;, animam illi ajunt ingenerari. Et qvamdiu uteri qvidem adhuc radicibus embryo adfixus hæret, naturalem illi animam tribuunt, egredienti autem rationalem, & procedente tempore intelligentem.

43. *Quomodo Anima unitur Corpori?*

Inſinuat ſe corpori anima ſicut ſol oriens momento omnia luce complet: nam ſic & anima corpus ſtatim accendit ad vitam & vivificat, qvo ipſo & illud indiget, ut cum ea uniri poſſit. Sicut porro nervi, longius etiam ſi abſunt, una moventur, & ſicut Naphtha quam vocant tranſilientis ignis vim concipit, medio aëre non inflammato, ſic & corpus ab anima totum ſtatim illuminatur, neqve oportet indiviſibilis vitæ & facultatis diviſas illuminationes vel participationes comminiſci. Conferri autem hæc poteſt cum participatione * entis qvæ in re fluxa obſervatur. Qvemadmodum rei fluxæ enim ens adeſt ſine tempore, ſic & anima ſine tempore adeſt corpori.

44. *De anima irrationabili.*

Quatuor hiſce Græcorum Philoſophi animam irrationabilem definiunt, *appetitu*, qvo voluptatis ſumus ac doloris participes, *opinione* qvæ medias deſignat rationes inter ſpecies ſenſiles, & puras atqve à materia abſtractas rationes: *ſentiendi facultate*, qvæ externis ſpeciebus aſſimilatur, ac præſentit externa, ſalutariane ſint an exitioſa: *natura* deniqve, qvæ proprie eſt cauſa generationis & proxime corporibus adhæret, generatqve illa & facit ut creſcant, gubernatq; ac dirigit. Hisce quatuor rebus nonnulli Philoſophorum eſſentiam animæ irrationabilis conſiſtere ſtatuunt, ac veluti inſititiam eſſe rationali animæ corporiqve ſimul inductam: huic qvoqve irrationabili animæ injungunt munus adminiſtrandi corporis.

45. *Quid voluntas & ratiocinium practicum?*

Voluntas ad ratiocinatoriam animæ partem pertinet, movet enim appetitum in rem deſiderabilem, qvamqvia non ſine ratiocinio deligimus, hæc actio impetus voluntatis appellatur, qui à ratiocinio ipſo eſt diverſus. Eſt autem ratiocinium practicum, poſt appetitum rei

* Intellige ut ſupra τὸ ὄντως ὄν, ens æternum ac ſtabile: cui opponitur τὸ γινόμενον quod fit & naſcitur, ac mutationibus eſt obnoxium atqve adeo Platoni negatum eſſe verum ens.

2011 Ministerio de Cultura

τε καὶ ἐνέργεια. τοῦτο δέ σοι ἔσω, ὅτι ψυχῆς ἀπολυθείσης σώματος καὶ ἔτι παρούσης ἐν τῷ σώματι οὐχ αὐτὸς ἐστι λογισμός. ἐπεὶ δὲ πᾶσι τοῖς κρείττοσιν ἀφομοιοῦται ἡ ψυχὴ Θεῷ, ἀρχαγγέλοις, ἀγγέλοις καὶ ταῖς λοιπαῖς δυνάμεσι, διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τὰ μὲν θεῖα, τὰ δὲ ἀνθρώπινα, τὰ δὲ ἐναντία, ἵνα μὴ τὰ ὀνόματα λέγω, μεταλαμβάνει γὰρ τὰς ἐνεργείας, πρὸς ἃ λαμβάνει καὶ τὴν ὁμοίωσιν.

μς. Περὶ προαιρέσεως καὶ προσοχῆς.

Μέσαι δυνάμεις εἰσὶ τῆς ψυχῆς προσοχὴ καὶ προαίρεσις. ἀλλ' ἡ μὲν προαίρεσις ἡγεῖται τῶν πράξεων, ἔχει δὲ καὶ λόγον ἐν ᾧ κρίνει τὰ καλά. καὶ ὄρεξιν τὴν ἐφιεμένην τῶν οἰκείων καὶ ἀγαθῶν, καὶ τὴν ἀναπληροῦσαν ἀεὶ τὰ ἐλλείποντα. ἀμφοτέρων ἕν τοῦ λόγου καὶ τῆς ὀρέξεως συνίσταται ἡ προαίρεσις. προσοχὴ δὲ ἐστὶ καθ' ἣν προσέχομεν τοῖς ἔργοις οἷς πράττομεν, καὶ τοῖς λόγοις οἷς λέγομεν, αὕτη γάρ ποτε μὲν τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ἀνασκοπεῖται τίνα τέ ἐστι καὶ πῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα. ποτὲ δὲ αὖ τὸ ζῶον θεωρεῖ τί πράττει καὶ πῇ παραβαίνει, καὶ τί ἐλλείπει. μέσα δέ εἰσι καὶ τὰ τῶν μαθημάτων ἀσκήματα. καὶ τὰ τῶν καθαρτικῶν ἀρετῶν ἐπιτηδεύματα. μέσα δὲ λέγονται ὡς μεταξὺ κείμενα τῶν νοερῶν λόγων καὶ τῶν δοξαστικῶν.

μζ. Πότερον ἡ ψυχὴ λύεται ἀπὸ τοῦ σώματος, ἢ τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς ψυχῆς;

Ἐπὶ μὲν τοῦ φυσικοῦ θανάτου, τὸ σῶμα λύεται ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ἐπὶ δὲ τοῦ νοητοῦ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ σώματος. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἔδησε τὸ σῶμα ἐν τῇ ψυχῇ. εἰ μὲν γὰρ κατείχετο τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ψυχῆς, οὐ διαλέλυτο ἄν. ὅθεν ἐν τῷ θανάτῳ λύεται τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς ψυχῆς. ἡ δὲ ψυχὴ ἔδησεν ἑαυτὴν τῷ σώματι διὰ τῶν παθῶν. ἡ οὖν ψυχὴ ἑαυτὴν λύει ἀπὸ τοῦ σώματος. καὶ ἡ μὲν ψυχὴ μέση ἐστὶ τῆς ἀμερίστου καὶ τῆς μεριστῆς οὐσίας. ὅτε γὰρ καθαρῶς ἐστιν ἀμέριστος ὁ νοῦς, ὅτε πάντη ἀμερής, τὸ σῶμα δὲ πάντη μεριστόν. Καὶ αἱ ποιότητες καὶ τὰ ἔνυλα εἴδη περὶ τὸ σῶμα μεριστά, οὐ πάντα μὲν ἐν πᾶσιν. ἀλλ' ὁ μὲν νοῦς νοερῶς ἔχει πάντα. ἡ δὲ ψυχὴ λογικῶς. τὸ δὲ φυτὸν σπερματικῶς, τὸ δὲ σῶμα τὰ εἴδωλα ἔχει τῶν ὄντων, ὁ δὲ Θεὸς ἀνεννοήτως καὶ ὑπερουσιώς.

μη. Περὶ ἀρετῶν.

Τρεῖς τάξεις εἰσὶ τῶν ἀρετῶν. αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κοσμοῦσι τὸν ἄνθρωπον ἢ τὴν τοῦ σώματος ψυχήν, αἱ δὲ καθαίρουσι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ

2011 Ministerio de Cultura

rei deſiderabilis cum ratione ſuſcepta actio & operatio. Noris porro animæ corpore ſolutæ & corpori adhuc conjunctæ non unum idemque eſſe ratiocinium. Qvibusvis enim præſtantioribus anima ſe aſſimilat, Deo, Archangelis, Angelis & cæteris Potentatibus, unde & opera ejus jam divina, jam humana, jam contraria, ut nominibus abſtineam. Qvibus enim aſſimilat ſe, illorum & opera adſciſcit atqve imitatur.

46. *De electione & attentione.*

Mediæ ſunt animi facultates attentio & electio, ſed electio actiones dirigit, utiturqve ratione qva qvid pulchrum ſit judicat, & appetitu deſiderante ea qvæ congruentia ſibi ſunt & bona, quæ vero deficiunt, ſemper ſtudente ſupplere. Utroqve igitur electio conſtat, ratione & appetitu. Attentio autem eſt qva attendimus ad actiones qvas ſuſcipimus, & ad verba qvæ loqvimur. Hæc qvandoqve animi mores ſpeculatur, qvales ſint & qvomodo inter ſe congruant: jam animale conſiderat, & qvid illud agat, ubive peccet vel aliquid omittat. Cæterum medii generis etiam ſunt Mathemathicæ exercitationes, & purgatoriarum virtutum ſtudium, dicunturqve medii generis, qvia media hæc poſita ſunt inter intelligibiles & opinabiles rationes.

47. *Utrum corpus animâ, an anima corpore ſolvatur?*

Naturali morte corpus ab anima, ſed morte intelligibili anima ſolvitur à corpore. Natura enim corpus animæ alligavit. Jam ſi corpus ab anima teneretur, non ſolveretur. Solvitur itaqve in morte ab anima corpus. At enim anima ſe alligavit corpori per affectus, anima igitur etiam ſeipſam à corpore ſolvit ac liberat. Et anima quidem media eſt inter eſſentiam impartibilem partibilemqve, neqve enim mens pure impartibilis, neqve partium omnino expers eſt, corpus autem omnino eſt partibile. Et qvalitates ſpeciesqve materiales in corpore partibiles ſunt qvævis in qvibuslibet. Sed mens qvæcunq; habet, habet intelligibili, anima rationabili ratione, planta vero ſeminaliter. Corpus entium umbram imaginemq; refert, DEUS vero ſupra omnem intellectum & eſſentiam eſt conſtitutus.

48. *De Virtutibus.*

Tres ſunt ordines Virtutum. Aliæ exornant hominem ſive animam corpori junctam. Aliæ purgant animam à corpore, & in ſeipſam

2011 Ministerio de Cultura

ἐπιστρέφουσι πρὸς ἑαυτήν, αἵτινες καὶ καθαρτικαὶ καλοῦνται. αἱ δὲ τελείως καθαρθεῖσαι τὴν ψυχήν, ἀπασχολοῦσιν εἰς θεωρίαν τῶν νοητῶν, αἵτινες θεωρητικαὶ καὶ νοεραὶ ὀνομάζονται. Καὶ ἄλλη μὲν ἀρετὴ θεοῦ, ἄλλη δὲ ἀγγέλου, ἄλλη δὲ ἀνθρώπου. ὡς γὰρ αἱ οὐσίαι αὐτῶν διάφοροι, οὕτω καὶ αἱ ἀρεταί. Καὶ ψυχὴ μὲν κυρίως ἡ λογική ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται, τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν ψυχήν, νοῦς. τὸ δὲ μετὰ τὴν λογικὴν ψυχήν, ἄλογος ψυχή, καὶ εἴδωλον ψυχῆς. πάσας δὲ ταῖς τῶν ἀγγέλων ταξεσιν. ἡ ἀρετὴ συμπρόεισιν, ἄνωθεν ἀπὸ τῶν σεραφεὶμ ἀρχομένη. ὁ γὰρ Θεὸς καὶ ἐπέκεινα ἀρετῆς καὶ παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πάσης τελειότητος.

μθ. Περὶ ἀρετῶν.

Ἐξ εἰσὶν οἱ τῶν ἀρετῶν βαθμοί. ἔστι γὰρ ἡ μέν τις Φυσικὴ ἀρετή, ἥτις καὶ ἐν θηρίοις εὑρίσκεται. ἡ δὲ ἠθικὴ, ἣν ἔνιοι καὶ τῶν ἀπαιδεύτων ἔχουσιν. ἡ δὲ πολιτικὴ ἡ μετὰ λόγου καὶ Φρονήσεως καλορθουμένη. ἡ δὲ καθαρτικὴ, ἡ καθαίρουσα τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ παντὸς πάθους. ἡ δὲ θεωρητικὴ ἡ θεωροῦσα τὸν νοῦν. ἡ δὲ θεουργικὴ ἡ τὸ θειότατον ἡμῶν τῆς ψυχῆς ἀνεγείρουσα καὶ αὐτῷ ἑνίζουσα τῷ Θεῷ, καὶ τὴν θείαν ἐνεργοῦσα μανίαν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπέκεινα τούτων ἕτεραι ἀρεταί, αἱ μὲν οἱονεὶ παραδείγματα τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, αἱ δὲ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν. αἵτινες οὐ συμβεβηκότα εἰσὶν ὥσπερ ἐπισυμβεβήκασιν ἡμῖν αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ, ἀλλ' οὐσίαι νοεραὶ καὶ ὑπερούσιοι.

ν'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Τρεῖς εἰσιν αἱ ἀρεταὶ αἱ τελειοῦσαι τὸν ἄνθρωπον, οὐσιότης, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐνεργεῖν σπεύδουσα, οἷον ἡ ἀφοσιοῦσα τὴν ἐξ ἀνθρώπου ζωὴν τῷ Θεῷ. δεύτερον δικαιοσύνη ἡ τὴν πρόνοιαν τῶν καταδεεστέρων ποιοῦσα. Φρόνησις ἡ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν ζωὴν νοερὰν ἀπεργάζεσθαι βουλομένη. Καὶ γὰρ ἐνέμεθα κατὰ τὴν οὐσιότητα πρὸς τὸν Θεὸν τὸ εἶναι, προνοοῦμεν δὲ τῶν ἐλαττόνων κατὰ τὸ δίκαιον. γνῶσιν δὲ ἄῤῥητον ἔχομεν κατὰ τὴν Φρόνησιν. ἡ μέντοι ἠθικὴ ἀρετὴ ἀπὸ Φρονήσεως μὲν πρόεισιν, οὐ μέντοι μετὰ Φρονήσεως ἐνεργεῖ, ἀλλὰ τριβῇ χρονίῳ ἐγγίνεται. διήκει δὲ ἡ τῆς ἀρετῆς θειότης διὰ πάντων τῶν ὄντων. ἔστι γὰρ καὶ ὑπερουράνιος ἀρετὴ καὶ οὐράνιος. καὶ ὑπερκόσμιος καὶ ἐγκόσμιος καὶ νοερὰ καὶ ψυχικὴ καὶ ἀγγελικὴ καὶ ἀνθρωπικὴ. ἔστι καὶ πηγὴ ἀρετῶν, ἧς τότε καταλαμβάνομεν, ὅταν τὴν μερισὴν ἀφέντες νόησιν, τελειοτάτην σύμπασαν ἀρετὴν ἐνεργήσομεν.

2011 Ministerio de Cultura

reverti docent, vocanturqve purgatoriæ. Aliæ perfecte purgatam animam trahunt ad contemplationem intelligibilium, & dicuntur theoreticæ atq; intellectuales. Alia porro virtus est Dei, Angeli alia, alia Hominis. Ut enim essentiæ sunt diversæ, ita etiam virtutes. Atqve anima proprie est diciturqve rationabilis, & qvod supra animam est, mens est atqve intellectus. Infra animam rationabilem est irrationabilis anima, animæq; imago sive idolum. Angelorum ordinibus qvibuscunq; ab Seraphim usqve descendendo Virtutes suæ congruunt. Deus etiam supra virtutem & bonum omne atqve perfectione omni est superior.

49. *De Virtutibus.*

Sex sunt Virtutum gradus. Nam datur Virtus *Physica*, qvalis & in bestiis reperitur. Tum *Ethica*, qvæ etiam est in hominibus nulla doctrina imbutis. Atqve *Politica*, qvæ ratione & prudentia utitur ad recte agendum. *Purgatoria*, qvæ ab affectibus omnibus hominem liberat. *Theoretica* qvæ mentem contemplatur, & *Theurgica* deniqve, qvæ id qvod in anima nostra divinum maxime est excitat, & Deo ipsi unit, divinumqve in anima furorem & enthusiasmum movet. Dantur etiam supra has aliæ sublimiores virtutes, qvæ sunt cæterarum istarum exempla, qvæqve omnem substantiam supergrediuntur, neqve sunt accidentia, uti accidit nobis cæteras virtutes adesse, verùm sunt intelligibiles & supersubstantiales essentiæ.

50. *De Virtutibus.*

Tres sunt virtutes qvæ hominem perficiunt, *Sanctitas* Deo operari studens, vitamqve hominis Numini consecrans. Altera *Justitia*, qvæ inferioribus prospicere satagit. Et tertia *Prudentia*, qvæ conatur respectu nostri ipsius vitam intelligenter instituere. Unimur igitur per sanctitatem DEO & UNI, per Justitiam illis qui inferioris conditionis sunt providemus, & per prudentiam cognitione non vulgari imbuimur. Aqve Ethica virtus qvidem à prudentia ptoficiscitur, neqve tamen per prudentiam operatur, sed comparatur per usum longo tempore. Cæterum tam divina est natura virtutis, ut per omnia entia pervadat. Datur enim virtus supracœlestis, cœlestisqve, supramundialis & mundana, Mentalis & Animæ, Angelica item atqve Humana. Datur etiam fons virtutum, qvem tunc assequemur, qvando cognitione partiali missa facta, perfectissimam virtutem actu & opere exprimemus.

2011 Ministerio de Cultura

να. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ἀριστοτέλης μὲν ὁ Φιλόσοφος τέσσαρας γενικὰς ἐξαριθμεῖ ἀρετὰς. Φρόνησιν, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν καὶ σωφροσύνην. Καὶ τὴν μὲν Φρόνησιν τάττει ὑπὸ τὴν διάνοιαν, τὰς δὲ λοιπὰς τρεῖς ὑπὸ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς. καὶ ὅτε τὴν Φρόνησιν ἐν τῷ παθητικῷ μέρει κατατάττει, ὅτε τὰς τρεῖς ἀρετὰς ἐν τῇ διανοίᾳ τίθεται. Ὁ δὲ Πλάτων τέσσαρας τάξεις ἀρετῶν ποιεῖται, καὶ τὰς μὲν ὀνομάζει πολιτικὰς, ὅσαι κοσμοῦσι τὸν ἐν τῷ βίῳ πολιτευόμενον ἄνθρωπον. τὰς δὲ καθαρτικὰς, τὰς δὲ θεωρητικάς. μανικὴ δὲ ἀρετὴ λέγεται ἡ θεοφορουμένη ἢ ἐνθουσιῶσα, καὶ τὴν ψυχὴν περὶ τὸ θεῖον ἀναβακχεύουσα, καὶ οἷον ἐνθεασμοῦ πλήρης καὶ κορυβαντιάσεως γινομένη. ὁ μέν τοι Θεὸς ἀρετῆς ἐστι μείζων. οὐ μόνον τῆς ὡς ἕξεως καὶ τῆς αὐτοφυοῦς, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοαρετῆς.

νβ. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ὅτι οὐκ ἔστι μία καὶ ἡ αὐτὴ κατὰ ἀριθμὸν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοίωσις, ἀλλὰ διάφορος. ὁμοιούμεθα γὰρ αὐτῷ κατὰ τὰς πολιτικὰς ἀρετὰς, ἀλλ' ἀμυδρότερον καὶ σκιωδέστερον. ὁμοιούμεθα τούτῳ καὶ κατὰ τὰς καθαρτικὰς, ἀλλ' ἐκτυπότερον. ὁμοιούμεθα δὲ καὶ κατὰ τὰς θεωρητικὰς, ἀλλ' ἔτι λαμπρότερον. ὁμοιούμεθα καὶ κατὰ τὰς θεουργικὰς, αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τελειοτάτη ὁμοίωσις. Τὸ μὲν γὰρ καθαίρεσθαι τὰς ψυχὰς καὶ θεωρεῖν τὰ ὄντα οὐ πάνυ τι ὅμοιον τῷ Θεῷ, ἐκεῖνος γὰρ ὑπὲρ κάθαρσιν καὶ θεωρίαν ἐστί. τὸ δὲ δύνασθαι θεοποιεῖν ἄνθρωπον καὶ τῆς ὕλης ἐξάγειν, καὶ τῶν παθῶν ἀπαλλάττειν, ὥσε δύνασθαι καὶ αὐτὸν θεουργεῖν ἕτερον, τοῦτο ἔστιν ἡ τελειωτάτη ὁμοίωσις. ὁ ἐξάγων, γὰρ φησὶν ὁ Θεὸς ἐν εὐαγγελίοις, ἄξιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσει. ὁρᾷς ὅπως ἐν τῇ θεουργίᾳ τὴν ἀληθεστάτην τέθεικεν ἐξομοίωσιν. ἀλλ' ἡμεῖς ἀγαπῶμεν εἰ καὶ κοσμεῖν ἑαυτοὺς διὰ τῶν πολιτικῶν δυνάμεθα ἀρετῶν.

νγ. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Πλάτων ὁ Φιλόσοφος πρῶτον μὲν διὰ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς ἀνάγει τὸν ἄνθρωπον εἰς Θεὸν, ὡς καὶ ταύτης ἐξομοιοῦν δυναμένης τὸ Θεῖον κατὰ τὸ δυνατόν. ἀπὸ δὲ ταύτης ἀνάγει διὰ τῆς καθαρτικῆς ζωῆς εἰς τὴν θεωρίαν. ἐπειδὴ γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς διττὴν ἔχει τὴν ἐνέργειαν, τὴν καθ' ἣν ἐν θεωρίᾳ τῶν ὅλων ἐστὶ

2011 Ministerio de Cultura

§ 1. *Adhuc de Virtute.*

Atiſtoteles Philoſophus qvatuor generales numerat virtutes: Prudentiam, Juſtitiam, Fortitudinem & Temperantiam. Et prudentiam qvidem refert ad intellectum, cæteras vero tres ad paſſibilem effectibusqve obnoxiam animæ partem. Atqve ita nec prudentiam paſſibili parti tribuit, neqve cæteras tres virtutes in intellectu collocat. Plato autem qvatuor virtutum conſtituit ordines, è qvibus alias vocat politicas qvæ homini in vita verſanti poſſunt eſſe ornamento: purgatorias alias, aliasqve theoreticas. Furori autem proxima virtus à Platone dicitur qvæ Deo agitante eſt inſtincta enthuſiasmo, animamq; facit circa divina exardere & bacchari, tanqvam plena commotione divina & limphatæ ac fanaticæ inſtar. Deus porro Virtute major eſt, non modo illa qvæ eſt habitus, & qvalem natura fert hominum, ſed etiam ipſa æterna idea virtutis.

§ 2. *Adhuc de Virtute.*

Non una eademqve numero eſt ratio qva Deo aſſimilamur, ſed diverſa ac multiplex. Aſſimilamur enim ipſi per virtutes politicas, ſed exilius atqve obſcurius: aſſimilamur eidem per purgatorias virtutes, ſed expreſſius aſſimilamur: per virtutes theoreticas etiamnum ſplendidius, aſſimilamur etiam per theurgicas, atqve hæc demum perfectiſſima eſt aſſimilatio. Purgare enim animas, & entia contemplari non omnino ſimile aliqvid Dei eſt, ipſe enim purgatione & contemplatione eſt ſuperior. At poſſe ex homine facere Deum, & à materia abſtrahere, affectuumq; reddere expertem, ut poſſit & ipſe alios Numine implere, hæc perfectiſſima eſt cum illo ſimilitudo. Ait enim Deus * in Evangeliis: *qui eduxerit dignum ex indigno, qvaſi os meum erit.* Vides qvomodo Theurgia ſive virtus alios Numine implendi veriſſimam ponit cum Deo ſimilitudinem. Cæterum nobis egregii videmur, ſi modo politicis nos exornare virtutibus poſſimus.

§ 3. *Adhuc de Virtute.*

Philoſophus Plato primum per politicam virtutem hominem adducit ad Deum, qvod & illa qvodammodo poſſit divinam ſimilitudinem referre: ab hac per purgativam vitam perducit ad contemplationem. Siqvidem duplex, ut ait ille, actus in Deo eſt, unus qvatenus in con-

* Jeremiæ XV. 19. Καὶ ἐξαγάγῃς τίμιον (ἄξιον ἢ τίμιον Conſtitut. Apoſtol. II. 56.) ἀπὸ ἀναξίου, ὡς τὸ στόμα μου ἔσῃ.

2011 Ministerio de Cultura

ἐστί, πρὸ πάσης κτίσεως τὰς λόγους αὐτῶν ἐπισάμενος, τὴν δὲ, καθ' ἣν τῶν χειρόνων ποιεῖται τὴν πρόνοιαν. διὰ ταῦτα καὶ ὁ ἀνθρωπος μιμούμενος τὸν Θεὸν, ἐν μὲν ταῖς πολιτικαῖς ἀρεταῖς, ἐπιστρέφεται πρὸς τὰ τῇδε, καὶ κοσμεῖ τὰς καταδεστέρας ταῖς μετριοπάθειαν φερούσας ἀρεταῖς. Ἐν δὲ τῷ θεωρεῖν ἀναβαὶς, ὁρᾷ τὰς λόγους ἁπάντων τὰς φυσικὰς, τὰς ψυχικὰς, τὰς νοερὰς, τὰς ὑπερφυεῖς, καὶ γίνεται ὄργανον τοῦ Θεοῦ, ὁμοῦ τε πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶν, καὶ τῶν τῇδε ποιούμενος πρόνοιαν. πλὴν ἄλλως ἐνεργεῖ ταὺς τοιαύτας ἀρετὰς ἐν σώματι ὅσα ψυχὴ, ἄλλως δὲ ἀπαλλαγεῖσα τοῦ σώματος.

κδ. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ἡ μὲν οὐσία καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ἀπὸ τοῦ νοῦ πᾶσιν ἐφήκει καὶ ᾧ ὄντι, ἡ δὲ διὰ τῶν ἀρετῶν τελειότης, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ παραγίνεται. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ πρώτως ὄντος τὸ ὄν, ὅτως ἐκ τοῦ πρώτως ἀγαθοῦ τὸ ἀγαθόν. μᾶλλον δὲ ἡ οὐσία καὶ ἡ ἀρετὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ἡ μὲν οὐσία κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόοδον, ἡ γὰρ οὐσία πᾶσιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πρόεισιν. ἡ δὲ τελειότης κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιστροφήν. οὐ δύναται γὰρ τελειωθῆναι κατ' ἀρετὴν ἄνθρωπος, εἰ μὴ τὴν ἐπιστροφὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐνεργοίη. ὥσπερ γὰρ ὡς πρὸς παράδειγμα ζωγραφῶν οὐκ ἂν ἄλλως τὴν προκειμένην ἀρχητυπίαν λάβοιεν τῷ μιμήματι, εἰ μὴ συνεχῶς πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέφοι, οὕτω καὶ ὁ τὴν ἀρετὴν ἐν ἑαυτῷ σκιαγραφῶν ἢ καὶ περιχρωννὺς, οὐκ ἂν ἄλλως δυνηθείη ἐξομοιωθῆναι Θεῷ, εἰ μὴ πρὸς ἐκεῖνον διηνεκῶς ἐπιστρέφει, καὶ διὰ τοῦ ἐπισημονικοῦ λόγου, καὶ τῆς ἐκ παραδείγματος θεωρίας, ἐν ἑαυτῷ ἐξακριβώσεται τὸ πρωτότυπον.

νέ. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ὁ μὲν ἔχων τὴν θεουργικὴν ἀρετὴν θεοπάτωρ καλονομάζεται, ἐπειδὴ γὰρ θεοὺς τοὺς ἀνθρώπους ὅτος ἐργάζεται, διὰ ταῦτα Θεοπάτωρ καλεῖται. ὁ δὲ ἔχων τὴν θεωρητικὴν ἀρετὴν, θεῖος ὀνομάζεται. ὁ δὲ ἔχων τὴν καθαρτικὴν, δαιμόνιος, ὁ δὲ ἔχων τὴν πολιτικὴν, σπουδαῖος. Θεοπάτωρ δὲ καλεῖται ὁ θεουργὸς, καὶ διὰ τὸ τῆς ψυχῆς εἶναι πατὴρ, ὃν Θεὸν καλοῦμεν διὰ τὴν θεωρητικὴν ἀρετήν. Δεῖ οὖν τὸν ἀναγόμενον εἰς Θεοῦ ἐξομοίωσιν πρῶτα μὲν σπουδαῖον γενέσθαι, εἶτα δαιμονιον, εἶτα θεῖον, καὶ τέλος θεοπάτορα. ὁ μὲν οὖν δαιμόνιος καὶ ὁ σπουδαῖος μεταβληθείη ἂν καὶ εἰς κακίαν ποτὲ. ἴσως δὲ καὶ ὁ θεῖος, ἤτοι ὁ θεωρητικός. ὁ δὲ θεουργὸς ἤτοι ὁ θεοπάτωρ ὁ τῆς θείας ὅλως ἐκστάσεως γεγονὼς, οὐκ ἂν ποτε μεταθείη πρὸς τὸ ἐναντίον εἶδος τῆς ἀρετῆς, ἔξω ἑαυτοῦ ὢν, καὶ Θεὸς ἀτεχνῶς γεγονώς.

2011 Ministerio de Cultura

templatione universas ante omnem rem creatam rationes omnium novit ac perspectas habet, & alter qvo prospicit inferioribus. Propterea & homo Deum imitatus politicis virtutibus res hujus vitæ curat, atqve per virtutes affectuum moderatrices opem fert inferioribus: Contemplatione autem ascendens omnium rationes perspicit sive naturales, sive animarum, sive mentales ac supernaturales, atqve sit instrumentum Dei, ad qvem simul aciem dirigit. Et rebus hujus vitæ prospiciens anima, aliter tamen virtutem hujusmodi exercet dum in corpore est, aliterqve qvando est corporis vinculis soluta.

54. *Adhuc de Virtutibus.*

Essentia, & ipsum hoc qvod sint, à Mente omnibus datum est, & ab ente: sed virtutum perfectio à Deo proficiscitur. Sicut enim ex principali Ente ens, sic ex principali bono est bonum. Vel potius & essentia & virtus ex Deo sunt, sed essentia ratione originis (essentia enim omnibus à Deo profluxit) perfectio autem in virtute, respectu conversionis ad Deum. Neqve enim perfici virtute homo poterit, nisi ad Deum convertere se instituat. Siqvidem & pictor exemplum expressurus nunquam imitatione archetypi assequitur, nisi ad illud assidue se converterit. Sic qvi virtutem in se ipso voluerit adumbrare, aut coloribus veluti describere, non aliter Deo assimilari poterit, qvam si ad eum continenter se convertat, & scientifica ratione contemplationeqve exempli in seipso accurate meditetur prototypum.

55. *Adhuc de Virtutibus.*

Theurgicam virtutem qvi habet *Pater divinus* appellatur, qvoniam enim ex hominibus facit Deos, illo venit nomine. Qvi contemplatoria pollet virtute, hunc *divinum* vocant, uti *dæmonium* qvi purgatoria, sed qvi politica est præditus, homo *probus* dicitur. Theurgo tribuitur patris divini nomen, qvoniam veluti generat animam ejusmodi qvam contemplatoriæ virtutis causa Deum appellamus. Oportet igitur qvi per assimilationem ad Deum adduci velit, primum hominem probum fieri, deinde dæmonium, tum divinum Patrem. Ac contingere potest aliqvando, ut dæmonius & probus homo ad malitiam & vitium deflectat. Forte & divinus sive Theoreticæ virtutis compos. At Theurgus sive pater divinus & totus extra se in Deo positus, nunqvam potest ad contrariam virtuti speciem dilabi, cum totus extra se & Deus qvodammodo factus sit.

56. *Ad*

2011 Ministerio de Cultura

νς. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Τρία ταῦτα εἰσὶν ἐν ταῖς ψυχαῖς, δύναμις, πάθος, ἕξις. ἡ μὲν πάθος μέν ἐσιν, ἐπιθυμία, ὀργὴ, φόβος, φθόνος, θάρσος, χαρὰ, φιλία, μίσος, πόθος, ζῆλος, ἔλεος. Δύναμις δὲ ἐσὶ καθ' ἣν παθητικοὶ τούτων γινόμεθα, οἷον καθ' ἣν δυνατοὶ ὀργισθῆναι ἢ λυπηθῆναι ἢ ἐλεῆσαι. Ἕξις δὲ καθ' ἣν πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν καλῶς ἢ κακῶς. οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν. ὁμοίως δὲ πρὸς τὰ ἄλλα. αἱ δ' ἂν ἀρεταὶ οὔτε πάθη εἰσὶν, οὔτε δυνάμεις, ἀλλ' ἕξεις. οὐ γὰρ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι. Κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας, λεγόμεθα σπουδαῖοι καὶ φαῦλοι. Καὶ, Φοβούμεθα μὲν ἢ ὀργιζόμεθα ἀπροαιρέτως. αἱ δὲ ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. Καὶ κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς κακίας καὶ τὰς ἀρετὰς οὐ κινεῖσθαι, ἀλλὰ διακεῖσθαί πως.

νζ. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ὅτι ἡ μὲν ἀνδρεία μεσότης ἐσὶν, ὡς μὲν ὑπερβολῆς τοῦ θράσους, ὡς δὲ ἐλλείψεως τῆς δειλίας. Καὶ ἔσι περὶ φόβους καὶ θάῤῥη. τῆς δὲ σωφροσύνης, ὑπερβολὴ μὲν ἡ ἀκολασία, ἔλλειψις δὲ ἡ ἀναισθησία, λεγέσθω γὰρ οὕτως. Περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μεσότης μὲν ἡ ἐλευθεριότης, ὑπερβολὴ δὲ ἡ ἀσωτία, ἤτοι ἀφειδία τῆς χρήσεως, ἔλλειψις δὲ ἡ ἀνελευθερία ἤτοι φειδωλία. Περὶ δὲ χρημάτων, μεσότης μὲν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὑπερβολὴ δὲ ἡ ἀπειροκαλία, ἔλλειψις δὲ ἡ μικροπρέπεια. περὶ δὲ ὄρεξιν τιμῆς, ὁ μὲν ὑπερβάλλων τοῖς ὀρέξεσι, φιλότιμος, ὁ δὲ ἐλλείπων ἀφιλότιμος, ὁ δὲ μέσος, ἀνώνυμος. πολλὰ γάρ εἰσι πράγματα ὀνόματα κύριον μήπω ἐσχηκότα.

νή. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Περὶ τὴν πραότητα μεσότητα ὄσαν, ἡ μὲν ὑπερβάλλουσα κακία, ὀργιλότης, ἡ δὲ ἐλλείπουσα ἀοργησία. περὶ δὲ τὸ ἀληθὲς, ὁ μὲν μέσος ἀληθὴς, καὶ ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω, ἡ δὲ προσποίησις, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀλαζονία. καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν ἀλαζὼν, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰρωνία. καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν εἴρων. ἐπεὶ δὲ δύο ἡδύτητες εἰσὶν, ἡ μὲν ἐν παιδιᾷ, ἡ δὲ ἐν τῷ βίῳ, ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδύς ὢν, φίλος καὶ ἡ μεσότης φιλία. ὁ δὲ ὑπερβάλλων ἄνευ, κόλαξ, ὁ δὲ ἐλλείπων δύσερίς τις καὶ δύσκολος. τῆς δὲ ἐν παιδιᾷ ἡδύτητος ἡ μὲν μεσότης, εὐτραπελία, ἡ δὲ ὑπερβολὴ, βωμολοχία, ἡ δὲ ἔλλειψις ἀγροικία. καὶ ὁ μὲν αὐθήμων μέσος. ὁ δὲ ὑπερβάλλων ἀναίσχυντος. ὁ δὲ ἐλλείπων, καταπλὴξ ὁ πάντα αὐθέμενος.

2011 Ministerio de Cultura

56. Adhuc de Virtutibus.

Tria hæc animabus insunt, facultas, passio, habitus. Passiones qvidem sunt cupiditas, ira, metus, invidia, confidentia, gaudium, amor, odium, desiderium, æmulatio, misericordia. Facultas vero est qva passiones istas sentire possumus, irasci vel dolere vel misereri. Habitus deniqve, qvo bene vel male nos ad passiones gerimus, ut in ira si vehementius vel remissius justo irascimur, male agimus, atqve ita in cæteris. Virtutes itaqve nec passiones sunt nec facultates, sed habitus, non enim à passionibus dicimur boni vel pravi, sed à virtutibus ac vitiis ita nuncupamur. Ac timemur qvidem vel irascimur sine proposito, at virtutes ex proposito sunt, aut non sine proposito. A passionibus etiam moveri dicimur: A vitiis autem vel virtutibus non dicimur moveri, sed hoc vel alio modo comparati esse.

57. Adhuc de Virtutibus.

Fortitudo est mediocritas inter excessum audaciæ & defectum à timiditate, versaturqve circa timores ac fiduciam. *Temperantiæ* excessus est luxuria, defectus stupor, liceat enim hoc nomine illum appellare. Circa largitionem bonorum & acceptionem mediocritas est *Liberalitas*, excessus profusio, sive prodigalis abusus, defectus vero illiberalitas sive nimia parsimonia. In magnis opibus mediocritatem sectatur *Magnificentia*, excessus est inanimio splendore, defectus sordes. Circa honores petendos excedit ambitiosus, in defectu peccat honoris contemptor, mediocritas caret nomine, multæ enim res sunt quæ nomen proprium necdum obtinuerunt.

58. Adhuc de Virtutibus.

Circa *mansvetudinem* qvæ mediocritatem observat, excessus est iracundia, defectus lentitudo iræ expers: Circa verum mediocritatis observans est verax, & mediocritas dici potest *veracitas*, ejus autem simulatio per excessum est gloriatio, & qvi illam sectatur glorioſus: per defectum ironia, qviqve ea utitur, in oratione dissimulator. Cumqve duo svavitatis sint genera, alterum in jocis, alterum in vita, qvi ita ut par est in vita jucundum se exhibet, amicus dicitur, & mediocritas *amicitia*, qvi excedit adulator, qvi vero deficit morosus ac difficilis. Amœnitatis in jocis mediocritas est in *urbanitate*, excessus in scurrilitate, in rusticitate defectus. Mediocritatem itidem colit *pudens* homo, excedit impudens, deficit pavidus & qvi nunqvam non pudore commovetur,

2011 Ministerio de Cultura

νϑ. Τίνι διαφέρει ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον;

Ἡ μὲν ἀρχὴ οὐκ ἔχει τι πρότερον ἑαυτῆς, ὥσπερ ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος. τὸ δὲ στοιχεῖον σύνθετον ὂν καὶ συγκείμενον ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, ἀρχὴν ἔχει τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος ἔστι δὲ ἡ ὕλη πρᾶγμα ἀσώματον, ἄποιον, λόγῳ μόνῳ ἑρμηνευόμενον, αἰσθήσει δὲ μὴ ὑποκείμενον. αὕτη ἔν ἡ ὕλη ὑπὸ μορφῆς τινὸς καὶ σχήματος τυπωμένη ὅπερ ἐστὶ τὸ εἶδος σωματοῦται. καὶ πρῶτον μὲν γίνεται στοιχεῖον ἢ αἰθὴρ, ἢ πῦρ ἢ ὕδωρ, ἢ ἀὴρ, ἢ γῆ. ἔπειτα τούτων τῶν στοιχείων συμπλακέντων ἀλλήλοις γίνεται σῶμα σύνθετον, ἢ ἔμψυχον ἢ ἄψυχον. καὶ ἡ μὲν ὕλη καὶ τὸ εἶδος ἀρχοειδέστερα τῶν στοιχείων εἰσὶ τὰ δὲ στοιχεῖα τῶν ἄλλων σωμάτων στοιχειωδέστερα, ἀρχὴν δὲ λέγομεν τὴν ὕλην, οὐχ ὅτι οὐκ ἔχει ἄλλο ὑπέρτερον ἑαυτῆς, ἀλλ' ὅτι τὰ σώματα ὑπ' αὐτὴν ἀνάγεται προσεχῶς.

ξ. Περὶ τῶν ἀρχῶν, τί εἰσίν;

Ἀρχὴ τῶν ὄντων πρώτη μὲν καὶ ὑπεράρχιος ὁ Θεός. μετὰ δὲ Θεὸν πολλαὶ ἀρχαὶ τῶν φυσικῶν πραγμάτων εἰσί. Καὶ τῶν μὲν στοιχείων ἀρχαὶ ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος εἴρηται. τῶν δὲ συνθέτων σωμάτων αὐταὶ καὶ ἁπλᾶ στοιχεῖα. ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι τῶν φιλοσόφων διῃρέθησαν. Καὶ τοῖς μὲν ἔδοξεν ἀρχὴ τὸ πῦρ, διὰ τὴν δύναμιν καὶ τὸ καταναλίσκειν πάντα εἰς αὐτό. τοῖς δὲ ὁ ἀὴρ, διὰ τὴν τῶν ζώων ἀναπνοήν. τοῖς δὲ τὸ ὕδωρ διὰ τὴν γόνιμον Φύσιν. τισὶ δὲ τούτων καὶ ἡ γῆ ἀρχὴ ἔδοξε, διὰ τὸ πλείω τῶν ζώων ὑπὸ τῆς γῆς γεννᾶσθαι, καὶ εἰς αὐτὴν ἀναλύεσθαι. ἕτεροι δὲ αὐτὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀπεφήναντο. Πλάτων δὲ ἀρχὰς εἴρηκε τὸν Θεὸν, ὡς πατέρα καὶ ποιητὴν, τὴν ὕλην ὡς δεχομένην τὴν δημιουργίαν, καὶ τὴν ἰδέαν. ἰδέαν δὲ λέγει Πλάτων τὴν πρώτην ἔννοιαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄρρητον ἐκείνην Φαντασίαν καὶ ἀνατύπωσιν, καθ' ἣν τὸν κόσμον ἐδημιούργησεν.

ξά. Περὶ ὕλης.

Ὕλη ἐστὶ πρᾶγμα οἷον εἰπεῖν ἄϋλον. αἰσθήσει μὲν ἀθεώρητον, διανοίᾳ δὲ μόνῃ ληπτόν. χεῖρον πάντων τῶν ὄντων, ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀδιατύπωτον. οὐσία ἀνόσιος καὶ ὕπαρξις ἀνύπαρκτος. ἐὰν γὰρ ἀνέλῃς τυχὸν ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ποσότητας, τὰς σχέσεις, τὰς ἕξεις, τὰς τροπὰς, τὰς κινήσεις, τὰς ἀλλοιώσεις, τὰς μεταβολὰς, πᾶν ἕτερον, ὅτι ἂν τὸ καταλειπόμενον ὕλη ἐστίν. ἐὰν γὰρ

2011 Ministerio de Cultura

59. *Quomodo differunt principium atque elementum?*

Principium nihil habet ſeipſo prius, vt materia & forma: at elementum compoſitum ac coagmentatum eſt ex materia & forma, principiiqve loco habet materiam & formam. Eſt autem materia res incorporalis, expers qvalitatum, ſola ratione explicanda, ſenſibus autem minime obvia. Huic materiæ ſpecies qvædam atqve figura tanqvam forma ſua imprimitur, atqve ita fit corpus, & primo qvidem elementum, vel æther, vel ignis, vel aqva, vel aër, vel terra. Deinde coaleſcentibus hiſce elementis fit corpus compoſitum, ſive animatum ſive inanimatum. Ac materia & forma qvidem magis rationem principii habent qvam elementa, Elementa vero magis qvam alia corpora, cæterum materiam principii nomine nuncupamus, non qvod nihil habet prius ſupra ſe, ſed qvod corpora proxime ſub illa conſtituuntur.

60. *De principiis, quid ſint.*

Principium rerum primum & ſuper omnia principia poſitum eſt Deus, poſt Deum multa rerum naturalium ſunt principia. Ac elementorum principia materiam eſſe ac formam jam dictum eſt. Compoſitorum vero corporum principia ſunt ipſa ſimplicia elementa, de qvibus Philoſophi alii in diverſa abierunt. Nam qvibusdam ignis viſus eſt eſſe principium, propter efficaciam, & qvod omnia in illum conſumuntur. Aliis aër, qvoniam illum reſpirant animalia. Aliis aqva propter ſeminalem naturam. Nonnullis horum etiam terra principium viſa eſt, qvoniam plura animalia ex illa naſcuntur & in illam iterum reſolvuntur. Cæteri qvatuor iſta rerum eſſe principia ſtatuerunt. Plato principia eſſe docuit Deum, tamqvam patrem & auctorem: materiam ut qvæ creationis opus in ſe recipiat, & Ideam. Vocat autem Ideam primam conceptionem in Deo, & ineffabilem imaginationem atqve efformationem, ſecundum qvam mundum fecit ac condidit.

61. *De materia.*

Materia eſt res ut ita dicam immaterialis, qvæ ſenſu non comprehendi, ſed ſola cogitatione percipi poteſt. Omnium entium poſtremum, ſine forma, ſine ſpecie, ſine figura, eſſentia eſſentiæ expers & ſubſtantia ſine ſubſtantia. Si enim abſtrahas à corpore qvalitates, relationes, habitus, modos, motus, alterationes, mutationes, aliud quodcunqve,

2011 Ministerio de Cultura

γὰρ ἀνέλης ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν θερμότητα καὶ τὴν ξηρότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀέρος τὴν θερμότητα καὶ τὴν ὑγρότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὴν ψυχρότητα καὶ τὴν ὑγρότητα, τὸ ἔσχατον τούτων ὑπολειφθὲν, ὕλη ἐστίν.

ξβ. Περὶ αἰτιῶν.

Αἰτίας ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τέσσαρας δογματίζει. ὁ δὲ Πλάτων ἓξ. ἔστι δὲ αἰτία πρώτη μὲν ἡ ποιητική. ὥσπερ τῆς κλίνης πρῶτον αἴτιον ὁ κλινοποιὸς, ὡς ποιητὴς ταύτης. ὑλικὸν δὲ αἴτιον τῆς κλίνης τὸ ξύλον, ἄνευ γὰρ ὕλης οὐκ ἂν γένοιτο κλίνη. εἰδικὸν δὲ σχῆμα ταύτης καὶ ἡ ἰδέα. τελικὸν δὲ ἡ ἐν ταύτῃ τῶν ἀνθρώπων ἀνάπαυσις, διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν τὴν κλίνην ἐξεργαζόμεθα. Ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τὰς τέσσαρας ταύτας αἰτίας ᾔδειν. ὁ δὲ Πλάτων ἑτέρας δύο προστίθησι, τὴν ὀργανικὴν, οἷον τὸν πρίονα, ἢ τὸ τέρετρον, δι' ὧν τὴν κλίνην ποιοῦμεν. Καὶ τὸ παραδειγματικὸν, τοῦτο δὲ διττόν ἐστιν, ἡ γὰρ ἔξωθεν ἔκκειται, καὶ πρὸς εἰκόνα πᾶς τεχνίτης ποιεῖ τὸ τεχνιτευόμενον, ἡ δὲ ἐν τῇ διανοίᾳ λαμβάνει τὴν ἀναλύπωσιν.

ξγ. Περὶ σχημάτων.

Σχῆμα ἔστι ποιότης τῶν μαθηματικῶν σωμάτων ἀποπεράτωσις. μαθηματικὸν δὲ σῶμα ἐστὶν ἅπαν τὸ ἐσχηματισμένον, οἷον τὸ στρογγύλον, τὸ τρίγωνον, τὸ τετράγωνον, τὸ πενταγωνον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. τὰ τοίνυν τέσσαρα στοιχεῖα περιφερῆ δογματίζουσι. Πλάτων δὲ καὶ περιφερῆ καὶ ἐν διαφόροις πλάττει σχήμασι· τὴν μὲν γὰρ γῆν διὰ τὸ ἐυέδρασον καὶ τὸ βεβηκὸς αὐτῆς, κυβοειδῆ λέγει, ἕδρας γὰρ καὶ ὁ κύβος. τὸ δὲ πῦρ διὰ τὸ ἄνω φέρεσθαι καὶ εἰς ὀξὺ ἀπολήγειν ἀπὸ πλατείας βάσεως, πυραμοειδὲς τίθησι, καὶ τὰ πολλὰ ἑτέρως χρηματίζει. στρογγύλα δὲ ἅπλως ταῦτα τίθεται διότι ὁ οὐρανὸς κυκλοφερόμενος περιτορνεύει τὴν τούτων ἐπιφάνειαν.

ξδ. Περὶ χρωμάτων.

Χρῶμα ἐστὶν ὁρατὴ ποιότης τῆς τῶν σωμάτων ἐπιφανείας. ὁ δέ γε Πλάτων καινόν τινα τρόπον διερμηνεύει περὶ χρωμάτων. λέγει δὲ ὅτι ἡ ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων σωμάτων καὶ ἀπὸ ὁρώντων ὀμμάτων ἀπόῤῥοιαί τινες πέμπονται, αἵτινες ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ διαστήματος γενόμεναι τὰς ἰδέας τῶν χρωμάτων ποιοῦσιν. οἱ πᾶσι δὲ φασὶν ὁμοίως τὰ αὐτὰ φαίνεσθαι χρώματα, ἀλλὰ πρὸς τὰς διαφόρους κράσεις τῶν ὁρώντων καὶ ὁρωμένων τὰς χρόας μεταχρώννυσθαι, τοῖς μὲν γὰρ ἰκτεριῶσιν, ὠχρὰ τὰ ὁρώμενα φαίνεται. τοῖς δὲ τὴν κόρην ξανθὴν ἔχουσι ξανθά. τοῖς φλέ-

2011 Ministerio de Cultura

qvod remanserit materia est. Ita si ab igne v. g. abstraxeris calorem & ariditatem, ab aëre calorem & humiditatem, ab aqva frigus & humiditatem, postremum qvod supereſt materia est.

62. *De causis.*

Causas Aristoteles qvatuor tradit, Plato sex. Prima est causa *efficiens*, ut lecti prima causa est qvi eum conficit, ejusqve est auctor. *Materialis* causa lecti est lignum, sine materia enim nullus lectus perfici potest. *Formalis* est lecti figura & idea. *Finalis* deniqve, ut homines in illo qviétem capiant, ob hanc qvippe causam lectum fabricamus. Hæ sunt qvatuor causæ qvas novit Aristoteles. Illis duas alias addit Plato, *instrumentalem* ut serram & terebrum, qvorum ope lectum componimus, & *exemplarem* qvæ duplex est, vel extrinsecus proposita, ad qvam artifex qvilibet facit artis suæ opus, vel qvæ ex mente & cogitatione conformationem accipit.

63. *De figuris.*

Figura est qvalitas qva mathematicorum corporum superficies describitur. Mathematicum corpus dicitur omne figura certa præditum, ut rotundum, triangulare, qvadratum, qvinqvangulare, similia. Qvatuor porro elementa rotundæ figuræ esse tradunt. Plato & rotunda facit & diversas alias figuras illis circumponit. Nam terram ob firmam & stabilem suam naturam ait referre figuram cubi, siqvidem & cubus firmus ac stabilis est. Ignem qvoniam sursum tendit & in acutum desinit ex latiore basi, ponit esse præditum figura pyramidali, variaqve alia eum in modum disputat. Sed & rotunda eadem elementa esse statuit, qvod cœlum circumrotatione sua superficiem ipsorum veluti detornat, rotundamqve efficit.

64. *De coloribus.*

Color est qvalitas visibilis in corporum superficie. At Plato novo modo colorum rationem explicat: ait enim ab objectis corporibus & ab oculis videntium effluvia qvædam emitti, qvæ in medio intervallo constituta species colorum efficiant. Neqve vero omnibus colores eodem modo apparere observatum est, sed pro diversis cernentium temperaturis etiam colores rerum, qvæ offerunt se oculis, diversi videntur, uti iis qvi morbo regio laborant, flava qvæ cernunt, apparent, his vero qvibus pupilla rubore infecta est, rubra, atqve iterum albi-

2011 Ministerio de Cultura

φλέγμα περὶ τὰς ὑμένας τῶν ὀφθαλμῶν ἔχουσιν ὑπόλευκα. καὶ ἄλλοις ἄλλως, κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν κράσεων.

ξε. Περὶ μίξεως καὶ κράσεως.

Ἡ μὲν μίξις ἕνωσίς ἐσι σωμάτων κατὰ παράθεσιν, ὡς ἐπὶ ἐλαίου καὶ ὕδατος. οὐ γὰρ δι' ὅλου ταῦτα κίρναται, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἄκρας ἐπιφανείας αὐτῶν ἑνοῦται. Ἡ γὰρ κάτω ἐπιφάνεια τοῦ ἐλαίου μίγνυται τῇ ἄνω ἐπιφανείᾳ τοῦ ὕδατος. Κρᾶσις δὲ ἐσὶν ὅταν τὰ ἑνώμενα σώματα δι' ἀλλήλων ἀναχραθῇ, ὡς ἐπὶ οἴνου καὶ ὕδατος. καὶ τὰ μὲν μιγνύμενα σώματα ἐκ μέρους μὲν ἑνοῦται, ἀσύγχυτα δὲ μένει. τὰ δὲ κεχυννύμενα δι' ἀλλήλων μὲν διήκει καὶ τέμνει, καὶ τέμνεται καὶ συγκέχυται. ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἕνωσις καὶ μίξις ἔσι διὰ τὸ ἀσύγχυτον, καὶ κράσις διὰ τὸν τρόπον τῆς ἀντιδόσεως. ἔσιν ὃν αὐτῷ πρὸς τὸ πρόσλημμα, καὶ ἡ μίξις καινὴ, καὶ ἡ κρᾶσις παράδοξος.

ξς. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.

Γένεσις λέγεται ἡ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι μεταβολή. Γένεσιν δέ τινες καὶ τὴν κίνησιν ὠνομήκασι, καθό φασιν ὑπὸ γένεσιν εἶναι τὸν κόσμον, τοῦτ' ἔσιν, ὑπὸ κίνησιν. Φθορὰ δὲ ἐσὶν ἡ ἀπὸ τοῦ ὄντος εἰς τὸ μὴ εἶναι μεταβολή. Πᾶν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι γενόμενον, καὶ ἀπὸ τοῦ γενέσθαι φθειρόμενον, ὑπὸ γένεσιν ἐσὶ καὶ φθοράν. Κατὰ γοῦν τὸν ἡμέτερον λόγον καὶ τῷ κόσμῳ γένεσις ἔπεται, ἦν γάρ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ ἔσαι ὅτε οὐκ ἔσαι. αὔξησις μὲν οὖν καὶ ἀλλοίωσις καὶ Φοραὶ καὶ ἡ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετάβασις κινήσεις εἰσὶ. Γένεσις δὲ καὶ φθορὰ οὐκ εἰσὶ κινήσεις, ἀθρόως γὰρ τὸ γενόμενον γέγονε, καὶ τὸ φθαρὲν ἔφθαρται.

ξζ. Περὶ σωμάτων.

Σῶμα ἐσὶ τὸ πλάτος ἔχον καὶ μῆκος καὶ βάθος. καὶ ἔσι μῆκος μὲν λόγου χάριν, τὸ ἀπὸ κεφαλῆς εἰς πόδα. πλάτος δὲ τὸ ἀπὸ τῆς δεξιᾶς χειρὸς εἰς τὴν ἀριστεράν, ἢ τὸ ἀνάπαλιν. βάθος δὲ τὸ ἀπὸ τῶν στέρνων ἐπὶ τὰ νῶτα, ἢ τὸ ἔμπαλιν. πᾶν δέ σῶμα ἢ βαρὺ ἢ κοῦφον ἐσί. Καὶ τὸ μὲν βαρὺ κάτω φέρεται, τὸ δὲ κοῦφον ἄνω φέρεται. τόποι δὲ τῶν σωμάτων τῶν μὲν κούφων, ὁ ἄνω τοῦ παντὸς τόπος. τῶν δὲ βαρέων ὁ κάτω. καὶ κουφότατον μὲν τὸ πῦρ, ὡς πᾶσιν ἐπιπολάζον. βαρύταλον δὲ γῆ, ὡς πᾶσι ὑποκείμενον. πᾶν δὲ σῶμα, ἐν μὲν τῷ οἰκείῳ τόπῳ ἕως, οὔτε βαρὺ οὔτε κοῦφον, ὅτε δὲ ἀποσῇ τῶν οἰκείων τόπων, καὶ μέλλει πρὸς αὐτοὺς ἀπιέναι, τότε ἡ βαρύτητα ἔχει ἢ κουφότητα.

ξη.

2011 Ministerio de Cultura

cantia illis qvi album humorem membranis oculorum ſuffuſum habent, aliisqve pro diverſa temperatura aliter.

65. *De miſtione & permiſtione.*

Miſtio eſt unio corporum per conjunctionem, qvalis eſt olei & aqvæ. Neqve enim tota inter ſe ambo permiſcentur, ſed ſummis modo ſuperficiebus junguntur. Inferior enim olei ſuperficies miſcetur ſive unitur ſuperiori ſuperficiei aqvæ. At permiſtio eſt, qvando unita corpora tota ſic invicem permiſcentur, ut aqva & vinum. Itaqve miſta corpora ex parte qvidem uniuntur, inconfuſa tamen manent: permiſta autem penetrant invicem, ſcinduntqve ac ſcinduntur, & inter ſe confunduntur. Unio autem Dei cum noſtra natura & miſtio eſt, qvia ſine confuſione fit, & eſt permiſtio, propter idiomatum communicationem. Cœterum novum illud, cum aſſumta natura, genus miſtionis eſt, & mira ac ſingularis permiſtio.

66. *De generatione & corruptione.*

Generatio dicitur mutatio à non eſſe ad eſſe: & ſunt qvi generationem etiam motum appellant, qvo ſenſu mundum generationi hoc eſt motui ajunt eſſe obnoxium. Corruptio contrà eſt mutatio ab eſſe ad non eſſe. Qvicqvid igitur, cum non eſſet fit, & cum exiſtat corrumpitur, generationi & corruptioni dicitur ſubjacere. Ex noſtra adeo ſententia ad mundum etiam generatio pertinet, erat enim qvando non erat, & erit qvando non erit. Cæterum augmentatio qvidem ac mutatio & agitatio & de loco in locum translatio motus ſunt, generatio autem & corruptio non ſunt motus, continenter enim ac ſimul fit qvod fit, & corrumpitur qvod corrumpitur.

67. *De corporibus.*

Corpus eſt qvod habet latitudinem, longitudinem & profunditatem. Longitudo dicitur verbi gratia à capite ad pedes, latitudo à manu dextra ad ſiniſtram aut viciſſim, profunditas à pectore ad tergum aut vice verſa. Omne corpus grave aut leve eſt. Grave deorſum fertur, leve tendit ſurſum. Loca corporum, levium qvidem ſupremus omnium, gravium infimus. Ac leviſſimum eſt ignis, qvi fertur ſuper omnia corpora, terra graviſſimum, omnibus ſubjacens. At corpus omne in naturali ſuo conſtitutum loco nec grave nec leve eſt, quando autem à naturali loco abeſt & ad eum tendit, tunc vel gravitate præditum eſt vel levitate.

68. *De*

.2011 Ministerio de Cultura

ξη. Περὶ ἐλαχίσων.

Ἐλάχιστα φασὶν οἱ φιλόσοφοι σωμάτια τινὰ ὧν οὐκ ἔστιν ἕτερα σμικρομερέστερα. καὶ ὑποτίθενται ἀμερῆ τινα ἤτοι σμικρομερῆ καὶ ἄογκα, ἤτοι σμικρομεγέθη, ἀρχὰς τῶν ὄντων. ἀρχὰς δὲ οὐ ποιητικὰς ἀλλ' ὑλικὰς. λέγεται πάλιν ἐλάχιστον ἑτέρῳ λόγῳ, οἷον ἀριθμητικοὶ λέγουσιν, ἀριθμοὺς διπλασίους καὶ τριπλασίους καὶ ἑτέρους τοιούτους, οἷον διπλάσιον λόγου χάριν, ὁ ὀκτὼ τοῦ τέσσαρα, καὶ τῶν δύο ὁ τέσσαρα, καὶ τοῦ ἑνὸς ὁ δύο, τοῦ δὲ δύο πρὸς τὸ ἓν διπλασίου λόγου οὐκ ἔστι ὑποδεέστερον ἕτερον. ἐλάχιστον οὖν διπλάσιος, ὁ δύο πρὸς τὸ ἕν. καὶ ἐλάχιστον τριπλάσιον, ὁ τρία πρὸς τὸ ἕν. λέγεται ἐλάχιστον καὶ τὸ κατ' ἐντελισμὸν γενόμενον, ἀλλ' ἀκριβείως ἐλάχιστον κατὰ φιλοσόφους, τὸ βραχύτατον σωμάτιον ὀνομάζεται.

ξθ. Περὶ διαφορᾶς γνώσεως.

Πρώτη ἐστὶ καὶ ὑψηλοτέρα τῶν γνώσεων ἁπασῶν ἡ τῆς προνοίας, ἥτις ἐστὶν ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ. ὁ τοίνυν Θεὸς ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα καὶ ὑπὲρ αὐτὸν τὸν νοῦν ἔχων τὴν δύναμιν, καὶ κυρίως ἓν ὑπάρχων, αὐτῷ δὴ τῷ ἑνὶ μόνῳ προνοεῖν λέγεται πάντων. δευτέρα δὲ ἐστὶ γνῶσις ἡ νοερὰ αὐτοῦ τοῦ παντελῶς νοῦ ὁλικῶς τὰ πάντα νοοῦντος. τρίτη μετ' αὐτὴν γνῶσις ἡ τῆς λογικῆς ἡμῶν ψυχῆς, ἥτις διαιρεῖται εἰς δόξαν καὶ ἐπιστήμην. ἀλλ' ἡ μὲν δόξα τῶν κινουμένων ἐστὶ γνῶσις, ἤτοι τῶν μεταβαλλομένων, ἡ δὲ ἐπιστήμη, τῶν ἀκινήτων, οἷον, ψυχῆς καὶ νοῦ καὶ τῶν τοιούτων. τετάρτη γνῶσις καὶ τελευταία, ἡ τῆς ἀλόγου ψυχῆς, αἴσθησις καὶ ἡ φαντασία, μερικῶν πραγμάτων ἀντιλαμβανόμεναι.

ο. Πῶς οὐκ ἀεὶ μετέχομεν τοῦ Θεοῦ, ἀεὶ ἐνεργοῦντος αὐτοῦ;

Οὐ μετέχομεν ἀεὶ τοῦ Θεοῦ, εἰ καὶ ἀεὶ ἐνεργεῖ ὅτος, διὰ τὴν ἡμετέραν ἀνεπιτηδειότητα πρὸς τὴν μέθεξιν. ὥσπερ γὰρ τοῦ ἡλίου τὸ μεσημβρινὸν ἅπαντα καταλαμβάνοντος, οὐ πάντες εἰς αὐτὸν ἐνατενίζειν δύνανται, ἀλλ' οἱ ἐῤῥωμένον τὸν ὀφθαλμὸν ἔχοντες, οὕτως οὐδὲ τοῦ Θεοῦ πάντες μετέχειν δύνανται, κἂν ἐκεῖνος ὑπὲρ ἥλιον ἀεὶ τὸ νοητὸν φῶς ἐξαπλοῖ. ἀλλὰ μόνοι οἱ τὸ νοερὸν ὄμμα κεκαθαρμένον ἐν τῇ ψυχῇ φέροντες. Κάμνει δὲ πολλάκις καὶ αὐτὸς ὁ καθαρὸς νοῦς πρὸς τὴν ἀντίληψιν τῶν Θείων αὐγῶν, διότι οὐκ ἔστιν ἐλεύθερος οὐδὲ παντάπασιν ἄϋλος, ἀλλ' ἔνυλος καὶ σωματικός. Ἔσται δὲ, ὅτε μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπόλυσιν καὶ τὴν ἐλπιζομένην ἀποκατάστασιν διηνεκῶς ἀτενίσει Θεῷ.

αὐ.

2011 Ministerio de Cultura

68. *De parvissimis corpusculis.*

Parvissima sive minima Philosophi vocant corpuscula qvædam qvibus nulla alia parviora reperiuntur, supponuntqve illa esse in nullas partes divisibilia, minutissima & mole destituta, atqve exilia: Principia corporum non efficientia sed materialia. Dicitur & alio sensu parvissimum sive minimum apud Arithmeticos, qvando de numeris duplicibus vel triplicibus aut aliis ejusmodi tractant, verbi gratia octo sunt duplum qvaternarii, qvatuor binarii, duo unarii. Non datur vero alius numerus duplus infra binarium, minimus; igitur duplus est binarius respectu unitatis, uti ternarius est minimus triplus ad eandem unitatem. Dicitur & minimum qvod ad tenuitatem redactum est, sed peculiari ratione Philosophis parvissimum corpusculum ita nominatur.

69. *De variis generibus cognitionis.*

Prima & sublimior cognitionum omnium est providentia, qvæ est actio Dei. Deus siqvidem super omnia qvæ sunt & super ipsam mentem potentiâ pollens, & proprie unum existens, hoc ipso solo uno omnibus providet. Altera cognitio est intellectualis, qva mens suprema universe omnia intelligit. Tertia post hanc est cognitio in anima nostra, qvæ in opinionem & scientiam distingvitur. Ex his opinio est cognitio rerum mobilium mutabiliumqve. Scientia immobilium, ut animæ, mentis, atqve aliorum ejusmodi. Qvarta & postrema cognitio est irrationabilis animæ nostræ sensatio & phantasia, res particulares apprehendens.

70. *Quomodo semper operante Deo, non semper ejus reddimur participes.*

Qvamvis Deus semper operatur, illius tamen non semper participes reddimur propter nostram ineptitudinem ad eum recipiendum. Sicut enim Sole per meridiem luce omnia implente non omnes in eum intueri possunt, sed qvi firma oculorum acie gaudent, ita nec Dei participes fieri omnes qveunt, licet illi qvovis sole splendidiorem lucem intelligibilem exerit, sed tantum ille qvi intellectualem mentis ocuium purgatum in anima sua gerunt. Sed & ipsa pura mens sæpius in percipiendo divino laborat splendore, qvoniam non omnino libera & immaterialis, sed materiæ & corpori est conjuncta. Erit autem, qvando post solutionem à corpore & speratam restitutionem, sine intermissione aciem in Deum intentam habebit.

2011 Ministerio de Cultura

οα. Ἐι ἔσι τι ἐν ἀγγέλοις κακόν.

Ὁ μὲν θεολόγ@ Γρηγόρι@ ἐν τοῖς τ῀ Χρισ῀ γενεθλίοις βάλε-ται μὲν ἀκινήτ῀ς ἔιναι τὰ῀ς ἀγγέλ῀ς πρὸς τὸ κακόν. Ἐιδὼς δὲ τὸν διά-βολον, ἀγγέλον μὲν ὄντα, κακὸν δὲ γεγονότα, δυσκινήτ῀ς αὐτὰ῀ς ἀπο-φαίνεται. οἱ δὲ σοφώτεροι τῶν ἑλλήνων ἐν προθύροις τ῀ Θε῀ τὰ῀ς ἀγγέλ῀ς ἑσώ-τας ὀιόμενοι, ἀμετόχ῀ς αὐτὰ῀ς τ῀ κακ῀ φασί. τὰ῀ς γὰρ ἀπαγγέλλοντας τὴν θείαν σιγὴν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐκφαίνοντας, πῶς ἂν φασὶν ἔιναι κακούς; ἀφο-μοιῶσι γὰρ τὸ ἀγγελικὸν φῦλον τῷ Θεῷ ἀφ' ὧ ἐξήρτηται, ἵνα διὰ τῆς ἀκραφνοῦς ὁμοιότητ@ ἐκφαίνειν αὐτ῀ τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἰδιότητα δύνηται. ἀγγέλ῀ς δὲ τὰ῀ς μετὰ Θεὸν πάσας δυνάμεις κατονομάζ῀σιν.

οβ. Ἐι ἐν τόπῳ τὰ ἀσώματα;

Ἐναντία εἰσὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ ἀσώματον. εἰ ὄν τὸ σῶμα ἐν τόπῳ, τὸ ἀσώματον οὐκ ἐν τόπῳ. εἰ γὰρ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον, καὶ τῷ ἐναντίῳ τὸ ἐναντίον. οἷον εἰ τῷ σώματι τὸ εἶναι ἐν τόπῳ, ἐναντίῳ ὄντι τῷ ἀσωμάτῳ τὸ μὴ ἐν τόπῳ εἶναι. τὰ γὰρ κυρίως ἀσώματα, κρείττονα εἰσὶ τούτ῀, καὶ τοπικῶς ὐ πάρεισι τοῖς σώμασι, τῇ δὲ σχέσει πάρεισιν αὐτοῖς, οἷον τι λέγω, ἡ ψυχὴ μετὰ ἀπόλυσιν τὴν ἀπὸ τ῀ σώ-μάτ@, εἰ μὲν καθαρῶς ἀπαλλαγῇ καὶ ἀπαθῶς, οὐκ ἔχει σχέσιν πρὸς τὸ σῶμα ὃ ἀπολέλοιπεν. εἰ δὲ ἐμπαθῶς, ἀγαπᾷ αὐτὸ καὶ διαλυθὲν, καὶ ἡ ἀγάπη σχέσις πρὸς αὐτό, καὶ ὑποσάσει μὲν ἡ οὐσία ὐ πάρεσι τὸ ἀσώματον τῷ σώματι, ῥέπει δὲ πρὸς αὐτὸ ὅταν βάλεται.

ογ'. Ἐι καλὸν ἡ ὕλη.

Πλάτων ὁ φιλόσοφ@ ἐν μὲν τῷ Τιμαίῳ μητέρα καὶ τιθηνὸν τῆς τῶν καλῶν γενέσεως, καὶ συναιτίαν τῆς κόσμ῀ δημιουργίας αὐτὴν ἀποφαίνεται. Ἐν δὲ τοῖς Σ῀ Ἐλεάτ῀ ξένῳ λόγοις, αἰτίαν αὐτὴν λέγει τῆς παντὸς ἀταξίας. Ἐν δὲ τῷ διαλόγῳ τῷ καλουμένῳ Φιλήβῳ, ἀπὸ Θε῀ καὶ ταύτην παράγων, ἔνθεον αὐτὴν καὶ ἀγαθὸν διὰ τὴν ἀπὸ Θε῀ γέννησιν ἀποφαίνεται. Πρόκλ@ δὲ ὁ φιλόσοφ@ ὅτε ἀγαθὸν αὐτὴν οἴεται ὅτε κακὸν, ὡς μὲν γὰρ ἔσχατον τῶν ὄντων καὶ πόρρω τ῀ ἀγαθ῀, οὐκ ἀγαθὸν λέγει. ὡς δὲ αἰτίαν δημιουργικὴν, ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἀναγκαζό-μεν@ τιθέναι, μέσην αὐτὴν Σ῀ ἀγαθ῀ καὶ Σ῀ κακ῀ τιθεὶς ἀναγκαῖον ἐπονομάζει. τὸ γὰρ ἐνδεὲς αὐτῆς τῶν ἀγαθῶν, συντελεῖν λέγει πρὸς τὴν τῶν ἀϊδίων δημιουρ-γίαν, ὅπερ ἀναγκαῖον ἐσί.

οδ.

2011 Ministerio de Cultura

71. *Num quid in Angelis sit mali?*

Gregorius Theologus Oratione in CHRISTI nativitatem Angelos ad malum moveri posse negat. Non ignorans tamen Diabolum, Angelus cum esset, malum factum esse, difficulter saltem illos moveri posse innuit. At sapientiores Græcorum, Angelos Deo proximos ac veluti in foribus divinitatis constitutos arbitrantes, mali participes fieri posse inficiantur. Cum enim silentii Divini sint interpretes, bonitatisq; nuncii, qvomodo, inqviunt, mali esse possunt? Angelorum qvippe genus assimilant Deo, à qvo dependet, ut per puram similitudinem proprietatem ejus possit hominibus notam facere. Angelos porro vocant universas qvæ sub Deo sunt potestates.

72. *Num incorporalia sint in loco?*

Corpus & incorporale sibi opponuntur. Si igitut corpus in loco est, incorporale non est in loco. Si enim uni oppositorum erit unum è contrairis, alteri alterum erit. Itaqve si corpori qvod incorporali contrarium est competit esse in loco, incorporali competet non esse. Nam & qvæ proprie incorporalia sunt, præstantiora sunt, qvam ut sint in loco, neqve localiter corporibus sunt præsentia, sed relatione, uti anima post solutionem à corpore, si pura & affectibus libera discesserit, non habebit relationem ad corpus qvod reliqvit. Si vero affectum servaverit, amat id etiam solutum, & amoris relatione versus illud fertur, & substantia qvidem atqve essentiâ corpori incorporale non est præsens, affectu tamen qvando vult ad illud veluti prorepit.

73. *Num materia sit bona?*

Plato Philosophus in Timæo materiam velut matrem & nutricem generationis rerum pulchrarum, causamqve sociam creationis mundi prædicat. Sed ubi Eleates hospes loqvitur, ipsa causa esse dicitur inordinationis in universo. At in Philebo dialogo eam à Deo repetens, divinam & qvia à Deo prognata est bonam affirmat. Verum *Proclus* Philosophus neqve bonam illam putat neqve malam: qvatenus enim entium infimum sit, & à Bono principali longius remotum, haud eqvidem bonam esse: qvatenus vero causam demiurgicam necessario accensere bonis cogitur, mediam eam inter bonum malumqve ponit & appellat necessitatem. Defectum enim qvi in illa est bonitatis, conferre ait ad facienda sensilia, qvod ipsum necessitatis est.

2011 Ministerio de Cultura

οδ. Περὶ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον τῶν ὄντων ἐπιστροφῆς.

Τῶν παρὰ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρηχθέντων, τὰ μὲν ἔστι μόνον ὄντα, ὡς τὰ ἄψυχα σώματα, τὰ δὲ καὶ ὄντα καὶ ζῶντα, καὶ νοοῦντα, ὡς αἱ ψυχαὶ καὶ οἱ νόες. ἕκαστον δὴ πρὸς τὸν Θεὸν ἀφ' οὗ παρήχθη κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν ἐπιστρέφει. τὸ μὲν ζῶον καὶ αἰσθητὸν καὶ γνωστικόν. ἕκαστον γὰρ ὡς προῆλθεν, οὕτω καὶ ἐπέστραπται. τοῦτο δὲ τὸ φιλοσόφημα καὶ ὁ φιλόσοφος Πρόκλος ἐν τοῖς κεφαλαίοις αὐτοῦ τίθησι καὶ διευκρινεῖ. Καὶ πρὸ τούτου ὁ Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος σαφέστερον τοῦτο διακριβοῖ, ἢ ἔστιν ὁ λόγος τῶν πάνυ σπουδαζομένων, σαφέστατός τε καὶ ἀκριβέστατος ὤν.

οε. Περὶ χρόνου.

Ὁ χρόνος ἐπινοίας ἀνθρωπίνης ἐστὶ νόημα καὶ ὄνομα. Ἐπειδὴ γὰρ μὲν αἰῶνια ἀεὶ ὄντα καὶ ἀκίνητά ἐστι, τὰ δὲ ὑπὸ κίνησιν ῥέοντα καὶ φθειρόμενα, αὐτὸ δὴ τὸ μέτρον τῆς κινήσεως χρόνον ὀνόμασαν οἱ Φιλόσοφοι. οὐδὲ γὰρ αὐθύπαρκτον πρᾶγμα ὁ χρόνος ἐστὶν, οὐδὲ σῶμα φαινόμενον, οὐδὲ ἀσώματός τις ὑπόστασις, ὥσπερ ἡ ψύσις καὶ ἡ Ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς, ἀλλὰ πρᾶγμα ἐν ἐπινοίᾳ μόνῃ κείμενον. Ἡ τοίνυν ψυχὴ ἐνωθεῖσα τῷ κρείττονι, ἐν τῷ ἐσῶτι αἰῶνι ἐστὶν ἀφειμένη δὲ τοῦ αἰῶνος καὶ περί τι πρᾶγμα τῆς γενέσεως κινηθεῖσα, χώραν τῷ χρόνῳ δίδοσιν, οὐδὲν ὂν ἕτερον ἐστὶν ὁ χρόνος ἢ μέτρον κινήσεως.

οϛ. Περὶ κινήσεως.

Δυσκαταπόητόν τι πρᾶγμα ἡ κίνησις. ἔστι δὲ εἶδός τι καὶ ἐνέργεια κινουμένου πράγματος, καθ' ὃν χρόνον κινεῖται. οἷον τι λέγω, ἔστι τι πρᾶγμα αὐξανόμενον, καὶ ἄλλο ἀλλοιούμενον, καὶ ἄλλο φερόμενον. καὶ τοῦ μὲν αὐξανομένου κίνησις ἡ αὔξησις, τοῦ δὲ φερομένου ἡ φορὰ, καὶ ὅλως τοῦ γενομένου ἡ γένεσις. Ἔστιν οὖν ἡ κίνησις, οὔτε ἀρχὴ οὔτε τέλος, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ τούτων. τῆς γὰρ οἰκοδομήσεως οὔτε ἡ ἀρχὴ κίνησις, οὔπω γὰρ κεκίνηται· οὔτε τὸ τέλος, πέπαυται γὰρ τὸ οἰκοδομηθέν. τὸ δὲ ἐν μέσῳ τούτων, οἷον ἡ οἰκοδόμησις, τοῦτο κίνησις ἐστὶν. ὅπερ δὴ καὶ ἐνδελέχειαν Ἀριστοτέλης ἐνόμασεν.

οζ. Περὶ ἀνάγκης.

Ἀνάγκην ὀνομάζουσιν οἱ Φιλόσοφοι δύναμίν τινα ἀναγκαστικὴν τοῦ ἀποτελέσματος. οἷον τι λέγω, ἡ ἀστρολογία τῶν ἄστρων σχημάτων ἐξήρτηται, καὶ τῶν

2011 Ministerio de Cultura

74. *De entium reversione ad Deum.*

Rerum qvas Deus cum non essent fecit existere, alia sunt tantummodo entia, ut corpora inanimata, alia entia & viventia qvoq; & intelligentia, ut animæ ac mentes. Ad Deum igitur à qvo profecta sunt singula pro suæ ratione substantiæ iterum convertuntur, sive animal sit vivum, sive substantia tantummodo, sive præditum intellectu ac cognitione. Unumqvodqve enim uti processit ita etiam redit. Hanc philosophicam positionem *Proclus* qvoqve capitibus suis inseruit discussitqve, & ante eum *Dionysius Areopagita* dilucidius etiam & accuratius exposuit, singulari enim diligentia perspicuitate & cura hac de re est commentatus.

75. *De tempore.*

Tempus à cogitatione hominum concipitur & nomen accepit. Cum enim aliæ res sint æternæ, qvæ semper existant suntqve immobiles, aliæ sub motione constitutæ & fluxæ corruptibilesqve, mensurationem motionis philosophi tempus appellarunt. Neqve enim res per se subsistens tempus est, neqve corpus qvod sensibus percipi potest, neqve substantia incorporalis ut natura, anima, mens: sed aliqvid in sola positum cogitatione. Qvando igitur anima præstantiori jungitur, in ævo stabili constituta est, cum autem ævo veluti emissa, ad generationis conditionem movetur, locum in se facit tempori. Tempus igitur nihil aliud est qvam mensuratio motionis.

76. *De motu.*

Res difficilis explicatu motus. Est enim ratio qvædam, & rei qvæ movetur, actio eo tempore qvo movetur. Uti v. g. est aliqvid qvod crescit, qvod mutatur, qvod fertur sive agitatur. Atqve ille qvidem motus qvo crescit aliqvid, dicitur incrementum, motio rei agitatæ latio sive agitatio, & universe rei nascentis, generatio. Motus igitur nec principium est nec finis, sed medium inter utraqve. Ut in ædificatione nec principium est motio, nondum enim movetur, neqve finis, jam enim desiit ædificari, sed media in his, ædificatio nempe, motio est, qvam etiam endelechiam Aristoteles nuncupavit.

77. *De necessitate.*

Necessitatem Philosophi appellant potentiam coactam ad effectum, uti Astrologia omnia refert ad astrorum aspectus, altitudines,

2011 Ministerio de Cultura

τῶν ὑψωμάτων, καὶ τῶν φάσεων, καὶ τῶν οἰκοδεσποτῶν καὶ τῶν ἄλλων. ὅταν ἓν συνδράμῃ πάντα πρὸς τὸ γενέσθαι, καὶ μηδέν τι ἦν ἀντιπίπτον ἢ ἀνθικείμενον, ἀνάγκην τοῦτο εἰρήκασιν, ὡς ἀπαραίτητόν τε καὶ ἀμετάθετον. τὸ δὲ ἐν μερικοῖς σημείοις τὴν δύναμιν ἔχον, τοῦτο ἐνδεχόμενον ἀπεφήναντο, ὡς δυνάμενον καὶ γενέσθαι καὶ μὴ γενέσθαι. κυρίως δὲ ἐνδεχόμενόν ἐστι, τὸ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν κείμενον καὶ τὴν ἐφ' ἑκάτερα ῥοπὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν δεχόμενον.

οή. Περὶ εἱμαρμένης.

Τὴν εἱμαρμένην εἴ τις γνοίη σὺν ἀκριβείᾳ, καὶ ὅθεν καὶ ὁποῖα τὴν φύσιν, μερίδα πρὸς φιλοσοφίαν μεγίστην παρείληφε, παρὰ μὲν γὰρ τοῖς πολλοῖς, ἀτιμάζεται τοὔνομα. παρὰ δὲ τοῖς σοφωτέροις θαυμάζεται. ἔστι δὲ γενικῶς εἰπεῖν, ἡ φύσις τοῦ κόσμου ἡ κινοῦσα τὰ σώματα. κατὰ μέρος δὲ δευτέρα τις προνοίας ἔλλαμψις καὶ ἐπισασία, ἡ κατ' εὐθεῖαν τὴν κίνησιν ἔχουσα, ὥσπερ ἡ κυρίως ἐστὶ πρόνοια, ἀλλὰ δεομένη καιροῦ καὶ τόπου εἰς ἀποτέλεσμα, ὅθεν καὶ εἱμαρμένη λέγεται ὡς εἱρομένη τις φύσις καὶ συμπεπλεγμένη διὰ πολλῶν. Τὰ μὲν οὖν ἀσώματα ὑπὸ πρόνοιαν ἐστὶ μόνην. Τὰ δὲ σώματα ὑπὸ πρόνοιαν καὶ εἱμαρμένην.

οθ. Περὶ τύχης καὶ αὐτομάτου.

Τὴν τύχην ἄχ, ὡς νομίζουσί τινες, οἱ ἀκριβέστεροι τῶν φιλοσόφων ἐδέξαντο οἷον ἄλογόν τινα φύσιν καὶ μὴ ἔχουσαν τάξιν, μηδὲ εἱρμόν, ἀλλὰ παρακολούθημα ταύτην ἀόριστον ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν, καὶ ἕνεκά τινος γενομένην ὡρίσαντο. οἷον προελήλυθέ τις ἐκ τῆς οἰκίας λυσόμενος, αὕτη ἡ πρόοδος ἐκ προαιρέσεως καὶ ἕνεκά τινος πράγματος, τοῦτ' ἔστιν τοῦ λύσασθαι. εἶτα προερχόμενος ἔτυχε θησαυροῦ. τὴν οὖν αἰτίαν τῆς εὑρέσεως τοῦ θησαυροῦ τύχην ὠνόμασαν οἱ σοφοί. Τὸ μέντοιγε αὐτόματον καὶ ἐν τοῖς λογικοῖς καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις τιθέασιν. Ἐν μὲν τοῖς λογικοῖς, ὅταν μαχαιρίδιον ἀπό τινος κρατοῦντος ἐκπεπλωκὸς κατ' ὀρθὸν ἐμπαγείη τῇ γῇ. ἐν δὲ τοῖς ἀλόγοις, ὅταν τις ἵππος τὸν δεσπότην ἀποβαλὼν, ἀπὸ ταυτομάτου διασωθείη.

π. Περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου.

Τῶν ὄντων τὰ μὲν καὶ τὴν οὐσίαν, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔχει αἰώνιον, οἷον ὁ νοῦς. τοῦτο γὰρ καὶ ἡ οὐσία ἀκίνητος, καὶ ἡ ἐνέργεια ἀμετάβατος. * ὁμοῦ γὰρ ἔχει ἐν αὐτῷ πάντα. τὸ δὲ σῶμα καὶ τὴν οὐσίαν ἔγχρονον ἔχει καὶ τὴν ἐνέργειαν. οἷον καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα καὶ τὴν οὐσίαν ἔγχρονον ἔχει, καὶ κατὰ μικρὸν

* al. ἀμεταβλητος.

2011 Ministerio de Cultura

apparentias, dominum genituræ & ſimilia. Si igitur omnia concurrant ut fiat aliqvid vel non fiat, nec ſit qvicqvam adverſans vel contrarium, hoc neceſſitatem appellarunt, utpote qvod evitari & mutari neqveat. Cujus vero particularia tantum ſigna ſe offerunt, ut fieri poſſit, hoc vocarunt contingens, veluti quod poſſit fieri & non poſſit. Proprie autem contingens eſt res ſub arbitrio noſtro poſita, & æqvale ac par momentum ad alterutram partem ſecum habens.

78. *De fato.*

Fati rationes ſi qvis accurate intelligat, unde dependeat, qvæqve ejus ſit natura, maximam Philoſophiæ partem comprehendit, nam à vulgo qvidem contemnitur, at ſapientiores hoc nomen ſuſpiciunt & mirantur. Ut vero generatim dicam, fatum eſt natura mundi, qvæ movet corpora. Particulatim autem eſt reflexus qvidam radius providentiæ, curatioqve qvæ non directo motu utitur, uti proprie dicta providentia, ſed tempore & loco ad effectum indiget, unde & nomen apud Græcos habet, diciturqve εἱμαρμένη qvaſi εἱρομένη ſive connexa qvædam natura & complicata ex pluribus. Incorporales igitur res ſub ſola ſunt providentia, corpora autem ſub providentia & fato.

79. *De fortuna & caſu.*

Fortunam accuratiores Philoſophi non acceperunt, ut qvibusdam perſvaſum eſt, pro re irrationabili ſine ordine & nexu, ſed ſtatuerunt eſſe conſecutionem indefinitam in rebus ex propoſito & propter finem aliqvem ſuſceptis. Verbi gratia exiit aliqvis à ſe lavandi cauſa, hoc ex propoſito & propter aliqvem finem fecit, ut nempe in balneo lavaretur. At progreſſus incidit in theſaurum. Hujus inventionis cauſam, fortunam appellarunt ſapientes. Caſui vero tam in rationabilibus qvàm irrationabilibus locum eſſe affirmant. In rationabilibus qvidem, ut ſi homo cultellum tenens illum manibus excidere patiatur, illeqve rectus infigatur terræ. In irrationabilibus vero, ut ſi eqvus dominum excuſſerit, & hic caſu qvodam illæſus abeat.

80. *De ævo ac tempore.*

Entia qvædam & ſubſtantiam & actum æternum habent, ut mens. Hujus enim & ſubſtantia neſcia mutari & actus minime tranſitiorius aut mutabilis eſt, ſimul enim in ſe omnia mens poſſidet. At corporis & ſubſtantia & operatio temporaria eſt. Sic v. g. noſtrum corpus ſubſtantiam temporariam habet, paulatim enim augetur: & operationem,

2011 Ministerio de Cultura

χρὸν αὐξάνεται, καὶ τὴν ἐνέργειαν, ὁ γὰρ ὁμῶ ἐνεργεῖ πάντα. ἡ δὲ ψυχὴ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αἰῶνι ἐστὶν, οὐδὲ γὰρ κατὰ μικρὸν γεγένηται. κατὰ δὲ τὴν ἐνέργειαν χρόνῳ μετέχει. ὁ γὰρ ὁμῶ ἔχει πάντα τὰ νοήματα ἐν ἑαυτῷ, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου μεταβαίνει εἰς ἕτερον. καὶ ὁ ἀρχανὸς δὲ τοιοῦτός ἐστιν, καὶ αἰῶνι μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν, κατὰ δὲ τὴν κίνησιν ὑπὸ χρόνον καὶ αὐτὸς κείμενος.

πά. Περὶ τῶν πέντε αἰσθήσεων.

Ἡ ὅρασις γίνεται, ὅταν τὸ ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν φῶς ἐκφερόμενον συναντήσῃ τῷ ἀπὸ τῶν σωμάτων συρρέοντι. ὅπερ ὁ Πλάτων ὀνομάζει, συναύγειαν. Ἀκούομεν δὲ τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τοῦ ὠτὸς, τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ διηχοῦν κατὰ τὴν τοῦ πνεύματος ἐμβολήν. ὀσφραίνομεν δὲ τῷ ἡγεμονικῷ τῷ ὄντι ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, ἕλκοντι δὲ διὰ τῶν ἀναπνοῶν τὰς ὀσμάς. Γεύομεν δὲ τῇ ἀραιότητι τῆς γλώττης καὶ τῇ μαλακότητι, καὶ διὰ τὸ συναπλοῦν τὰς ἀπὸ τοῦ σώματος εἰς αὐτὴν φλέβας τὴν φύσιν. ἡ δὲ φωνὴ, πνεῦμα ἐστὶ διὰ τοῦ στόματος, ἀπὸ διανοίας ἡγμένον. ἁπτόμεν δὲ ὅλῳ τῷ σώματι, διότι ἀποπερατώσεις εἰσὶ, δι' ὧν αἰσθανόμεν ὧν ἁπτόμεθα.

πβ. Εἰ ἀληθὲς τὸ καταβασκαίνεσθαί τινας ὑπὸ τῶν ὁρώντων.

Οὐ ψευδὲς ἐστὶ τὸ καταμαραίνεσθαί τινας καὶ καταβασκαίνεσθαι ὑπὸ τῆς τῶν ὁρώντων ὄψεως. πολυκίνητος γὰρ ἡ ὄψις ὅσα μετὰ πνεύματος αὐτὴν ἀφιέντος. πυρώδη καὶ θαυματικήν τινα διασπείρει δύναμιν, ὥστε πολλὰ καὶ πάσχειν καὶ ποιεῖν δι' αὐτῆς τὸν ἄνθρωπον. Καὶ τῶν ἐρωτικῶν αἱ δὴ μέγιστα καὶ σφοδρότατα παθήματα τῆς ψυχῆς ἐστὶν, ἀρχὴν ἡ ὄψις ἐνδίδοσιν, ὥστε ῥᾴον καὶ λείβεσθαι τὸν ἐρωτικὸν ὅταν ἐμβλέπῃ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ καλοῖς. τὸ γὰρ διὰ τῶν ὀμμάτων ἐκπίπτον, εἴτε φῶς εἴτε ῥεῦμα, τοὺς ἐρῶντας ἐκτήκει καὶ ἀπόλλυσι, τοιαύτη γίνεται διάδοσις καὶ ἀνάπλησις ὑπὸ τῆς ὄψεως. αἱ γὰρ τῶν καλῶν ὄψεις, κἂν πάνυ πόρρωθεν ἀνιβλέπωσι, πῦρ ἐν ταῖς τῶν ἐρωτικῶν ψυχαῖς ἀνάπτουσι. καὶ τὸ σῶμα δὲ τῶν ἐρωμένων καὶ ὁρωμένων βλάπτεται ἐν ταῖς τοιαύταις ἀποφοραῖς.

πγ. Πῶς αἱ συλλήψεις γίνονται.

Ἡ σύλληψις τῶν ζώων γίνεται, καὶ μάλιστα τῶν ἀνθρώπων, ὅταν ἐπιλήθει, καὶ ξηροτέρα συμμέτρως ἡ μήτρα γένηται πρὸς τὴν παραδοχὴν τοῦ σπέρ-

2011 Ministerio de Cultura

nem, non enim ſimul omnia agit. At anima ſubſtantiam qvidem habet æternam, neqve entm ſenſim nata eſt, operationem autem tempori ſubjectam, neqve enim ſimul omnia cogitat ſed ex una cogitatione deſcendit ad aliam. Tale etiam eſt cœlum, ſubſtantiâ nimirum æternum, ſed ratione motionis ſuæ tempori & ipſum ſubjectum.

81. *De quinque ſenſibus.*

Viſio fit, qvando ex oculis procedens lux occurrit lumini à corporibus viſis promananti, qvod Plato *συνάυγειαν* appellat, nos corradiationem ſive concurſum radiorum dicere poſſumus. Audimus per cavitatem vacuam, qvæ in aure eſt, irruente ſpiritu perſonantem. Olfacimus mente qvæ in cerebro reſidet & per ſpiracula odores adtrahit. Guſtamus raris & mollibus lingvæ partibus, qvandoqvidem & venas corporis natura ad illam adnexuit. Vox eſt ſpiritus per os mente auctore emiſſus. Tangimus toto corpore, qvippe cui ſuperficies & extrema ſunt, per qvæ ſentimus cum contingimur.

82. *Num verum ſit aliquos à videntibus faſcinari?*

Non eſt mendaciis adſcribendum qvosdam acie videntium contactos marcere & faſcinari. Viſio enim cum ſpiritu eam emittente mobilis valde eſt, & ignem mirificamqve ſpirat vim, ut multa homo per illam efficere nec minus affici ac pati poſſit. Et amor qvi affectus animi eſt maximus ac vehementiſſimus, initium capit à conſpectu, itaqve amantes fluunt velut ac liqvefiunt, qvando pulchros ac formoſos vident, nam qvæ per oculos inciditin eos lux ſive effuſio radiorum amantes perdit facitqve contabeſcere, tanta eſt ex viſu alteratio & perculſio. Nam formoſorum conſpectus etiamſi è longinqvo reſpiciunt, ignem in amantium animis accendunt. Sed & corpus amatorum conſpectorumqve per ejusmodi radiorum emiſſiones afficitur.

83. *Quando fœtus concipiatur?*

Conceptio animalium, & hominum maxime fit, qvando uterus eſt idoneus & temperate ſiccus ad recipiendum ſemen: menſibus ex univerſa maſſa partem puri ſangvinis attrahentibus. Confert etiam

2011 Ministerio de Cultura

σπέρματος τῶν καταμηνίων συνεπισπομένων ἀπὸ παντὸς ὄγκου μέρος τι τοῦ καθαροῦ αἵματος. συμβάλλεται δὲ καὶ τὸ θῆλυ πρὸς τὴν κύησιν ἐξυγραινομένη τὴν μήτραν ἐν ταῖς μίξεσιν, ἡ δὲ ὑγρασία αὕτη, σπέρματος μὲν οὐκ ἔχει λόγον, οἷον δὲ ὕλη γίνεται τῇ καταβολῇ τῆς ἀνδρείας γονῆς. καὶ τοῦ μὲν τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα εἰς τὰ σερεώτερα μέρη τοῦ σώματος ἐξαρκεῖ, οἷον ὀσᾶ, καὶ νεῦρα καὶ φλέβας καὶ ἀρτηρίας, καὶ τὰ τοιαῦτα. ἀπὸ δὲ τοῦ θήλεος, εἰς τὰ ὑγρότερα μέρη τοῦ σώματος, αἷμα φημὶ καὶ ἀμφοτέρας τὰς χολάς. ἢ μᾶλλον πάντα ἐξ ἀμφοτέρων, ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ ἄῤῥενος πλέον ἔχει, τὰ δὲ τοῦ θήλεος ἐπ' ἔλαττον.

Πδ. Πόθεν γίνονται τῶν γονέων αἱ ὁμοιώσεις καὶ αἱ πρὸς τούτους ἀνομοιότητες.

Τὸ ἀποκρινόμενον σπέρμα, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ἢ ἀπὸ τῆς γυναικός· τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, λόγους ἔχει τῶν ἐν αὐτῷ ἠθῶν καὶ τρόπων καὶ τῆς μορφῆς, καὶ ἀπὸ μητρὸς δὲ ὡσαύτως. ὅταν οὖν ἄμφω τὰ σπέρματα συγκραθῇ, εἰ μὲν ἐπ' ἴσης, ἔχει τὸ γεννώμενον ἴσην καὶ πρὸς τὸ ἄῤῥεν καὶ πρὸς τὸ θῆλυ τὴν ὁμοιότησα. ὅταν δὲ τὸ ἄῤῥεν καταικρατήσῃ τοῦ θήλεος, τῷ ἄῤῥενι παρόμοια τὰ τικτόμενα ἀποτελεῖται, ὅταν δὲ τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, ἀπεικασμένα πρὸς τὴν μητέρα. ὅταν δὲ ἡ ἐν τῷ σπέρματι θερμασία ἐξατμισθῇ, ὑδενὶ τῶν τοκέων πλαττόμενον ὁμοιῶται. πολλάκις δὲ καὶ τῆς γυναικὸς φαντασίας ἐν τῷ τίκτειν λαβούσης τοῦδε ἢ τῆσδε, πρὸς τὸ φανταισθὲν ἀπεικάζεται τὸ γεννώμενον.

πε. Πῶς οἱ ὄνειροι γίνονται;

Πολλαὶ τῶν ὀνείρων εἰσὶν αἰτίαι, οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσὶ θεόπνευστοι ἄνωθεν διὰ μέσου τοῦ νοῦ τῇ λογικῇ ψυχῇ ἡμῶν ἐγγινόμενοι, οἱ δὲ οἷον ἀπηχήματα εἰσὶ τῶν ἡμερινῶν πράξεων. οἱ δὲ ἀπὸ φαντασικῆς ἐντυπῶνται δυνάμεως, φανταζούσης ἡμῖν τοὺς ἡμερινοὺς ἔρωτας, ἢ ἄλλο τι πάθος ψυχῆς. Ἕτεροι δὲ ἀπὸ τῶν τεσσάρων χυμῶν ἀνεγείρονται, ὅθεν καὶ τὰ χρώματα τῶν ὁρωμένων, ὅμοια τοῖς τῶν χυμῶν ἔχουσι. οἱ δὲ τὰς αἰτίας ἡμῖν ἐκφαίνουσι τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, περὶ ἃ τὴν πραγματείαν ἔχομεν. Φιλοσοφᾷ οὖν τῷ φιλοσόφῳ τὰ ὀνείρατα, καὶ τῷ ῥήτορι τὰ ῥητορικὰ, καὶ τῷ γεωμέτρῃ τὰ γεωμετρικὰ. ἡ μία οὖν αἰτία τῶν ὀνειράτων, ἀλλὰ πολλαὶ, ὡς εἴρηται.

πς.

2011 Ministerio de Cultura

fœmina ad conceptionem, uterum in congreſſu humectando, qvi tamen humor non habet ſeminis rationem, ſed velut materiam præbet dejecto virili ſemini. Atqve ſemen viri firmioribus corporis partibus componendis inſumitur, ut oſſibus, nervis, venis, arteriis, & ſimilibus: Fœminæ autem debilioribus, ſangvini nimirum & utriqve bilis generi. Aut potius omnia hæc ex utrisqve ſeminibus conſtant, niſi qvod maſculum præpollet, fœmininum minus habet virtutis.

84. *Unde contingat ſimiles vel diſſimiles parentibus naſci liberos?*

Excretum ſemen vel à viro eſt, vel à fœmina. Illud viri in ſe habet rationes morum & indolis ac formæ viri, & hoc fœminæ ſimiliter. Qvando igitur utraqve permiſcentur, ſi qvidem æqvaliter, infans qvi naſcitur ex utriusqve parentis ſimilitudine æqvaliter participabit. Si autem fœminino ſemini prævaluerit maſculum, patri ſimilia naſcentur: ſi contrà maſculo fœmininum, matrem ſimilitudine referent. Qvod ſi calor qvi eſt in ſemine exſpiraverit, neutri parentum conformabitur qvod naſcitur. Sæpius etiam fœmina inter concipiendum hunc vel illam imaginante, infans ei qvod mater imaginata eſt aſſimilatur.

85. *Quomodo fiant ſomnia?*

Multæ ſunt cauſæ ſomniorum. Alia enim rationabili animæ noſtræ, mente mediante, immittuntur divinitus: Alia ſunt veluti echo qvædam ac reſonantia diurnarum actionum, alia à phantaſia efformantur, imaginante & offerente nobis diurnos amores, vel alium affectum animæ noſtræ. Alia à qvatuor humoribus ſive temperamentis excitantur, unde & colores humoribus illis ſimiles habent, qvæ in qviete videntur. Alia produnt cauſas habere in nobis artes qvas didicimus, vel negotia qvæ tractamus, unde Philoſopho philoſophica, Rhetori rhetorica, Geometriæ geometrica ſe offerunt inſomnia. Non una igitur ſomnionum cauſa eſt, ſed ut dixi varia ac multiplex.

2011 Ministerio de Cultura

πς. Περὶ ὑγείας καὶ νόσου καὶ γήρως.

Ὑγείας αἴτιον καὶ συνεκτικὸν, ἡ τῶν δυνάμεων ἰσονομία, θερμότητος, ψυχρότητος, ὑγρότητος, ξηρότητος. ὅταν δὲ τούτων ἓν καταδυναστεύσῃ τῶν ἄλλων, ἡ νόσος γίνεται. αἱ δὲ πλεῖσται τῶν νόσων, δι' ἀνωμαλίαν τῶν ἐν τῷ σώματι στοιχείων γίνονται. Ἐπεισάγονται δὲ αἱ νόσοι τῷ σώματι, καὶ διὰ πλήθος τροφῶν, καὶ δι' ἀπεψίας καὶ φθορᾶς. ἡ δὲ εὐταξία καὶ ἡ αὐτάρκεια ὑγείας περιποιητικά. μορφοῦται δὲ τὰ ζῶα ἐν μαστρὶ ὄντα, ἀπὸ ἑπτὰ καὶ τριακοστῆς ἡμέρας, τελειοῦται δὲ τοῖς μορίοις ἀπὸ τῆς πεντηκοστῆς. Ἱπποκράτης δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων, διὰ τὸ θερμότατα εἶναι, τὴν διάρθρωσιν γίνεσθαι ἀπὸ τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς, ἐπὶ δὲ τῶν θηλυκῶν ἐν διμήνῳ μὲν διαρθροῦσθαι, ἐν τετραμήνῳ δὲ τελειοῦσθαι λέγει.

πζ. Διὰ τί οἱ νηστεύοντες διψῶσι μᾶλλον, ἢ πεινῶσιν;

Διψῶμεν μᾶλλον, ὅταν νηστεύσωμεν, ἢ πεινῶμεν, διότι τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν πρῶτον μὲν καταβόσκεται τὸ ἐν σώματι περιαστὲν τροφῆς, εἶτα ἐπ' αὐτὴν βαδίζει τὴν σύμφυτον λιβάδα τῆς σαρκὸς ἡ ἐν ἡμῖν πύρωσις, τὸ νοτερὸν διώξασα, καὶ τὸ δίυγρον. γενομένης δ' ὥσπερ ἐν πηλῷ ξηρότητος, ποτοῦ μᾶλλον τὸ σῶμα δεῖσθαι πέφυκεν, ἄχρις ἂν πιόντων ἀναῤῥωσθὲν καὶ ἰσχύσαν τὸ θερμὸν ἐμβριθοῦς τροφῆς ὄρεξιν ἐργάσηται. τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν μάλιστα δεῖται τροφῆς θερμὸν, ὥσπερ ἀμέλει βλέπομεν ἔξω μήτε ἀέρα μήτε ὕδωρ μήτε γῆν ἐφιέμενα τρέφεσθαι, μήτε ἀναλίσκοντα τὸ πλησιάζον, ἀλλὰ μόνον τὸ πῦρ. διὰ ταῦτα καὶ οἱ γέροντες ῥᾷστα νηστείαν φέρουσιν. ἀμβλὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ μικρὸν ἤδη τὸ θερμόν ἐστι. καὶ τὰ ἄναιμα δὲ τῶν ζώων τροφῆς ἧττον προσδεῖται, δι' ἔνδειαν θερμότητος.

πή. Περὶ τῆς τοῦ οὐρανοῦ οὐσίας.

Πλάτων μὲν ὁ Φιλόσοφος, ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων πάντα πλάττων τὰ σύνθετα, σώματα ἀπὸ τῶν αὐτῶν συγκεῖσθαι καὶ τὸν οὐρανὸν ἀποφαίνεται. τοσοῦτον δέ, φησι, πρὸς τὰ ἄλλα τὴν διαφορὰν ἔχειν, ὅτι τὰ μὲν ἐπὶ γῆς σώματα ἀπὸ τῆς ἐσχάτης μερίδος τῶν στοιχείων εἶναι, τῆς οἷον παχυτέρας καὶ ὑλωδεστέρας, τὸν δὲ οὐρανὸν ἀπὸ τῆς αὐγοειδεστέρας αὐτῶν μοίρας οὐσιῶσθαι. Ἀριστοτέλης δὲ τὰ μὲν τέσσαρα στοιχεῖα κατ' εὐθείαν κινεῖσθαι λαβὼν, τὸν δὲ οὐρανὸν κύκλῳ φέρεσθαι, ἀπὸ τῆς διαφόρου κινήσεως διάφορον αὐτῷ καὶ τὴν οὐσίαν πρὸς τὰ στοιχεῖα δίδωσι. καὶ τοῦτο οὐρανὸν καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀέρας καὶ μέχρι σελήνης αἰθέρα καλεῖ, καὶ πέμπτον σῶμα κατονομάζει.

πθ.

2011 Ministerio de Cultura

86. *De ſanitate, morbo & * ſenectute.*

Sanitatis cauſa & conſervatrix eſt æqvalis temperatura caloris, frigoris, humiditatis & ſiccitatis, qvorum ſi unum cæteris prævaleat, morbus oritur. Plurimi certe morbi per anomaliam ſive irregularitatem horum in corpore elementorum generantur. Inferuntur morbi etiam nimia repletione vel cruditate aut corruptione ciborum. At ſanitatis conciliatrix eſt ordinata diæta & tranqvillus ſorteqve ſua contentus animus. Fœtus in utero formatur à die trigeſima ſexta, & membris perfectus eſſe incipit à qvinqvageſimâ. Qvanqvam Hippocrates in maſculis, qvod calidiores ſint, articulationem membrorum à vigeſima ſexta die fieri affirmat, fœminas autem intra ſecundum menſem articulari, intra qvartum perfici.

87. *Quare qui jejunarunt, ſitiunt magis quam eſuriunt?*

Sitimus magis qvando jejunamus qvam eſurimus, qvoniam calidum qvod in nobis eſt, primo loco qvidem conſumit qvod à cibis eſt reliqvi, deinde vis illa ignea in nobis convertit ſe ad ipſam naturalem corporis humiditatem, eamq; qværit ac depaſcit. Hinc veluti in luto ſeqvitur ſiccitas, & potu magis indigere corpus contingit, donec in bibentibus confirmatus atq; iterum vires recipiens calor appetitum validum cibi injiciat. Namq; calidum in nobis cibo maxime indiget, ut facile etiam extra nos obſervare poſſumus nec aërem nec aqvam nec terram alimento inhiare, nec propinqva conſumere, ſed ſolum ignem, qvare & ſenes facillime ferunt jejunium, ſiqvidem hebes jam & exiguus in illis calor eſt. Etiam animalibus ſangvine deſtitutis, qvia calore non æqve abundant, cibo minus eſt opus.

88. *De Cœli ſubſtantia.*

Plato Philoſophus ex qvatuor elementis omnia efformat compoſita corpora, atqve adeo cœlum qvoqve ex iisdem conſtare docet: tantum differre in eo, qvod corpora terreſtria ex deterioribus ac veluti craſſioribus & magis materialibus elementorum partibus compoſita ſint, cœlum vero ex ſubtilioribus & lucidioribus ſubſtantiam acceperit. Ariſtoteles dum ſumit, elementa qvatuor recto motu ferri, cœlumq; circulari, ex diverſa motione etiam diverſam à qvatuor elementis ſubſtantiam ejus concludit, cœlumq; & ſidera ad lunam usq; ætherem & qvintum corpus appellat.

* Imo de tempore formationis fœtus in utero. Nam de ſenectute qvidem nihil in hoc capite traditur, niſi eo referas, qvod bonâ diætâ & tranqvillitate animi conſervari integram valetudinem, atqve adeo ſenectutem feliciter attingi poſſe, vere ac prudenter monet.

2011 Ministerio de Cultura

πϑ. Εἰς πόσους κύκλους διαιρεῖται ὁ οὐρανός.

Τὸν οὐρανὸν εἰς πολλοὺς κύκλους οἱ φιλόσοφοι διηρήκασιν, ὧν πρῶτός ἐστιν ὁ ἰσημερινὸς, ὁ μέσον αὐτὸν τέμνων καὶ διαιρῶν τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια. ἐφεξῆς δὲ τούτου κατ' ἄμφω τὰ μέρη, κατὰ μὲν τὸ δεξιὸν, τὸν θερινὸν κύκλον καὶ τὸν ἀρκτικὸν τιθέασιν. Κατὰ δὲ τὸ ἀριστερὸν, τὸν νότιον καὶ τὸν ἀνταρκτικόν. ἕτερον αὖθις κύκλον πλάττουσι τὸν μεσημβρινὸν τὸν ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν εἰς δύσιν κείμενον, καὶ τέμνοντα μὲν τοὺς εἰρημένους πέντε κύκλους, ἐπίσης διαιροῦντα δὲ τὸ ἑῷον μέρος καὶ τὸ ἑσπέριον. ἕκτον προσονομάζουσι τὸν ὁρίζοντα, τὰ δύο ἡμισφαίρια διαζέλλοντα. ἕβδομον, τὸν ζωδιακὸν, ἀρχόμενον ἀπὸ τοῦ θερινοῦ, καὶ τέμνοντα τὸν ἰσημερινὸν καὶ λήγοντα εἰς τὸν νότιον.

η. Περὶ τοῦ φαινομένου ἐν τῷ οὐρανῷ γαλακτοειδοῦς κύκλου καὶ λεγομένου γαλαξίου.

Ὅπερ ἐστὶν ὁ κομήτης περὶ ἕνα ἀστέρα, τοῦτό ἐστι ὁ γαλαξίας περὶ ὅλον κύκλον. ἡ γὰρ αὐτὴ ὕλη γαλαξίου καὶ κομήτου, καὶ ἐπεὶ μέγιστος κύκλος ὁ γαλαξίας, γίνεται, πολλὴ ἐξ ἀνάγκης ἡ ἔξαψις συμβαίνει. ὁ δὲ κύκλος αὐτοῦ συμβάλλει κατά τε τὸν τροπίτην καὶ τοὺς διδύμους, ἅπερ ἐκ διαμέτρου εἰσί. καὶ ἵνα τὸ σαφὲς ἔχῃ ὁ ἀναγινώσκων περί τε κομήτου καὶ γαλαξίου, γινωσκέτω, ὅτι εὐθὺς μετὰ τὴν σελήνην σῶμά ἐστιν, ὃ καθαρῶς μὲν πῦρ, ἀλλ' οἷον καπνώδες καὶ δυνάμενον ὑπὸ κινήσεως ἐξαφθῆναι, ὅταν μὲν κινηθέν τι μέρος τοῦ ὑπεκκαύματος ἐξαφθῇ, καὶ ἐμπέσοι εἰς μερικὴν παχεῖαν ὕλην καὶ ἐπισαίῃ, ποιεῖ κομήτην, ὅταν δὲ εἰς ὅλον κύκλον διενεχθῇ, ποιεῖ τὸν γαλαξίαν. Φαίνεται δὲ λευκὸς, διότι οἷον ἐξαφρίζεται ὑπὸ τῆς κινήσεως, τὸ ὑπέκκαυμα καὶ ὑπολευκαίνεται.

ηα. Περὶ τῶν Φαινομένων ἐν τῷ οὐρανῷ διαφόρων πυρίνων Φασμάτων.

Ἐκφλογούμενον ὡς εἰρήκαμεν τὸ ὑπέκκαυμα, εἰ καὶ κατὰ μῆκος μόνον ἐξαφθῇ, καὶ ποιήσῃ ἀποσπινθηρισμοὺς, αἱ λεγόμεναι αἶγες γίνονται, μακροῖς γὰρ ἐκκρεμέσιν οἱ ἀποσπινθηρισμοὶ ἐοίκασιν. εἰ δὲ ὃ ποιήσῃ ἀποσπινθηρισμὸν τὸ κατὰ μῆκος ἐξαφθὲν, δαλὸς διὰ τὸ σχῆμα κατονομάζεται. οἱ δὲ φαινόμενοι πίπτοντες ἀστέρες, οὓς διάττοντας ὁ Ἀριστοτέλης καλεῖ, σπέρμα ἐστὶ πυρὸς, ἐξαφθείσης κατά τι μέρος τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως, καὶ κατὰ διάδοσιν, πλαγίαν ποιησαμένης κίνησιν. λοξὴ δὲ γίνεται ἡ κίνησις δι' αἰτίαν ἑτέραν, ὅταν ὑποψύξεως ὑποθέσης τὸ

σχῆμα

2011 Ministerio de Cultura

89. *In quot circulos cœlum dividatur?*

Cœlum variis circulis distinxerunt Philosophi, qvorum primus est *æquator*, qvi medium illum in australem & septentrionalem partem dividit. Ab hoc deinceps ex utraqve parte ad dextram qvidem tropicum *æstivum* & circulum *arcticum* collocant, ad siniſtra tropicum *australem*, circulumqve *antarcticum*. Alium iterum effingunt circulum *Meridianum*, ab oriente ad occidentem usqve pertingentem. Atqve sextum circulum qvinqve jam dictos secantem, matutinamqve ac vespertinam partem æqvaliter dividentem *Horizontem* sive *finitorem* appellant, qvo duo hemisphæria distingvuntur. Septimum deniqve *Zodiacum* incipientem à tropico æstivo, secantemqve æqvatorem, atqve in tropico australi desinentem.

90. *De circulo lacteo in cælo, sive Galaxia.*

Qvod cometa est in una stella, hoc galaxia est in toto circulo. Eadem enim cometæ & lactei circuli substantia, ac qvia maximus est circulus galaxias, necesse est magnam ibi contingere inflammationem. Attingit vero circulus iste sagittarium, geminosqve, qvi è diametro sibi opponuntur. Atqve ut lectori, qvod de cometa & galaxia dixi, perspicuum sit, norit sub luna esse corpus, non purum qvidem ignem, sed veluti fumigans aliqvod aptumqve à motione flammam concipere. Qvando igitur pars agitata fomitis illius succenditur, inciditqve in particularem materiam crassam eamqve accendit, cometam facit. Qvando autem per totum infertur circulum, facit galaxiam, qvi candidus apparet, qvoniam à motione fomes ille veluti spumat, albicatqve.

91. *De visis variis in cælo apparentibus.*

Succensus ut dixi fomes, qvando in longum modo flammam concipit, emittitqve igniculos, fiunt capræ qvas vocant, villis enim dependentibus illi igniculi non dissimiles sunt. Si vero in longum succensus nullas scintillationes emittat, à figura appellant trabem. At qvæ cadere videntur stellæ, (discurrentes Aristoteles vocat) semen in se ignis habent, succenso ex parte fuligineo vapore, & dum augetur, transversam faciente motionem. Obliqvus autem motus fit

2011 Ministerio de Cultura

σχῆμα γένηται. Ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ ἄνωθεν ἀκοντιζόμενον κάτω φέρεται, φύσει δὲ ἔχει τὸ πῦρ τὴν ἄνω φορὰν διώκειν, τῆς μὲν θλίψεως ἐπὶ τὰ κάτω βιαζομένης φέρεσθαι, τῆς δὲ φύσεως ἐπὶ τὰ ἄνω ἀναγκαζούσης, ὅιον μίξις τις γίνεται καὶ λοξὴ ἡ κίνησις.

μβ. Περὶ τῶν Φαινομένων ἐν τῷ ἀέρι χρωμάτων αἱματώδων καὶ χασμάτων.

Φαίνονται αἱματώδη χρώματα δῆθεν ἐν τῷ ἀέρι, ὅταν μέλαν νέφος εἰς τὰ πλάγια τῆ λαμπρᾶ τυγχάνῃ. Καὶ πάλιν ὅταν νέφ⊙ μελάγχρων ὑποκάτω τῆ λαμπρᾶ συναχθείη. ἀλλ' εἰ μὲν εἰς τὰ πλάγια εἴη τὸ νέφ⊙, τότε δὴ κατὰ διάκλασιν αὐγῶν γίνεται ἡ ὅρασις. χάσματα δὲ φαίνεται, ὅταν τὸ μέλαν νέφ⊙ καὶ τὸ λαμπρὸν ἐν τῷ αὐτῷ ὦσιν ἐπιπέδῳ, καὶ τὸ μὲν μέλαν ἔσω συνεισήκει, τὸ δὲ λαμπρὸν ἔξω. τηνικαῦτα δὲ ἡ ὄψις τῆ μὲν λαμπρᾶ μᾶλλον ἀντιλαμβανομένη, τῆ δὲ μέλαν⊙ βραδύτερον, χάσμα δοκεῖ ὁρᾶν, ὅπερ παρὰ τὴν φαντασίαν τῆ μέλαν⊙ χρώματ⊙ γίνεται.

μγ. Περὶ μεγέθους ἡλίου καὶ σελήνης καὶ γῆς.

Ὁ ἥλι⊙ πρὸς τὴν γῆν κατὰ τὸν ἀστρονομικώτατον Ἀρίσαρχον, μείζονα λόγον ἔχει ἢ ὃν τὰ ἑξακισχίλια ὀκτακόσια πεντήκοντα ἐννέα πρὸς τὰ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. ἡ δὲ διάμετρ⊙ αὐτῆ πρὸς τῆς γῆς διάμετρον, μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν τὰ δεκαεννέα πρὸς τὰ τρία. Καὶ αὖθις ἡ τῆ ἡλίου διάμετρ⊙ τῆς διαμέτρου τῆς σελήνης, μείζων ἐστὶν ἢ ὀκτωκαιδεκαπλασίων. καὶ πάλιν ὁ ἥλι⊙ πρὸς τὴν σελήνην μείζονα λόγον ἔχει, ἢ ὃν τὰ ε ω λ β πρὸς ἕν. ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς οὕτως καὶ ἀναποδείκτως παρὰ τοῖς ἀστρολόγοις προτείνεται, ἀλλὰ μετὰ γεωμετρικῶν καὶ ἀναντιῤῥήτων ἀποδείξεων. περὶ ὧν ὁ καιρὸς νῦν λέγειν, ἀλλὰ σύ, θειότατε βασιλεῦ, τὰ προβλήματα ἀναποδείκτως τε ὡς δεξάμεν⊙, τὰς ἀποδείξεις ὕστερον ἐπιζήτει με.

μδ. Περὶ ἐκλείψεως ἡλίου.

Οὐ κυρίως ἔκλειψις ἐπὶ τῆ ἡλίου γίνεται. ὁ γὰρ ἐκλείπει ποτὲ τὸ ἡλιακὸν φῶς, ἀλλ' ἐπισκότησις. ἐπισκοτεῖται δὲ, ὅταν ἐν τοῖς ἐκλειπτικοῖς συνδέσμοις κατὰ κάθετον αὐτῷ ἡ σελήνη γένηται. ὑπὸ ταύτην γὰρ οἰκέντων ἡμῶν, ἐπισκιάζει τοῖς ὄμμασιν ἡμῶν τὸ ἡλιακὸν φῶς. πλὴν δώδεκα δακτύλοις τὸ σῶμα τῆς σελήνης διαμετρῦντες οἱ ἀστρονόμοι, ἔστι μὲν ὅτε τῷ ὅλῳ τῆς σελήνης σώματι τὰς ἡλιακὰς αὐγὰς ἀντιφράττουσιν, ἔστι δὲ ὅτε ἐλάττοσι τούτων. ὅτε μὲν γὰρ τὴν ὑψη-

2011 Ministerio de Cultura

fit propter aliam cauſam, qvando nimirum refrigeratione trudente, obliqva figura redditur. Cum enim omne deſuper emiſſum inferiora petat, ignis vero naturâ habeat ut tendat ſurſum, preſſione cogente ad inferiora tendere, & natura viciſſim cogente ſurſum eniti, naſcitur mixta qvædam veluti & obliqva motio.

92. *De apparentibus in cœlo ſangvinolentis coloribus & hiatibus.*

Sangvinolenti colores in cœlo conſpiciuntur, qvando nubes nigra ad latus ſplendidæ nubis exſtiterit, nec minus qvando infra ſplendidam nubem nubes nigricans colligitur. Ac cum qvidem ad latus conſiſtit, tunc viſum illud contingit per refractionem radiorum. Hiatus vero ſive chaſmata apparent, qvando nigra ſplendidaqve nubes eadem ſuperficie cœli conſiſtunt, ita ut nigra interius ſtet, ſplendida exterius. Tunc qvippe viſus noſter ſplendidâ magis occupatus nigramq; tardius comprehendens, videtur ſibi hiatum videre, qvod per imaginationem à nigro colore objectam accidit.

93. *De magnitudine Solis, Lunæ & terræ.*

Sol ad terram ex Ariſtarchi rei Aſtronomicæ peritiſſimi ſententia majorem rationem habet, qvam ſexiesmille, octingenta & undeſexaginta ad ſeptem & viginti. Diameterq; ſolis ad terræ diametrum majorem habet rationem qvam undeviginti ad tria. Præterea diameter Solis diametro Lunæ major plusqvam duodeviginti vicibus. Et ſol ad lunam majorem habet rationem qvam qvinqvies mille, octingenta & triginta duo ad unum. Hæc non ſimpliciter ita & ſine demonſtratione apud Aſtrologos proponuntur ſed Geometricis & certiſſimis demonſtrationibus confirmata, de qvibus dicere non locus eſt in præſenti, itaqve Tibi Imperator diviniſſime, propoſitiones haſce jam ſine demonſtratione accipere ſatis fuerit, demonſtrationes autem alio tempore à me reqvires.

94. *De eclipſi Solis.*

Proprie nulla eſt ſolis eclipſis, neqve enim unqvam ſolis lumen obſcuratur, ſed modo nobis occultatur. Id vero accidit, qvando in nodis eclipticis luna perpendiculariter infra ſolem verſatur. Cum enim luna infra nos ſimus, illa oculis noſtris lumen ſolis occultat ac ſubducit. Cæterum Aſtronomi, corpus lunæ duodecim digitis menſurantes, interdum toti illius corpori, interdum paucioribus digitis radios ſolis intercipi

2011 Ministerio de Cultura

ὑψηλοτέραν ἀψίδα ἡ σελήνη φέρεται καὶ τὴν ἐγγίζασαν τῷ ἡλίῳ, ὀλίγῳ μέρει δοκεῖ τοῦτον ἐπισκιάζειν, ὅταν δὲ κατώτερον δίεισιν, ἐπειδὴ ἐυμεγέθης τυγχάνει τοῖς ὄμμασιν ἡμῶν ἐμπίπτει, ἅπαντα τὸν ἥλιον ἀντιφράττειν.

κε. Περὶ ἐκλείψεως σελήνης.

Ἐκλείπει ἡ σελήνη εἰς τὸ τῆς γῆς ἐμπίπτουσα σκίασμα, φωτιζομένη γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἡ γῆ, σκιὰν ποιεῖ, ἀλλ' οὐ κυλινδρικὴν, οἷον τὸ τοῦ κίονος ἐχῆμα, ἀλλὰ κωνοειδῆ. κῶνος δὲ ὁ στερεὸς λέγεται, οὗτος ἀπὸ πλατείας βάσεως εἰς ὀξὺ ἀπολήγει. τοιαύτη δὲ ἡ τῆς γῆς ἐστὶ σκιά. διότι ὅταν τι σῶμα ὑπὸ ἰσομεγέθους φωτίζηται σώματος, κυλινδρικὴ γίνεται ἡ σκιὰ. ὅταν δὲ ὑπὸ μείζονος, κωνοειδής. μείζων γὰρ ὁ ἥλιος τῆς γῆς ὢν, καὶ φωτίζων αὐτὴν, κωνικὴν ποιεῖ τὴν σκιὰν. ὅταν οὖν εἰς τὸ τῆς γῆς σκίασμα ἡ σελήνη ἐμπέσῃ, ἀμαυρὰ ἡμῖν φαίνεται καὶ οἷον ἐκλείπουσα. καὶ ὅταν μὲν εἰς τὴν ῥίζαν ἐμπέσῃ τῆς σκιᾶς, τελείως ἐκλείπει. ὅταν δὲ εἰς τὴν κορυφὴν, ἀμυδροτέρα - - - διότι τῆς κωνοειδοῦς σκιᾶς ἡ μὲν βάσις πλατυτέρα, ἡ δὲ κορυφὴ βραχυτέρα.

κς. Εἰ θερμὸς ὁ ἥλιος.

Πλάτων μὲν ἅπαν τὸ αἰθέριον σῶμα ἐκ πυρὸς καὶ γῆς καὶ τῶν ἑτέρων δύο στοιχείων κατασκευάζων, εἰκότως ἂν εἴπῃ θερμὸν τὸν ἥλιον. Ἀριστοτέλης δὲ ἕτερον παρὰ τὰ στοιχεῖα τὸ τοιοῦτον σῶμα τιθεὶς, οὔτε θερμὸν λέγει τὸν ἥλιον, οὔτ' ἄλλην ποιότητα ἔχοντα. εἴποι δ' ἂν ἐρωτώμενος, πῶς μὴ θερμὸς ὢν θερμαίνει; ὅτι κινούμενος τὸ ὑπέκκαυμα ποιεῖ καὶ τὸν περίγειον ἀέρα, κἀντεῦθεν θερμότητος τῆς ὑποκειμένης καθίσταται αἴτιος. τοῦ δὲ ὑπεκκαύματος καὶ τὴν φύσιν καὶ τὸ ὄνομα, αὐτὸς πρῶτος ἐφεῦρε καὶ ὠνόμασεν. Ὑπέκκαυμα οὖν λέγει τὴν ἀναπεμπομένην ἀπὸ τῆς γῆς ἀναθυμίασιν θερμὴν καὶ ξηράν, καὶ οἷον καπνώδη. αὕτη οὖν ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις μέχρι τῆς σελήνης ἀναγομένη διὰ λεπτότητα, εἶτα κινουμένη κατὰ μέρος ἐξάπτει καὶ ὡς πῦρ φαίνεται, καὶ θερμαίνει τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν. ὅτι δὲ ἡ κίνησις θερμότητα ποιεῖ, δηλοῦσι αἱ ἀκίδες τῶν βελῶν, τῇ γὰρ κινήσει λύουσι τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς μόλιβδον.

κζ. Τίς ἡ οὐσία τῶν ἀστέρων.

Πάντων τῶν ἀστέρων τῶν τε γε ἀπλανῶν καὶ πλανητῶν κατὰ μὲν Πλάτωνα μία οὐσία, ἡ διαυγεστέρα τῶν στοιχείων μερίς, καὶ τὸ ἴδιον ἐξάφρισμα τούτων. κατὰ δὲ

2011 Ministerio de Cultura

cipi obſervant. Qvando enim per ſuperiorem apſidem ſive partem circuli ſui Soli propiorem luna fertur, exigua parte eum obumbrare videtur, cum autem inferiorem tranſit, ſiqvidem tunc maxima noſtris oculis apparet luna, totum obſtruit ſolem.

95. *De eclipſi Lunæ.*

Deficit luna qvando in umbram terræ incidit. Terra enim à ſole illuminata umbram facit non cylindriformem, ſive qvalis eſt figura columnæ, ſed qvæ conum refert. Conus porro ſive trochus ex latiore baſi in acutum deſinit, talisqve terræ umbra eſt. Nam qvando ab æqvalis magnitudinis corpore alterum illuminatur, umbra prodit cylindrica, at ſi à majore, coniformis. Jam major utiq; eſt ſol tellure, igitur dum eam illuminat, conicam umbram efficit. Qvando igitur in terræ umbram incidit luna, obſcura fit ac veluti deficiens. Et qvando in radicem ſive inferiorem umbræ incidit partem, deficit tota: At qvando in partem ſupremam, tunc non tota obſcuratur, qvandoqvidem in coniformi umbra baſis latior, faſtigium anguſtius breviusq; eſt.

96. *Num Sol ſit calidus?*

Plato qvi omne cœleſte corpus ex igne, terra & duobus cæteris elementis componit, merito ſolem calidum affirmaverit. At Ariſtoteles aliud præter illa elementa corpus cœlo tribuens, nec calidum eſſe nec alia tali qvalitate præditum affirmat. Qvod ſi dixerit aliqvis, qvomodo igitur, ſi calidus non eſt, calefacit? Reſpondet, qvod dum movetur ſol excitat ἀναθυμίασιν ſive fuliginoſos vapores, aëremq; movet vicinum terræ, atqve inde caloris ſubjecti eſt auctor. ἀναθυμίασιν veluti fomitem flammæ concipiendæ primus dixit & naturam ejus explicavit Ariſtoteles, intelligens per illam vapores ex terra prodeuntes calidos ſiccosqve ac veluti fuliginoſos, qvi ad lunam usqve propter levitatem ſuam feruntur, atqve moti & agitati ex parte ſuccenduntur, & ignis inſtar apparent ac ſubjectam ſubſtantiam calefaciunt. Qvod vero motus calorem generet, docent vel ſagittarum cuſpides, ſiqvidem motus celeritate plumbum illis impoſitum liqvefit.

97. *Qualis ſit aſtrorum ſubſtantia?*

Omnium ſiderum inerrantium, errantiumqve ſecundum Platonem una ſubſtantia eſt, pars nempe ſubtilior ſplendidiorqve qvatuor

2011 Ministerio de Cultura

δὲ Ἀριστοτέλην ἡ ἐπίνοια τὸ πέμπτον σῶμα τοῦ. ὁ γὰρ ἐξονομάζει τὴν οὐσίαν αὐτῶν, ἀλλὰ τὸν πάντα οὐρανὸν, ἢ τοὺς ἀστέρας ἅπαντας διὰ τὴν διάφορον κίνησιν πρὸς τὰ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα, πέμπτον σῶμα καλεῖ. τῶν δὲ συμπάντων ἀστέρων, ἑπτὰ μόνον εἰσὶν οἱ πλανῆται. Κυρίως δὲ πέντε, ὁ γὰρ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη οὐ πεπλάνηνται, ἀλλ' οἱ πέντε, διὰ τὸ δοκεῖν ἴσασθαι, καὶ ὑποδίζειν, πλανῆται ὠνομάσθησαν.

ιη. Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων Φορᾶς καὶ κινήσεως.

Οἱ μὲν ἀπλανεῖς ἀστέρες ἅπαντες ἐστηριγμένοι ὄντες, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, καὶ τῷ οὐρανῷ ἀμεταθέτως συγκινούμενοι, ἐπειδήπερ ὅλος ἐξ ἀνατολῶν εἰς δυσμὰς Φέρεται, τὴν αὐτὴν καὶ ὅλοι τῷ οὐρανῷ κινοῦνται κίνησιν. οἱ δὲ πλανῆται διὰ τὴν ἀντίθετον ἀντέρεισιν καὶ ἰσόσταθμον ὑπὸ σοφῆ προνοίᾳ, ἵνα μὴ σύρρηξις ὑπὸ τῶν αὐτῶν καταδρόμων καὶ κυλισμάτων γένηται, κατὰ τὴν ἰδίαν καὶ φυσικὴν κίνησιν ἐκ δύσεως εἰς ἀνατολὴν Φέρονται. κινοῦνται δὲ καὶ ἐξ ἀνατολῶν εἰς δύσιν, ἀλλὰ τῷ οὐρανῷ συμπεριφερόμενοι, ὅθεν ὁ ἥλιος κατὰ μὲν τὴν ἰδίαν κίνησιν, τέσσαρας ὥρας πληροῖ τοῦ ἐνιαυτοῦ, νῦν μὲν βορείου, νῦν δὲ νότιος κινούμενος· καθὸ δὲ συγκινεῖται τῷ οὐρανῷ ἐξ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, ἡμέρας καὶ νύκτας ποιεῖ.

ιθ. Ποταπὰ τῶν ἀστέρων τὰ σχήματα.

Πολλῶν ὄντων σχημάτων, τριγώνων, τετραγωνικῶν, κυβικῶν, πυραμοειδῶν καὶ τῶν λοιπῶν εὐθυγραμμικῶν, κάλλιστόν ἐστι τὸ σφαιροειδὲς. ὁ τοίνυν οὐρανὸς καὶ σύμπαντες οἱ ἀστέρες τοῦ σφαιρικοῦ σχήματος ὄντα τυγχάνουσι. καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν τῆς σελήνης Φωτισμῶν. διὰ γὰρ τὸ κύρτωμα ταύτης οὐκ εὐθὺς ὅλη παρὰ τοῦ ἡλίου Φωτίζεται, ἀλλὰ κατὰ τὸ βραχὺ τὴν αὔξησιν δέχεται τοῦ Φωτός. Ἔδει γὰρ τὸ αἰθέριον σῶμα τῷ κάλλιστῳ τῶν σχημάτων ἀποτορνεύεσθαι. νοῦς γὰρ μιμεῖται τὸ σχῆμα. ὥσπερ ὁ νοῦς ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτὸν, οὕτω δὴ καὶ τὸ αἰθέριον σῶμα συννεύει πρὸς ἑαυτὸ, ὑπὸ νοῦ κυβερνώμενον, καὶ πρὸς νοῦν ἐπιστρεφόμενον.

κ'. Περὶ τάξεως ἀστέρων.

Εἰς δύο μέρη τῶν ἀστέρων διαιρουμένων, εἰς τὸ ἀπλανὲς καὶ τὸ πλανώμενον, οἱ μὲν ἀπλανεῖς τὴν ὑψηλοτέραν τάξιν τῶν πλανητῶν ἔχουσι, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ αἰθερίου σώματος κείμενοι καὶ Φερόμενοι, ἀλλ' οἱ μὲν ὑψηλότεροι αὐτῶν εἰσὶν, οἱ δὲ ταπεινότεροι. οἱ δὲ ἑπτὰ πλανῆται, μετὰ ἀπλανεῖς τετάχαται, ὧν πρῶτος ἐστὶν ὁ τοῦ κρόνου λεγόμενος ἀστὴρ. καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τοῦ Διὸς, καὶ ὑπ' αὐτὸν, ὁ τοῦ ἄρεος

2011 Ministerio de Cultura

elementorum, & illorum veluti despumatio. Aristoteles vero qvintum qvoddam corpus de illis cogitandum relinqvit, neqve enim nominat qvæ sit stellarum substantia, sed cœlum omne universaqve sidera, qvia diverso motu qvam elementa qvatuor prædita sunt, qvintum corpus appellat. Ex omnibus porro stellis septem tantummodo sunt planetæ sive errantes, vel proprie qvinqve tantummodo. Sol enim & luna non errant, at illi qvinqve qvia videntur jam stare jam retrogredi, errantes dicti sunt.

98. *De stellarum rotatione ac motu.*

Stellæ inerrantes universæ fixæ sunt, ut ait Aristoteles, & sine ulla transpositione una cum cœlo moventur, qvod cum ab oriente feratur versus occidentem, eadem & illæ cum cœlo motione circumferuntur. Planetæ vero propter contrarium & æqvalem renixum, à sapienti Providentia, ne ex consimili cursu & volutione conflictus esset, proprio & naturali motu feruntur ab occidente in orientem. Qvanqvam & ipsi ex oriente moventur in occidentem, sed una cum cœlo circumagitati: unde Sol propria motione qvatuor anni tempora implet, jam in septentrione jam in meridionali parte constitutus, prout vero movetur eodem motu cum cœlo ex oriente in occidentem, dies facit & noctes.

99. *Quales figuræ stellarum?*

Cum multiplices figuræ sint, ut triangulares, qvadrangulares, cubicæ, pyramidales aliæqve planiformes, pulcherrima est sphærica, itaqve cœlum & stellæ omnes sphærica figura præditæ sunt, qvod & ex lunæ illuminationibus perspicuum est, siqvidem illa ob gibbositatem suam non simul tota à sole, sed paulatim crescente lumine illustratur. Fas certe erat corpora ætheria in pulcherrimam figuram aptari, mentis figuræ æmula. Sicut enim mens in se reflectitur, sic & ætherium corpus à mente directum & ad mentem conversum in semet vergit.

100. *De ordine stellarum.*

Cum in duo genera stellæ dividantur, inerrantium errantiumqve, inerrantes planetis altiores sunt, non tamen ipsæ omnes in eadem cœli summitate constitutæ, sed aliæ aliis sublimiores. At septem planetæ sub inerrantibus locum sortitæ sunt primus qvidem Saturnus, post hunc Jupiter, inde Mars, hinc Sol, deinceps Venus, ac sub Venere Mercurius,

2011 Ministerio de Cultura

ἄρεϑ, ἔιτα ὁ ἥλιϑ, μεϑ' ὃν ἀφροδίτη, καὶ μετὰ ταύτην ἑρμῆς, καὶ τελευταῖον ἡ σελήνη. Μεϑ' ἣν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ὥσπερ εἰρήκαμεν. ὡρισμένοι δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ οἱ χρόνοι τῶν κινήσεων, ϑαυμασίαν τὴν συμφωνίαν ἔχοντες.

ρα. Πόϑεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες;

Οὔτε τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἑδείς, οὐδὲ πάντες οἱ πλανῆται ἀλλ' ἡ σελήνη μόνη παρὰ τὸν ἥλιον φωτίζεται. διὰ τοῦτο καὶ πεφωτισμένον ἀεὶ μέρος αὐτῆς πρὸς τὸν ἥλιον νένευκεν, οὐκ ἔστι δὲ ὅτι ἀφώτιστϑ παντάπασιν ἐστὶν ἡ σελήνη, ἀλλ' ἀεὶ ἐνδέδυται φῶς ἡμισέληνον. Ἐν μὲν οὖν ταῖς συνόδοις ἀφώτιστον μέν ἐστι τὸ πρὸς ἡμᾶς αὐτῆς κύρτωμα, πεφωτισμένον δὲ τὸ ἄνω φαλάκρωμα. Ἐν δὲ ταῖς πανσελήνοις τὸ μὲν νεῦον πρὸς ἡμᾶς ἡμισφαίριον αὐτῆς ὁλοφαές ἐστι. τὸ δ' ἄνω ἡμίτομον, φωτὸς ἄμοιρον. μεταξὺ δὲ τῆς συνόδϑ καὶ τῆς πανσελήνϑ κατὰ τὸ μέτρον τῆς πρὸς τὸν ἥλιον διαστάσεως μηνοειδὴς γίνεται, καὶ διχότομϑ, καὶ ἀμφίκυρτϑ. ἢ γὰρ ἔλαττον τοῦ ἡμίσεως φωτίζεται, ἢ κατὰ τὸ ἥμισυ, ἢ κατὰ τὸ πλέον.

ρβ. Περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων, καὶ πῶς γίνεται χειμὼν καὶ ϑέρϑ;

Ἐπισημασία ἐστὶν, ὅταν ἐπιτέλλων ἀστὴρ καὶ συναπατέλλων τῷ ἡλίῳ ὥσπερ ὁ καλούμενϑ κύων καὶ ὡρίων, καὶ ὁ ἀρκτοῦρϑ, ἢ ἕτερός τις τῶν ἀπλανῶν, ἀλλοιώσῃ τὸν ἀέρα, κατὰ τοὺς τέσσαρας καιροὺς τοῦ ἔτους. τοῦτο γὰρ Μωυσῆς ὑπαινίττεται λέγων, ἔσονται εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἐνιαυτούς. ἐπισημαίνεται γάρ τι ὁ ἀστὴρ τῶν περὶ τῶν ἀέρα παϑῶν, ἐὰν ἐπιτολὴν ἢ ἑσπερίαν ποιούμενϑ. περὶ μέν τοι γε ϑέρους ἢ χειμῶνϑ καὶ τῶν λοιπῶν ὡρῶν ἰστέον, ὡς ὅταν μὲν ὁ ἥλιϑ βόρειϑ ἡμῖν γένηται, καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς κινοῖτο, ϑέρϑ ποιεῖ. ὅταν δὲ πρὸς νότον ἀπέλευϑῃ, χειμῶνα ἐργάζεται. Καὶ ὅταν μὲν κατὰ τὸν κριὸν τὸ ζῴδιον γένηται, ἰσημερίαν ποιεῖ. ὅταν δὲ κατ' ἀντικρυ διαπορεύηται τῶν χηλῶν, μετοπώραν καὶ ἰσημερίαν αὖϑις.

ργ. Πόσϑ ἑκάστῳ τῶν πλανητῶν ὁ χρόνϑ τῆς περιόδϑ;

Τοῖς πλανήταις πᾶσι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ μεγέϑους τῶν σφαιρῶν καὶ τοῦ μέτρου τῶν ἀποστάσεων χρόνους ὡρισμένους ἀφώρισεν ὁ Θεὸς, τῶν κινήσεων. καὶ ὁ μὲν Κρόνϑ ἅτε ὑψηλότερϑ τῶν ἄλλων, καὶ μείζονα κύκλον περιερχόμενϑ διὰ τριακονταετίας τὴν αὐτοῦ περίοδον ἐκπληροῖ. ὁ δὲ Ζεὺς εὐθὺς μετ' αὐτὸν ὢν διὰ δωδεκαετίας. ὁ γε Ἄρης διὰ δύο καὶ ἡμίσεως ἐνιαυτῶν. Τῷ δὲ ἡλίῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ καὶ τῷ Ἑρμῇ ἰσόδρομϑ ἡ περιοδϑ καὶ ἐνιαύσιϑ. ἡ δὲ σελήνη διὰ κϑ' ἡμερῶν πρὸς τῇ ἡμισείᾳ ἀποκαϑίσταται. εἰ δέ τις μυστικώτερον ἅπτοιτο τὸν τῶν τοιούτων ἀριθμὸν, τὴν τοῦ δημιουργοῦ σοφίαν ϑαυμάζεται, πῶς ἅπαντες οἱ τῶν συμφωνιῶν λόγοι ἐν τοῖς τοιούτοις ἐμφαίνονται, ὁ διὰ πασῶν, ὁ διὰ πέντε, καὶ διὰ τεσσάρων. ρδ.

2011 Ministerio de Cultura

rius, & poſtrema Luna. Poſt illam ſeqvuntur qvatuor elementa de qvibus dixi. Definita porro ſingulis planetis tempora ſuæ cujusq; motionis, admirandum inter ſe concentum ſive ſymphoniam habent.

101. *Unde lumen habent ſtellæ?*

Neqve inerrantium ulla ſtellarum, neqve planetæ omnes ſed ſola luna à ſole illuminatur. Igitur & pars ejus lucida ſemper ſoli obverſa eſt, neqve unqvam tota caret luna lumine, ſed usqve qvaqve dimidia pars ejus lumine gaudet. Nam in conjunctione ſive novilunio gibbus nobis obverſus lucis eſt expers, at ſuperior ut ita dicam calvaria illuminata eſt. In plenilunio viciſſim hemiſphærium ad nos vergens totum eſt lucidum, ſuperius autem illud expers luminis. Inter novilunium vero ac plenilunium pro ratione qva à ſole diſtat, fit nobis vel corniculata, vel dimidiata vel decreſcens; aut enim minus qvam dimidium ejus illuminatur, aut dimidium, aut plus dimidio.

102. *De ſtellarum ſignificatione, & quomodo hiems & æſtas fiat?*

Significatio ſtellæ eſt, qvando oriens vel cum ſole exorta ut Canis vel Orion aut Arcturus aut alia qvædam fixarum, aërem qvatuor anni temporibus alterat. Nam & Moyſes hoc ſubinnuit cum ait: *Erant in ſigna, & in tempora, & in annos.* Stella ſiqvidem matutino vel veſpertino ortu ſuo aliqvam ex aëris affectionibus ſignificat. De æſtate vero & hieme atqve cæteris anni temporibus ſciendum eſt, qvod qvando ſol nobis eſt auſtralis, & ſuper capite noſtro fertur, facit æſtatem. Et qvando verſatur in ariete, æqvinoctium efficit. Qvando autem ex adverſo poſitus cancri chelas attigerit, autumnum, alterumqve affert æqvinoctium.

103. *Quanti temporis periodus ſingulis planetis ſit tributa?*

Singulis planetis DEus tempora definita ſtatuit motionum, ſecundum proportionem magnitudinis ſphærarum, & menſuræ qva diſtant. Saturnus igitur tanqvam cæteris ſublimior & majorem deſcribens circulum, triginta annorum ſpatio periodum ſuam explet & abſolvit. Jupiter ipſi proximus annis duodecim. Mars duobus & dimidio. Soli, Veneriqve ac Mercurio æqvalis periodus unius anni eſt conſtituta. Luna undeviginti diebus & dimidia. Qvod ſi qvis Muſicè numeros hoſce conſideraverit, ſapientiam Conditoris mirabitur, ſiqvidem omnes rationes harmonicas in illis obſervare licet, octavam, qvintam, qvartamqve.

104. *De*

2011 Ministerio de Cultura

ϱδ. Περὶ κομήτου.

Ὁ κομήτης ἐν τῷ ὑπερκαύματι γίνεται, ὅταν γὰρ ἐξαφθῇ τι μέρος ξηροῦ ὑπερκαύματος διὰ τὴν κίνησιν, ὡς εἰρήκαμεν, καὶ ἡ μὲν λεπτὴ σύστασις ᾖ, διατρέχει εὐθὺς τὸ ἐξαφθὲν κατὰ διάδοσιν, καὶ γίνεται ὁ καλούμενος διάττων ἀστήρ. εἰ δὲ παχυτέρα εὑρεθῇ ἡ ὕλη, κατέχεται ἐκεῖσε τὸ σπέρμα τοῦ ἐξαφθέντος πυρός, καὶ ποιεῖ τὸν κομήτην. Εἰσὶ δὲ τῶν κομητῶν τὰ σχήματα διάφορα, διὰ τὴν διάφορον τῆς ὕλης ἕξιν. ἢ γὰρ κατὰ μῆκος μόνον ἐστὶν ἡ ἕξις, καὶ γίνεται ὁ καλούμενος δοκός. ἢ κατὰ μῆκος καὶ πλάτος, καὶ ἀποτελεῖται ὁ κυρίως καλούμενος κομήτης. ἢ ἐν βάθει ἔχει οἷον ἀποστηριγμούς τινας, καὶ καλεῖται πωγωνίας. ἔστι δὲ ἕτερα ὀνόματα τῶν κομητῶν περὶ ὧν ἐροῦμεν προϊόντες.

ϱε. Περὶ ὑέτου καὶ χαλάζης, χιόνος, πάχνης καὶ δρόσου.

Κομῆται μὲν καὶ γαλαξίας, εἰσὶ δὲ δοκίδες καὶ διάττοντες, καὶ τ' ἄλλα τὰ εἰρημένα, ἐν τῇ καπνώδει γίνονται ἀναθυμιάσει. ὑετὸς δὲ καὶ χάλαζα καὶ χιὼν καὶ πάχνη καὶ δρόσος ἐν τῇ ἀτμώδει ἀναφορᾷ, ἥτις μετὰ τὴν καπνώδη διήκει χυτὰ τὴν φύσιν ἐκ τῆς γῆς, καὶ αὐτὴ ἀναφερομένη. αὐτὴ γὰρ ἡ ἀτμώδης ἀναθυμίασις ἡ ὑγρὰ καὶ θερμή, ἢ ἀλλοιοῦται καὶ μεταβάλλεται εἰς ὕδωρ, καὶ εἰ μὲν λαμπρότερον καταέλθοι, ὑετὸν ποιεῖ. εἰ δὲ κατὰ μέρος ἐνεχθῇ, ψεκάδα. ἢ πήγνυται μόνως καὶ ποιεῖ χιόνα, ἢ μεταβάλλεται πρότερον, εἶθ' ὕστερον πήγνυται καὶ γίνεται χάλαζα. εἰ μὲν ἂν ἄνω κυφιοθῇ ἡ ἀτμὶς, ταῦτα ποιεῖ. εἰ δὲ ἐν τῷ περιγείῳ σάει ἀέρι ἢ πήγνυται, καὶ γίνεται ὁ παγετός. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης αἴτιον τῶν ἁπάντων τὴν ψύξιν λέγει.

ϱϛ. Περὶ ἴριδος.

Ἡ ἶρις τὸ καλούμενον τόξον παρὰ τοῖς πολλοῖς, τῇ φύσει μὲν ἀνυπόστατόν ἐστι, καὶ φάντασμα τῆς ὁρώσης ὄψεως, ἀκτίνων ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν προσπιπτουσῶν, εἶτα δὴ ἀνακλωμένων, καὶ τὸ τοῦ τόξου σχῆμα ἐμφαινουσῶν. ἔστι δὲ ὡς ἀληθῶς τόξον ἀντικρυς κατὰ τὸ σχῆμα, οὐδέποτε γὰρ φαίνεται κυκλοτερὲς, ἀλλ' ἢ ἔλαττον ἢ πλέον ἡμικύκλου. Φαίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον μὲν ἀπὸ τοῦ ἡλίου, σπανίως δὲ ἀπὸ τῆς σελήνης, καὶ μάλιστα μὲν ἡμέρας, σπανίως δὲ νυκτὸς, καὶ πλεῖστον μὲν ἐπὶ τὸν ὁρίζοντα, σπανίως δὲ περὶ τὸν μεσημβρινὸν κύκλον. πολλάκις δὲ ἐν ταυτῷ καὶ δύο φαίνονται ἶριδες. ἔστι δὲ πᾶσα ἶρις τρίχροος. ἡ μὲν γὰρ ἐντὸς αὐτῆς ζώνη φοινικῆ. ἡ δὲ δευτέρα πράσινος, ἡ δὲ τρίτη ἀλουργὸς, καὶ οἷον ὑποπόρφυρος. συνίσταται δὲ ἐπὶ ἀνωμάλοις καὶ ἀνομοιομερέσι νέφεσι.

ϱζ.

2011 Ministerio de Cultura

104. *De Cometa.*

Cometa generatur ex fuliginosa materia ; qvando enim pars hujus per motum , ut diximus , succenditur , & tenuior illa compages fuerit accensa , statim procurrit ulterius, fitq; stella cadens, sive qvam discurrentem appellant. Si vero materia fuerit crassior , semen ignis succensi ibi continetur , & cometam efficit. Sunt & variæ formæ cometarum propter diversimodam materiæ illius succensionem. Nam qvædam in longum modo fit , & vocant trabem , aut in longum & latum , unde proprie dictus cometa nascitur : aut in profundum habet qvasdam veluti descintillationes , & vocatur pogonias sive barbatus. Sunt & aliæ cometarum appellationes , qvas sermone procedente dicemus.

105. *De pluvia, grandine, nive, pruina & rore.*

Cometæ qvidem & circulus lacteus, trabesqve & stellæ cadentes aliaqve de qvibus jam dixi , ex fuliginosis vaporibus nascuntur. Pluvia autem grandoqve, & nix ac pruina & ros ex vaporibus exhalantibus fit natura humidis , effundentibus sese post fuliginosos illos , & ex terra ipsis etiam sursum ascendentibus. Hæ enim exhalationes vaporesq; humidi ac calidi aut in aqvam vertuntur & mutantur , qvæ si conspectior descendat facit pluviam , si minutatim demittatur , rorem : Aut modo concrescunt , faciuntqve nivem , aut in aqvam prius mutantur ac deinde congelascunt , unde grando nascitur. Hæc fiunt qvando levitate elati vapores altius ascenderunt , si vero in proximo terræ aëre subsistant , ibiqve congelent , generatur pruina. Cæterum Aristoteles horum omnium causam statuit esse frigus.

106. *De iride.*

Iris qvem vulgus arcum vocat , naturâ non subsistit , sed imaginatio est videntium, dum radii ab oculis in illam incidunt ac deinde refringuntur atqve ita arcus figuram referunt. Vere autem arcum repræsentat iris , nunqvam enim circulum sed semper semicirculo minorem majoremve. Ut plurimum à sole , rarius etiam à luna apparet , & de die freqventius , rarius noctu : sæpius prope horizontem , minus freqventer circa meridianum. Non raro simul duo conspiciuntur irides, estqve singulis color triplex. Interior Zona puniceum habet , altera viridem , tertia colorem croceum ac veluti subpurpureum , constatqve iris inæqvalibus & dissimilibus nubibus.

2011 Ministerio de Cultura

ρζ. Περὶ τῆς ἅλω.

Καὶ τὸ ὑπὸ τὴν σελήνην δὲ φαινόμενον ὅιον ἁλῶνιον, κατ' ἔμφασίν ἐσιν, ἀλλ' ὃ καθ' ὑπόσασιν, τὰ ἐναντία δὲ ἔχει τῆς ἴριδ@. ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ πλεῖσον κύκλ@ φάνεται τέλει@. σπανιώτερον δὲ ἐλάττων κύκλ. καὶ περὶ μὲν τὴν σελήνην μάλισα, ἔλαττον δὲ καὶ περὶ τὸν ἥλιον φάνεται, ἢ νυκτὸς μὲν πλέον, ἔλαττον δὲ ἡμέρας. καὶ περὶ μὲν τὸν μεσημβινὸν κύκλον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖσον, σπανίως δὲ περὶ τὸν ὁρίζοντα. καὶ μία ἀεὶ καὶ μονόχρο@, ἤτοι λευκή, καὶ συνίσαται ἐπὶ ὁμαλοῖς καὶ ὁμοιομερέσι νέφεσι. γίνεται δὲ καὶ αὕτη ἐξ ἀνακλάσεως τῆς ὄψεως. δεῖ δὲ τὸ ἔνοπτον, ἀφ' ἧ ἀνακλᾶται, εἶναι καὶ λεῖον καὶ διαφανὲς ἵνα ἐκεῖσε ἐμφαίκηται τὸ εἴδωλον τῦ ὁρατῦ. Ἔσι δὲ ἡ ἀπόδειξις καὶ τῦ τῆς ἅλω κύκλ. καὶ τῦ τῆς ἴριδ@ σχήματ@ γεωμετρική, καὶ διὰ τῦτο ἧ δυσπόρις@ βασιλικῇ ἀκοῇ.

ρη. Περὶ ῥάβδων.

Αἱ φαινόμεναι ὅιον ῥάβδοι κατὰ τὸν ἀέρα, ὅτε κατάντικρυ συνίσανται τῦ λαμπρῦ, ὥσπερ ἡ ἶρις, ὅτε κατὰ κάθετον, ὥσπερ ἡ ἅλως. φαίνονται δὲ ἡμέρας μόνον, καὶ περὶ τὸν ἥλιον μόνον, καὶ περὶ τὸν ὁρίζοντα μάλισα τὸν δυτικὸν, ἔλαττον δὲ καὶ ἐν τῷ μεσημβρινῷ, καὶ ἐπὶ ἀνωμάλων, καὶ ἀνομοιομερῶν νεφῶν, ὥσπερ καὶ ἡ ἶρις. εἰσὶ δὲ τρίχροοι, πολλὴ γὰρ συγκόινεια ταῖς ῥάβδοις ἧ τῇ ἴριδι πλὴν τῦ σχήματ@, ὅτι ἡ μὲν ἶρις ἀποτελεσμένε κύκλ@ ἐσὶν, αἱ δὲ ῥάβδοι καθ' εὐθυωρίαν τέτανται. γίνονται δὲ αὗται κατὰ ἀνάκλασιν προσπιπτούσης τῆς ὄψεως, ἀπὸ νέφους εἰς νέφ@, κἀκεῖθεν ἀνακλωμένης πρὸς ἕτερον νέφ@ λευκόν. ὅταν δὲ λέγει Ἀριστέλης περὶ τῶν ῥάβδων, ὅτι ἐπ' αὐτῶν ἀνακλᾶται ἡ ὄψις πρὸς τὸν ἥλιον, γνῶθι ὅτι ἡλίου νῦν τὸ λευκὸν νέφ@ ἐκάλεσεν.

ρθ. Περὶ παρηλίων.

Πολλὴν κοινωνίαν ἔχουσιν οἱ παρήλιοι πρὸς τὰς ῥάβδους, ἧ γὰρ καὶ ὅτι ἐκ πλαγίων τῦ λαμπρῦ γίνονται. Καὶ ἡμέρας μόνον, περὶ τὸν ἥλιον μόνον, καὶ μάλισα, περὶ τὸν ὁρίζοντα τὸν δυτικὸν ἢ τὸν μεσημβρινὸν, πλὴν αἱ μὲν ῥάβδοι ἐπὶ ἀνωμάλων γίνονται νεφῶν, καὶ ἀνομοιομερῶν, ὥσπερ ἡ ἶρις. οἱ δὲ παρήλιοι ἐπὶ ὁμαλῶν ἧ ὁμοιομερῶν, ὥσπερ ἡ ἅλως. ἧ αἱ μὲν ῥάβδοι τρίχροοι κατὰ τὰ τῆς ἴριδος χρώματα, οἱ δὲ παρήλιοι μονόχροοι, καὶ λευκοὶ κατὰ τὸ χρῶμα τῆς ἅλω. περὶ δὲ τῶν παρηλίων ἐκεῖνο χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἡ ἀνάκλασις ἀπὸ τῦ νέφους γίνεται πρὸς τὸν ἥλιον, τῦ νέφους πυκνοτέρυ ὄντ@ ἧ σεσεμνίσ, παρὰ τὸ ἐν ταῖς ῥάβδοις, καὶ ὁμαλῦ. διὰ γὰρ τῦτο καὶ λευκὸς φαίνεται ὁ παρήλι@. Ἐπειδὴ ἀπὸ τῦ ὁμαλῦ ἓν καὶ τῦτο χρῶμα διασώζεται, καὶ ἀπὸ τῦ πυκνῦ ῥαδίως μᾶλλον καὶ συντόμως ἀνακλᾶται ἡ ὄψις.

ρί.

2011 Ministerio de Cultura

107. *De halone.*

Etiam qvod in sublunari regione apparet veluti halonium, tantum ita videtur, neqve substantiam habet propriam, cæterum multa illi sunt iridis naturæ contraria. Freqventius enim conspicitur ut circulus perfectus, haud ita sæpe minor circulo, crebriusqve circa lunam qvàm circa solem, & de die minus freqventer qvàm de nocte, sæpissimeqve circa meridianum, at prope horizontem rarenter: & unica semper uniusqve coloris, nimirum albicantis, ac consistit ex nubibus æqvalibus & similaribus. Oritur & halo ex visionis refractione. Oportet vero id qvod visum refringit esse læve ac pellucidum, ut ibi species visibilis appareat. Cæterum halonis qvoq; circulus & iridis figura rationibus demonstrantur Geometricis, qvas ægre admittunt Regiæ aures.

108. *De virgis.*

Qvæ in aëre apparent tanqvam virgæ, neqve luci adversæ consistunt instar iridis, neqve perpendiculariter exstant sub illa, ut halo, tantumqve conspicuntur de die, & circa solem modo, & circa horizontem maxime occidentalem, rarius etiam in meridiano, fiuntqve ex inæqvalibus & dissimilaribus nubibus perinde ut iris. Habent & ipsæ triplicem colorem, multa enim virgis & iridi communia sunt, excepta figurâ, qvæ iridi est imperfectus circulus, cum virgæ sint in rectam lineam conformatæ. Fiunt vero per refractionem, visione ex una nube delabente in alteram, atqve inde refracta ad aliam nubem candicantem. Qvando itaqve Aristoteles de virgis loqvens, ait refringi visionem in Sole, noris candicantem nubem isto in loco nomine Solis intelligi.

109. *De parheliis.*

Multa sunt parheliis communia cum virgis, nam & hi per transversum à luce oriuntur, & de die solummodo, nec nisi circa solem, & maxime circa occidentalem horizontem vel meridianum. Cæterum virgæ in nubibus inæqvalibus ac dissimilaribus generantur perinde ut irides, parhelii autem halonis in modum in æqvalibus ac similaribus. Ac virgæ qvidem triplici colore sunt ut halo. De illis vero sciendum est, qvod tunc refractio à nube fit ad solem, cum nubes densior est & solidior qvam in virgis, lævisqve & æqvalis, qvamobrem & albicante colore parhelius apparet, qvoniam ab lævitate illa unus idemqve color servatur, & à densitate magis faciliusqve visus refringitur.

2011 Ministerio de Cultura

ρί. Περὶ ἀνέμων.

Ὁ ἄνεμος οὐκ ἔστιν ἀὴρ κινούμενος, ὡς Ἱπποκράτης ὁ Κῶος ἰατρὸς φύεται, ἀλλ' ἐκ τῆς καπνώδους ἐστὶν ἀναθυμιάσεως. ἡ μὲν γὰρ τοῦ ἀέρος κίνησις ἤλυτος ὑπάρχει καὶ χαλαρά, ἡ δὲ τοῦ ἀνέμου, τυραννικὴ καὶ βιαιοτάτη, ὡς δηλοῦσιν οἱ σεισμοὶ, οἱ κινοῦντες τὴν γῆν, οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἐστὶν ὁ σεισμὸς, εἰ μὴ ὑπόγειος ἄνεμος. τεσσάρων δὲ ὄντων, ὡς συντόμως εἰπεῖν, καθολικῶν ἀνέμων, ἀπηλιώτης μὲν καὶ ζέφυρος οὐκ εἰσὶ σφοδρότατοι. βορέας δὲ καὶ νότος τυραννικώτεροι. διότι ἐν μὲν τῷ βορείῳ καὶ νοτίῳ πόλῳ ἔνθεν ὁ βορέας καὶ ὁ νότος πνεῖ, μὴ γινόμενος ὁ ἥλιος οὐ θερμαίνει τοὺς ἐκεῖσε χωρίους, ἀλλὰ μένει ψυχρά. ψυχραὶ δὲ οὖσαι ἀεὶ ἔνικμοί εἰσιν, ὥστε ὄμβρων πολλῶν γενομένων διὰ τὴν ψύξιν. εἶτα, τῆς γῆς διαβρόχου γενομένης, πολλὴ καπνώδη ἀναθυμίασις ἐκδίδοται, καὶ διὰ τοῦτο, σφοδροὶ ἄνεμοι γίνονται, ὁ βορέας καὶ ὁ νότος. ἐν δὲ τοῖς ἀνατολικοῖς καὶ δυτικοῖς χωρίοις κινούμενος ὁ ἥλιος οὐκ ἐᾷ ψύξιν γίνεσθαι πολλὴν, ἔνθεν δὲ ὅτε πολὺς ὑετὸς γίνεται, ὅτε ἡ πολλὴ καπνώδης ἀναθυμίασις, ἄτε τῆς γῆς μὴ διαβρεχομένης, καὶ οὐ γίνονται διὰ τοῦτο ἄνεμοι σφοδροὶ ἐντεῦθεν. πλὴν ἐν μὲν τοῖς νοτίοις μέρεσι πλεῖον μὲν ἐστὶν ἡ γῆ, οὐκ ἔνικμος δὲ, ἐν τοῖς βορείοις ὀλίγη μὲν, ἀλλ' ἔνικμος. διὰ γὰρ τὴν ψύξιν ὄμβροι γίνονται, καὶ διὰ τὸ ἔνικμον τῆς γῆς πολλὴ γίνεται ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις. ἀλλ' οὐ διὰ τὸ πλῆθος αὐτῆς. Ἔνθεν τοι καὶ οἱ σφοδροὶ ἄνεμοι ἀπὸ τῶν νοτίων εἰσὶ καὶ τῶν ἀρκτώων μερῶν, ὡς ἂν ἐκεῖ γινομένης πολλῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως. ἐν γὰρ τῇ ἀνατολῇ καὶ δύσει οὐ γίνονται σφοδροὶ, ἅτε τοῦ ἡλίου ἐκδαπανῶντος τὴν ἐκεῖσε γενομένην ἀναθυμίασιν, καὶ οὐκ ἐῶντος ὑποσῆναι. καλοῦνται δὲ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἄρκτου βορέαι, οἱ δὲ ἀπὸ μεσημβρίας, νότοι. αἰτία δὲ ἐστὶ τῆς λοξῆς τοῦ ἀνέμου κινήσεως, ἡ τοῦ παντὸς κυκλοφορία, τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν κάτωθεν ἀνιοῦσαν πλανῶσα, καὶ τῇδε κἀκεῖσε μεταφέρουσα. γίνονται δὲ οἱ βόρειοι ἐτησίαι ἄνεμοι μετὰ ἡμέρας εἴκοσι τῆς θερινῆς τροπῆς, μετὰ τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολήν. τῇ γὰρ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῆς χιόνος λυομένης, γίνονται οὖροι ψυχραὶ βόρειοι, αἵτινες ἐτησίαι λέγονται. εἰσὶ δὲ νότιοι ἐτησίαι ὡς ἀπὸ τοῦ πρὸς τὸ πᾶν νότου, ἀλλ' ἡμῖν ἀνεπαίσθητοι. εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς νότου ἐτήσιοι ἄνεμοι. οὗτοι δὲ μετὰ ἑβδομήκοντα ἡμέρας τῆς χειμερινῆς τροπῆς ἄρχονται πνεῖν, τοῦ ἡλίου ὄντος ἐν ἰχθύσι. καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἰσημερινῆς δύσεως, πνεῖ ὁ ζέφυρος, ἀπὸ δὲ τῆς ἀνατολικῆς ἰσημερίας πνεῖ ἀπηλιώτης. καὶ αὖθις ἀπὸ τοῦ ἀρκτικοῦ μὲν πόλου πνεῖ ὁ ἀπαρκτίας, ἀπὸ δὲ τοῦ νότου πνεῖ ὁ νότος. καὶ πάλιν ἀπὸ μὲν τῆς θερινῆς ἀνατολῆς πνεῖ ὁ καικίας, ἀπὸ δὲ τῆς χειμερινῆς δύσεως πνεῖ ὁ λίψ. καὶ ἀπὸ μὲν

2011 Ministerio de Cultura

110. *De Ventis.*

Ventus non eſt agitatus aër, ut Hippocrates Cous Medicus ſibi perſvaſit, ſed ex vapore atqve exhalatione terræ oritur. Aëris qvippe motus langvidus eſt ac remiſſus, venti tyrannicus ac vehementiſſimus, ut demonſtrant terræ motus, qvi nihil aliud ſunt qvam ſubterranei venti. Cum vero, ut breviter dicam, qvatuor ſint venti Catholici ſive cardinales, ex his Subſolanus ac Zephyrus non adeo incitati ſunt, ſed violentiſſimi Boreas atqve Auſter. Qvoniam nimirum ad ſeptentrionalem atqve auſtralem polum ubi Boreas & Auſter ſpirant, ſol longius abſens illa non calefacit, ita ut frigida maneant: frigidaqve cum ſint, ſemper ſunt humida, imbribus plurimis propter frigiditatem ibi cadentibus. Hinc deinceps terra humectata multos emittit vapores exhalationesqve, unde venti vehementes naſcuntur boreas atqve auſter. At enim in orientalibus atqve occidentalibus partibus verſans ſol non patitur multum frigus fieri, unde nec multa pluvia, nec multi vapores atqve exhalationes ex terra qvippe non adeo humectata, hinc nec venti inde impetuoſi ſpirant. Cæterum in auſtralibus partibus plus qvidem terræ eſt ſed minus humida, at in ſeptentrionalibus non adeo multa eſt terra, ſed admodum humida. Sane à frigore imbres oriuntur, & à terræ humiditate non ab magnitudine multi vapores multæq; exhalationes. Hinc etiam vehementes venti ex auſtralibus & borealibus veniunt partibus, qvod ibi multi vapores ex terra exhalant. In oriente autem & occidente non ſunt venti tam immites, ſole nimirum vapores ibidem prodeuntes conſumente nec permittente ſubſiſtere. Porro ventos ab ſeptentrione flantes vocamus boreas, ab meridie notos ſive auſtros. Cauſa obliqvi ventorum motus eſt circumrotatio orbis terrarum, qvæ vapores deorſum tendentes divertit & huc atqve illuc transfert. Eteſiæ venti Septentrionales ſpirant poſt viginti dies ab æſtivo ſolſtitio, ortumqve caniculæ, tunc ſiqvidem ſolutis nivibus auræ frigidæ flant boreales, qvas eteſias appellant. Spirant & auſtrales eteſiæ ab auſtrali parte orbis terrarum, ſed eas nos percipere non poſſumus. Veniunt tamen & ex parte auſtrali nobis propiore eteſiæ venti, ſed qvæ poſt ſeptuageſimum à bruma ſive hiberno ſolſtitio incipiunt ſpirare, qvando ſol eſt in piſcibus. Ab occidente æqvinoctiali flat Zephyrus, ab oriente æqvinoctiali ſubſolanus: atqve à Septentrionibus ſive arctico polo Aparctias, à meridie Auſter. Ab oriente ſolſtitiali æſtivo Cæciam, à brumali occaſu Liba vocant. A brumali oriente

2011 Ministerio de Cultura

μὲν τῆς χειμερινῆς ἀνατολῆς ἄξεισιν ὁ εὖρος. ἀπὸ δὲ τῆς θερινῆς δύσεως πνεῖ ἀργέστης, ὃν ὁ Πτολεμαῖος ἰάπυγα προσαγορεύει. καὶ ἔστι μὲν οἱ ὀκτὼ ἄνεμοι κατὰ διάμετρον ἀλλήλων εἰσίν. Ἕτερος δὲ ἄνεμος ἀπὸ τῆς μιᾶς τομῆς ἐστὶ τῆς ἀρκτικῆς πόλεως, καὶ καλεῖται βορέας ἢ μέσης, μεταξὺ πνέων καικίου καὶ ἀπαρκτίου. ἄλλος δὲ ἀπὸ τῆς ἄλλης τομῆς τῆς ἀρκτικῆς, ἣν καλεῖται ἔτος θρασκίας, μεταξὺ ὢν ἀπαρκτίου καὶ ἰάπυγος. πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς μιᾶς τομῆς τῆς νοτίου πόλεως πνεῖ ὁ εὐρόνοτος μεταξὺ ὢν εὖρου καὶ νότου. ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας τομῆς ὁ λιβόνοτος, μεταξὺ ὢν λιβὸς καὶ νότου, ὃς καὶ Φοινικίας καλεῖται καὶ τὰ μὲν βόρεια πνεύματα, πολλὰ μέν, οὐκ εὔδονα δὲ, διὰ τὸ ἀπὸ πολλῆς ὑγρότητος πνεῖν. Τάδε νότια ὀλίγα μὲν διὰ τὴν ἔνδειαν τῆς ὕλης, εὔδονα δὲ διὰ τὴν τῆς γῆς ξηρότητα. τούτων τῶν ἀνέμων ἐπινέφελοι μὲν καικίας καὶ βορέας, ἀπαρκτίας. αἰθραπαῖοι δὲ βορέας, ἀπαρκτίας, θρασκίας καὶ ἀργέστης. ἐκνεφίας δὲ ὁ βορρᾶς καὶ νεφελώδης μὲν μέσης καὶ ἀπαρκτίας, χαλαζώδης δὲ ἀπαρκτίας καὶ θρασκίας καὶ ἀργέστης, καυματώδης δὲ νότος καὶ ζέφυρος καὶ εὖρος. ὁ δὲ ζέφυρος καθ' ὥραν μὲν ἐστὶ ψυχρὸς, καθὸ δὲ ἐν τῷ θέρει πνεῖ νοθευόμενος θερμαίνεται, ὁ δὲ βορέας διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἀναθυμιάσεως ἀεὶ ἀποσοβεῖ τὰ νέφη, καὶ εὐδίαν ποιεῖ, πλὴν ὅταν μὴ ψυχρὸς. εἰ δὲ εἴη ψυχρὸς, ταχύνει τὴν ἀτμίδα πρὶν ἢ ἀποσοβῆσαι τὸ νέφος καὶ ποιεῖ ὑετόν. καὶ οἱ μὲν κατ' ἀντικρὺς ἄνεμοι οὐ δύνανται ἅμα πνεῖν. ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς νότος οὐκ ἀπὸ νότου τοῦ παντὸς πνεῖ, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ.

ριά. Περὶ τυφῶνος.

Ὁ τυφῶν ἄνεμός ἐστιν, ὃν ὁ μὲν Ὅμηρος θύελλαν ὀνομάζει, ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἀπὸ τοῦ ταχὺ εἶναι τὸ πνεῦμα, καὶ οἷον τύπτον τὸ παρατυχόν, τυφῶνα. αἰτία δὲ τούτου, ἀτμὶς παχεῖα ἄνωθεν ἀπὸ τῶν νεφῶν φερομένη κατ' εὐθὺ ἐπὶ τὰ κάτωντες, ἢ κατὰ τῆς θαλάσσης, ἥτις προσπλαίσασα τινὶ ἀντιτύπῳ ὀνόματι ἀναπάλλεται εἰς τὰ ὀπίσω. ἐπειδὴ δὲ κωλύεται τὸ ἀντιπαλλόμενον αὐτοῦ μέρος εἰς τὰ ὀπίσω ἀναπάλλεσθαι ὑπὸ τοῦ ὄπισθεν ἑπακολουθοῦντος αὐτοῦ μέρους, ἐπὶ τὰ πλάγια διακλᾶται, εἶτα κἀκεῖσε ἀντιτύπῳ συναντίσασα μέρει, πάλιν σκορπίζεται, καὶ γίνεται ἕλιξ, ἤτοι συστροφὴ τοῦ ἀνέμου, μεταιωρίζουσα καὶ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῆς θαλάττης τὰ ἐπιτυχόντα σώματα. ἔστι δὲ ἄνεμος ὁ καλούμενος παρά τινων τυφῶν.

ριβ. Περὶ ἐκνεφίου.

Ἄνεμός ἐστι καὶ ὁ ἐκνεφίας σχεδὸν ὁ αὐτὸς τῷ τυφῶνι. πλὴν ὁ μὲν ἐκνεφίας οὐκ ὁρᾶται, ὁ δὲ τυφῶν ὁρᾶται, διὰ τὸ παχυμερεστέραν οὐσίαν συνε-

φέλκεσθαι

2011 Ministerio de Cultura

ſpirat Eurus ſive Vulturnus, ab occaſu ſolſtitiali æſtivo Argeſtes qvem Ptolemæus appellat Japyga. Atq; hi octo venti è diametro ſibi invicem opponuntur. Alius ventus eſt ab una ſectione poli arctici, & vocatur boreas ſive Meſes, ſpirans inter Cæciam Aparctiamqve. Alius ex altera poli arctici ſectione & vocatur Thraſcias, inter Aparctiam atqve Japygem. Alius ex ſectione una poli auſtralis flat Evronotus, medius inter Eurum atqve Auſtrum. Et alius deniqve ex ſectione poli auſtralis altera Libonotus, inter Auſtrum & Liba, dictus etiam Phœnicias. Atqve boreales qvidem venti freqventes ſunt, minus intenſi tamen, qvoniam à valde humidis ſpirant regionibus. Auſtrales minus freqventes propter defectum materiæ, intenſiores vero propter terrarum ex qvibus veniunt ſiccitatem. Ex his ventis nubiloſi eſſe ſolent Cæcias, Boreas & Aparctias: Fulgurales Boreas, Aparctias, Thraſcias & Argeſtes. Ex nube prorumpens (ecnephiam Græci appellant) eſt Boreas & nubes obducens Meſes atqve Aparctias. Grandinem affert Apactias, Thraſciasqve & Argeſtes: æſtum Auſter, Zephyrus atqve Eurus. Cæterum Zephyrus natura qvidem ſua frigidus eſt, qvatenus autem in æſtate ſpirat, aſcititium calorem obtinet: Boreas vero exhalationum multitudine nubes ſemper abſorbet, ac ſerenitatem inducit, niſi frigidus fuerit: ſi vero fuerit frigidus, vapores ſpiſſat indenſatq; anteqvam nubem ſummoveat, facitqve pluviam. Atq; contrarii qvidem venti ſpirare eodem tempore non poſſunt. Qvi porro apud nos flat auſter, non à polo auſtrali ſive auſtro orbis terrarum ſpirat, ſed ab æſtivo tropico.

III. *De Typhone.*

Typhon venti genus eſt qvod Homerus procellam vocat, Ariſtoteles typhonem, qvod denſus hic Spiritus τύπτει & verberat ac proſternit qvicqvid ei ſe obtulerit. Cauſſa ejus ſunt craſſiores vapores deſuper è nubib⁹ recta deorſum deſcendentes in terrã vel in mare, qvi in reſiſtentem qvandam incidentes materiam retro pelluntur. Qvandoqvidem vero repercuſſa horũ pars propter ſuccedentes alios vapores reſurgere prohibetur, ad obliqva feruntur perfringuntq;, atq; etiam ibi occurrentibus qvæ renituntur, aliis partibus, iterum diſperguntur faciuntq; helicem ſive vorticem venti, qvi à terra & à mari in ſublime attolit qvæcunqve corpora apprehenderit. Hic eſt ventus qvem nonnulli typhonem appellant.

IIII. *De ecnephia.*

Ecnephias etiam venti genus eſt, parumqve à typhone diverſum. Sed non cernitur ecnephias, oculis autem ſentitur typho, utpote qvi craſſis.

2011 Ministerio de Cultura

φέλκεσθαι ἐκ τῦ νέφυς τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν. καὶ τὸν ἐκνεφίαν πάνυ νετὸς, τὸν δὲ τυφῶνα οὐχ ἱκανός ἐςι παῦσαι, ἀλλ' ὁ βορέας αὐτὸν· καταστέννυσιν. ἄλλο δὲ ἕτερόν ἐςιν ἐκνεφίας, ἢ τυφῶν ἐπιτεταμένος, καὶ ὅσον μὲν κατὰ τὸ εἶδος ταυτόν ἐςιν ἐκνεφίας καὶ τυφῶν, κάτα δὲ τὴν ἐπίτασιν ἢ ἄνεσιν διαφέρουσιν. ὁ μὲν γὰρ τυφῶν, ἐπιτεταμένος ἐςὶν ἐκνεφίας, ὁ δὲ ἐκνεφίας, ἀνειμένος τυφῶν. πολλάκις μὲν, οἱ μὲν ἀπὸ ψυχρῶν τόπων πνέοντες ἄνεμοι, νοθευόμενοι διὰ μέσε θερμῶν τόπων θερμοὶ καταπνέουσιν. οἱ δὲ ἀπὸ θερμῶν κεραννυμένοι ψυχρῷ διὰ μέσυ ἀέρι, ψυχροὶ διαῤῥέουσιν.

ριγ Περὶ κεραυνῶν.

Ὁ κεραυνὸς οὐκ ἔχει τὸ φλέγον, λεπτομερὴς γάρ ἐςιν ἡ οὐσία αὐτῦ, ὅθεν ταχέως διερχόμενος τὰ σώματα διὰ τὴν λεπτότητα οὐ καταφλέγει αὐτά. ἐνθεν τοι καὶ κεραυνὸς ὠνόμασαι ἀπὸ τῦ εὐκρανὴς εἶναι καὶ μὴ φλέγειν. πάνυ γὰρ λεπτομερέσερος ὢν ὡς εἴρηται, ὀξύτατα τὸ σῶμα διείσιν, ὥςτε μήτε καίειν, μήτε μελαίνειν. ὅθεν καί τινες ἀργῆτα τῦτον ὠνομάκασιν ἤτοι λαμπρόν. ἀργὸν τὸ λευκόν. εἰ γὰρ πῦρ ἐςι καὶ φύσει ἔχει τὸ καίειν, ἀλλ' ἡ λεπτότης καὶ ἡ ταχύτης τῆς διόδυ μὴ ἐγχρονίζυσα τῷ σώματι ἄκαυσον τῦτο ἐᾷ. πᾶν γὰρ τὸ καῦσον, οὐ μόνον μεγέθυς οἰκείυ δεῖται πυρὸς τῦ καῦσαι, ἀλλὰ καὶ τῦ καὶ ἐμβραδύναι τῷ καυσῷ σώματι. παρὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν οὐ φλέγει ὁ κεραυνός.

ριδ. Περὶ πρηςῆρος.

Ὁ πρηςὴρ καταφλέγει, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τῦνομα. πρηςὴρ γὰρ ἀπὸ τῦ πρήθειν ἢ ἐμπιπρᾶν ὠνόμασαι. φλέγει δὲ διὰ τὸ συνεπισπᾶσθαι μεθ' ἑαυτῦ παχυμερεσέραν οὐσίαν ἐκ τῦ νέφυς καὶ ταύτην ἐμπυρᾶν. τῦτο δὲ πρηςῆρος καὶ προηγῆται πνεῦμα, καὶ τῦτο δῆλον ἐκ τῦ, τὰ μέλλοντα ἐμπιπράσθαι, πρῶτον πνεῦμα τῦ πρηςῆρος θειῶδες ὂν πλήττει καὶ ῥήγνυσι, ὅθεν καὶ τὰ κεραυνωθέντα μένει διεσηκότα ἐπὶ χρόνον τινά. τῦτο δὲ τὸ πνεῦμα οὐ προηγῆται μόνον, ἀλλὰ καὶ σύνεσι τῷ πρηςῆρι καὶ ἐπακολυθεῖ. σπορίδην δὲ διαχεόμενον καὶ λεπτομερέσερον ὄν, βροντὰς ποιεῖ καὶ ἀςραπάς, καὶ ἐξαφθὲν μὲν ποιεῖ κεραυνὸν καὶ ἀςραπὴν καὶ πρηςῆρα. μὴ ἐξαφθὲν δὲ ἐκνεφίαν ἢ τυφῶνα. ταῦτα δὲ πάντα κατὰ ἐκπυρισμὸν γίνονται.

ριε. Πῶς συνέσηκεν ὁ κόσμος.

Τὴν σύςασιν ὁ κόσμος ἔλαβεν ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ κινήσεως τῶν στοιχείων. ἐπειδὴ γὰρ τῦτων τὰ μέν εἰσι κυφότατα, οἷον τὸ πῦρ καὶ ὁ ἀὴρ, τὰ δὲ

2011 Ministerio de Cultura

crassissimam materiam, vapores fuliginosos ex nube secum vehit. Ecnephiam sopit pluvia, sed typhoni compescendo impar est, qvi à boreali vento tollitur & extingvitur. Nihil aliud porro est ecnæphias vehemens qvam typho, & typho remissus haud diversus est ab ecnephia. Sæpius & è frigidis oris per calida loca spirantes & alterati venti flant calidum, & ex calidis flantes in medio frigidæ permixti auræ frigidi affluunt.

113. *De fulminibus.*

Fulmen non solet incendere, substantiam enim habet subtilissimam, unde corpora celeriter transeundo propter subtilitatem ea non inflammat. Inde & Græcis dictus κεραυνὸς qvasi ἐυκεραὴς qvod facile permeet, neqve adeo accendat. Subtilissimum enim cum sit ut dixi, celerrime corpus pervadit ut nec inflammet neqve nigrum faciat, unde & nonnulli vocant ἀργῆτα sive candens, ἀργὸν enim candidum significat. Qvanqvam enim fulmen ignis est, qvod naturâ urit, at subtilitas velocitasqve transitus non per momentum immorans corpori, illud relinqvit sine ustione. Qvicqvid enim urit, non modo magnitudine debita indiget ad urendum, sed etiam ut corpori urendo per aliqvod tempus immoretur. Ob hanc itaqve causam non inflammat nec urit fulmen.

114. *De presstere sive igneo turbine.*

Presster incendit & inflammat, ut nomine etiam ipso indicatur. Dictus enim presster Græcis est à vocabulo πρήθειν qvod accendere significat. Accendit autem, qvia ex nube secum vehit crassiorem materiam eamqve inflammat. Præcedit presterem ventus, qvod inde constat, siqvidem qvæ inflammari debent, prius à spiritu presteris sulfureo percelluntur rumpunturqve, unde & fulmine tacta per aliqvod tempus hiant. Nec tantum præcedit presterem ventus, sed comitatur etiam, & seqvitur. Latius ac passim diffusus & subtilior si fuerit, tonitru facit & fulgur: si inflammetur, efficit fulmen, & fulgur, presteremqve. Ex non inflammato fiunt ecnephias ac typho. Cæterum omnia hæc contingunt per violentam excussionem.

115. *Quomodo cœperit Mundus?*

Mundus subsistere cœpit à natura & motu elementorum. Horum enim cum qvædam levia sint ut ignis & aër, alia gravia, ut aqva & terra,

2011 Ministerio de Cultura

δὲ βαρύτατα, οἷον ὕδωρ καὶ γῆ, τὰ μὲν ὅσα βαρύτατα κάτω ἔδ παντὸς ὑπεκά-
θητο, τὰ δ' ὅσα μετέωρα, εἰς τὸ πῦρ ἐξεφέρετο. πᾶν δὲ ἀπὸ γῆς φερόμενον
ἄνω ἐσί. διὰ ταύτην ἔν τὴν αἰτίαν οἷον περικεκλασμένον καὶ κυρτὸς ὁ κόσμος ἐσί.
συνθλιβομένων δὲ τῶν σωμάτων ἀλλήλοις, ἡ τδ ὕδατος ἐγενήθη φύσις, ῥευ-
σικῶς δὲ καὶ τῦτο φερόμενον ἐκόιλανε τὰς ὑποκειμένας τόπας, καὶ τὰς κοιλομέ-
νας τόπας θαλαττίας ἐποίησεν. Ἐκ μὲν ἔν τῶν ὑποκαθιζόντων σωμάτων ἐγενήθη
ἡ γῆ. ἐκ δὲ τῶν μετεωριζομένων ὁ ἀέρας, πῦρ, αἰήρ.

ρις. Εἰ ἓν τὸ πᾶν;

Οὐ πολλοὶ κόσμοι σωματικοὶ, κατ' ἐνίας τῶν Φιλοσόφων, εἰσίν. ἀλλ'
εἷς τέλειος, καὶ οὐδὲ κυρίως ἕν ὀνομάζεται. πῶς γὰρ ἕν ὁ κόσμος σύνθετος
ὢν καὶ πολυμερὴς, ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν μερῶν αὐτδ ἕνωσιν, τὴν τδ
ἑνὸς ἔχει προσηγορίαν. Κυρίως γὰρ ἓν ὁ Θεός, ὡς ὑπὲρ πᾶσαν ἁπλότητα. ὅσα
δὲ μετὰ Θεὸν, οὐ κυρίως ἕν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἕνωσιν καὶ μετοχὴν τδ ἑνὸς, οὕτω προσ-
αγορέυεται. Καὶ γὰρ καὶ ὁ νδς ἓν ἐσι καὶ πολλά. ὅσα γὰρ τὰ ὄντα, τοσαῦτα
καὶ ὁ νδς, ἐπεὶ καὶ παραδείγματα τύτων ἐν ἑαυτῷ περιέχει. πολλὰ καὶ ἡ ψυ-
χὴ, διαιρετὴ γὰρ πολλῷ πλέον, τὰ στοιχεῖα τε καὶ τὰ σώματα. ἀλλ' ἐπειδὴ
ἑνώσεως ἀκρυβδς καὶ ὁ κόσμος κεκοινώνηκεν, ἓν διὰ τὴν ἕνωσιν ὀνομάζεται, καὶ
διὰ τὴν τελειότητα τῶν στοιχείων αὐτδ εἷς ἐσὶ καὶ μόνος, ἀλλ' οὐ κόσμοι πολλοί.

ριζ. Περὶ κενδ.

Τὸ κενὸν οὐ πάντες, ἀλλ' ἔνιοι τῶν Φιλοσόφων εἰσήνεγκάν τε τῷ λόγῳ
καὶ ὠνομάκασιν. ἀποφαίνονται δὲ τῦτο παντὸς σώματος ἔρημον, οἷον τι χά-
ὄρατον. καὶ φασὶ τῦτο προϋποκεῖσθαι τδ κόσμυ. εἶτα τῶν στοιχείων γεγονότων
καὶ τδ οὐρανδ τῇ κυκλοφορίᾳ τὰ σώματα πάντα συσφίγξαντος, κενὸν μὴν ἐντὸς
μηδὲν ἀπολελεῖφθαι. τὸ δὲ ἐκτὸς τῆς ἔξω περιφερείας αὐτδ ὅλον κενὸν εἶναι,
ἄπειρον ἐν ἀπείρῳ τόπῳ ἐμφανταζόμενον. τῦτον δὲ τὸν λόγον Ἀριστοτέλης μὴν
ἀπογινώσκει παντάπασι, καὶ οὐδαμῶς τίθεται οὔτε ἐκτὸς τδ κόσμυ, οὔτε ἐκτός.
Κλεομήδης δὲ ὁ φιλόσοφος, ἐντὸς μὴν τδ κόσμυ οὐ φησὶν εἶναι κενόν, ἐκτὸς δὲ
καὶ πάνυ βιάζεται.

ρκ. Περὶ τόπυ.

Ὁ τόπος ὡς τ' ὄνομα δηλοῖ, πρᾶγμα ἐσὶ δεκτικὸν σώματος, ἢ
ἀσωμάτυ φύσεως. ἐπεὶ δ' ἓν ἡ ὕλη τὸ εἶδος δέχεται, τόπος λέγοιτο ἂν ἡ ὕλη
τδ

2011 Ministerio de Cultura

& terra, graviora ad inferiores partes universi subsiderunt, levia ut ignis sursum sese extulerunt. Qvicqvid vero terræ imminet, sursum est. Propter hanc causam mundus circumqvaqve flexus est ac gibbosus. Attritis vero invicem corpusculis, aqvæ prodiit natura, qvæ fluxu suo subjecta loca excavavit, & spatia mari recipiendo fecit. Ex subsidentibus igitur corporibus terra facta est, ex levibus & sublimibus Cœlum, ignis, aër.

116. *Num unum sit hoc universum?*

Non multi sunt mundi corporales, ut qvibusdam Philosophis persvasum, sed unus perfectus, licet non proprie unum dicitur, qvomodo enim unum fuerit mundus ex tot & tam diversis compositus? verum propter partium ejus invicem unionem unum appellatur. Cæterum proprie unum est DEus, omni simplicitate sublimior, qvæcunqve vero infra DEum sunt, non proprie sunt unum, sed propter unionem & participationem ex uno, ita dicuntur. Nam & mens unum sunt & multa. Qvotqvot enim sunt res, tot etiam mens est, nam & exempla illorum in se continet. Etiam animæ, qvæ & multo magis dividua est, contingit multa esse, nec minus elementis ac corporibus. Qvandoqvidem igitur accuratæ unionis etiam mundus est particeps, propterea unum appellatur, & qvoniam perfectus est, unus & solus, nec multi sunt mundi.

117. *De Vacuo.*

Vacuum non omnes sed aliqvi in scriptis suis induxêre atqvê nominavere Philosophi, ajuntqve illud esse omni spoliatum corpore, veluti invisibile qvoddam chaos, & ante mundum fuisse statuunt, deinde elementis prodeuntibus & cœlo circumrotatione sua corpora omnia colligante ac constringente, vacuum qvidem intus relictum nullum fuisse, extra cœli vero ambitum omne vacuum esse, qvod infinitum in infinito spatio licet cogitare. Hanc sententiam omnino rejicit Aristoteles, & nusqvam admittit vacuum, neqve intra mundum neqve extra. At *Cleomedes* Philosophus intra mundum reperiri negat, extra vero illum dari vacuum, vehementer contendit.

118. *De loco.*

Locus secundum vocabuli vim est aliqvid, qvod corpus vel rem incorporalem potest complecti. Qvoniam igitur materia complectitur

2011 Ministerio de Cultura

τῦ εἴδους. ἀσώματον δὲ τὸ εἶδος. πάλιν, ἐπεὶ τὸ διάσημα ἔρημον ὂν καὶ κενὸν σώματα δύναται δέξασθαι, τόπος σωμάτων εἴη ἂν τὸ διασήμα. κυρίως δὲ τόπος ἐστὶ τὸ ἔσχατον τῦ περιέχοντος μέρους τὰ σώματα, οἷον, ὁ ἀὴρ περιέχει τὰ φυσικὰ σώματα, ἀλλ' ὁ πᾶς ὁ ἀήρ. ὁ γὰρ ἢ ὁ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἢ ὁ πλησίον τῦ οὐρανῦ, ἀλλὰ τὸ ἔσχατον μέρος αὐτῦ περιέχει ἡμᾶς, αὕτη ἂν ἡ ἐξ ἀέρος ἐπιφάνεια, τόπος ἐστὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων.

ριθ. Περὶ χώρας.

Χώρα ἐστὶ κατὰ τὰς ἀριθμητικὰς, τὸ νοητὸν τῶν ἀριθμῶν διάσημα, οἷον τὸ μεταξὺ τῦ ἑνὸς καὶ τῶν δύο, καὶ τῦ τρία, καὶ τῦ τέσσαρα, καὶ τῦ ἑφεξῆς. ἐπεὶ γὰρ ἡ συνεχής ἐστιν ἡ τάξις τῶν ἀριθμῶν, διαστήματα χώρας ἐπονομάκασι. χώραν πάλιν τινὲς τῶν φιλοσόφων εἰρήκασι τὴν μερικὴν τῦ περιέχοντος τὸ σῶμα περιοχήν, οἷον ὁ πίθος περιέχει τὸν οἶνον. ὑποκείσθω δὲ, ὁ οἶνος περὶ κοίλης, ἀλλ' οὐχ ὅλον τὸ σῶμα τῦ πίθου τὸν οἶνον ἐδέξατο, ἀλλὰ μόνη ἡ κοίλη αὐτῦ περιφέρεια. τῦτο γῦν τὸ μέρος χώραν φασὶ τῶν φιλοσόφων τινές. οὐκ ἀπεικότως δὲ τῦτο καὶ τόπον τις ὀνομάσειεν.

ρκ. Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος.

Ὁ μὲν καθ' ἡμᾶς λόγος, οὐδὲ ἀκριβῶς τ' ὠσὶν ἔμψυχον εἶναι τὸν κόσμον προσίεται, προνοίᾳ μέντοιγε διοικούμενον. οἱ δὲ τελεώτεροι τῶν φιλοσόφων Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ ὅσοι τῦτοις ἐπηκολούθησαν, καὶ ἔμψυχον, καὶ ἔννουν σαφῶς ἀπεφήναντο. ἐγκεῖσθαι δὲ τὰς ψυχὰς ἔν τε τῷ οὐρανῷ καὶ ταῖς ὑποκειμέναις σφαίραις, ἀλλ' ἀνάπαλιν τὰ σώματα τῶν θειοτέρων ἠρῆσθαι διορίκασι. διακεῖσθαι μέντοι καὶ ὑπὸ φύσιν αὐτὰ νενομίκασιν, οὐκ ἀντικεῖσθαι μέντοιγε τὴν φύσιν ὅτε ταῖς ψυχαῖς τῦτων, ὅτε ταῖς νοεραῖς διατάξεσιν. ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν μᾶλλον καταυθύνεσθαι. ἀλλ' οὐδὲ δεσμεῖσθαι τὰς ψυχὰς, ἢ τὺς νῦς τοῖς τῦτων ὠήθησαν σώμασιν. ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων ἐξάπτεσθαι καὶ καταλάμπεσθαι.

ρκα. Εἰ ἀγέννητος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος.

Οὔτε ἀγέννητος παρ' ἡμῖν ὁ κόσμος δοξάζεται, οὔτε ἄφθαρτος, γεγενῆσθαι τε γὰρ αὐτὸν παρὰ τῆς γραφῆς καὶ φθαρείσεσθαι μεμαθήκαμεν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ ἀγέννητον αὐτὸν καὶ ἄφθαρτον τίθεται. Πλάτων δὲ γενητὸν μὲν αὐτὸν ἐν Τιμαίῳ, ἀποφαίνεται, δὲ μηδὲ φθαρήσεσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ ἐπειδὴ ἀν-

2011 Ministerio de Cultura

ctitur formam, materia formæ qvæ res incorporalis est, possit dici locus. Sic spatium desertum ac vacuum, qvandoqvidem corpora recipere potest, non male locus corporum dicetur. Proprie vero locus est extremum qvod ambit corpora, ita aër ambit corpora naturalia, sed non aër qvicunqve, non enim ille qvi montibus sublimior & proximus cœlo est, sed inferior ejus pars nos ambit. Hæc igitur aëris superficies corporum nostrorum est locus.

119. *De spatio, quod Philosophi χώραν appellant.*

Arithmetici χώραν vocant intervallum intelligibile inter numeros, inter unum & duo, inter duo & tria, qvatuor atqve ita deinceps. Qvoniam enim non continuus est numerorum ordo sed discretus, intervalla inter numeros χώρας appellarunt. Sed & χώραν vocant Philosophorum aliqvi partem ac veluti regionem receptaculi corpus capientis, uti dolii qvod capit vinum. Si enim ponatur ventrem dolii tantummodo vino plenum, non qvidem totum dolii corpus sed tantum venter ejus circumferentiâ suâ vinum comprehendit, atqve hujusmodi partem Philosophi qvidam χώραν regionem vocant, qvam non absurde aliqvis etiam locum appellaverit.

120. *Num mundus sit animatus?*

Nostra Christianorum sententia ne summis qvidem auribus admittit animatum esse mundum, qvem Providentia gubernari novimus. At præstantissimi Philosophi Plato & Aristoteles, qviqve hos sequuntur, & anima & mente præditum esse mundum aperte statuunt. Neqve animas inesse cœlo & infra positis sphæris, sed è contrario corpora ab illis tanqvam divinioribus dependere arbitrantur. Atqve naturæ qvidem etiam subjecta illa putant, sed naturam non adversari illorum animabus aut mentalibus legibus, sed ab illis maxime dirigi: neqve animas aut mentes ab corporibus illis suis existimarunt alligari, sed ab illis potius suspensa esse & illustrari corpora.

121. *Num Mundus ingenitus sit & incorruptibilis?*

Neqve ingenitus neqve incorruptibilis apud nos Christianos mundus esse docetur, qvem & factum esse & periturum è Scripturâ didicimus. Aristoteles vero & ingenitum illum & incorruptibilem ponit. Plato in Timæo tradit eum genitum esse, nullo autem tempore corrumpendum.

2011 Ministerio de Cultura

ἀντίκειται αὐτῷ, ὅτι σύνθετον· ὃν καὶ φθαρήσεται, πᾶν γὰρ τὸ σύνθετον καὶ διαλυτὸν, διαξέλεται λέγων, ὅτι ὅσον μὴν ἐπὶ τὴν φύσιν, φθαρτός ἐστι, σῶμα γὰρ ἐ χωρεῖ ἀϊδιότητα, ἀλλὰ τὸ ἄφθαρτον ἐπεισάκτως παρὰ τοῦ Θεοῦ κομίζεται. ὁ δέ γε Πρόκλος ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς τοῖς πρὸς Τίμαιον λόγοις, πειρᾶται δεικνύναι βιαιότερον, ὅτι μηδὲ γεννητὸν ὁ Πλάτων τὸν κόσμον φησὶν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀποφαίνεται, κατὰ δὲ τὸ σύνθετον, ἐπινοίᾳ γεννητόν.

ρκβ. Εἰ τρέφεται ὁ κόσμος.

Οὐ πόρρω μοι εὐηθείας εἶναι δοκοῦσιν οἱ τρέφεσθαι τὸν κόσμον ὑπολαμβάνοντες, εἴτε ἀέρα μόνον κόσμον καταναμάζουσιν ὡς ὁ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ, εἴτε μετὰ τοῦ αἰθέρος καὶ τὰ στοιχεῖα. εἰ γὰρ τελεώτατος ὁ κόσμος κατ' αὐτὰς μάλιστα δὲ καὶ ἀΐδιος, πῶς ἂν δεηθείη τροφῆς; Τὸ γὰρ ἀτελὲς καὶ ἐνδεὲς τρέφεται. ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὸ πλῆρες καὶ ἀνενδέες. εἰ δὲ τὸ τρέφον προσθήκην τῷ τρεφομένῳ ποιεῖ καὶ αὔξησιν, αὐξηθείη ἂν καὶ κόσμος τρεφόμενος, ἀλλὰ καὶ φθίνοι κενούμενος. ὥστε μείζων ὁ κόσμος ἑαυτοῦ ἢ ἐλάττων γενέσθαι. Τοῦτο δὲ πρὸς τῷ ἀτόπῳ καὶ γελοῖον ἀντικρυς. εἰ ἓν ὅτε αὐξήσεως δεῖ τῷ κόσμῳ ὅτε καὶ νώσεως, ἢ τροφῆς ἂν αὐτῷ δέησοι ποτέ.

ρκγ. Περὶ τάξεως κόσμου.

Ἐναντίοι πρὸς ἀλλήλους οἱ τῶν ἑλλήνων σοφοὶ τὰ μέρη τοῦ κοσμοῦ τιθέασι. τὸ δὲ ἀληθὲς, ὁ μὴν οὐρανὸς, ὡς μέγιστον σῶμα καὶ κυκλικὸν, καὶ τὰ στοιχεῖα χωρεῖν καὶ συνέχειν δυνάμενον ἐκτὸς τούτων ἐξοικοδόμηται. ὑπὸ δὲ τὴν κοίλην αὐτοῦ ἐπιφάνειαν, πρῶτα μὴν τὰ ἀπλανῆ τῶν ἄστρων τετάχαται, καὶ ὁ ζωδιακὸς κύκλος, εἶτα αἱ τῶν πλανωμένων ἄστρων σφαῖραι τε καὶ φοραί, ὧν ἡ σελήνη τὸ τελευταῖον, ὑπὸ δὲ ταύτην εὐθὺς τὸ ὑπέκκαυμα οἷον ἡ τοῦ πυρὸς δύναμις, εἶτα ὁ ἀὴρ, καὶ μετὰ τούτων τὸ στοιχεῖον τοῦ ὕδατος, τελευταῖον δὲ τὸ τῆς γῆς σῶμα τεθεμελίωται, καὶ πάντα μὴν ἐν πᾶσιν ἐστὶν. ἕκαστον δὲ τῶν στοιχείων ὁλότητα τινὰ περιγεγραμμένην ἔχει καὶ πάντα ἀλλήλοις ἔγκειται.

2011 Ministerio de Cultura

dum. Cui qvoniam objici potest, qvod cum sit compositus etiam corrumpetur, qvicqvid enim compositum est etiam dissolvi potest, excipit ille ac respondet, qvod naturæ suæ ratione utiqve sit corruptibilis mundus, corpus enim nullum in se habere sempiternitatem, sed à DEO accepisse esseqve illi superadditum ut sit incorruptibilis. Proclus in commentariis sive explanationibus suis in Timæum omni contentione studet demonstrare, qvod nec genitum Plato mundum senserit, sed tempore qvidem ingenitum esse putat, vel ut rectius dicam confirmare annititur, sed qvatenus compositus est, genitum licet cogitare.

122. *Num Mundus nutriatur?*

Non longe mihi ab insania videntur abesse qvi mundum nutriri existimant, sive cœlum tantummodo Mundi nomine appellant, ut in Timæo Plato, sive una cum Cœlo etiam qvatuor elementa. Si enim ut ipsi sentiunt perfectissimus est mundus maxime atqve æternus, qvi fieri potest ut cibo indigeat? Nutritur qvippe qvod imperfectum est & indigens, non vero plenum qvod est, & cui nulla re est opus. Nam si per nutrimentum ei qvi alitur additur aliqvid & incrementum accedit, crescet etiam mundus si alitur, aut si alimento destituatur marcescet. Erit itaqve major se ipso aut minor mundus, qvod perspicue absurdum ac ridiculum. Qvare si nec incrementi nec evacuationis capax mundus est, neqve nutrimento unqvam indigebit.

123. *De Mundi ordine.*

Græcorum Philosophi in collocandis Mundi partibus sibi ipsis invicem adversantur. Vera sententia est qvod cœlum tanqvam maximum corpus & circulare, atqve elementa complecti ac continere aptum, extra illa structum est. Sub hujus concava superficie primum qvidem inerrantes stellæ ordinatæ sunt, & Zodiacus circulus: deinceps planetarum orbes ac circuli, quorum infima est luna: infra hanc statim ὑπέκκαυμα illud sive fuliginosa exhalatio flammam concipere apta, hinc aër, & deinceps aqvæ elementum, ac postremo loco terra fundata est. Sic omnia omnibus insunt, & elementum qvodqve universitatem qvandam sive totitatem ut ita dicam habet circumscriptam, & omnia invicem sunt super imposita.

124. *Quæ*

2011 Ministerio de Cultura

ρκδ. Τίς ἡ αἰτία τὸν κόσμον ὅλον ἐγκλιθῆναι.

Θαυμάζω τῶν Φιλοσόφων ἐνίων τὸν κόσμον μεταπεσεῖν, καὶ τὴν πρώτην οἰομένων δημιουργίαν ὥσπερ ἐξολισθεῖσαν τῆς οἰκείας τάξεως, καὶ τὸν μὲν βόρειον πόλον μετεωρισθῆναι, ὑπόγειον δὲ γενέσθαι τὸν νότιον, καὶ τὴν ἰσημερινὴν ζώνην ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν μετεγκλιθῆναι. τοσοῦτον γὰρ ἠγνοήκασιν, ὅτι παρὰ τὴν διάφορον τῶν κλιμάτων θέσιν οἱ πόλοι νῦν μὴν ἐπὶ τοῦ ὁρίζοντος κύκλου ἐσήκασι, καὶ ἀμετάθετον τὸ πᾶν διατηροῦσι, τοῖς δὲ τὸ βόρειον κλίμα λαχοῦσιν οἰκεῖν, ὁ μὲν ἐκεῖσε πόλος μετέωρος φαίνεται, καὶ ἀειφανής, ὁ δὲ νότιος ὑπὸ τὴν γῆν κρύπτεται. ὁ μετεκλίθη γοῦν ὁ κόσμος ἐπ' οὐδὲν μέρος, ἀλλ' ἡ τῶν οἰκήσεων θέσις φαντάζει τὴν ἔγκλισιν.

ρκε. Πόθεν ἂν τις γνοίη ἑλληνικαῖς ἀποδείξεσι τὴν κόσμου συντέλειαν.

Περὶ τῆς τελευταίας ἡμέρας καὶ ὥρας, οὐδεὶς οἶδε κατὰ τὴν τοῦ εὐαγγελίου φωνήν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ καὶ ὁ συναΐδιος ἐκείνῳ υἱὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον. ἕλληνες δὲ βιάζονται καὶ ταύτην εἰδέναι διὰ κενῶν ἀποδείξεων. ὁ Κρόνος ποιεῖ τὴν μεγίστην ἀποκατάστασιν δι' ἐτῶν διακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ πέντε. ὁ Ζεὺς διὰ εἰκοσιεπτά. Ἄρης δὲ διὰ διακοσίων ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν. ὁ ἥλιος διὰ χιλίων τετρακοσίων ἑξήκοντα πρὸς τῷ ἑνί. Ἀφροδίτη διὰ χιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς τῷ ἑνί, Ἑρμῆς διὰ τετρακοσίων ὀγδοήκοντα ἑπτὰ. ἡ σελήνη δι' ἐτῶν εἴκοσι πέντε. ἡ δὲ κοσμικὴ ἀποκατάστασις γίνεται δι' ἐτῶν μυριάδων ἑκατὸν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε πρὸς τρισχιλίοις διακοσίοις, καὶ τότε γίνεται σύνοδος πάντων τῶν ἀστέρων κατὰ τὴν τριακοστὴν μοῖραν τοῦ καρκίνου, ἢ τὴν πρώτην μοῖραν τοῦ λέοντος. καὶ τηνικαῦτα γίνεται ὁ παντελὴς τοῦ κόσμου κατακλυσμός. κατὰ δὲ τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ἐλαχίστων ἐτῶν τῶν ἀστέρων, οἱ μερικοὶ κατακλυσμοὶ γίνονται. ἑκάστῳ γὰρ ἀστέρι πλανήτῃ μέγιστα καὶ μέσα καὶ ἐλάττονα ἔτη παράκειται.

ρκς. Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου, καὶ τίνα ἀριστερά.

Τοῖς μὲν ἐξ ἀνατολῶν πρὸς δύσιν ὁρῶσιν, δεξιὰ τοῦ κόσμου μέρη τὰ βόρεια, ἀριστερὰ δὲ τὰ νότια. τοῖς δ' ἀπὸ τῆς δύσεως πρὸς τὴν ἀνατολὴν βλέπουσι, δεξιὰ μὲν τὰ νότια, ἀριστερὰ δὲ τὰ βόρεια. καὶ ἔμπροσθια μὲν τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἑσπέρια μέρη, ὅτι πρὸς ταῦτα φέρεται κινούμενος, ὀπίσθια δὲ τὰ ἑῷα, ἀπ' ἐκ-

2011 Ministerio de Cultura

124. *Quæ causa sit mundum hunc totum inclinari?*

Miror Philosophos qvosdam existimantes mundum loco suo excidisse, situmqve qvem primum à conditore acceperat perdidisse, polumqve adeo borealem in altiorem partem elatum, australem vero depressum infra terram, & æqvinoctialem zonam versus meridiem inclinatam esse. Usqve adeone ignorant qvod pro diverso climatum situ, poli jam supra horizontem versantur, nec in mundo qvicqvam ideo mutatur aut transponitur, qvodqve australe clima habitandum sortitis polus borealis semper conspicitur & capitibus eorum imminet, australis vero infra terram occultatur. Neutiqvam igitur Mundus in alteram partem inclinatus est, sed habitationum situs, inclinationem sibi imaginatur.

125. *Quomodo quis per Græcorum demonstrationem perspectum habere possit Mundi finem?*

De ultima die & hora, secundum dictum Evangelii, nemo novit nisi Pater, & conscius cum ipso Filius, & Spiritus è Patre procedens. At Græci etiam hanc scire vanis contendunt demonstrationibus. Saturni maxima periodus est annorum ducentorum sexaginta qvinqve. Jovis annis viginti & septem. Martis ducentis octoginta qvatuor. Solis mille qvadringentis uno & sexaginta. Veneris mille qvadringentis uno & qvinqvaginta. Mercurius qvadringentis octoginta & octo. Lunæ deniqve viginti qvinqve annis. Sed magna mundi periodus absolvitur annis millies septingenties ac qvinqvagies mille & termille ac ducentis, illo tempore omnium planetarum conjunctio fiet in trigesimo gradu cancri vel primo leonis, atqve tunc universali mundus obruetur diluvio. Post absolutas periodos minorum in planetis annorum, particulares accidunt eluviones, unicuiqve enim stellarum errantium maximi, medii & minores anni tributi sunt.

126. *Quænam mundi dextra sint, quænam sinistra?*

Ab oriente occasum versus spectantibus dextra mundi sunt septentrionalia, australia siniſtra. Sed ab occidente spectantibus ad orientem, australia dextra sunt, siniſtra septentrionalia: Facieiqve obversæ sunt occidentales Cœli partes, ad illas enim fertur siqvis procedat,

2011 Ministerio de Cultura

ἐκείνων γὰρ ὁρμᾶται. τίνα δὲ κάτω ξ ὐρανῦ καὶ τίνα ἄνω, οἱ μὲν ἄλλοι τῶν Φιλοσόφων τὸ μὲν ὑπὲρ κεφαλὴν ἡμῶν ἡμισφαίριον ἄνω τιθέασι, τὸ δὲ ἀντίθετον κάτω. Ἀριστοτέλης δὲ νῦν μὲν ὅλον τὸν ὐρανὸν ἄνω τῆς γῆς ἀποφαίνεται, νῦν δὲ κάτω ἄνω πλὴν μετὰ Θαυμασίας καὶ λογιωτάτης ἀποδείξεως.

ρκζ. Περὶ μεταβολῆς τῶν τῆς γῆς μερῶν.

Μεταβάλλει τὰ μέρη τῆς γῆς κατὰ τὸ ξηρότερον καὶ ὑγρότερον. ἀπὸ μὲν ὑγρᾶ ξηρότερα γινόμενα καὶ ἀπὸ ξηρᾶ ὑγραινόμενα. συμβαίνει δὲ καὶ τὴν Θάλατταν ἠπειρῶσθαι, καὶ τὴν ἤπειρον θαλατταῦσθαι. καὶ ἐν μὲν τῷ μεγάλῳ χειμῶνι ἡ ἤπειρος θαλαττᾶται, ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ θέρει ἡ θάλασσα ἠπειροῦται. ἐμβάλλοντες γὰρ εἰς αὐτὴν τῷ ἐπιφέρειν τὴν ἰλὺν ἠιόνας ποιοῦσι. Καὶ ὅτως ἀπογαιοῦται ὁ ποταμὸς ἐκείνος. μὴ εἰσβάλλοντες δὲ ποιοῦσι τὴν γῆν θαλαττοῦσθαι, ἀλλ' ἐνταῦθα ἠπειρωμένη ἡ θάλασσα, ὠθεῖται εἰς τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον, καὶ θαλαττεῖ ταύτην, εἰ δὲ μή, παλινοστεῖ τὸ ὕδωρ αὖθις ἐπὶ τὸν οἰκεῖον τόπον, καὶ θαλαττοῦται πάλιν τὸ ἠπειρούμενον.

ρκη. Περὶ σεισμῶν.

Τὸν σεισμὸν ποιεῖ μὲν ὁ Θεὸς, ὥσπερ δὴ καὶ τἄλλα σύμπαντα, κατὰ τὸ, ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν. προσεχὲς δὲ τούτου αἴτιον, τὸ ἀναπεμπόμενον ἀπὸ τῆς γῆς πνεῦμα. ὅταν εἴσω τύχοι ῥυὲν τὸ ἔξω ἀναθυμιώμενον, διὰ ταῦτα καὶ νηνεμίας γίνονται οἱ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι τῶν σεισμῶν, καταπλείεται γὰρ τηνικαῦτα ὑπὸ γῆν τὸ αἴτιον τῶν σεισμῶν. γίνονται δὲ ἰσχυρότεροι τῶν σεισμῶν, ὅπου ἡ θάλασσα ῥοώδης καὶ ἡ χώρα σομφὴ καὶ ὕπαντος. διὰ γὰρ τὴν ῥεῤῥότητα τὸ πνεῦμα γινόμενον σφοδρὸν, μᾶλλον σείει τὴν γῆν. αἵ τε χῶραι ὅσαι σομφοὶ ἔχουσι τοὺς κάτω τόπους, πολὺ δεχόμενοι πνεῦμα σείονται μᾶλλον, ὅτι ἥλιος ἀχλυώδης καὶ ἀμαυρὸς τότε φαίνεται, ὑπονόησιν ἀρχομένου τοῦ πνεύματος εἰς τὴν γῆν ξ διαλύοντος τὸν ἀέρα καὶ διακρίνοντος.

ρκθ. Περὶ τοῦ μεγάλου χειμῶνος.

Μέγας ἐστὶ χειμῶν ἡνίκα πάντες οἱ πλανῆται ἐν χειμερινῷ ζωδίῳ γίνονται ἐν ὑδροχόῳ ἐν ἰχθύσι· μέγα δὲ θέρος, ὅταν πάντες ἐν θερινῷ ζωδίῳ γέ-

νωνται

2011 Ministerio de Cultura

poſt tergum vero ſunt orientales, ab his enim recedit. Qvod ſi requiras qvænam ſuperiora ſunt in cœlo, qvæ inferiora, alii qvidem Philoſophi qvæ ſupra caput noſtrum ſunt ſuperiora ſtatuunt, qvæ his ſunt oppoſita habent pro inferioribus. At Ariſtoteles jam totum cœlum ut ſuperius reſpectu terræ conſiderat, jam qvod ſuperius vocavit appellat inferius, ac viciſſim, nec ſine præclara & erudita demonſtratione.

127. *De partium terræ mutatione.*

Partes terræ alterantur ratione ſiccitatis & humiditatis, cum ex humidis fiunt ſiccæ vel ex ſiccis humidæ. Contingit & ex mari fieri terram continentem, & terram mutari in mare. Nam & in magna hieme mari terra obruitur, & in magna æſtate mare exſiccatur. Fluvii qvoqve in cauſa ſunt ut mari nudetur terra, dum enim in illud influunt ſecumqve adducunt limum, littus augent, qva ratione etiam fluvius ejusmodi in terram abit. Sin vero non influant, faciunt terram mari obduci. Sed tum mare continenti cedens ad contrarium littus pellitur idqve obruit: qvod ſi non poſſit, recurrit iterum ad ſuum locum, & qvæ jam terra continens facta erat, illam iterum oppler & occupat.

128. *De terræ motibus.*

Terræ motûs ut omnium in natura Auctor eſt DEUS, ſecundum illud: * *Qui reſpicit in terram, facitque eam tremere.* Sed proxima cauſa eſt emiſſus ex terra ventus, qvando intus agitari contingit vapores exhalari ſolitos, qvamobrem & vehementiſſimi & maximi terræ motus ſunt nullo vento ſpirante, hæc enim cauſa motus à terra includitur. Fiuntqve ibi concuſſiones graviores, ubi mare fluctuoſum & terra plena cavernis eſt ac meatibus: Spiritus enim firmo loco incluſus fit vehementior magisqve terram qvatit, & regiones qvibus loca infra terram ita meatibus referta ſunt, multum ventum capiunt, magisqve concutiunt terram qvando ſol nubibus obſeptus & obſcurus eſt, nam ſpiritus ille ſubire extrinſecus terram iterum incipit, qvi aërem diſſolvit ac ſerenum reddit.

129. *De magna hieme.*

Magna hiems eſt qvando omnes planetæ in hiberno erunt ſigno zodiaci, in aqvario vel piſcibus. Magna ſive magni anni æſtas eſt, qvando

* Pſal. CIV. 32.

2011 Ministerio de Cultura

νοιντο, ἐν λέοντι μὴν γινόμενον, ποιεῖ θέρος, ἐν αἰγοκέρῳ δὲ χειμῶνα. ἔνθεν καὶ ἐνιαυτὸς ὠνόμασται, διὰ τὸ εἰς τὸ αὐτὸ φέρειν τὸν ἥλιον, ἀπὸ γὰρ ἧς αὐτῆς εἰς τὸ αὐτὸ ἀποκαθίσταται ὁ φωσήρ. καὶ πάντες μὴν ἓν κατὰ κορυφὴν ἡμῶν γενόμενοι οἱ πλανῆται ποιοῦσι μέγα θέρος, ἀφισάμενοι δὲ ἐκ διαμέτρου ποιοῦσι μέγαν χειμῶνα. καὶ ἐν μὴν τῷ μεγάλῳ χειμῶνι θαλατ[illegible]ται ἡ ἤπειρος, ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ θέρει ἠπειροῦται ἡ θάλασσα.

ρλ. Διὰ τί ἁλμυρὸν τὸ τῆς θαλατ[illegible]ης ὕδωρ ἐστίν;

Ἁλμυρόν ἐστι τὸ θαλάττιον ὕδωρ, διότι ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις ἅπεπτον ἔσα ὑσία παρεμπίπτουσα τῇ θαλάσσῃ ποιεῖ αὐτὴν ἁλμυρὰν καὶ βαρεῖαν. ἡ αὐτὴ δὲ ἀναθυμίασις ἀπόγειον γινομένη καὶ μιγνυμένη τοῖς θερινοῖς καὶ μετοπωρινοῖς ὑετοῖς ποιεῖ αὐτὰς ἁλμυράς. οἱ δὲ ποταμοὶ ὀλίγαι τὴν ἁλμυρότητα διὰ τὴν ἄπαυστον αὐτῶν χρῆσιν. χρὴ γὰρ πάσεως, ἵνα γένηται ἡ κρᾶσις τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως τοῖς ὑποκειμένοις ὕδασιν. αἴτιον δὲ τῆς ἁλμυρότητος καὶ ὁ ἥλιος. τῇ γὰρ οἰκείᾳ θερμότητι ἐξατμίζων τὴν θάλασσαν, καὶ τὸ γλυκύτερον αἴρων καὶ κυφίζων πρὸς τὸν ἀέρα, κάτω ἁλμυρότερον ἐᾷ καὶ βαρύτερον. ὅτε δὲ παχύτερόν ἐστι τὸ θαλάττιον ὕδωρ τῶν ποταμίων ὑδάτων, δῆλον αἰσθήσει. Εἰ μὴν γὰρ τοῖς ποταμοῖς ὀλίγα δύναται πλεῖν βαρὺν ἔχοντα φόρτον πλοῖα, ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ βασάζονται ἐλαφρῶς, διὰ τὴν αὐτῇ ὑποκειμένην παχύτητα.

ρλα. Τίς ἡ αἰτία τοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ γλυκὺ ὕδωρ εὑρίσκεσθαι.

Αἴτιον τοῦ εἶναι γλυκὺ ὕδωρ ἐν τῇ θαλάσσῃ τὸ ποταμοὺς ῥεῖν περὶ αὐτήν. ὁ γοῦν ἐπὶ Γάζαν πλοῦς ὕδωρ ἔχει γλυκύ, διὰ τὸ τινὰ σόμια τοῦ Νείλου ἐκεῖσε ἐμβάλλειν. τῇ γὰρ ῥόμῃ καὶ τῇ ὁρμῇ ἐμβάλλειν ὁ ποταμὸς εἰς τὴν θάλασσαν, οἷον βρῦά τινα ποιεῖ, καὶ παρέχει ὕδωρ γλυκύ. ἢ τοῦτο δέ σοι ἰσέον, ὅτι ὁ μὲν ποταμὸς ἀπὸ πάσης μεγάλης πηγῆς ῥεῖ, καὶ τὰ φρέατα δὲ ἀπὸ πηγῶν ἔχουσι τὴν ἀρχήν, καὶ ὅπου μὲν ἀπὸ τοῦ βάθους τῆς γῆς ἐκδίδοται τὰ ὕδατα, ὅπου δὲ ἀπὸ πηγῶν καὶ κρηνῶν ἐπιπολῆς. Καὶ ποταμοὶ μὲν καὶ κρῆναι ῥευσὰ ἔχουσιν ὕδατα, τὰ δὲ φρέατα, σάσιμα, ὀλίγα γὰρ ἐκρέουσιν. ἔξωθεν δὲ θαλάσσης ὁ Ἀριστοτέλης τὴν ἐρυθρὰν λέγει, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πέρας. τόπος δὲ ἔστι περὶ τὸν ποταμὸν τὸν βαθύτατον, βαθὺς καλούμενος, ἔνθα ἀναδίδοται ὕδωρ γλυκύτατον μετὰ πολλοῦ πνεύματος.

ρλβ.

2011 Ministerio de Cultura

qvando omnes conveniant planetæ in ſigno æſtivo. Sol qvidem in leone conſtitutus æſtatem, in ſagittario hiemen facit. Hinc & annus ἐνιαυτὸς Græcis, qvod ſolem ἐις τὸ αὐτὸ in eundem locum referat, ab uno enim puncto in idem punctum ſol redit. Omnes igitur planetæ ſupra noſtrum verticem conſtituti magnam facient æſtatem, è diametro autem à nobis remoti omnes magnam hiemen. Et in magna hieme terra mari obruetur, ut in magna æſtate exſiccabitur mare.

130. *Quare maris aquæ ſalſæ ſint?*

Aqva marina ſalſa eſt, qvoniam vapores fumoſi tanqvam materia non ſatis cocta ac digeſta mari incidentes eam ſalſam gravemqve reddunt. Similes exhalationes è terra factæ mixtæqve æſtivis & autumnalibus pluviis, ſalſas eas reddunt. Fluvii autem ſalſedine non afficiuntur propter fluxum ſuum continuum. Stabilitate enim opus eſt, ut fumoſæ illæ exhalationes ſubjectis aqvis miſceantur. Salſedinis etiam cauſa eſt ſol. Calore enim ſuo vapores è mari eliciens dulcioresqve partes elevans & attollens in auram, ſalſiores & graviores inferius relinqvit. Qvod vero marinæ aqvæ fluviatilibus craſſiores ſint, ad ſenſum ipſum patet, qvæ enim ob grave onus fluviis vehi non poſſunt naves, à mari propter illius denſitatem facile portantur.

131. *Quæ cauſa ſit quare in mari quoque dulces aquæ reperiantur?*

Cauſa ob qvam dulces etiam in mari aqvæ reperiuntur, ſunt fluvii in illud defluentes. Sic in ora Gazæ vicina mare aqvas dulces habet, qvod Nili qvædam oſtia non procul inde in illud ſe exonerant. Dum enim vehementia & impetu fluvius devolvitur in mare, ſcaturitiones veluti qvasdam fait, & aqvam reddit dulcem. Memineris etiam hoc, qvod ab omni magno fonte manat fluvius, & putei qvoqve fontibus ortum debent: atqve alicubi ex profundo terræ loco aqvæ ſcaturiunt: alibi vero è fontibus & ſcatebris in terræ ſummitate. Ac fluvii qvidem & ſcatebræ aqvas habent profluentes: putei vero ſtantes, neqve enim promanant. Cæterum Ariſtoteles mare Erythræum extra Oceanum ponit, qvoniam finibus ipſi non jungitur. Eſt & *locus* eidem dictus *profundus* ſupra * Mæotin paludem, ubi cum multo Spiritu aqva dulciſſima propullulat.

* In Græco eſt, *circa fluvium profundiſſimum*. Sed præ obſcuriore illa interpretatione poſui *Mæotin paludem*, reſpicit enim Pſellus hæc Ariſtotelis lib. de Muudo cap. 4. τὸ δὲ ὑπὲρ Κασπίαν βαθὺν ἔχει τὸν ὑπὲρ τὴν Μαιῶτιν λίμνην τόπον.

2011 Ministerio de Cultura

ρλβ. Διὰ τί τὸ θαλάττιον ὕδωρ ὐ τρέφει τὰ δένδρα;

Οὐ τρέφει τὰ δένδρα τὸ θαλάττιον ὕδωρ, διότι ὐκ ἐνδύεται ταῖς ῥίζαις αὐτῶν. ὐδὲ ἀναφέρεται ταχέως εἰς τὸ σέλεχος καὶ τὺς ἀκρέμονας διὰ τὸ παχὺ εἶναι, καὶ ὅτε ἐμβριθές ἐστι καὶ γεῶδες. τοῦτο δὲ ἀποδείκνυται ἀπὸ τοῦ μᾶλλον ἀνέχειν καὶ ὑπερείδειν τὰ πλοῖα, καὶ τοὺς κολυμβῶντας. εἰπὲ καὶ ἄλλην αἰτίαν, ὅτι ξηραντικόν ἐστι τοῦτο τὸ ὕδωρ. δεῖ δὲ τοῖς δένδροις ὐ ξηρότητος ἀλλ' ὑγρότητος. ὅτι δὲ ξηραίνει τὸ θαλάττιον ὕδωρ, φανερὸν καθέστηκεν ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν πρὸς τὰς σήψεις, ἐξικμάζον ταῦτα καὶ ἀναξηραῖνον, καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν λουσαμένων ἐν τῇ θαλάσσῃ ξηρὰν ἔχει καὶ τραχεῖαν τὴν ἐπιφάνειαν. εἰπὲ καὶ ἄλλην αἰτίαν ὅτι πολλῆς ἡ θάλασσα μετέχει τῆς λιπαρότητος, τὸ δὲ λιπαρὸν, ἐμπίπτον τοῖς πόροις τῶν δένδρων, ὐκ ἐᾷ ταῦτα καρποφορεῖν.

ρλγ. Διὰ τί τῆς θαλάττης ἐλαίῳ καταῤῥαινομένης γίνεται καταφάνεια καὶ γαλήνης;

Ὅτι τὴν θάλασσαν γεώδη καὶ ἀνώμαλον οὖσαν ἐξωθεῖ καὶ διασέλλει τὸ ἔλαιον τῇ πυκνότητι, εἶτα ἀνατρεχούσης εἰς ἑαυτὴν καὶ συσελλομένης γίνονται πόροι τινὲς, καὶ κενὰ διαλείμματα, μεταξὺ διαύγειαν ταῖς ὄψεσι διδόντες καὶ καταφάνειαν. Καὶ τὸ πνεῦμα τῆς λειότητος ἀπολιθαῖνον ὐ ποιεῖ πλησμὴν, ὐδὲ σάλον. ἢ ὅτι τὸ ἔλαιον ὁμαλώτατον καὶ λιπαρώτατον ὄν, ἐπιχεόμενον τῇ θαλάσσῃ, διασκίδνησι τὸν ἐν αὐτῇ ζοφερὸν ἀέρα καὶ λαμπρότερον ἀπεργάζεται. γαλήνην δὲ ἐμποιεῖ ἐπιπλέον ἄνωθεν, καὶ ὐκ ἐῶν καθῶθεν αὐτὴν ἀναβράττεσθαι. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ περὶ τούτων αἰτίαι, ἀλλ' αὗται εἰρημέναι τῶν ἄλλων εἰσὶ ἀκριβέστεραι.

ρλδ. Τίς ἡ αἰτιὰ δι' ἣν ὅταν εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπέσῃ κεραυνὸς, ἅλες ἐξωθοῦσιν.

Πηγνύμενον τὸ θαλάσσιον ὕδωρ τὰς ἅλας ποιεῖ. πήγνυται δὲ τοῦ κεραυνοῦ ἐμπεσόντος ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ τὸ γλυκὺ καὶ πότιμον ὕδωρ ἐξάγοντος. ὅθεν τὸ μὲν λεπτὸν καὶ πότιμον ὕδωρ, ὑπὸ ἡλίου καιόμενον πήγνυται, ὑπὸ κεραυνοῦ, τὸ δὲ ἁλμυρὸν ὑπ' ἀμφοτέρων τοῦτο πάσχει, καὶ μάλιστα ὑπὸ κεραυνοῦ. θειῶδες γὰρ ὂν τὸ κεραύνιον πῦρ ὅταν εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπέσῃ, ἐξατμίζει μὲν καὶ ἀναξηραίνει τὸ πότιμον. πήγνυσι δὲ τὸ γεῶδες καὶ ἁλμυρὸν, ὅθεν ἅψηπτα μὲν οἱ κεραυνοὶ ποιοῦσι τὰ σώματα, ἄσηπτα δὲ οἱ ἅλες ἐκτηκομένης ὑπ' αὐτῶν τῆς ὑγρότητος. ταύτην τὴν

2011 Ministerio de Cultura

132. *Quare aquâ marinâ arbores non alantur?*

Non alit aqva marina arbores, qvia se non facile insinuat radicibus, nec celeriter in truncum ramosq; assurgit, utpote crassior graviorq; ac terrestri natura: hoc enim inde demonstratur, qvod facilius qvam alia aqva fert sustinetqve naves & urinatores. Dices & aliam causam, qvod aqva marina exsiccat, cum arboribus non ariditate sed humore opus sit. Qvod vero siccandi vim habet aqva marina, manifestum est qvia juvat contra putrefactionem, qvoniam aridas res reddit siccasqve. Sed & corpora eorum qvi in mari laverunt siccam & asperam superficiem habent. Addes & tertiam causam, qvod aqva marina abundat pingvedine, at pingvedo poris arborum se insinuans fœcundas esse non permittit.

133. *Quare oleo in mare effuso perspicua ejus aqva fiat & tranquilla?*

Qvia marina aqva terreis & inæqvalibus constans particulis trudi-tur, laxaturqve olei densitate, deinde recurrente illa ad suam naturam sesеqve componente fiunt pori qvidam & vacua intervalla, qvæ oculis liqvidam illam faciunt ac perspicuam. Et spiritꝰ lævi corpori allabens non turbat aqvã jactatve. Vel qvod oleum æqvabile maxime & pingve si aqvæ marinæ affundatur, caliginosum in illa aërem dispellit, & lucidiorem facit. Tranqvillitatem vero facit oleum, dum aqvæ marinæ supernatat, nec permittit ex inferiore loco illam exæstuare. Sunt & aliæ multæ harum rerum causæ, sed aliis accuratiores sunt qvas attuli.

134. *Quid sit causæ, quare si fulmine tangatur mare, sal emergat?*

Ex aqva marina coagulata fit sal. Coagulatur autem si fulmine tacta fuerit, idqve dulcem atqve potabilem aqvam subduxerit. Nam tenera qvidem ac potabilis aqva nec sole urente, nec fulmine incidente coagulatur: marina autem utroqve modo, maximeqve à fulmine. Ignis enim ejus sulfureus in mare delatus potabilem aqvam absumit atqve in vapores abigit, terream autem ac salinam coagulat, unde & corpora fulmine tacta incorruptibilia sunt, & salis ope à putredine conservantur, humore per illum exsiccato. Hanc causam

2011 Ministerio de Cultura

τὴν αἰτίαν καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος τίθησί τε καὶ ἀποδέχεται, καὶ οἱ κρείττονες τῶν φυσικῶν.

ρλε. Περὶ τῆς ἐν εὐβοίᾳ παλιῤῥοίας.

Τὸ πέλαγος τὸ Ἰωνικὸν ἐκ πολλῆς εὐρυχωρίας ἐν τῇ εὐβοίᾳ ξενούμενον, καὶ καθάπερ διά τινος εἰς τὸν κρισαῖον κόλπον ἐκχεόμενον ἐμμίξεται πρὸς τὴν αἰγαίαν θάλατταν ἐπειγόμενον ὑπὸ τὸ τῆς πελοποννήσου ἰσθμὸν τῆς πρόσω φορᾶς ἀνακόπτεται, προμηθείᾳ κρείττονι ὡς ἔοικεν ἐπικλῦσαι τὴν ἀντίθετον προβολῇ τοῦ αὐχένος ἀποτειχιζόμενον, καὶ τότε δὲ παλιῤῥοίας, ὡς τὸ εἰκὸς, γινομένης. καὶ περὶ τόνδε τὸν πορθμὸν πλέον ἢ κατὰ τὸν ἄλλον κόλπον θλιβομένου τοῦ ἐπιῤῥέοντος ἐπὶ τῷ ἀνατρέχοντι πολλάκις ἐμπίπτον τὸν βρασμὸν ποιεῖ τὸ ὕδωρ, καὶ κῦμα φλεγμαῖνον ἐγείρει πρὸς τῆς ἀντιτυπίας εἰς κλύδωνα κορυφούμενον.

ρλς. Διὰ τί ὑπὸ τῶν ὑετίων ὑδάτων μᾶλλον ἢ τῶν ἐπιῤῥύτων τὰ δένδρα καὶ τὰ σπέρματα πέφυκε τρέφεσθαι;

Διότι τῇ πληγῇ διεσῶσι τὴν γῆν καὶ πορώδης ποιοῦσι καὶ διαδύονται εἰς τὴν ῥίζαν. ἢ ὅπερ ἀληθέστερον, πρόσφατόν ἐστι καὶ νέον ὕδωρ τὸ ὑόμενον, ἕωλον δὲ καὶ παλαιὸν τὸ λιμναῖον, ἢ ὅτι τὸ ἀερῶδες ὕδωρ πνεύματι μεμιγμένον ὂν, ὁδηγεῖται καὶ ἀναπέμπεται ταχέως εἰς τὸ φυτὸν ὑπὸ λεπτότητος, διὸ καὶ πομφόλυγας ποιεῖ, διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ἀνάμιξιν, ἢ ὅτι τὸ ὄμβριον ὕδωρ γενόμενον ἐν ἀέρι καὶ πνεύματι καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς κάτεισι. τὰ δὲ πηγαῖα καὶ τῇ γονῇ καὶ τοῖς τόποις ὁμοιούμενα δι' ὧν ἔξεισι, πολλῶν ἀναπίμπλανται ποιοτήτων. Πρόσθες καὶ ἄλλην αἰτίαν. εὐσηπτόν ἐστι τὸ ὑέτιον ὕδωρ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ εὐθρεπτον. πᾶν δὲ ὕδωρ τὸ ὅτως ἔχον, τρέφει τὸ ὑποκείμενον.

ρλζ. Διὰ τί τῶν ὀμβρίων ὑδάτων εὐαρδέστερα τοῖς σπέρμασι τὰ μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ὕδατα;

Πνευματώδη εἰσὶ διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ταραχὴν καὶ ἀνάμιξιν. τὸ δὲ πνεῦμα τὴν ὑγρότητα κινοῦν μᾶλλον ἀναπέμπει καὶ ἀναδίδωσιν. ἢ ὅτι βροντὰς μὴν καὶ ἀστραπὰς ποιεῖ τὸ θερμὸν ἐν τῷ ἀέρι πρὸς τὸ ψυχρὸν μαχόμενον. διὸ καὶ χειμῶνος ὐδαμῶς βρονταί. ἔαρος δὲ μάλιστα καὶ φθινοπώρου. ἡ δὲ θερμότης πίπλησι τὸ ὑγρὸν προσφιλὲς ποιεῖ τοῖς βλαστάνουσι καὶ ὠφέλιμον. τὰ μέντοιγε ἐαρινὰ τῶν ὑδάτων ἀναγκαιότερα τοῖς σπέρμασι πρὸ τοῦ θέρους. ὅθεν ἡ πλείσων ὑομένη τοῦ ἔαρος χώρα, καθάπερ ἐν Σικελίᾳ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ καρπὸς ρλη. ἀναδίδωσιν.

2011 Ministerio de Cultura

cauſam Ariſtoteles Philoſophus ponit probatqve,& præſtantiores qvique Phyſicorum.

135. *De Euripo ſive æſtu Euboico.*

Jonium mare ex ampliſſima latitudine ad Eubœam inſulam angusto arctatum ferto, ac veluti per oſtium qvoddam in Criſſæum ſinum ſe effundens miſcetur mari Ægæo, Iſthmumqve ſubit Peloponneſiacum, atqve adeo divina ut videtur providentia prohibetur ne ante ſe proruat & adverſas terras ex anguſto loco,qvo velut muris incluſum & exaggeratum eſt,obruat fluctibus. Atqve hæc veriſimilis eſt æſtus ſive refluxus illius cauſa. Uti & apud iſtud fretum plus qvam in reliqvo ſinu aqvæ arctantur, itaqve recurrentibus incidentes veluti effervescunt ac ebulliunt fluctusqve faciunt,qvi renitentibus undis alliſi in æſtum exaggerantur.

136. *Quare arbores & ſemina lætius incrementum capiant à pluvialibus quam fluentibus aquis?*

Qvoniam pluviales aqvæ dum cadunt diffindunt terram porosqve & vias aperiunt,& in radicem ſe inſinuant. Aut qvod verius, qvia recens & nova aqva eſt, cum illa ex lacubus ſit vetus & â longo tempore. Vel quod pluvialis aqva aëreis referta particulis & ſpiritum admixtum habens pro ſubtilitate ſua celeriter in plantam ſe immittit, unde & propter aërem intermixtum bullas excitat. Aut qvoniam pluvia aqva in aëre & ſpiritu prognata, pura & ſincera deſcendit, fontana autem refert ſuas origines aſſimilaturqve locis per qvæ tranſit,atqve ita variis qvalitatibus repletur. Addes & aliam rationem. Pluvia aqva facile puteſcit atqve ita facile alteratur. Omnis autem aqva ita comparata nutrit ſubjectum in qvod incidit.

137. *Quare ex aquis pluviis illæ melius rigant quæ cum tonitru cadunt & fulgure?*

Nempe ſpiritu plenæ ſunt,concuſſo & admixto aëre. Spiritus autem humorem magis movet impellitqve ac diſtribuit. Aut qvoniam calor frigori repugnans tonitrua facit & fulgura,qvarè & hieme nulla tonitrua,ſed vere maxime & autumno. Calor autem accedens humorem plantis oportunum reddit atqve utile. Atqve vernæ aqvæ ſeminibus ante æſtatem maxime neceſſariæ ſunt, unde regiones in qvibus veris tempore plurimum pluit, ut in Sicilia,multos & bonos ferunt fructus.

2011 Ministerio de Cultura

ρλη. Περί τινων λιμνῶν.

Ἡ μὴν καλουμένη παρὰ τοῖς πολλοῖς νεκρὰ θάλασσα ἡ ἐν παλαισίνῃ, παχυτάτη ἔσα, ἁλμυροτάτη ἐσὶ πάντων ὑδάτων. καὶ ὧν τὸ ἐμβαλλόμενον ἐν αὐτῇ σῶμα ἀναθεῖται ὑπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ ὃ γίνεται ὑποβρύχιον. πᾶν δὲ ὕδωρ ἁλμυρὸν θερμὸν μήν ἐσιν ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ· δυνάμει μὴν ὡς τὰ ἐν Τύρῳ, ἐνεργείᾳ δὲ ὡς ἐν Γαβάροις. καὶ ἐν ὀμβρικοῖς χώρα ἐσὶν ἰλυώδης, ἐν ᾗ κάλαμοι καὶ σχοῖνοι γίνονται πλεῖσοι, τούτων καίοντες οἱ τῆς χώρας καὶ ἀποτεφροῦντες, καὶ τὴν τέφραν εἰς ὕδωρ ἀφέψοντες τὸ ἐπιπαγὲν ἅλας εὑρίσκουσι. καὶ ἡ σερβωνίτης δὲ λίμνη ἁλμυρά ἐσι. καὶ ὅσον ἂν ἐπιγείνεται ἢ τοῦ ὕδατος παχύτης, τοσοῦτον καὶ ἡ ἁλμυρότης, ὡς εἶναι τὸ παχύτατον ἁλμυρότατον. καὶ ἡ θάλασσα ἓν ἁλμυρά ἐσι, διότι παχεῖα, διὰ τὸ συμμεμίχθαι αὐτῇ τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν παχυτάτην οὖσαν.

ρλθ. Περὶ ποταμῶν.

Ἀπὸ ὄρους πανναρύου καλουμένου ὄρους τοῦ ὄντος ἐν τῇ ἀσίᾳ ῥέουσι ποταμοὶ ὁ βάκτρος καὶ ὁ χοάσπης καὶ ὁ Ἀράξης. ἐκ δὲ τοῦ Καυκάσου ὄρους ὁ Φάσις, ἄλλοι τε πολλοὶ ῥέουσι πολὺ καθὰ πλῆθος καὶ μέγεθος ὑπερβάλλοντες. ὁ δὲ Καύκασος μέγιστον ὄρος τῶν πρὸς τὴν ἕω τὴν θερινὴν καὶ πλήθει καὶ ὕψει. ἐκ δὲ τῆς πυρίνης, τοῦτο δέ ἐσιν ὄρος πρὸς δυσμὴν τὴν ἰσημερινὴν, ἐν τῇ Κελτικῇ, ῥέουσιν ὅτε Ἴσρος δι' ὅλης τῆς εὐρώπης εἰς τὸν ἔυξεινον πόντον. ὑπὲρ αὐτὴν δὲ τὴν ἄρκτον ὑπὲρ τῆς ἐσχάτης Σκυθίας αἱ καλούμεναι ῥίπται εἰσίν. αἱ δὲ ῥίπται, ὑπερμεγήθη καὶ ὑψηλόταται. περὶ δὲ τὴν λιβύην ἐκ τῶν αἰθιοπικῶν ὀρῶν, ὁ Αἰγὼν καὶ ὁ Νήσσις καὶ ὁ χρεμέτης. τοῦ δὲ Νείλου τὸ ῥεῦμα ἐκ τοῦ ἀργυροῦ κάτεισιν ὄρους. καὶ ὁ μὴν Ἀχελῷος ἐκ πίνδου. ὁ δὲ Στρυμὼν καὶ ὁ Ἕβρος ἐκ τοῦ Σκόμβρου. ὄρη δὲ ταῦτα περὶ τὸν ἑλληνικὸν τόπον.

ρμ. Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως.

Ὁ Νεῖλος τὰς μὲν ἀρχὰς τῆς ῥύσεως, ἐκ τῶν ἄκρων μὲν τῆς αἰθιοπίας, ἐσχάτων δὲ τῆς λιβύης λαμβάνει, κοῖλόν μέρος τὸ κλίμα τὸ ἀνατολικὸν ἀπολῆγον ἀρχὴν τῇ μεσημβρίᾳ δίδωσιν. αὔξεται δὲ κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν, οὐχ ὡς τινες ὠήθησαν πρὸς τῶν ἐτησίων ἀνέμων ἄντικρυ πνεόντων ἀναπτόμενος, ἀλλ' αὐτῶν δὲ τούτων τῶν ἀνέμων κατὰ τροπὴν τὴν θερινὴν ἀπὸ τῶν ἀρκτώων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν πᾶν νέφος ἐλαυνόντων καὶ ὠθοῦντων, ἕως ἐπὶ τὴν κεκαυμένην ζώνην συναύξωσι, καθ' ἣν τῆς πρόσω φορᾶς ἀνακόπτονται, καὶ τότε λάβρων ὑετῶν ῥηγνυ-

2011 Ministerio de Cultura

138. *De Lacubus quibusdam.*

Mare qvod vulgo vocatur mortuum in Palæstina crassissimam omnium aqvarum vehit & salsissimam, ita ut qvicqvid in illam injiciatur supernatet nec submergatur. Omnes porro aqvæ salsæ vel actu vel potestate calidæ sunt, potestate qvidem ut Tyriæ, actu vero ut qvæ sunt Gabaris. Et apud Ombricos regio est limosa, in qva plurimus nascitur juncus & calamus, qvem urentes regionis incolæ ac redigentes in cinerem, eumqve cum aqvis coqventes, salem concretum reperiunt. Sed & Sirbonis lacus salsus est, & qvantum aqvis inest crassitiei tantum etiam salsedinis adesse solet, ita ut crassissimæ qvæqve salsissimæ sint. Itaqve & mare salsum est, utpate crassum, qvoniam ipsi admiscentur suliginosi & crassissimi vapores.

139. *De fluviis.*

A monte Panaryo in Asia oriuntur fluvii Bactrus, Choaspes & Araxes. Ex Caucaso monte Phasis multiqve & magni fluvii alii. Est porro Caucasus omnium montium versus Orientem æstivum & jugorum multitudine & altitudine maximus. Ex Pyrenæo * (est is mons in Celtica regione ad occidentem æqvinoctialem) nascitur Ister, qvi per totam Europam profluit in Euxinum pontum. In ipso septentrione ultra extremam Scythiam montes sunt Riphæi, maximi altissimiqve. In Africa ex Æthiopicis montibus oriuntur fluvii Ægon, Neosis & Chremetes. Nilus ex monte Argyro: Acheloi origines à Pindo, Strymonis & Hebri à Scombro sunt, qvi montes sunt in Græcia.

140. *De incremento Nili.*

Nilus originem habet ex summis Æthiopiæ & ultimis Africæ partibus, ubi clima Orientale desinit, incipitqve meridies. Intumescit Nilus æstivo tempore, non ut qvibusdam persvasum est qvod ab Etesiis contra spirantibus aqvæ illius repellantur, cum hi ipsi venti potius circa tropicum æstivum à septemtrionali parte meridiem versus omnes nubes contrahant & propellant, donec in Zona torrida cumulatæ cum ulterius progredi inhibentur, copiosis pluviis erumpentibus Nilus turget concitaturqve, nec alveo suo contineri se patitur. Tunc dulcissimæ ad potum sunt Nili aqvæ, utpote cœlestibus aqvis

* Abnobam dixisset cum Tacito, Avieno, Plinio & aliis. Sed videtur hic in Græco aliqvid desiderari.

2011 Ministerio de Cultura

ῥηγνυμένων, ὀργᾶται ὁ Νεῖλος καὶ ποταμὸς εἶναι οὐκ ἀνέχεται. διὸ πιεῖν τέ ἐσι γλυκύτατος, ἅτε ἐξ ὄμβρων ὠρανίων χορηγούμενος, καὶ θίγειν προσηνέσατος, οὐκ ἔτι μὴν θερμὸς ὡς ὅθεν ἤρξατο, ἔτι δὲ χλιαρὸς ὡς ἐκεῖθεν ἀρξάμενος,

ρμα. Διὰ τί μόνος ποταμῶν ὁ Νεῖλος ἄυρας οὐκ ἀναδίδωσιν;

Μόνος ποταμῶν ὁ Νεῖλος ἄυρας οὐκ ἀναδίδωσι, διότι τῶν νεφῶν ἀπὸ τῆς αἰθιοπίας παρὰ τῶν ἐτησίων ἀνέμων ἄχρι μεσημβρίαν ἐλαυνομένων, ἡ ἐμπεριεχομένη τούτου ἀτμὶς ὑπὸ ξ κατὰ τὸν τόπον πυρώδης, ἅπασα ἐξικμάζεται, κἀντεῦθεν ὑετῶ πολλῶ καταφερομένω ὁ Νεῖλος τῆς οἰκείας ὄχθης ἐξανισάμενος γεωργεῖ τὰς ἀρούρας, καὶ εἰκότως ἄυρας οὐκ ἀναδίδοται, τῆς ἀτμίδος πάσης ἐκτακείσης διὰ θερμότητα. οὐ δὲ ἦν ὁ Νεῖλος αὐξόμενος ἀπὸ χιόνος τηκομένης, ὡς τινες τῶν Φυσικῶν φιλοσόφων ὠήθησαν. ὅθεν οὐδ' ἔσι αἰτία ἀληθεστέρα τῆς ξ ποταμοῦ ἀναβάσεως, καὶ τοῦ μὴ ἄυρας ἐξ αὐτοῦ ἀναδίδοσθαι.

ρμβ. Περὶ τῶν μεγίστων βασιλειῶν.

Πρώτη τῶν διωνομασμένων βασιλειῶν ἡ τῶν ἀσσυρίων, μεθ' ἣν ἡ μηδική, ἐκείνην τε καθελοῦσα καὶ μείζονα δυναστείαν περιβαλλομένη. Πέρσαι δὲ μήδοις καταγωνισάμενοι, τῆς μὲν Ἀσίας ὀλίγου δεῖν πάσης τελευτῶντες ἐκράτησαν· ἐπιχειρήσαντες δὲ καὶ τοῖς εὐρωπαίοις ἔθνεσιν οὐ πολλὰ ὑπηγάγοντο. χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ πλείονι διακοσίων ἐτῶν ἔμειναν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. ἡ δὲ μακεδονικὴ δυναστεία τὴν Περσῶν ἀρχὴν καθελοῦσα ἄχρι δευτέρας ἢ τρίτης ἴσχυσε προελθεῖν γενεᾶς. ἡ δὲ ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν οὐκ ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατός ἐσιν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνθρώπων οἰκεῖται. Πάσης δὲ κρατεῖ θαλάττης, ἢ αὐτῆς τῆς ὠκεανίτιδος, καὶ ὅση πλεῖσθαι ἀδύνατος.

ρμγ. Περὶ χυμῶν.

Ἐν τῷ γένει ὄντων τῶν χυμῶν ἕνα μόνον τὸν ἁλμυρὸν ἐπ' οὐδενὸς καιπεῖ ὁρῶμεν γινόμενον, τὸν μὲν γὰρ πικρὸν χυμὸν ἡ ἐλαία φέρει. καὶ τὸν στρυφνὸν αἱ φοινικοβάλανοι, καὶ τὸν αὐστηρὸν αἱ ῥοαί. καὶ τὸν γλυκὺν τὸ μέλι καὶ τὸν ὀξὺν τῶν μήλων ἔνια. καὶ τὸν δριμὺν πολλὰ τῶν σπερμάτων καὶ τῶν ῥιζῶν. ὁ δὲ ἁλμυρὸς χυμὸς ἀπ' οὐδενὸς γίνεται. διότι ἡ θάλασσα διηθουμένη διὰ φυτοῦ τὸ ἁλμυρὸν ἀποβάλλει, γεώδες γὰρ καὶ παχυμερές ἐσι, καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν φυτῶν τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ καὶ θαλάττιον ἀλλοιούμενον, τὴν μὲν ἁλμυρότητα ἀποτίθε-

2011 Ministerio de Cultura

auctæ & maxime ſalubres. Non amplius calidæ qvidem uti initio, ſed tamen adhuc ut ab tali initio, tepidæ.

141. *Quare ſolus è fluviis Nilus auras non emittat?*

Solus è fluviis Nilus auras non emittit, qvoniam in nubibus ab Æthiopia usqve per Eteſias meridiem verſus propulſis vapores omnes à caloribus illius loci abſumuntur, atqve exinde pluviis multis cadentibus Nilus ripas ſuas egreſſus agros fœcundat, nec mirum eſt qvod auras emittit nullas, vaporibus omnibus à calore jam conſumtis. Neqve vero, qvod Philoſophis qvibusdam perſvaſum eſt, à nivibus liqvefactis augetur & incrementum capit Nilus, neqve verior illa cauſa eſt aurarum nullarum à Nilo emitti ſolitarum, qvam incrementi.

142. *De Regnis maximis.*

Primum celebrium regnorum fuit Aſſyrium, inde Medicum qvod ſuperius illud evertit, & majus imperium ſibi comparavit. Perſæ inde Medos debellarunt, & Aſia propemodum tota ſubjugata, conati ſunt Europæas etiam nationes oppugnare, paucas tamen ſubegerunt, principatumqve tenuerunt non multo majore qvam ducentorum annorum ſpatio. Macedonum Imperium Perſas principatu dejecit, & ad ſecundam vel tertiam vix productum eſt generationem. Urbs Roma omni terræ, qva non inacceſſa eſt, & ab hominibus incolitur, imperat, & toti mari atqve oceano, etiam qva navigabilis eſſe deſinit.

143. *De Saporibus.*

Ex ſaporum variis generibus ſolum ſalſum in nullo fructu generari obſervamus, amarum enim oliva fert, adſtringentem * glans ungventaria, acerbum malum punicū, dulcem mel, acidum poma qvædam, mordicantem multa ſemina, multæqve radices. Salſus vero humor in nullo reperitur. Qvare & aqva marina qvando plantam ſubit alitqve, ſalſedinem relinqvit qvæ terreæ & craſſæ naturæ eſt, & in qvalibet planta aqvæ ſalſæ & marinæ naturam mutant, ſalſedinemqve deponunt & aliam indolem induunt. Qvatenus enim ſalſum craſ-

* Phœnicobalanum Græci recentiores ponunt pro myrobalano, cui fructus συφὲς ſive σφυνὲς eſſe teſtatur Ariſtoteles lib. 1, de plantis. Vide Jo. Bodæum à Stapel ad Theophraſtum p. 97.

2011 Ministerio de Cultura

τίθεται, ἑτέραν δὲ μεταλαμβάνει ποιότητα. ἅτε γὰρ παχύτατον ὂν τὸ ἀλμυρὸν ὐ δύναται ἀπὸ τῶν ῥιζῶν εἰς τὺς κλάδ@ μετεωρίζεσθαι, εἰ μὴ σὺν τῇ ἀλμυρότητι ἀποβαλῇ καὶ τὴν βαρύτητα.

ρμδ. Διατί παραβάλλουσιν ἅλας οἱ νομεῖς τοῖς θρέμμασιν;

Διότι τὴν ὄρεξιν ἡ δριμύτης ἐκκαλεῖται, καὶ τὺς πόρους ἀνασομοῦσα, ὥδε ποιεῖ τῇ τροφῇ πρὸς ἀνάδοσιν. ἢ μᾶλλον ὑγιείας ἕνεκα τὸν ἅλα διδόασι τοῖς βοσκήμασι. νοσεῖ γὰρ τὰ θρέμματα πιαινόμενα, τὴν δὲ πιμελὴν τήκουσιν οἱ ἅλες καὶ διαχέουσιν· ἡ γὰρ κολλῶσα καὶ συνδέουσα τὸ δέρμα πιμελὴ, λεπτὴ καὶ ἀσθενὴς ὑπὸ δριμύτητ@ γίνεται, καὶ τὸ αἷμα δὲ τῶν τὸ ἅλας διαλειχόντων, λεπτύνεται. καὶ τὰ βοσκήματα δὲ γονιμώτερα καὶ πρόθυμα πρὸς τὰς συνουσιάς ἐνλεῦθεν καθίσανται, καὶ αἱ κύνες δὲ ταχέως κύουσι, ταίριχον ἐπεσθιόσαι. τὸ δὲ ἅλας θεῖον ὁ ποιητὴς * εἴρηκεν, ἐν οἷς λέγει. πάσσε δ' ἁλὸς θείοιο. διότι θείαν κέκτηται δύναμιν, τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων ἔυσηπτα, ἄσηπτα ἐργαζόμενον.

ρμε. Διατί τὴν χροὰν ὁ Πολύπους ἐξαλλάττει ὡς ἂν πέτρας προσομιλήσῃ;

Δῆλόν ἐσι τὸ ζῶον καὶ ὅταν ἢ ψόφον τινὰ αἴσθηται, ἢ θηρεύειν ὑποπλεύσῃ, τρέπεται ὑπὸ δηλείας καὶ μεταβάλλεται. ὁμοιοῦται δὲ ταῖς χροιαῖς τῶν πετρῶν, ἃς ἐγκάθηται· διότι ἀπὸ πάντων σωμάτων καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ λίθου ἀπόῤῥοιαί τινες φέρονται. συμμέτρως οὖν οἱ πόροι τοῦ σώματ@ τῶν πολυπόδων πρὸς τὰ παρὰ τῶν σωμάτων πεμπόμενα ῥεύματα ἔχοντες, τήν τε χροὰν αὐτῶν ἴσχουσι, καὶ μεταβάλλουσι πρὸς αὐτήν. ὅταν οὖν δείσῃ περιτρεπόμεν@ ὁ πολύπους οἷον ἔσφιξε τὸ σῶμα καὶ συνέδησεν, ὥσε προσδέχεσθαι καὶ σέγειν ἐπιπολῆς τὰς τῶν ἐγγὺς ἀπορῥοίας. Οὔτε δὲ ὁ πολύπους, οὔτε ὁ χαμαιλέων πρὸς τὸ λευκὸν ἀλλοιοῦται, διότι ἀσυμμέτρους ἔχουσι τοὺς πόρους πρὸς τηνοιαύτην χροιάν. πρὸς δὲ τὰς ἄλλας ἐπιτηδείως.

ρμς. Διατί τῆς ἄρκτου ἡ παλάμη τῆς χειρὸς φαγεῖν γλυκυτάτη;

Διότι πᾶν τὸ εὔπεπτον, ἡδισον. εὔπεπτον δὲ τὸ θερμαινόμενον. θερμαίνεται δὲ τὸ μάλισα γυμναζόμενον. (καὶ γὰρ ὡς ποδὶ αὐτῇ χρῆται βαδίζουσα, καὶ ὡς χειρὶ ἀντιλαμβανομένη τοῦ προστυχόντ@, ὅθεν καὶ τῶν πτηνῶν ζώων ἥδιστα καὶ εὐτροφα ἐσὶ τὰ κινητικώτατα μᾶλλον, ὅσοῖα ἐσὶν αὐτοῖς τὰ πτερύγια. τούτοις γὰρ

* Iliad .ί. 214.

2011 Ministerio de Cultura

craſſis valde conſtat particulis, non poteſt per radices in ramos attolli, niſi ſalſedinem gravitatemqve abjiciat.

144. *Quare paſtoret pecoribus ſalem præbeant?*

Qvoniam acor appetitum excitat, porosqve aperit, qvod facit ad meliorem digeſtionem. Vel potius valetudinis cauſa dant ſalem pecoribus, qvæ pingvedine qvandoqve laborant, ſal autem abſumit & digerit. Pingvedo enim qvæ pellem conſtipaverat & adduxerat, ab acore illo tenuatur, & minuitur, & ſangvis pecudum ſalem lambere juſſarum redditur ſubtilior. Etiam ad generandum aptiores & congreſſûs appetentiores exinde fiunt pecudes, uti canes ſalſamento vorato libenter imprægnantur. Sed & Poëta * divinum ſalem appellat cum ait:

adſperſitque ſalem divinum - - -

divinam enim virtutem ſortitus eſt, qvod cadavera mortuorum à putredine, qvam paſſuræ erant, immunia conſervat.

145. *Quare polypus mutat colorem, prout ſaxis adhæſerit?*

Conſtat hoc animal ſi ſtrepitum aliqvem ſenſerit, aut peti ſe conjecerit, mutari præ timore & colorem alium induere. Aſſimilat autem ſe ſaxorum coloribus, qvibus adhæret. Nimirum ab omnibus corporibus ut ære, ferro, lapidibus, effluvia qvædam egrediuntur. Cum itaqve Polypi corpus poros effluviis à rebus illis emanantibus congruentes habeat, colores earum adſciſcit, ſuumqve iisdem permutat. Qvando igitur timet polypus, movet & convertit ſe, corpusqve veluti colligit ac conſtringit, ut adeo propinqvarum rerum effluvia in ſummitate facile excipiat contineatqve. Neqve vero polypus neqve chamæleon ad alba prope poſita mutatur, ineptos enim ad alborem poros habet, aliis vero coloribus congruentes.

146. *Quare planta pedis anterioris in urſo ſuaviſſima eſt in cibum?*

Qvicqvid probe coctum ac digeſtum, idem ſvave eſt. Bene coctum autem eſt qvod inprimis incaluit. Incaleſcit autem maxime qvod maxime agitatur & exercetur, ut pedis anterioris planta, qvâ urſus & incedit & tanqvam manu utitur, qva res oblatas arripit. Unde & volu-

2011 Ministerio de Cultura

γὰρ τὸν ἀέρα κινεῖ καὶ διαπερᾷ. τὰ δ' ἄλλα μέρη οὐχ ὅμοια τούτοις πρὸς εὐτροφίαν ἔχουσι. διὰ τοῦτο καὶ τὰ γυμνάσια εὐεξίαν αὐτοῖς σώμασι δίδωσι κινοῦντα καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς χυμοὺς πέπτοντα καὶ ἀπολεπτύνοντα. ὃ μέχρι δὲ σωμάτων ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὰς τὰς ψυχὰς τὰ ἐν τοῖς μαθήμασι γυμνάσια ὠφέλειαν ἐμποιεῖ. καὶ κίνησις δὲ μετεξετέρη κατὰ τὸν ἱπποκράτην. κρατύνει τὸ σῶμα, ἀργίη δὲ τήκει.

ξμζ. Διατί δωριεῖς ἔνχονται κακὴν χόρτου συγκομιδήν;

Κακὸς συγκομίζεται χόρτος βροχὴν ὅτι πλείσην δεχόμενος. χλωρὸς γὰρ θεριζόμενος σήπεται ταχὺ διάβροχος γεγονώς. νόμενος δὲ πρὸ τοῦ θέρους ὁ σῖτος βοηθεῖται πρὸς τὰ θερμὰ καὶ νότια πνεύματα. ταῦτα γὰρ οὐκ ἐᾷ πυκνωθῆναι συνεσάμενον τὸν καρπὸν ἐν τῷ σάχυϊ. ἀλλ' ἐξέσησε καὶ διαχέει τῇ θερμότητι τὴν πῆξιν ἂν μὴ βεβρεγμένης τῆς γῆς ἡ ὑγρότης παραῤῥεῖ ψύχουσα καὶ νοτίζουσα τὸν σάχυν. διότι ἓν ἡ κακὴ τοῦ χόρτου συγκομιδὴ διὰ τὴν βροχὴν γίνεται, σήπουσαν τοῦτον καὶ ἀφανίζουσαν, ὁ δὲ ὑετὸς ὠφέλιμός ἐστι τῷ σίτῳ πρὸ τοῦ θέρους γινόμενος, ἐξυγραίνει γὰρ αὐτὸν καὶ οὐκ ἐᾷ παρὰ τῶν θερμῶν πνευμάτων θερμαίνεσθαί τε καὶ φλέγεσθαι, διὰ ταῦτα ἔνχονται τοῖς δωριοῖς κακὴν χόρτου συγκομιδήν.

ξμη. Διατί ἡ ἄρκτος οὐκ ἐσθίει τὰ δίκτυα ὅταν ἁλίσκεται;

Λύκοι μὲν καὶ ἄρνες καὶ τἄλλα τῶν θηρίων διαμάσεται τὰ δίκτυα, ὅταν ἐν τούτοις γένηται. ἡ δὲ ἄρκτος τοὺς ὀδόντας ἔχουσα εἴσω τοῦ χώματος ἥκιστα πρὸς τὰ λίνα ἐξικνεῖται. παραπέμπει γὰρ τὰ χείλη διὰ πάχος καὶ μέγεθος, ἢ μᾶλλον ἰσχύουσα ταῖς χερσὶ διασπᾷ τὸν βρόχον, καὶ ταῖς μὲν χερσὶ διασπᾷ τὸ λίνον, τῷ δὲ σόματι ἀμύνεται τοὺς διώκοντας. ἢ ὅτι αἱ περικυλινδήσεις μάλιστα βοηθοῦσι αὐτῇ πρὸς τὴν ἀποφυγὴν διασπῶσα τὸ δίκτυον καὶ ῥηγνύουσα, ὅθεν πολλάκις περικυλιομένη τοῖς βρόχοις διαρρεῖ τούτους καὶ τέμνει, εἶτα ῥᾳδίως ἐκκυβισᾷ καὶ σώζεται. πολλῶν οὖν αὐτῇ ὄντων ἀμυντηρίων καὶ ἀφορμῶν εἰς διαφυγήν, τοῖς μάλιστα ἰσχυροτέροις χρῆται, καὶ διολισθαίνει τοῦ βρόχου ὑφ' οὗ κατέχεται.

ξμθ. Διατί ἡ τευθὶς φαινομένη, σημεῖον χειμῶνος ἐστί.

Ἡ τευθὶς ἰχθύδιόν ἐστι λεῖον τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σαρκὸς, ὅθεν καὶ μαλάχιον ὠνόμασαν. ψιλότατον γὰρ ὂν καὶ μήτε ὀστράκῳ συγκαλυπτόμενον, μήτε δέρ-

2011 Ministerio de Cultura

& volucrium animalium ſvaviſſimæ & ad nutriendum aptiſſimæ partes ſunt qvas movent maxime, ut alæ, hiſce enim aërem movent ac trajiciunt, cætera autem membra non ſimiliter bene nutriunt. Similiter exercitationes corporis bonum ejus habitum promovent, utpote qvibus moventur, coqvuntur & tenuantur humores. Neq; corporibus tantum ſed animis etiam utilitatem afferunt exercitationes in diſciplinis & artibus. Atqve ſecundum Hippocratem motio qvandoqve interpoſita corpus confirmat, ignavia corrumpit.

147. *Quare Dorii malum graminis proventum exoptant?*

Graminis mala meſſis contingit plurimâ cadente pluvia. Cum enim viride illud pluvia permadens demetitur, facile corrumpitur. At pluviæ frumentum ante æſtatem rigantes illud juvant adverſus calidas auras & ab auſtro ſpirantes, qvæ non permittunt fructum in ariſta condenſari, ſed calore ſuo ſoliditatem ejus impediunt diſſipantqve, niſi terrâ irrigatâ humor ariſtam refrigerans atqve madefaciens acceſſerit. Qvandoqvidem igitur propter pluvias mala fit meſſis graminis, utpote qvod per illas puteſcit ac perditur, frumento autem eædem ante æſtatem cadentes conducunt, ſiqvidem illud humectant, nec permittunt illud à calidioribus ventis æſtu affici & uri, hinc Dorii malum graminis proventum exoptant.

148. *Quare urſa non arrodit retia quando capitur?*

Lupi & agni aliæqve beſtiæ arrodunt retia qvando illis conſtrictas ſe ſentiunt. Urſa vero dentes interius in faucibus habens minus illis valet adverſus linum, qvod labiis propter illorum craſſitiem & magnitudinem patitur excidere: aut vero qvoniam magis valet anterioribus pedibus, illis laqveos dirumpit, atqve adeo retia qvoqve, & ore defendit ſe adverſus perſeqventes: aut qvia volutationes urſam maxime juvant ut evadere poſſit, diſcindendo atqve disrumpendo rete, ſæpe enim cum eo ſe circumvolvens id laxat ac refringit, ac deinde facile proſilit atqve ſe tuetur. Itaqve cum multa habeat qvibus ſe poſſit defendere, multaqve ad effugiendum auxilia, robuſtiſſimis utitur, laqveumqve qvo tenetur ligatus, perrumpit.

149. *Quare loligo ſuper aquis viſa ſignum ſit tempeſtatis?*

Loligo piſciculus eſt ſuperficie corporis lævis, unde & μαλάκιον à mollitie appellatur, nudus enim nec munitus teſta, nec cute indutus,

2011 Ministerio de Cultura

δέρματι περιεχόμενον μήτε λεπίδι σκεπόμενον, μετὰ τῶν μαλαχίων τετάχαται· γυμνὸν ἓν παντὶ καὶ ἀσκεπὲς ὂν προαθάνεται δι' εὐπάθειαν τῦ χειμῶνος, ὅθεν ἐξάλλεται φέυγσα τὸ ψύχος καὶ τὴν ἐν βάθει ταραχὴν τῆς θάλασσης. Καὶ εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τῦ ὕδατος ἀναινήχεται. Ὅταν ἓν τὸ ἰχθύδιον τῦτο θεάσωνται οἱ θαλατ]ργοὶ τῇ θαλάσσῃ νηχόμενον, χειμῶνα τεκμαίρονται, ὥσπερ ὅταν ἴδωσι τὸν πολύποδα τῆς πέτρας περιεχόμενον, ἀνέμων σημεῖον φοράν. Ἐγκατέσπειρεν γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς ζώοις δυνάμεις προγνωστικὰς, δι' ὧν τὰ σωτήρια διώκουσι καὶ τὰ λυπηρὰ διαφέυγουσι.

ρν. Διατί τὸν μὲν σῖτον ἐν πηλώδει φυτέυομεν γῇ, τὴν δὲ κριθὴν ἐν καταξήρῳ;

Ὁ σῖτος πικρός ὅτι καὶ ξυλώδης, χάυνη δὲ καὶ εὐδιάσηπτος ἡ κριθή. ὅθεν ἐκεῖνος μὲν μαλατ]όμενος καὶ χυλόμενος ὑπὸ τῦ ὑγροῦ μάλιστα φύεται. Τῇ δὲ κριθῇ διὰ μανότητα σύμφορόν ἐστι τὸ ξηρότερον, ὅθεν πυροφόρος μὲν ἡ πίων καὶ βαθύγεως ἄρουρα, κριτοφόρος δὲ ἡ λεπτόγεως. Διότι τῶν σπερμάτων τὰ ἰσχυρὰ πλείονος τροφῆς δεῖται, τὰ δὲ ἀσθενῆ λεπτοτέρας καὶ ἐλαφρᾶς. Ἀσθενέστερον δὲ ἡ κριθὴ καὶ μανότερον, ὅθεν οὐ φέρει τὴν πολλὴν τροφὴν καὶ βαρεῖαν. ἑκάστῳ γὰρ βλαστήματι καὶ ἑκάστῳ φυομένῳ χόρτῳ ἢ σπέρματι καταλληλον χρὴ τὴν ὑποκειμένην παρασκευάζεσθαι γῆν, ὅπως ᾧ χαίρει ἕκαστον, τοῦτο τρεφόμενον αὔξηται. Χαίρει δὲ τὰ μὲν τοῖς ξηροῖς, τὰ δὲ τοῖς ὑγροῖς, τὰ δὲ τοῖς θερμοῖς.

ρνα. Διατί ἡ ἄμπελος οἴνῳ ῥαινομένη μάλιστα τῷ ἐξ αὐτῆς, ἀναξηραίνεται;

Ὅτι ὁ ἄκρατος συπλικὴν ἔχων φύσιν ἐνδύεται ταῖς ῥίζαις, καὶ τὰς πόρους συναγαγὼν καὶ πυκνώσας οὐκ ἐᾷ διϊέναι τὸ ὕδωρ ὥστε τὸ φυτὸν εὐθαλεῖν ἢ βλαστάνειν. ῥᾷον δὲ ἡ ἄμπελος δέχεται τὸ ἐξ αὐτῆς ἀπιὸν, εἰς αὐτὴν ἐπανιόν. Εἰ γὰρ καὶ ἀναίσθητον τὸ φυτὸν, οὐ θέρμῃ ἢ φαντασίᾳ διοικούμενον, ἀλλὰ φύσει πρὸς τὸν οἰκεῖον χυμὸν τρεπομένη, παρ' αὐτῦ μᾶλλον ὑπομένει τὴν πύκνωσιν. Εἰσὶν ἓν ὡς ἀληθὲς τὰ πλείω τῶν φυσιολογουμένων δύσφραστα καὶ δυσεύρετα, καὶ δεῖ τὸ μὲν βάθος ἀπογινώσκειν τῆς διαγνώσεως, δέχεσθαι δὲ τὸ διδόμενον ἂν ἔχει τὸ πιθανόν. Τῦτο καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ βοᾷ, ὡς ἐγώτε ὁ λέγων ὑμεῖς τε οἱ ἀκούοντες φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν.

ρνβ.

2011 Ministerio de Cultura

nec ſqvama contectus mollibus accenſetur. Nudus itaq; & minime tectus adeo cum ſit, facile afficitur præſentitq; tempeſtatem, unde proſilit ut frigus & maris turbationem qvæ in fundo eſt effugiat, & in ſumma aqva pronatat. Qvando igitur hunc piſciculum nautæ vel piſcatores mari ſupernatantem vident, tempeſtatem præſagiunt, uti ventorum imminentium ſignum eſt, ſi polypodem animadverterint petræ adhærentem. Inſeminavit enim DEus animalibus facultatem ejusmodi prænotricem, cujus ope profutura proſeqvuntur, & qvæ nocere poſſunt fugiunt.

150. *Quare frumentum in lutoſo, hordeum in arido conſerimus ſolo?*

Qvoniam frumenti planta amara ac ſurculoſa eſt, hordei autem laxa & fungoſa qvæqve facile corrumpitur, unde illud ab humido emollitum ſuccoqve impletum optime creſcit, hordeo autem qvia laxiore natura eſt, magis conducit terra ſiccior, unde & pingvis ac profundus ager bonum profert frumentum, tenuis hordeum. Semina robuſta copioſiore nutrimento indigent, infirmiora tenuiore ac leviore. Eſt autem hordeum longe infirmius rariusqve, unde non fert nutrimentum grave ac multum. Cuivis enim plantæ herbæve naſcenti ac ſeminicongruentem terram ſubjicere atqve aptare oportet, ut qva qvodlibet gaudet, in hac alatur & adoleſcat, prout alia ſicco, humido alia, alia calido delectantur ſolo.

151. *Quare vitis vino irrigata, maxime quod ipſa edidit, exareſcat?*

Qvoniam merum vi ſua ſtyptica ſive contrahente inſinuat ſe radicibus, porosqve conſtipando ac condenſando non ſinit aqvam ut planta floreat creſcatqve, penetrare. Facilius vero imbibit vitis vinum qvod ex ipſa profectum eſt, ſi illi iterum affundatur. Etſi enim ſenſu deſtituitur planta, ac nec appetitu nec phantaſia movetur, tamen natura fertur ad ſuccum ſibi familiarem, & ab eo facilius conſtipatur. Cæterum nihil verius, qvam multa in phyſicis eſſe qvæ difficulter explicari & qvorum rationes conjecturis non facile attingi poſſunt, cujusmodi profundâ cognitione tantisper dilata, ſatis nobis eſſe debet ſi veriſimile aliqvid afferatur. Idem aperte profitetur Plato in Timæo, atqve ideo nec ego, inqvit, qvi loqvor, nec vos qvi me auditis humani aliqvid à nobis alienum putare debemus.

2011 Ministerio de Cultura

ρνβ. Διατί τὰ ῥόδα μᾶλλον ἀνθεῖ δυσοδῶν τινῶν παραφυομένων αὐτοῖς;

Οὐ τὰ ῥόδα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴα καὶ πάντα ὅσα ἔχει ἡδεῖαν ἀποφοράν, ὅταν σκόροδα καὶ κρόμμυα τούτοις παραφύεται, εὐωδέστερα γίνεται. Διότι πᾶν εἴτι δριμὺ ἢ δύσοδμον ἐν τούτοις ἦ, ἐν τοῖς δριμυτέροις τῶν σπερμάτων φυσικῶς ἀπορρεῖ, καὶ γίνεται τὸ καταλιμπανόμενον εὐωδέστατον καὶ ἀσφραντικώτατον. Καὶ τὸ πήγανον δὲ ὑπὸ τῇ συκῇ φυτευόμενον δριμύτερον ἑαυτοῦ γίνεται, μεταλίθεται γὰρ εἰς φυτὸν τὸ ἐν τῇ συκῇ βαρύοσμον. Καὶ τῶν συκῶν δὲ ἀγρίας παραφυτευομένων συκῶν βελτίω τὰ σῦκα γίνονται. ὁλκῆς γὰρ ἕκάστῳ καὶ φορᾶς πρὸς τὰ σύμφυλα καὶ ὅμοια γινομένης, ὅσον ἐστὶν ἐν τῇ γλυκείᾳ συκῇ δριμύ, εἰς τὴν ἀγρίαν μεταβαίνει συκῆν, καὶ ἄμικτον τὴν τοῦ σύκου διαφυλάττει γλυκύτητα.

ρνγ. Διὰ τίνα αἰτίαν τὸ τῶν ἀγρίων συῶν δάκρυ ἡδύ, τὸ δὲ τῶν ἐλάφων ἁλμυρόν;

Τοῦτο διὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα γίνεται. Ὁ μὲν γὰρ ἔλαφος ψυχρός, ὅθεν καὶ δειλὸς καὶ φεύγων ἀεί, διώκων δὲ οὐδέποτε. Ὁ δὲ χοῖρος θερμός, ἔνθεντοι τὸ μὲν θερμὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν συῶν ἐγκαθήμενον πέπτει τούτοις τὸ δάκρυον, καὶ γλυκὺ ἀπεργάζεται. Τὸ δὲ ψυχρὸν μεταβαλεῖν τοῦτο τοῖς ἐλάφοις μὴ ἐξισχύον, ἁλμυρὸν τοῦτο καὶ φαῦλον ἐᾷ. Οὐδὲν γὰρ τῶν πάντων ἀναίτιον, εἰ καὶ πολλὰ τὴν ἡμετέραν διαφεύγει κατάληψιν. δεῖ δὲ ἀεὶ μὴν τὰς ἀληθεστέρας διώκειν τῶν αἰτιῶν, ἀλλὰ καὶ τὰς πιθανωτέρας ἀρκεῖσθαι, ἐπεὶ καὶ τοῦτο Πλάτων παρακελεύεται ἐν τῷ διαλόγῳ τῷ Φαίδωνι, ὃ τὰ ἀνέλεγκτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ δυσέλεγκτα προσδεχόμενος.

ρνδ. Διὰ τίνα αἰτίαν αἱ χάλικες καὶ μολιβδίδες ἐμβαλλόμεναι ψυχρότερον τὸ ὕδωρ ποιοῦσι;

Τοῦτο τὸ ζήτημα ἐν προβλήμασιν Ἀριστοτέλης ἐπιχειρήσας θεωρῆσαι οὐκ ἐπιλύσατο, ἔστι γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα δυσθεωρήτοις. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἀὴρ παραψύχει τὸ ὕδωρ ἔξωθεν ἐμπίπτων, ὅτῳ δὲ μᾶλλον ἰσχύει πρὸς τοὺς λίθους καὶ τὰς μολιβδίδας ἀπερειδόμενος. σέγουσι γὰρ αὐτὸν τῇ πυκνότητι καὶ ἀνακυκλῶσι εἰς τὸ ὕδωρ, ὥστε δι' ὅλου ἰσχυρὰν γίνεσθαι τὴν περίψυξιν, καινὸν οὐδὲν ἐὰν τὰ τῶν χαλίκων λιθίδια καὶ αἱ μολιβδίδες ἐμβαλλόμεναι ψυχρὸν ποιῶσι τὸ ὕδωρ.

Διὸ

2011 Ministerio de Cultura

152. *Quare roſæ lætius florent fœtentibus plantis juxta naſcentibus?*

Non roſæ ſolum ſed & lilia & qvæcunqvę ſvavi odore præſtant, juxta naſcentibus allio & cepis fragrantiora fiunt. Siqvidem qvicqvid adhuc in illis ſupererat acre atqve ingratum, natura ſua fertur ad illa acerrimi odoris ſemina, ſic ut reliqvum deinde ſit fragrantiſſimum amœniſſimumqve. Sed & ruta ſub fico plantata fit qvam prius erat acrior, nam qvod in fico erat graveolentius, in rutam transfertur. Etiam in ficis prope caprificos plantatis ſvaviores fici naſcuntur, ſiqvidem homogenea ac ſimilis generis qvæ ſunt, per naturam feruntur ac trahuntur ad ſimilia, qvicqvid itaqve in fico erat acre, in caprificum tranſit, atqve adeo ſinceram ei ſervat dulcedinem.

153. *Quare aprorum lacrymæ dulces, cervorum ſint ſalſæ?*

Hoc ex calore & frigiditate contingit. Cervus enim frigidæ naturæ eſt, unde & timidus ſemperqve fugiens, nec qvi unqvam alios perſeqvitur. At aper calida temperatura, unde calor oculis ejus inſidens lacrymas coqvit & dulces reddit, ſed in cervis frigus cum mutare illarum naturam non poſſit, relinqvit ſalſas crudasqve. Nihil ſane eſt in natura qvod cauſam ſuam non habeat, licet multa captum noſtrum effugiant. Itaqve oportet veriorem cauſam ſemper inqvirere, tamen contentum eſſe etiam veriſimilibus, qvod & Plato in Phædone facere jubet, non ea modo qvæ refelli nullo modo poſſunt amplectens, ſed & qvæ difficulter poſſunt confutari.

154. *Qnare ſilices & plumbi laminæ aquæ impoſitæ illum frigidiorem reddant?*

Hanc qvæſtionem Ariſtoteles in problematis cum inſtituiſſet expendere, inſolutam reliqvit, eſt enim ex difficillimis. Nimirum vero cum aër extrinſecus allabens aqvam reddit frigidam, id magis etiam efficere valet cum in lapides & plumbi laminas impingitur: denſitate enim ſua excipiunt illud atqve in aqvam iterum remittunt, ut per totam illam validius frigus pervadat, unde nihil mirum qvod ſilices plumbiqve laminæ aqvæ injectæ illam refrigerant. Similem ob cauſam hiemis tempore fluvii frigidiores ſunt qvam mare, aër enim frigi-

2011 Ministerio de Cultura

Διὸ καὶ χειμῶνος οἱ ποταμοὶ ψυχρότεροι τῆς θαλάττης γίνονται, ἰσχύει γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁ ψυχρὸς ἀὴρ ἀνακλώμενος, ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ διὰ βάθος ἐκλύεται πρὸς μηδὲν ἀντερείδων. ἄλλως τε καὶ ὁ μόλιβδος τῶν φύσει ψυχρῶν ἐστιν, εἴτε χάλικές τῇ πυκνότητι τὸ ψυχρὸν διὰ βάθος ποιοῦσιν.

ρνε. Διὰ τίνα αἰτίαν ἀχύροις καὶ ἱματίοις ἡ χιὼν διαφυλάττεται;

Θαυμαστὸν δοκεῖ εἰ τὰ θερμότατα ἄχυρον καὶ ἱμάτιον συνεκτικὰ τῶν ψυχροτάτων ἐστίν. οὐκ ἔχει δὲ ὅτως, ἀλλ' εἰ αὐτὸς παραλογιζόμενος. Οὐ γὰρ φύσει θερμὸν τὸ ἱμάτιον, ἢ γὰρ ὁ χιτὼν ψυχρὸς ἡμῖν προσπίπτει τὸ πρῶτον ἐνδυσαμένοις, εἶτα μέντοι θερμαίνει τῆς ἀφ' ἡμῶν θερμότητος ἐμπιπλάμενος, καὶ ἅμα περισέλλων καὶ τὸν ἔξω ἀέρα τὸ σώματος. Ὥσπερ ἂν ἡμᾶς θερμαινόμενον θερμαίνει τὸ ἱμάτιον, ὅτω ψυχόμενον τὴν χίονα περιψύχει. ψύχεται δὲ ὑπ' ἀφιείσης πνεῦμα λεπτὸν, τοῦτο γὰρ συνέχει τὴν πῆξιν αὐτῆς ἐγκαταπεκλεισμένον. ἀπελθόντος δὲ τοῦ πνεύματος ὕδωρ ἔσα ῥεῖ καὶ διατήκεται καὶ ἀπανθεῖ τὸ λευκὸν, ὅπερ ἡ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ ὑγρὸν ἀνάμιξις ἀφρώδης γενομένη παρεῖχε, καὶ τὸ ἄχυρον διὰ κοφότητα μαλακῶς περιπίπτον οὐ θρύπτει τὸν πάγον.

ρνς. Τί ἐστι βόλιμος;

Βόλιμος λέγεται ὁ μέγας λιμὸς, οἷον πόλιμός τις, τοῦτ' ἐστι πολὺς λιμός. βολιμιῶσι δὲ οἱ διὰ χιόνος μάλιστα πολὺ βαδίζοντες. πάσχουσι δὲ τοῦτο καὶ ἵπποι καὶ ἡμίονοι, καὶ μάλιστα ὅταν ἰσχάδας καὶ μῆλα κομίζωσιν. ὁ δὲ θαυμασιώτατόν ἐστιν, οὐκ ἀνθρώπους μόνον ἀλλὰ καὶ κτήνη ἀναῤῥώννυσιν ἄρτος πάντων ἐδωδίμων μάλιστα, ὥστε κἂν ἐλάχιστον ἐὰν φάγωσιν, εὐθὺς ἵστανται καὶ βαδίζουσι, περιψύχεται γὰρ ἰσχυρῶς καὶ πυκνοῦται τὰ σώματα τῶν βαδιζόντων διὰ χιόνος, κἀντεῦθεν τὸ θερμὸν ἔσωθεν ἀντιπερισάμενον ἀναλίσκει τὴν τροφὴν, εἶτα ἐπιλειπούσης αὐτῆς ὥσπερ τὸ πῦρ ἀπομαραίνεσθαι. Διὸ πεινῶσι σφόδρα οἱ τοῦτο παθόντες, καὶ βραχὺ παντελῶς ἐμφαγόντες εὐθὺς ἀναλάμπουσιν. Οἱ δὲ τὴν βολιμίαν πάθος ἐν σομάχῳ φασὶ διὰ συνδρομὴν θερμοῦ λειποψυχίαν ποιοῦν.

ρνζ.

2011 Ministerio de Cultura

dus in illis reflexus prævalet magis qvam in mari, ubi propter profunditatem nullum in ſolidum corpus incidit, ſed diſſolvitur. Alioqvi plumbum etiam natura frigidum eſt, & ſilices propter denſitatem frigus in imo faciunt.

155. *Quare paleis & veſtimentis injectis nix conſervatur?*

Mirum videri poſſit qvod calidiſſimæ res ut palea & veſtimentum frigidiſſimas conſervant. Sed non ita ſe habet, verum ipſe qvi ita judicas falleris. Neqve enim naturâ calidum eſt veſtimentum, nam & tunicam primo nos cum eam induimus frigidam ſentimus, deinde demum calefacit, impleta ſcilicet calore à corpore noſtro procedente, & externum aërem ab illo arcens ac repellens. Qvemadmodum igitur calefacta veſtis nos calefacit, ſic frigefacta nives refrigerat. Frigefit autem emiſſo ab illis tenui ſpiritu, qvi dum à veſte incluſus retinetur, eas integras ac compactas conſervat. Hic enim ſi exſpiret & evolaverit, nix in aqvas è qvibus conſtat liqvefacta diffluet, alboremqve ſuum veluti florem amittet, perinde ut evaneſcit ac perit ſpuma qvæ ſpiramine cum aqva permixto nata fuerat. Sed & palea, qvoniam perlevis eſt, molliter nivibus incumbens, conſiſtens ejus gelu non diſſolvit, ſed integrum relinqvit.

156. *Quid ſit bulimos?*

Bulimos vehemens fames eſt, qvaſi πέλιμος à πολὺς multus & λιμὸς qvod famem ſignificat. Vehementius autem eſuriunt qvi per nives freqventer iter faciunt, qvod & eqvi ſentiunt & muli, maxime qvando caricas vel poma portant. Qvod vero mirandum maxime eſt, non homines modo ſed & jumenta inter omnes cibos pane maxime confirmantur & vires recipiunt, ac ſi vel paululum ex eo comederint, erecti iterum ſtant & progrediuntur. Eorum porro qvi per nives iter faciunt, corpora vehementer afficiuntur frigore & conſtipantur, atqveinde calor intrinſecus reſiſtens conſumit nutrimentum, qvo abſumto una cum calore illa deficiunt ac marcent. Sic itaqve affecti eſuriunt vehementer, & vel paululum cibi ſi ceperint, iterum reficiuntur. Sunt & qvi acrem hanc famem paſſionem in ſtomacho eſſe ajunt, qvi ob calorem illi conjunctum facit, ut deliqvium animi homines patiantur.

157. Qua-

2011 Ministerio de Cultura

ρνζ. Τίς ἡ αἰτία δι' ἣν ἔυθρυπτα γίνεται τὰ ἐν τῇ συκῇ κρεμαννύμενα κρέατα;

157. * *Quare carnes ex ficu arbore ſuſpenſæ teneriores fiant?*

Τὸ φυτὸν ἡ συκῆ ἁπάντων ἐσὶ ὀπωδέσατον, θερμὸν ἔν πνεῦμα καὶ δριμὺ καὶ τμητικὸν ἀφίησι. καὶ τοῦτο θρύπτει καὶ πεπαίνει τὴν σάρκα ἔν ὅρνιθος, ὅθεν τῶν ταύρων ὁ χαλεπώτατος συκῇ προσδεθεὶς ἡσυχίαν ἄγει καὶ ψαύσεως ἀνέχεται, καὶ ὅλος ἀφίησι τὸν θυμὸν ὥσπερ ἀπομαραινόμενος. Τοῦτο γοῦν τὸ πνεῦμα καὶ τοῖς θύμασιν ἢ ὅλως τοῖς κρέασι προσπίπτον διαιρεῖ τὴν σάρκα καὶ περιθρύπτει καὶ ψαφαρὰν ἀπεργάζεται, διὰ ταῦτα τοι καὶ πρὸς τῆς γλυκείας συκῆς ἕτερα σῦκα τὰ λεγόμενα ὀλυνθοι τὴν ἄχρηστον ὑγρότητα ἔν φυτῷ ἐν ἑαυτοῖς ἕλκοντα, τὴν χρησοτέραν ἀφίησι. διὰ ταῦτα φησὶ καὶ ἡ γραφὴ, ἡ συκῆ ἐξήνεγκε τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, τουτέστιν, ψυχὴ διὰ καθάρσεως ἅπαν τὸ ἄχρηστον ὥσπερ ὄλυνθον ἐξήνεγκεν καὶ ἀποχέτευσεν.

Ficus omnium fruticum arborumqve maxime ſucco abundat, itaqve ſpiritum ex ſe emittit calidum, acrem & incidendi vi præditum. Atqve hic ſubigit ac veluti percoqvit avis appenſæ carnes, ſiqvidem ferociſſimus etiam taurus fico alligatus mitior fit contingiqve ſe permittit, atqve omnino jam veluti langvidus factus omittit iram. Hujusmodi igitur ſpiritus carnibus victimarum vel qvibuscunqve aliis allabens illas permeat maceratqve & teneriores efficit. Itaqve etiam dulci è fico groſſi crudæ, abundantem illius humiditatem ad ſe attrahunt atqve ſic eam meliorem reddunt, qvo alludens S. Scriptura ait: ** *Ficus extulit groſſos ſuos*, hoc eſt anima per purificationem omne inutile tanqvam groſſum crudam à ſe emiſit atq; effudit.

* Ita in MSto quo uſus ſum quæſtiones hæ capitibus CLVII. diſtinguuntur, neque tamen pauciora argumenta continent quam codex Allatii diviſus in capita CXCIII, ut ex titulis ſupra p. 51. adſcriptis videbis. Itaque ne quis exiſtimaret me minus integrum iſtud Pſelli opuſculum dare, in titulo capita CXCIII. memoravi, licet pro diviſione quam in Lindenbrogiano apographo reperi, non plura ſunt capita quam CLVII.

** Cantic. II 13. Confer qvæ de caprifico ſupra cap. 152.

FINIS.

)(o)(

INDEX

2011 Ministerio de Cultura

INDEX

In

MICH. PSELLI QVÆSTIONES

nunc primum editas.

Imperatorem alloqvitur Auctor c. 4. 6. 12. 13. 93. &c.

ACHelous fluv. cap. 139.
Ægon fluvius Æthiop. id.
Ævum. 79.
An in angelum mutetur anima? c. 32.
Angeli plures an homines c. 19. an in illis aliquid mali. c. 71.
Anima. c. 27. seq.
ejus facultates. c. 34. seq.
conjunctio cum corpore c. 43. solutio c. 47.
Anima irrationabilis. c. 44.
Annus magnus. 125. magna hiems & æstas, 127. 129.
Apri lacryma 153.
Aqua marina 130. 131. 132.
Araxes fluvius 139.
Argyrus Mons. 139.
Arithmetici c. 68. 119.
Astrologia c. 77.
Astronomi 93. 94. &c.
Attentio c. 46.
Bactrus mons 139.
Bulimos 156.
Capræ (meteoron) 91.
Casus 79.
Caucasus 139.
Causæ c. 62.
Cervi lacrima. 153.
Chamæleon. 145.
Choaspes fluv. 139.
Chremetes fluv. 139.
χώρα. 119.
Circuli cœlestes. 89. seq.
Cœli substantia. 88. 97.
Cognitionis genera varia, c. 69.
Colores, c. 64.
Cometæ. 104.
Communicatio idiomatum, cap. 18.
Conceptio fœtus. 83.
Consubstantiale. 5.
Corpora c. 67.
Creatum quid primo loco? 17.
Crissæus sinus. 135.
DEus c. 15. Entium ad DEum reversio c. 74.
DEi notionem unde homines acceperint c. 18. operationem cur non semper percipiamus. c. 70.
Dorii. 147.
Ecnephias. 112.
Electio voluntatis c. 46.
Elementum. c. 59.
Endelechia c. 76.
Enhypostatum. c. 3. & 4.
Essentia. c. 2.
Euboicus refluxus 135.
Fascinatio. 82.
Fatum. 78.
Ficus. 152. 157.
Figuræ corporum. c. 63.
Fluvii 139.
Fœtentibus vicina magis fragrant. 152.
Formatio fœtus. 86.
Fortuna 79.
Frumentum. 147. 150.
Fulmen. 113. 114.
Gabari. 138.
Galaxia 90.
Generatio & corruptio. 66.
Geometricas demonstrationes non admittunt Regiæ aures. 107. 93.
Graminis malus proventus. 147.
Grando. 105.
Halo 107.
Hebrus fluvius. 139.

Hia-

2011 Ministerio de Cultura

Hiatus in cœlo. c. 92. Hordeum. 150.
Hypostasis c. 2. Ὁμοϋπόστατα 6.
ὑπέκκαυμα 96. 123.
Idea c. 60. Iris 106. Lacus 138.
Locus c. 67. 72. 118. Loligo 149.
Lunæ Eclipsis. 95. magnitudo. 93.
Materia c. 61. an bona. 73.
Mens c. 20. seq.
Michaëlis Ducæ habitus corporis. 8.
Mistio c. 65. Montes 139. Morbus 86.
Motus 76. Mundus. 115. seq.
Musica periodorũ cœlestium proportio. 103.
Naphtha. c. 43. Natura. 40.
Natura in Divinis c 2. 13. seq.
Necessitas c 77.
Neosis fluv. 139. Nilus 139. 140. 141.
Nix. 105. 155. Oleum mari affusum. 133.
Ombrici. 138. Parhelii. 109.
Panaryus fluvius 139.
Persona c. 2. Phasis fluv. 139.
Phœnicobalanus. 143. Pindus mons. 139.
Planetarum Periodi. 103. 125.
Plumbum. 154.
Pluvia. 105. 136. seq. Polypus 145.
Præscientia DEI. 16. Prester 114.
Principia naturalia, c. 59. seq.
Pyrenæi montes. 139. Pruina 105.
Mich. Pselli habitus corporis. 8.
Ratiocinium practicum c 45. Roma 142.
Regna maxima. 142. Riphæi montes 139.
Ros 105. Sal pecoribus utile. 144. ex mari fulmine tacto. 134. salsus sapor in nullo fructu. 143.
Sanitas. 86. Sapores. 143.
Scombrus mons. 139.
Sensus 81. Silices. 154.
Similes vel dissimiles parentibus liberi 84.
Sirbonis lacus. 138. Sitis jejunantium. 87.
Sol an calidus. 96.
Solis magnitudo 93. eclipsis 94.
Somnia 85. Stellæ cadentes 91.
Stellarum motus 98. substantia 97. figura. 99. ordo 100. lumen. 101. Significatio 102
Strymon fluv. 139.
Tempus c. 74. 79.
Terræ magnitudo. 93. motus 128.
Theurgia c. 52. 55. S. Trinitas c. 1. 10. seq.
Typho. 111. Vacuum. 117. Venti. 110.
Virgæ in cœlo. 108.
Virtutum ordines c. 48. gradus 49.
alia de virtutibus. c. 50. seq. Vitis. 151.
Unio personalis c. 8. 65. relativa. 9.
Unitas essentiæ. c. 7.
Voluntas c. 45.
Voluntates & operationes duæ in Christo. c. 14.
Ursus 146. 148.

SCRIPTORES à PSELLO Allegati.

ARistarchus ἀστρονομικώτατος. cap. 93.
Aristoteles c. 28. 29. 30. 51. 76. 88 91. 96. 97. 98. 105. 108. 111. 126. 131. Ejus problemata. 154.
Cantici Canticorum locus 157.
Cleanthes. c. 28.
Cleomedes Philosophus 117.
Dionysius Areopagita. c. 74.
Eleates hospes apud Platon. (in Timæo) c 73.
Evangelii locus 125.
Gregorius Nyssenus c. 42.
Gregorius Theologus c. 15. 42.
Oratione in Christi nativitatem. 71.
Hippocrates 146. Cous Medicus 110.
Homerus 111. 144.
Jamblichus c. 34.
Jeremiæ Prophetæ locus. c. 52.
Maximus Confessor & Philosophus c. 42.
Moysis locus 102.
Nestorius c 9.
Peripatetici Philosophi c. 28.
Plato. 15. 28. 29. 35. 41. 53. 62. 81. 87.
Phædone 153.
Philebo. 73.
Timæo c. 38. 73. 121. 151.
Platonica ψυχογονία. c. 36. 38.
Plotinus c. 28.
Proclus Philosophus c. 73.
in Timæum Platonis c. 38. 121.
Ejus κεφάλαια c. 74.
Psalmi locus 128.

FINIS.

2011 Ministerio de Cultura

LEONIS ALLATII
DE
LIBRIS EC-
CLESIASTICIS
GRÆCORUM,

Dissertationes Duæ,

Quarum unâ, Divinorum Officiorum potiores usitatioresque Libri percensentur: alterâ Triodium, Pentecostarium & Paracletice examinantur.

Ad editionem Cramoisianam Paris. MDCXLIV.

additis notis, supplemento & Indice:

atque Elencho Alphabetico

MELODORUM GRÆCORUM,

recusæ cura

JO. ALBERTI FABRICII.

HAMBURGI,

Apud CHRISTIANUM LIEBEZEIT, MDCCXII.

2011 Ministerio de Cultura

LEONIS ALLATII

DE

LIBRIS

ECCLESIASTICIS

GRÆCORUM.

Diatriba una, Diversorum Opusculorum
priorum ultro citroque Libris præmittitur: aliorum
Titulum, Patriam, Ætatem & Fatum exponens.

Ad calcem Commentarius Rariorum Græcorum
editis hactenus, Impressorum & Indices
atque Elenchus Alphabeticus
MELODORUM GRÆCORUM.

Recusa cura

IO. ALBERTI FABRICII.

HAMBURGI,

Apud Guilielmum Liebezeit, MDCCXII.

2011 Ministerio de Cultura

VIRO

MAXIME REVERENDO

atque Celeberrimo

GEORGIO SERPILIO,

Eccleſiarum Ratisbonenſium

Superintendenti meritiſſimo,

Paſtori & Conſiſtoriali Primario ac Scholarchæ,

S. D.

Jo. ALBERTUS FABRICIUS.

QUas prælis iterum curavi ſubjici & ſupplemento quodam adauxi diſſertationes Leonis Allatii de libris Eccleſiaſticis Græcorum, ad Te potiſſimum deferre in animum induxi, Venerande Antiſtes, cultus mei & amoris & obſervantiæ publicum teſtimonium. Intellexi enim nec Te aſpernari meum qualecunque ſtudium in per-

2011 Ministerio de Cultura

sequendis Græcorum scriptis, neque hoc cum maxime Tibi volumen existimavi posse displicere, quo libri liturgici quibus preces & officia atque hymni Græcæ Ecclesiæ recensentur, eorumquè notitia traditur. Inprimis vero putavi haud ingratum Tibi fore elenchum Melodornm Græcorum, quem attextum his Allatianis diatribis à me vides. Quanquam enim rudis admodum ille est & vix inchoatus, tamen confido, post deperditum eheu Allatii, unius in editis pariter atque ineditis sequioris Græciæ monumentis versatissimi viri, quem de isthoc argumento promisit librum, haud improbaturum Te hosce, primos licet conatus meos in celebrandorum Græcæ Ecclesiæ Hymnopœorum studio, quod circa vernaculas cantiones sacras tantum Tibi debet. Equidem libenter profiteor sicut aliis tuis scriptis quæ cum magna voluptate & fructu evolvi, sic illis præcipue vehementer me esse delectatum, quibus hymnos Germanicos in Ecclesiis nostris decantari solitos sive per absolutissimos indices promtis quærentium usibus aptasti, sive collatis editionibus eluisti varias & partim fœdas quæ passim illos infederant mendas, sive docto Theologicarum & Historicarum observationum apparatu veluti pulcher-

2011 Ministerio de Cultura

cherrima exornasti florum sparsione, sive de auctoribus eorum erudite nos edocuisti, sive denique à corruptionibus ac detorsionibus, quibus omni procul pudore contaminare nescio quis nuper ausus ipsos parum pie fuerat, liberasti atque asseruisti. Igitur quamvis multum abest in tanta Græcorum librorum hujus generis apud nos raritate ac penuria, quam tamen sublevatum iri aliqua spes est, neque exinde pendens meliora aliquando dandi defuerit voluntas: quamvis igitur adhuc multum abest, inquam, ut de Græcis Melodis tam luculenta afferre in medium, eorumque sacris carminibus tantum valeam lucis affundere, quam per Te, venerandorum & doctissimorum virorum B. D. *Jo. Benedicti Carpzovii*, B. D. *Georgii Gœzii*, D. *Georgii Henrici Gœzii*, B. *Wilhelmi Ernesti Tenzelii*, Cl. *Godfridi Ludovici* aliorumque, præcipue Rev. *Johannis Christophori Olearii* exemplo insistentem, in vernaculis nostris felici, impigro & laudatissimo studio factum est, audeo tamen vel primas hasce quas duxi in consimili genere lineas Tibi dedicare, unaque cum illis Allatianas dissertationes qualicunque à me annotationum auctario locupletatas. In illo cum brevitati maxime studuerim, hoc tamen mihi datum volui negotii,

2011 Ministerio de Cultura

tii, ut priorem diatribam, quæ tota Hiſtorica eſt, ſupplerem ex præſtantiſſimorum virorum monumentis Meurſii, Goari, Cangii, Suiceri, Cavei, Rayæi aliorumque, & meis obſervationibus: in altera vero elenctica eſſem brevior, & innuerem potius quam multis diſputarem, Allatium, quæ in libris illis Eccleſiaſticis tam ſevere ac prolixe reprehenderet, non adeo multa forte ſi ſecum habitare voluiſſet, habuiſſe. Quod ſupereſt ut quam diutiſſime doctrina ac virtute Tua præluceas Ratisbonæ Tuæ Tui merito amantiſſimæ, multisque præſtantiſſimis monumentis Tuis orbem litera tum porro & Eccleſiam mactes, ex animo voveo. Hamburgi VIII. Cal. Aprilis Anni Chriſtiani MDCCXII.

2011 Ministerio de Cultura

LEONIS ALLATII

De Libris Ecclesiasticis Græcorum DISSERTATIO PRIMA,

Qua divinorum Officiorum potiores & usitatiores libri percensentur.

Ad Clarissimum & eruditissimum Virum

GABRIELEM NAUDÆUM.

PETIS à me (CLARISSIME NAUDÆE) eorum librorum œconomiam tibi per litteras transmitti, qvorum in Ecclesiæ Græcæ ritibus celebrandis potiorem usum fuisse existimo. Nam qvemadmodum rectè subjungis, tanta est ipsorum non modò copia, sed inter se diversitas, ut cognosci probè non possint, nisi ab homine, ut lingvæ, sic rituum & librorum omnium istius gentis callentissimo. Et sanè non possum ego qvi tibi devinctus sum multis & insignibus modis, hoc officii tantillum, vel æqvissimæ postulationi tuæ, vel amicitiæ, qvæ mihi tecum anni sunt fermè XIV. arctissima semper fuit, non concedere. Imò verò si Bibliothecæ Mazarineæ cui te præfectum esse nuper accepi, libros ipsosmet inseri desideras, putasqve in illis perqvirendis opera mea tibi uten-

4

2011 Ministerio de Cultura

utendum èſſe, faciam omni ſtudio, atqve diligentia ne qvicqvam à me poſtules qvod à viro tui amantiſſimo præſtari poſſit. Atqve ut inde exordiar unde tu ad me ſcribendi occaſionem deſumpſiſti:

Græcorum Eccleſiaſtici libri, plures nec unius generis ſunt, in eamqve jam excreverunt molem, ut attentiùs introſpicienti haud fieri poſſe videatur, ut per annum ab homine, id ſtudioſius incumbente, nec aliis negotiis implicito recitentur, tantum abeſt, ut cantu etiam, & per intervalla temporum reſpirante, commodè accenſeantur. Illius etenim gentis religio increbreſcens unicuiqve de novo, dummodò Sanctorum res pertractantur, acceſſionem facere, & ingentia duplicare volumina permiſit. Hinc maximam librorum copiam majorem fecit, & novis ſemper additis, molem in immenſum adauxit.

I. Inter eos primus per me fit, qvi apud alios locum tenet poſtremum, *Typicum*. a) Typicum ipſum: *ἀναλαμβάνειν δὲ τὴ χεῖρας τὸ παρὸν τυπικόν.* In eo, à primo die anni ſingulis diebus, qvid inter Miſſarum ſolemnia, qvid ad Veſperas, qvid ad Horas, qvid ad Matutinum, qvid deniqve ad reliqva divina Officia, ſive dies illi feriales ſunt, ſive feſti, recitandum, qvid pſallendum, aut legendum ſit, qvibus diebus jejunandum, qvibus & qvomodo ſolvendum jejunium, verbis clariſſimis, ac facillima methodo præſcribitur: variisqve eſt diſtinctum pro materiæ varietate capitibus. In edito præ aliis b) continentur, *Ordo recitandi officium per totum annum, ex præſcripto ſancti Sabæ, capitibus 59.* Sequuntur, *Marci Hieromonachi de dubiis Typicis capita* C. Poſteà. *Nicolai Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Anaſtaſium Montis Sinæ Abbatem,*

a) Typicum hoc à Joſaphato Hieromonacho circa A. 1584. emendatum, ſæpius Græce vidit lucem, ut Venetiis apud Antonium Pinellum 1603. 1615. 1643. fol. De qvo præter Meurſium, Allatium, Caveum, Suicerum, Cangium, Nicolaus Rayæus diſſ. præliminar. ad Tomum 2. Act. Sanctor. Junii p. LXXV. & Jacobus Goar ad Euchologium Græcorum p. 35.

b) Omiſit Allatius diſerte memorare nonnulla Typicis adjungi ſolita ut Menologium à Septembri menſe per totum annum complectens *ἀκολουθίαν* ſive ordinem Eccleſiaſticæ Pſalmodiæ & *συναξέων* ſive collectarum. Nec non *Πασχάλιον* qvale etiam Horologiis & aliis libris ſuis adjiciunt Græci.

2011 Ministerio de Cultura

tem, de Jeiuniis Græcorum Carmina c) *Politica.* Inde locum habent minutiora qvædam, *de* d) *Artziburio, de Feriis Monachorum, de Continentia & ingluvie, de quatuor* e) *Evangelistis, de triginta argenteis ex Maximo Monacho, de Fide, & aliis ad eam pertinentibus.* Finem occupant *Capita adhortativa ad virtutem.*

Nomen habet à τύπος, qvasi forma sit, ordinatio, præscriptio, norma, regula, institutio. Hinc & libro nomen τύπος fuit. Evchologium: Ἰστέον δὲ ὅτι ὁ τοιοῦτος τύπος γίνεται καὶ εἰς κοιμηθείσας γυναῖκας, καὶν τινες ἐγκατέστησαν τῷ τύπῳ ἀκολουθίαν ἰδίως γυναικῶν, παίδων. καὶ πῶς ἐπελάθοντο ἅπαντες τυπῶσαι καὶ εὐνούχων ἰδίως ἀκολουθίαν, ἢ βασιλέων. *Sciendum est, hanc eandem normam servari & in demortuas mulieres; licet quidam ordini intruserint officium proprium pro mulieribus, & pueris. Et subit admirari eos oblitos fuisse pro Eunuchis, atque Imperatoribus officium proprium ordinare.* Ab aliis dictus fuit Διάταξις, ab aliis Διατύπωσις; Latinis erit, *Ordo recitandi divini officii.*

Illius Auctor unus esse non potuit, cum pro varietate temporum, & rerum, res etiam divina, & ordo recitandi officii immutatus sit: nec unus apud omnes semper invaluerit usus. Qvare singulæ Græcorum Ecclesiæ, & eæ potissimum qvæ Patriarchalibus infulis cohonestantur, peculiarem sibi modum in rebus divinis peragendis præscripserunt, qvod alio in loco nos fusè probasse meminimus. Cum deinceps barbarorum incursu res Ecclesiæ imminui cœpta est, & unà cum ipsa Ecclesia finem habere, reliqvis aliarum Ecclesiarum ritibus obmutescentibus, ille, qvi sancti Sabæ f) fuisse dicitur, uti melior, & rebus accommodatior, 6

c) Carmina sunt CCXXIV.

d) Scriptum illud de Artziburio auctorem habet Anastasium Cæsareæ Palæstinæ Episcopum, clarum sub extrema tempora Seculi XI. Porro per Artziburium, jejunium intelligitur Armeniorum, de quo multa invidiosa & in odium eorum excogitata Græci, ut videre licet apud Cangium in Ἀρτζιβύριον. Sed ex Clariss. Viri Jo. Joach. Schrœderi thesauro linguæ Armenæ p. 335. seq. cognosces Armena lingua *arradschavuër* sonare *primum*, illoque vocabulo intelligi primos quinque dies magni jejunii à Dominica Septuagesimæ usqve ad Pascha. Marcus ille Hieromonachus non diversus fortassis ab eo cujus interrogata dissolvit Theodorus Balsamo.

e) Ex Pseudo Dorothei Synopsi.

f) Typicum Sabæ allegatur ab Eutychio T. 2. Annal. p. 247. 248. ubi illud Ecclesiæ typicum appellat. In MS. Vindob. τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆς ἐν Ἱεροσ-

2011 Ministerio de Cultura

modatior, ideoqve plausibilior apud Græcos invaluit, qvo non tantùm qvi sancti Sabæ regulis nomina scripserunt, sed cæteri etiam aliorum ordinum sectatores, & sacerdotes in sæculo vitam agentes, & qvod maximum est, universa fere Græcia ad recitanda divina officia diriguntur. Idqve ut magis mireris, sæculo addicti homines, & mulieres abstinentias, & jejunia Monachis, & similis sortis hominibus à Patribus præscripta ita amplectuntur, atqve iis obligantur, ut ab iis vel minimum qvidem ungvem recedere piaculum sit. Qvare in tota Græcia ferè sæcularium hominum, ac Monachorum vitæ institutum, si uxores tantùm subtrahas, à qvibus Monachi ex præcepto abstinent, qvoad omnia unum idemqve est. Typici historiam, illiusqve pro tempore
7 mutationem prosecutus est Simeon Thessalonicensis Dialogo contra hæreses. Ejus verba, qvia inedita, libentiùs exscribo: Καὶ δέομαι ὑμῶν ἐν Χριστῷ σωτηρεῖαν ταύτην τὴν τάξιν μέχρι παντὸς, καὶ ὡς σπινθῆρά τινα θεῖον μεῖναι ἐν ἡμῖν τὴν παράδοσιν τῶν πατέρων. ἣν δὲ ἡμεῖς βουλόμενοι ἀσινῆ τηρεῖαν καὶ μεῖναι ὥσπερ ἥδυσμά τι, καὶ ἄρτυμα γλυκαῖνον σωπρμόσαμεν αὐτῇ καὶ τὰ τῶν κανόνων, ἵνα μή τις γογγυσὴς θεὶ τὰ καλὰ, καὶ μὴ γνῶσιν ἔχων τῆς τάξεως, ἀκηδιασὴς δὲ μᾶλλον καὶ ῥάθυμος ὢν φθάσεις ἄροι τινὰς, καὶ χωρήσῃ θεὸς τὴν ταύτης καπάλυσιν λέγων, ὡς οὐ τὰς σωήθεις, καὶ πάντων ἀφομένους ἀκόμεν κανόνας. νυῦ δ' καὶ οὗτοι σωήφθησαν, καὶ τοῖς θεοσέχουσι καίπερ θυμουμένοις ἀπακτοτέρα μᾶλλον καὶ ἡδυτέρα αὐτη τῶν ἐν ταῖς μοναῖς καὶ χεδὸν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ἡ ἐκ τῶν Ιεροσολύμων τυπικὴ τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Σάββα τελεῖται τάξις. ὅτι δὴ καὶ φθάσαι μόνου τινὸς δυνατόν ἐστι ταύτην γίνεσθαι. ἐπεὶ καὶ φθάσαι μοναχῶν ἐξετέθη, καὶ μέχρις ἀσμάτων πολλάκις ἐν κοινοβίοις ἐκτελεῖται. καὶ ἡ τοιαύτη δὲ διάταξις ἀναγκαιοτάτη, καὶ πατρική. καὶ δ' ὁ θεῖος πατὴρ ἡμῶν Σάββας ταύτην διετυπώσατο, φθάσαλαβὼν αὐτὴν ἐκ τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐθυμίου, καὶ Θεοκτίστου. οὗτοι δέγε ἐκ τῶν φθάσαι αὐτῶν, καὶ τοῦ ὁμολογητοῦ Χαριτωνος περιειλήφασι. τὴν δὲ τοῦ ἱεροῦ Σάββα διατύπωσιν, ὡς ἐμάθομεν, κατα-

Ἱεροσολύμοις ἁγίας Λαύρας τῆς ὁσίας καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Σάββα. Αὕτη δὲ ἡ ἀκολουθία γίνεται καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίων μονῶν. Obiit Sabas ille magnæ Lauræ Hierosol. Abbas A. C. 532. De illo Cyrillus Scythopol. apud Bollandum ad 20. Jan. & Cotelerium T. 3. monument. Fuit & Sabas Monachus circa A. C. 846. clarus scriptor vitæ S. Joannicii, memoratus Allatio de Synodo Photiana p. 541., alii itidem plures de quibus Bollandus T. 1. Januarii p. 936, 979.

2011 Ministerio de Cultura

καταφθαρέντ@ ὑ τόπου ὑπὸ βαρβάρων ἀφανισθεῖσαν ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Σωφρόνι@ ὁ τῆς ἁγίας πόλεως πατριάρχης φιλοπονήσας ἐξέθετο. ℰ μετ' αὐτὸν πάλιν ὁ θεῖ@ ἡμῶν, καὶ θεολογικὸς πατὴρ ὁ Δαμασκηνὸς Ιωάννης ἀνανεώσατο, ℰ χράψας περέδωκεν. *Deprecor vos in Christo, ut ordinem hunc in perpetuum conservetis, & veluti scintilla quædam divina traditio Patrum perseveret: quam cum & ipsi velimus ut* 8
incorrupta conservetur, & veluti condimentum quod dulcedinem conciliat, perſistat, illi & canones subjunximus, ne quis circa bona murmurator, & ordinis ignarus, quinimo piger ac segnis nonnullis adinventis prætextibus illius destructionem machinetur; non solitos inquiens, & qui ab omnibus canuntur Canones audiri. Nunc enim & hi additi sunt. At his qui attentius animum applicant, alacrioresque sunt, ordinatior, & suavior eo, qui in Monasteriis, & aliis fere omnibus Ecclesiis fit, qui ex Hierosolymitano Typico Monasterii sancti Sabæ ordo præscribitur, accedit, quod scilicet ab uno eoque solo perfici potest. Quando & à Monachis dispositum est, & absque cantu sæpissime in Cœnobiis absolvatur. Et hæc quidem Constitutio, quam maxime necessaria, & Patribus convenientissima est. Etenim sanctus Pater noster Sabæ eam præscripsit à sanctis Euthymio, & Theoctisto acceptam: hi porro à majoribus, & homologeta Charitone desumpserunt. Sacri verò Sabæ constitutionem, ut audivimus, locis illis irruptione Barbarorum vastatis, deperditam, sanctus pater noster Sophronius sanctæ civitatis Patriarcha studio laboreque restituit; & post eum rursus divinus, & rebus Theologicis pertractandis acerrimus Joannes Damascenus renovavit, scriptoque demandatam tradidit. Hanc itaque sacra Monasteria, &c. Et in Responsis ad Qvæstiones Gabrielis Pentapolitani Metropolitæ: Καὶ οἱ πατέρες δὲ πάντες παραδεδώκασιν ὁ θεῖ@ τε Σάββας, ℰ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ Ιωάννης διὰ τ῀ Ιεροσολυμιτικοῦ τυπικοῦ. *Et Patres universi tradiderunt, & inter eos Sabas divinus, & Damascenus Joannes per Hierosolymiticum Typicum.* Et infra: Αἱ λοιπαὶ τ῀ νηστείαι, 9
καὶ ἅπασαι μὲν κ῀ παραδόσιν ἔχαιαν, ὡς ἡ σωτήθεια μαρτυρεῖ, καὶ ἀπ' ἐχῆς διατάξεις, καὶ ὁ τῆς ἑνώσεως τόμ@ αὐτῶν μεμνημέν@, καὶ τὸ Ιεροσολυμιτικὸν τυπικὸν, ὡς παρέφημι ὁ τὸν θειότατον Σάββαν, καὶ μετ' αὐτὸν τὸν Δαμασκοῦ θεολόγον συγγραφεῖς ἔχ῀ καὶ νομοθέτας. καὶ ὁ μὲν κ῀ τὴν τετάρτην οἰκουμενικὴν συνόδον, ὁ δὲ μέσον τ῀ ἕκτης καὶ τ῀ ἑβδόμης, ἄμφω τ῀ ἐκκλησίας πατέρες τε καὶ διδάσκαλοι. οἷ δύο τ῀ τυπικὸν συνεπλήκασιν, ὅτι τὸν παρὰ τ῀ θείου Σάββα τ῀ Ἱερομῆ τῶν ἐθνῶν ἀπολεσθὲν, ὁ μέγας Ιωάννης ἐξ ἐχῆς τοῦτο κ῀ τὴν ἀνω-

2011 Ministerio de Cultura

θεν τάξιν συνέθηκε, καὶ διετυπώσατο. *Cetera vero omnia jejunia ab antiquis tradita sunt, ut usus testatur, veteresque Constitutiones, nec Unionis tomus tacuit, qui eorum meminit, & Typicum Hierosolymiticum, quod ut suprà diximus sanctissimum Sabam, & post eum Theologum Damascenum auctores, institutoresque agnoscis, quorum alter tempore quartæ Oecumenicæ Synodi, alter inter sextam & septimam vitam agebat, qui ambo Typicum composuêre: nam cùm à divino Saba compositum barbarorum incursione excidisset, magnus hic Joannes ab initio, illud ut antiquitùs erat conscripsit, ordinavitque.* Nec aliud nobis innuit Cyrillus Scythopolitanus in vita sancti Theodosii g) Archimandritæ. Ὅθεν καὶ τῆς Κομανῶν αὐτὸς ἁγίας ἐκκλησίας ψάλτης χρησιμώτατος γέγονεν ἐκ παιδὸς καὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα ἀκριβῶς ἐξεπαιδεύθη, καὶ ἐξέμαθε τότε ψαλτήριον & τὰς λοιπὰς θείας γραφάς. Et infra. Αὐτὸς δὲ ὁ Θεοδόσιος γνοὺς & τὸν τῆς δεχῆς κίνδυνον ὑφορώμενος φυγὰς ὥχετο, καὶ πρῶτον ἔρχεται εἰς τὰς περὶ τὰ μετωπὰ τόπους, πρός τε τὸν μακαρίτην Μαρκιανὸν, & πρὸς τὸν ἀββᾶν Λουκᾶν τὸν Μετοπηνὸν τῆς ἐρήμου κανόνα ὑπ' αὐτῶν ἐκμαθεῖν, ὅς πινας ἐν πρώτοις ὁ ἐν ἁγίοις Εὐθύμιος τὴν μοναχικὴν ἐπαίδευσεν ἀκρίβειαν. *Hinc & Coenorum Ecclesiæ Cantor ipse oppido utilis à puero factus est, & Ecclesiasticum ordinem accuratissime edoctus, & memoriæ mandavit Psalterii librum, & reliquas divinas scripturas.* Et, *ipse autem Theodosius cognoscens, & dominationis pericula cavens aufugit, primumque venit ad Metopæ loca ad beatum Marcianum Anachoretam, necnon ad Abbatem Lucam Metopenum, & Eremi regulas ab illis instruitur, quos in primis sanctus Euthymius accuratum institutum Monachorum edocuit.* Non inelegantia sunt Joannis Euchaitarum Metropolitæ carmina in Typicum Lauræ:

Δέδοικα μήπως θεσπίσας ἄλλοις τάδε,
Αὐτὸς δὲ τούτων ἔδεν ἐξειργασμένος,
Κατηγόρους εὑροιμι τοὺς ἐμοὺς νόμους.
Ἀλλ' ὁ κριτής μου, καὶ θεὸς, & δεσπότης,
Μὴ τοῖς ἐμοῖς με, τοῖς δὲ σοῖς κρῖνον νόμοις,
Οὐ τοῖς δικαίοις. φῶς γὰρ οἴχομαι πάλαι.
Τοὺς συμπαθεῖς δὲ καὶ φιλανθρώπους λέγω,
Οἷς ἔσικα σώζειν οἶδας, ὡς ἐυεργέτης.

g) Hanc vitam latine dederunt Lipomannus, Surius & Ballandus ad XI. Januarii.

Varia

2011 Ministerio de Cultura

Varia pro varietate Ecclesiarum, & qvandoqve etiam ejusdem Ecclesiæ Typica fuisse, ut reliqva missa faciam, habeo ex auctore sive compilatore ejuscemodi Typici. Ταῦτα πάντα πατέρες καὶ ἀδελφοὶ, οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἐτέθησαν παρ' ἡμῖν, ὡς ἄν τις οἰηθῇ, ἀλλὰ διαφόροις ἐντυχόντες τυπικοῖς τὴν πραγματείαν ἐξ λόγου κ.τ.λ. *Hæc omnia, patres & fratres, non simpliciter, & ut casus se obtulit à nobis apposita sunt, ut quispiam existimabit; sed variis Typicis conquisitis, rem ita*, &c. Et alibi sæpissime ab ipso commemoratur, in alio Typico aliter rem ordinari. Qvæ Typica proprio nomine κτητορικὰ h) appellabantur. Noto ex Scholio in sect. 2. tit. 6. sacrorum Canonum Constantini Harmenopuli. Εἰ δέ τις καὶ πλέον τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν κατὰ ἑορτὰς τούτων ἢ ἑκουσὶ, ἢ ὑπὸ κτητορικοῦ τυπικοῦ συνωδοῦμενος νηστεύσῃ, οὐ καταισχυνθήσεται. *Quod si quis etiam ultra dies illos septem in festis horum vel sponte sua, vel municipali Typico compulsus jejunet, non confundetur.* Eadem habet Theodorus Balsamon Responso 53. à qvo puto fuisse exscripta. Κτητορικὰ Typica fuerint, qvæ in Bibliotheca Barberina manuscripta habentur sub num. 75. & 76. Alterum civitatis Bovensis scriptum à Georgio Constantinopolitano: alterum Monasterii Casulorum ab Hierotheo Monacho exaratum, & tertium Byzantii Studiorum, & alia alibi, ne singula recenseam. Posteriores itaqve Ecclesiarum Præfecti pro arbitrio, & temporis necessitate multa addiderunt, vel detraxerunt. Planeqve mea sententiâ titulo Typici exantiqvissimo descripti, & ab Antonio Arcudio Romam missi, & modo in eadem Bibliotheca conservati, stabilitur. Ibi namqve sic titulus concipitur: Τυπικὸν σὺν Θεῷ ὅλου χρόνου ἔχων τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἁπασῶν τε δεσποτικῶν ἑορτῶν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων, καὶ ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ τὴν ἀνάδοσιν τῶν ἁγίων πατέρων τοῦ τε ἁγίου Σάββα, καὶ τοῦ Στουδίτου, καὶ τὸ πλεῖσον τοῦ ἁγίου ὄρους. οὗ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ μέρος τῆς ἀναδόσεως τοῦ ἱσαποστόλου πατρὸς ἡμῶν Ἰωσὴφ τοῦ κτήτορος τῆς ἁγίας μονῆς τοῦ ἁγίου Νικολάου τῶν Κασούλων. *Typicum cum DEo totius anni, continens Ecclesiasticam constitutionem omnium heriium festorum, & sanctissimæ*

h) Hujusmodi Typicum κτητορικὸν sive *fundatorium* complectens regulam Monasterii ab Irene Augusta, Alexii Comneni Imp. conjuge conditi, utraque lingua ediderunt Monachi Benedictini in Analectis Græcis Paris. 1692. 4. Vocabulum τυπικῶ non uno sensu ibi occurrens observabis p. 128. 136. 212. 224. Vide & Clariss. Montfaucon. Palæographiam Græcam p. 299. seq.

2011 Ministerio de Cultura

*Etissimæ Deiparæ, & celebrium sanctorum, & totius anni secundum traditionem sancti Sabæ, & Studitæ, & potissimam partem sancti Montis. necnon partem traditionis sanctissimi Patris nostri Josephi possessoris * sancti Monasterii divini Nicolai Casulorum.* Sed utinam liceret nobis ex primis illis fontibus tanqvam integrioribus & purioribus, divino Christi servitio incumbere. Næ illis superseminata ab homine neqvam zizania dignosceremus. Et hæc de Græcorum Typico.

An vero cum in eorum libris τυπικὰ, *Typica*, libros eosdem plures, nec unicum indigitant, & cum πρῶτα καὶ δεύτερα τυπικὰ *prima & secunda Typica*, libros eosdem plures primos, & secundos, & qvonam sensu? Neqvaqvam. Ea, cum videam alios confundere, ne res alicujus considerationis in occulto lateat, operæ me facturum pretium existimo, si post Typici, eorum qvoqve expositionem subnectam. Typicorum duo sunt genera, alterum qvod in matutinis precibus, dum vigiliæ, qvod eam noctem insomnes traducant, peraguntur, recitari, aut cani solet.
13 Vigiliæ nonnisi ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς, Festis nempe Christo Domino, & beatæ Virgini dicatis fiunt. Principes vero dies festi ejusmodi apud eos modo plures, modo pauciores, pro temporum ratione fuere: nunc demum duodenario numero, ne nimius sim, clauduntur, & sunt *Annunciatio Virginis, Christi Nativitas, Hypapante*, i) *Baptismus Christi, Transfiguratio, Resurrectio Lazari, festum Palmarum, Lignum Crucis, Resurrectio, Ascensio, Spiritus Sancti adventus, & Deiparæ assumptio.* Licer hæc postrema non semper inter hos locum habuerit; modo tamen certum sibi vindicat, nec sine piaculo negligeretur. In his celebritatibus Typica dicuntur, qvæ nihil aliud sunt qvam versuum ex Psalmis hinc inde congestorum, & ad solemnitatis arcana exponenda aptiorum Ecloga. Hinc fit non eadem in omnibus, sed varia pro diversitate solemnitatum concinnari. Eaqve aliis diebus Dominicis non recitantur, sed loco eorum Psalmus, qvi Græcis ἄμωμος, k) *Immaculatus* est. Si aliæ sunt solemnitates, easqve, qvas illi Doxologumenas vocant, neqve Typica, neqve Amomus, sed Polyeleos, l) estqve Psalmus αἰνεῖτε τὸ ὄνομα κυρίου, *Laudate nomen*

* *fundatoris.*

i) Festum purificationis Mariæ, quando Simeon Christo in templo occurrit.

k) Psalmus CXIX. (al. 118.) qui incipit: μακάριοι οἱ ἄμωμοι.

l) Psalm. CXXXV. (al. 134.)

2011 Ministerio de Cultura

nomen Domini dicitur; & in fine cujuslibet versiculi adnectitur *Alleluja.* Polyeleus nomen habet ab eo, qvod eodem tempore Psalmus alius accinitur, ἐξομολογεῖσθε τὸν κύριον, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. *Confitemini Domino Dominum, quoniam in sæculum misericordia ejus.* Vel qvod tunc cereis, & luminibus lampadis in me- 14
dio Ecclesiæ ante Sancta Sanctorum appensæ, qvæ vocatur *Polyeleus*, Psalmus ille recitatur. Possem hîc de candelis seu lampadibus m) Græcorum, qvas sanè alii non intellexerunt, aliqvid referre. Sed qvid illud ad Typica? Primum itaqve Typicorum genus erit ex variis Psalmis versuum in solemnitatem collectio, qvæ in festis ut ita dicam *vigilatis* canitur. Alterum Typicorum genus est, qvod inter Missarum solemnia diebus etsi non omnibus, & sunt πρωΐα καὶ δεύτερα, *prima & secunda*; nec alia sunt, qvàm Psalmus CII. & CXLV. n) Qvando verò ea dicuntur, noto ex Typico Sabæ. Ισέον ὡς ἀπὸ τῆς νέας κυριακῆς ἕως τῶν ἁγίων πάντων ἀντίφωνα ψάλλει ἡ ἐκκλησία, καὶ οὐ τυπικά. ὁμοίως καὶ τῷ δωδεκαημέρῳ ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς, καὶ εἰς τὰς μνήμας τῶν ἁγίων, ἃς ἑορτάζομεν τὰ ἀντίφωνα ψάλλομεν. τὰς δὲ λοιπὰς πάσας κυριακὰς ἔχόντου ψάλλομεν τυπικά. *Advertendum est, à nova Dominica ad festum omnium Sanctorum Ecclesiam canere Antiphona, & non Typica: similiter & diebus duodecim, quos Dodecaemeron nuncupant: in festis Dominicis, in memoriis Sanctorum, quas celebramus, Antiphona canimus, reliquis verò diebus omnibus Dominicis Typica canuntur.* Antiphona * qvoqveista cùm ab alio non explicentur, animadvertas velim, ea qvemadmodum de Typicis matutini diximus, esse puram putam ex variis Psalmis diversorum versuum, qvi magis solemnitatis mysterium exprimunt, Eclogam. Eamqve dividi in primum & secundum Antiphonum. In primo post singulos versus recitatur, 15
πῇς πρεσβείαις τῆς θεοτόκου σῶτερ σῶσον ἡμᾶς. *Precibus Deiparæ Salvator salva nos.* In secundo pro solemnitatum diversitate versui adnectitur formula solemnitatem exprimens: ut in die Paschatis dicitur, σῶσον ἡμᾶς υἱὲ θεοῦ ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ψάλλοντάς σοι ἀλληλούϊα. *Salva nos Fili DEi, qui à mortuis resurrexisti, canentes tibi alleluja.* In Pentecostes, σῶσον ἡμᾶς υἱὲ θεοῦ παράκλητε ἀγαθὲ ψάλλοντάς σοι ἀλληλούϊα. *Salva nos Fili DEi Paraclete bone canentes tibi alleluja.*

m) De his videndus interim Cangius in utroque glossario, in καντήλα & λαμπάς.
n) Confer Jacobum Goarum ad Euchologium Græcor. p. 124. & 186. & Meursii glossar. in τυπικά.
* Idem Goarus p. 123. Rayæus p. 32. seq. & 48. Meursius, & Cangius in ἀντίφωνα.

2011 Ministerio de Cultura

luja. Et sic de allis terminatis versiculis idem repetitur, in *Nunc & semper*, dicitur illud, ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων. *Unigenitus Filius, & sermo DEi immortalis existens*, &c. Postmodum tertia statio excipit, qvæ & tertium Antiphonum vocatur, versiculi Psalmorum cum Tropario proprio solemnitatis, cujus vicem, cùm Typica dicuntur, Beatitudines occupant, in qvarum postremis tertiæ, sextæqve odæ Troparia, sive Paracletices recitantur. His facillimè intelliges, qvæ ex D. Joannis Chrysostomi Liturgia, & ex Triodio adducit Meursius in Lexico Græco-barbaro: apud qvem Triodii verba interpungenda sunt, hoc modo, καὶ ἀναγινώσκονται κατηχήσεις, εἰς τὴν λειτουργίαν, τυπικά. *Et leguntur Catecheses. in Liturgia, Typica*, subauditur, *canuntur.* Catecheses namqve non in Liturgia, sed in matutinis precibus legebantur.

Nec alius à Typico est liber Tacticus, o) qvi sub hoc
16 nomine in plerisqve Græcorum Monasteriis innotescit, in eo etenim nihil aliud est, qvàm ordo, & regula divinorum Officiorum, qvi à τάξις nomen habuit, sicuti & apud Latinos ab ordine *Ordinarium* fit; præscribit enim singulis diebus, qvid in rebus sacris peragendis præstandum sit. Nonnemo, cùm opus non viderit, & vidisse videri volens mera sibi fingit somnia, aitqve in eo ritus omnes, & ceremonias in administratione sacramentorum à Græcis observari solitas contineri, ideoqve ad illud potiùs, qvàm ad Euchologium recurrendum esse. Viro non aliud dixerim, glaucomam ab oculis excutiat: & qvod non vidit, videat, tùm judicet, & sententiam dicat, sin minus frustra omnia fuerint, cùm somnia sunt ex imaginatione conficta, qvi rem vident aliter sentiunt.

II. Secundum est *Liturgiarum*, p) in qvo Missarum celebrandarum series habetur, non omnium, sed trium solummodo, Joannis

o) Vide Cangium in Ταχτικά.

p) λειτουργικὸν istud sive λειτουργίαν tres SS. Basilii & Chrysostomi atque tertia τῶν προηγιασμένων continentur in sæpius vulgato Græcorum Euchologio, cum quo Jacobus Goarus eas versione & notis illustravit, variasque lectiones ex variis quæ non parum inter se differunt editionibus ac Codd. MSS. subjunxit Paris. 1647. fol. Prodierunt & Græce Rom. 1601. 4. Venet. 1626. 4. & Græce ac Latine cum *Hervetti* versione in Tomo secundo Auctarii Bibl. Patrum Morelliani Paris. 1624. additis Liturgiis quæ ferun-

-2011 Ministerio de Cultura

Joannis Chrysostomi, Basilii Magni, illiusqve qvam ipsi vocant προηγιασμένων, *Præsanctificatorum.* Licet enim pleræqve apud eos Missæ fuerint, qvæ etiam ad hæc tempora pervenerunt, ut Jacobi, Clementis, Petri, Marci, nihilominus illæ omnes, post

 Basilia-

feruntur sub nominibus SS. *Jacobi*, *Marci*, *Petri* & *Gregorii* Papæ. Edideratque cum versione seperatim excusa Morellus Paris. 1560. typis Regiis Liturgias Jacobi, Basilii & Chrysostomii. Præter illas tres Liturgias in Græcorum λειτουργικῶ obvias circumferuntur & aliæ, ut 1.) S. *Jacobi* nomine edita à Morello Græce & latine Paris. 1560. fol. atqve inde ab aliis, pro cujus γνησιότητι singularis Allatii diatriba legitur in ejus συμμίκτοις, quæ tamen doctis non satisfacit, licet verum est sub Jacobi ἀδελφοθεός nomine passim laudari à recentioribus Græcis, ferri etiam apud Syros atqve commentario illustratam à Syro scriptore Dionysio Bar Salibi Jacobita qvi A. 1171. obiit. Si vero Jacobum Apostolum atqve Præsulem Hierosol. ut volunt haberet auctorem, non ignota fuisset Cyrillo Hierosol. à qvo tradita liturgia Catechesi Mystagogica ult. ab illa Jacobi multum est diversa. 2) *S. Petri*, qvam Græce & lat. vulgavit Jo. à Sancto Andrea Paris. 1595. 8. typis Fed. Morelli. 3) *S. Marci* cum *Clemente Rom.* de ritu Missæ (ex libro VIII. Constitutt. Apostolic.) edita à G. Sirleto Cardinali Paris. 1583. 8. itidem Græce & latine qvam laudatus Montfauconus annotat Coptice extare MS. nomine *Cyrilli* Alex. Neq; dubitandum qvod si unqvam Jacobus, Petrus, Marcus aliqvid in hoc genere tradiderunt, id vehementer auctum ac mutatum ad nos pervenerit. Sed ob ea qvæ de antiqvis temporibus moreqve vetustiss. Christianorum sacram cœnam celebrandi tradit in Apologia Justinus Martyr, verisimilius videtur nullam ejusmodi formulam liturgicam tradidisse, sed verbis Institutionis CHRISTI fuisse contentos. De Missa *Gregorii* Theologi ac *Gregorii* Papæ jam feci mentionem. Plures Græce exstare haud memini.

Liturgiæ *S. Basilii* Codex mille amplius annorum extat in Bibl. Barberina, teste Clariss. Montfaucono in Diario Italico p. 210. Prodiit & Basilii liturgia Græce Venet. 1601. 4. Cæterum lapsus est memoriâ Clariss. Caveus, qvi illam in omnibus Basilii editionibus reperiri scribit, nam in nulla qvod sciam legitur. At ex *veteri latina* versione edidit Jo. Cochleus in speculo antiqvæ devotionis circa Missam, Mogunt. 1549. p. 117. usus Codice Rincaviensis monasterii S. Johannis. Occurrit etiam ex veteri interpretatione inter Liturgias SS. Patrum à Claudio de Sainctes Theologo Paris. editus Antwerp. 1562. 8. pag. 34. Alia est qvam ex *Syriaca* lingva vertit & latine edidit Andreas Masius Antwerp. 1569. recusam in Bibl. Patrum & Criticorum sacrorum Anglorum supplemento Francofurtensi T. 2. p. 439. Alia itidem qvam ex *Arabicis* Codd. uno Josephi Scaligeri ad Velserum misso & altero reperto apud Gabrielem Negib Abbatem Ægyptium in comitatu Parsumi Archidiaconi, Patriarchæ Alex. ad Clementem VIII. legati Victorius Scialagh Accurensis, Maronita è monte Libano. Augustæ Vindel. A. 1604. 4. publicavit additis Liturgiis S. *Gregorii Theologi* & *Cyrilli* Alex. De Codice Copto Arabico Bibl. Regis Christianiss. in qvo duæ liturgiæ SS. *Basilii* & *Gregorii Theologi*, vide Montfauconi Palæographiam Græcam pag. 314.

Litur-

2011 Ministerio de Cultura

Basilianam, & Chrysostomianam neglectæ desitæ sunt, præter unam Jacobi, qvæ semel in anno in Hierosolymitana Ecclesia, ut mihi relatum est, dicitur.

Apud Græcos primus omnium Basilius, qvod historiis
17 traditum sit, prolixiorem Jacobi Missam, brevioribus finibus concluſit, qvam postmodum licet decurtatam, Chrysostomus nimis prolixam existimans, obtruncatis, qvæ sibi videbantur, breviorem, ad commodiorem populi usum effecit. Neqve ullus unqvam apud Græcos dubitavit Basilium & Chrysostomum Missas, qvæ nunc in Orientali Ecclesia celebrantur, conscripsisse. Proclus Patriarcha Constantinopolitanus de traditione divinæ Missæ, q) si tamen illius Procli tractatus ille est: Πολλοὶ μὲν τινες καὶ ἄλλοι τῶν τοῖς ἱεροῖς Ἀποστόλοις Διαδεξαμένων θεῖοι πατέρες ἐκ διδασκάλου τῆς ἐκκλησίας τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν, ἐξ ὧν δὲ πρῶτοι οὗτοι, καὶ διαφέρουσιν τυγχάνουσιν, ὅ, τε μακάριος Κλήμης, ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων μαθητὴς καὶ διάδοχος, αὐτῷ τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων ὑπαγορεύσαντων, καὶ ὁ θεῖος Ἰάκωβος, ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας τὸν κλῆρον λαχών, καὶ ταύτης πρῶτος ἐπίσκοπος ὑπὸ τοῦ κυρίου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν καταστραθείς. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος μὴ πᾶσι τὸ ῥάθυμον ἢ καταφερὲς τῶν ἀνθρώπων ἰσως ὁρῶν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς λειτουργίας μῆκος ὀκνουμένων, ταύτην οὐ βραχεῖαν καὶ μακρὰν εἶναι νομίζων, ἀλλὰ τὸ τῶν συνδυαζομένων καὶ ἀκροωμένων ῥάθυμον διὰ τὸ πολὺ τοῦ χρόνου ἀναλίσκεσθαι ἐκκόψων ἐπιτο-

Liturgia S. *Chrysostomi* cum versione, *Erasmi* nomen mentita, legitur Tomo qvarto Operum Chrysostomi edit. Græcolatinæ Ducæanæ, & Græce Tomo sexto in Savilianâ p. 983 Latine ex versione *Leonis Tusci*, facta CPoli circa A. C. 1180. ad Rainaldum de monte Catano, in Liturgiis Claudii Sanctii sive de Sainctes p. 49. Græce à Demetrio Duca in lucem edita plus simplici vice lucem vidit Romæ ac Venetiis.

De liturgia præsanctificatorum, qvæ licet *Gregorio* Papæ sive Dialogo tribuitur, tamen usus ejus à latinis qvibusdam & Latinizantibus Græcis improbatur, unde Joannes à Sancto Andrea, Claudius de Sainctes & Jacobus Pamelius eam in Liturgicis suis prætermiserunt, videnda peculiaris Allatii dissertatio libris ejus de consensu utriusqve Ecclesiæ subjecta p 1541 seq. Diversa est *Gregorii* Papæ Missa qvæ latine cum interpretatione Græca Georgii Codini edita est à Federico Morello Græce & latine Paris. 1595, 8. atqve inde in Auctario Patrum Ducæano. Sed illa præsanctificatorum extat etiam una cum aliis latine ex versione Gilberti Genebrardi Tom. 27. Bibl. Patrum Lugd. p. 646.

q) p. 156. edit. Elmenhorstii.

2011 Ministerio de Cultura

ἅπτομώτερων παρέδωκε λέγεσθαι. Et infrà, Διὸ καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος θεραπευτικῇ τινι μεθόδῳ χρώμενος ἅπτομώτερον ταύτην ἐπαγγέλλει. μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν ὁ ἡμέτερος πατὴρ, ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς Ἰωάννης τῆς πεφθάτων σωτηρίας οἷα ποιμὴν πεφθύμως κηδόμενος, εἴς τε τὴν τῆς ἀνθρωπίνης Φύσεως ῥᾳθυμίαν ἐφορῶν πεόῤῥιζον πᾶσαν Σατανικὴν πρόφασιν ἠβουλήθη ἐκπεράσασθαι. διὸ καὶ τὰ πολλὰ ἐπέτεμε καὶ σωτομώτερον τελεῖσθαι διετάξατο. *Multi quidem & alii divinæ Eccle-* 18
siæ Pastores, & Doctores, qui sacris successerunt Apostolis, sacrosanctæ Missæ editionem scriptis demandantes tradiderunt Ecclesiæ, quorum primi, iique præclarissimi censentur, beatus nimirum Clemens summi illius Apostolorum principis discipulus & successor, qui sacris Apostolis ei dictantibus, illam edidit: & divus Jacobus, qui Hierosolymitanam Ecclesiam nactus est in sortem, ejusque primus à primo magnoque illo summo Pontifice Christo DEo nostro fuit constitutus Episcopus. Tum inde magnus Basilius hominum socordiam, & in deterius prolapsionem conspicatus, ac proinde longinquitate productæ Missæ pertæsos, non quod ipse supervacaneum quidquam vel nimis longiùs productum in ea fore arbitraretur, sed ut pariter tùm simul orantium, tùm audientium ignaviam ex longo illo temporis intervallo præcideret, breviorem recitandam tradidit. Et infrà: *Quamobrem & divus Basilius medicâ quadam ratione usus, breviorem eam concisioremque reddidit. Haud verò multo pòst pater ille noster aureâ præditus linguâ Joannes de ovium salute, ut pastorem decet, strenuâ curâ sollicitus, naturæ humanæ socordiam ignaviamque respiciens, fibras omnes ac radices Satanici prætextus hujus voluit evellere; & idcircò multa præcidit, & concisiori presiorique oratione sacrum conficiendum statuit.* Id qvoqve testati sunt Canon Trullanus 32. Leontius Byzantius constra Nestorium & Eutychetem lib. 3. Gregorius Protosyncellus, Gennadius Scholarius, Hiere- 19
mias Patriarcha Constantinopolitanus, Bessarion, Marcus Ephesinus, & alii. Et eas qvæ nunc tùm in dicto libro, tùm in Evchologio, tùm alibi sub tantorum sanctorum nomine digeruntur Missæ, eorum esse nullus, qvod ipse sciam, dubitavit, r) præter unum Casaubonum exercitat. 14. num. 8. in Baronium. Et alius nescio qvis contendebat, Joannis Chrysostomi nomen primùm

r) Liturgiam à S. Basilio esse compositam non adeo negandum videtur, uti nec à S. Chrysostomo, sed interjecto tempore variis modis fuisse interpolatas ipsa exemplarium diversitas arguit. Confer Acta Sanctor. T. 2. Junii p. 843.

2011 Ministerio de Cultura

mùm additum esse à Leontio in Evchologio à se correcto & Venetiis edito anno 1564. qvod in ceteris Evchologiis tùm ante Leontii impressionem excusis, tùm à manuscriptis abesse, & videri à veritate alienum.

Falsum nihilominus est, inscriptionem illam additam fuisse à Leontio, & à manuscriptis abesse, cùm plurimi codices, illiqve antiqvissimi, non tantùm in Vaticana, sed in Barberina etiam Bibliotheca asservati illam agnoscant, & Leontius iste, qvisqvis ille fuerit, cùm illam in manuscriptis inveniisset, nil mirum si illam edi curaverit. Qvi enim opera antiqvorum edunt, ea priùs ad manuscriptos codices referunt, & ad illorum normam corrigunt. Si dicat Missam à Chrysostomo editam ab hac esse diversam, temere id asseritur, codicibus pluribus manuscriptis, iisqve antiqvissimis reclamantibus, & Chrysostomo vindicantibus, licet qvemadmodum in aliis antiqvorum scriptis usuvenit, nonnullas variantes lectiones inveniri posse, qvod exscriptorum incuria contingit, non negaverim: at illæ non tanti fuerint, ut propter eas nomen Chrysostomi expungamus.

In tertia Missa, qvam Græci τῶν προηγιασμένων vocant, tu *Præsanctificatorum* diceres, corpus Christi non conficitur, sed confectum anteà divinis laudibus decantatis absumitur. Illius auctorem faciunt pleriqve Græcorum *Gregorium* Romanum Pontificem, cui *Dialogus*, ob dialogos conscriptos cognomen fuit. Ipsi in Græcorum lectionibus, qvas illi σωαξάρια vocant, appositum invenio, sic enim habetur 12. mensis Martii: Φασὶ δὲ ὅτι ἐπιτελεῖσθαι λειτουργίαν παρὰ Ρωμαίοις ἐν ταῖς νηστίμοις ἡμέραις, ἧτός ἐστιν ὁ νομοθετήσας, ὅπερ κρατεῖται μέχρι τῆς σήμερον παρ' αὐτοῖς. *Ajunt autem ex hujus institutione factum, ut quadragesimali tempore apud Romanos Missæ sacrificium integrum peragatur, quod apud illos hodieque servatur.* Qvod adnotaverat etiam ante me Gregorius Protosyncellus in epistolam Marci Ephesini. Qvidqvid tamen sit, ea apud Græcos in maxima est consideratione, & non nunc primùm, sed à multo tempore, & ante Concilium ipsum Trullanum, in qvo illius mentio habetur Can. 52. ἐν πάσαις ταῖς ἁγίαις τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, χινέθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία. *In omnibus sanctæ Quadragesimæ jejunii diebus præterquam*

2011 Ministerio de Cultura

terquam sabbato & Dominica, & sancto Annunciationis die fiat sacrum Præsanctificatorum. Etsi non displicet absqve nomine in Concilii Laodiceni Canone 49. ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ 21
μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον. *Non oportere in Quadragesima panem offerre, nisi sabbato, & die Dominico tantùm.* Namqve præter hos dies Græci in aliis, dummodò Annunciationis solemnitas non accesserit, si Missa celebranda est, non aliam qvàm hanc τῶν προηγιασμένων celebrant, in qva corpus Christi die Dominico in Missa confectum absumitur. Tum siqvidem qvilibet sacerdos venturæ hebdomadis dies, qvibus celebraturus est, digitis ipse suis numerat, inde tot particulas panis in oblatione abscindit, qvot Missas dicturus est, eas cum particula eo die absumenda consecrat, & consecratas sangvineqve Dominico intinctas, uti moris est, conservat in pyxide, ex qva postmodum celebraturus tempore opportuno, cochleari, aliis ibi ad alium usum relictis, haurit, & in disco reponit, & in altare majus advectam consumit. Qvadragesimæ etenim diebus, ut Canon Laodicenus præscribit, non licet ἄρτον προσφέρειν, *panem offerre*, sacramentum, corpus scilicet Christi sangvinemqve conficere. Qvod Justinus in Dialogo cum Tryphone dixerat ἄρτον ποιεῖν, *panem facere*, sed in iis præterqvam sabbato, & die Dominico, & ipso Annunciationis die Trullanus ait, *Præsanctificatorum* sacram Missam, seu Liturgiam faciendam. Typicon clarissimè omnia. Ἰστέον ὅτι
ἐν ταῖς κυριακαῖς τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς, καὶ ἐν ταῖς νηστείαις τῶν 22
δωδεκαόρτων ἑορτῶν ἢ τοῦ μεγάλου Βασιλείου λειτουργία τελεῖται, ὡσαύτως καὶ ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ, ἡ δὲ προηγιασμένη κέκτηται τὴν ἰδίαν ἀκολουθίαν, ἐν τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ. τὰς δὲ λοιπὰς ἡμέρας τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ ἡ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λειτουργία τελεῖται. *Sciendum est in diebus Dominicis magnæ Quadragesimæ, & in vigiliis herilium solemnitatum magni Basilii Liturgiam fieri, similiter & in commemoratione ipsius, Præsanctificatorum verò sacræ Quadragesimæ dies sibi vendicat, reliquis totius anni diebus Joannis Chrysostomi Liturgia fit.* Ordo qvoqve Monasterii Casulensis postqvam sacrorum jejuniorum dies præsanctificatis assignasset, de Missa Basilii ita definit: Ἰστέον ὅτι
δεκάκις ψάλλεται ἡ τοῦ ἁγίου Βασιλείου λειτουργία τὸν ὅλον χρόνον, τῇ παραμονῇ τῶν Χριστουγέννων, καὶ τῇ ἑορτῇ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ τῇ παραμονῇ τῶν Φώτων, καὶ εἰς τὰς πέντε κυριακὰς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς.

2011 Ministerio de Cultura

ἑβδομάδος, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ, καὶ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ. ἰδοὺ δέκα, καὶ ἐν τῇ κυριακῇ τῶν βαΐων ὁ Χρυσόστομος λειτουργεῖται. *Sciendum est decies cani S. Basilii Liturgiam per totum annum, vigiliâ Christi natalium, die eidem Basilio sacro, vigiliâ Luminum, quinque sanctæ Quadragesimæ Dominicis, sanctâ & magnâ feriâ V. & magno Sabbato, & sunt decies. Nam Dominicâ Palmarum Chrysostomi Liturgia dicitur.*

Hæc licet clarissima, cùm non intellexisset nugacissimus Lucas Osiander, in suis ad Canones Conciliorum epicrisibus s) stolidissimè somniat, miraturqve in Laodiceno Canone 49. *Cur beneficium communionis ad certos dies restrinxerint, idque in Quadragesima? putatque in casu necessitatis locum habuisse*, traditqve in civitatibus Evangelicis qvocumqve die septimanæ, idqve per totum annum petenti cœnam Dominicam celebrari. Qvasi communio in Ecclesia Græcorum superstitiosè ad certos dies, aut certum anni tempus alligetur, & non qvotidie indigentibus, & petentibus subministretur, idemqve sit corpus Christi conficere, & Missam celebrare, ac corpus Christi aliis impartiri. Sed qvid expectas ab homine ignaro, & eo, qvi, qvæ legit, non intelligat? Is ingenuè in Canonem Trullanum 52. fatetur: *Canonem totum non intelligere.* Et verum fatetur. Qvod verò postmodum subdit, ex ingenio suo malitiosè & neqviter innuit; *Nisi quod satis appareat eum de cerémoniis quibusdam ad veram pietatem nihil facientibus agere.* De non intellectis sententiam profert: & qvod pejus est, damnat, & contra pietatem esse asseverat, qvidqvid ex ingenio illius non est. Sed parum nobis curæ fuerit, si res Catholicæ Ecclesiæ antiqvitate, & probatâ consvetudine firmatas probat, aut improbat non intelligens Osiander.

Non desunt hujusce Missæ vestigia apud antiqvos, & potissimum Socratem lib. 5. Hist. cap. 22. Αὖθις δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ τετράδι καὶ τῇ λεγομένῃ Δευτεροδευτέρᾳ γραφαί τε ἀναγινώσκουσι, καὶ οἱ διδάσκαλοι παῦλα ἐρμηνεύουσι. πάντα δὲ τὰ τῆς συνάξεως γίνεται δίχα τῶν

s) Non potest à genio suo impetrare Allatius, ut hallucinationes aliorum, præcipue si ab Romanorum placitis dissentiant, sine convitio abire sinat. Igitur nihil hoc, opinor, fraudi fuerit præclari viri Lucæ Osiandri famæ meritisqve, cujus Epitome Historiæ Ecclesiasticæ Seculorum XVI. qvibus canones etiam celebriorum Conciliorum cum suis epicrisibus inseruit, opus fuit pro illis temporibus haud contemnendum.

2011 Ministerio de Cultura

τῶν μυσηρίων τελετῆς. *Rursus in Alexandria quarta feria, & ea, quæ dicitur, Paraſceve, & leguntur Scripturæ, & Doctores eas interpretantur, & omnia, quæ ad ſynaxim ſpectant, adminiſtrantur, præter myſteriorum conſecrationem.* Theodorus Petræorum Epiſcopus in vita S. Theodoſii Archimandritæ : Τέσσαρας ἔνδον τοῦ μοναστηρίου καταδιδάσας ἐκκλησίας, μίαν μὲν ἐν ᾗ τῇ ἑλληνίδι φωνῇ πατέρων σωτηρίᾳ ἱδρυζόντως τὴν τῆς αἰνέσεως καθὼς γέγραπται θύειν τῷ θεῷ θυσίαν, ἑτέραν δ' ἔνθα κ' τὴν οἰκείαν γλῶσσαν γόνυς τῶν τῷ ὑψίστῳ τὰς ὐχὰς ἀποδίδωσιν. ἄλλην δὲ, καθ' ἣν Ἀρμενίοι τῆς ὑμνῳδίας ἀεὶ παντὸς ἐχόμενοι, ἰδίᾳ φωνῇ τῷ κοινῷ δεσπότῃ θεοφαίγουσιν, ἑτέραν δὲ, ἐν ᾗ οἱ ὑπὸ τοῦ μιαροῦ δαίμονος σπαβλούμενοι ἀδελφοὶ, ὧν φθάσαντες μνήμην πεποιήμεθα, τὴν ὐχαριστίαν ἅμα τοῖς λοιποῖς αὐτοῖς ἀφιερουμένοις τῷ σωτῆρι θεοφαίγουσι χριστῷ, τάχα που μόνον εἰς τοῦτο νήφοντες εἰς ὃ κ' γεγόνασιν. οὕτω μὲν οὖν ἐν ταύταις ὁ ἱερὸς τῆς ψαλμῳδίας ἀπετέλειτο κανὼν, ἑπτάκις τῆς ἡμέρας, τὸ δὴ λεγόμενον, τὸν πάσης κτίσεως αἰνέντων ποιητήν. εἰς δὲ τὴν τῆς ἁγίας κοινωνίας συνάξιν τὴν τῆς λειτουργίας ἀκολουθίαν, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τῆς τῶν θείων εὐαγγελίων ἀναγνώσεως ἐν τῇ οἰκείᾳ τούτων ἕκαστοι ἁγίᾳ ποιούμενοι ἐκκλησίᾳ, οὕτως ἅπαντες τῶν δαιμονοῶντων ἀδελφῶν κ' τὸν μεγάλην τῶν ἑλληνιστηρίων συναθροίζοντα ἐκκλησίαν. κἀκεῖ τῶν θείων χριστοῦ θεοῦ ἡμῶν μέτοχοι γίνονται μυστηρίων. *Cumque intra Monaſterium quatuor exædificaſſet Eccleſias, unam in qua Græca dialecto multitudo Patrum ſeparatim ſacrificium laudis, uti ſcriptum eſt, DEo ſacrificaret: alteram, in qua nativo ſermone genus aliud hominum ſupremo DEo ſupplicationes deferrent : tertiam in qua Armenii perpetuò divinis hymnorum cantibus addicti linguâ propriâ communi Domino laudes dicerent : quartam, in qua qui ab impuro dæmone torquerentur fratres, quorum* 25 *paulò ante meminimus, gratias unà cum iis, qui eorum ſervitio deſtinarentur, Servatori Chriſto agerent, in hoc fortè ſolùm ſani, in quod & facti ſunt. Hac itaque ratione in his ſacra Pſalmodiæ regula peragebatur, cùm ſepties in die, quod dici ſolet, creaturæ univerſæ auctorem collaudarent. In ſacra verò communionis ſynaxi Miſſæ ſeriem ab initio ad Evangeliorum ſacrorum lectionem in propria lingua ſinguli, & Eccleſia complentes, tùm omnes, exceptis à dæmone vexatis fratribus, in magnam Græcorum congregantur Eccleſiam, ubique divinorum Chriſti DEi myſteriorum participes fiunt.* Et Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Sabæ : Τότε οὖν τοῖς Ἀρμενίοις μετέσχηκεν ἀπὸ τοῦ μικροῦ Ἀκτηρίου

2011 Ministerio de Cultura

πρὸς τὸ πιτελεῖν τὸν τῆς ψαλμῳδίας κανόνα τῇ τῶν Αρμενίων Διαλέκτῳ εἰς τὸν πρότερον ἐκκλησίαν, παρεγενήσας αὐτοῖς τὸ μεγαλεῖον, καὶ τὴν λοιπὴν ἀκολουθίαν ἐν ταῖς συνάξεσιν Αρμενιστὶ καθ' ἑαυτὸς λέγειν, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς θείας προσκομιδῆς ἔρχεσθαι μετὰ τῶν ἑλληνιστῶν, καὶ τῶν θείων μεταλαμβάνειν μυστηρίων. *Eo itaque tempore Armenios à parvo oratorio in Ecclesiam à DEo exstructam transtulit, ut Psalmodiæ regulam Armeniorum dialecto exequerentur, imponens ipsis Megalion, & reliquam Officii seriem in synaxibus separatim Armenicâ linguâ perageret, & tempore divinæ oblationis cum Hellenistis convenirent, & divina participarent mysteria.* Præsanctificatorum qvoqve meminerunt Joannes Episcopus Citri, in Responsis, Manuel Patriarcha in Sancitis, & Nicephorus Patriarcha in Canonibus: Νηστεύειν τὸς
26 μοναχὸς καὶ τὸς ἱερεῖς τῇ τετράδι τῆς τυροφάγου, καὶ τῇ Παρασκευῇ, καὶ μετὰ τὴν τῶν προηγιασμένων ἀπόλυσιν ἐσθίειν τυρὸν ὅπου ἂν ὦσιν, ἀνατρέπει δὲ ὁ κανὼν ἔτι καὶ τὸ τοῦ Ιακώβου δόγμα, καὶ τῶν τετραδιτῶν αἵρεσιν. Vertit Leunclavius: *Oportet Monachos jejunare die Mercurii & Veneris Septuagesimæ, & ubicumque fuerint, caseum comedere, post Præsanctificatorum solutionem. Evertit hic Canon Jacobi dogma, & Tetraditarum hæresim.* Sed an τυροφάγος Septuagesima t) sit, dicemus alibi.

Diximus particulas consecratas sangvine Dominico intinctasqve conservari, idqve ex præscripto Euchologii, usuqve ferè totius Orientalis Ecclesiæ, qvæ hoc tempore non alio modo præparat. Morem improbat Arcudius libro 3. cap. 56. & rubricas in Euchologio, in qvibus id præcipitur, expungendas esse censet ex Concilii Bracarensis tertii Can. 1. ubi damnatur illa intinctio panis, & ex observatione ipsâ Græcorum, Epitome sacr. Can. Harmenopuli sect. 2. tit. 6. ubi videtur præcipi similem intinctionem neqvaqvam fieri debere. Τὸ μὴ χρίειν τὰ προηγιασμένα ἀφ' ἁγίας λαβίδος ἐν τῷ δεσποτικῷ αἵματι, ἐν τῷ μέλλειν παῦται φυλάττειν, ἀκριβέστερόν φησιν ὁ μακάριος Ιωάννης ὡς καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γινόμενον. *Non esse inungenda Præsanctificata per cochlear sanguine Dominico, dum custodienda sunt, accuratiùs tradit beatus Joannes, veluti quod etiam in Ecclesia nostra majori fiat.* Addi potest Michaël Anchiali, qvi tradit similem intinctionem non
27 esse in usu in Ecclesia Græcorum. Argumentatur Arcudius: Nam vel

t) Qvinqvagesimæ potius est, ut docet Allatius hebdomad. Græcor. p. 1422. seq.

2011 Ministerio de Cultura

vel fit, ut habeatur ſangvis Domini, vel ut habeatur per modum potus. Si ut habeatur, fruſtra tingitur, cum in ſpecie panis non deſit ſangvis, ut dicunt Scholaſtici, per concomitantiam: unaqvæqve enim pars ſeparatim ſumpta effectum alterius cumulatiſſimè præſtat, & ſupplet: ſi verò ut habeatur per modum potus, fruſtra etiam intingitur, qvia ſangvis ille exſiccatur, & panis ille ſic tantus non bibitur, ſed editur, & cavendum eſſe ne Græci putent, ſpecies panis, vel ſpecies vini ſeorſim acceptas non eſſe perfectum corpus Chriſti, & ſacramentum. u) Nos tamen dicimus nullo modo Rubricam expungendam videri, ſed uſum antiquum illius Eccleſiæ jam per omnes Eccleſias diſſeminatum, cum improbari, neqve damnari poſſit, omninò retinendum. Qvamvis enim in Eccleſia Conſtantinopolitana aliqvando in uſu non fuerit, & concedamus lege etiam ſcriptâ, qvod nusqvam apparet, prohibitum eſſe, non inde colligitur etiam in aliis Græcorum Eccleſiis, & Patriarchalibus eodem decreto abrogatum fuiſſe, qvod ex univerſali illius Eccleſiæ uſu comprobatur. Nec argumentum Arcudii contrarium evincit; Illa enim commixtio ſangvinis, & carnis fit, non qvaſi priùs illa eſſent ſeparata, & tunc unirentur: nullus enim apud Græcos unqvam dubitavit vel aſſeruit, in hoſtia eſſe ſolum corpus, in calice ſolum ſanguinem, ſed omnes uno ore fatentur, corpus ſimul eſſe cum ſangvine, & ſanguinem cum 28
corpore. Qvare illa commixtio fit non ſecundùm ſuas veras & reales eſſentias, ut ſcholaſtici loquuntur, ſed ſecundùm formas & ſpecies ſacramentales, ſub qvibus corpus & ſangvis Chriſti veraciter continentur. Qvia ergo ut Theologi adnotant, ſpecierum ſacramentalium fit commixtio, dicitur fieri commixtio rerum contentarum. Freqventer enim multa, qvæ ad ſpecies pertinent, uſus loqvendi tribuit contentis ſub ſpeciebus. Et hæc ſpecierum ſacramentalium commixtio neſcio qvâ ratione improbari poſſit in Eccleſia Græcorum, cùm tantoperè probetur in Eccleſia Latina, in qva etiam nemine improbante fit iſta commixtio in calice. Nihil enim differt, ſive corpus immittatur in ſangvinem, ſivè ſangvis infundatur in corpus, par enim eſt utrorumqve commixtio;

u) Sane non eſt inſtitutioni CHRISTI perfecte congruens.

2011 Ministerio de Cultura

Et qvemadmodum Latinus hoſtiam immittens calici, non dicitur propterea carnem ibi ineſſe negare, ita & Græcus ſangvinem apponens corpori, non propterea dicendus erit corpus illud exangue aſſerere.

Si dicant id non debere fieri ob periculum, ſangvis enim dum cochleari à calice aſportatur in corpus, faciliter poteſt effundi, qvod in corpore in calicem immiſſo non poteſt accidere; Dicemus nullum ibi periculum eſſe, cùm non aſportetur ſangvis in cochleari, ſed tantùm in ſangvine cochlear madefiat, eoqve
29 madefacto, ſignum crucis in corpore formetur. An ideò à ſuis ritibus, & ceremoniis per tot annos confirmatis Eccleſia Græcorum ſummovenda eſt?

Illud etiam ipſe obſervo ex præſcriptis Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Paulum Hypopſephium Callipolitanum miſſis, Præſanctificatorum Liturgiam non unam atqve eandem apud omnes fuiſſe, ſed pro varietate Eccleſiarum, & temporum variam: in ea enim, qvam nos hodie habemus, ſangvis Chriſti nullus conficitur, at qvam ipſe explicat, conficiebatur: ideoqve Patriarcha aſſerebat, non eſſe opus, præſanctificato ſangvine particulas panis præſanctificatas eſſe intinctas, qvod ſangvis in ipſa Miſſa conficeretur, & calix abſolveretur: bis enim idem haberetur. In particulis verò conſecratis pro infirmis illa intinctio neceſſaria videbatur, qvod nullus ibi alius ſangvis conficeretur. Verba qvia rara ſunt, nec omnibus ita obvia eſſe poſſunt, exſcribam. Περὶ δὲ τῆς τῶ προηγιασμένων ἀποτυπώσεως τοιάδε ζοι ἀπαγγέλλουσι. τῇ τελευταίᾳ τῆς τυροφάγου κυριακῇ πλείας τελουμένης μυσταγωγίας, κ᾽ ἄρτων ἁγίων, οὐ κ᾽ τὸ σωθῆς, ἀλλὰ πλειόνων ἑτοιμαζομένων. μ᾽ δὲ τὴν μετάληψιν, κ᾽ οἱ τῆς μέχρι Παρασκευῆς ἄρτοι φυλάττονται ἐν πυξίῳ ἀφωσιωμένῳ τινὶ οὐ καταστελαζομένου πυρίου αἵματος ἐν ἐκείνοις, διό περ τοτήλιον καθεκάστην τῶν νηστίμων ἡμερῶν ἑτοιμάζεται τε κ᾽ ἁγιάζεται προηγιασμένης ὑπερθυμένης. εἰς ὃ κ᾽ ὁ προτέλειος ἄρτος ὑψούμενος κ᾽ κατακλώμενος ἐμβάλλεται. κ᾽ τὶς ἡ χρεία αἷμα προσμιγλῶσαι ἁγίου τῷ θείῳ ἄρτῳ. ἡ γὰρ προηγιασμένη
30 ὑπὲρ τῆς τελειώσεως μόνον τ᾽ ἁγίου γίνεται ποτηρίου. κ᾽ οὕτω καθεξῆς ἐν ταῖς πέντε τῆς ἑβδομάδος τελεῖται ἡμέραις, τῷ δὲ Σαββάτῳ τελεία τ᾽ Χρυσοστόμου τελεῖται λειτουργία τῇ δὲ κυριακῇ τ᾽ μεγάλου Βασιλείου, ὅτε κ᾽ ἄρτος πάλιν φυλάττεται. κ᾽ ἕτ᾽ καθίσται μέχρι κ᾽ αὐτῆς

τῆς

2011 Ministerio de Cultura

τῆς μεγάλης τετράδ@, ἀφ' ἧς καὶ τὰ προηγιασμένα λήγουσι. τότε δὲ βάπτεται θεῖ@ ἄρτ@ ἐν αἵματι, ὅταν τις τῶν ἀναχωρητῶν ἐν ὄρεσι καλακρύπτεται, καὶ ἐκκλησίᾳ οὐ προβάλλ{ται} διὰ τὸ εἰς ἀρετὴν ἀσουδαῖον αὐτὸ, ἐθέλ{ει} δὲ συνεχέστερον τῶν ἁγιασμάτων μεταλαχεῖν διὰ τὸν ἐκεῖθεν ἁγιασμὸν τῆς ψυχῆς, καὶ ☧ σώματ@. τοῦτο ἐν πυξίῳ τινὶ καθαρῷ ὁ θεῖ@ κομιζόμεν@ ἄρτ@ ἐμβεβαμμέν@ ἐστὶ καὶ τῷ θείῳ αἵματι. ἢ πάλιν ἴσως διὰ τὸν λεγόμενον ἅπαξ συμβαίνοντα θάνατον αὐτὸς ὅλου ☧ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς καιροῦ φυλάττεται πολλάκις ἄρτος βεβαμμέν@ ἐν αἵματι, καὶ εἰ χρεία μεταλήψεως ἢ ἐν ἡμέρᾳ ἢ ἐν τῇ νυκτὶ τινὸς θνήσκοντ@, ὅτε μὴ τελεῖται μυσταγωγία, ἐντίθεται μέρ@ ἄρτου ἅπαξ ☧ ποτηρίου. καταμαλάζεται δὲ καὶ ἡ ὑγρὸν, ἵνα διευκολύνηται ὁ θνήσκων μεταλαχεῖν. ἁγιάζεται γὰρ καὶ τὸ ἐμβαλλόμενον ὑγρὸν ἐκ τοῦ ἁγίου ἄρτου· εἰ δ' ἐν ἄλλῳ καιρῷ, ὅτε τελείας λειτουργίας γενομένης φυλάττονται ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ καθεκάστην μερίδες ἁγιασμάτων διὰ τοὺς ἴσως ἁρπαζομένους ἀπροθανατίους, ὅτε οὐκ οἶδαμεν. εἰ δ' οὐ χρεία καταφθάσῃ τῶν φυλαττομένων διὰ τὸ μὴ τεθνᾶναί τινα, προΐας διὰ παιδὸς καθαροῦ καὶ νηστίμου καταπαταλᾶται. *De Præsanctificatorum modo hæc tibi committunt*, Patres scilicet. *Ultima Tyrophagi Dominica, Quinquagesimæ nempè, cùm Missa perfecta ac integra celebratur, & panes sacri, non uti moris est, sed plures præparantur, post communionem panes, qui ad Parascevem usque sufficere debent, in pyxide ad id muneris destinata asservantur, nullo in eos pretioso sanguine immisso, quòd calix singulis jejuniorum diebus præparatur & consecratur, cùm Præsanctificatorum Missa celebratur, in quem & antè perfectus panis post elevationem in partes divisus immittitur. Veruntamen quæ necessitas fuerit sanguinem sanctum divino pani antè immiscerì, cùm Præsanctificatorum Missa pro sancto calice tantùm conficiendo fiat, sicque servato ordine per quinque hebdomadis dies continuatur. Sabbato integra Chrysostomi Missa dicitur, die Dominico Basilii Magni, cùm & panes rursum consecrantur, & conservantur, & hoc continuatur ad feriam quartam magnæ hebdomadis, cùm Præsanctificata finiunt. Tunc autem divinus panis sanguine tingitur, cùm ex Anachoretis aliquis in montes se abdit, nec ad Ecclesiam accedit propter nimium erga virtutem studium, avetque sæpius sacrorum particeps fieri, ob eam quæ inde corporis & animæ consequitur sanctitatem. Panis divinus in pyxide munda huic delatus divino sanguine intinctus est, vel rursus fortè propter mortem advenientem panis ipse toto Quadragesimæ tempore conservatur sanguine tinctus, & cùm communione opus fuerit, sive interdiu,* 31

2011 Ministerio de Cultura

sive nocte, aliquo moriente, cum non sit sacrum, in calice pars panis injicitur, & humidum aliquid immittur, ut possit moriens assumere. Quod verò injicitur humidum à pane sancto sanctificatur. Alio verò tempore cùm sacrum perfectum absolvitur in sacro calice singulis diebus sanctificatorum particulæ conservantur propter tùm, cùm minus expectamus, moribundos. Si verò depositorum opus non fuerit, manè à puero mundo jejuno-

32 *que absumuntur.* An non pœnituisset similes antiqvæ Ecclesiæ ritus ob minimum scriptionis tædium non recensuisse? Alio itaqve tempore alius in Ecclesia etiam in Præsanctificatorum Missa celebranda invaluit. Nos ista alibi * fusiùs prosequemur.

Præsanctificatorum in jejunio Qvadragesimali causas ex jam laudatis auctoribus sibi qvisqve varias colligere poterit. Non illaudabilem eam tute tibi habeto, mi NAVDÆE, ex Joanne Phurne scriptore non inelegante nondum edito, ad Gregorium Antigonitem. Ἕτερον δὲ οὐ χεῖρον πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἀπόδειξιν ὁ τῆς παρηγασμένης, μυστικὸς λόγος, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀδιάγνως. ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὰς αἰθητὰς πολέμους οἱ στρατιῶται διημερεύοντες ἐν τῇ μάχῃ μόλις πρὸς ἑσπέραν διακριθέντες ἑωλά τινα διατηροῦντες ἐν ταῖς σκηναῖς αὐτῶν ἐδέσμασι βρώματα, πρὸς τὸ μὴ παντὶ τὰς αὐτῶν δυνάμεις ἐξασθενῆσαι, μελλόντων αὖθις γινομένης ἡμέρας τοῖς βαρβάροις συμπλέκεσθαι. βουθυτεῖν γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ καὶ σφαγιάζειν ἀδύνατον, ὃ τοῖς πανηγυρίζουσιν ἴδιον. διὰ τοῦτο καὶ ἡμῖν πότε τὸ κοινὸν ἡμῶν σφάγιον ὁ μόσχος ὁ σιτευτὸς, ὃν τὰς σάρκας σιτούμενοι νεορούμεθα πρὸς τὰς κατὰ τῶν ἐναντίων μάχας, οὐ θύεται. ἐπεὶ ἢ πάλιν ἀναγκαῖον τὸ βρῶμα καὶ ἀπαράιτητον, πνευματικῷ γὰρ ὄντι πνευματικὴ τροφὴ σύστασις ἐκ τῶν προτεθυμένων, καὶ προηγασμένων μερίδων τὸ ἐνδεὲς πρὸς ἑσπέραν ἀποπληροῦσθαι. *Aliud quoque est ad rerum dictarum demonstrationem non minoris momenti Missæ, quæ Præsanctificatorum dicitur mystica ratio, nec omnibus cognita. Cùm enim in pugnis quæ sub*

33 *sensu cadunt, milites in bello per totum diem sese exercentes, vix tandem ad vesperam ab hostibus sejuncti repositos quosdam in propriis tentoriis pridianos & frigidos cibos comedunt, ne vires eorum prorsus debilitentur, cùm rursus adveniente sole cum barbaris manus conserere debeant: namque in bello boves sacrificare mactareque non possunt, quod iis, qui splendidè dies festos agunt, proprium sit. Propterea & tunc nobis quoque communis nostra victima, vitulus saginatus, cujus carnes*

ipsi

* Fecit hoc Allatius in diss. qvam supra landavi, de Missa præsanctificatorum.

2011 Ministerio de Cultura

ipsi comedentes, robur adversus hostium impetus acquirimus, non mactatur. Cùm verò rursus cibus nobis necessarius sit, & inevitabilis: spirituali enim militi spirituale alimentum confirmatio est, ex Præsacrificatis particulis infirmitatem nostram serò roboramus.

Qvantùm porrò Præsanctificatorum Missa ab ea qvæ *sicca, & nautica* x) dicitur, differat, optimè qvisqve dijudicabit, si qvæ de ea Joannes Stephanus Durantus de Ritibus Ecclesiæ Catholicæ lib. 2. cap. 4. num. 8. refert, unà cum iis, qvæ in Præsanctificatorum peraguntur, conferat. Sanè in sicca neqve panis offertur, neqve oblatus absumitur: in Præsanctificatorum verò, licet non offeratur, absumitur tamen. Et hæc sunt qvæ in hoc Liturgiarum libello continentur.

III. Tertius Εὐαγγέλιον, y) *Evangelium* dicitur, Codex nempe, in qvo descripta sunt Evangelia, qvæ primum locum dignitate & officio inter Lectiones Missarum occupant. Cedrenus Leonis primi anno qvinto: *ἀνελθὼν εἰς τὸ κεφάμιον μετ' Εὐαγγελίου, καὶ θυμιατοῦ, καὶ τὸν θεὸν δάκρυσιν ἐξιλεωσάμενος. Cùm unà Evan-* 34
gelio & thuribulo adhibitis ad Ceramium ascendisset, Deumque lacrymis placasset. Palladius ad Lausum in Evlogio: *καὶ λαβὼν Εὐαγγέλιον εἰς πᾶσιν τ' ἀκουόντων τέθεικεν ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν. Et accipiens Evange-*
lium

x) De Missa sicca & nautica sive inter navigandum usurpanda juvabit conferre Johannis Bonæ Cardinalis rerum Liturgicar. lib. 1. cap. 15. & trigam Exercitationum Historico Theologicarum Rev. Helmstadiensium Theologi Jo. Andreæ Schmidii, editam Jenæ 1692. 8. Qvemadmodum de Missa præsanctificatorum præter eundem Bonam & Svicerum Cangiumqve in προηγιασμένη, & πυξίον & p. 1238 seq. & ad Chronicon Paschale p. 611. consulendi Beveregius ad can. 52. Trull. Petavius ad Epiphan. p. 352. Hugo Menardus ad Gregorii M. Sacramentarium p. 75. Josephus Vicecomes, Edmundus Martene, Henricus Rixnerus & alii qvi de ritibus sacræ Evcharistiæ scripserunt.

y) *Editum est hoc* Θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον (*hunc enim habet titulum*) *primùm ab Emanuele Glyzonio anno ni fallor* 1599. *postea cura Theophylacti Hieromonachi apud* Jo. *Petrum Pinellum* 1645. *Præmittitur præfatio sive Epistola dedicatoria ad sanctissimum doctissimumque Gabrielem Philadelphiæ Metropolitam, & ad Severum Monembasiæ Episcopum & D. Raphaëlis Patriarchæ* τοποτηρητὴν *data Julii* 24. *Vitæ quatuor Evangelistarum ex Sophronio Hieronymi interprete & Dorothei synopsi desumpta, cuilibet Evangelistæ suo loco præfixæ sunt.* Hæc præstantissimus Caveus in diss. de libris & officiis Ecclesiasticis Græcorum. Prodiit etiam Evangeliorum Codex ejusmodi Venetiis A. 1624. fol. qvæ editio exstat Romæ in Bibl. Barberina. De isto Græcorum Evangelio præter Allatium, Meursium, Svicerum, Cangium ac Caveum agit Wilh. Ernestus Tentzelius ὁ μαχαίρης in dissertatione de ritu lectionum sacrarum.

2011 Ministerio de Cultura

lium ad comprobanda ea quæ dixerat, posuit in medio Fratrum. Codinus cap. 10. καὶ μετ' αὐτὸν ἀνέρχονται οἱ δεσπόται, εἶτα ὁ ἀρχιδιάκονος μετὰ τοῦ Εὐαγγελίου. *Post quem ascendunt Despotæ, deinde Archidiaconus cum Evangelio.* Et de eo suprà dixerat, εἰς τύπον γὰρ Χριστοῦ τὸ Εὐαγγέλιον φέρει. *Christi enim figuram gerens Evangelium progreditur.* Euchologium: Τότε εἰσοδεύει μετὰ τοῦ Εὐαγγελίου. *Tunc ingreditur cum Evangelio.* Nicephorus Blemmida in vita S. Pauli Latrensis, δοκιμάσας ἀπεύσατέ μοι τὸ Εὐαγγέλιον. Et Gregorius Patriarcha in vita sancti Lazari Galesii, καὶ τῇ μονῇ εὐαγγέλιον ἱερὸν πρὸς δυοκαίδεκα χρυσίνους ἀφιερωσάμενος οἴκαδε ἀπηλλάττετο. *Evangelium*, codicem nempe Evangeliorum. Cùm verò qvatuor Evangelistarum tetrabiblos sit, τετραεύαγγελλον, & τετραεὐαγγέλιον, & corruptiori nomine, τετραευάγγελον, qvasi diceres, *quatuor Evangelia*, nuncupatur. καὶ τὰς ἀναγνώσεις τοῦ τετραευαγγέλου καθὼς ἔχομεν ἐν τῇ πρώτῃ ἑβδομάδι τῆς τεσσαρακοστῆς. Marcus Hieromonachus de dubiis typicis cap. 38. Τελεσθείσης δὲ ταύτης ψάλλουσι αἱ ὧραι μετὰ τῆς στιχολογίας αὐτῶν, καὶ τῶν ἀναγνώσεων τοῦ τετραευαγγέλου. Typicum: Εὐτρεπισθέντων δὲ τοῦ ἀναλογίου μετὰ βλατίου, τεθέντων ἐν αὐτῷ τοῦ τετραευαγγελίου, καὶ πάντων ἱσταμένων ἀσκεπῶς γίνεται ἀνάγνωσις.

35 Et notanda est reverentia, qvâ audiri debent Evangelia, z) stantes enim curuiqve & aperto capite audiebant, sive ex institutione Anastasii, ut Anastasius in ejus vita, & Micrologus de Ecclesiasticis observationibus cap. 9. sive Siricii, ut Marianus Scotus in Chronico, sive Clementis, ut lib. 2. Constitut. Apostol. cap. 61. a) sive ex alia Apostolica traditione, aut veteri instituto, aut antiqva consvetudine, ut Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 136. & Sozomenus Hist. lib. 5. cap. 22. b) *Per totas Orientis Ecclesias quando Evangelium legendum est, accenduntur lumina, sole rutilante*, scribit Hieronymus adversus Vigilantium. Lumina accensa ferentes *Deputati* vocantur à Joanne Episcopo Citri in Responsis, Δεπουτάτοι ἢ παιδοφορούντες μετὰ λαμπάδων προπορεύονται, τοῦτε ἁγίου εὐαγγε-

z) De cultu hoc ac reverentia Evangeliis eorumqve lectioni apud veteres Christianos testata adeundi Cotelerius ad Constitutt. Apost. II. 57. Jac. Gothofredus ad Philostorgium p. 117. Svicerus in thesauro pag. 1226. Jo. Andreas Schmidius in triga diss. Alteserra ad Anastasium de vitis Pontificum p. 36. & Blondellus in Turriano vapulante pag. 557.

a) Lege 57. b) Lege lib. 7. c. 19.

2011 Ministerio de Cultura

ἀναγνώσεως, ὅτε ἀναφέρεται εἰς τὸν ἄμβωνα πρὸς ἀνάγνωσιν, καὶ τῶν ἁγίων δώρων, ἔνθε τῇ εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν εἰσόδῳ, καὶ ἐν τῇ εἰς τὴν πρόθεσιν ἐπανόδῳ αὐτῶν. *Deputati verò mandyis induti antecedunt cum lampadibus Evangelium, quando lectionis causa fertur ad suggestum: iidem munus idem obeunt in ingressu ad sacram mensam, quando sacra dona circumferuntur, & ad Prothesim referuntur.*

Differt à qvatuor Evangeliis, qvod illa continuatam historiæ seriem, non interruptam, neqve alterius verbis intertu rbatam contineat, hic liber ea omnia habet, sed in certas partes, & sectiones divisa, qvas illi τμήματα, μέρη, σύναξις, ἀναγνώσεις, Latini *Lectiones* indigitant, ad usum singulorum dierum & festivitatum, modò unius, modò alterius Evangelistæ textu, 36
qvandoqve etiam pluribus in locis, utut opus fuerit, interposito; non ita tamen, ut seriem Evangelicam prorsus interrumpant: exceptis enim solemnitatibus, qvæ peculiare sibi poscunt Evangelium, in reliqvis anni diebus ita dispertiuntur ut unius priùs Evangelistæ textum, in tmemata dividant, & diebus applicent, donec finiat, postmodum alterius continuent, donec omnia ad exitum perduxerint, & diebus Dominicis à scriptore Evangelii nomen imponant: dicunt enim ἡ πρώτη κυριακὴ τοῦ Ματθαίου. *Prima Dominica Matthæi, secunda Matthæi,* c) & sic de aliis. Idut meliùs comprehendas, velim animadvertas d) Joannis Evangelii textum universum septem integris hebdomadibus legi, qvæ à magna Paschæ Dominica, tribus diebus exceptis, numerantur. Matthæi e) à feria secunda post Dominicam Pentecostes ad subseqventem Parasceven Exaltationis diem festum, ab-

c) Confer Allatii diss. de hebdomadibus Græcor. §. 31. seq.

d) Ecce tibi verba Typici, è qvo hæc Allatius hausit: ἰσέον ὅτι τὸ ὑφ' ἓν τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου ἀναγινώσκεται ἐν ὅλαις ἑβδομάσιν ἑπτὰ, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς ἁγίας Κυριακῆς τοῦ Πάσχα, καὶ λῆγον ἄχρι τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, χωρὶς ἡμερῶν τριῶν.

e) Idem Typicum: Τὸ δὲ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον ἀναγινώσκεται ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆς μετὰ τὴν πεντηκοστὴν, ἤγουν τῆς ἁγίας Πνεύματος, ἄχρι τῆς μετὰ τὴν ὕψωσιν παρασκευῆς κυκλοῦν ἑβδομάσι ἑξ, ὧν αἱ μὲν ἓξ ἔχουσι τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀναγινωσκόμενον, ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδομάδος ἀναγινώσκεται τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις. ἐν δὲ τοῖς σάββασι καὶ ταῖς Κυριακαῖς πάλιν ὁ Ματθαῖος, ἄχρι τῶν ἓξ ἑβδομάδων. Ἡ δὲ ἑξ ἑβδομὰς ἔχει διὰ τὸ σπανίως ἀναγινώσκεσθαι αὐτήν. Εἰ δὲ μέλλει ἀναγινώσκεσθαι, καὶ ἡ αὐτὴ ἑβδομὰς ἀναποδίζειν δεῖ ὅπισθεν, καὶ ἀναγινώσκειν ὅταν θέλει.

2011 Ministerio de Cultura

ſolviturqve hebdomadibus ſeptem & decem. Harum undecim ſingulis diebus Matthæi lectionem continuant, à duodecima qvinqve tantùm diebus Marci lectio aſſumitur, Sabbatis, & Dominicis Matthæi reſtituitur, usqve ad hebdomadem decimam & ſeptimam, dummodò hæc poſtrema inter tempus Paſchale occurrat, ſin minùs, non legitur. Lucæ f) Evangelium à feria ſecunda qvæ Dominicam poſt Exaltationem excipit, & integris
37 hebdomadibus duodecim continuatur, ab initio decimæ tertiæ Marci percurritur in reliqvis diebus, ſed Sabbatis & Dominicis Lucæ aſſumitur: Marci g) tandem inter Matthæi & Lucæ abſumitur, qvod verò ſupererit, Sabbatis & Dominicis Qvadrageſimæ abſolvitur. His tamen non obſtantibus, ut Evangeliorum in Sanctorum diebus feſtis recitari ſolitorum regulam qvandam Sacerdotibus darent, eamqve facilem, ac infallibilem poſt qvatuor Evangelia, eorumq; ſeriem, varia ex ingenio commenti ſunt. Hinc illis: Πίναξ τῶν Ἀναγνώσεων καὶ Ψαλμῶν, ὡς ἔνωθεν ἀναγινώσκεσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἔνθε ταῖς ἑορταῖς τ̃ κυρίου, καὶ τ̃ θεοτόκου, καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων. Et, Κανονάρχην τὸν Θεῷ δεχόμενον ἀπὸ μηνὸς Σεπτεμβρίῳ μέχρι Αὐγούστου. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ εἰς τὸν Ἀπόστολον. Et, Εκλογάδιν τῶν τεσσάρων Ἀναγνώσεων Ψαλμῶν τε τῆς ἀρχῆς καὶ τ̃ τέλους τὴν θεικοπὴν ἑκάστου Ἀναγνώσου, ἅμα δὲ τὴν τῶν κεφαλαίων θεσαμηνίωσιν ἀκριβῶς διαγορεύον. Et, Παρασημείωσις τῶν Ἀναγνωστικῶν θεικοπῶν καὶ τῶν ἑορτασίμους ἡμέρας τ̃ ἐνιαυτ̃ ἀναγινωσκομένων ἐν τῇ ἀναστασίμῃ ἐκκλησίᾳ, μετὰ θεσθήκης τῶν ἀρχιτελείων πρὸς εὐαρμοστίαν καὶ σωτομον καταλήψιν τ̃ ζητουμένου. Et, Εκλογάδιν τῶν ἁγίων Ἀναγνώσεων ὅλου τ̃ ἐνιαυτ̃ τῶν καθημερινῶν καὶ διαφόροις θεικοπαῖς, ὡς ἔνωθεν ἀναγινώσκεσθαι ἐν ταῖς ἀναστασίμαις Ἐκκλησίαις ἐν ταῖς ἑορταῖς τ̃ κυρίου, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ αὐτὰ αἱ θεικοπαὶ καὶ πλάτος. Et, Κανονάρχην τῶν ἀναγνωσμάτων τ̃ Εὐαγγελίου καθ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν, ὃν δὴ τρόπον δεῖ ἀναγινώσκεσθαι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Et hæc in Bibliotheca Barberina manuſcripta omnibus

f) Τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον ἄρχεται ἀπὸ τῆς μετὰ τὴν ὕψωσιν δευτέρας ἄχρι τῆς Κυριακῆς τ̃ ἀσώτου, (Septuageſ.) ἔχον ὁλοκλήρους τοὺς ιβ ἑβδομάδας. Ἀπὸ δὲ τῆς δευτέρας τῆς ιγ ἑβδομάδος ἀναγινώσκεται ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις τὸ κατὰ Μάρκον. Ἐν δὲ τοῖς σάββασι καὶ ταῖς κυριακαῖς πάλιν τὸ κατὰ Λουκᾶν.

g) Τὸ δὲ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον ὅσον μὲν ἀναγινώσκεται ἀνὰ μεταξὺ τ Ματθαίου καὶ τ Λουκᾶ. Τὸ δὲ ἐπίλοιπον κατὰ τὴν μεγάλην τεσσαρακοστὴν ἐν ἑβδομάσι πέντε, ἤγουν ἐν πέντε σάββασι καὶ πέντε κυριακαῖς.

2011 Ministerio de Cultura

bus patent, qvibus multò plura addi possent ex aliis. Et nota ad unam rem significandam vocabulorum Græcobarbarorum co- 38
piam, πίναξ, κανονάριν, συναξάριν, ἐκλογάδιν, ὑπομνηματισμός, ἐκλογάριον. Nec diversa sunt, qvæ in disponendis epistolis legi svetis h) usurparunt, immò etiam, si diis placet, multoties absurdiora. Nec ab re fuerit observare, qvæ in Meursium animadverterat Gretserus in Codinum lib. 3. cap. 7. *Meursius admodum anxie monet, ne quis, cùm audit, quatuor Evangelia lecta esse, suspicetur Tetrabiblon Evangeliorum, hoc est ipsos integros quatuor Evangeliorum commentarios lectos esse, quod nimis longum fuisset Itaque articulum τὰ, præpositum vocabulo τέσσαρα exulare jubet, sed si Græcorum Rituales libros diligentiùs inspexisset, aliter puto super hac re enunciasset. Ita enim Typicum Sabæ cap. 38. agens de hac magnæ hebdomadis feria secunda.* ἀναγινώσκεται ὁ τὸ τετραδιαγγέλιον τῇ γ'. καὶ τῇ δ'. καὶ πληροῦται. Leguntur qvatuor Evangelia feriâ secundâ, tertiâ, qvartâ, & absolvuntur. *Ne autem suspiceris tantùm partem aliquam ex quatuor Evangeliis lectam esse, audi ejusdem Typici auctorem eodem loco:* Εἰδέναι ὅτι χρὴ ὅτι τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον διαγγέλιον ὅλον ἀναγινώσκεται. ὁμοίως καὶ τὸ κατὰ Μάρκον, καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν. τὸ δὲ κατὰ Ἰωάννην ἀναγινώσκεται ἄχρι τῆς ἐχθῆς τῶν ἁγίων παθῶν. ἀναγινώσκεται δὲ οὕτως ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις ἤγουν β'. γ'. καὶ δ'. καὶ πληροῦνται ἐν ταῖς ὥραις. γίνεται δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἀναγνώσεις τρεῖς. τὰ δὲ ἄλλα ἀπὸ δευτέρου ὁμοῦ ἀναγνώσεις θ', καὶ ὥρας θ'. καὶ πλέον οὐδέν. Scire oportet Evangelium S. Matthæi totum legi (Nota 39
totum) similiter & S. Marci, & S. Lucæ. At Evangelium S. Joannis legitur usqve ad principium salutiferæ Passionis. Leguntur autem sic Evangelia tribus diebus, nempe feriâ secundâ, tertiâ, & qvartâ: & absolvuntur in horis. Evangelium S. Lucæ tribus lectionibus perficitur, reliqva similiter, ut simul fiant novem lectiones ad horam nonam, & nihil ampliùs. *Ex his jam Meursius non Codinum, sed sua emendare poterit, & si quid emendandum sit, potius expungam illud τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, quia magnâ feriâ quintâ non legebatur* τὸ τετραδιαγγέλιον, *quippe quod præcedente die, videlicet magnâ feriâ quarta jam absolutum erat, ut ex Typico Sabæ audivimus, nisi fortè in Palatio Constantinopolitano Tetrabibli lectio ad quintam ipsam feriam magnam extenderetur. Quamvis ipsum quoque Triodium Græcorum cum Typico Sabæ concinat, cujus hæc sunt verba:* Legitur

h) Vide infra p. 46. seq.

2011 Ministerio de Cultura

gitur etiam Tetraevangelium secundâ, tertiâ, & qvartâ feriâ, καὶ συλλογοῦται, & completur, seu terminatur.

At, ut video, rebus hisce subactus, oppressusqve es, recreare paululum, & mentem refice carminibus, tùm Heroico, tùm Jambico pede currentibus, necdum editis, ex ipsis Barberinis, aliisqve codicibus in Evangelia modo jam dicto pro officiis Græcorum disecta.

Ἡ τετρὰς ὧδε τῶν μαθητῶν τὸ λόγου
Ἐκχεῖ τὸ ῥεῦμα τῶν ἀειῤῥύτων λόγων.
Τοίνυν ὁ διψῶν μὴ κατώκνει τῷ πίνειν
Ψυχὴν καταῤδων, καὶ ποτίζων τὰς φρένας.
Εὐαγγελιστῶν τὰς θεοπνεύστους λόγους
Τομαῖς διαιρεθέντας ἐυεπιτρόχοις,
Καὶ τῇδὲ βίβλῳ τεχνικῶς ἡρμοσμένους
Απας ἀκούων, καὶ τρυφῶν καθ' ἡμέραν.
Εσῶσιν ὡσὶ τὰς ὑπεκφωνουμένους
Ιωάννην θαύμαζε τῆς ἐυβουλίας
Σπούδασμα πολλοῖς οὐ πρὶν ἐσπουδασμένοις,
Καὶ σπουδάσαντα σωτόνως προθυμίας
Καὶ καλλιεργήσαντα κόσμοις ποικίλοις
Τοῖς μὲν ξενίζῃ τὰς ὁρῶντας ὡς ἔχῃ,
Τοῖς τὰ θεοῦ δὲ ῥήμασι ψυχοτρόφοις
Εὐεργετεῖν ἅπαντας ἀκροωμένους.
Ενταῦθα τὴν θέλγουσαν εἰκότως λύραν
Κινῶν τέλῳ γε συγκινεῖ καὶ τὰς λίθους.
Οθεν πλάνῳ σίγησον Ορφέως λύρα
Πόνοις, Ιωάννης γὰρ ἥμερωσε ξένην,
Καθημεροῦσαν τὴν λιθότροπον Φύσιν.

Εἰς Ματθαῖον.

Σελασφόροις λάμψεσιν τὰ Παρακλήτου
Τὸν νοῦν ἐλλαμφθεὶς ὦ Ματθαῖε θεόπλα
Τὴν τοῦ λόγου ζάρκωσιν ἀφράστῳ τρόπῳ
Κατήγγειλας ἄρισα τῇ χθονὶ πάσῃ.

Ἄλλο.

Ὡς μαργαίρους δώδεκα Ματθαῖος λόγους
Πλοῦτον νοητὸν Χριστιανικῷ σίφῃ
Ον καὶ κρατοῦντες ἔνδον ἐν σέρνοις φίλοι
Κόσμον φύγωμεν, καὶ ματαίας φροντίδας, Εἶεν

2011 Ministerio de Cultura

Ἐκεῖνϑ ὥσπερ τῶν τελωνῶν τὴν λύμην
Καὶ πρὸς χαρὰν δράμωμεν χρισῷ ἐν τάχϵι.

Εἰς Μάρκον.

Οσα περὶ Χρισοῖο ϑεηγόρϑ ἔϑνεα Πέτρϑ
Κηρύσσων ἐδίδαξεν ἀπὸ ϛομάτων ἐριτίμων 41
Ενϑάδε Μάρκϑ ἄγειρε, καὶ ἐν σελίδεσιν ἔϑηκε.
Τοὔνεκα καὶ μερόπεσσιν εὐάγγελϑ ἄλλϑ ἐδείχϑη.

Ἄλλο.

Τὴν ἄφραϛον γένησιν τὴν πρὸ αἰώνων
Καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ϛαρκικὴν παρουσίαν
Ο Μάρκϑ ὁ πάνσεπϵ διατρανώσας
Τοῦ ϑεοῦ λόγου φρυκτωρῆ πᾶσαν κλίσιν.

Ἄλλο.

Λόγων ὁ Μάρκϑ τὴν ἀείῤῥυτον χύσιν
Εἰς πλῆϑϑ ἐκκένωσον ἀντλήσας, ὅτι
Κόσμϑ παρηγῶ ῥημάτων δίψϑ λάβοι.

Ἄλλο.

Μάρκϑ προβάλλϵ τὰϛ ϑεηγόρους λόγους
Ελκει πλάνης τε, καὶ σκότους βροτῶν γένϑ
Πέμπειτε πρὸς φῶς τῆς ἀληϑείας τάδε.
Τοίνυν δράμωμεν ἐυσεβῶς πάντες φίλοι
Κόσμον λιπόντες τὸν μάταιον, καὶ πλάνον,
Πρὸς δεσπότην ἔυσωλαγχνον ἐυμενῆ λίαν.

Εἰς Λουκᾶν.

Λουκᾶς ἠπιόϑυμϑ ἀκεσορίης ἐπιϐήτωρ
Αϑανάτου χρισοῖο γένϑ, καὶ ϑέσκελα ἔργα
Ατρεκέως κατέλεξε, καὶ ὡς ϑάνεν ἄμμε ϛαώσας,
Καὶ πάλιν ἐκ τύμϐοιο ϑορῶν μερόπεσσιν ἐμίχϑη.
Ενϑεν δ' οὐρανίην ὑπὲρ ἄντυγα πατρὶ φαάνϑη.

Ἄλλο.

Λουκᾶ πάρελϑε, καὶ ξένον φράσον τρίϐον
Τοῖς ἀσκόπως τρέχουσιν εἰς τρίϐον πλάνης,

2011 Ministerio de Cultura

Λαοῖς δὲ δεῖξον ἐν σκότῳ καθημένοις
Οἷον βλέπειν ἔδειξε Φῶς Ἰωάννης.

Ἄλλο.

42 Σάλπιγξ μεγίστη τῶν λόγων Λουκᾶς πέλᾳ
Σάλπιγξ ζοβοῦσα τὴν πλάνην τῶν δαιμόνων
Καὶ πρὸς βίον λήγοντα μηδαμῶς γένῳ
Βροτῶν τρέχειν πείθουσα, καὶ ψυχῶν νόσον
Τοῖς φαρμάκοις λύουσα τῶν χρησῶν λόγων.
Ἰατρὸς γὰρ σωμάτων, καὶ ψυχῶν μέγας.

Ἄλλο.

Τὸν σωάναρχον τῷ πατρὶ θεῷ λόγον
Εβρόντησας ἄρισα σεσαρκωμένον
Κηρύξας αὐτὸ τὴν ἐν γῇ παρουσίαν
Ω Λουκᾶ μάκαρ, ἐκ θεόπαιδος κόρης.

Εἰς Ἰωάννην.

Ἀϊγλὴ τριφεγγεῖ τὸν νοῦν λελαμπρυσμένος
Ηερα ψας κόσμῳ βροντήσας ἀριδήλως
Τρανῶντε τὴν ζάρκωσιν τὸ θείου λόγου
Ω θεολόγε γόνε βροντῆς ἐνθέως.

Ἄλλο.

Βροντῆς γόνε βρόντησον ὑψόθεν μέγα.
Καὶ σήμανον πᾶσι ἡ προάρχιος φύσις
Θεὸς βροτός τε, καὶ θεὸς πάλιν μένῳ.
Δίδου δὲ λύσιν τῶν ὀφλημάτων βίου
Ἰωάννου κοσμοῦντι τήνδε τὴν βίβλον.

Ἄλλο.

Βροντὴ πέφυκεν ἡ θεηγόρος λύρα
Βροντῶσα, κηρύττουσα τῇ οἰκουμένῃ,
Ἰωάννης ἄῤῥητον οὐσίαν μόνην
Θείαν τριφεγγῆ, δημιουργὸν τῶν ὅλων
Εγνω γὰρ ὄντως, καὶ γραφῇ θείᾳ βίβλῳ,
Καὶ νοῦν δαδουχεῖ, καὶ καταυγάζῃ φρένας.

Hæc

2011 Ministerio de Cultura

Hæc carmina, qvemadmodum & ea qvæ ſequuntur, 43
Joannes Argolus amicus noſter raptim in Latinam lingvam vertebat:

Verbum ſequentium hic ſacer quaternio
Fundet perennis cœlitùs fluens melos.
Quicumque ſitis, hauſtum ne dubita ſuggere.
Evangeliſtæ eloquia, quin cujuslibet
Bene inſtitutis diſtributa formulis
Affabrè in iſto conditos libro ſonos
Captans diebus ſingulis cor exhilarans
Haud aure pronâ cœlitum ſermonibus,
Joannis admirare dein ſolertiam,
Perefficacem, & talibus nunquam priùs
Modis laborem, quo vir improbo utitur
Doctaque nitidos, quos parat comptus manu
Videntibus mirabiles, ſalubribus
Verbis juvans, levamen attentis ferens,
Rité ille plectris ordinem teſtudinis
Movens, movetque ſaxa blandiens ſono.
Fallax ſile ergo vatis Oeagrii lyra,
Joannis ipſa verba poſſunt ſaxea
Mollire chordis namque cordis intima.

In Matthæum.

At tu beati cor nitore ſpiritus
Fulgens, DEi conſortio, domeſtice
Matthæe, carmen ſcribis tenui ſono
Evangelizans optimè mortalibus.

Aliud.

Ut uniones explicat duodecim
Effata Chriſti divitias ſodalibus
Matthæus his potita, & has animo intimo 44
Plebi occultas mundana paſſibus citis
Vitemus, atquè ſenta mundi inſanies
Ut publicanus ille perfidum malum,
Curramus inde ad gratiam Chriſti citò.

In

2011 Ministerio de Cultura

In Marcum.

De Christo quæcumque Petrus præco undique gentes
Edocuit verè aperiens sacraria linguæ
Collegit Marcus, mandavitque acta tabellis,
Hinc Christi eximius colitur nunc nuncius orbe.

Aliud.

Non exprimendum Numinis mysteriun
Verbi, quod ante sæcla progenuit Pater,
Nobisque coram carneum Christi typun
Marcus revelans, inclytus, spectabilis,
Illustrat omnem carneam propaginem.

Aliud.

Marcus perennes semper eloquii sacri
Venas, aquasque fontis effundit jugis,
Ut orbis inde sitiat os sacram sitim.

Aliud.

Deiloquos effundit & Marcus sonos,
Mortale recta & semita ducit genus
Ad celsa veritatis; hinc itaque gradu
Nos ambulemus congruo, tenebras procul,
Mundo abstinentes, ejus & fallaciis
Summum ad parentem amabilem, & placidum nimis.

In Lucam.

At mitis Lucas medicinæ assessor, opisque
Herbarum, haud mortale genus miraculaque ipsa
Christi enarravit, nosque ut moriens reparavit,
Rursus ut ex tumulo, terras, hominesque revisit,
Et tandem ad Patrem rutilanti apparuit axe.

Aliud.

Accede Luca, & indica explicitam viam
Pedibus, tenebræ compede in caliginis

Quos

2011 Ministerio de Cultura

Quos alligant, ostende euntibus diem,
Lumenque profer, quale Joannes docet.

Aliud.

Lucas loquelæ est magna sacræ buccina,
Est buccina, hostis arma terrens dæmonis
Vitamque ad ipsam, non habentem terminum,
Vocans genus mortale, morbos spirituum,
Solvens medela vocis ætherei soni:
Animis medetur, nam & medetur corpori.

Aliud.

Ævo parentis comparem genitum DEi
Tubæ fragore carneum sacro intonans
Ejusque narrans corporis præsentiam,
Beate Luca per parentem virginem.

In Ioannem.

Splendore ter splendente mentem fulgidus
Micuisti in orbe lucidè ex alto intonans
Humanitatem dum exprimis Verbi DEi
Theologe ô tonitrui, & æthereum genus.

Aliud.

O intona stirps fulguris cœlo grave,
Atque indica, ante ut omnium primordia,
Homo est DEus, summusque remanet ex homine,
Iterùm DEus, solutionemque impetra,
Vitæ sceleste, deferens veniam mali 46
Joannis exornantis istas paginas.

Aliud.

Fulgur fuit, Deiloquens hic & lyra,
Quæ obmurmurans præconio mortalibus

2011 Ministerio de Cultura

Substantiam ineffabilem, verè unicam
Trinamque verè, mente quam novit, sonat
Sic in libello congerens sacro sacra
Et frangit umbras, pectoraque irradiat face.

Post Evangelium additur: Εὐαγγελιστάριον i) περιέχον τ τῶν ἀναγνωσῶν διαδοχὴν, πόθεν ἄρχονται, καὶ ποῦ καταλήγουσιν, ἔτι δὲ καὶ κανόνια λε. ἐν οἷς ἀνεύρεται ἀεί ποτε τὸ ἀναγνώσιον τ κυριακῶν ὅλου ἐνιαυτ. ὁμοίως καὶ τὸ ἑωθινὸν, καὶ ποῖος ἦχος ψάλλεται ἐν ἑκάστῃ κυριακῇ, καὶ ἕτερα ἀναγκαῖα εἰς τ ἀνευρεῖν τὴν ἡμέραν τ ἁγίου πάσχα, καὶ πασχάλιον διάταξιν σύντομον τοῦ Ἐμμανουήλου τ Γλυτζωνίου. *Evangelistarium continens Evangelistarum continuationem, unde incipiant, & unde finiant. Prætereà canones trigintaquinque, in quibus semper invenitur Dominicarum totius anni Evangelium, similiter matutinum, & quis tonus canitur singulis Dominicis, & alia necessaria ad inveniendum diem sancti Paschatis, & Paschalium perpetuum compositum ab Emmanuele Glyzonio.* Assuuntur prætereà Canones Evangelici, Eusebii ad Carpianum.

IV. Qvartus liber est dignitate inferior, sacer tamen & venerabilis, neq; enim est εἰς τῶν κυριακῶν λογίων, sed εἰς τῶν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων. Alii ἀπόστολον vocant, k) qvod potior majorqve illius pars ex Epistolis Apostoli Pauli concinnatur. Cy-
47 rillus Scythopolitanus in vita S. Sabæ, ἅμα ᾗ καὶ καπηγῶν αὐτὸν τό, τε ψαλτήριον διδάξαι με, καὶ τὸν ἀπόστολον. *Simulque eum compellens docere me Psalterium, & Apostolum.* Codinus cap. 6. τὰς μὲν οὖν ψαλμὰς τῶν ὡρῶν ἀναγινώσκει ὁ ἀρχιδιάκονος, τὴν προφητείαν, καὶ τὸν ἀπόστολον ὁ πρωτοαποστολάριος, τῶν δὲ εὐαγγελίων. *Psalmos horarum legit Archidiaconus, Prophetiam, & Apostolum Protapostolarius ex Evangeliis primum,* &c. Alii πραξαπόστολον nuncupant, qvod præter Epistolas Pauli, & alias canonicas, Actus etiam Apostolorum scriptos à D. Luca, & ante Epistolas contineat, non qvod

i) Evangelistarium pro Evangelio posuit Clariss. Montfauconus, ubi specimen affert ex Evangelistario MS. Græco Basilianorum ante octingentos annos scripto litteris uncialibus oblongis & erectis, p. 233. Palæographiæ Græce.

k) Prodiit Venetiis 1633. 1641. Vide Cangium & Caveum in Ἀπόστολος, Ἀποστολοευαγγέλιον, & πραξαπόστολος. Nic. Rayæi diss. præmissam Tomo 2. Act. Sanctor. Maji p. 42. Goarum ad Evchologium p 921. qvi p. 904. seq. exhibet lectiones ex Apostolo & Evangeliis per festa totius anni.

2011 Ministerio de Cultura

qvod D. Lucæ ſit liber de Actis Apoſtolorum. Typicum Sabæ: Μεταξὺ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν πραξαποστόλου, εὐλογουῦτ@ ἁ ἱερέως. Et: Καὶ ὀρθρου ἀνάγνωσιν εἰς τὸν πραξαπόστολον. Item: Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν ἁ πραξαποστόλου, ὀλογουῦτ@ ἁ ἱερέως, ἀπδεχόμεθα ἁ ἑξαψάλμου. Triodium: Καὶ γὰρ ἀνάγνωσις εἰς τὸν πραξαπόστολον εἰς τὸν ὄρθρον.

Liber, qvemadmodum de Codice Evangelii diximus, ex Actibus Apoſtolorum, Epiſtolis Pauli, & Canonicis, nec non Apocalypſi compoſitus eſt. Textus in plures partes diviſus, & diebus ſingulis, & feſtis diebus accommodatus, ita ut completo libro, ea qvoqve omnia terminentur, nihilqve in iis ſit qvod in libro non habeatur, & qvandoqve etiam bis & ter, ut ſeſe tulerit occaſio, repetitum. Modum præſcribit Typicum. Ιστέον ὅτι ἀπὸ τῆς κυριακῆς ἁ πάσχα μέχρι τῶν ἁγίων πάντων εἰς τὴν ταύτην ἀνάγνωσιν, λέγω δὴ ἁ μεγάλου ἑσπερινοῦ, αἱ πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀναγινώσκονται μόναι. εἰς δὲ τὰς λοιπὰς κυριακὰς ἁ ὅλου χρόνου αἱ ἑπτὰ καθολικαὶ, καὶ αἱ δεκατέσσαρες ἁ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαὶ, καὶ ἡ ἀποκάλυψις Ιωάννου. *Scire debes à Dominica Paſchatis usque ad Dominicam Sanctorum omnium pro lectione magni Veſperi Actus ſanctorum Apoſtolorum tantummodò leguntur: in aliis reliquis Dominicis totius anni* 48
ſeptem Catholicæ, & quatuordecim S. Pauli Epiſtolæ, & Joannis Apocalypſis. Res etiam in libro contentas carmine Jambico expreſſit neſcio qvis:

Η βίβλ@ ἥδε φησὶ θεσπίσιο@ τυγχάνει
Ἐξ οὗ διδαχῶν βλαστάνει πηγὴ μία,
Οὐκ εἰς πολλοὺς τέσσαρας ἀπολουμένη
Ἀλλὰ τὸ δὴ μέσον εἰς ἓξ δέπτους
Οἵ περ χθόνα μὴ οὐ πατίζουσιν ὅλην
Ἀλλὰ ψυχὴν ἅπασαν ἄρδουσι ξένως.
Πηγὴ μὲν ὄντως ἡ γραφὴ πᾶσα πέλει
Τοῦ δεσπότου τοῦδε ἁ θεοσδότου.
Ἐξὰς πολλῶν ἐξ μαθητὰ ἁ λόγου
Καὶ πρῶτ@ αὐτῶν Λουκᾶς ἀφυῶς γράφει
Πράξεις δείξους τῶν ἁγίων ἀποστόλων
Ὁ παμμεγας δὲ Παῦλ@ Χριστοῦ τὸ σῶμα.
Ἐπιστολὴ Ἰάκωβ@ μίαν πλέκει
Διπλὰς ὁ Πέτρ@ παύλας ὑφαίνει πάλιν

2011 Ministerio de Cultura

Ο θεολόγος βροντᾷ τρεῖς Ιωάννης
Καὶ μίαν αὖθις σωτίθησιν Ιούδας.
Επτὰ πέλουσι καθολικῇ ξύμπασαι.
Θεολογικὴ δ' ἀποκάλυψις πάλιν
Σφραγὶς πέφυκε τῆσδε τῆς βίβλου πάσης. *Liber iste hortus*
49 *est, ex quo doctrinarum erumpit fons unus, non in quatuor flumina extensus, sed quod omnium maximum est, in sex ingentes qui terram quidem non potant universam, sed quamlibet animam irrigant mirabiliter. Fons equidem universa scriptura existit libelli hujusce à DEo exhibiti. Sex flumina sunt Verbi discipuli, & primus inter eos Lucas aptissimè scribit actiones optimas sapientum Apostolorum. At ingens verò Paulus Christi os, Epistolam Jacobus unam nectit: binas Petrus has rursum orditur: Theologus tres fulminat Joannes, & unam rursus apponit Judas, quando Catholicæ universæ septem tantummodò sint. De rebus divinis tandem pertractans Apocalypsis sigillum hujus universi libri est.*

Epistolarum l) hujusmodi lectionem non esse Novatorum inventum, sed ab Apostolis ipsis ad nos transmissam ex Clement. Constit. lib. 2. cap. 57. Jacobo in Liturgia, Justino martyre Apolog. 2. & aliis colligitur. Itemqve qvantum fallantur illi, qvi lectiones Apostolicas ante Evangelium in celebratione Missarum constituisse Alexandrum Papam asseverant, cùm Jacobus, Clemens & Justinus Alexandrum præcesserint. Diximus suprà, cùm legeretur Evangelium, fideles stetisse: sed enim dum legitur Epistola, sedebant Episcopus & Ministri. Causas petito ex Amalario Fortunato libro 3. de Ecclesiasticis Officiis cap. 10. Innocentio III. lib. 2. Mysteriorum Missæ cap. 35. & aliis.

Alio tempore de scripturis hisce disceptatum est, in eam-
50 qve itum sententiam à plerisqve, non esse eorum auctorum, qvos præferunt. Dissidia sententiarum Christinus sive Christianus m) in Topographia Christiana lib. 7. sic expressit: Σιωπῶμεν δὲ ὅτι τὰς καθολικὰς ἀνέκαθεν ἡ ἐκκλησία ἀμφιβαλλομένας ἔχει, καὶ πάντες δὲ οἱ ὑπομνηματίσαντες τὰς θείας γραφὰς, οὔτε εἰς αὐτῶν λόγον

l) Confer Cotelerium ad Constitutionum Apost. lib. 2. c. 57. Jo. Baptistam Ferrarium, de sacris Concion. lib. 1. c. 15. & laudatam Tentzelii dissertationem de ritu lectionum sacrarum. Menardum ad Sacramentarium Gregorii M. p. 368. Thomam Milles ad Cyrillum Hierosol. p. 4. & 15.

m) Hic est qvem sub Cosmæ Indopleustæ nomine Clariss. Montfauconus edidit, p. 292.

2011 Ministerio de Cultura

γον ἐποιήσατο τῶν καθολικῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ κανονίσαντες τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους τῆς θείας γραφῆς πάντες ὡς ἀμφιβαλλομένας αὐτὰς ἔθηκαν· λέγω δὴ Εἰρηναῖον ὁ Λουγδουνίων ἐπίσκοπον ἀνὴρ ἐπίσημον καὶ λαμπρὸν βίου μετ' οὐ πολὺ τῶν ἀποστόλων γνώριμος, καὶ Εὐσέβιον ὁ Παμφίλου, καὶ Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον γνώμῃ τῇ Ικονίου, φίλον καὶ κοινωνικὸν τῷ μακαρίου Βασιλείου, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ Σελεύκου αὐτῷ γραφεῖσιν ἰάμβοις ἀμφιβαλλομένας αὐτὰς ἐξεῖπεν· ὁμοίως καὶ Σεβηριανὸς ὁ Γαβάλων εἰς τὸν κατ' Ιουδαίων λόγον αὐτὸν αὐτὰς ἀπεκήρυξεν. οὐ γὰρ τῶν ἀποστόλων αὐτὰς φασιν οἱ πλείους, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν πρεσβυτέρων ἀφελεστέρων. ὅθεν ὁ Παμφίλου εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν αὐτῷ ἱστορίαν λέγει, ὅτι ἐν Ἐφέσῳ δύο μνήματά εἰσιν· ἓν Ιωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, καὶ ἓν ἕτερον Ιωάννου πρεσβυτέρου τοῦ γράψαντος τὰς δύο ἐπιστολὰς τῶν καθολικῶν, τὴν δευτέραν καὶ τὴν τρίτην, ἔνθα περιγέγραπται· ὁ πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ. εἰ μὴ γὰρ τὴν πρώτην Πέτρου, καὶ τὴν πρώτην Ιωάννου οὐ λέγει αὐτὸς καὶ Εἰρηναῖος εἶναι τῶν ἀποστόλων. ἕτεροι δὲ οὔτε αὐτὰς λέγουσι τῶν ἀποστόλων εἶναι, ἀλλὰ τῶν πρεσβυτέρων. πρώτην γὰρ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην Ιωάννου γεγράφθαι, ὡς δῆλον ἑνὸς προσώπου εἶναι τὰς τρεῖς. ἕτεροι δὲ καὶ τὴν Ιακώβου σὺν ταῖς ἄλλαις δυσὶ δέχονται. ἕτεροι πάσας δέχονται. τοῖς δὲ Σύροις δὲ εἰ μὴ τρεῖς μόναι αἱ προγεγραμμέναι οὐχ εὑρίσκονται· λέγω δὴ ἡ Ιακώβου, καὶ ἡ πρώτη Πέτρου, καὶ ἡ Ιωάννου * τρίτη. αἱ ἄλλαι γὰρ οὔτε κεῖνται παρ' αὐτοῖς. οὐ χρὴ οὖν τὸν τέλειον Χριστιανὸν ἐκ τῶν ἀμφιβαλλομένων ἀπεικάζεσθαι τῶν ἐνδιαθέτων καὶ κοινῶς ὡμολογημένων γραφῶν, ἱκανῶς πάντα μεμυημένον τοῦ τε τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς καὶ τῶν στοιχείων, καὶ παντὸς τοῦ δόγματος τῶν Χριστιανῶν. *Silemus multo abhinc tempore Ecclesiam Catholicas epistolas in dubium vertisse, eorum omnium qui in divinas litteras commentaria ediderunt, neminem in Catholicas animum applicuisse: sed eos etiam qui divinæ scripturæ libros in canonem redegerunt, omnes de iis tanquam dubiis sermonem habuisse. Irenæus nempe Lugdunensium Episcopus vir clarissimus & vitâ præclarâ, non multùm post Apostolorum tempus; Eusebiusque Pamphili, & Amphilochius Iconii Episcopus amicus sociusque beati Basilii, ipse quoque in Jambicis carminibus ad Seleucum tanquam dubiæ fidei rejicit. Similiter & Severianus Gabalitanus in sua adversus Judæos oratione eas proscripsit: neque enim eas Apostolorum esse plerique referunt, sed aliorum ignobiliorum Presbyterorum. Hinc Pamphili Eusebius in Historia sua Ecclesiastica tradit Ephesi duo monumenta cerni: unum Joannis Evange-*

§ II

* leg. πρώτη.

2011 Ministerio de Cultura

listæ, alterum Joannis Presbyteri, qui duas ex Catholicis epistolis, secundam scilicet & tertiam scripserit, in quibus præfigitur: Presbyter Gajo dilecto. Tantùm enim primam Petri & primam Joannis ipse atque Irenæus affirmant Apostolorum esse: alii verò neque eas Apostolorum esse asseverant, sed presbyterorum; quandoquidem prima & secunda & tertia Joannem præfert: ut manifestum inde sit, tres tantùm illas unius
52 *esse. Alii item & eam quæ Jacobi est cum reliquis duabus amplectuntur, alii omnes exosculantur. Apud Syros non nisi tres tantùm, quas prædiximus, inveniuntur, Jacobi scilicet, prima Petri, & Joannis tertia: reliquæ enim apud eos non habentur. Haud itaque operæ pretium fuerit perfectum Christianum ex iis quæ in dubium referuntur constabiliri, cùm canonicæ & ab omnibus in universum comprobatæ scripturæ satis abundanterque de cœlo & terra & elementis, & universo Christianorum dogmate omnia enunciant.* Et hæc qvidem hic auctor. Attamen hisce temporibus, tanta est vis veritatis, adeò fixum in Græcorum animis mansit, non Actus Apostolorum, & Epistolas Pauli tantùm, sed eas etiam qvas Catholicas vocant, & Apocalypsim ipsam veram & genuinam esse scripturam, & uti talem, ritu Ecclesiæ Romanæ publicè in Officiis per totam Græciam in Ecclesiis, qvemadmodum & alias divinas scripturas legunt.

Epistolis adnectitur Menologium, n) in qvo ab initio Septembris nomina Sanctorum singulis diebus recensentur, illisqve Epistola propria in Officiis recitanda subjungitur.

V. Subseqvitur liber qvintus non multùm dissimilis, eum ἀναγνώσεις seu ἀναγνώσματα vocant, *Lectiones.* o) Cùm enim in ea Ecclesia ex antiqva consvetudine non Testamentum novum tantùm, sed vetus in Ecclesia, dum divina officia peraguntur, recitatur, partes eas, seu segmina ex Testamenti veteris libris, anni
53 diebus variis pro dierum festorum solemnitate in unum volumen redegerunt, ut faciliùs & commodiùs præ manibus habeantur.

Librum

n) Hujusmodi Menologium sive commemorationem sacrarum solennitatum & præcipuorum sanctorum totius anni secundum duodecim menses subjici etiam Πραξαποστόλῳ qvi MS. exstat in Bibl. Vindobonensi, testatur Lambecius lib. V. pag. 287. Confer qvod exhibetur à Rev. Jo. Mich. Heineicco in egregio opere Germanico qvo Ecclesiam Græcam veterem ac recentem descripsit parte III. p. 187. seq.

o) Eadem fere ex Allatio Cangius, Caveus, Svicerus, atqve in diss. de ritu lectionum sacrarum Tentzelius. Hujusmodi ἀναγνώσεσι canonem qvartum in qvotidiano officio à Græcis interrumpi notat idem Allatius de Georgiis p. 417.

2011 Ministerio de Cultura

Librum usitato Ecclesiæ vocabulo ἀναγνώσεις, ut dixi, nuncuparunt. Id Latinis *lectio* est. Liber, qvod ipse sciam, ineditus est. Prostat tamen passim manuscriptus in monasteriis Græcorum, & in Italicis Bibliothecis, & potissimùm Vaticana & Barberina sub num. 16. & 17. Lectiones per totum annum ex Prophetis & Apostolis sanctum Hieronymum collegisse, nomenqve libro *Lectionis*, vel *Comiti sancti Hieronymi* p) imposuisse tradit Pamelius libro 3. Liturgicon, & meminerunt Micrologus de Observationibus Ecclesiasticis cap. 25. Honorius in Gemma Animæ lib. 1. cap. 88. Benno de qvibusdam rebus ad Officium Missæ pertinentibus cap. 2.

Liber diversus est ab aliis lectionibus prolixioribus, qvas iidem Græci inter Officia, non tamen ex divinis litteris desumptas, recitant; qvarum ubiqve freqvens mentio est, ut Expositiones Chrysostomi in vetus & novum Testamentum, Orationes Basilii, Gregorii Nazianzeni, Catecheses Studitæ & aliorum, necnon Ascetica Ephræmi Syri, Lausiaca, Paterica, q) & vitæ Sanctorum ex Simeone Metaphraste potissimùm, de qvibus alius erit dicendi locus.

VI. Sextus erit ψαλτήριον, *Psalterium.* Typicum cap. 4. καὶ χολάζει τὸ ψαλτήριον ἀπὸ τῆς μεγάλης πέμπτης μέχρι τοῦ σαββάτου τοῦ ἀντιπάσχα. *Et cessat Psalterium à magna Feria quinta usque ad sabbatum Antipaschæ.* In vita Palæmonis Abbatis: ὧν δὲ τοῦ ἁγίου γέροντος ἡ λειτουργία τοιαύτη. ἐν μὲν τῇ νυκτὶ ἔψαλλεν ὅλον τὸ ψαλτήριον καὶ τὰς ᾠδὰς ἀθορύβως. *Erat verò sancti senis ministerium simile, nocte canebat totum Psalterium & Cantica sine ullo strepitu.* Epiphanius Monachus de locis Syriis: καὶ εἰς τὴν δυτικὴν πύρταν τῆς ἁγίας πόλεως ἐστιν ὁ πύργος ὁ Δαυιτικὸς, εἰς ὃν ἐκάθισεν ἐπὶ ποδοῦ, καὶ ἔγραψε τὸ ψαλτήριον. *Ad Occidentalem portam sanctæ Civitatis est turris Davidica, ubi consedit super cinere, & scripsit Psalterium.* Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Sabæ: ἕως οὗ τὸ ψαλτήριον μαθῶσι, καὶ 54

p) Comitem sive Lectionarium illum S. Hieronymo tributum longe, qvam à Pamelio T. 2. Liturgicon vulgatus est, ampliorem edidit Steph. Baluzius post capitularia Regum Francorum Paris. 1677. fol. 1309. Præfationem vero ad Constantinum Episcopum CPolitanum, qvam primus in lucem proferre visus sibi est Dachierius, pridem ante illum Matthias Flacius publicaverat Magdeb. 1549. 8. post duo capita Polydori Virgilii de nomine & autoribus Missæ.

q) Palladii Historia Lausiaca, Moschi Pratum, & alia hujusmodi Πατερικὰ sive libri Vitas Patrum complexi.

2011 Ministerio de Cultura

καὶ τὸν τῆς ψαλμῳδίας κανόνα, καὶ τῇ μοναχικῇ παιδεύεσθαι ἀκριβείαν. *Donec Psalterium addiscerent, & Psalmodiæ regulam, & monasticâ imbuerentur disciplinâ.* Et: εἶπε πρὸς τὸν πατέρα· δίδαξον αὐτὸν τὸ ψαλτήριον, ὅτι χρήζω αὐτοῦ. *Doce ipsum Psalterium, quoniam ipsius indigeo.* Et in vita S. Theodosii: καὶ ἐξέμαθε τό, τε ψαλτήριον, καὶ τὰς λοιπὰς θείας γραφάς. *Et addidicit Psalterium, & reliquas divinas scripturas.* Dicitur etiam ψαλτήρ. Alexius Aristenus in Can. 2. Concilii Nicæni secundi: τὸν μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς προάγεσθαι βαθμὸν δεῖ πάντως τὸν ψαλτῆρα γινώσκειν, καὶ ἑρμηνεύειν αὐτόν. *Promovendus in Episcopum omninò scire debet Psalterium, illudque interpretari.* Nullus alius sive in Missis, sive in Matutinis precibus, sive in aliis divinis officiis eo frequentior est, tamqvam qvi semper præ manibus sit, licet ob assiduam illius recitationem ex memoria ferè omnia dicantur, sunt qve meri Psal-
15 mi Davidici, non alterato ordine, sed uti in sacris Biblis jacent, in certas tamen classes, plures vel pauciores Psalmos, pro Psalmorum longitudine, continentes, distincti, sectiones Græci καθίσματα vocant, qvasi diceres *sessiones*: & viginti r) tantummodò numerant. Ut Psalmi disponantur, expressit Meursius in Glossario. Cathismata singula in tres partes subdividunt, qvas hymno illo, *Gloria Patri, & Filio*, &c. terminant, aliter ac fit in Ecclesia Latina, qvæ dictum hymnum post omnes Psalmos recitat. Cathisma decimumseptimum, ob prolixitatem Psalmi, *Beati immaculati*, uno tantùm Psalmo completur, qvem etiam in tria tmemata, & hymno jam dicto *Gloria Patri*, dividunt. Divisiones Cathismatum στάσεις dicunt, *stationes* nempe: stantes enim recitant, vel qvod lectionem finientes stent, & qvasi respirent. Ideò verò Cathismata vocata conjectat Balsamon, qvod Laodiceni Concilii decreto, in unoqvoqve Psalmo interjecto spatio lectio fieret, ne dum Psalmi uno contextu legerentur, laboris pertæsi homines qvi in Ecclesiam convenerant, neglectis offi-

ciis,

r) Κάθισμα I. à Psalmo 1. ad 8. II. 9-16. III. 17-23. IV. 24-31. V. 32-36. VI. 37-45. VII. 46-54. VIII. 55-63. IX. 64-69. X. 70-76. XI. 77-83. XII. 85-90. XIII. 91-100. XIV. 101-104. XV. 105-108. XVI. 109-117. XVII. 118. XVIII. 119-131. XIX. 132-142. XX. 143-150. Hæc jam notantur in antiqvissimis Psalterii Græci editionibus, ut Mediolanensi A. 1481. & eam secuta Aldina sine temporis nota in 4. in cujus præfatione Justinus Decadyus promittit editiones Triodii, Pentecostarii ac Paracletici.

2011 Ministerio de Cultura

ciis, ad alia animum adverterent. In Can. 17. ejusdem Concilii: Τῶν ψαλμῶν ἀναγινωσκομένων διὰ μιᾶς ὕφῆς καὶ παλαιὰν ἔθισμῳδοσιν, καὶ ἐκ συναγομένου λαοῦ ἐνοχλουμένου, καὶ ἐντεῦθεν ἀπηδιῶντος ἀπὸ ἔργου, καὶ ἐξερχομένου τῆς ἐκκλησίας. ἔδοξαν οἱ πατέρες μὴ συναπτῶς ἐν ταῖς συνάξεσιν ἐκφωνεῖσθαι τοὺς ψαλμούς, ἀλλὰ διὰ μέσου γίνεσθαι καὶ ἀναγνώσεις ἐπὶ τῷ ἀναπαύεσθαι τὸν λαὸν πρὸς μικρόν, καὶ πάλιν ψάλλειν. Διὸ καὶ ἔστι καὶ εἰς καθίσματα διαφορὰ τὸ ἱερὸν 56
κατεμερίσθη ψαλτήριον. χάρις οὖν τοῖς ἁγίοις πατράσι καὶ ὑπὲρ τούτης τῆς κηδεμονίας. *Cùm Psalmi uno contextu ex antiqua traditione legerentur, & populus qui congregabatur & molestiâ afficeretur, & labore propterea confectus, nullam ejus curam gereret, & ab Ecclesia exiret, statuerunt Patres non esse psalmos in Ecclesiasticis congregationibus uno contextu dicendos, sed aliquo intercedente, lectionem esse faciendam, ut aliquantulum quiescat populus, & rursus canat. Propterea enim & in diversas sessiones sacrum distributum est Psalterium. Sunt ergo sanctis Patribus gratiæ agendæ pro hac eorum cura.* Qvod etiam sublatum qvoqve fuisse, ordine etiam rerum Ecclesiasticarum immutato, notat Zonaras in eundem Canonem: ἔθους ἦν καὶ ἐκ παλαιοῦ, ὅπερ ἐφύλαττεν, εἰς ἄλλην κατάστασιν καὶ τάξιν ἐλθούσης τῆς ἐκκλησίας. *Fuit hoc quoque antiquæ consvetudinis, quæ quidem alio nunc rerum Ecclesiasticarum ordine instituto sublata est.* Sed qvomodo hæc immutatio facta sit, alius erit dicendi locus.

Illud hic qvoqve obiter animadvertendum est, Cathismata ista Psalmorum diversa esse, (licet non nemo confundat) à tropariis, qvæ Psalmi non sunt, & Cathismata pro materiæ diversitate nunc ἀναπαύσιμον, nunc ἀναστάσιμον, s) &c. nuncupantur, de qvibus nos alibi diximus.

Qvemadmodum igitur ex hoc Psalmorum corpore qvidam avulsi in peculiaremqve usum conversi nomen sibi diversum vindicarunt, typica dicta, t) ut supra notabamus, ita & alii ad alios atqve alios usus in Officiis Ecclesiasticis reducti, aliud atqve 57
aliud nomen induerunt, qvæ operæ pretium fuerit, qvia non

s) adde ex Meursio & Cangio ἀποστολικὸν, θεοτόκιον, κατανυκτικὸν, μαρτυρικὸν, ἐξ μηναίᾳ & σταυρώσιμον. Tot enim enumerant genera canticorum sive τροπαρίων qvæ sedendo persolvuntur.

t) Psalm. 102. & 145. supra p. 14. Sic αἶνοι sive εἰς αἶνους dicuntur Psalmi 148. 149 150. Τρίψαλμος Psalm. 3. 6. 62.

2011 Ministerio de Cultura

ita obvia unicuiqve sunt, adnumerare, usumqve qvantum fieri potest, promere. Primus itaqve erit, qvi ab inchoandis Officiis nomen sibi Proœmii habuit, προοιμιακὸς dictus. Typicum cap. 1. εἶθα ἄρχεται ὁ ἐκκλησιάρχης, δεῦτε, προσκυνήσωμεν· καὶ ψάλλει τὸν προοιμιακὸν, τὸ, εὐλόγει ἡ ψυχή μου, ἠσύχῳ φωνῇ, καὶ ἠρεμαίᾳ. *Tum incipit Ecclesiarcha*, Venite adoremus, & *canit Proœmiacum*, *nempe*, Benedic anima mea, *quietâ ac tranquillâ voce*. Et cap. 38. καὶ μετὰ τὸν προοιμιακὸν ψαλμόν. *Et post Proœmiacum Psalmum*. Erat autem, Benedic anima mea Domino, Domine DEus meus magnificatus es vehementer CIII. Potissimus verò illius usus fuit in inchoandis Vesperis. Dicitur προοιμιακὸς, qvod vicem proœmii gereret in Vesperis, vel qvod ab eo exordium haberent, vel ἀπὸ τῶν προοιμίων, *Proœmiis*, ita enim precationes illæ vocabantur, qvæ in divinarum laudum Officiis primum locum occupabant. Zonaras in Can. 117. Africanum, αἱ μὲν γὰρ ἀρχαὶ προλέγουσαι ἀὴς καὶ προοίμια εἶπον. *Initio enim aliqua precationes adhibentur*, *quas* Proœmia *appellavêre*. Secundus *Tripsalmus*, τρίψαλμος, à numero, qvo constabat Psalmorum, dici solitus inter Horas, aliis atqve aliis Psalmis, neqve semper iisdem, pro diversitate argumenti consutus. Typicum cap. 41. καὶ ψάλλομεν τὰς τρεῖς κατ' αὐτὸ τριψάλμους· εἶτα τὰ τυπικὰ καὶ οἱ μα-
58 καρισμοί. *Et canimus tres horas singulas tribus tantummodò Psalmis, tùm Typica, & Beatitudines.* Et cap. 38. συνάπτεται δὲ καὶ ἡ πρώτη ὥρα ἡ τις ψάλλεται συνήθως τρίψαλμος. *Adnectitur verò, & prima hora, quæ ut moris est, tribus tantùm Psalmis absolvitur.* Tertius ἐξάψαλμος, *exapsalmus*, à numero Psalmorum, qvibus componitur, dictus, sive etiam ἐξάψαλμον. Philotheus de institutione Diaconi: ὃν ὁ ταχθεὶς μοναχὸς λέγει τὸν ἐξάψαλμον. *Statimque Monachus, cui id onus incumbit, recitat exapsalmum.* Pentecostarium: ἀρχόμενοι ἀπὸ τοῦ σαββάτου τῆς Δεκαεννησίμου ψάλλομεν τὸ κβ' συνήθες ἐξάψαλμον. *Incipientes à sabbato Diacæneſimi* * *canimus, ut moris est, exapsalmum.* Typicum: καὶ ψάλλουσιν ἀμφότεροι τὸν ἐξάψαλμον ἡσύχῳ φωνῇ καὶ ἀρχῶς εἰς ἐπήκοον πάντων. *Et canunt utrique exapsalmum tranquillâ voce, ut omnes audiant.* Et, σημειωτέον ὅτι ἄδειαν οὐκ ἔχει τις βῆξαι, ἢ πτύσαι μέχρις οὗ τελεσθῇ ὁ ἐξάψαλμος. *Animadvertendum est, non licere cuiquam, aut tussire, aut spuere, donec finiatur exapsalmus.* Et, εἰς τὸν ὄρθρον συνήθως τὸν ἐξάψαλμον.

In

* Dominica Qvasimodogeniti.

2011 Ministerio de Cultura

In matutino, uti solet, exapsalmum. Canebantur ut plurimùm in Matutinis, erantqve III. XXXVII. LXII. LXXXVII. CII. CXLII. Dixi ut plurimum, cum etiam in Apodipnis dicerentur. Menæum: εἰς δὲ τὸ ἀπόδειπνον ψάλλομεν τὸ κϛ' σωὴθες ἐξάψαλμον. *In Apodipno verò canimus consvetum exapsalmum.* Qvartus erit, τὰ πρὸς κύριον, ea, qvæ sunt ad Dominum. Triodium: τῇ δευτέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος εἰς τὸ λυχνικὸν μετὰ τὸν προοιμιακὸν Ψαλμὸν στιχολογοῦμεν τὰ πρὸς κύριον. *Feriâ secundâ secundæ hebdomadis in Lychnico post Proœmiacum Psalmum, recitamus ea quæ sunt ad Dominum.* Et, τῇ τρίτῃ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος ἑσπέρας στιχολογοῦμεν αὐτὶ τῶν πρὸς κύριον, τὸ ἐν ὀρδίνου κάθισμα τοῦ Ψαλτηρίου. *Feriâ tertiâ quintæ hebdomadis in Vesperis dicimus loco eorum, quæ ad Dominum sunt, Cathisma Psalterii, quod ordine suo recitandum est.* Et, τῇ πέμπτῃ ἑσπέρας μετὰ τὸν προοιμιακὸν στιχολογοῦμεν αὐτὶ τῶν πρὸς κύριον, τὸ κάθισμα, ὅπερ ἀφείθη ἐν τῇ πρώτῃ ὥρᾳ. *Feriâ quintâ in Vesperis post Proœmiacum Psalmum recitamus loco eorum, quæ ad Dominum sunt, Cathisma quod relictum fuerit in prima hora.* Et, ἐν τῇ δεχῇ τῆς ἀκολουθίας τῶν προηγιασμένων Ψάλλομεν τὰ πρὸς τὸν κύριον. *In principio Officii Præsanctificatorum canimus ea, quæ ad Dominum sunt.* Typicon cap. 41 εἰς δὲ τὸ λυχνικὸν τὰ πρὸς κύριον μέχρι σαββάτου τῆς ἀποκρέου. In Lychnico ea qvæ ad Dominum sunt, usqve ad sabbatum Apocrei, & unico nomine, τὰ προσκύρια, τῶν προσκυρίων. Typic. cap. 39. τῇ στιχολογοῦμεν τὰ προσκύρια. Et cap. 38. μετὰ τὸν προοιμιακὸν Ψαλμὸν σωὴθης στιχολογία τῶν προσκυρίων. *Post Proœmiacum Psalmum sveta recitatio Psalmorum, quæ ad Dominum sunt.* Et sunt Psalmi CXIX. CXX. CXXI. CXXII. CXXIII. CXXIV. CXXV. CXXVI. CXXVII. CXXVIII. CXXIX. CXXX. CXXXI. CXXXII. CXXXIII. nomen habent à primo qvi sic incipit, πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκέκραξα. *Ad Dominum cùm tribularer clamavi.* Nec alii sunt qvàm qvi Graduales u) apud Latinos dicuntur. Hæc qvamvis minutiora prætereunda non erant, ne qvis eorum ignoratione alia atqve alia in medium afferat, ut de aliis factum est. Qvid sit Amomus, x) qvid Polyeleos y) jam diximus.

Psalterii autem recitandi per totum annum modum hunc Græcorum Ecclesia servat. A vigesima mensis Septembris

u) Cangius in ἀναβαθμοὶ, & πρὸς Κύριον.
x) Psal. 118. y) Psal. 134. supra p. 13.

2011 Ministerio de Cultura

ſingulis diebus tria Cathiſmata recitant, in Veſperis ea qvæ ſunt *ad Dominum.* Pſalmumqve cui Polyeleos nomen eſt, in pervigilio à Chriſti Nativitate ad decimamqvintam menſis Januarii, cùm ſolemnitati Epiphaniæ Dominicæ finis imponitur in Matutino, bina Cathiſmata, in Veſperis unum, adeo ut unaqvaqve hebdomadâ Pſalterium univerſum percurratur. A decima qvinta Januarii Cathiſma in matutino adjungimus, in Lychnico verò, ea qvæ *ad Dominum* ſunt, usqve ad Sabbatum Carnis-privii. Hebdomade verò Carnis-privii, ſubſeqventeqve, qvæ ab edendo caſeo Tyrene dici obtinuit, in Matutino duo, in Veſperis alterum, ut Fratres paululum qvieſcant. At ſex Qvadrageſimæ hebdomadibus ſingulis bis Pſalterium recitatur. Sanctâ hebdomade ſemel tantùm dicitur, finitqve Feriâ qvartâ : à Feria qvinta, usqve ad Sabbatum Antipaſchæ, qvæ eſt Dominica in Albis, ſilet. In pervigilio poſtmodum D. Thomæ, nova nempe Dominica, qvæ eſt in Albis, rurſus inchoatur illius lectio, non tantùm diebus Dominicis, ſed ſingulis etiam diebus ; in Matutino ſcilicet, Cathiſmata bina, in Veſperis unum, usqve ad vigeſimam menſis Septembris.

61 In qvanto porrò veneratione Pſalmi Davidici in Eccleſia fuerint, & eorum continuus uſus, ſatis nobis expoſuit auctor Topographiæ Chriſtianæ lib. 7. Διὰ ἔτι καὶ ἐμμελῶς καὶ μὴ ῥυθμοῦ αὐτὰ ἐξέπεμπεν, ἵνα ῥᾴστοχα, καὶ ὑμνημόνευτα τοῖς πᾶσιν ὡς τερπνὰ γένωνται. καὶ ἔτι δῆλον ὡς ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τὸ κόσμου ᾄδόμενα τὰ τοῦ Δαυὶδ ᾄδεσθαι, καὶ χεδὸν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων μικρῶν τε καὶ μεγάλων ᾀδόμενα, καὶ καθ' ἑκάστην ᾠδὴν πλείω τῶν ἄλλων προφητῶν καὶ γραφῶν. *Propterea & modulata & rythmis concinnata illa voluit edere, ut eſſent ad captum prompta, & memoriâ facile ab omnibus ob eorum ſuavitatem comprehenderentur. Id quoque non eſt obſcurum, cùm per totum terrarum orbem in omnibus Eccleſiis Davidis Pſalmi decantentur, atque etiam in omnium ferè ore parvorum juxta ac magnorum circumferantur ac celebrentur, quotidie, menteque aſſiduè, & memoriâ revolvantur, & plusquam omnium aliorum Prophetarum ſcripta, & alia monumenta divina recolantur.* Philemon propterea Abbas cùm interrogaretur, qvamnam ob cauſam Pſalmos univerſæ ſcripturæ præponeret, eorumqve lectione admodum delectaretur : Διατί πάτερ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν γραφὴν τῷ Ψαλτη-

2011 Ministerio de Cultura

ψαλτηρίῳ καταγλυκαίνῃ, καὶ διατί ψάλλων ῥήμασι ὡς πρός τινα διαλεγόμῳ καὶ ὑποκρίνῃ τοὺς λόγους; *Quare, ô Pater, super reliquam universam scripturam Psalterio delectaris, & quare quietè consimens ita verba imitaris ac si cum aliquo sermonem conferres?* Respondit: Ὁ ἱερὸς αὐτὸν ἔφη, λέγω σοι τέκνον, οὕτω προετύπωσεν ὁ θεὸς τὴν δύναμιν τῶν Ψαλμῶν ἐν τῇ ταπεινῇ μου Ψυχῇ, ὡς καθάπερ τῷ προφήτῃ Δαβὶδ, καὶ χωρεῖσθαι τῆς γλυκύτητος τῶν ἐν αὐτοῖς θεωρημάτων οὐ δύναμαι· πάσης γὰρ τῆς θείας γραφῆς εἰσὶ θεσπέσιοι. *Et senex respondit: scias, fili, DEum in animo meo demisso vim Psalmorum impressisse, quemadmodum & Davidi, nec possum ab arcanorum dulcitudine, quæ in ipsis latent, me avellere, universam enim divinam scripturam in se continent.* 62

Cathisma vigesimum z) in eodem libro tum ex veteri tum ex novo Fœdere Cantica absolvunt, eas vocant ᾠδὰς, & sunt binæ Moysis, altera, ex Exodi cap. 15. *altera*, ex Deuteronomii cap. 32. *tertia*, Annæ matris Samuelis ex Regum cap. 2. lib. 1. *quarta*, Abacuc Prophetæ cap. 3. *quinta*, Esaiæ Prophetæ cap. 25. a) *sexta*; Jonæ Prophetæ capite 2. *septima* & *octava*, trium puerorum ex cap. 3. Danielis: *nona*, beatæ Mariæ Virginis ex cap. 1. Lucæ. *decima*, Zachariæ sacerdotis ex eodem capite. *undecima*, b) Ezechiæ regis Judæ ex cap. 38. Esaiæ. *duodecima*, Manassis regis Judæ. *decima tertia* Simeonis senis ex cap. 2. Lucæ. Habeo penes me eorumdem Canticorum paraphrasim Græcam carmine Jambico à Joanne Geometra non infeliciter concinnatam. Libro solent præfigi carmina:

z) Post καθίσματα viginti subjicitur in Psalterio Græco Psalmus 151. ἰδιόγραφος h. e. privatus nec ejusdem cum prioribus auctoritatis, ac deinde succedunt cætera Cantica Allatio memorata, qvæ exstant & in νέῳ ἀνθολογίῳ Antonii Arcudii. Confer Nic. Rayæi diss. præliminarem ad Acta Sanctor. T. 2. Junii p. 18. seq.

a) Esaiæ XXVI. 9. seq.

b) Tres hæ postremæ Allatio memoratæ preces sive ᾠδαὶ in Psalterii editionibus plerisqve & in novo Anthologio omittuntur. Refert tamen illas etiam Clariss. Caveus, ex editione Psalterii Veneta apud Antonium Pinellum 1627. 8. Idem observat editioni Venetæ A. 1643. præmitti modum Psalterii in Ecclesia Græca recitandi per totum annum, subjiciqve duplex Lexicon, grammaticum alterum & etymologicum, alterum Historicum de personis & nominibus propriis qvorum in sacris hymnis mentio.

2011 Ministerio de Cultura

Σίγησον Ορφεῦ, ῥίψον Ερμῆ τὴν λύραν
Τρίπους ὁ Δελφοῖς δυσὶν εἰς λήθην ἔτι,
Δαυὶδ γὰρ ἡμῖν πνεύματ☉ κρούων λύραν
Τρανεῖ τὰ κρυπτὰ τῶν θείων μυσηρίων
Πληθὺν παλαιῶν ἱστορεῖ τερασίων
63 Κινεῖ πρὸς ὕμνον τὸν κτίσαντ☉ τὴν κτίσιν
Σώζων ἅπαντας μυσαγωγεῖ, καὶ γράφει,
Αμαρτάνοντας εἰς ἐπιστροφὴν φέρει
Πολλοῖς σαὶ ἄλλοις, καὶ κριτὸν δηλῶν κρίσιν
Σμήχειν διδάσκει ψυχικὰς ἁμαρτάδας. Ea sic vertit Conradus Rittershusius notis in Moschum:

Orpheû file, lyram abjice Mercuri tuam.
Oblivione Delphice Tripus mergitor.
Nobis Davides, spiritus lyram increpans
Mysteria in lucem abdita eruit DEi.
Antiqua narrat affatim miracula,
Movet, ut celebrent conditorem, condita.
Scribit, docetque quod saluti est omnibus.
Peccantium conversionem promovet,
Diem & supremi judicii extremum notat,
Mentisque labem abstergere impuram docet.

In manuscriptis etiam illa præponuntur:

Τοῦ πνεύματ☉ τὰ θεῖα τόξα, καὶ βέλη
Τείνας ὁ Δαυὶδ ψαλμοκινήτῳ λύρᾳ
Απασαν ὄντως προσβολὴν μὲν δαιμόνων
Κάλλῃ τιτρώσκει, καὶ διώκει, καὶ τρέπει
Πιστῶν δὲ πᾶσαν πρὸς θεὸν πτεροῖ φρένα,
Καὶ τῶν καμερπῶν ἐξανίστᾳ φροντίδων
Πρὸς τὴν ἐν ἔργοις ψυχικὴν σωτηρίαν.

Nec non & illa:

Τέτμηξ προφητῶν, ἡ λύρα τοῦ πνεύματ☉
Ο γῆν ἅπασαν ἐμφορῶν μελῳδίαις
Ω πρᾳότης γνώρισμα τῆς ἐξουσίας.

Ex versione Joannis Argoli.

Arcus sacrati spiritus tela ardua,
Torquens sonante David odas pectine,
64

Omnes

2011 Ministerio de Cultura

Omnes phalanges impetusque dæmonum
Feritque, sequitur, vertit in fugam minans.
Mentes fidelium excitat somno gravi
Ad cœlum, humoque corde pronos erigit,
Animæ ad salutem vitæ ut operentur bonum.

Aliud.

Votum cicada numinis, lyra spiritus
Terrasque replens cœlicum cunctas melos
Clarum ô placiditas indicium potentiæ.

VII. Isto ordine septimus *Octoechus*, c) qvem diceres *Octotonum*, sive *octo tonos continentem librum.* Typicum: δεῖ γινώσκειν ὅτι πάσας τὰς κυριακὰς, ἐν αἷς ψάλλεται ἡ ὀκτώηχος. *Sciendum est omnibus Dominicis quibus canitur Octoechus.* Cum enim Græcorum musica proprios tonos, ipsi vocant ἤχους, *sonos*, qvatuor habeat, primum, secundum, tertium, & qvartum; qvatuor item obliqvos, πλάγιον τοῦ πρώτου, *obliquum primi*, obliquum secundi, obliquum tertii, gravis aliis est, & obliquum qvarti. Canones omnes sive Troparia, & qvæcunq; aliæ cantiones, in hoc libro contentæ ita dispositæ sunt, ut qvæ primo tomo concinuntur omnia simul primum sibi locum occupent, qvæ secundo secundum, qvæ tertio tertium, & sic de singulis, donec ad obliquum qvarti perveniatur, qvi inter tonos ultimus ultimum qvoqve sibi locum vendicat, & cantiones eo modulatæ ac commensuratæ, ultimo qvoqve loco reponuntur. Continet tantùm Troparia & Canones qvi à primis Vesperis Dominicæ ad finem usqve Missæ ca- 65
nuntur. Et octo Dominicis pro tonorum numero finitur. Singuli toni tres habent Canones. Primum ἀναστάσιμον, qvi in Crucis & Resurrectionis Dominicæ: Secundum σταυροαναστάσιμον, qvi in Resurrectionis: Tertium in Mariæ Virginis laudibus celebrandis versantur, & hæc in Octoëchis antiqvis habebantur. In recentioribus modò additur pro singulis Tonis Canon, qvi in μεσονυκτίῳ

c) Est mihi ad manus editio Octoëchi Veneta A. 1543. 8. Præstantissimo Caveo memorantur Venetæ A. 1523. 1584. 1602. 1610. 1624. 8. MStum cum antiqvis notis Musicis & aliud cum amplo Jo. Zonaræ commentario servat Bibliotheca Cæsarea. Occurrit & MS. in Bibliotheca Regis Christianissimi. Vide & Cangium in ἦχος & Goarum ad Evcholog. p. 206. & 433.

2011 Ministerio de Cultura

πὸς vel μεσονυκτικοῦ, mediæ ſcilicet noctis officio caniſvevit, & qvod de Trinitate pertractat, *Triadicus* dicitur, & Canones hi dierum Dominicorum numerum non excedunt, cùm octo etiam illi ſint.

Hinc liqvet, qvàm facile labantur ij, qvi cùm in libro *Anthos* dicto legerint, τὸ μεσονυκτικὸν Ψάλλεται, Διατὶ εἶπεν ὁ Χριστός· Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ὅτι δὲν ἐξεύρετε ποία ὥρα ἔρχεται ὁ Κύριος. καὶ πάλιν· ὅτι ἐν τῷ μεσονύκτιον κραυγὴ γέγονεν· ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται. *Officium mediæ noctis canitur, quod dixerit Chriſtus: Vigilate & orate, quoniam neſcitis, quâ horâ veniet Dominus. Et iterum: Circa mediam noctem clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit.* Et cum occurrat apud Philotheum in Diaconico, autumant eſſe hymnum, qvem mediâ nocte canebant, hymnus etenim officii pars eſt: Meſonyctícum, officium completum, qvod ex Pſalmis, Hymnis, aliisqve precibus perficitur.

Errant prætereà, & maximum in modum errant, qvi ex
66 Rituali Græcorum hauriunt ἦχον eſſe Cantici nomen in Liturgia, & duo illorum fuiſſe genera, ἦχον βαρὺν, & ἦχον πλαγίου, & in exodio utriusqve Triadicum unum, atqve Theotocium. Nihil minus ἦχος, ut diximus, eſt tonus, ad qvem canebantur Cantica, nec in Liturgia ſolummodò, ſed in omnibus aliis Officiis, nihil enim in illis concinitur, qvod non ſub aliqvo Echo ſeu tono decantetur, & plura qvàm duo genera ſuprà memoravimus, & βαρὺς ipſe non eſt niſi πλάγιος, *obliquus*, ſed πλάγιος Tertii. Non aliud innuit Gennadius de igne Purgatorio cap. 3. qvin, ſicut eſt in Auctore, integer locus concipiatur. ὁμοίως καὶ εἰς τὸ Παρακλητικὸν τῷ Σαββάτῳ εἰς τὸν ὄρθρον τοῦ δευτέρου ἤχου εἰς τὴν ἑβδόμην ᾠδὴν τοῦ νεκρωσίμου κανόνος τὸ τρίτον Τροπάριον λέγει. *Similiter & in Paracletico, Sabbato in Matutino ſecundi toni in ſeptima Ode Canonis, qui pro mortuis ſcriptus eſt, tertium Troparium dicit*, noſtram ſententiam firmat. Nam ſi eſt Troparion ſecundi toni, qvomodo tonus Canticum erit? ſi Sabbato in Matutinis dicitur, qvomodo in Liturgia? ſi eſt ſecundi Echi, ergo Echorum non tantùm duo genera ſunt, & ut res magis pateat, confer Gennadii iſta cum illis Cedreni in Theophilo. Ἐφιλοτιμεῖτο δὲ καὶ μελῳδὸς εἶναι. διὸ καὶ ὕμνους ποιῶν ἴσους, καὶ τροπάρια μελίζων, ᾄδεσθαι προσετρέπετο. μεθ' ὧν καὶ τὸ τοῦ τετάρτου ἤχου, εὐλογεῖτε, ἐκ τοῦ

2011 Ministerio de Cultura

χῷ τὴν ᾠδὴν ᾠδὴν, ἄκουε κόρη, μεθαρμοσάμενος, ἕτερον ἀνθ' ἑαυτοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ εἰς ἀκρόασιν ἄδεσθαι διωρίσατο. Vertit Xylander: *Impendit quoque cantilenis operam, hymnos quosdam & carmina componens, ac canere ea eos jubens: de quibus est,* Benedicite *quarti toni, quod ex* Audi filia, *octavæ Odæ translatum à se atque concinnatum in Ecclesia DEi clarâ voce cani mandavit.* Cùm debuisset sic: *Ambibat quoque melodus esse, quapropter hymnos quosdam componens, & Troparia concinnans, alios adhortabatur ut canerent, inter ea locum habet Troparion quarti toni, quod incipit,* Εὐλογεῖτε, Benedicite: *ad illius quod in octava Ode est, & incipit* ἄκουε κόρε, Audi filia, *formam concinnatum, in DEi Ecclesia, ut palam populo caneretur præcepit.* Hic etiam habetur Troparion qvarti Echi: ergo Echus diversus à Cantico. Troparion est qvarti Echi: ergo præter gravem & obliquum, est & aliud genus Echorum; & illud est qvartum: qvare tria alia præcessisse necesse fuerit. Scio in Liturgia Cantica qvoqve varia concini: sed qvid hoc ad Echum, qvo Cantica ipsa & canentium voces mensurantur? 67

Triadicorum Canonum, qvi pro tonorum numero sunt octo, auctor est Metrophanes Episcopus Smyrnæus: reliqva, præter nonnulla, qvæ Anatolii Patriarchæ Constantinopolitani, & Theodori Studitæ sunt, omnia à Joannis Damasceni calamo proficiscuntur. In postremis editionibus in fine adduntur Troparia ἑωθιναὶ, *Matutina*, undecim Leonis Imperatoris, & tot alia *Exapostilaria* Constantini Porphyrogennetæ illius filii. Ex octo tonis qvos Octoëchus continet, duo tantùm editi sunt Latinè à Billio inter opera Damasceni. De Octoëcho, qvemadmodum & de aliis Damasceni libris, in opere nostro de libris Apocryphis, in Joanne Damasceno diximus. 68

VIII. Octavus sit ᾠδαριὸν, d) qvam ᾠδαριὸν βιβλίον Gennadius, & aliqvando tantummodò ᾠδαριὸν vocat.

d) *Prodiit Paracletice Venet.* 1610. *deinde opera Nicephori Paschalei ibid. apud Antonium Pinellum* 1625. *& curante Theophylacto Hieromonacho, ibid.* 1640. *hoc titulo:* παρακλητικὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ, περιέχουσα τὴν πρέπουσαν αὐτῇ ἀκολουθίαν. *Nihil fere aliud est quam Damasceni Octoechus, à Græcis subsequentibus temporibus admodum auctus, unde & ὀκτώηχος νέα vocatur, & Josephum (Melodum) auctorem habuisse dicitur.* Hæc præstantissimus Caveus. Qvæ in hoc libro reprehendit Allatius, vide infra diss. 2. p. 283. seq. Ab hoc differunt qvi passim memorantur κανόνες παρακλητικοὶ hymni imploratorii v. g. ad B. Virginem, de qvibus Cangius.

2011 Ministerio de Cultura

cat. Differt ab aliis Græcorum libris Eccleſiaſticis, qvòd in aliis certa ſunt certis diebus decreta Officia, Canones, ſeu Troparia, qvæ recitari ſolent, qvibus finitis reponuntur, donec eadem tempora remeent, cum rurſum ad recitandum ſuscipiuntur: ut Triodion, qvod Qvadrageſimæ præcipuè Officia: Pentecoſtarium, qvod à die Reſurrectionis ad Pentecoſtem: Menæa, qvæ ſingulis menſibus. Paracleticus tantùm ſemper præ manu eſt, & omnibus diebus aliqvid in eo invenitur qvod ſive in Miſſa, ſive in Veſperis, ſive in Matutino, ſive in aliis Officiis recitatur. Qvando enim in aliis Officiis propria deſiderantur, qvæ ad complementum Officii pertineant, ad hunc lector remittitur. Dicitur, ut puto, παρακλητικὸς, *Paracleticus*, qvaſi *Conſolatorius*. Videntur enim omnia qvæ in eo ſunt, eò maximè ſpectare, ut peccatorem conſolentur, hortentur, & qvaſi vi qvadam compellant, ut de commiſſis pœnitentiam agat, & DEum qvem peccando offenderat, pœnitentiâ ac precibus ſibi propitium reddat.

69 Hinc modô Angelorum opem, modò Apoſtolorum, modò Martyrum, modò Confeſſorum, aliorumqve Sanctorum, prout diei cujus Officium recitatur, ratio expoſcit. Unde etiam Paracleticus dici potuit, qvaſi *Invocatorius*, vel *Imploratorius*. Dividitur in octo partes, qvos Græci ἤχους appellant. Uno nempe Echo Officia unius hebdomadis implentur, altero ſubſeqventis, & ſic de ſingulis, qvibus finitis, denuò ab initio exordiuntur: & ſic perpetuo iſto circulo materiam DEum laudandi perpetuam ſibi & nunqvam deficientem ſuppeditant. Differt ab Octoëcho, qvod ille tantummodò, ut diximus, à primis Veſperis ad Miſſam Canones & Troparia continet, Paracleticè & illa, & multo plura, cum & ſubſeqventes Veſperas, & aliorum dierum inter hebdomadem Officia integra exhibet. Ingens, ſed apprimè neceſſarium, & defectus aliorum ſupplens volumen. Qvænam vero in eo continentur, brevibus exponit Joannes Nathanael epiſtolâ ad Metrophanem Patriarcham Conſtantinopolitanum libro præfixa, ne ipſe ea referendo longior ſim.

IX. No-

2011 Ministerio de Cultura

IX. Nonus est Τεταδιον, *Triodium*, e) è Cantionum, sive Canonum ita dictorum, qvibus abundat, ratione, & modo, ita appellatus. Cæteri namqve Græcorum Canones, qvi in Officiis divinis in usu sunt, novem Odis seu Strophis constant. At qvi in isto volumine continentur, tribus tantum conflantur: continetqve Officium in Ecclesiis eorum recitari solitum à Septuagesima, qvam illi vocant Dominicam Publicani & Pharisæi, ad 70
Sabbatum sanctum. Nicephorus Callistus in Synaxario: Κατὰ τὴν παροδσαν ἡμέραν σὺν θεῷ καὶ ἐκ τριῳδίου δεχόμεθα, ὃ πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων μουσουργῶν ἡμῶν πατέρων ἄρσεσι καὶ ὡς ἐχρῆν ὑπὸ ἁγίου κινούμενοι πνεύματος ἐμελούργησαν. πρῶτον δὲ πάντων τοῦτ' ἐπενόησε, τὰς τρεῖς φημι τῶν ᾠδῶν, εἰς τύπον, οἶμαι, τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος ὁ μέγας ποιητὴς Κοσμᾶς, ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ ἁγίᾳ τῶν παθῶν ἐκ Κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χρισοῦ ἑβδομάδι, ἐκ τὴν ὀνομασίαν ἁρμοδὸν ἑκάσης ἡμέρας ἀφ' ὧν ἀκροστιχίδων ὑπενόησας τὰ μέλη. ἐξ οὗπερ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν πατέρων, καὶ μᾶλ-

e) Videndus de Triodio præter Cangium, Svicerum & Caveum Baronius ad A. C. 842. n. 27. Prodiit Venetiis A. 1620. fol. & Theophylacti Hieromonachi cura recognitum ibid. apud Pinellum A. 1644. hoc titulo: τριῴδιον ψυχολέσατον περιέχον τὴν πρέπουσαν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ ἅπασαν ἀκολουθίαν. Synopsin Triodii & Pentecostarii à Nicephoro Callisto scriptam versibus Jambicis, subjectamq; carminibus Cyri Theodori Prodromi, excusis Basil. apud Jo. Bebelium A. 1536. qvia brevis est, hoc loco adscripsi: Τριωδίου σύνοψις ἀκριβεσάτη. Ἐγὼ δὲ τριῴδιον ταῦτα σοι φέρω, παραβολὴν πρωΐτατα τοῦ Φαρισαίου, μεθ' ἣν ἀσώτου καὶ ψυχῶν μυείαν ὅλων, τὴν δευτέραν τοῦ λόγου παρουσίαν, τῆς τυροφάγου τὰς διφυεῖς ἐννάτας, μυείαν ἁπάντων τῆς ἐρήμου πατέρων. Ἔκπληξιν Ἀδὰμ τῆς τροφῆς τοῦ χωρίου, τὸ θαῦμα τοῦ τρήρωνος. Ὀρθοδοξίαν, σαυροῦτε προσκύνησιν, κανόνα μεγαν τὸν ἀκάθιστον, καὶ ταφὴν τοῦ Λαζάρου, ἔγερσιν αὐτοῦ καὶ νικῆς τὰ βάια. πάγκαλον αὖθις καὶ συκῆς ξηρᾶς τύπον, παραβολῆς ὕψωμα παρθένων δέκα, δάκρυα πόρνης, καὶ πολύτιμον μύρον, τὸ μυσικὸν δεῖπνον τε, νιπτῆρος βάθος, Χριστοῦ προσευχὴν καὶ προδοσίαν πάλιν, τὰ φρικτὰ πάθη τὴν σφαγὴν καὶ τὸ ξύλον, τὴν ἀποκαθήλωσιν, ἐν τάφῳ θέσιν, θρῆνον τ' ἐπιτάφιον, γυναικῶν μύρα. Χαρᾶς τὸ πάσχα, τὴν ἀνάστασιν λέγω, τὴν ψηλάφησιν τοῦ θωμᾶ, μυροφόρους, τὸν παράλυτον, πεντηκοστῆς τὴν μέσην, τὴν Σαμαρεῖτιν, τυφλὸν ὡραματωμένον, Χριστοῦ τε λῆψιν πρὸς πόλους ἀνωτάτω, καὶ πατέρων ἄθροισμα τῶν ἐν Νικαίᾳ, τὴν πεντηκοστὴν καὶ τοῦ πνεύματος χύσιν, πληθύντε πάντων ἁγίων τῶν ἐν βίῳ. Hunc Nicephorum Callistum & Philotheum Patriarcham CPol. nonnulla ex odio in Romanam Ecclesiam inseruisse qvæ in antiqvioribus Triodiorum exemplaribus non reperiantur, conqveritur Allatius de Synodo Photiana p. 528. & prolixius infra diss. 2. p. 113. seq.

2011 Ministerio de Cultura

λου τῶν ἄλλων Θεόδωρός τε καὶ Ἰωσὴφ οἱ Στουδῖται κζ' ζῆλον ἐκείνου, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἑβδομάσι τῆς ἁγίας μεγάλης τεσσαρακοστῆς σπουδαζόμενοι τῇ αὐτῶν μονῇ τῶν Στουδίου πρῶτον ᾠδὰς ἐποιήσαντο μᾶλλον τὰς ᾠδὰς καταπύξαντες καὶ ῥυθμίσαντες. Et infrà: Καταχρηστικῶς δὲ τριῴδιον ὀνομάζεται. ὃ γὰρ ἀεὶ τριῴδια ἔχει. καὶ ὁλοτελεῖς καίτοι ποιοῦνται. ἀλλ' οἶμαι ἀπὸ τοῦ πλεοναζόντως τὴν ἐπωνυμίαν λαβεῖν, ἢ ἀπὸ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος, ὡς εἴρηται, πρώτως γινόμενα. σκοπὸς μέντοι τοῖς ἁγίοις ἡμῶν πατράσι διὰ τῆς βίβλου τοῦ τριῳδίου πάντας ἐν συντόμῳ τὸ πᾶν τὰς περὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας ἐξ ἀρχῆς ἀναμνῆσαι, καὶ εἰς ὑπόμνησιν πᾶσιν ἐνθεῖναι. &c. *Hoc verò die, ita* DEo *annuente, Triodion incipimus, quod multi sanctorum & Deiferorum vatum nostrorum Patrum optimè, & uti addecebat, à Spiritu sancto moti modulati sunt. Primus omnium illùd, tres inquam Odas, in figuram, ut existimo, sanctæ &*
71 *vivificæ Trinitatis excogitavit magnus Poëta Cosmas, in magna sanctaque Passionis Domini & DEi & Servatoris nostri* JEsu *Christi hebdomade, appellatione ferè cujuslibet diei per acrostichides cantus concinnans: ex quo & reliqui Patres, & inter eos præcipuè Theodorus & Josephus Studitæ eum æmulati in aliis hebdomadibus sanctæ magnæ Quadrageſimæ componentes proprio Studiorum monasterio tradiderunt, Odas istas magis ac magis protrahentes & accommodantes.* Et paucis interjectis: *Triodion porrò impropriè dicitur, non enim semper Triodia habet, cùm integros etiam Canones proponat. Puto tamen nomen ex abundanti assumpsisse, vel propter magnæ hebdomadis Canones sic dictos. Scopus sanctis nostris Patribus fuit per universum Triodii volumen, quasi in compendio, divinum erga nos beneficium ab ipso principio recensere, & in memoriam omnium inducere.*

Et sanè Triodion magis latè patet, qvàm qvod acceperint nonnulli, qvi ex Gennadii verbis ambiguis cap. 4. Ἀδουσι μὲν μελῳδιῶν καθ' ἡμέραν, καὶ μωσιάγα, καὶ τριῴδια καὶ λόγοι. Et Menologio: Δεῖ εἰδέναι, ὅτι τὸ πεντήκοστον τριῴδιον εἰς τὸ ἀπόδειπνον ψάλλεται. Canticum divisum in tres partes, qvas Odas appellabant, Triodion esse existimant, attamen ex verbis Ritualis Græcorum: Ψάλλομεν τῆς ὀκτωήχου ἀναστάσιμα τρία, καὶ ἀνατολικὰ τρία, καὶ τοῦ τριῳδίου ἰδιόμελα δύο. Et Evchologio: Εἶτα τὸ μαρτυρικὸν, τὰ τρία πεντήκοστα τοῦ τριῳδίου, καὶ τὰ τρία τοῦ μωσαϊκοῦ: non de Cantico, sed de libro, in qvo ejuscemodi Cantica sunt, intelligendum esse manifestò concluditur: cùm genus id Troparii, qvod

2011 Ministerio de Cultura

qvod Idiomelon & Proſomion vocant, Cantici ejuscemodi Tro- 72
parion eſſe non poſſit, cum illa omnia ad alterius cantum hirmumqve accommodentur: & Idiomelon, præſertim vagum, & per ſe proprium cantus modum habens, qvi Triodion haud dici poteſt: qvia tamen in libro Triodio dicto legitur, Triodii Troparium fuerit.

Et animadvertendum eſt hîc obiter, qvemadmodum hymnus, ſive cantus, ſive malis Canon, qvi tribus Odis perficitur, Triodion dici ſvevit, ita & eum qvi duabus conſtat, διῴδιον, *Dioïdion* dici, ἕτερον διῴδιον. ὁ ἤχ῾ος αὐτὸς, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς τέτρτη, & eum qvi qvatuor. τετραῴδιον, *Tetraodion*, perperamqve correctum qvod hodie benè editur in Cedreno de Marco Monacho: ὁ σοφώτατ῾ος μοναχὸς Μάρκ῾ος, οἰκονόμ῾ος ὢν τῆς τοιαύτης μονῆς, ὁ τὸ τετραῴδιον τοῦ μεγάλου σαββάτου ἀναπληρώσας τοῦ κυροῦ Κοσμᾶ, πολλὰ κατεδεήθη τοῦ βασιλέως. Xylander vertit: *Et quidem ſapientiſſimus monachus Marcus ejus Monaſterii diſpenſator, qui Tetraodion magni Sabbati complevit, quod habet Cyri Coſmæ multis Imperatorum deprecatus eſt.* Cùm vertere debuiſſet: *Sapientiſſimus Monachus Marcus, illius Monaſterii Oeconomus, qui in magnum Sabbatum Tetraodion domini Coſmæ complevit, multis Imperatorem deprecatus eſt.* Marcus etenim ille Coſmæ Melodi, non Patriarchæ, & qvi unà cum Damaſceno vixerat, Tetraodion in magnum Sabbatum in abſoluti Canonis formam, Odas addendo, qvæ illi deerant, redegit. Qvid hîc de Thomis ac Coſmis argutamur? Qvis 73
Coſmam, Majumenſem Epiſcopum, præcipuum inter melodos, & hymnographos Græcos, dummodo Græcorum libros inſpexerit, ignorat? Et futile eſt dicere Joannem Curopalatem ſua ex Cedreno, qvi è Curopalata omnia hauſit, exſcripſiſſe. Ut ſe res habuit, habeo ex Gregorio, ſeu Georgio Metropolita Corinthi in expoſitione illius Canonis. Ποίημα Μάρκου μοναχοῦ ἄρχει τῆς πέμπτης ᾠδῆς, καὶ αὐτῆς Φέρων ἀκροστιχίδα, καὶ σήμερον δέ. τῆς δ' ἕκτης ἡ ἀκροστιχὶς, καὶ τῶν ἑξῆς ᾠδῶν, αἵτινές εἰσι Κοσμᾶ μοναχοῦ τετραῴδιον συνέζευκται τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης σαββατου, ἧς ἐστὶ μὲτὰ στίχου ἰαμβικοῦ, παρασάββατόν τε σάββατον μέλπω μέγα, καὶ παρενεῖρε τὰ ἑαυτοῦ ἄσματα ὁ θεῖ῾ος οὗτ῾ος Μάρκ῾ος, καὶ σήμερον εἰρηκώς, ἤγουν αἱ πεποιημένα τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης ἑβδομάδ῾ος ἡμέ-

2011 Ministerio de Cultura

ἡμέραν τοῖς θείοις ᾄσμασιν ἐνεπλήρωσεν ὁ ἀξιοτίμου καὶ σοφωτάτου Κοσμᾶ τὴν μελῳδόν, καὶ σήμερον ἃς τὰς ἐλλειφθείσας ἐκείνῳ τέσσαρας ᾠδὰς, ἐγὼ φησιν, ἀνεπλήρωσα. *Opus Marci Monachi usque ad quintam Odam ipsam, habens acrostichidem καὶ σήμερον δὲ, sextæ verò acrostichis, & subsequentium, quæ sunt Cosmæ Monachi Tetraodion, conjungitur cum ea, quæ est Triodii sanctæ & magnæ Parascevæ, ea carmine Jambico sic concipitur:* προσάββατόν τε σάββατον μέλπω μέγα. *Ubi inseruit sua Cantica divinus hic Marcus, & σήμερον hodie dicens, Præsanctificatæ scilicet sanctæ & magnæ Hebdomadis dies divinis cantibus cohonestatæ sunt, sanctis hymnis & canticis veneratione digni, & sapientissimi Cosmæ Melodi; &*
74 *hodie verò relictas ab eo quatuor Odas ego, ait, complevi.* Nicephoro Callisto in Synaxariis: Ὥσπερ δὴ καὶ ὁ θεῖος Κοσμᾶς ἐν τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ τέθεικε τετραῴδιον ἐκεῖσε πεποιημένως, καὶ ἐς ὕστερον ὁ σοφώτατος βασιλεὺς Λέων κελεύσας εἰς τέλειον κανόνα ἦγε διὰ τοῦ ἱδρουντος καὶ μοναχοῦ Μάρκου ἱερέως. *Quemadmodum & divinus Cosmas in magnum Sabbatum* τετραῴδιον *composuit, licet postmodum sapientissimi Imperatoris Leonis mandato Marcus Monachus Episcopus Hidruntinus in perfectum Canonem terminaverit.* Nec alia fuerint qvæ ex Triodio & Typico afferri possent. Et omnium accuratissimè Theodorus Prodromus in Herilium festivitatum Canones, expositione in Canone Sabbati sancti: ὁ πλεῶν καινῶν ποίημα μέν ἐστιν ἄχρι καὶ πέμπτης αὐτῆς Μάρκου ἐπισκόπου ἱδρουντος, ἐκ δὲ ταύτης ἄχρις ἐννάτης τοῦ μεγάλου ποιητοῦ Κοσμᾶ. ἀλλὰ πολὺ ὕστερον ὡς ἐξ ἀγράφου ἔχομεν ᾠδοποιΐας, γυνή τις τῶν Ἀπατηλιδῶν σοφὴ, καὶ παρθένος Κασία τοὔνομα τὰ τε μέλους δεχηγὸς ἐχρημάτισε, καὶ τὸν κανόνα συνεπεράνατο. οἱ δὲ ὕστερον τὸ μέλος μὲν ἀγαπάμενοι, ἀναξίον δ' ὅμως κρίναντες γυναικείοις συμμίξαι λόγοις τὰ τοῦ Ἡρωος ἐκείνου Κοσμᾶ μουσουργήματα, τὸ μέλος ᾠδοδόντες τῷ Μάρκῳ, καὶ τὰς εἱρμοὺς ἐγχειρήσαντες τῷ πλοκίῳ τῶν τροπαρίων τούτῳ μόνῳ ἐπέτρεψαν. καὶ ἔοικεν ἀληθεύειν οὗτος ὁ λόγος, οὔτε γὰρ τοῖς τῶν εἱρμῶν στοιχείοις εἰς τὸ ἀκροστιχίδα χρᾶται ὁ Μάρκος, καίτοι συναιρομένοις αὐτῷ τὰ πολλά, αὐτίκα γὰρ Δ, Κύματι θαλάσσης, τὸ πᾶσα. καὶ πάλ, σὲ τὸν ὑδάτων, τὸ σῖγμα συντελοῦσιν αὐτῷ εἰς τὸ ἀκροστιχίδα, ἀλλὰ ταῦτα καταλιπὼν ὡς ἀλλότρια, καὶ οὐχ ἑαυτοῦ ποιήματα ὄντα, αὖτ' ἐκείνων
75 ποιεῖται τροπάρια, ἀπὸ μὲν τοῦ πᾶσα δεχόμενον τὸ, κύματι θεήμου, ἀπὸ δὲ τοῦ σῖγμα, τὸ, σύμβολα τῆς ταφῆς σου. ἔκ τε οὖν τούτου δῆλον ὅτι τὸ μὴ τοῦ Μάρκου εἶναι τὸ μέλος καὶ τοὺς εἱρμοὺς, καὶ ἐξ ἐκείνου ἦ οὐχ

2011 Ministerio de Cultura

οὐχ ἧττον δὲ λέγειν ἐν τῷ εἱρμῷ τῆς πρώτης ᾠδῆς, ἀλλ' ἡμεῖς ὡς νεάνιδες τῷ κυρίῳ ᾄσωμεν. νεανὶς γὰρ οὖσα δηλονότι καὶ ἡ μελοποιὸς, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐμφῆναι θέλουσα, ὅτι γυναικός ἐστι τὸ μελούργημα. ἐπεὶ δύο χορεῖαι ἦσαν ἐν τῇ ἐξόδῳ τὴν πρώτην ᾠδὴν ᾄδουσαι, μία μὲν ἀνδρῶν ἑτέρα δὲ γυναικῶν, αὐτὴ τὴν τῶν ἀνδρῶν παρωχαμμένη, ὡς οὐκ αὐτὴς, ὡς αἱ νεάνιδες, εἶπε, τῷ κυρίῳ ᾄσωμεν. ἀλλὰ ἤδη δὲ τὴν ἀκροστιχίδα τοῦ κανόνος ἐπισκεψώμεθα, δισσήν τινα καὶ ταύτην οὖσαν, καὶ οὕτως εἰπεῖν, ἢ δικόρυφον ὡς ὁ παρνασσὸς, ἢ δίθεμον ὡς οἱ Διονύσου ὕμνοι, ἢ ὡς τὰ ἔντε χέρσῳ καὶ θαλάσσῃ ζῶντα τῶν ζώων ἀμφίβια. ἔστι δὲ μὴν τὸ τετραῴδιον ἔμμελες τὰ ἐπὶ τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ μέλη, μέρος ἰάμβου ἐστὶν ἡ ἀκροστιχὶς ἐκείνου λέγω ἰάμβου τοῦ δ, προσάββατόν τε σάββατον μέλπω μέγα. οὗ ἰάμβου τὸ ἥμισυ μὲν προείληφεν ἡ μεγάλη ὠδαριὴ τὸ, προσάββατόν τε, τὸ δὲ λοιπὸν ἥμισυ τὸ, σάββατον μέλπω μέγα, ἐνταῦθα παρελήφθη. ἐπεὶ δὲ ἐδέησεν ἐκπαθῆσαι τὸ μέλος καὶ τὸ τετραῴδιον ὅλον κανόνα ὁλόκληρον, ἀναλόγως συνολοκληροῦται καὶ ἡ ἀκροστιχὶς, καὶ αὐτὶ μέρους ἰάμβου ὅλος ἴαμβος γίνεται. ὥδεπη ἔχει καὶ σήμερον τὸ σάββατον μέλπω μέγα. *Præsens Canon opus quidem est ad quintam ipsam Odem Marci Episcopi Hidruntini, ab eaque usq; ad nonam magni Poëtæ Cosmæ, sed multò antè, ut ex non scripta traditione discimus, mulier quædam nobilis casta, & virgo cui erat nomen Cassiæ, ejusmodi modulationis prima fuit auctrix, & Canonem ipsum absolvit, qui verò eam subsequuti sunt melos admirati, dignum nihilominùs judi-* 76 *cantes muliebribus sermonibus Heroïs illius Cosmæ cantiones conjungere, melos tradentes Marco, & hirmos consignantes Tropariorum compositionem, illi soli commiserunt. Et sanè traditio hæc non videtur à veritate aberrare, neque enim hirmorum literis capitalibus in acrostichide Marcus utitur, licet illi multum conferrent: statim enim illius,* κύματι θαλάσσης, unde majus K, nec non illius, σὲ τὸν ἐπὶ ὑδάτων, te super aquas. Σ. *quàm maximè illi in acrostichide conducunt, sed his neglectis tanquam alienis nec propris operibus loco eorum Troparia conscribit* à K *quidem incipiens illud,* κύριε θεός μου, Domine DEus meus, *ab* Σ *verò illud,* σύμβολα τῆς ταφῆς σου, symbola tuæ sepulturæ. *Ex hoc utroque manifestum est melos hirmosque Marci non esse, & eo etiam æquè probè evincitur cùm dicat in primæ Odæ hirmo:* Sed nos tanqvam juvenculæ Domino cantemus. *Juvencula enim cùm esset ipsa modulationis artifex, & hoc idem ostendere volens Canticum illud mulieris esse, cùm duæ essent Choreæ apud Exodum, primam Odem canentes, unæ quidem ex masculis, altera ex feminis, ipsa masculorum spernens, veluti*

2011 Ministerio de Cultura

luti quæ mulier erat, tamquam juvenculæ dixit DEo canamus. Verumtamen & ipsam Canonit atrostichidem, duplicem illam quoque, & ut ita dicam, bicipitem veluti Parnassum, vel dithyrambum, ut sunt hymni in Bacchum, velut ea quæ & in mari, & in terra vivunt animalia amphibia considerabamus. Donec enim Tetraodion erat, quod in sancto Sabbato concinitur melos, Jambi principium erat acrostichidis, illius nempe, qui
77 *incipiebat,* προπάσβατόν τε σάββατον μέλπω μέγα, ante Sabbatum, Sabbatum cano magnum. *Cujus Jambi mediam quidem partem præripuit magna Parasceve, nempe* προσάββατόν τε, ante Sabbatum, *reliquum vero, nempe* σάββατον μέλπω μέγα, Sabbatum cano magnum, *hoc in loco relictum est. Attamen cùm opus esset melos elongari, & Tetraodion integri Canonis partes sustinere proportione quadam & acrostichis integratur, & Jambi mutili loco, Jambus integer succedit hunc in modum:* καὶ σήμερον ὃ σάββατον μέλπω μέγα. Et hodie verò Sabbatum cano magnum. Xylander notis in Cedrenum num. 235. nugatur suo more: *Tetraodion videtur hymnus quatuor partibus seu carminibus constans fuisse, sed quid illud Cyri Cosmæ sit, viderint alii.* Frustra itaqve hîc plura de Cosma congererem, res est satis aperta. Spondeo tamen me plura dicturnm, in eo, qvem præ manibus habeo tractatum, f) *de Melodis Græcorum*.

X. Triodion seqvitur πεντηκοστάριον, g) *Pentecostarium*, qvi erit decimus. Gennadius c. 4. ἄδονται μὴ μελῳδιῶν καθημέραν, καὶ μιμιαῖα, καὶ τεκῴδια, καὶ λόγοι, καὶ μεταφρασὴς, καὶ πεντηκοστάρια. καὶ στιχηρὰ, καὶ ζοπάρια. Anthologium: ζήτει εἰς τὸ πεντηκοστάριον κυριακὴ ἕκτη μὴ τὸ πάσχα. Continet Officium ab ipso die Paschatis usqvè ad octavam Pentecostes, qvæ Dominica ab iis, omnium Sanctorum nuncupatur. Celebratur namqve in ea omnium Sanctorum memoria. Nomen libro inditum est à Pentecoste. Et sic Officium à Dominica Septuagesimæ ad
78 Octavam Pentecostes in Triodio, & Pentecostario continuatur, hoc-

f) Hunc librum etiam promittit infra pag. 81. & cum auctore intercidisse inprimis dolendum est.

g) Etiam in Pentecostario plura à recentioribus addita conqveritur Allatius infra diss. 2. p. 229 seq. ubi editionem Venetam A. 1579. 4. perstringit. Vidit iterum lucem ibid. 1568. 4. & 1618. fol. Theophylacti Hieromonachi cura, & 1642. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῷ πεντηκοσταρίῳ ἀρχομένη ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης κυριακῆς τοῦ Πάσχα πρωΐ, καὶ καταλήγοντος μέχρι καὶ τῆς κυριακῆς τῶν ἁγίων πάντων.

2011 Ministerio de Cultura

hocqve in ipso titulo libri declaratur. ἀρχὴ σὺν θεῷ ἁγίῳ τοῦ πεντηκοσταρίου ἀρχομένου ἀπὸ τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα πρωΐ, καὶ καταλήγοντος μέχρι καὶ τῆς κυριακῆς τῶν ἁγίων πάντων. *Principium DEi gratia Pentecostarii incipientis à sancta & magna Dominica Paschatis, & finientis in Dominica omnium Sanctorum.*

Legi etiam in Bibliotheca Barberina Josephi melodi Triodia à Paschate ad Pentecostem ipsam Cod. 118. adhuc inedita, digna tamen qvæ in commodum Ecclesiæ Catholicæ edantur. Ut hinc videas qvantum in compingendis similibus Canticis ingenia humana in omnes se formas vertendo luserint. Qvid prætereà in his duobus postremis libris dignum animadversione judicavimus, alibi scripsimus abundè, unde ea petenda sunt, ne bis eadem repetere cogamur.

XI. Undecimus sit duodecim voluminibus comprehensus, & qvi μηναῖον, vel μηνιαῖον dicitur. Typicum: ἰστέον ὅτι, εἰ ἑορτάζεται ὁ ἅγιος τοῦ μηναίου, καὶ δεύτερον τὸ ἐν τῷ μηναίῳ στιχηρὸν τοῦ ἁγίου. Menses singuli singula explent volumina, h) singulis diebus unius vel plurium Sanctorum Officium, qvorum

(Hhh) solem-

h) *Menæorum vastum opus excusum est Græcè Venetiis apud Pinellos, aliosque in fol. non uno & eodem tempore sed variis diversisque annis. Mensis* September *à quo annum suum Græci solent inchoare, prodiit cura Nicephori Paschalei Hieromonachi A.* 1628. *iterumque curante Theophylacto Tzanfuraro Hierodiacono A.* 1648. *hoc titulo:* Βιβλίον ἓν Σεπτεμβρίου μηνὸς περιέχον τὴν πρέπουσαν αὐτῷ ἅπασαν ἀκολουθίαν, *& sic in reliquis.*

September, October	*cura Nicephori*	A. 1628.	& *Theophylacti* A. 1648.
November	——	1626	—— 1649
December	——	1602	—— 1628
Januarius *cura Matthæi Galatiani, Cyprii Hieromonachi*		1603	—— 1629
Februarius *cura Nicephori*		1626	—— 1643
Martius *cura Theophanis Zenacii Hieromonachi*		1625	—— 1645
Aprilis	——	1625	—— 1638
Majus *cura Nicephori*		1625	—— 1642
Junius	——	1626 & *cura Theophanis Zenacii*	1645
Julius	——	1624 & *cura Theophylacti*	1642
Augustus	——	1625	—— 1642

Huic Clariss. Cavei observationi adde qvod antiqvior etiam exstat Menæorum editio, qvam cum

2011 Ministerio de Cultura

ſolemnitas eo die celebratur, digeritur. Troparia ſcilicet in primis & ſecundis Veſperis, Miſſa, & Canones in Matutino, aliisqve divinis Officiis recitandis, inter qvos Synaxaria rerum nempe geſtarum ab illis Sanctis, qvorum dies agitur, ſuccincta narratio: aliorum item Sanctorum, licet eorum Officium peculiare
79 non habeatur, eaqve vel prosâ vel carmine commemoratio, ſic à menſe Menæa appellantur. Ea pleriqve in rebus Eccleſiaſticis minùs accurati cum Menologiis confundunt, qvæ omninò diverſa eſſe, ex his qvæ infrà dicemus manifeſtum erit. In Menæa correcta & dono data Eccleſiæ Euchaitarum, extant carmina Joannis Evchaitarum Metropolitæ:

Υμνων ὑπελθὼν ἡμερησίων βίβλον,
Πᾶσαν τε Ἰούτων τὴν γραφὴν ἐπιξέσας,
Καὶ χεῖρα καὶ νοῦν, ὡς ἐνῆν καλαρτίσας,
Δῶρον φίλον δίδωμι, καὶ μάλα πρέπον
Τῷ προσατοῦντι Ἰοδ Ἰόπου σεφηφόρῳ,
Ος ἔνδον οἰκεῖ τῆσδε τῆς ἐκκλησίας,
Δι' οὗ τύχοιμι τῆς ἀκηράτου βίβλου,
Τῇ χειρὶ Ἰοδ πλάσαντος ἐγγεγραμμένου.

In eadem ejusdem.

Οὐ πολλὰ μὲν, κράτιστα πάντα δ' ἐνθάδε.
Οὐκ ἂν γὰρ ἔυροις ἀλλαχοῦ τὰ βελτίω.
Ἐβουλόμην δὲ ταῦτα μὲν τύπους μένειν.
Ἀντιγράφων εἶναι δὲ τὴν ὑπουργίαν.

Eis

cum Caniſio ante A. 1602. communicavit Velſerus, è qvibus teſtatur ſe eluiſſe maculas in Menologio, qvod ab Andrea Schotto acceptum vulgavit ex latina verſione Gvil. Sirleti Cardinalis. Porro Menæa ſed latius ni fallor accepto Menæorum vocabulo pro qvocunqve opere qvod Græce Menſium ordine de ſanctis agit, *Mediolanenſia* MSS. in Bibl. Ambroſiana allegat Papebrochius in Actis Sanctor. ut T. 1. Junii p. 621. 726. &c. & alia *Taurinenſia* T. 7. Maji p. 237. De Sophronii Patriarchæ opera cum Joanne Damaſceno impenſa in reſtituendis Menæis adi eadem Acta Sanctor. ad diem XI. Martii, & qvæ de Menæis præter Svicerum, Cangiumqve Bollandus ad T. 1. Act Sanctor. Februarii p. XXI. qvi nihil in illis hæretici nihil ſchiſmatici contineri profitetur prolegom. ad T. 1. Januar. p. LV. Duo Menæorum menſes commode poſſunt compingi uno Volumine in fol. Ex Menæis decerptum *Anthologium* Græcorum qvod cum præfatione Antonii Arcudii ad Clementem VIII, qvi illud approbavit, excuſum eſt Romæ A. 1598 4. Etiam Matthæi Raderi S. I. Viridarium Sanctorum editum Auguſtæ Vindel. 1604. 4. multas hiſtorias è Menæis verſas continet, voluitqve Raderus (ut Bollando etiam notatum p. LV. prolegom. ad Tomum I. Januarii) integra Menæa Græce ac latine in lucem emittere.

2011 Ministerio de Cultura

Εἰς τὰ διορθωθέντα βιβλία.

Καλὴν δεδωκὼς τοῖς βίβλοις ὑπουργίαν,
Αὐτὸς πονηρὰν ἀντιλαμβάνω χάριν.
Τῶν μὲν γὰρ ἤδη τὰς νόσους ἰασάμην.
Ἐγὼ δὲ σωτέτηκα, καὶ κακῶς ἔχω.
Κόπων τὸ σῶμα σωτριβεὶς ἀμετρίᾳ.
Ἀλλ' οἱ τρυφῶντες ἐν πόνοις ἀλλοτρίοις,
Καὶ ταῖς ἐμαῖς πλέοντες εὐδίαις ζάλαις,
Πρὸς κύριον μέμνησθε τοῦ κεκμηκότος.

Laudes perorans publicas voluminum
Horum vetuſto litteras mundans ſitu
Senſus, notasque, quoad potui, coordinans
Libens amicum, illuſtra, conducibile
Munus ſodali detuli huic ſtephephoro
Qui in hoc fideli præſidet templo vigil;
Ut particeps hinc fiam ego haud æquabilis
Libri, creator ipſe quem ſcripſit manu.

Aliud.

Quære ne multa, potiſſima illic omnia:
Nam nunquam in ullo reperies melius loco.
Verùm iſta vellem de ordine haud moverier,
Tantum antigraphorum vim, eſſeque miniſterium.

Aliud.

Pulchrum exhibens volumini negotium,
Malam inde & ipſe gratiam capio miſer.
Illius inhians quando valetudinem
Ego perinde me bene haud habeo, terens
Corpus labore, membra ſtudio deprimens.
Sed cæterorum qui fruuntur commodo,
Sudoris, & tranquilla tempeſtatibus
Meis legendo navigant ſpatia freti,
Memores laborantis velim ad DEum mei.

Cùm verò in Menæis ejusmodi & aliis Græcorum libris in ſolemnitatibus Sanctorum, qvandoqve plures qvàm opus ſit, Cano-

2011 Ministerio de Cultura

nes appositi sint, scias illud in ea Ecclesia observari, qvod habeo ex Typici cap. 7. Ιστέον ὴ καὶ τοῦτο, ὡς εἴπερ ἔχει τὸ μηναῖον ἐν μνήμῃ ἁγίου τινὸς κανόνας διαφόρων ποιητῶν. εἰ μὲν ὅτι κανὼν ὁ τοῦ κῦρ Κοσμᾶ,
81 πρηγελιτέω, εἰ ὴ τ κῦρ Ιωάννου καὶ ἑτέρων, τ Ἰωάννν πρηγείνεσθαι. Εἰ δὲ τ κῦρ Θεοφάνης καὶ ἑτέρων, ὁ τ κῦρ Θεοφάνους πρηγείνεσθαι· πρηλιμηνιτέω. εἰ δὲ ὅτι τῶν ἄλλων. εἰ ὴ τ κῦρ Ιωσὴφ, ὅτι τῶν λοιπῶν πρητετίμηται ποιητῶν, τούτων δὲ μὴ ὄντων, οἱ τοῦ κῦρ Ιωάννου· αὐτῶν δὲ μὴ ὄντων, ἡ τοῦ κῦρ Θεοφάνους. ἁπάντων δὲ τούτων οἱ τοῦ κῦρ Ιωσὴφ τῶν λοιπῶν ἁπάντων πρηγείνονται. *Hoc quoque sciendum est, si Menæum habet in memoriam alicujus sancti Canones variorum Poëtarum, si Canon aderit domini Cosmæ, eum aliis anteponendum, si domini Joannis & aliorum, eum, qui Joannis est, anteponi: si domini Theophanis & aliorum, domini Theophanis anteponi, ille enim ante alios honorandus est: si domini Josephi, eum reliquis Poëtis præponi. Si cæteri defuerint, domini Joannis, si hi quoque defuerint, domini Theophanis, si hi etiam, domini Josephi cæteris omnibus præponi.*

At qvinam fuére hi Canonum & Tropariorum, qvibus Græcorum libri, & Paracletice, Triodion, Pentecostarium, & Menæa potissimùm abundant, auctores? plures ac varii, recentiores & veteres, supremi infimiqve nominis, de qvibus cùm fusè nimis egerim in Tractatu meo *de Melodis Græcorum*, i) nunc satis fuerit nomina tantummodo, eaqve non omnia numerasse. Sunt verò Anthimus, Timocles, Methodius Patarensis, Cosmas, Joannes Damascenus, Georgius Siculus, Georgius Nicomediensis, Romanus, Germanus Patriarcha, Anatolius Patriarcha Constantinopolitanus, Theophanes, Andreas Cretensis, Jose-
82 phus Studita, Theodorus Studita, Stephanus Sabaïta, Theodorus Siceota, Clemens, Byzas sive Byzantius, Cyprianus Monachus, Simeon Magister & Logotheta, Leo Imperator, Constantinus Porphyrogenneta, Arsenius Monachus, Photius Patriarcha Constantinopolitanus, Marcus Monachus, Cassia, sive Cassiana, sive Icasia, Joannes Euchaita cognomento Mauropus, Nicephorus Callistus, Nilus Xanthopulus, Nicolaus, Philippus, Basilius Monachus, Leo Magister, Sergius Hagiopolita, Stephanus Hagiopolita, Andreas Pyrus, Ephrem Cariæ, Simeon Thavmastorita, Philotheus Patriarcha, Basilius Pegoriota,

i) Horum melodorum Catalogum qvibusdam nominibus auctum, ordine Alphabetico cum observationibus nonnullis dabo infra ad calcem harum dissertationum.

2011 Ministerio de Cultura

riota, Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, Justinus Decadio, Joannes Archiepiscopus, Demetrius, Ignatius, Methodius Patriarcha, Christophorus Protoasecrita, Photius Monachus, Mauroleo, Procopius Chartophylax, Joannes Zonara, Euthymius Monachus, Hierotheus Monachus, Emmanuel Palæologus, Theophilus Imperator, Michaël Psellus, Theodosius Lascaris Imperator, David, Metrophanes, Emmanuel Phile, Athanasius, Nicetas Heracleensis, Paulus Amonius, Gabriel, Nicetas Stethatus, Joannes Stauracius, Theodorus Coetonita, Leo Peganius, Georgius Scyliza, Dorotheus Monachus, & alii, ne singulos recensendo tædio sim.

XII. Menologia k) non alia sunt (& erit duodecimus liber) qvàm qvæ Latinus *Martyrologia* vel *Calendaria* dixerit, nec aliud in illis habetur nisi vel Sanctorum vitæ qvolibet die per totum annum summatim expositæ, vel qvorum vitæ non habentur commemoratio, nullaqve ibi aut officii ordinandi, aut recitandi series continetur. Verum est tamen sæpissimè Menologiorum horum partem, eamqve non minimam in Menæis inter Canones post Odam sextam esse digestam, ut sine alterius libri ope, qvi officium in Ecclesia aut domi recitat, habeat unde celebrandorum Sanctorum historiolas, & commemorationes legat. Hoc Menologium apud Græcos non unum est, sed pro opportunitate temporis variam qvoqve faciem induit: aliud qvippe est qvod nobis Latinè tantùm ex versione Cardinalis Sirleti, Canisius in antiqvis lectionibus l) repræsentavit: aliud m) qvod seperatim hinc inde manuscriptum adhuc in Bibliothecis, & 83

k) Confer de his Bollandi prolegom. ad Tom. I. Januarii p. LIV. seq. Nam Rev. D. Zachariæ Grapii dissertationem, quam Rostochii A. 1697. edidit de Menæis & Menologiis Græcorum, non vidi.

l) Tomo II. Antiqvarum lect. p. 730-941. Ingolstad. 1602. 4. qvas nunc Roterodami cum observationibus suis recudi curat Vir Clarissimus Jacobus Basnage.

m) Hujusmodi Menologium MS. in Bibl. Cæsarea, Nessel. I. p. 347. Confer qvod Genebrardus latine præfixit Commentario in Psalmos. Et Menologium Metricum Græcum & latinum singulis versibus Hexametris, qvod cum alio Ruthenico iconibus expresso & observationibus suis illustrato Papebrochius præmisit Tomo I. Act. Sanctor. Maji. Idem memorat Menologium Slavo Russicum vetustissimæ impressionis, qvod ipsi reliqvit illustriss. Vir Jo. Gabriel Baro de Sparwenfeld, dictaviitq; alterum verbotenus translatum è variis MSS. & excuso Moscuæ A. 7187. hoc est Anno Christiano 1679. Vide T. I. Act Sanctor. Junii T. I. p. 135. 758. & Menologium qvod exhibet Possevinus in Apparatu sacro, voce *Rutheni*.

2011 Ministerio de Cultura

Barberina potissimum, qvòd & antiqvissimum est, asservatur: qvæ nec omnia sibi invicem respondent: aliud qvod post divinas Horas, n) Evangelium, Apostolum, aliosqve libros legitur. Menologium ex Menæis Græcorum in vernaculam versum à Maximo Margunio o) Evangelium, Apostolum, aliosq; libros legitur. Menologium ex Menæis Græcorum erutum, & in lingvam Græcorum vernaculam versum à Maximo Margunio o) Cytherorum Episcopo edidit Antonius Pinellus Venetiis anno 1529. in 4to.

Baronius anno Domini 886. refert Basilium Macedonem Imperatorem Græcorum Menologium scribendum curasse & augendum, p) atqve etiam imaginibus exornasse, qvibus
84 singulorum Sanctorum exprimerentur certamina: cujus ipsum autographum credimus, & legimus concessum nobis à Paulo Sfondrato sanctæ Cæciliæ Cardinale nepote Gregorii Papæ XIV. Menologium hoc auro, gemmisqve pretiosius Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam satis munificè advectum, Ludovico vitâ functo, Joannes Baptista Francisci Sfondrati Cardinalis parens, avusqve Nicolai Sfondrati Cardinalis in arbitrio ac potestate habuit, qvemadmodum monumenta alia, maximæqve æstimationis scripturas ejusdem Ludovici, apud qvem Baptistæ auctoritas plurimùm pollebat, ut ex diversis legationibus, qvas ille ob gravissima negotia apud omnes ferè Principes Christianos, Innocentium nempe VIII. Carolum Galliæ, Ferdinandum & Elisabetham Hispaniarum, Ferdinandum Neapolis & Siciliæ Regem, & tandem Rempublicam Venetam, ubi & mortem obiit, colligere possu-

n) In Græco precationum libello qvi ὡρολόγιον inscribitur. In hujusmodi precum libellis exstat & Menologium à *Christophoro* Patricio & Proconsule Mytilenæo in epitomen redactum. Aliud item excusum Venetiis A. 1535. qvod latino Calendario permixtum cum Nicephori CPol. Chronologia edidit Antonius Contius Paris. 1573. 4.

o) Menologium Margunianum latine vertere cœpit teste Bollando Matthæus Raderus S. I.

p) In Actis Sanctor. T. 2. Junii p. 808. rectius refertur ad A. C. 984. atqve eodem spectat qvod T. 1. Junii p. 274. dicitur scriptum ante annos septingentos. Basilius enim cujus jussu scriptum est illud Menologium non est Basilius Macedo sed Basilius II. junior Porphyrogenitus Romani II. filius, qvi præesse Imperio cœpit A. C. 975. Vide Cavei partem alteram Hist. literariæ ad A. C. 976. & Allatium infra p. 88.

2011 Ministerio de Cultura

possumus. Postmodum à Paulo Sfondrato Cardinali dono acceptum Paulus V. in Bibliothecam Vaticanam invexit, & præfixâ inscriptione significavit. PAULUS V. PONTIFEX MAXIMUS HUNC LIBRUM CONSTANTINOPOLI AD LUDOVICUM SFORTIAM MEDIOLANI DUCEM ALLATUM, DEINDE SERVATUM APUD SFONDRATORUM FAMILIAM A PAULO S. CÆCILIÆ CARDINALI SFONDRATO SIBI DONO DATUM, IN BIBLIOTHECAM VATICANAM INFERRI JUSSIT ANNO CIↃ IↃCXV. PONTIFICANUS XI. Liber 85
unam tantùm Menologii partem, q) qvando sex tantùm mensibus Septembre, Octobre, Novembre, Decembre, Januario, & Februario absolvitur, continet: altera qvibusnam caveis addicta lateat, incertum est, & utinam non communem sortem librorum passa, igne vel ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum manibus, elementorum etiam injuria in luce esse desierit. Scriptus est in folio grandi pergameno affabrè perpolito, licet ætate jam vieta aliqvantulum sublurido, formâ qvasi qvadratâ, characteribus elegantissimis, nusqvam pro illius atramenti facultate, qvod nigrum non tingit, nigricantibus. Capitales qvas vocant litteras auro efformantur, singularum pagellarum pars superior nomina Sanctorum illius diei repræsentat, alterius dimidia scripta compendio Sanctorum gesta, altera imaginibus coloribusqve non indiligenter, & pro eo tempore satis eleganter, sub oculos ponit. Picturam recentiores *miniaturam* vocant, neqve enim oleo, sed aqvâ gummiqve colores temperantur. Imagines non ab una manu promanant, ideoqve nec unius omnes conditionis, sed una alterâ concinnior, accuratior, & ad artem accommodatior excellit, & ne ἀδέσποτοι palarent, pictor qvilibet imagini à se depictæ in margine libri nomen expressit. Pictorum nomina sunt, Pantaleo, Michaël Blacher-
nita,

q) Hanc partem latine ex versione Petri Arcudii edidit Ferdinandus Ughellus Italiæ sacræ Tomo VI p 1048. seq. Rom 1644 fol. Græce etiam altera pars Menologii hujus Basiliani sive sex postremi menses Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius & Augustus exstant MSti in antiqvissimo Codice monasterii Cryptæ ferratæ in Latio, ex qvo Synaxaria Martii, Aprilis & Maji ad calcem Tomi primi cujusqve horum mensium Græce dedere Henschenius & Papebrochius.

2011 Ministerio de Cultura

86 nita, Georgius, Simeon, Michaël parvus, Menas, Nestor, Simeon Blachernita. Imagines ita disponuntur, ut una alteri adversæ non respondeat, sed litteris & Sanctorum vitis, qvare nunc superiorem partem paginæ, qvando alterius superior pars scriptionem refert, nunc inferiorem, qvando alterius inferior descripta est. Qvando liber scriptus sit, divinare non possumus, abhinc tamen annos 662. scriptum videntur indicare qvi operi præfiguntur Jambi. Hi verò sunt:

Ενλαῦθα νυῦ σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων
Αρισον ἔργον ἐξ ἀρίσων πραγμάτων,
Εργον θεοδ κάλλισον ἐκπλῆτλον φρένας,
Εργον τὸ τέρπον πᾶσαν εἰκότως κτίσιν,
Ανω γὰρ αὐτὸς ὡς θεὸς, ἠ̣ὲ δεσπότης
Ασρων χορείας ζωγραφήσας τὸν πόλον,
Ον οἷα δέρρίν ἐξέτεινε τῷ λόγῳ,
Κόσμον δαδουχεῖ πανσόφῳ προμηθείᾳ
Κάτω δ' ὁ τοδτον εἰκονίζων τοῖς τρόποις,
Αναξ ὅλης γῆς ἡλιϑ τῆς πορφύρας
Βασίλειϑ τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδϑ,
Κράτις ϑ ἀμφοῖν, ἠ̣ὲ τροπαίοις, ἠ̣ὲ λόγοις,
Ως ἄλλον ὄντως οὐρανὸν τεύξας βίβλον,
Εκ δέρρέων ἁθεῖσαν, ὡς ἔχϕ Φύσις
Φέρουσαν ὡς φωσῆρας ὡραίους τύπους
Πρῶτον μὲν αὐτῷ τοδ θεανθρώπου λόγου
Επειτα μητρὸς τῆς τεκούσης ἀσπόρως,
Σοφῶν προφητῶν, μαρτύρων, ἀποσόλων,
Πάντων δικαίων, ἀϑγέλων, ἀρχαϑγέλων,
Τῶν ὀρθοδόξων πᾶσαν εὐφραίνϕ φρένα.
87 Τέρπει δὲ πᾶσαν τερπνότητι ἠ̣ὲ θέαν.
Αλλ' ὅς περ εἰκόνισεν ἐκ τῶν χρωμάτων,
Εὗρε βοηθὸς πάντας ἐκ τῶν πραγμάτων,
Κράτους σωεργὸς, συμμάχους ἐν ταῖς μάχαις,
Παθῶν λυτρωτὰς, φαρμακευτὰς τῶν νόσων,
Εν τῇ κρίσϕ πλέον δὲ πρὸς τὸν δεσπότην
Θερμοὺς μεσίτας προξένους ἠ̣ὲ τῆς ἄνω
Δόξης ἀφράσου, ἠ̣ὲ θεοδ σκηπτοδχίας.

Ex versione Joannis Argoli.

Considera probè oculis hîc, ô qui aspicis,
Ex rebus optimis, opus certè optimum.

DEi,

2011 Ministerio de Cultura

DEi, inquam, opus pulcherrimum mentem impetens
Visu creata cuncta delectans meritò,
Ut namque suprà Rex Poli summi Artifex
Cœlum choreis condecorans clarum igneis,
Quod pellis instar vocis explicuit sono,
Mundum irradiat sapiente providentiâ,
Infraque ut ipsum moribus splendens paribus
Terræ plagas totius, & Rex purpuræ
Basilius, filiusque duplici potens
Fama triumphis scilicet, sermonibus,
Ut machinam polorum constituit librum
Ex pellibus protensum in ipso, quæ gerit
Natura cuncta deferens sidera, æthera,
Pulchras colore, nobilesque imagines,
Primam beatique hominis, & Verbi inclyti,
Dein puellæ matris absque semine
Sanctos Prophetas, Martyres, Apostolos,
Cunctos beatos Angelos, Archangelos,
Unde credentes allicit mentes pias
Oblectat oblectamine haud oculos minùs. 88
Sed quos colore fecit atque imagine
Habeat opitulantes, in armis asseclas,
Affectibusque vindices, morbo medicos,
In judicio medios precantes ad Dominum,
Et hospites salutis atque gloriæ
Ineffabiles, & imperî simul superi.

Et hoc est Menologium Baronio visum, nec abnuo; studio jusque Basilii Imperatoris descriptum, exornatumque imaginibus, nisi aliunde edoctus fuero, non credam, quemadmodum & Basilium hunc Macedonem fuisse, ex Jambis enim hic Basilius Porphyrogenneta asseritur, ἄναξ ὅλης γῆς ἥλιος τῆς πορφύρας Βασίλειος ὁ θρέμμα τῆς ἀλουργίδος: *Imperator terræ universæ sol purpuræ Basilius & alumnus.* Id de Macedone dici non potest, cùm neque Porphyrogenneta fuerit, nec Imperatore patre natus sit, neque adultus. Zonaras in Constantino Duca. τῷ μὲν βασιλείαν αὐθ καταλέλοιπε τρισὶν υἱέσιν, ὃς αὐτῷ ἡ σωΐεως Εὐδοκία ἐγείναπο. τὰς μὲν δύο τὸν Μιχαὴλ, καὶ τὸν Ανδρόνικον ἰδιοπεύονπ ἔπ, τὸν δὲ Κωνσαν-

2011 Ministerio de Cultura

Κωνσταντῖνον βασιλεύσαντι, καὶ αὐτὴ Αὐγοῦστα ἀναρρηθεῖσα. ὅθεν ἕτος μόνος Πορφυρογέννητος ἦν· ἐν αὐτίκα καὶ τῶν ἄλλων τοῖς βασιλικοῖς ἐκόσμησαν. *Imperium tribus filiis reliquit*, *quorum duos Michaëlem*, *& Andronicum Eudocia privato adhuc*, *Constantinum verò imperanti pepererat*, *cùm & ipsa Augusta appellata esset. Unde hic solus Porphyrogennitus fuit*, *ac statim præ cæteris imperii insignibus adornatus.* Ex eo nempe Porphyrogenitorum nomen emersit, ut qvi imperante patre nascerentur, sive in thalamo Porphyræ dicto, sive purpura obvoluti, Porphyrogennetæ r) dicerentur. Herodianus histor. lib. 1. de Commodo Marci Imperatoris filio: ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἡ τύχη οὐκ ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ πρὸ ἐμοῦ, οὐδὲ προσκτήτῳ σεμνυνόμενον ἀρχῇ, ἀλλὰ μόνον τε ὑμῖν ἐγὼ ἐν τοῖς βασιλείοις ἐπεκυήθην, καὶ μὴ περιφανέα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς ἡμέρας προελθεῖν ἡ βασίλεια ὑπεδέξατο πορφυρίς· ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἄνθρωπον ἥλιος καὶ βασιλέα. *Nunc me post Marcum patrem vobis fortuna principem dedit*, *non quidem adscititium*, *quales ante me fuerunt*, *neque veluti acquisito imperio gloriantem*, *quippe unus ego vobis natus*, *educatusque in aula*, *non quidem privatis obvolutus fasciis: statim me ut ex alvo prodieram imperatoria purpura suscepit*, *simulque sol hominem me vidit & principem.* Et Themistius orat. 6. de Valentiniano Gratiani Imperatoris fratre. πρῶτος δὲ δὴ τέως τῆς ὀλβίου οἰκίας ἐσπαργανώθης ἐν ἁλουργίδι. *Primus autem tunc inclytæ domus purpureis obvolutus es fasciis.* Dicitur tamen de Basilio juniore, qvi circa annum Domini 977. cum Constantino Porphyrogenneta imperium tenuit.

XIII. Esto decimus-tertius ἀνθολόγιον, s) *Anthologium*, primo sui ortu tenue, nec magnæ æstimationis, sed novis additionibus

r) Πορφύρα pro domo sive οἰκίσκῳ in septo Imperialis palatii CPolitani, in qva Imperatrices pariebant, passim occurrit ut in Typico Irenes Augustæ p. 140. Hinc *Porphyrogenitus*, qvi natus est Patre jam Imperatore. De qvo plura Martinus Hanckius de scriptoribus Byz. p. 462. & Cangius ad Alexiadem p. 223. atqve in CPoli Christiana p. 120. & in utroqve glossario.

s) Prodiit Venetiis 1621. fol. & A. 1639. apud Jo. Petrum Pinellum, curante Theophylacto Tzanphurnaro, Hieromonacho. Cui editioni Paschalion annorum 50. ab A.C 1642. ad 1692. subjicitur. Deniq; Anthologion excusum est A. 1697. in Hungarowalachia, emendante ac recensente Panagiota, Monacho Sinopensi. Ἀνθολόγιον

2011 Ministerio de Cultura

nibus semper excrescens, hac postremâ pro correctorum libidine immensum factum est, adeo ut, ut ita dicam, in monstrum evaserit. Indicat titulus: ἀνθολόγιον ἔ ὅλου ἐνιαυτοῦ περιέχον ὑμνους καὶ ἑτέρας ἀναγκαίας ἀκολουθίας τε καὶ ἑρμηνείας οὐκ ὑπαρχούσας ἐν τοῖς προτυπωθεῖσιν ἀνθολογίοις. *Totius anni Anthologium continens & alia quædam necessaria officia, & interpretationes, quæ in prioribus Anthologiis desiderabantur.* Potissimùm tamen in eo continentur officia, qvæ per annum in Domini nostri JEsu Christi, Beatæ Virginis, & reliqvorum celebrium Sanctorum solemnitate decantantur. Sequuntur officia qvæ *communia* dici solent in unum vel plures Prophetas, Apostolos, Martyres, Pontifices, Confessores, & alios. Tum demùm multa ex Paracleticē hausta ingeruntur, & omnium postremum adnectitur Paschalium triginta duorum annorum. Liber, ut verum fatear, lucri causa excogitatus, ferè enim nihil in eo est, si recentiora qvædam addita excipias, qvæ eradi tanqvam noxia, operæ pretium fuerit, qvod non in Menæis, & Paracletice, aliisqve libris, & commodiùs & accuratiùs digestum sit. Plura in eo possemus animadvertere, sed cum non scribamus censuram, opportuniori in loco animadvertenda notabimus. Auctores melodi majori ex parte sunt ii ipsi, qvos suprà in Menæis recensuimus, ex qvibus, si tibi animus est, repetas. 90

XIV. Decimus-qvartus erit ὡρολόγιον, t) *Horologium*, qvòd Horas diurnas & Officia contineat: Latini *Diurnum* dicent.

λόγιον τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ - - ἐξυπώθη ἐν τῇ περιφήμῳ καὶ περιφανεσάτῃ Οὐγγροβλαχίᾳ ἐπὶ τῆς ἐκλαμπροτάτης ἀρχῆς τοῦ εὐσεβεσάτου εὐδοξοτάτου τε καὶ μεγαλοπρεπεσάτου ἡγεμόνος καὶ αὐθεντὸς πάσης Οὐγγροβλαχίας, κυρίου κυρίου Ἰωάννου Κωνσταντίνου Μπασαράμπα Βοεβόδα. Confer Clariss Montfauconi Diarium Italicum pag. 437. Aliud est Anthologium novum, pro iis qvi iter agentes vel ægrotantes aut alioqvi legitime impediti choro interesse neqveunt, ab Antonio Arcudio, Corcyrensi, Archipresbytero Soletano concinnatum jussu Julii Antonii Sanctorii Cardinalis, editumq; Romæ A. 1598. 4. De hoc Allatius infra p. 104. sq.

t) Prodiit Horologium Venet. 1535. 1601. 1623. 1646. 1652. &c. ὡρολόγιον σὺν Θεῷ ἁγίῳ, ἔχον ἅπασαν ἀκολουθίαν. Etiam Romæ A. 1677. excusum Horologium secundum vetustum Ordinem & Typicum monasterii Cryptæ Ferratæ, adjuncto Menologio. Sed Horologium istud complura habere qvæ sunt ritibus Latinorum magis qvàm Græcorum conformia, notat Nic. Rayæus diss. præliminar. ad Tom. 2. Act. Sanctor. Junii p. XXVII. & LXXX. Exstat & ὡρολογάριον sive Parvum Horologium de qvo Allatius infra p. 104.

2011 Ministerio de Cultura

Præter Horas & Mesoria, & alia qvæ singulis officiis necessariò dicuntur, ut Troparia, Psalmos, preces varias, habetur *Canon*
91 *compunctivus*, *Canones Paracletici in B. Virginem*, & *Angelum custodem*, & *deprecatorius in omnes Angelos & Sanctos*, *officium satis amplum sanctissimæ Communionis*, & *minutiora alia*, qvæ non est opus recensere. Demùm adnectuntur *Cyrilli Alexandrini* oratio de exitu animæ, & de secundo adventu, *Christophori Patritii Mitylenæi* Troparia, Prosomia dicta, totum Menologium complectentia, *Paschalium* u) annorum qvinqvaginta qvatuor, *Jonæ Gialeni* Selenodromium perpetuum, *Nicephori Paschalei* de jejuniis Græcorum tractatulus, lingvâ eorum vulgari.

XV. Decimus qvintus erunt *Synaxaria*, x) Vitæ Sanctorum & Martyrum in compendium redactæ, & succincta expositio solemnitatis de qva agitur. Anteqvam typis Menæa, aliiqve Græcorum libri Ecclesiastici editi omnibus paterent, similes discursus & Sanctorum vitæ peculiari libro dispositæ, peculiare qvoqve sibi volumen poscebant, ut etiam ad hæc tempora ex manuscriptis colligimus: postqvam verò omnibus communia facta sunt, synaxaria ejuscemodi unà cum libris, officiis inservientibus edita sunt. Dicuntur synaxaria à σωάγω, qvasi diceres colle-

u) Paschasio illi Græcorum intelligendo addendus Petavius in Uranologio lib. VIII. cap. 12.

x) In hoc diversa sunt Synaxaria à Menæis, qvod omissis cæteris partibus Officii ad Sanctos spectantis, solas eorum Synaxes sive festivitates indicent cum brevi unius cujusqve elogio, ut notatur in Actis Sanctor. T. 1. Junii p. 16. Celeberrimus inter Synaxariorum concinnatores est Nicephorus Callistus, licet & plura alia vetustiora in Bibliothecis manu exarata exstant, Cangio, Lambecio, Allatio & aliis memorata Synaxarium Combefisianum qvod servatur Parisiis à Patribus Prædicatoribus strictioris observantiæ, laudant Acta Sanctor. T. 6. Maji p. 368. Mazarinianum T. 1. Junii p. 638. & alibi, Metricum Divionense qvod Collegio S. I. Divionesi comparavit Petrus Franciscus Chifletius, T. 2. Junii p. 953. T. 1 p. 326. & passim aliis locis: Synaxarium Gabrielis Naudæi, T. 1. Maji p. 428. 747. Claramontanum Collegii S. I. Paris. qvod Ecclesiæ CPol. in usu fuisse videtur, T. 1. Junii p. 72. 169. &c. Nicephori Synaxaria à Matthæo Cigula Cyprio & à Maximo Margunio Cytherorum Episcopo in idioma Græcorum vulgare conversa prodiere A. 1607. 1637. 1648. 4. συναξάρια ἤτοι βίοι ἁγίων ἐκ τῆς ἑλληνικῆς γλώττης μεταφραδέντα παρὰ Μαξίμου ταπεινοῦ Ἐπισκόπου Κυθήρων εἰς κοινὴν ὠφέλειαν. Venetiis apud Antonium Pinellum. Synaxarium Ruthenorum diœcesis Kijovienfis, à Georgio Davide S. I. latine versum laudat Papebrochius T. 1. Junii p. 135.

2011 Ministerio de Cultura

collectiones, & contractiones. Res siqvidem latiùs patentes, & longâ narrationum serie prolixæ in angustiores terminos colliguntur & contrahuntur. Gennadius cap. 5. Τοῦτο ἐν τῷ συναξαρίῳ τ ἁγίου Μαξίμου γέγραπται, καὶ ἀναγνώτω ὁ βουλόμενος, & alibi sæpiùs. Meursius notat duplicia fuisse, & hæc qvidem Xanthopuli dici, illa Triodii, observatqve ex ipso Triodio, παρέλ- 92
γομεν ἐν Πτελέμῳ τῶν συναξαρίων τ Ξανθοπούλου εἰς τὰ τ Τριωδίου συναξάρια. Id tamen falsum esse, nec observari posse ex Triodio à lingvam Græcam intelligente, ipsa Triodii verba, & synaxariorum prologus arguit, qvi ita concipitur: Νικηφόρου Καλλίστου τ Ξανθοπούλου συναξάρια εἰς τὰς ἁγιωνύμους ἑορτὰς τ Τριωδίου μίαν ἑκάστην αὐτῶν αἰτιολογοῦντα, πῶς ποτὲ κατ' ἀρχὰς γέγονε, καὶ δι' ἣν αἰτίαν οὕτω νυνὶ ἔχουσι, καὶ πῶς τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἐπάχθησαν μετά τινων ἁγιασίσεων μελικῶν, ἀρχόμενα ἀπὸ τ τελώνου καὶ τ Φαρισαίου, καὶ καταλήγοντα μέχρι τῶν ἁγίων πάντων. *Nicephori Callisti Xanthopuli in præcipuas Triodii festivitates synaxaria, quæ illarum causas reddunt, unde originem habuerunt, & quamnam ob causam hoc tempore ita se habeant, & à divinis Patribus sic dispositæ sint, cum nonnullis circumstantiis particularibus. Ordiuntur à Publicano & Pharisæo, finiunt in solemnitatem omnium Sanctorum.* Ergo synaxaria hæc Xanthopuli fuere ab eo solemnitatibus Triodii confecta, & Triodio locis suis inserta, qvæ à Publicani Dominica incipiunt, & finuint in Dominica omnium Sanctorum. Ergo synaxaria Triodii & Pentecostarii, non qvia diversa ab iis, qvæ Xanthopulus composuit, sed qvia Triodio & Pentecostario assuuntur, Xanthopuli sunt, & frustra alia in his duobus libris qværes. Sic item dicimus Troparia & Canones Triodii & Pentecostarii, qvia in Triodio & Pentecostario habeantur, licet eorum auctores alii atqve alii fuere. Non itaqve alia Xanthopuli synaxaria, alia Triodii, sed ea qvæ Triodii esse asseruntur, qvæ in Triodio leguntur, Xanthopuli erunt, qvia auctor eorum Xanthopulus fuit, qvi in illis pleraqve ex recentiorum Græcorum penu insperfit, digna animadversione Ecclesiastica, y) qvæ ipse singulari de hoc tractatu indicavi. Hoc idem confirmat Gennadius cap. 2. de Azymo, asseveratqve

y) Prolixe in Nicephorum eo nomine invehitur Allatius infra diss. 2. Vide etiam lib. de Synodo Photiana p. 326. seq. 527. & contra Hottingerum p. 114. Lambecium lib. V. p. 282.

2011 Ministerio de Cultura

prætereà ea in Constantinopolitana Ecclesia non legi. ὡς αὖ δὲ Νικηφόρου Καλλίστου Ξανθοπούλου μνησθῶ, ἔπεισί μοι καὶ σφόδρα γελᾶν, ὃς ἐφιλοτιμήθη μὲν συγγράψαι τι ἐν τῷ τριῳδίῳ νεῷ ἀγιασόμενα σωσαξάμενα· τῇ ῥύμῃ δὲ τῆς καινίας ζέσματος κινηθεὶς ἔγραψε καὶ περὶ τῆς παρεκβάσεως ἡμῖν ὑποθέσεως μεγάλα καὶ θαυμαστά. ὅτι γὰρ τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει οὐκ ἀνεγινώσκοντο, ἴσασι πάντες, καὶ οὐ δεῖ με περαιτέρω προβαίνειν. ἐν ταύτῃ μόνον τῇ πόλει τινὲς κατέταξαν ἐν τῷ τριῳδίῳ, ὡς ἀγιάσονται. *Ut verò & Nicephori Callisti Xanthopuli mentionem faciam, fanè illud ridiculum mihi & apprimè videtur, quòd ille synaxaria, quæ nunc in Triodio sunt, componere ambitioso studio conatus est: verùm impetu pernicioſi schismatis motus scripsit & de proposita hac materia ingentia & admirabilia. Ad synaxaria illa Byzantii legi non fuisse solita omnes norunt, nec oportet me ultra procedere. In hac tantùm civitate nonnulli in Triodio assuerunt, modo quo nunc videmus ea jacere.*

XVI. Decimus-sextus in ordine sit πανηγυρικὸν, *Panegyricus*, qvi diversorum auctorum orationes laudativas, seu demon-
94 strativas, si vis etiam exornativas in varias Christi Domini, & aliorum Sanctorum solemnitates. Qvemadmodum enim apud antiqvos in nundinis & conventibus publicis, ubi infinita hominum multitudo ludorum spectandorum causâ confluebat, simile genus orationum habebatur, sic & in diebus festis Sanctorum, concurrente universo populo ad eorum res gestas celebrandas, hæ orationes veterum sanctorum Patrum & scriptorum celebrium leguntur. Liber manuscriptus passim in Ecclesiis Græcorum reperitur, non idem tamen omnibus est, sed varius pro varietate Ecclesiarum, & collectoris pietate, nec uno tantùm volumine continetur, sunt qvibus duodecim voluminibus, iisqve satis ingentibus pro mensium numero disponuntur. Frustrà hîc scriptorum nomina numerarem, cùm omnes ij ad manus non sint, nec esse unqvam poterunt, necesseqve esset omnes qvi unqvam aliqvid in memoriam Sanctorum composuerunt, recensere. Recensebo tamen præcipuos, z) & qvi apud omnes maximo in honore sunt. Athanasius Episcopus Alexandrinus, Pantaleo Diaco-

z) Pleniorem Catalogum Panegyristarum Græcorum petere licebit ex Allatio lib. de Simeonibus, qvi notitiam eorum undiqvaqve ex Vaticana & aliis Bibliothecis non indiligenter collegit, cui in nova qvam paro editione plures etiam adjunxi.

2011 Ministerio de Cultura

Diaconus & Chartophylax magnæ Ecclesiæ, Ignatius Diaconus magnæ Ecclesiæ, Basilius Archiepiscopus Seleuciæ, Joannes Chrysostomus, Theodorus Studites, Basilius Cæsariensis, Antipater Bostrorum Episcopus, Andreas Archiepiscopus Cretæ, Cyrillus Alexandrinus, Amphilochius Episcopus Iconiensis, Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus, Gregorius Neocæsarien- 95
sis, Proclus Patriarcha Constantinopolitanus, Leontius Byzantius, Leontius Hierosolymitanus, Constantinus Porphyrogenneta, Leo Imperator, Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus, Georgius Nicomediensis, Titus Bostrorum Episcopus, Joannes Damascenus, Theodorus Daphnopates, Josephus Thessalonicensis, Procopius Diaconus & Chartophylax, Alexander Monachus, Nicetas Philosophus, Timotheus Hierosolymitanus, Ephræm Syrus, Gregorius Nyssenus, Asterius Amaseæ, Gregorius Nazianzenus, Cosmas Vestitor, Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, Epiphanius Cypri, Simeon Metaphrastes, & plures alii.

XVII. Erit decimus-septimus *Evchologium*, a) *Εὐχολόγιον*. Preces enim apud Græcos *Εὐχαὶ* sunt, hinc à potiori præstantioriqve parte libri, libro nomen inditum est. Auctor opusculi *περὶ θείας λειτουργίας καὶ ἱερέων. De sacra Missa & Sacerdotibus. τὸ δὲ Εὐχολόγιον ὀφείλῃ κεφατεῖν ὁ ἱερεὺς, καὶ μὴ μετὰ σπουδῆς καὶ συγχύσεως λέγειν τὰς Εὐχὰς, ἀλλὰ καθαρῷ σόματι. Evchologium verò habeat sacerdos, & preces neque festinanter, neque confusè, sed clarâ voce recitet.* Continet post tres Chrysostomi, Basilii & Præsanctificatorum Liturgias, de qvibus nos suprà in libro Liturgiarum diximus, Preces & ordinem Lychnici sive Vesperi, ordinem & seriem administrandorum Sacramentorum, preces variasad rerum variarum benedictiones, in mortuos varios ritus & 96
canti-

a) Evchologion allegatur in Anastasii Sinaitæ (sive is Nicænus potius est) qvæstione CXLI. Excusum est sæpe numero Græce Venetiis ut 1544. 1550. 1570. 1600. 1602. 1629. 1638. 1642. qvibus à Clariss. Caveo memoratis editionibus addere licebit Venetam A. 1622. 4. Russice vertit Petrus Mogilas Metropolita Kijoviensis, throniqve CPol. Exarchus, & in monasterio Kijoviensi edidit A. 1646. Græce ad varias editiones & MSS. Codices recensitum, & latina versione doctissimisqve notis & observationibus illustratum vulgavit Jacobus Goar, Paris. 1645. fol. cujus editionem ex MS. Codice Cæsareo valde posse suppleri notat Lambecius lib V. pag. 287. Evchologion MS Cryptæ Ferratæ laudat Rich. Simon T. 3. Bibliothecæ Criticæ Gallice editæ p. 226.

2011 Ministerio de Cultura

cantica, qvæ, Lector, per te in ipsa libri fronte inspicere poteris. Liber in ea Ecclesia non Sacerdotibus tantùm, sed Episcopis etiam maximè necessarius, editus cum manuscriptis, si pauca qvædam excipias, qvæ exscriptorum potiùs incuria irrepserunt, concordat. Manuscripta, ne ea apud Græcos in Græcia perqviramus, Romæ pleraqve apud doctissimos viros comperiuntur, antiqvissimæ & optimæ notæ, omnium tamen antiqvitatem superat Codex Barberinus in charta pergamena qvadratis litteris accuratissimè descriptus ante nongentos & plures annos, sententiâ virorum qvi in hisce rebus judicandis primi habentur, conscriptus. Manuscripti in eo differre videntur, qvod unus alio in rerum benedictionibus auctior aut amplior sit, in Sacramentis conferendis, si pauca qvæ essentiam rerum non respiciunt, demas, in omnibus similes sunt. Idqve mirum non est, cùm apud Græcos pro varietate Ecclesiarum varii qvoqve ritus inoleverint, fides una eaqve perpetua semper fuerit, cùm eorum Præsules benè sapere continuabant. De libro plura possem referre & examinare: verumtamen cùm sub censura atqve judicio acerrimorum virorum sudet, sententiam de eo veram & judicium infallibile expecto.

XVIII. Sunt alia qvædam, sed minoris mōmenti, & majorum librorum qvasi πυράχια, & ὀποσπασμάλια, in qvibus ad
97 argumentum unum spectantia, simul unà omnia congeruntur, ne in illis conqvirendis Lectores defatigentur. Et sit Liber decimus-octavus, qvem illi *Diaconion* b) nuncupant, qvo omnia qvæ ad Diaconi munus obeundum reqviruntur in agenda re divina, & singulis Officiis uno veluti fasce continentur. De eo videtur intelligendus esse Joannes Evchaïtarum Episcopus, cùm ea carmina εἰς τὸ βιβλίον τῆς Διακονίας ὑπ' Ἰωάννου Εὐχαϊτῶν c) scripsit:

Πιστὸς βασιλεὺς, εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ,
Σεβαστὸς, ὀρθόδοξος ὁ μονομάχος,

Τὸ

b) Alioqvi Διακονικὸν denotat secretarium sive Sacristiam ut vulgo appellant, sive etiam locum in Ecclesia in qvo consistunt Diaconi, tum collectam à Diacono pronuntiandam.

c) Hic titulus abest in Joannis Mauropidis, Evchaitorum (ita enim potius qvàm Evchaitarum scribendum esse notat Lambecius) Metropolitæ circa A. C. 1050. clari carminibus in principalium festorum Historias vulgatis Etonæ per M. Bustum A. 1610. 4. pag. 51.

2011 Ministerio de Cultura

Τὸ σεῷς σὲ φίλτρον, οἷον ἐν ψυχῇ φέρων,
Ἔργοις ἔδειξε λαμπρὲ τροπαιοφόρε,
Απαντα ταῦτα τῳ ἀπαρτίσας χάριν.
Ων ἡ γραφὴ δείκνυσιν αὐτη τὲς τύπους,
Εμοὶ πρὸ πάντων μαρτυροῦσα τὸν πόθον,
Επεὶ σὰς σαῖς παυσεβάσαις Αὐγούσαις.

Et illa in eundem.

Αλλων βασιλεὺς, σὸς δὲ πιστὸς οἰκέτης,
Ο τὸ κραίτος σαῖς ἐκ θεοῦ λιταῖς ἔχων,
Αδελφὸν ὅσω δίδωμι τοῖς ὑφηκόοις,
Χαίρων ἐμαυτὸν εἰς τὸ σοὶ δόξαν φέρειν,
Καὶ τὰς Αὐγούσας ὡς συνεργὲς λαμβάνω,
Πρὸς τῳ ἴσην πρᾶξιν τε, καὶ λειτουργίαν.
Αλλ' ἀντίδος μέγιστε τροπαιοφόρε
Απασιν ἡμῖν τῳ ἄνω σκηπτουχίαν.

Quorum ſententia fuerit ex verſione Argoli:

Princeps fidelis, Imperator & pius,
Auguſtus, orthodoxus en Monomachus
Erga te amorem, qualis eſt corde intimo
Mihi revelavit, tibi Stephephore,
Cuncta hæc tui ipſe conferens in gratiam,
Scriptura quorum ecce ipſa locos indicat,
Tibi ante cunctos teſtificans cor debitum,
Tuisque magni Palatii inclitis nuribus.

98

Aliud.

Rex cæterorum, ſed tibi domeſticus,
Fidelis, ex te plurimum coram DEo
Potens, benignè ſubditis fratrem exhibeo
Me, cuncta promptus gloriæ hæc tribuens tuæ,
Et comminiſtras utique miniſterii,
Nurus capio totius Auguſtæ domus.
Sed redde contra, magne Trophæophore,
Nos axe latos ætheris dominarier.

2011 Ministerio de Cultura

XIX. Decimus-nonus ſit εἱρμολόγιον, *Hirmologium*, ſic dictus, qvòd hirmos contineat, πᾶν ἐχον πάντας τὰς εἱρμὰς τῆς ὀκτωήχου τῶντε δεσποτικῶν, καὶ θεομητορικῶν, καὶ ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, *continens omnes Octoëchi hirmos herilium & Deiparæ ſolemnitatum, ac totius anni.* Evchologium: ἀπερχομένου δὲ εἰς τὸν τάφον ψάλλουσιν οἱ ἱερεῖς τὰς εἱρμὰς τοῦ μεγάλου κανόνος. *Abeunte in ſepulturam canunt ſacerdotes hirmos magni Canonis.* Cedrenus: τῆς ἑβδόμης ᾠδῆς κατήρχετο τοῦ εἱρμοῦ τοῦ λέγοντος, &c. *Septimæ Odæ incipiebat hirmum illius tenoris*, &c. Hirmus d) porrò eſt hymnus, ſive Troparium, à qvo reliqvorum Tropariorum, qvæ in ea Ode canerentur conſeqventia, & ſeries ducebatur. Idqve ita eſſe notarunt viri docti, e) ex Simeonis Theſſalonicenſis Archiepiſcopi, 99 lib. de templo, ſacerdote, & Myſtagogia. Addi poteſt Zonaras Comment. in Canones Anaſtaſimos Damaſceni in Proœmio. εἱρμὸς δὲ λέγεται ὡς ἀκολουθίαν τινὰ, καὶ τάξιν μέλους, καὶ ἁρμονίας δηδὴ τῶν μετ' αὐτοῦ τροπαρίοις, πρὸς ᾧ τὸ τῶν εἱρμῶν μέλος κἀκεῖνα ῥυθμίζονται, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναφερόμενα ἁρμόζονταί τε, καὶ ψάλλονται, ᾗ τῇ ἁρμονίᾳ τοῦ μελῳδήματος ἐκείνου ἀκολουθοῦσιν, ἢ ὅτι συνείρει καὶ συμπλέκει ἑαυτῷ ᾗ τὸ μέλος εἱρμὸς τὸ τροπάριον. *Hirmus appellatur, quòd ſeriem quandam, & connexionem, & ordinem cantus & conſonantiæ tribuat conſequentibus poſt ſe Troparits. Nam ad cantum hirmorum conformantur, & attemperantur etiam Troparia, & decantantur non ſine relatione ad hirmos, quorum itidem melodiam & ſonum imitantur, vel inde hirmus nomen habet, quòd contrahat, & connectat ſibi in melodia & cantu Troparium.* Contendit non nemo f) hirmum in Eccleſia Latina *Tractum* dici. Eam tamen vocem inter Romanæ Eccleſiæ vocabula longè aliud ſignificare, qvàm hirmum, apud Græcos obſervavit, nec ſine ratione Gretſerus lib. 5. de Cruce: *Tractus* enim à trahendo dictus eſt, eo qvòd tractim cantetur. Nec qvæ poſtmodum ſubſequuntur ad illius Muſices normam concinuntur. Sed qvid hoc ad hirmum, qvi canon & regula eſt modulationis ſubſeqventium Tropariorum. Hirmos ejus-

d) Hirmologium ejusmodi prodiit Græce Venet. 1603. 1643. 8. De qvo vide ſis Caveum, Cangiumqve, & Nic. Rayæum diſſ. præliminar. ad T. 2. Junii p. XVII.

e) Meurſius in gloſſar.

f) Idem Meurſius loco laudato.

2011 Ministerio de Cultura

ejusmodi notis etiam musicalibus à Josaphate Cucuzele g) digestos habes in Bibliotheca Barberina, sub hoc titulo: εἱρμολόγιον ὅλου ἐνιαυτοῦ, καθὼς ψάλλεται εἰς τὸ ἅγιον ὄρος, ἐκαλλωπίθη δὲ μικρὸν παρὰ τοῦ ἐν ἱερομοναχοις ἀπελεῦς Ιωάσαφ τοῦ νέου Κουκουζήλη. *Hirmologium totius anni, ut cani svevit in monte sancto, id verò adornatum paululum est ab humili Hieromanacho Josaphato Cucuzele juniore.* 101
In editis Hirmologiis adduntur nonnulla alia, ex aliis libris Ecclesiasticis Græcorum decerpta, ad faciliorem divini Officii usum. Sed cùm in Hirmologio inter alia capita, illud qvoqve inseratur de exaltatione Panagiæ, operæ me pretium facturum existimo, si qvis sit Græcorum iste ritus g) paucis expediam, ut qvi tot nugas in medium proferunt, jam desinant ineptire. Anteqvam Monachi in mensam procedant (cui id onus incumbit, illi ἐφημέριον vocant) in disco sive scutella, (illi nuncupant παναγιάριον) ut legitur apud Codinum cap. 7. acceptum panem ad instar Crucis, in qvatuor dividit partes æqvales, ex angulo interiori panis abscindit frustum cultro circumiens, adeo ut ex una parte anguli acuminatus sit, ex altero circulari figura, trigonus imperfectus appareat, & sic excisum suo loco, unà cum reliqvo pane simul unito relinqvit, panem sic accommodatum aliâ parte disci cooperit. Ita enim discus ille comparatur cardine ex una parte cum superioris partis oculo colligatus, ut modo capsarum includatur, sin minus velo, & sic apponit in mensa, in qva solus Abbas, vel Proegumenus, qvi scilicet Abbatis, dum ille abest, locum tenet, & διακόνου appellant, assidet. Finito prandio, & signo dato in Contio, ita ipsi vocant campanulam ex ære fabrefa- 100
ctam, omnes assurgunt, & conceptis precibus, discum illum cum pane, qvi Panagia est, Ephemerius sustollit. Postmodum, reserato Panagiario, & frusto illo è pane excisо converso, ut

g) Lambecius Lib. V. p. 273. memorat MS. seriem ordinationis universi Officii Ecclesiastici, constructam & notis antiqvis Musicis adornatam à Joanne Cucuzele. Βιβλίον σὺν Θεῷ ἁγίῳ περιέχον τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως, συνταχθεῖσαν παρὰ τοῦ Μαΐστορος κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κουκουζήλη. Incipit: Δεῦτε προσκυνήσωμεν κ. τ. λ. Necnon ejusdem Joannis Cucuzelis τέχνην ψαλτικὴν καὶ σημάδια ψαλτὰ μετὰ πάσης χειρονομίας καὶ συνθέσεως.

h) Copiosius hunc ritum illustrant Cangius in glossario Græco p. 1088. & Goarus ad Evcholog. p. 867.

2011 Ministerio de Cultura

mica nuda ſuperior ſit, præſentat Abbati, qvi extremis digitis miculam arripit, & ori impoſitam abſumit: deinde aliis monachis, ſervato ordine offertur, qvi eodem modo miculam ex Panagiario auferunt, & comedunt. Tum Abbas vinum calici infuſum bibit, qvem omnes ſequuntur, & gratiis DEo actis diſcedunt: & hic eſt modus exaltandi Panagiam, qvamvis alii alio qvoqve modo præparent. Hic tamen modus in monte ſancto uſitatiſſimus eſt. Morem hunc etiam Imperatores ſervaſſe in ſua menſa habeo ex Codino cap. 7. *ὁ δὲ γε παναγιάριον ὁ ἀπὸ τῆς τραπέζης λαβὼν, ἐπάνω πίθηκι τῆς τραπέζης, καὶ ὑψῶν παναγίαν δίδωσι παϊτίκιω τῷ δομεστίκῳ, ὁ δὲ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, ἔτι δὲ τῷ βασιλεῖ, καὶ ἅμα τῷ παναγίαν λαβεῖν ἐν τῷ στόματι πάντες βοῶσι πολυχρόνιον· καὶ ὁ πικέρνης αὐτίκα τὸ ἀπὸ οἰνοχόου φέρει σκουτέλιον, κρατῶν καὶ μανδήλιον, ἐπεὶ προαπῆραν ὡς εἴρηται, τὸ μινσάλιον. Porrò Præfectus menſæ acceptum Panagiarium menſæ imponit, & elevans Panagiam dat illam Domeſtico menſæ; ille magno Domeſtico, hic Imperatori, & quamprimum Panagiam ori inſerit, omnes accinunt,* ad multos annos, *& confeſtim Pincerna cellæ vinariæ ſcutellam affert cum maſili *, quia menſaria mappa jam antea ablata fuit, ut dictum eſt.* Id cum pleriqve
102 non intellexiſſent, in meras nugas verſi ſunt, qvas optimè explosit Gretſerus in Codinum. In exaltatione itaqve Panagiæ, ut diximus, non unus ſervatur ab omnibus modus, nam ſeculares cum ſolemni convivio cives excipiunt, poſt menſam in dexteram adoleſcentuli, ex Clero tamen, paululum contractam, & volæ ſiniſtræ impoſitam panem præparant, & conceptis precibus, Sacerdòs ibi aſtans primus micam accipit, poſteà aliis adoleſcens ſuggerit, qvod remanet, ipſe in manibus maxima cum veneratione conſumit.

XX. Pari ratione editus fuit & alius, qvi ſit vigeſimus liber ſub hoc titulo: *σύνταγμα τινῶν ἀναγκαίων ἀκολουθιῶν καθεκάστην ἀνηκουσῶν τῷ ἱερεῖ συλλεγεισῶν ἐκ τοῦ Εὐχολογίου. Neceſſariorum quorumdam quotidianorum officiorum ad ſacerdotes pertinentium, & ex Evchologio deſumptorum Collectio* in 4to, & continentur: *Ordo ſervandus in Veſperis, Ordo in Matutino, Epiſtolæ & Evangelia in varias commemorationes Sanctorum, Ordo pro parva benedictione, Ordo communis invocationis, Ordo in ſponſalibus, Ordo in coronatione ſponſorum,* Ordo

* *mantili.*

2011 Ministerio de Cultura

Ordo in Bigamum. Preces in puerperam primo partûs die, Preces pro obsignando puero, octavo die post partum, Preces in puerperam quadragesimo die, Preces in puerperam cùm abortum fecit, Preces pro catechumeno faciendo, Ordo sacri Baptismatis.

XXI. Liber qvoqve musicalis sit vigesimus primus, in qvo varia Troparia, & Psalmi, & alia qvæ in Matutinis, & in aliis Officiis, & Liturgiis potissimum cantari solent in varia argumenta, musicis notis. Ex iis qvædam vocantur *κεκραγάρια*, qvasi diceres *clamatoria*, & est Psalmus i) qvi incipit, *Domine clamavi, exaudi me*, putaqve sic dicta, qvòd in primo versiculo bis verbi *κράζω* mentio fiat. Dicit enim, *κύριε ἐκέκραξα πρὸς σὲ εἰσάκουσόν μου, πρόσχες τῇ Φωνῇ τῆς δεήσεώς μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς σὲ*, *Domine clamavi ad te, exaudi me, attende voci orationis meæ, cùm clamavero ad te.* Qvamvis non me lateat eo nominis cantica qvoqve cum modulatione decantata inferri. Unde etiam *κράκται* Cantores sunt, non Lectores, nec de aliis Codinum cap. 18. intelligendum esse pro certo dicere audeo: *οἵ τε πρωτοψάλται, καὶ οἱ ἀναγνῶσται, ὃς ἐξ ἔθους παλαιοῦ κράκτας ἐν τῇς τοιαύταις ὀνομάζουσι πανηγύρεσι, καὶ πλεπτάς. ψάλλουσιν ἁσματά τινα συντελουῦτα καὶ ἡρμοσμένα εἰς τὰ τοιαῦτα.* *Quas occupant Protopsaltæ, Domestici, & Lectores, quos veteri more in ejusmodi panegyricis festis, & initiationibus* Clamatores *vocant, qui carmina quædam & cantica canunt huc facientia, & accommodata.* Eadem ferè habet Cantacuzenus Hist. lib. 1. cap. 41. Libri isti musicales non omnes iidem sunt, sed varia, pro libidine exscribentium, aut eorum qvi exscribi curant, continent, omnia tamen ad dierum festorum solemnitatem confecta. Vidi ipse plerosqve elegantissimè scriptos, in qvibus etiam auctorum nomina præfiguntur, de qvibus in observationibus Ecclesiasticis multa.

XXII. Nec deficit vigesimus secundus *ὡρολογόπουλον*, *Parvum* nempe *Horologium*, à majori enim & satis amplo pro 104

i) Psalmus CXLI. adde Lambec. V. p. 272.

k) De Horologio dictum supra p. 90. seq. Horologopulum sive Horologii Epitome minori forma prodiit Venet. 1642. *συνοπτικὸν ὡρολόγιον* MS. in Bibl. Regia memorat Cangius.

2011 Ministerio de Cultura

necessitate, minusculum hoc, & ad portandum magis idoneum, extractum est. Continet, *postquam Christianus è somno surrexerit, gratiarum actionem. Officium mediâ nocte, & Vesperis singulis diebus dici solitum. Novem Cantica. Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam horas. Typica, Parvum Apodipnum, Exapostilaria, & Apolytitia totius Hebdomadis, Preces in mensa, Preces brevissimas dicendas singulis diei horis, Menologium brevissimum, Paschalium annorum decem.*

XXIII. Addam his omnibus νέον ἀνθολόγιον, 1) *novum Florilegium*, qvi erit vigesimus-tertius, ab Antonio Arcudio Romæ anno 1598. editum in 4to, cùm enim ipse qvamvis pium, & accuratum, prolixum tamen atqve diffusum divini celebrandi Officii considerasset: ideoqve ob penuriam librorum, secumqve tot volumina deferendi molestiam, Presbyteri vel Monachi Græci, qvi dictum Officium recitare tenentur, munus suum non rectè obeant: ita jubente Julio Antonio Sanctorio Cardinali, Nationis Græcorum Protectore, & parente humanissimo, pro iter agentibus, & aliis, qvi qvamcunqve ob causam choro interesse non possent, & Græco ritu viverent, ex tot voluminibus divinum Græcorum Officium in Breviarium, seu compendium redegit. Qvemadmodum & Orientales Græci *Anthologium* habent, licet imperfectum, ut Arcudius ait, ediditqve. Qvid
105 verò in hoc Anthologio contineatur, habeto tibi ex ejusdem Arcudii verbis: *Complectitur autem hoc Breviarium rubricas generales, Psalterium cum Canticis, juxta septuaginta interpretes, ex nova veteris Testamenti recognitione, & editione. Horologium, Officium feriale, Officium* τῆς ἀναστασίμου ὀκτωήχου μὲ τῶν ἕνδεκα ἑωθινῶν, Εὐαγγελίων τε, καὶ ἐξαποστειλαρίων, ἀναστασίμων. *Pentecostarium, Officium Corporis Christi. Officium defunctorum,* στιχηρὰ, δόξας, καθίσματα, *atque lectiones Sanctorum communium, simplicium, ac propria eorum* σωτήρια, *seu gesta, quorum apud nos dies festi celebrantur. Domini solemnitatum, sanctissimæque* DEi *genitricis Mariæ, cæterorumque insignium tum duplicium, tum semiduplicium festorum dierum Sanctorum integra per annum Officia. Simplicium verò festorum Canones, seu lectiones proprias, ob operis magnitudinem vitandam, non ponimus, sed commu-*

1) Confer qvæ supra ad p. 89.

2011 Ministerio de Cultura

communes Sanctorum lectiones congruences assignamus. Denique quidquid omnino in viginti illis voluminibus sparsim fuseque continebatur, id totum breviùs collectum hoc libro uno præstringitur. Liber tamen tot laboribus, & annorum dispendio absolutus nullo plausu exceptus est. Monachi, qvi Tusculi Basilianam normam seqvi se profiterentur, eorumqve assecłæ, qvod meliora non habeant, cùm iteragunt, eo utuntur, & breviori incommodo se extricant. Et sanè si intra Sanctorum Patrum terminos se continuisset Arcudius, neqve plus sapere, qvàm ipse divinus Spiritus voluisset, Opus neqve inutile, neqve incommodum Orientalibus etiam Græcis fuisset. Verumtamen cùm vetera immu- 106
tat, integra obtruncat, perfecta immiscet, & de suo addit incompta atqve insulsa, neqve cum Græcis ipsis communia, stomachum sapientibus movit, & opus alias laudabile, dehonestavit.

Hi sunt Græcorum Ecclesiastici Libri; m) mi Naudæe, qvos mihi imparato raptimqve scribenti, & aliis negotiis urgentioribus occupato, memoria suggessit. Fortè an alius qvispiam excidit? Credo. Nullo id tamen fuerit illius Ecclesiæ damno, qvæ præcipuos & alicujus considerationis numeratos jam habet. Si qvid omissum est, id parvi momenti, vel fuerit, vel in aliis, qvidqvid in eo continetur, insertum reperietur. Plura potuisse addi, qvi in Græcorum ritibus omnino jejunus non est, fatebitur. Hæc paucula tamen mihi visa sunt sufficere; & jam scis plures me abhinc annos in eosdem libros animadversiones composuisse, reservasseqve mihi multo plura peculiaribus capitibus opportuniùs absolvenda. Vale, mi Naudæe, vale, & tui obseqventissimum ama.

(o)

LEO-

m) Nomina aliorum inserta invenies Indici, qvem dissertationibus hisce subjeci.

2011 Ministerio de Cultura

LEONIS ALLATII
In Libros Ecclesiasticos Græcorum,
TRIODIUM, PENTECOSTARIUM, PARACLETICUM
EXAMEN,
Ad VIRUM Clarissimum & Doctissimum,
JOANNEM AUBERTUM.

JOANNI AUBERTO
VIRO CLARISSIMO, Ac DOCTISSIMO,
LEO ALLATIUS.

QUALE *sit aliorum ingenium, non anxius exquiro (VIR CLARISSIME AUBERTE) meum certè est, cùm aliquid, quod arriserit, chartis mandavi, statim aliquem mibi conquirere ex hominum genere, qui non levi pede, & superficie tenus, sed pleno, & prudentia munito pectore sapiunt, non ut scripti causam suscipiat, & reprehensione digna tueatur, & si Diis placet, laudet; sed ut vulneribus medeatur, & si quæ sunt non à recta ratione dictata, corrigat, emendet, immutet, deleat, penitùs tollat. Neque enim fieri potest, ut omnia semper laudanda scribamus,*
110 *reprehendenda nunquam. Homines sumus, ex ingenio humano scribimus, qui nunquam non labuntur, & errant. Id si nusquam alias, nunc mibi in negotio difficillimo peroptandum fuit: neque enim in levibus, & levi manu versamur, sed in intima Græcorum penetrantes adyta, & evisceratas ex eorum pectore, & scriptis sententias censoriâ virgulâ examinantes, & ad amussim judicio facto ponderantes ea, in quibus minus est; nec ad Ecclesiæ Catholicæ dogmata sustinentur, tanquam spuria, & adulterina pandimus, refellimus, & rejicimus, recta sanaque*

2011 Ministerio de Cultura

que comprobamus. Tantæ cognitor cauſæ unus mihi obvius factus es, AUBERTE, *cujus eam judicio dirimi, quam in partem cunque res* CXXXIII
ceciderit, facilè patiar. Nolo hîc illas animi dotes, quibus te DEus ornavit, & orbi Chriſtiano inclareſcere voluit, recenſere: ne actum ipſe agere, & rem gravem, atque eximiam, omnibusque patentem, elumbi hac meâ oratione imminuere videar; jubet id etiam modeſtia tua, quæ delatas ſibi laudes amolitur, & quaſi ex non opportunè ſuoque loco collocatis pudore afficitur, & me etiam ſimilis ratio pudoris ab hac laude retardat. Sed ſive taceam ipſe, ſive ſileant alii, nunquam Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus adeò ſpeciosâ veſte per te domo elatus, & per omnium manus vagari juſſus, conticeſcet; ſed magnis clamoribus beneficium evulgabit. Ægrè reprimunt ſe Damaſcenus, Maximus Monachus, & alii, qui à te lumen, & ſplendorem expectant. Ad te itaque meum de tribus præcipuis Græcorum Libris Examen transmiſſum, lætus ſuſcipito, atque quo polles ingenio dijudicato, male compta perpolito, errata corrigito, ſpuria obeliſco notato, ſi nihil eſt quod arrideat, igne cremato: quidquid feceris, optimè factum fuerit: fauſtum, fortunatumque ſcriptioni acceſſerit quidquid à te deletum, aut immutatum fuerit, ne des aliquid amicitiæ: exoſculabor ſententiam, nec judicem alium appellabo. Mitto tibi nonnulla alia Damaſceni ſcripta, è Bibliothecis Italicis eruta & Georgii Chioniadæ ſcholia improbo labore, atque invitis Muſis exſcripta, adeo in Archetypo erant omnia confuſa, & avia, ut niſi Simonis Portii amiciſſimi mei intendens induſtria, & vigil cura adveniſſet, ſanè de eo exſcribendo deſperaſſemus. Exſcriptus ta- CXII
men ille eſt, capita numerata, verba, quibus ſcholia applicanda erant, indicata, ut AUBERTO *noſtro majoribus ſtudiis occupato, laborem levaremus: quidquid præterea ſum, totus tuus ſum. Vale.*

2011 Ministerio de Cultura

113

LEONIS ALLATII DE TRIODIO.

LIBRUM Græcorum Eccleſiaſticum, in qvo Officium in Eccleſiis eorum recitari ſolitum à Septuageſima, qvam ipſi vocant Dominicam Publicani & Phariſæi, ad Sabbatum ſanctum continetur, nomine Triodion, n) qvod cùm Canones & Hymni in ſolemnitates Domini noſtri JEſu Chriſti, B. Mariæ Virginis, & aliorum Sanctorum novem habeant ſtrophas, ut ita dicam, Odas nuncupatas, qvaſi Cantiones liber hic Canones hujuscemodi, ut plurimùm, qvi ternas Odas non excedunt, complectitur. Hunc ego librum Triodion appellatum attentè legi, & in eo præter multa Typographorum errata fœdiſſima, qvæ librum ipſum non culpant, hæc prætereà adnotavi digna, qvæ expurgentur, tamqvam hæretica, & erronea.

Anteqvam autem illa enumerem, illud animadvertendum eſt, libri hujus plures & varios fuiſſe auctores, qvi pro tempore alia atqve alia addendo, librum neqve parvum per ſe, neqve exiguum, majorem etiam usqve ad faſtidium fecére adeò, ut, ſi
114 modus non adhibeatur, & temeritas addentium non tantùm in iſto libro, ſed in aliis etiam, comprimatur, erit cùm nox & dies pro illis ſolùm recitandis, tantum abeſt ut cani poſſint, qvæ vix modò ſufficiunt, ſatis non erunt. Qvare ſacerdotes, qvi noſtro hoc ævo lectione tam prolixâ defatigati, ſæpè ſæpiùs ab Officiis recitandis abſtinent, vel pro libito omittentes, qvaſi per ſaltus, qvæ ſibi videntur, tantùm recitant, plauſibiliori nomine impotentiam cauſati penitus omittent omnia. Eoqve præcipuè qvod apud eos ad hunc diem non convenit, qvæ qvisqve qvolibet die recitare teneatur.

Auctores libri, qvò propiùs aberant à Chriſto, & divinâ progenie, meliùs qvæ erant veritatis cernentes, optimè & ſine ulla offenſione divinas Sanctorum laudes, & Fidei dogmata decanta-

n) De hoc Triodio dictum ſupra p. 69. ut de Synaxariis p. 91.

2011 Ministerio de Cultura

cantarunt: seqviores affectibus propriis distracti, sæpè etiam odio in Romanam Ecclesiam, multa qvæ à veritate aberrant, intruserunt. Qvod sanè manifestum est in hoc libro; nam antiqva ferè omnia plana sunt, nihil in se continent, qvod pias aures offendat: recentia multis scatent erroribus, & subdolè sæpiùs in Romanam Ecclesiam garriunt, multas etiam hæreseon labes lectionibus inspergunt. Qvibus abcisis, liber nitori suo pristino restitutus, nullâ expurgatione indigebit.

Inter auctores recentiores, qvi librum novis scriptorum accessionibus fœdarunt, præcipui sunt Nicephorus Callistus Xanthopulus, o) & Philotheus Patriarcha Constantinopoli- 115
tanus, Schismatici, & Hæretici.

Callistus, qvi est etiam auctor Historiæ Ecclesiasticæ à Lango editæ, in suis scriptis processionem à Patre tantùm Spiritus sancti pertinaciter defendit. Andronico Imperatori Ecclesiæ Romanæ hosti infensissimo, ob hanc contra Latinos hæresim defensam, blanditur, & in Latinorum ritus, & Ecclesiasticas Cæremonias oblatrat.

Philotheus Palamæarum partium assertor multis contra Latinos invectus est: multum etiam pro Palama, illiusqve hæresibus à plerisqve Græcis oppugnatis, & damnatis, defendendis, & scriptis, & operibus insudavit. Tandem ipsum Palamam inter Sanctos retulit, & Officium in ejus laudem composuit, ut infra videbimus.

Errores à me in hoc libro notati potissimum in synaxariis, hoc est in lectionibus sic dictis, qvòd in compendio sparsa hinc inde recolligantur, & auditoribus pleno conventu proponantur, comperiuntur. Eorum collector fuit dictus Xanthopulus, ut ex nota qvasi proœmiali pag. 3. fac. 6. col. 1. in fine discimus. Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου συναξάρια εἰς τὰς ἀπιοήμους ἑορτὰς τοῦ Τριωδίου μίαν ἑκάστην αὐτῶν ἀπολογούμενα, πῶς ποτὲ κατ' ἀρχὰς γέγονε, καὶ δι' ἣν αἰτίαν οὕτω νυῦ ἔχουσι, καὶ τοῦ τῶν ἁγίων, καὶ

o) Antonius Possevinus lib. VI. Bibl. selectæ c. 2. inter causas dissidii, qvod inter Ecclesiam Græcam & latinam adhuc foveri non desinit, refert errores qvi spectant ad eorum rituale, in qvod qvadringentos abhinc annos acerba qvædam maledicta Nicephorus Xanthopulus in latinam Ecclesiam male affectus conjecerit. Philotheus Patriarcha CPolitanus fuit circa eadem fere tempora, eodem sæculo XIV. De utroqve & Nicephoro & Philotheo dixi in Bibl. Græca suo loco.

2011 Ministerio de Cultura

θεοφόρων πατέρων ἐπάχθησαν μετὰ τινων ὑποστάσεων μερικῶν. ἀρχόμενα
116 ἀπὸ τ Τελώνου καὶ τ Φαρισαίου, καὶ καταλήγοντα μέχρι τῶν ἁγίων πάντων. Id est, *Nicephori Calliſti Xanthopuli in præcipuas Triodii feſtivitates ſynaxaria, quæ illarum cauſas reddunt, unde originem habuerunt, & quamnam ob cauſam hoc tempore ita ſe habeant, & à divinis Patribus ſic diſpoſitæ ſint, cum nonnullis circumſtantiis particularibus. Ordiuntur à Publicano, & Phariſæo, finiunt in ſolemnitatem omnium Sanctorum.*

I. Primus ergo error eſt, qvi pœnarum inferni aliqvando finem eſſe, & damnatorum redemptionem inſinuat. Pag. enim 9. 6. c. 2. f. hortatur Chriſti fideles Chriſtum exorare, ut animas fidelium mortuorum ab igne ſempiterno liberet, ἵνα τ αἰωνίου πυρὸς αὐτὰς ῥύσηται, *ut eas ab igne ſempiterno liberet.* Et infra p. 10. b. c. 2. m. τῆς αἰωνίου λύτρωσαι κολάσεως, *ab æterna libera pœna.* Et rurſus, καὶ σκώληκος ἀλήκτως κολάζοντος, *à verme indeſinenter puniente.* In his videntur Origenis errorem p) ab Eccleſia Græca etiam decreto ſynodali, atqve Oecumenico q) damnatum ſecuti, qvi finem aliqvando infernalibus pœnis ſtatuebat. Et in nonnullis Orientalium Nationum r) à piis viris confectis, & cui id onus incumbit, traditis relationibus, ubi inſtituta ac mores, & fides illarum nationum exponuntur, inter alios earum errores, hunc qvoqve vidi adnotatum, eos tenere firmiter, pœnas inferni aliqvando finem habituras. Hinc faciliùs ſvadeor, ſive id Origeniſtarum, ſive aliorum fraude factum ſit

p) De Origenis ſententia confer Petavium III. 6. de Angelis, Gvil. Spencerum ad Origenem contra Celſum p. 47. ſeq. & illuſtris Huetii Origeniana p. 153. Si tamen recte calculos ponas, videbis Græcorum qvos h. l. perſtringit Allatius ſententiam ab Origenis opinione plurimum diſſidere, nam Origenes ſibi perſvaſit omnes pœnas atqve ſupplicia inferorum fore tantum temporalia & purgatoria: Græci vero non negant dæmones & impios homines in æternum eſſe puniendos, ſed tantum aliqvos ex hominibus putant precibus aliorum, poſt temporanea ſupplicia inferorum flammis eripi, qvæ eorum doctrina ab Eccleſiæ Rom. placitis de purgatorio non differt niſi nomine, & qvod infernum appellant, qvod latini purgatorium. Vide Allatium libro de purgatorio & contra Hottingerum p. 152. atqve Richardi Simonis notas ad Gabrielem Philadelphienſem p. 254. ſeq.

q) In Synodo V. & diu poſt in Florentina.

r) Confer qvæ de Georgianis ſive *Iberianis* idem Rich. Simon in Hiſtoria Critica dogmatum rituumqve Oriental. cap. V.

2011 Ministerio de Cultura

sit in Ecclesiam Græcam, præter Catholicorum mentem irrepsis-
se, & postea latenter fuisse propagatum. Adde Græcos illam 118
mordicus tueri sententiam, preces à sanctis viris, Deoqve gra-
tis effusas, infidelibus, & æternis cruciatibus damnatis proficuas
esse, qvibus & recreantur, & aliqvando etiam earum ope à pœnis
liberantur. Exemploqve multorum, sed præcipuè Trajani, &
Theophili Imperatorum, & Ethnici, qvem allocutus esse S.
Macarius narratur in synaxario ejusdem diei pag. 11. b. c. 1. f.
Ὅτι δὲ ὠφελεῖ τὰς ψυχὰς τὰ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμενα, δῆλον μὲν καὶ ἐξ
ἄλλων πολλῶν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐκ τῆς κῆ τὸν ἅγιον Μακάριον ἱστορίας, ὃς
ἀνδρὸς ἀσεβοῦς ἕλκων ξηρὸν κεφάλιον κῆ τὴν ὁδὸν παριὼν ἐρωτήσας,
εἰ τινά ποτε ἐν ᾅδῃ ὠφέλειαν αἴσθησιν ἔχουσι. τὸ δὲ ἀπεκρίνατο.
πολλὴν αὐτὲς ἔχειν ἄνεσιν, μάλιστα ὑπὲρ τῶν νεκροκομημένων ἔλεγε πάτερ
ἡμῶν. διὸ καὶ τοῦτο ποιῶν ὁ μέγας, καὶ δεόμενος τοῦ θεοῦ μαθεῖν ἐφιέ-
μενος, εἰ ὠφέλειά τις τοῖς τεθνεκοιμημένοις ἐντεῦθεν ἐγίνετο. ἀλλὰ καὶ
Γρηγόριος ὁ Διάλογος διὰ τῆς εὐχῆς τὸν βασιλέα Τραϊανὸν ἔσωσεν,
ἀκούσας παρὰ Θεοῦ, μὴ ἄλλο λίποτε αὐτὸν ὑπὲρ ἀσεβοῦς δεηθῆναι. ναὶ
μὴν καὶ τὸν θεοσυγῆ Θεόφιλον Θεοδώρα ἡ βασιλὶς διὰ τῶν ἁγίων καὶ
ὁμολογητῶν ἀνδρῶν τῶν βασανίων ἐξήρπασε, καὶ διέσωσεν ὡς ἱστόρηται.
Id est, *Res à sanctis pro animabus gestas, illis proficuas esse, multis aliis,*
sed præcipuè ex historia illa, quæ de sancto Macario narratur, perspi-
cuum est. Hic siquidem infidelis hominis gentilis exsiccatam calvariam
præteriens in itinere adinuentam interrogavit: si quam in inferno conso-
lationem persentiscunt. Illa respondit summoperè eos recreari, cùm pro
mortuis preces Pater effundis. Magnus enim ille id facere sueverat,
DEumque exorabat, discere appetens, si quæ inde utilitas mortuis acce- 117
deret. Sed & Gregorius Dialogus nuncupatus, mediis precibus Impera-
torem Trajanum liberavit, monitus propterea à DEo, ne de cætero pro
infideli deprecaretur. Quinimmo DEo exosum Theophilum Theodora Im-
peratrix, sanctorum Confessorum ope tormentis surripuit, servavitque,
ut in historiis scriptum est. Glycas epist. 26. Καὶ τί λέγω περὶ ἀν-
δρῶν ἀσεβῶν ὅπουγε καὶ θανοῦσιν ἀσεβέσι λύσιν, ὡς ὁ λόγος, ἤδη γνω-
σί σοι λύσιν ἁμαρτλαχημάτων ἐπήνεγκε δικαίου ψυχή; ἀλλ' ὑπὲρ
τοιούτων ἀπίστων δηλαδὴ, ἐὰν τὰ ἐκ κόσμου πένησι δώσεις, ὡς οἱ μαθη-
ταί φαμεν ἐκ Χριστοῦ κατ' ἐδὲν ὠφελήσῃ αὐτές. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως
ἔχῃ, τί χρὴ καὶ λέγειν περὶ τῆς ἰσχύος τῶν ἱερῶν ψυχῶν. ὃ γὰρ ποιῆσαι
τὰ ἐκ κόσμου διδόμενα πένησιν οὐκ ἰσχύουσιν, ἐκ ψυχὴ δικαίου παῤῥησί-

2011 Ministerio de Cultura

ξως ἐποίησεν. ὁ γὰρ Διάλογος μέγας Γρηγόριος τὸ θεοῦ δεηθεὶς ὑπὲρ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν Τραϊανοῦ βασιλέως τοῦ ἐν ἀσεβείᾳ τὸν βίον καταλύσαντος, οὐ διήμαρτε τῆς αἰτήσεως, ἀλλὰ καὶ ἡ πρωτομάρτυς Θέκλα ὑπὲρ ἑλληνίδος τινὸς, ἧ Φαλκονίλλη τὸ ὄνομα, τοῦ θεοῦ δεηθεῖσα τῶν αἰωνίων αὐτὴν βασάνων, ἀπήλλαξεν. καὶ ὁ μέγας δὲ Μακάριος ἐντυχὼν καθ' ὁδὸν τῷ τοῦ ἀρχιερέως τῶν εἰδώλων ξηραινθέντι κρανίῳ, καὶ ἐρωτήσας αὐτὸ, περὶ ὧν ἐγλίχετο μαθεῖν, ἤκουσεν ἐξ αὐτοῦ, λόγον γὰρ ἀληθείας ἐνέπνευσεν αὐτῷ τότε καὶ ὁ θεὸς, ὡς ἡνίκα περιφέρεις τὰς θυσίας ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, τότε ὠφελούμεθα μικρᾶς αἰσθανόμεθα. ἀλλὰ καὶ ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος ἀμαρτίᾳ περιπεσὼν μείζονι τοῦ ἀφεθῆναι αὐτῷ, μυριοπληθῆ γὰρ στρατὸν μαχαίρᾳ παρέδωκε βαρβαρικῇ, ἵνα τῶν ἀνθρώπων ὁσίων ἐξέφυγε τὴν αἰωνίζουσαν κόλασιν. *Et quid de hominibus*
119 *piis loquor, cùm & quibusdam demortuis impiis, ut oratio jam exponet, peccatorum ſolutionem apportarunt preces juſti? Verumtamen ſi pro infidelibus omnia mundi pauperibus tradas, ut Chriſti diſcipuli dicunt, nullo illis emolumento fuerint. Et hæc ſi ita ſe habent, quid nobis de ſacrarum precum viribus dicendum eſt? Quod enim res mundanæ pauperibus exhibitæ efficere non poſſunt, juſti oratio admirabiliter perfecit. Magnus namque Gregorius cognomento Dialogus, effuſis precibus ad DEum, pro remiſſione peccatorum Trajani Imperatoris, qui vitam in impietate finierat, à poſtulatis non cecidit. Sed & prima martyr Thecla pro gentili, cui Falconillæ nomen, ſupplicans, à ſempiternis eam pœnis eripuit. Magnus item Macarius per viam in ſacerdotum Idolorum principis exſiccatam calvariam incidens, & poſcens ab ea quod libebat addiſcere, audiit, verbum namque veritatis illi DEus inſpiraverat. Cùm ſacrificia pro mortuis offers, tunc nos puſillam conſolationem perſentiſcimus. Imò & Mauricius Imperator, eùm in peccatum remiſſione gravius incidiſſet, innumeram enim exercitus multitudinem barbaris trucidandam exhibuit, precibus hominum ſanctorum æternas pœnas aufugit.* Joannes Damaſcenus. s) Trajani hiſtoriæ, qvam miraculum germanum, & irrefutabile ab Oriente, & Occidente comprobatum vocat, & de Macarii cum Mortuo colloqvio, de Falconilla narrationem ſubdit, qvæ cùm eſſet gentilis, idolorum cultrix, profana, & Chriſti miniſterio aliena, ſalvata nihilominus eſt à Protomarty-
120 re. De Trajani & Falconillæ ethnicæ ſalute, eadem cum Damaſceno refert Auctor vitæ Coſmæ Melodi: Κύριε ὁ θεὸς, ὁ καὶ Τραϊα-

s) Joannes Damaſcenus ſermone de precibus pro defunctis p. 420. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Τραϊανὸν τὸν δυσεβῆ βασιλέα, καὶ κ᾽ χριστιανῶν ἀμέτρως λυτήσαντα
ταῖς τ᾽ ζοῦ θεράποντ@ Γρηγορίου δεήσεσι τῆς γεέννης τὸ πυρὸς λυτρω-
σάμεν@, καὶ Φαλκονίλλαν τ᾽ ἐλληνίδα ταῖς τῆς πρωτομάρτυρ@ Θέκλης
ἱκεσίαις τῷ κλήρῳ τῶν σωζομένων συγκαταλέξας, αὐτὸς ἐπάκουσον καὶ
ἡμῶν καὶ τῆς τῶν ἐκλεκτῶν ζου σκηναῖς τὸν τῶν σῶν οἰκετῶν γωνήτορα
κατασκήνωσον. ἡ μὲν γὰρ μεγίστη ἡ πρωτομάρτυς Θέκλα. μέγας δ᾽ ὁ θεῖ@
Γρηγόρι@, καὶ διὰ τοῦτο πολλά ζοι δεδωκότι τὰ μέγιστα. ἀλλ᾽ ἀγε
θεόπνοι καὶ ἡμῖν αὖτε τοῦ τεθνηκότ@ ἀγαθουργίαι πρὸς αἰτιοῦνται. καὶ
πρόσεστι τὰ δυσμὴ πολλὰ νεόφυτα, καὶ καλλίκαρπα, κἂν ἐκ φαύλης
ῥίζης ἐβλάστησαν, ὡς τὸ ἐνδέον ἐκεῖθεν, ἔνθεν τὴν ἀναπλήρωσιν δέχε-
ται. *Domine, DEus, qui Trajanum regem impium, qui in Christianos immoderatè tanquam rabidus canis sævierat, servi tui Gregorii precibus à gehenna ignis liberasti, & Falconillam gentilem, Theclæ protomartyris supplicationibus sorti justorum adnumerasti, tu ipse exaudi nos quoque, & in electorum tuorum tabernaculis servorum tuorum parentem colloca. Licet enim Thecla protomartyr maxima fuerit, magnus porrò & divinus Gregorius, ideoque maxima quoque ex te exculpserunt, nihilominus suppetunt & nobis, quæ apponamus, & defuncti res probè gestæ, & nobiles hi, recenterque nati, & fructicosi, quamvis ex improba radice orti sunt, surculi, quibus si quid fuerit, quod in nobis minus sit, supplere possumus.* Et Nicolaus Athenienſis Metropolita in Officio ſancti Olei, qvod in demortuos canitur: Καὶ σοῦ δούλου
συγγνώμην τῷ δούλῳ ζου τῷ παροργήσαντί σε, ὡς σάρκα ἀνθρωπίνην 121
φορεῦντι καὶ ἀσθένειαν ἔχοντι, καὶ ὡς ἐπήκουσας τῇ θελήσει ζου Θέκλη
τῇ πρωτομάρτυρι, τῇ ὑπὲρ μητρὸς αὐτῆς εἰδωλολάτριδι, καὶ οὐ παρεῖδες
τὴν δέησιν αὐτῆς, ἀλλ᾽ ὡς ὑπερέβαθ@, καὶ διαλλακτ@ ἔδωκας αὐτῇ συγγνώμην. καὶ ὡς ἔλυσας τῆς μάσιγ@ Τραϊανὸν διὰ ἐκτενοῦς ἐντεύξεως τοῦ δούλου ζου Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου, ἐπάκουσον καὶ ἡμῶν δεομένων ζου οὐχ ὑπὲρ εἰδωλολάτριδι, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ πιστοῦ ζου δούλου παροργίσαντα σε διὰ ἀσθένειαν. *Et præbe veniam servo tuo, qui te in iracundiam commovit, tanquam qui carnem humanam fert, & imbecillitati subjicitur; & ut exaudisti tuâ voluntate Theclam protomartyrem, pro matre gentili exorantem, & non contempsisti preces illius, sed ut super omnia bonus, & facilè conciliabilis exhibuisti illi veniam, & ut è supplicio liberasti Trajanum, per extensas preces servi tui Gregorii Dialogi, exaudi nos quoque supplicantes non pro gentili, sed pro fideli servo tuo, qui ob imbecillitatem te in iracundiam concitavit.* De Trajano etiam Nicepho-

2011 Ministerio de Cultura

Nicephorus Blemida Tractatu, Qvalem deceat esse Imperatorem: Διὸ πολλοὶ τῶν πάλαι βασιλέων ἔργοις καὶ λόγοις ἐφιλοσόφησαν περὶ ταύτης τῆς ἀρετῆς. οὐκ ἔλαττον δὲ τῶν ἄλλων Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς τὸν πατέρα Νερούαν διαδεξάμενος καλῶς καὶ αὐτὸν βασιλεύσαντα ἐμιμεῖτο. τοιοῦτον γὰρ εἶχε τὸ ταπεινὸν, καὶ συμπαθὲς, καὶ ἀνυπόστατον, ὡς καὶ παντὶ λυπουμένῳ συμπάσχειν, καὶ συναλγεῖν, καὶ πρὸς τοὺς πταίοντας ἀνεξίκακον εἶναι, λέγων, ἁρμόζει τῷ βασιλεῖ μιμεῖσθαι θεὸν, καὶ τῶν πλημμάτων τῶν δούλων ἀνέχεσθαι. διὰ τοῦτο καὶ συγγνώμης ἠξιώθη παρὰ θεοῦ, οὐ μόνον τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀσεβείας αὐτῷ τὸ μέγιστον καὶ παράδοξον παῖς δεήσεσι τοῦ θαυματουργοῦ Γρηγορίου, οὗ ὁ Διάλογος. τῆς γὰρ φιλανθρωπίας, καὶ συμπαθείας ἧς ἐκεῖνος παρουσίως μετεδίδου τοῖς πταίουσιν ἔτυχε καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τῆς ζωῆς τέλει παρὰ θεοῦ τοῦ ἀποδεχομένου μᾶλλον τὸ συμπαθὲς, καὶ φιλάνθρωπον, μισοῦντος ἢ τὸ ἀπηνὲς, καὶ ἀπάνθρωπον, καὶ πρὸς τοὺς τὸ ὁμόφυλον ἀκαμπεῖς, καὶ ἀσυμπαθεῖς κατ' ἀξίαν κολάζοντος. ἔδειξε γὰρ ὅτι συνεργούσης ἀλυχῆς δικαίου νικᾷ τὸ συμπαθὲς, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀσέβειαν. *Quapropter multi ex antiquis Imperatoribus verbo & opere de hac eadem virtute philosophati sunt. Inter eos non fuit postremus Trajanus Imperator, qui patrem Nervam excepit, probeque illius res gestas imitabatur: adeo enim erat animo demisso, misericordi, & facili, ut cum omnibus afflictis afflictaretur, ac condoleret, nec iis, qui malè se gesserant, iraſceretur, illud habens in ore, proprium esse Imperatori DEum æmulari, & errores servorum sustinere: ideoque misericvrdiam à DEo consecutus est, non peccatorum tantùm, sed quod apprimè eximium est, & præter omnem expectationem, precibus miraculorum effectoris Gregorii cognomento Dialogi, propria salutis. Humanitatem enim, & misericordiam, quam ille abundè aliis ministrabat, ipse in vitæ exitu à DEo, qui misericordiam atque humanitatem exosculatur, efferatos atque immisericordes animos odit, & ad idem genus implacabiles, atque inexorabiles pro dignitate castigat, adeptus est, illudque omninò comprobavit justorum precibus concurrentibus, ipsam etiam impietatem à misericordia superari.* Macarii historiam è Palladii Lausiacis desumptam t) præter Nicephorum, Joannes Damascenus refert ibidem, & com-

122

pro-

t) Qvanqvam in editionibus Palladii illud de Macario non exstat, tamen in Codice Colbertino reperit Cotelerius III. p. 563. monument. Græc. Vide eundem T. 1. p. 546. seq. ac de Falconilla Acta Theclæ in spicilegio Grabiano T. 1. p. 109.

2011 Ministerio de Cultura

probat. Et Joannes Hagioëlita in Encomio Macarii Ægyptii. 123
Οὗ τὰς εὐχὰς καὶ κρανίον ἕλληνός τινος ἱερέως ἐν ἐρήμῳ κείμενον ὡραδόξως ἀνεκήρυξεν, καὶ ἐν τοῖς βασανίοις ἄνεσιν χαριζομένους ἐνεδείξεν, ὅταν ὑπὲρ αὐτῶν χέοιντο. *Cujus preces & calvaria cujusdam gentilis sacerdotis in eremo projecta admirabiliter prædicavit, & iis, qui in tormentis erant cessationem suppeditantes, cùm pro illis funderentur, demonstravit.* Theophilum ab alterius vitæ suppliciis liberatum sanctorum precibus, præter Nicephorum, tradunt Zonaras Histor. tom. 3. in vita Michaëlis filii, Constantinus Manasses in Synopsi, Gennadius pro Concilio Florentino pag. 5. & alii. Trajani, Theodorus Metochita Histor. Rom. lib. 1. Gabriel Philadelphiensis pro Græcis contra Latinos different. 4. ex Joanne Damasceno. Qvæ si vera sunt, jam post hanc vitam in inferno redemptionem, ac salutem esse comprobant. Et licet pleriqve apud Latinos, qvibus historia de salute Trajani cordi est, ut similem errorem evitarent, multa commenti sint: hi qvidem Trajanum ad vitam revocatum à sancto Gregorio, & baptizatum, rursumqve vitâ functum abiisse in cœlum: Alii non revixisse corpus, sed clanculò animam à Gregorio baptizatam: Alii haud qvaqvam ab inferis liberatam, sed tantummodò pœnis alleviatam: Alii alia ridicula addidêre, ut de cranio illius cum vivida adhuc lingva reperto. Alii item scholasticè differentes, rem ita potuisse esse voluerunt, Trajanum, postqvam ex hac vita migravit, secundùm præsentem justitiam in Tartarum detrusum, secundùm autem superiores causas, qvibus præ- 124
videbatur ad vitam revocandus orationibus S. Gregorii, erat de illo aliter disponendum, qvare non finaliter fuit in inferno deputatus. Alii tamen saniori consilio, inter fabulas, & anilia nugamenta, u) totum hoc, qvod de Trajani salute refertur, rejecerunt. Licet, inqvam, res hæc ita pertractetur à Latinis, Græci tamen apertis velis, & sine ulla sui dicti emollitione, qvin etiam factum aliorum exemplis comprobantes, in eam

u) Plures è Romana Ecclesia scriptores qvi fabulam illam explodunt, laudavi in Bibliotheca latina, ubi de Plinii junioris Epistolis. Qvanqvam ex eadem qvoqve Ecclesia Romana non desunt qvi huic & similibus narrationibus libenter accommodarunt fidem, ut Alphonsus Ciacconus, cujus Apologia pro relatione de Trajano, inscribitur: *Historia verissima à multorum calumniis vindicata.*

2011 Ministerio de Cultura

iverunt ſententiam, animas æternis pœnis condemnatas, ſi ſanctorum preces intercedant, ſalvari poſſe, & ſanctorum precibus detrahere, qvi id negaret, qvaſi ipſæ nullius eſſent roboris apud DEum. Ideoqve neqve cauſas ſententiæ ſuæ qværunt, ſed admiratione perciti, omnia in miſericordiam DEi, & orationis vim deferunt. Joannes Damaſcenus dicto loco: Θαυμαστὸς εἶ δέσποτα, καὶ θαυμαστά ζου τὰ ἔργα, καί σου τὸ ἄφατον δύναμιν δοξάζομεν, ὅτι πάντοτε πρὸς τὸ φιλάνθρωπον νεύεις, καὶ τοῖς δούλοις ζου τὰς ἀφορμὰς παρέχεις, τῆς τε φιλαδελφίας, καὶ τῆς πρός σε βεβαίας πίστεως καὶ ἐλπίδος, καὶ ἐδίδαξας ἡμᾶς διὰ τῶν σῶν θεραπόντων διεργεσίας ποιεῖν ὑπὲρ ἀλλήλων ἐξιλασμούς τε, καὶ ἐλεημοσύνας, ὕμνους, καὶ ψαλμῳδίας, καὶ προσευχὰς ὧν εἰκὸς καὶ εἰς μάτην, οὐ δὲ ἀπλανὴς καὶ ὑπάρχος, καὶ διδοὺς πᾶν ὁπουοῦν προφέρουσιν εἰς δόξαν ζου μυελοπλασίονα τὴν ἀντίδοσιν, καὶ ἐδὲν ὅλως ἄπρακτον τῷ σῷ ὀνόματι γινομένων ἀνάντητον. Id eſt: *Mirabilis es Domine, & mirabilia ſunt opera tua: miſericordiam tuam ineffabilem rectè glorificamus: undequaque enim ad miſericordiam propenſus es, ſervisque tuis varias occaſiones ſalutis, fraternæ dilectionis, ſolidæque ſpei, ac fidei erga te præbes, docens per famulos tuos nos invicem mutuis beneficiis debere proſequi: qualia ſunt propitiationes & holocauſta, hymni, pſalmorum cantus, & preces. Neque id temerè fruſtrave. Nam cùm errare neſcias, ad largiendumque ſis facilis, & millefariam retribuas pro omnibus, quæ in gloriam tuam offeruntur, quomodo inutile erit aliquid, quod in nomine tuo fuerit factum?* Et cùm ipſi fateantur, criminoſum eſſe pro infidelibus, & filiis perditionis aut orare, aut ſacrum offerre, ideoqve eundem D. Gregorium admonitum, ne de cætero ſimilia auderet, tanto viro non verentur, actionem tam indignam, qvæ neqve ex ignorantia, neqve ex impotentia animi potuit provenire, impingere; & volunt hominem in eadem ipſa actione, in qva pro idololatra orans in DEum delinqvebat, à DEo exauditum fuiſſe.

De Theophilo Baronius x) ex Gennadio Patriarcha in expoſitione pro Concilio Florentino ſeſſ. 5. tradit in ipſo fine vitæ ſui erroris pœnitentem, imaginem ſacram adoraſſe, ac poſt mortem in judicium raptum, precibus uxoris Theodoræ, Metho-

x) Baron. ad A. C. 842.

2011 Ministerio de Cultura

thodii Patriarchæ, & aliorum, misericordiam à DEo consecutum esse: & fusè narrat idem Xanthopulus in Synaxario secundæ jejuniorum Dominicæ pag. 72. 6. c. 1. m. refertqve Auctor innominatus de constitutione * Dominicæ orthodoxæ. 126
Qvod si verum esset, nulli dubium est, sanctorum preces ita invaluisse, pœnitentiâ etiam Theophili confirmatas, ut à meritis æternisqve suppliciis illum liberarent. Sed hoc ad rem propositam nihil facit, cùm Græci dicant mortuis infidelibus impœnitentibus, & in peccatis mortuis preces sanctorum proficuas esse, & manifestè colligitur ex Joanne Zonara in ejus vita. Expirans enim uxorem, & Canicleio Præfectum Theoctistum multum obtestatus est, ne paterentur venerandas imagines reponi, aut Joannem, qvi Iconomachorum hæresim propugnabat, Ecclesia pelli. Adde etiam Imperii æmuli Theophobi caput pervim abcisum manibus propriis contrectasse, & qvasi injurias ulciscentem, illius cruciatu, atqve supplicio paviſſe oculos, animumqve exsaturasse, & vindictæ sitim verbis etiam illis, *neque ego posthac Theophilus, neque tu Theophobus eris*, propalasse, & dum hæc diceret, expirasse. Hunc tamen Zonaras in vita Michaëlis filii, communibus precibus post mortem à tormentis liberatum narrat, illisqve fidem abrogare, nonnisi qvi intercessiones sanctorum apud DEum aliqvid posse ignorat. Ecce ejus verba: Ὅυτω φασὶ ϗ τὴν βασίλισσαν θερμότατα δεηθῆναι τοῦ τε πατριάρχου ϗ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων, ϗὴ μοναχῶν κοινῇ προσενεγκεῖν δέησιν τῷ θεῷ, ὥστε σωτηρίας τυχεῖν τὸν βασιλέα, ϗὴ ξιφδυνέτιν αὐτῆς. ϗὴ μὴτοι θερμότατα δεηθῆναι αὐτὰς τοῦ θεοῦ, ϗὴ τὸν μὴ παριδεῖν τὴν αἴτησιν τῶν θεραπόντων αὐτᾶ, ἀλλ' ἀξιῶσαι συγγνώμης τὸν βασιλέα Θεόφιλον. ἄδεται ταῦτα ϗ πῖς ἀφορῶσι πρὸς τὸ φιλάνθρωπον τοῦ θεοῦ, ϗ δέχεται, ϗ πιστεύεται. ἀπιστήσαι δ' ἂν εἰς, ἢ ὅστις οὐ μέγα οἴεται δυνάσθαι τὰς τῶν ἁγίων ἐντεύξεις τὰς πρὸς τὸν θεὸν, οὐδ' ἀντιμετρεῖν οἷόν τε τὴν τοῦ θεοῦ ἀγαθότητα πρὸς τὰ ἀνθρώπινα ἁμαρτήματα. Id est: *Tum ajunt Imperatricem instantissimè orasse Patriarcham, aliosque Pontifices, & monachos, ut communibus precibus Imperatoris & conjugis sui salutem à DEo exorarent. Quod cum illi ferventibus animis fecissent, DEum preces servorum suorum non esse aspernatum, sed ignovisse Imperatori Theophilo. Celebrantur hæc & ab eis, qui DEi humanitatem intuentur, & recipiunt, & credunt. Neque verò quisquam eis fidem abrogaret, nisi* 127

 qui

* 2. Qvadragesimæ, qvâ restitutum imaginum cultum Græci celebrant. infra p. 144.

2011 Ministerio de Cultura

qui parùm posse intercessiones sanctorum apud DEum sensérit, & DEi bonitatem cum humanis erratis componere ignorarit. Qvid plura? Paulus Monachus Monembasiæ Episcopus in Narrationibus tradit, matrem adulteram damnatam, à pœnis liberatam fuisse à filio precibus & orationibus. Et Glycas, sive Zonaras in epistolis, epist. 21. Εἰ γὰρ καί τινων ἁγίων ἔτι τῷ βίῳ ὄντων ἠκούσαμεν ὅτι δι' ἀχῶν αὐτῶν, καί τινας ἐν ἀσεβείᾳ τὸν ζῶν καταλύσαντας αἰωνιζούσης κολάζεως ἠλευθερώθησαν, τί τὸ κωλῦον μὴ καὶ τὸν βίον ἀλλάξαντες καὶ τοῦ θεοῦ δῆθεν ἐγγύτερον γεγονότες τὰ αὐτὰ τοῖς σεσωσμένοις ποιεῖν, καὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν, ἵνα μὴ λέγω πολλῷ μείζονα διά γε τὸν τῆς σαρκὸς ταύτης ἀπόθεσιν; *Etenim si de nonnullis sanctis, cùm adhuc hanc vitam ducerent, intellexímus eos precibus suis quosdam, qui in impietate perierant, à sempiterno supplicio liberasse, quid impediet, ne præsenti vitâ immutatâ, Deoque facti proximiores, præcessoribus eadem efficere, eandemque possidere facultatem, & efficaciam, ne dicam multo majorem, propter hujusce carnis depositionem?* Non dissimile est, qvod multorum sententia, famaqve ad sua usqve tempora producta, narrat Auctor vitæ sancti Cosmæ Melodi, de patre Joannis Damasceni, qvi Mahometanæ legi addictus, extra Ecclesiam mortem obiit. Is nihilominus Cosmæ Præceptoris, Cosmæ Melodi, & Joannis filiorum precibus, ab æternis suppliciis, qvibus infideles puniri sveverunt, liberatur, & inter beatos gloriæqve Christi participes collocatur. Nicephorus qvoqve Blemmidas in vita sancti Pauli Latrensis refert, Ignatium qvendam monachum, qvi nefario scelere vitam divinam atqve humanam polluerat; ideoqve derepente pessimè contrucidatum, & pœnis æternis, uti memorat, condemnatum, precibus Fratrum, & intercessione Pauli Latrensis, non multos post dies ab iisdem liberatum, & beatorum societati redditum. Et ne tandem hiscere audeant, in nonnullis eorum Evchologiis Venetiis editis, & præcipuè in edito apud Christophorum Zannetum 1553. cap. 96. pag. 214. habetur Officium sancti Olei, qvod in demortuos canitur à septem sacerdotibus, compositum à Nicolao Athenarum Metropolita. Qvisqvis tamen is Nicolaus sit, in eo Officio apertissimè preces illæ ab
128 illis sacerdotibus effunduntur, & reliqvæ cæremoniæ peraguntur ad liberandam demortui animam, non à gloria Paradisi,

tunc

2011 Ministerio de Cultura

tunc enim desiperent, non à pœnis Purgatorii, qvas illi nullas agnoscunt: ergo à pœnis inferni: & id se consecuturos illis supplicationibus Thrasones isti existimant. Precantur DEum, ut demortui animam liberet à sempiternis vinculis, & carcere: Ἀπόλυσον αὐτὸν τῶν αἰωνίων δεσμῶν· καὶ τῆς Φυλακῆς, ὅτι σὲ αἰσθανόμεθα ὑπεράσπιστον λυτρωτὴν αἰωνίων δεσμῶν τῶν ψυχῶν. Et orat. 4. Εὐχαριστοῦμέν σε ὑπερέχαθε, ὅτι τὸς ἀνελπίστως ἁρπαγέντας, καὶ ἀμετανοήτως, καὶ τῷ ᾅδῃ κατεχομένους δι' ἐντεύξεων τῶν δούλων σου ἀνίεις τῶν δεσμῶν, καὶ λύτρωσαι τοῦ σκότους, καὶ ἀνάγεις τῆς Φυλακῆς. διὸ καὶ ἡμεῖς οἱ ἀτελεῖς. *Gratias agimus tibi, super omnia bone, quòd ex improviso raptos, & nullâ pœnitentiâ actâ, & in inferno detentos, per supplicationes sanctorum tuorum, à vinculis solvis, & liberas à tenebris, & è carcere educis. Quapropter & nos viles*, &c. Orat. 5. affert exemplum de Trajani, & Falconillæ salute, defunctoqve similia deprecatur. Et Orat. penultimâ: Καὶ ἐλευθέρωσον αὐτὸν τῆς ζοφώδους καὶ σκοτεινοτάτης κολάσεως, καὶ τῶν πικρῶν τυράννων, καὶ κολαστῶν δαιμόνων. *Et libera eum à caliginoso, & obscurissimo tormento, & amaris, & punientibus dæmonibus.* Vincula & carcer sempiternus, qvi in inferno detinentur, nulla propriorum delictorum peracta pœnitentia, Trajani & Falconillæ exemplo libertatem deposcere, tenebricosissima tormenta, amari, punientesqve dæmones, Purgatorii ne ignis an infernalis indicia sunt? & tamen misericordes isti, & qvi tantundem de suis precibus confidunt, DEum aliàs mitissimum exorant, ut peccatores similes, & ad similes pœnas condemnatos, è carcere, tenebrisqve perpetuis eductos, in gloriam beatorum deducat, ut immemor scilicet sui dicti, *in inferno nulla est redemptio*, redemptionem ibi esse facto demonstret. Id cùm Novatoribus hisce durum videretur, & clarissimè seqvi viderent, si semel pro uno vel altero DEi misericordis benignitate portæ inferi adaperirentur, etiam pro universis aliis fore futuris temporibus adaperiendas, qvod impium esset asserere, verba sancti Basilii orat. in Pentecosten impiè depravarunt, qvasi in eo esset, in inferno non omnes, sed unam tantùm partem confessuros Dominum. Ὅτι οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε κύριε. οὐδὲ πάντες οἱ ἐν ᾅδου ἐξομολογήσιν παῤῥησιάσονταί σοι. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui in inferno sunt audebunt confessionem offerre tibi.* Ibi enim legitur, οὐδὲ οἱ ἐν ᾅδῃ, 130

2011. Ministerio de Cultura

absqve vocula παῖτες, & legit etiam Glycas, sive Zonaras epist. 20. optimè ad rem, & ad sententiam. Mortui enim, & apud inferos, sub terra scilicet degentes non laudant, neqve confitentur Dominum, sed nos qvi vivimus eum laudamus, & pro eorum animis, effusis precibus exoramus, qvod & facit Ecclesia, & verissimum est. Absurda qvæ in hoc Officio continentur meditatiùs considerantes, postremi Evchologii correctores ab eodem
131 Evchologio eraserunt, ne malè sanis opinionibus legentium animos inficerent, audacter primi addentes qvod nefas fuerat legi, postremi cautiùs, ut noxia demerent, utriqve malè. Qvo enim nomine addunt vel demunt libris Ecclesiasticis qvidqvid ipsis libuerit, absqve Ecclesiæ auctoritate? qvod sanè qvemadmodum maximoperè dolendum est, ita esset, ne futuris temporibus similia paterentur, summâ curâ invigilandum.

De Macarii colloqvio cum mortuo satis dixero, si dicam illud è Palladii * Lausiacis profectum, in Ecclesia Græcorum propagatum fuisse, ideoq; merum figmentum esse judico, cùm hominem non integræ fidei habeat auctorem. Illum enim multa in illa historia ex voluntate commentum, dicteria in Hieronymum, Origenistarum, & Pelagianorum laudationes immensæ abundè arguunt. Et cùm ipse ab Evagrio Pontico Origenis erroribus fuerit imbutus, qvos & in Palæstina docere conatus est, qvid mirum si Origenistarum errorum semina, ubi commodè fieri potest, inspergat? Et damnatorum aliqvando restitutionem fore, Origenis error fuit, qvem ipse non illepidâ istâ narratiunculâ confirmare nititur, cùm asserat infideles æternis pœnis addictos, piorum precibus sublevari: ut hîc etiam perfectam aliqvando salutem habituros convincat.

Neqve formula illa apud Latinos in oratione, qvæ post Evangelium in Missa recitatur: *Libera Domine animas fidelium de-*
132 *functorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas Tartarus, ne cadunt in obscurum*, &c. eadem est cum istis Græcorum. Illa siqvidem de Purgatorii pœnis, à qvibus orat Ecclesia, ut qvi illic detineantur, liberentur; ut non detineantur videlicet diutiùs in illis, & qvasi à divina clementia destituti, à Tartaro absorberi videantur, commodè accipi potest. Pœnæ enim inferni pro pœnis Purgatorii sumi possunt,

* Non ideo ipse fuit hujus commenti auctor.

2011 Ministerio de Cultura

sunt, cùm non minùs infernus, qvàm Purgatorium subterraneum qvid sit. Nisi etiam dicere velimus pro illis animabus orari secundùm qvandam anticipationem, seu repræsentationem, statum enim illarum animarum Ecclesia repræsentat in eo puncto, qvo à corpore exeunt, & ad judicium referuntur, tunc namqve orat pro illis, *ne absorbeat eas Tartarus*, &c. sicut etiam nunc, qvando Christi adventum repræsentat, intercedit, *Rorate cœli desuper*, &c. At illæ Græcorum in hanc sententiam trahi non possunt, cùm pœnæ illæ æternæ sint, & indesinenter excrucient, qvo pœnæ Purgatorii à pœnis inferni differunt. Nisi omnes pœnas post hanc vitam etiam æternas purgatorias dicere velimus, qvi fuit error Origenis, ut refert Epiphanius epistolâ ad Joannem Hierosolymitanum, omnibus impiis hominibus & dæmonibus etiam tandem salutem pollicentis: Et modus iste loqvendi non nisi pœnas inferni nobis indicare, ex eodem auctore manifestum fit. Ipse enim in seqventi Synaxario, ubi de jùdicio universali pertractat, de damnatis, eorumqve pœnis verba faciens, dicit: 133
Καὶ πορεύονται οἱ τῶν ἀγαθῶν ἐργάται αἰώνιον ζωὴν κομιζόμενοι. οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ αἰώνιον πάλιν πῦρ βάσανον, καὶ οὐδέ ποτε τούτων παύσις γενήσεται. p. 17. a. c. 1. m. *Et abibunt qui bona operati sunt, sempiternam vitam deferentes, peccatores vero sempiternum rursus tormentum, neque unquam horum finis erit.* Et infrà damnatorum pœnas ex Evangelio explicans: Αἱ βάσανοι μὲν οἷς τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον παρέδωκεν, αὗταί εἰσιν. καὶ ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται. καὶ βάλλετε αὐτὸν εἰς τὸ πῦρ τὸ ἐξώτερον. *Tormenta quidem, quibus sacrum Evangelium eos tradidit, hæc sunt: Ibi erit planctus, & stridor dentium, Vermis eorum non cessabit: Et ignis eorum non extinguetur. Et abjicite eum in tenebras exteriores.* Ergo si damnatorum pœnæ æternæ, & vermis indesinenter puniens sunt, & preces ideo effunduntur, ut ab hisce pœnis liberentur, qvemadmodum & Trajanus infidelis, & Theophilus damnatus, & alii liberati sunt: ergo de pœnis inferni, non de Purgatorii sermo est.

Si dicant eos in Purgatorio fuisse, & ut se ab hoc defendant, Purgatorium nobis etiam nolentes concedant, ridiculi omnino sunt. Qvis enim unqvam prohibuit, ne pro iis, qvi in Purgatorio sunt, preces fundantur? Qvis pro precibus, ut illos liberaret, effusis, castigatus fuit, & monitus ne posthac simi-

2011 Ministerio de Cultura

ſimilia auderet? At iſti dicunt ita Gregorium admonitum. Ergo de pœnis inferni, non de Purgatorii * intelligunt, à qvibus orant, ut animæ liberentur. Ergo pœnarum illarum aliqvando finem futurum exiſtimant: aliàs non orarent. Qvod inde
134 neceſſariò ſeqvi ſatis ſubodoratus eſt Auctor Græcus de Purgatorio igne, qvamvis malè poſtea inde concludat, ignem Purgatorium non eſſe concedendum, ne in errorem Origenis, pœnis æternis finem ſtatuentis prolabamur. Εἰ δὴ νυῦ ἐκ νέου καὶ πρόσκαιρον ὀνομάσωμεν πῦρ, δέος μὴ ἔθ' ὑποπτεύσαντες εἶναι οἱ πιστοὶ τὸ αἰώνιον, καὶ παῦ ἤδη δοκεῖ νομίσωσι πῦρ, κἀντεῦθεν τὰ Ὠριγένους νοσήσωσι, καὶ τὴν τῆς αἰωνίου κολάσεως μνήμην τῶν ψυχῶν ἀποκείσωσι τέλος κολάσεως ἥμενοι. ὅθεν ὡς πολλὰ μὲν ἕψεται ἄτοπα, πολλῶ δὲ ὑποδείξονται πρὸς τὴν οἰκείαν πολιτείαν ἀμέλειαν, καὶ πολλῶ χορηγήσουσιν ὕλην τῇ αἰωνίῳ κολάσει, ἁπάσης ἀγνοεῖ. *Si verò nunc noviter temporarium etiam vocaverimus ignem: verendum eſt, ne fideles hunc exiſtimantes æternum, etiam omnem jam talem eſſe ignem putent; atque hinc in Origenis errorem prolabantur, æternique ſupplicii memoriam animis ſuis excutiant, finem pœnæ ſtatuentes. Ex quo multa quidem ſecutura abſurda, cùm & magnam arrepturi ſunt circà vitam ſuam reſtè inſtituendam negligentiam, & magnam ſuppeditaturi æterno ſupplicio materiam, nemo ignorat.* Et Georgius Corcyrenſis Metropolita ſyntagmat. contra Latinos de Purgatorio igne: Ἀλλ' ὦ θαυμάσιε ἔφην ἐγὼ, ὁ οὕτω φρονῶν καὶ οὕτω διδάσκων Ὠριγένει ἑαυτὸς μοι ἀντίκρυς εἶναι δοκεῖς. Ὠριγένης γὰρ καὶ οἱ κατ' ἐκεῖνον τέλος κολάσεως ἐδογμάτισαν, ὡς καὶ αὐτὸς τὸς δαίμονας μετὰ πολυετηρίδας τινὰς συγγνώμης τυχεῖν ἀπαλλαγῆς τε ἀτελευτήτως κολάζεσθαι. *Sed, ô admirande, ego*
135 *inquam, qui ita ſentis, & ita doces, Origeniſta planè mihi eſſe videris. Origenes quippe, & illius aſſeclæ pœnarum finem ſtatuerunt, quemadmodùm & ipſos dæmonas poſt multorum annorum curriculum veniam conſecuturos, à ſempiternis illis pœnis liberatos.* Inter præcipuos aſſeclas Origenis memorantur Palladius, Evagrius, Didymus, qvi 6. tom. Biblioth. Patrum colum. 648. docet apertè reparationem dæmonum cum Origene. Et alii, qvi cùm viderent Gregorium Nyſſenum, doctrinâ ſingulari, eloqventiâ inſigni, & ſanctitate per omnium ora decantatâ, ut talis viri virtute, atqve doctrinâ ſua tutarentur nugamenta, Origenicæ hæreſeos pernicioſa venena in ſcriptis illius malitiosè admiſcuerunt. Horum tamen

* Vide tamen Allatium de conſenſu utriusqve Eccleſ. p. 663. & lib. de purgatorio.

2011 Ministerio de Cultura

tamen falsitatibus optimè providit Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, edito de hoc libro, qvo spuria ista additamenta, ex malè sanorum hominum fraudibus nata esse apertissimè ostendit, & tanti Patris scripta ab Origenis errore immunia planè demonstrat Photius in Biblioth. Imm. CCXXXIII.

Ideò cùm similis error in illa Ecclesia aliqvando à nonnullis receptus fuerit, & prudenti Patrum discussione damnatus, omnes illæ sententiarum formulæ, qvæ de tali errore incusari possunt tanqvam suspectæ, etiamsi in bonum sensum aliqvâ expositione trahi possunt, omninò abdicandæ sunt. Hæ verò, qvas nunc notamus, cùm sententia plana sit, & exemplis confirmentur, ne pœnis æternis finem aliqvando unà cum Origene sta- 136
tuere videamur, omninò tollendæ sunt.

II. Secundus error est, isqve bimembris de visione DEi beatorum, & damnatorum punitione in eodem Synaxario p. 12. a. c. 1. f. Auctor enim Græcorum & aliorum Hæreticorum errorem secutus, affirmat justorum animas in certo loco detineri, y) à peccatoribus separatas, ibiqve diem judicii expectare. Similiter damnatos, ut mercedem pro ratione operum accipiant. Ισέον δὲ ὡς νυνὶ ἔν τισιν ἀφορισμένοις τόποις αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων διάγουσι. καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν αὖθις ἀνὰ μέρος. οἱ μὲν τῇ ἐλπίδι χαίροντες, οἱ δὲ τῇ τῶν δεινῶν προσδοκίᾳ λυπούμενοι. οὐ γὰρ ἔλαβον οἱ ἅγιοι τὴν ἐπαγγελίαν τῶν ἀγαθῶν ἔτι, ὡς φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος, τοῦ θεοῦ κρεῖττόν τι περὶ ἡμᾶς προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν. *Sciendum est nunc in quibusdam locis determinatis justorum animas degere, & peccatorum similiter separatim. Illi spe gaudent, hi tormentorum expectatione mœrent. Neque enim adhuc sancti bonorum promissionem acceperunt, ut divinus inquit Apostolus, DEo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.* Eandem sententiam secutus est Josephus Bryennius orat. 2. de futuro judicio, &

y) Hæc opinio qvam in Græcis qvibusdam Allatius reprehendit, atqve cum Hæreticis communem ait habere, multis etiam ex antiqvis Ecclesiæ Doctoribus Græcis & latinis probata fuit, ut disces ex Elmenhorstii notis ad Gennadium de dogmatibus Eccles. p. 177. seq. Lud. Capelli Operibus postumis p. 247. seq. & Thesibus Theologicis Gerh. Vossii p. 90. seq. Pleriqve tamen è Græcis aliter sentiunt, ut Allatius ipse infinitis testimoniis probavit libro contra Hottingerum p. 155. seq. & de Synodo Photiana p. 534. seq. atqve Epistola ad Boineburgium & notis ad Methodii Convivium Virginum.

2011 Ministerio de Cultura

sempiterna beatitudine. Αἱ μὲν τῶν οἰχομένων ψυχαὶ δύο τόπους ἔλαχον εἰς διαγωγήν· αἱ μὲν τῶν ἁγίων τοὺς οὐρανούς, αἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν τὸ τῆς γῆς κέντρον τὸν ἅδην δηλαδή, τουτέστι αἱ μὲν τῶν ἁγίων ἐλευθερίαν τετίμηνται· ὅτι καὶ πᾶσαν τὸν κόσμον καὶ τοῦτο Ἔδεμ τῆς τρυφῆς
137 τὸ χωρίον ἐνδιαίτημα ἔχουσιν. αἱ δὲ καταδικασθεῖσαι εἰς ᾅδου μένειν ψυχαὶ ἐξελθεῖν ἐκεῖσε ἕως ἡμέρας τῆς κρίσεως καὶ φωτὸς, ἢ ἵνα ἀνέσεως ἀπολαύσωσι κωλύονται· οὐχ ὅτι καὶ τοῦ φωτὸς κολάζονται· οὔτε γὰρ οἱ ἅγιοι τῶν αἰωνίων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀπολαύουσι πρὸ τῆς κρίσεως, οὔτε οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς ἀπεράντου κολάσεως ἐν μεθυσίᾳ γίνονται. ἀλλ' ὅτι ἐν φυλακῇ κατεχόμεναι ζοφερᾷ φορτικοὶ καὶ ὠμοὶ, καὶ ἀνελεήμονας φρουροὺς τοὺς δαίμονας ἔχουσιν· οἳ οὐκ ἐῶσι τοῦ δεσμωτηρίου θύραν τινὰ, πῦρ πνέοντες, πῦρ βλέποντες νυκτὶ ἐοικότες τὰ πρόσωπα διὰ τὸ κατηφὲς καὶ μισανθρωπον. *Defunctorum animæ duo ad degendum loca sortitæ sunt: sanctorum, cœlum, peccatorum, terræ centrum, infernum nempe. Sed sanctorum libertate gaudent, quod & orbem universum, & Eden voluptatis locum sedem habent: quæ verò ad infernum condemnatæ sunt animæ, eo egrediendi ad diem judicii, & luminis, vel refectionis alicujus participes fieri, prohibentur. Etenim neque sancti sempiternis illis bonis ante judicium perfruuntur, neque peccatores tormentorum, quæ nullum finem habent, participes fiunt: verumtamen carcere tenebrosâ mancipatæ, difficiles, inhumanos, atque immisericordes custodes dæmones experiuntur, qui nulli extra carcerem caput efferre permittunt, ignem spirantes, ignem intuentes, facie nocti similes propter tristitiam atque inhumanitatem.* Error hic damnatus est in Concilio Florentino sessione ultima in Decreto Unionis Græcorum, & Latinorum, & in Concilio Tridentino, sessione 25. & disertis verbis ab Innocentio III. cap. Apostolicam, Extra. de Presbytero non ba-
138 ptizato. & Benedicto XII. in Extravag. qvæ incipit, *Benedictus DEus.* Et sanè si qvis auctorum loca, pro visione sanctorum beatifica post mortem, in unum colligere fascem voluerit, næ illæ ingens volumen conficeret; ferè enim nullus est, dummodo occasio se obtulerit, qvi visionem illam apertè, & sine involucris non fateatur. Nos omissis reliqvis, uno vel altero, eoqve non ita omnibus obvio contenti erimus. Auctor vitæ sancti Theodori Studitæ: Ἀλλὰ σὺ μοὶ ὦ ἱερώτατε πάτερ οὕτω καὶ βιοὺς, καὶ μεταστὰς, νῦν ἐν οὐρανῷ κομίζῃς τὰς ἀμοιβὰς, φωτὶ τῷ μεγάλῳ παρεστάμενος, καὶ ταῖς ἀυγαῖς τῆς μακαρίας καὶ δεξιᾶς τελάδος ἐλλαμπό-

2011 Ministerio de Cultura

λαμπρῷ τραχυτέρου τε καὶ καθαρώτερον, ὅλῳ νοὶ ὅλῳ τῷ ἀγγέλῳ δεχόμῳ τῆς θεότητος, καὶ τῇ ἑνώσει ταύτης θεούμῳ. *Tu verò sacratissime Pater, hac ratione vitâ defunctus, atque demortuus, nunc in cœlo fers præmia, lumini magno assidens, & fulgoribus beatæ & dominatricis Triadis clariùs, purgatiusque collustratus, totum totâ mente splendorem deitatis accipiens, & illius unione deificatus.* Auctor vitæ sancti Cosmæ Melodi: Ἡ μὲν οὖν ἁγίου προόρησις καιρὸν εἰς ἔργον ἐκβέβηκε, καὶ πρὸς τὰς οὐρανίους μετέβη μονὰς, ὁ τούτων τῷ ὄντι ἐπάξιος, καὶ συνετέθη τοῖς πατράσι καὶ διδασκάλοις, ὁ πατὴρ καὶ διδάσκαλος καὶ νῦν ἀμέσως παρεσὼς τῇ ἑνιαίᾳ Τριάδι τῆς ἐκεῖθεν φωτοειδίας καθαρώτερον καταλάμπεται. *Et sancti quidem præsagitio tempore opportuno opere effectum habuit, gradumque fecit ad cœlestes mansiones, verè earum dignus, & appositus est Patribus & Magistris, Pater ipse & Magister, & nunc immediatè Triadi in unitate conspicuæ assistens, quibus inde effulgent splendoribus, purgatiùs illustratur.* Joannes Patriarcha Hierosolymitanus in vita sancti Joannis Damasceni: Καὶ νῦν οὐκ ἐν εἰκόνι τοῦτον ὁρᾷ, οὐκ ἐν ἐκτυπώματι θεωρεῖται, ἀλλ' αὐτὸν ὀπτάνεται καὶ πρόσωπον ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ βλέπων τὴν δόξαν τῆς μακαρίας Τριάδος. *Et nunc non in imagine illum intuetur, non in effigie adorat, sed ipsum facie ad faciem detecto capite conspicit, gloriam beatæ spectans Trinitatis.* Gregorius Patriarcha in vita sancti Lazari: Καὶ νῦν ἐστι Λάζαρος ἐν οὐρανοῖς χορεύων σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις χορείαν τὴν ἀκατάπαυστον, τὴν δόξαν τοῦ κυρίου ἀκαταλύπτῳ προσώπῳ ἐνοπτριζόμενος, καὶ ἵλεων πᾶσι κοινῇ τὸν δεσπότην ἐργαζόμενος. *Et nunc Lazarus in cœlis est, cum reliquis sanctis nunquam cessantem saltationem saltans, gloriam Domini aperto capite conspiciens, & omnibus simul Dominum propitium reddens.* Et ex schismate etiam ipso errorem hunc detestati sunt pleriqve, & tractatibus etiam editis oppugnarunt. Videsis Glycæ, sive Zonaræ epist. 20. & 21. Gabrielis Severi Philadelphiensis Episcopi cap. 5. inter ea, qvæ scripsit pro Græcis neotericis adversus Latinæ Ecclesiæ dogmata. Rideres, mi Auberte, aliqvorum ex Græcis, qvi nunc vivunt vesaniam; namqve cum hisce vel similibus auctoritatibus illis mutire necesse sit, qvid enim clarius, aut apertius dici potuit? ne videantur palàm obnoxii, respondent dicta Patrum encomia esse sic prolata ad extollendam, magnificandamqve sanctorum vitam & mortem, re tamen vera eos, qvod ipsi sentiunt, sensisse. Alii, illud *nunc*, 139

2011 Ministerio de Cultura

140 qvod in auctoritatibus habetur, non præſens tempus, ſed futurum indicare: ſicqve non qvam nunc ſancti gloriam poſſident, ſed qvam poſt judicium poſſeſſuri ſunt, nobis verbis illis ſignificare. O caſtos, ô divinos ſanctorum Interpretes! qvi, qvod in corde ſanctorum ſomniant, aſſerunt, qvod ex ore effluit, & ſcripto confirmatur, abjiciunt. Patres ſcilicet in tradendis noſtræ fidei dogmatis aliud habuêre in ore, aliud in corde, & qvod magis mirêre, fanaticis ejuscemodi revelarunt, nam aliunde unde ipſi ſciunt ſanctorum aliam in corde fuiſſe ſententiam, aliam ſcripto & ore profeſſos. Deinde ſi *nunc* futurum tempus deſignat, ideoqve gloriam non qvæ nunc eſt, ſed qvæ futura eſt, eaqve poſt judicium ſignificare, ſeqvetur etiam reliqva omnia, qvæ Patres dictæ gloriæ adnectunt, non nunc præſtari, ſed explenda ea qvoqve poſt judicium. Ergo poſt judicium DEum pro nobis orabunt, nobis ſuccurrent, venient ad nos vocati, miſeris opem ferent, indigentibus præſtò erunt, & ſexcenta alia. At ſi poſt judicium nulli homines, nullum auxilium neceſſarium, neceſſe fuerit illa tunc effici, cùm opus fuerit, ac *nunc* opus ſunt non poſt judicium ſanctorum pro nobis interceſſiones, ergo *nunc* qvoqve non poſt judicium DEum vident, Trinitati aſſiſtunt, &c. & tamen nugas prædicantibus non malè creditur. Argumentis & rationibus Græcorum abundè ſatis fit à D. Thoma, Bellarmino aliisqve.

141 III. Tertius error in Synaxario de extremo judicio p. 17. à col. 1. f. Qvi damnatorum pœnas non eſſe corporeas z) tradit, ſed tantùm tenebras neſcio qvas, & DEi privationem, & animarum propter conſcientiæ ſtimulos conſumptionem. Α δὴ πάντα λαμπρῶς ἡ ἐκκλησία τ̃ θεοῦ δεχομένη οἴεται τυφλὸν μὲν, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν εἶναι τὴν μετὰ θεοῦ τῶν ἁγίων συναγωγὴν, καὶ τὴν ἐσομένην ἐκείνοις ἔλλαμψιν διανοητὴν καὶ ἀνάβασιν, βάσανον δὲ καὶ σκότ῾ος, καὶ τὰ τοιαῦτα τὸν ἀπὸ θεοῦ μακρυσμὸν, καὶ τὴν τῶν ψυχῶν λύπην τ̃ συνειδότ῾ος δαπάνην, ὅπως δι' ἀμελείας καὶ τυφῆς παροικαίρου τῆς θείκῆς

z) Hæc ſententia non Origeni ſolum ſed & Ambroſio, Auguſtino & aliis Eccleſiæ doctoribus olim placuiſſe videtur. Vide Benedictinorum notas ad Ambroſium T. 1. p. 1460. Sixtum Senenſem lib. 5. Bibl. ſanctæ annotat. 40. & Dionyſium Petavium dogm. Theol. de Angelis III. 5. S. Ephræmo Syro tamen præter rem tribui iſtud dogma, adverſus Eliam Dupinium diſputavit Petitdidierius, qvem ſi placet vide.

2011 Ministerio de Cultura

θεϊκῆς ἐλλάμψεως ἐστερήθησαν. *Quæ omnia planè DEi Ecclesia suscipiens existimat delicias ac regnum cælorum unà cum DEo sanctorum consvetudinem, & futuram illis perpetuam illustrationem, atque ascensum esse. Tormenta verò, & tenebras, & similia à DEo elongationem, animarumque propter conscientiam consumptionem, quando negligenter luxus caduci causa divinâ illustratione privati sunt.* In contrarium est communis doctrina Ecclesiæ, & auctoritas B. Gregorii 4. Dialogorum, qvi sic ait, *Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo certum est damnatorum corpora cruciari.*

IV. Qvartus error est in eodem Synaxario, de tempore secundi Domini adventus. Cùm enim dixisset illud Dominum abscondisse discipulis, tandem ita determinat, licet ex aliorum sententia, post septem annorum millia a) futurum, pag 16. b. c. 1. f. Πότε μέντοι γνώσεται ἡ αὐτοῦ παρουσία οὐδεὶς οἶδε. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ κύριος τοῖς ἀποστόλοις ἀπέκρυψεν. τέως γε μὴν σημεῖα τινὰ ἐνέφηνε προγνῶσθαι, ἅ τινες τῶν ἁγίων καὶ πλατύτερον διεσάφησαν. λέγεται 142 δ' ὅτι μετὰ τὴν τῶν ἑπτὰ χιλιάδων χρόνον παρέλευσιν ἔσται. *Quando verò illius adventus erit, nemo scit, hoc enim & Dominus Apostolis abscondit. Nihilominus signa nonnulla præcessura manifestavit, quæ plerique Sanctorum fusiùs exposuêre. Fama verò est post septem annorum millia exacta futurum.* Ubi dupliciter errat: Primò, tempus adventus determinat contra verba Domini. b) *De die autem illo,* &c. Et, c) *non est vestrum nosse tempora,* &c. Secundò, qvod falsum enunciavit, secundùm enim Græcorum computum Ecclesiasticum, qvi diversus omninò est à Latino, in ea tamen Ecclesia semper in usu, licet etiam non omnibus Græcis conformis

a) Qvemadmodum DEUS sex diebus mundum condidit, ita sex millibus annorum (ut millenarii singuli singulis diebus respondeant) etiam consummandam mundi durationem, multi veteres tradiderunt, qva de re conferre juvabit Allatium in notis ad Eustathium Antiochenum p. 248. seq. atqve Menardum & Cotelerium ad Epistolam qvæ S. Barnabæ Apostolo tribuitur sect. 15. Postea alii judicium extremum differendum esse sibi persvaserunt usqve ad Sabbati sive septimi millenarii dimidium, qva de sententia illustris locus est Germani CPolitani ab eodem Cotelerio jam laudatus. Deniqve alii futurum CHRISTI adventum statuerunt sub jam dicti sabbati Mystici sive septimi millenarii finem, atqve hæc ipsa sententia est qvam hoc loco in Græcis Allatius carpit, qvæ tamen illi communis est cum aliis doctoribus latinæ etiam Ecclesiæ, ut dixi ad Philastrium.

b) Matth. XXIV. 36. Marc. XIII. 32.

c) Actor. I. 7.

2011 Ministerio de Cultura

sit, qvibusdam enim annis Græci singuli, qvi calculum annorum à principio mundi produxerunt, discordant, hi contractiorem chronologiam statuentes, jam tempus ab hoc auctore determinatum elapsum est. Annum enim 7615. vel 7162. vel secundùm communiorem opinionem 7139. d) percurrimus, & tamen Domini adventus, de qvo sermo est, nullus apparuit. Deceptum hunc auctorem eorum opinione puto, qvi sex annorum millibus mundi duraturi tempora finiebant, multorum etiam Patrum, ut videbatur, auctoritate firmata. Præscriptum enim tempus excesserat, qvare ipse experimento edoctus falsa qvæ de hac duratione dicta erant fuisse, non tamen melior factus, neqve aliorum erroribus prudentior, tempus in septem millia dilatavit.

143 Qvod etiam falsum esse decursu temporis comperimus. Loqvimur nunc de computo Græcorum, qvo Xanthopulus utebatur, & qvo nisus similia propinabat. Qvòd si Latinorum computum respiciamus, res aliter se habet. Consideratiùs itaqve Josephus Bryennius orat. 1. de futuro judicio, & sempiterna beatitudine:

Πότε μὲν ἔσαι ἡ ἡμέρα τῆς κρίσεως, ὁ Χριστὸς, ἡ σοφία ἐρωτηθεὶς ἀπεκρίνατο, οὕτως εἰπών, περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ οὐρανοῦ, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος, ὅπου τοίνυν οὐδὲ οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ ἄγγελοι ἴσασι περὶ ταύτης τὸ πότε αὐτῆς ἔσαι ἡ ἡμέρα τῆς κρίσεως. εἰ γὰρ ἑκάστου τὸ τέλος ἄδηλον εἶναι ἡ πρόνοια ἔκρινεν ἐπὶ σκοπῷ σωτηρίῳ πολλῷ μᾶλλον τὴν τοῦ κόσμου σωτέλειαν ἐπ' ὠφελείᾳ κοινῇ τοῖς πᾶσιν ἀγνώριστον εἶναι πανσόφως αὕτη προώρισε. καθὼς περὶ τοῦ ζητήματος τούτου ἐν τοῖς περὶ τοῦ ζητήματος τούτου ἐν τοῖς περὶ σωτελείας πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀγάπην λόγοις διεξοδικώτερον, καὶ σαφέστερον εἴρηται.

Quando verò erit dies judicii? Christus ipsa sapientia interrogatus hoc modo respondit: De die autem illa & hora nemo novit, neqve Angeli cœlorum, neq; Filius, nisi Pater solus. *Ubi itaque neque cœlestes Angeli sciunt de eo, quando dies judicii futurus est, etenim si singulorum finem ignotum esse providentia voluit pro cujuslibet salute, multo magis mundi consummationem occultam esse, ad communem omnium utilitatem prædeterminavit: quemadmodum nos de hac quæstione in nostris de Consummatione orationibus fusiùs clariusque ad vestram dilectionem egimus.*

V. Qvintus error ordine erit, qvem si multorum errorum qvasi in unum congeriem dixeris, verum dices. Est enim

144 veluti

d) Si anno Græcorum demas 5508. prodit annus CHRISTI 1631.

2011 Ministerio de Cultura

veluti fœcunda mater errorum multijuga sobole fœdissimus. In secunda namqve Qvadragesimæ Dominica, qvam ex restituto imaginum sacratum cultu, & hæreticis profligatis ὀρθοδοξίας, qvasi *rectæ fidei* nominant; ubi veræ rectæqve fidei professionem emittunt, & singula religionis capita palàm & in aperto, voce altâ confitentur, sectarios, eorumqve hæreses iteratis anathematis damnant, nescio qvâ ratione dæmon malus impiè ita omnia confudit, ut hæreseon potiùs protestatio, qvàm rectæ fidei dicenda sit. Pro libidine enim sanctissimos qvosqve viros, qvi fidem vitâ & sangvine tutati sunt, iniqvo silentio involvunt, pessimos qvosqve & fidei hostes odio & adulatione, mirificis laudibus extollunt. Ideoqve non immeritò conditionem modernorum Græcorum, qvæ similibus addicta in Ecclesia recitaret, deplorabat Georgius Trapezuntius ad Joannem Crebucleſium, de processione Spiritus sancti. Ἀλλ' ἐντᾶυθα τᾶ λόγου γενόμενος ἔξω γίνομαι ἐμαυτοῦ τῷ πάθῃ νικώμεν@. οὐαί μοι τῷ ἀθλίῳ, οὐαί μοι, ὅτι τὸ ἐμὸν γέν@ τὸ ὀρθοδοξότατόν ποτε καὶ Χριστοῦ φίλον εἰς τοῦτο ἀσεβείας κατῆλθες, ὥστε σωφρονικῶς φρονῆσαι τὰ τᾶ Παλαμικᾶ, καὶ κατ' ἔτ@ τῷ ἀναθέματι παραπέμπειν Τριάδα καὶ τὰς ἀυτῆς. οὕτως ἐμάνης κατὰ τῆς ἀληθείας ὥσθ' ἵν' ἀποφύγῃς τὰς ἀλύτους τῆς ἀληθείας λόγους ἀποτολμῆσαι κηρύττειν ἀπείρους οὔσας τὰς ἐνεργείας τᾶ θεοῦ, κ᾽ ἀκτίσους εἶναι, καὶ ἀπειράκις τῆς οὐσίας διαφέρειν, καὶ πιστεύειν ἔξω Τριάδ@ εἶναί τι ἄκτισον, καὶ τὰς μὴ 145
οὕτω φρονοῦντας ἀποκηρύττειν τῆς ἐκκλησίας, ἤτοι τῆς παλαμᾶς Ρώμης. ἐρώτα καὶ μαθήσῃ. χᾶρε, καὶ ἀνοιγήσεταί ζοι. ἀκολούθῃ τοῖς σοῖς διδασκάλοις, Αθανασίῳ τῷ πάνυ, Βασιλείῳ, Κυρίλλῳ, τῷ Νύσης, καὶ τοῖς λοιποῖς. παράπεμψον τῷ ἀναθέματι Παλαμᾶν, τὸν ἵνα Φύγῃ τῆς Ρώμης δόξαν, ἤτοι τὴν ἀλήθειαν ἀυτὴν εἰς πολυθεΐαν, καὶ ἀυτῆς τῆς ἑλληνικῆς πολλῷ χείρω εἰσβαλόντα πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν Γραικῶν. Τίς τραγῳδὸς ὑποκριθήσῃ, ὡς δεῖ, ταῦτα. Τίς ἀρκούντως ἀποκλαύσεται; ἐμοὶ δὲ, εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, ὅταν ἐαυτῶν μνησθῶ, ὥσπερ τινὶ φιλογόῳ γυναικὶ ὀνυξὶν ἐπέρχεται ξύειν τὰς παρειὰς, καὶ τὴν κόμην ξαίνειν χερσὶ, δέρειν εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ τύπτειν παλάμαις τὰ γόνατα ἐνθυμουμένῳ τὴν τᾶ γένους ἀπώλειαν. ἀλλ' οὐ καιρὸς νῦν τῶν τοιούτων θρήνων. οἶδα γὰρ ὅτι καταγελᾶς Γραικὸς τῇ δόξῃ ὡς ἀνοήτου. ἐγὼ δὲ ὥσπερ ἀληθῆ λέγω, οὕτω μου ὁ Χριστὸς φείσαιτο ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. *Sed cùm huic dicendo accesserim passione devictus extra me fio. Væ mihi misero; Væ mihi, quòd gens mea, quæ aliquando quam orthodoxam fidem sequebatur, & Christi amans in id impietatis proruisti, ut synodicè ea, quæ Palamæ, sentires,*

2011 Ministerio de Cultura

tires, & singulis annis anathemate devoveas, Triadem, illiusque cultores: adeò adversus veritatem insanisti, ut dummodò insolubiles veritatis rationes declinares, ausa fueris, infinitas DEi operationes prædicare, easque increatas, & infinitè ab essentia differre, credereque aliquid extra Triadem increatum, & eos qui aliter sentiunt ab Ecclesia exturbare, seu à veteri Roma. Quære & disces. Pulsa, & aperietur tibi: sequere tuos præceptores Athanasium magnum, Basilium, Cyrillum, Nysse-
146 *num, & reliquos. Dic anathema Palamæ, qui ut Romæ sententiam declinaret, seu potiùs veritatem in multos deos, & Gentilium ipsorum multò perniciosiores Græcorum universam Ecclesiam conjecit. Quis Tragœdus hæc uti addecet, tragœdia prosequetur? quis abundè deplorabit? mihi sanè, verum enim dicetur, dum hæc in mentem veniunt, veluti cuidam lacrymis deditæ mulieri subit unguibus laniare genas, & manibus comam evellere, capiti plagas appingere, & palmis pulsare genua gentis meæ exitium reminiscenti. Sed similium lacrymarum nunc tempus non est. Novi enim quod qui opinione Græcus es, irrides me veluti mente captum. At ego quemadmodum vera dico, ita mihi DEus parcat in die judicii.* Ut meliùs verò hæc qvæ diximus innotescant, illa animadvertenda sunt.

Primum, Synodicum tomum, e) in qvo ista omnia continentur, impudentissimo mendacio septimæ Synodo generali appingunt, ut Synodi sanctissimæ nomine qvisqviliis, ac deliramentis suis fidem faciant. Nihil tale in ea Synodo reperitur. Qvî id enim fieri potuit, ut res post illam Synodum multis annorum centuriis gestas Synodus illa prævidens, ac determinens, has qvidem laudando, illas damnando publicaret. Qvare Philotheus Patriarcha, cujus superiùs meminimus, Synodicum hunc à se conscriptum, ut ego existimo, & ex serie Patriarcharum, qvos in eo commemorat, legenti facilè patet, ne auctoris damnati nomine scriptum vilesceret, sub specioso septimæ Synodi titulo editum in Ecclesiis Græcorum altâ voce recitari qvotannis instituit.

147 Secundum, verisimile esse, nonnulla præsertim qvæ in principio leguntur, cùm de Imaginum restitutione, aliisqve in septima Synodo pertractatis agant, ab eadem Synodo, multis immutatis,

e) Hic est qvem schismaticorum tomum Synodicum vocare solet Allatius, ut de Synodo Photiana p. 446. 450. &c.

2011 Ministerio de Cultura

mutatis, vel innovatis excerpta. Verùm reliqva alia post mentionem Nicephori, & Methodii Patriarcharum, ubi Ignatii & Photii memoriam facit, ad finem usqve Synodici, nulli dubium esse debet, ab eodem Philotheo ex ingenio fuisse adjuncta ad propriæ sententiæ pro defensione Gregorii Palamæ propugnationem, & aliorum oppugnationem.

Tertium, multas hæreses contineri in ea parte potissimum, ubi contra Joannem Italum, & Barlaamum, & Acyndinum insurgit, eosqve multiplici anathemate ferit, omnes è penu Gregorii Palamæ, ac similium prognatas, qvas cùm Demetrius Cydonius libro de hac re edito contra Palamam, & nuper * Græcè & Latinè edito, fusè prosequatur, ne nimius sim, silentio prætereo.

Qvartum pag. 77. b. c. 1. m. Ignatium & Photium sanctissimos vocat Patriarchas, & orthodoxos, & infrà pag. 82. b. c. 1. Qvod etsi de Ignatio verum est, de Photio f) tamen nonnisi in Historia Ecclesiastica rudis, & schismatis fautor dicet. Malorum enim omnium, qvæ ad hæc tempora Græcorum Ecclesiam deturpant, prima origo & causa, ipse Photius fuit, qvi eam ab Ecclesia Latina veluti à matre filiam separavit, multisqve 148
pravis opinionibus imbuit. Et qvod omnium pessimum est, adeo insimilibus obstinatam esse erudiit, ut malum adeò ingravescens non jam sentiat, & remedia in ejus salutem ab Ecclesia Latina exhibita respuat, & in tanto malo pertinaciter gaudeat.

Qvintum pag. 77. b. c. 1. m. Omnia scripta vel dicta tam contra Ignatium, qvàm ipsum Photium damnat. Απαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων πατριαρχῶν Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου, καὶ Μεθοδίου, Ιγνατίου, Φωτίου, Στεφάνου, Αντωνίου, καὶ Νικολάου γραφέντα, ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα. *Omnia contra sanctos Patriarchas Germanum, Nicephorum, Tarasium, & Methodium, Ignatium, Stephanum, Photium, Antonium, & Nicolaum sive scripta, sive dicta, anathema.* Ergo anathematizanda est octava Synodus generalis contra ipsum Photium, pro restitutione Ignatii celebrata. Ergo

* Edente Petro Arcudio. inter opuscula aurea Rom. 1630. 4.

f) Solenne est Allatio & aliis Ecclesiæ Romanæ assectis in Photium, tantopere ab aliis laudatum, velut hostem convitia & maledicta congerere, ut patet ex ejus libris contra Creygtonum, contra Hottingerum, nec minus de Synodo Photiana, &. de utriusqve Ecclesiæ consensu II. 4. seq. &c.

2011 Ministerio de Cultura

anathematizandæ epiſtolæ Adriani Papæ, Nicolai, Joannis, & aliorum Pontificum ſanctiſſima ſcripta, qvæ Photii in Ignatium machinas, in Eccleſiam Romanam dolos, in optimos qvosqve inſidias, & illius improbam & execrabilem vitam deprædicant, vel eo ſolo nomine qvod contra Photium ſint. Et ut plauſibilior res videatur, etiam contra Ignatium ſcripta & dicta damnat, cùm unum ex iis veracem fuiſſe oporteat, alterum iniqvum, & alieni occupatorem. Et tamen ſcripta contra Ignatium ipſi recipiunt, cùm Pſeudoſynodos Photii, & latrocinalia conventi-
149 cula exoſculentur, & inter alias Synodos connumerent: canonesqve ibi editos etiam prolixis commentariis cohoneſtent. Qvæ omnia ut honori Photii Græci conſulerent, non nunc primò, ſed ab eodemmet Photio, etiam dum viveret, poſt Ignatii obitum tentata fuiſſe ex iisdemmet Photii technis, & dolis comprobantur. Nam Joannes Pontifex, cùm ad Baſilium Imperatorem, Clerum Conſtantinopolitanum, & ipſum Photium, etiam legatione miſsâ, de reſtitutione ejusdem ſcripſiſſet, mandaviſſetqve qvidqvid in ea legati cæteriqve ſervare debuiſſent, ipſe Photius, legatis Pontificiis ſive aſſentientibus, ſive conniventibus, in Pſeudoſynodo, qvam pro ſui reſtitutione congregavit, ſi modò vera ſunt qvæ in ea narrantur, & non ex libidine Photii conficta, poſtqvam à ſe corruptas, qvibusdam additis & detractis, Joannis literas publicaſſet, illud ſummo ſtudio conatus eſt conſeqvi, ut acta octavæ Synodi contra ſe, auctoritate Concilii, & ipſius Pontificis damnata, de medio tollerentur, & ſic tandem omnis eorum memoria ſenſim obſcurata evaneſceret. Primum in epiſtolam Joannis ad ſemet redditam illa perfidè inſeruit: *Τὴν δὲ γνωμιθεῖσαν κατ' ἐμοῦ καὶ τῆς σῆς ἁγιωσύνης σύνοδον ἐν ταῖς αὐτόθι ἠκυρώσαμεν, καὶ ἐξουθενήσαμεν παντελῶς, καὶ ἀπεβαλόμεθα μάλιστα μὲν ἄλλα, κατ' ὅτι ὁ τοῦ ἡμῶν μακάριος Πάπας Ἀδριανὸς οὐκ ὑπέγραψεν ἐν αὐτῇ. Quæ verò Synodus in urbe iſta contra reverentiam veſtram habita eſt, eam nos irritam fecimus, atque omninò abrogavimus, & rejecimus tum*
150 *ob alia, tum etiam quod qui fuit ante nos beatæ memoriæ Papa Adrianus, non ſubſcripſit Synodo illi.* Et illa in Commonitorio Fratribus Paulo, & Eugenio Epiſcopis, etiam ab ipſo Photio falſato, qvod legitur Synodi Photianæ act. 2. *Volumus præterea ut coram univerſa Synodo promulgetur, quod Synodus habita adverſus prædictum Patriarcham*

2011 Ministerio de Cultura

cham Photium, tempore Adriani sanctissimi Papæ, tum Romæ, tum Constantinopoli, ex nunc habeatur nulla & irrita, & non numeretur cum alia sancta Synodo. Ibidem etiam variæ Patriarcharum epistolæ recitantur, qvarum ille scopus fuisse videtur, ut octavæ Synodi contra Photium acta damnarentur, & act. 3. à Patritiis etiam eadem Synodus destruitur. Sic item in alia Synodo Photiana, sed breviori illa qvidem, qvam meæ schedæ subministrarunt: illa ad fastidium usqve etiam in subscriptionibus Legatorum Apostolicorum, & Imperatoris, illiusqve filiorum repetuntur. Αλλὰ μὴν καὶ κζ τὸ τοῦ κομμονιτορίου ῥητὸν ἀποβάλλομαι, καὶ ἀναθεματίζω τὴν κατ' αὐτῆς συνῳδον σύνοδον ἐν τῇ Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, ὡσαύτως καὶ ἅπαντα τὰ πραχθέντα κατ' αὐτοῦ ἐν τοῖς καιροῖς ἧς ἐν ἁγίᾳ τῇ μνήμῃ Ἀδριανοῦ Πάπα Ρώμης κζ τὸ κεφάλαιον ἧς κομμονιτορίου καταργῶ, καὶ ἀναθεματίζω, καὶ ἀποβάλλομαι, καὶ ἐν ἀριθμῷ συνόδων οὐδαμῶς ταύτην καταψηφίζω. Verba sunt Petri Legati Pontificii: *Quinimmò & secundùm Commonitorii verba rejicio & anathematizo Synodum contra eum, Photium, celebratam in sacra Constantinopolitana Ecclesia, similiter & omnia contra ipsum temporibus piæ memoriæ Adriani Papæ Romani facta juxta Commonitorii clausulam, irrita facio, & anathematizo, & rejicio, & inter aliarum Synodorum numerum nullo modo illam constituo.* Et: Πάντα τὰ κατ' αὐτῆς συχνὰ ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ, καὶ παρ' οἱουδήποτε προσώπου τῷ αὐτῷ καθυποβάλλων ἀναθέματι. *Omnia contra ipsum in quocunque loco, & à quacunque persona facta eidem subjiciens anathemati.* Καὶ ἀποβολῇ πάντων τῶν κατ' αὐτῆς γραφέντων, ἢ λαληθέντων. *Et omnium contra eum aut dictorum, aut factorum ejectione.* Hæc licet falsa sint, & Photiana commenta, nec ab Ecclesia Romana unqvam recepta, ut infrà, cùm de excommunicatione Photii dicemus; similium tamen rerum principium, & illorum auctorem, necnon Synodici hujus originem, & summam Græcorum in suo Photio defendendo pervicaciam dilucidè satis habemus. Eorum posteà continuatus usus videri potest ex Tomo Unionis sub Constantino, & Romano Imperatoribus, in jure Græco-Romano lib. 2. & rursus posteà sub Basilio & Constantino Imperatoribus, Sisinnio Patriarchâ rem promovente renovato, ut refert Joannes Scylitza. Ὅστις καὶ τὰς Δαχεινομβίους λύσας διὰ τὴν τετραγαμίαν. *Is dissidium propter quartas nuptias dudum ortum distulit concordiâ factâ.*

§. I.

2011 Ministerio de Cultura

Sed qvæ Tomo ſubnectuntur acclamationes Synodales à Sergio Patriarcha, ex progenie Photii, ut conſangvinei honori conſuleret, additas fuiſſe veroſimile eſt: in qvibus ſic habetur: Ιγνατίου, Φωτίου, Στεφάνου, καὶ Αντωνίου, Νικολάου, καὶ Εὐθυμίου,
152 Στεφάνου, Τρύφωνος, Θεοφυλάκτου, Πολυεύκτου, καὶ Αντωνίου, τῶν ὀρθοδόξων Πατριαρχῶν αἰωνία ἡ μνήμη. ἅπαντα τὰ κατ' τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν Γερμανοῦ, Ταρασίου, Νικηφόρου καὶ Μεθοδίου γραφέντα, ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα. *Ignatii, Photii, Stephani, Tryphonis, Theophylacti, Polyeucti, & Antonii, orthodoxorum Patriarcharum æterna ſit memoria. Univerſa quæ contra ſanctos Patriarchas Germanum, Taraſium, Nicephorum, & Methodium ſcripta vel dicta ſunt, anathema.*
Sed etiam Marcus Epheſius in Concilio Florentino ſect. 6. teſtatus eſt. Καὶ αὕτη ἡ συνόδος λύει λέγει ἡ ἁγιοσύνη σου ἔχει πράξεις κατ' Φωτίου ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάπα Ιωάννου, καὶ τοῦ Αδριανοῦ. μετ' ταῦτα ἐγένετο ἄλλη συνόδος, καὶ ἀνώρθωσε τὸν Φώτιον, καὶ ἠκύρωσε τὴν πρώτην συνόδον ἡ ἐις ὀνομάζη καὶ ὀγδόη συνόδος ἐγένετο ἐπὶ τοῦ πάπα Ιωάννου, οὗ εἰσὶ πάπα Ιωάννου αἱ ἐπιστολαὶ διείσηνται ὑπὲρ τοῦ Φωτίου. Et: Ἀπὸ τότε γοῦν μέχρι τοῦ νῦν ἀναγινώσκεται ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως οὕτως. ἅπαντα τὰ κατ' τῶν ἁγίων πατριαρχῶν Φωτίου καὶ Ιγνατίου γραφέντα, ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα. *Nam Synodus hæc, de qua loquitur veſtra reverentia, continet acta adverſus Photium tempore Joannis Papæ & Adriani. Poſteà celebrata eſt altera Synodus, quæ Photium reſtituit, & priorem Synodum abrogavit. Hæc Synodus, quæ octava etiam eſt appellata, facta eſt ſub Joanne Papa; cujus Joannis inquam Papæ extant pro Photio epiſtolæ.* Et: *Itaque ex eo tempore ad hunc usque diem in magna Conſtantinopoleos Eccleſia ita legitur, omnibus,*
153 *quæ adverſus ſanctos Patriarchas Photium, & Ignatium ſcripta, vel dicta ſunt, anathema.*

Sextum pag. 82. a. c. 1. m. & infrà. Imperatores & vitâ & religione peſſimos, multis hæreſeon labibus commaculatos, & Latini nominis hoſtes acerrimos, vario ac iterato acclamationum, ac laudum genere ſublatos, pleno Eccleſiaſticorum, & ſecularium hominum conventu, qvaſi innoxios, & ab omni crimine liberos approbat. Inter eos, ut reliqvos reticeam, præcipui ſunt Conſtantinus Monomachus, Alexius Comnenus, uterqve Andronicus ſenior, & junior, qvibus ſanè in Eccleſiam Latinam crudeliora monſtra Græcia non tulit.

Septi-

2011 Ministerio de Cultura

Septimum hoc idem in Patriarchis Constantinopolitanis facit. Plurimis enim, qvi in Ecclesiam Latinam & scripto, & verbo invecti sunt, acclamat, & orthodoxos ac sanctos enunciat, pag. 82. b. col. 1. Inter eos, ne singulos recenseam, sunt Photius, Sisinnius, Michaël Cerularius, Michaaël Anchiali, Germanus, Josephus, Athanasius, Isidorus, & omnium postremus Philotheus, qvem hujus Synodici auctorem esse puto. De qvo tanqvam melioris notæ homine illa habentur à seqvacibus addita, nisi novus Alcidamas ipse sibi g) illas laudes intexuit. *φιλοθέου δ' ἐν μακαρίᾳ τῇ λήξει γνωμιδίου ἀγιωτάτου, καὶ ἀοιδίμου πατριάρχου, τῶ σεβασμίῳ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ καὶ τῶν ὀρθῶν αὐτῆς δογμάτων, καὶ λόγοις καὶ πράγμασι καὶ διαλέξεσι, καὶ διδασκαλίαις καὶ συγγράμμασιν ἀγωνισαμένου, αἰωνία ἡ μνήμη. Philothei beatæ memoriæ sanctissimi & celeberrimi Patriarchæ, qui strenuè pro Ecclesia Christi, & rectorum illius dogmatum, & verbis, & operibus, & disputationibus, & doctrinis, & monumentis editis decertavit, sempiterna memoria.* 154 Cùm tamen omnia hæc pro tuenda doctrina Palamæ, & Græcorum erroribus, contra Latinam Ecclesiam, qvam miris modis dilaceravit, tentasse audacter, ac pertinaciter absolvisse, ex historiis etiam Græcorum compertum sit. Et ut perversum auctoris hujus ingenium magis mireris, inter tot Patriarchas hîc commemoratos, præter Germanum, Nicephorum, Methodium, qvi ante Photium & schisma illam Ecclesiam sanctissimè rexerunt, nullum alium in tanta abundantia sanctorum commemorat, post schisma & Photium nullum silet, sed omnes ad amussim unum post alium, inter qvos etiam apud Græcos nocentissimos deprædicat. Satis videlicet illi est, si schisma propagarunt, in eo mortui sunt, & in Romanam Ecclesiam oblatrarunt. Crimina alia etiam enormia, & ab historicis Græcis damnata, penes hunc Auctorem nulla sunt. Et si post Photii mortem tres ad summum inter sanctos relati sint, ut Stephanus, Antonius, Euthymius, nondum enim ardens ille spiritus tepuerat, tamen post illos rara avis, nescio qvisnam sit, qvi sancti nomen meruerit. Consideremus ergo, qvomodo Photius

g) Hoc nullo modo est credibile, cum de mortuo aperte scripta sint. Parum qvoqve exploratum, licet audacter id tum h. l. tum supra p. 146. Allatius affirmat, qvod Philotheus cætera Synodici conscripserit, atqve septimæ Synodo, cujus haud dubie multa continet, suppositerit.

2011 Ministerio de Cultura

orthodoxus esse potuit, illiusqve memoria laudabilis, qvi vivens propter hæresim & schisma à Pontificibus Romanis excommuni-
155 catus, nunqvam in gratiam ētiam sui Joannis rediit, mortuus qvoqve à subseqventibus Pontificibus damnatus. Ne verba Pontificum recitando fastidio sim, satis nobis sit Auctor Appendicis ad Concilium octavum generale, ubi inter cætera: Μέχρι τῆς σήμερον παραφέρονται πέντε ἔτη ἀναθεματίζεται φωτίου ὡσονδήλως ὑπὸ τοῦ πάπα Λέοντος ἕως τοῦ Φορμόσου, ἕνδεκα δὲ ἔτη ἀνεθεματίζετο κοσμικὸς ὢν, ὡς κοινωνὸς τῷ καθηρημένῳ καὶ ἀναθεματισμένῳ Γρηγορίῳ τῷ Συρακούσης, καὶ ἄλλα λδ'. ἀφ' οὗ ἐχειροτονήθη ὁ πάπας Λέων καὶ ὁ Βενέδικτος, καὶ ὁ Νικόλαος τὸν Γρηγόριον ἀνεθεμάτιζον ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ἀτόποις αἰτίαις. ἐπεὶ δὲ ὁ φώτιος ὡσαὐτῶς καθηρημένου ἐχειροτονήθη, καὶ δι' ἄλλα μὲν, ἀλλὰ καὶ διά τὸ δέξασθαι ὡσαὐτοῦ τὴν ἱερωσύνην ἀναθεματίζεται ὑπὸ τῶν ἐννέα θρόνων τῆς Ρώμης, Λέοντος, Βενεδίκτου, Νικολάου, Ἀδριανοῦ, Ἰωάννου, Μαρίνου, Ἀδριανοῦ ἑτέρου, καὶ Φορμόσου. *Photius quadraginta quoque annis ad hodiernum usque diem palàm anathemate feritur à Leone Papa, usque ad Formosum. Nam annos undecim anathematizatur sæcularis, & laicus, tanquam qui cum Gregorio Syracusano exauctorato, anathematizatoque communicaret, & alios triginta quatuor, postquam sacris initiatus est. Etenim Leo Pontifex, & Benedictus, & Nicolaus Gregorium propter varias causas anathemate damnabunt. Ubi verò Photius à damnato consecratus est, cùm propter alia ipsius facinora, tum quòd sacris esset à Gregorio initiatus, anathematizatur à novem Romanis Pontificibus, Leone, Benedicto, Nicolao, Hadriano, Joanne, Marino, Hadriano altero, Stephano, & Formoso.* Sisinnii ad hæc tempora epistola
156 in Romanam Ecclesiam ad omnes Thronos Orientales, ex Photii penu deprompta legitur, nec eum resipuisse, vel cum Ecclesia Catholica communicasse aliqvis tradidit. Sergius ex progenie Photii, ejus secutus vestigia, ut Baronius h) refert, eò amplius obfuit, qvò diutiùs præfuit, propagato sedis tempore ultra vigesimum annum, & illius nomine invenitur alicubi scripta epistola. Et cùm Sisinnius & Sergius etiam monumentis editis, in Latinam Ecclesiam invecti sint, qvomodo dicta unitas ad Michaëlem Cerularium duravisse, affirmandum est? & de Sisinnio qvidem adeò clarum est, ut probatione non indigeat.

De

h) Baron. ad A. C. 608. 5. & 639. 17.

2011 Ministerio de Cultura

De Sergio, qvod non ita manifestum est, ex eorundem Græcorum monumentis aperiam, i) qvi tradunt Sergium primum omnium nomen Romanorum Pontificum ex diptychis deleviſſe, eumqve postea secutos successores memoriam Romanorum Pontificum cum aliis Patriarchis, inter Missarum solemnia, uti fieri mortis erat, non admisisse. Auctor libelli, *Quando Latini, aut quibus Auctoribus Spiritum sanctum à Filio quoque procedere dicere cœperunt; & azyma sacrificare:* Χελσοφόρ@ ὃ μετ' αὐτὸς γνώμν@ πάπας Ρώμης, καὶ ὧδε Σεργίου, ὃς ὅτε ἐν Κωνσταντινουπόλ patriarchoũt@, ἀπαγορευμένου τὴν τῦ ἁγίου συμβόλου ὁμολογίαν, πρῶτ@ ὁ τοιοῦτ@ πάπας Χελσοφόρ@ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ αὐτῦ ἐκ παιδὸς καὶ γόδ τὸ παράγιον πνεῦμα ἐκ πορεύεσθαι λέγων ἀνεφάνη. Διὰ τοῦτ καὶ ὑπὸ ὃ Σεργίου πατελάρχου ὄντ@ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν λοιπῶν πατελαρχῶν ἀπὸ τῶν ἱερῶν διπτύχων ἐξεβλήθη. Et: μ῀ δὲ Σέργιον τὸν 157
πεφρῆθέντα πατελάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, τὸν ἀπὸ τῶν διπτύχων ἐκβαλόντα τὸν Χελσοφόρον, γέγονε πατριάρχης ὁ Κερουλάρι@. Et, αὖ ὃ τῆς ἀληθείας τὰ πράγματα ἐξετάσεις, ἐξ ὅτου ὁ πατελάρχης Σέργι@ Χελσοφόρον τὸν πάπαν τῶν διπτύχων ἐξέωσε Διὰ τὴν τοιαύτην καινοτομίαν τῆς αἱρέσεως, Ἄρσις αὖ μὴ ἀδοκιμήσασαν τὴν βασιλείαν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῇ ἐκστρατείᾳ. *Christophorus post eos Papa Romanus fuit, cùm ab eo Sergius Patriarcha Constantinopolitanus sacrè symboli professionem exigeret, primus omnium in sua confessione ex Patre & Filio sanctißimum Spiritum procedere dixisse inventus est. Propterea à Sergio Patriarcha, & aliis, à sacris Diptychis ejectus est.* Et: *Post Sergium jam dictum Patriarcham Constantinopolitanum, qui è Diptychis Christophorum ejecerat, in Patriarcham promotus est Cerularius.* Et: *Quòd si veritate ipsâ rem æstimabis, ex quo Patriarcha Sergius Christophorum Papam è Diptychis expunxit, propter similem de novo intentatam hæresim, invenies imperium Constantinopolitanum in expeditionibus militaribus splendorem ac gloriam assecutum non esse.* In qvibus verbis multa consideranda sunt: præter enim illud unum qvod narrat de Sergio, eum nempe memoriam Pontificis è Diptychis deleviſſe, qvod illi credimus, qvod ex Sergii schola sit, reliqva omnia falsa sunt: adeò Auctor iste non in Historiis Latinis tantùm, sed Græcis etiam cœcutiit; & planè infans fuit. Qvis enim nescit Christophorum Pontificem mortem obiisse annos propè octogin-

i) Confer Allatium de consensu utriusqve Ecclesiæ lib. 2. cap. 8.

2011 Ministerio de Cultura

158 octoginta sex, anteqvam Sergius Patriarchatum iniisset? Et qvi nondum natus, qvomodo à Pontifice fidei professionem exigere potuit? Et qvomodo post Sergium hunc Patriarcha creatur Cerularius, cùm inter utrumqve Eustathius Archipresbyter magnæ Ecclesiæ, & Alexius Studita Patriarchatum obtinuerint? Si Græcus Græca tam benè novit, qvid de eo dicemus, qvando Pontificum Romanorum seriem in ordinem redigit, ut sua probet? Confusè omnia, nec ad rem. Illud propemodum admiror, dicit, post deletam è Diptychis memoriam Pontificum, Imperii expeditiones omnes malè, infeliciterqve evenisse. Et infortunium non vident? causam habent, fatentur, & sibi non providebent. *Hoccine credibile est*, ut cum antiqvo scriptore dicam, *aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam sit, ut malis gaudeat?* Ex his facilè colligi potest, qvantum à veritate aberret Manuel Caleca lib. 4. contra Græcos, qvi asserit Photium obiisse, cùm esset Ecclesiarum unitas, & dictam unitatem post illum, per decem & septem Patriarchas durasse. Qvomodo enim in unitate Ecclesiæ mori dicendus est, qvi per tot Pontifices etiam post mortem communione, atqve unione fidelium privatur? Et cùm Sisinnius & Sergius etiam monumentis editis in Latinam Ecclesiam invecti sint, qvomodo dicta unitas ad Cerularium durasse affirmandum est? Michaël Cerularius, & Leo Achridanus Bulgarorum Archiepiscopus, adversus Apostolicam Sedem fellis plenam
159 epistolam Joanni Tranensi in Apuliam misêre, cui talis titulus affixus erat, ut refert Baronius, k) in Codice, in qvo erat transcripta. *Calumnia Episcoporum Michaëlis Constantinopolitani, & Leonis Achridani pervicaciter exhalantium pestiferas Memphites diversarum hæreseon adversus sanctam Romanam, & Apostolicam Sedem, imò contra Latinam, & Occidentalem Ecclesiam. Hæc quidem calumnia Græco sermone edita, & Joanni Tranensi Episcopo, in sugillationem omnium Latinorum directa, cùm fuisset Tranis exhibita fratri Humberto sanctæ Ecclesiæ Sylvæ Candidæ Episcopo, in Latinum est translata ejus studio, atque delata D. Leoni nono.* In ea Latinos accusat, & damnat, qvòd præter instituta Christi Ecclesiæ in Azymis consecrarent, Sabbatum Qvadragesimæ Judaïcè observarent, suffocata comederent, Alleluja in Qvadragesima non psallerent, sed semel

k) Baron. ad A. C. 1053. 22.

2011 Ministerio de Cultura

mel in Paschate. Neqve scripto solùm in Romanam Ecclesiam istorum odium innotuit; factis atrociſſimis Latinos ipsos, & Latini nominis fautores prosecuti sunt. Leo IX. epist 1. cap. 29. ad eosdem scripta: *Vos enim alloquimur, qui sicut Dominus ait Pharisæis, tulistis clavem scientiæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, nec ipsi intrastis, nec alios intrare permittitis, sed potiùs prohibetis, dum matris venerandam faciem conspuere quæritis, dum eam insequimini convitiis, & maledictis, dum agnos ejus ab ea segregare etiam anathemate & flagellis, ne vocem maternam agnoscant, & sequantur, contenditis. Ut enim fertur, omnes Latinorum Basilicas penes vos clausistis, Monachis monasteria & Abbatibus tulistis, donec vestris viverent* 160 *institutis. Ecce in hac parte Romana Ecclesia quanto discretior & clementior vobis est? siquidem cùm intra & extra Romam plurima Græcorum reperiantur Monasteria, sive Ecclesiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur à paterna traditione, sive consuetudine; quin potiùs svadetur, & admonetur eam servare.* Et epist. 7. ad Constantinum Monomachum Imperatorem Constantinopolitanum: *Sed noverit claritas tua super præsumptionibus ejus,* Michaelis Cerularii Patriarchæ, *multa & intolerabilia jamdudum pervenisse ad aures nostras, qualiter etiam apertâ persecutione in Latinam Ecclesiam exardescens anathematizare non timuit omnes, qui sacramenta attrectant ex Azymis: & quod Alexandrinum & Antiochenum Patriarchas antiquâ dignitate suâ privare contendens, contra fas & jus sibi subdere novâ ambitione appetit, & pleraque, quæ usurpare dicitur, sicut à nostris Nunciis diligenter cognoscere poteris.* Et epistolâ ad eundem Michaëlem: *Illud autem quis non stupescat, quòd post tot sanctos & orthodoxos Patres, per mille & viginti à Passione Salvatoris annos, novus calumniator Ecclesiæ Latinorum emersisti, anathematizans omnes, & publicam persecutionem excitans, quicumque participarent sacramentorum ex Azymis. Quam præsumptionem tuam, & fama nobis obtulit, & literarum sub nomine tuo ad Appulos datarum textus manifestavit.* Hic cùm temerè adhuc in Latinos insurgeret, & perseveraret in stultitia obstinatus, inter Missarum solemnia, in templo sanctæ Sophiæ, chartam illius excommunicationis, propter multas dicti 161 Michaëlis, illiusqve fautorum hæreseos, super principale altare posuerunt, sub oculis omnium Papæ Leonis noni Apocrisiarii, indeqve mox egressi pulverem pedum excussere, & anathe-

2011 Ministerio de Cultura

mate dato cunctis, qvi deinceps communicarent ex manu Græci Romanum ſacrificium vituperantis, alacres cœpere reverti, ex commemoratione ipſius Humberti tunc Apoſtolici Apocriſiarii. Excommunicatione contumax Cerularii ingenium in rabiem verſum, in Latinam Eccleſiam literis hinc inde datis, atrocioribus calumniis plenis inſaniit, qvibus alias Orientis Eccleſias ſuo præcipitio ipſe à Romana Eccleſia avulſus, miſeriores facit. Deinceps ab Iſaacio Comneno depoſitus, exulans ſine ulla Pontificis abſolutione, ſine ulla commiſſorum pœnitentia, triſtem ac DEo exoſam animam exhalavit. Id ut magis videas, habeto tibi monumentum dicti Michaëlis, 1) qvod in Legatorum excommunicationem publicavit, atqve excommunicationem ipſam ab Græco homine relatam, & ſtatum illius Eccleſiæ non cuicumqve obvium, ex ſchedulis meis depromptum.

Σημείωμα περὶ ϛ ῥιφέντ⊙ πιτ⟨ακίου ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ παρὰ τῶν ἀπὸ Ρώμης πρέσβεων κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ, μηνὶ Ιουνίῳ, Ινδικτ. ζ.

Προκαθημένου Μιχαὴλ ϛ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηχουμενείων, συνεδριαζόντων αὐτῷ Θεοφιλεσάτων μετροπολιτῶν Θεοφάνους Κυζίκου καὶ Συγκέλλου, Νικήτα Χαλ-
162 κηδόν⊙ καὶ Συγγέλλου, Λαυρεντίου Δυρραχίου καὶ Συγγέλλου, Ανθίμου Σίδης, Νικολάου Πισιωσιῶτ⊙, Λέοντ⊙ Μύρων, Λέοντ⊙ Τραπεζοιῶτος, Ιωάννου Σμύρνης, Εὐσεβίου Αδριανουπόλεως, Κωνσταντίνου Μιτυλήνης, Νικολάου Χωνῶν, Υπατίου Ιδροιῶτ⊙, καὶ ἀρχιεπισκόπων Λέοντ⊙ Καραβιζύης, Γρηγορίου Μεσημβρίας παρισαμένων καὶ τῶν πατριαρχικῶν ἀρχόντων.

Οὐκ ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε κόρος τῷ πονηρῷ τῶν κακῶν. διὰ ϛ τοι γὰρ εὐ παύεται τοῖς εὐσεβέσιν ἐπιφυόμεν⊙, καὶ καινόν τι κατὰ τῆς ἀληθείας ἀεὶ ἐφευρίσκειν ἐκμηχανώμεν⊙. Τοιγάρτοι καὶ μυρίας μὲν τόσας ἀπάτας πρὸ τῆς ἐν ϛαρκὶ τ῀ δεσπότου παῤῥησίας τὸν ἄνθρωπον ὑπηγάγετο. μυρίας δὲ καὶ μετὰ ταῦτα πλάνας καὶ δελεάσμασιν ὑποσκελίζειν, καὶ παρασύρειν τὰς αὐτῷ πειθομένας οὐκ ὑφῆκεν ὅλως, οὐδὲ διέλιπεν. ἀλλὰ καὶ Τούτων ἐκποδῶν γενομένων, καὶ εὐσεβὴς καὶ βαθείας ἐλπίδ⊙ τοῖς εὐσεβεῖν ὑποτρεφομένης ἐθέλουσι, μήτ' ἂν καινοτέρων δυσσεβημάτων ἐφευρετὰς γενέσθαί ποτε, ἐν πᾶσιν οἷς κατὰ τ῀ ὀρθοῦ λόγου ὁ πονηρὸς πεισάσαι ἐσπούδασεν εἰς τοὐναντίον αὐτῷ τῶν μηχαννημάτων περιτραπέντων. νῦν τινες δυσε-

1) Adde qvæ de hoc Michaële Allatius lib. 2. de conſenſu Eccleſiæ Occidental, & Orientat, cap. 9.

2011 Ministerio de Cultura

δυσεβεῖς ἄνδρες καὶ ἀποτρόπαιοι, καὶ τί γὰρ ἂν τις ἀσεβῶν τούτους ὀνομάσειεν, ἄνδρες ἐκ σκότους ἀναδυόντες, τῆς γὰρ ἑσπερίου μοίρας ὑπῆρχον γεννήματα, εἰς τὴν ἀσεβῆ ταύτην ἐλθόντες πόλιν καὶ θεοφύλακτον, ἀφ' ἧς, ὥσπερ ἀπό τινος ὑψηλοῦ καὶ μετεώρου χωρίου αἱ τῆς ὀρθοδοξίας πηγαὶ ἀναδύονται, καὶ καθαραὶ τῆς ἀσεβείας τὰ νάματα ἐς τὰ τῆς οἰκουμένης διαῤῥέουσι πέρατα, καὶ πολαμῶν δίκην τὰς ἐν ἁπάσῃ τῇ ὑφ' ἥλιον ψυχὰς, τοῖς ἀσεβέσι δόγμασι καταρδεύουσιν εἰς ταύτην ὥσπερ κεραυνὸς, ἢ σεισμὸς, ἢ χαλάζης πλῆθος. εἰ χρὴ δὲ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον ὡς μονιὸς ἀγρίου εἰσπηδήσαντες τὸν ὀρθὸν λόγον τῇ διαφορᾷ τῶν δογμάτων κα- 163
ταλυμήνασθαι ἐπεχείρησαν, ὡς καὶ γραφὴν ἀποθέσθαι ἐν τῇ μυσικῇ τῆς μεγάλης τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας τραπέζῃ, δι' ἧς ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ τὴν ὀρθόδοξον τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ πάντας τοὺς μὴ συνυπαγομένους τοῖς αὐτῶν δυσσεβήμασιν ὀρθοδόξους ἀναθέματι δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι ἀσεβεῖν καὶ τὸ ὀρθόδοξον προβαίνειν ἐθέλομεν, καθυπέβαλον. ἐγκαλέσαντες ἡμῖν ἄλλα τέ τινα, καὶ ὅτι τοὺς πώγωνας παραπλησίως ἐκείνοις ξυρᾷν, καὶ τὴν κατὰ φύσιν ἀνθρώπου μορφὴν παρὰ φύσιν ἐξαλλάσειν οὐκ ἀνεχόμεθα. πρὸς δὲ καὶ ὅτι μὴ διακρινόμενοι ἀπὸ πρεσβυτέρων μεταλαμβάνειν γεγαμηκότων. πρὸς ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, καὶ ὅτι τὸ ἱερὸν, καὶ ἅγιον σύμβολον, ὃ πᾶσι τοῖς συνοδικοῖς καὶ οἰκουμενικοῖς ψηφίσμασιν ἅμαχον ἔχει τὴν ἰσχύν, νόθοις λογισμοῖς καὶ παρεγγράπτοις λόγοις, καὶ θράσους ὑπερβολῇ μὴ κεκωδηλεύειν ἐθέλομεν, μηδὲ παραπλησίως ἐκείνοις ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὧν τῶν τοῦ πονηροῦ μηχανημάτων, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς φαμὲν ἐκπορεύεσθαι. μήτε τῇ γραφῇ προσέχειν ἐθέλοντες, ἢ ὐκ ἀκριβῶς φησι τοὺς πώγωνας ἡμῶν, οὔτε μὴν ἐννοεῖν ὅλως βουλόμενοι ὅτι γυναῖξὶν ἀνδρεῖος τοῦτο ὁ κλίσας ἐποίησε θεὸς, ἀνδράσι δὲ ἀνάρμοσον ἐδικαίωσεν, ἀλλὰ καὶ τὸν τέταρτον τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου περὶ τῶν τὸν γάμον βδελυσσομένων φανερῶς ἀτιμάζοντες, ὅς φησιν, εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος αὐτῷ προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. κατ' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τὴν ἕκτην σύνοδον ἀθετοῦντες καὶ ἀτιμάζοντες, ἣ φησιν, ἐπειδὴ ἐν τῇ Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν, τοὺς μέλλοντας διακόνου, ἢ πρεσβυτέρου ἀξιοῦσθαι χειροτονίας καθομολογεῖν, ὡς οὐκέτι ταῖς αὐτῶν συνάπτονται γαμεταῖς, ἡμεῖς ἀρχαίοις ἐξακολουθοῦντες κανόσι τῆς ἀποστολικῆς 164
ἀκριβείας καὶ τάξεως τοὺς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν κατὰ νόμους συνοικέσια, ἀπὸ τοῦ νῦν ἐῤῥῶσθαι βουλόμεθα, μηδαμῶς αὐτῶν τὴν πρὸς τὰς γαμετὰς συνάφειαν διαλύοντες, ἢ ἀποστεροῦντες αὐτοὺς τῆς πρὸς ἀλλήλους κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ὁμιλίας. ὥστε εἴ τις ἄξιος εὑρεθῇ πρὸς χειροτονίαν διακόνου, ἢ ὑποδιακόνου, ἔτι μηδαμῶς κωλυέσθω ἐπὶ τὸν τοιοῦτον βαθμὸν ἐπαναβιβάζεσθαι νομίμως συνοικῶν γαμετῇ. μήτε μὴν ἐν τῷ τῆς χειροτονίας καιρῷ ἀπαιτείσθω ὁμολογεῖν, ὡς ἀποστήσεται τῆς νομίμου πρὸς τὴν οἰκείαν γαμε-

2011 Ministerio de Cultura

τὴν ὁμιλίας, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν, τὸν ἐκ θεοῦ νομοθετηθέντα καὶ ἀλογηθέντα τῇ αὐτῷ παρουσίᾳ, γάμον καθυβρίζειν ἐκδιαθῶμεν. τῆς τε ἀναγελίου φωνῆς ἐκβοώσης, ὃς ὁ θεὸς ἔζευξεν ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω, καὶ τὸ ἀποστόλου διδάσκοντος, τίμιον τὸν γάμον ἐν πᾶσι, καὶ τὴν κοίτην ἀμιαντον. καὶ, δέδεσαι γυναικί, μὴ ζήτει λύσιν. εἴ τις οὖν τολμήσῃ παρὰ τὰς ἀποστολικὰς κανόνας κινούμενος τινὰ τῶν ἱερομένων πρεσβυτέρων φαμὲν, ἢ διακόνων, ἢ ὑποδιακόνων ἀποσερεῖν τῆς πρὸς τὴν νόμιμον γυναῖκα συναφείας καὶ κοινωνίας καθαιρείσθω. ὡσαύτως, καὶ εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα προφάσει ἀλαβείας ἐκβάλλοι, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ καθαιρείσθω. πρὸς ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις μηδὲ ἐννοεῖν ὅλως ἐθέλοντες, ἐν οἷς τὸ πνεῦμα οὐκ ἐκ τοῦ πατρός, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ φασὶν ἐκπορεύεσθαι, ὅτι οὔτε ἀπὸ Εὐαγγελιστῶν τὴν φωνὴν ἔχουσι ταύτην, οὔτε ἀπὸ οἰκουμενικῆς συνόδου τὸ βλάσφημον τοῦτο κέκτηνται δόγμα. ὁ μὲν γὰρ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν φησὶ, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται. οἱ δὲ τῆς καινῆς ταύτης δυσσεβείας πατέρες τὸ πνεῦμα φασὶν, ὃ παρὰ τοῦ
165 πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται. ἀλλὰ μηδὲ συνορῶντες πάλιν, ὡς εἰ ἐν ᾧ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα, ἡ ἰδιότης ἐπιγινώσκεται αὐτοῦ. ὡσαύτως καὶ εἰ ἐν ᾧ γεννᾶται ὁ υἱὸς, ἡ τοῦ υἱοῦ. ἐκπορεύεται δὲ ὡς ὁ αὐτῶν λήρος καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ, πλείοσιν ἄρ' ἰδιότησιν διαφέλλεται τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, ἤπερ ὁ υἱός. κοινὸν μὲν γὰρ πνεύματι καὶ υἱῷ ἡ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς πρόοδος, ἰδία δὲ τοῦ πνεύματος ἡ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπόρευσις, οὐ μὴν καὶ ἡ ἐκ τοῦ υἱοῦ. εἰ δὲ πλείοσι διαφοραῖς διαφέλλεται τὸ πνεῦμα, ἤπερ ὁ υἱὸς, ἐγγυτέρω ἂν εἴη τῆς πατρικῆς οὐσίας ὁ υἱὸς, ἤπερ τὸ πνεῦμα. καὶ οὕτως ἡ Μακεδονίου πάλιν κατὰ τοῦ πνεύματος παρακύψει τόλμα, τὸ ἐκείνων ὑποδυομένη δράμα καὶ τὴν σκηνήν. χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, οὐδὲ σωιέναι ὅλως ἐθέλουσιν, ὅτι εἰ πᾶν, ὅπερ μή ἐστι κοινὸν τῆς παντοκρατορικῆς, καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ἑνός ἐστι μόνου τῶν τριῶν. οὐκ ἔστι δὲ ἡ τοῦ πνεύματος προβολὴ κοινὸν τῶν τριῶν, ἑνὸς ἄρα ἐστὶ μόνου τῶν τριῶν. ἀλλ' οἱ μὲν οὕτως ἡμῶν τε αὐτῶν, καὶ τῆς ὀρθοδόξου τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας κατηναδεύσαντο. ἐφ' ἑτέρας μὲν, ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης πρὸς τὸν φιλοσεβέστατον ἡμῶν αὐτοκράτορα ἀφικόμενοι. ἄλλα δέ τινα κατὰ τοῦ ὀρθοδόξου τῆς ἐκκλησίας πληρώματος σκαιωρήσαντες. μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὴν τὴν ἄφιξιν πεπλασμένην τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι, καὶ ἐκ τῆς Ρώμης μὲν ἀφικέσθαι, καὶ παρὰ τοῦ πάπα ἀποσαλῆναι σκηψάμενοι, ταῖς δὲ ἀληθείας, ταῖς παρὰ τοῦ ἀργυροῦ δολεραῖς ὑποθήκαις καὶ συμβουλαῖς, αὐλοί τε ἀφ' ἑαυτῶν ἀφικόμενοι, καὶ μήτε παρὰ τοῦ πάπα ἀποσαλέντες. ἀλλὰ καὶ τὰ γράμματα, ἃ ὡς ἀπ' ἐκείνου δῆθεν ἐπεφέροντο πλασάμενοι. τοῦτο γὰρ ἀπότε ἄλλων διεγνώσθη πολλῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ τὰς τῶν γραμμάτων σφραγίδας νενοθευμένας φανερῶς φωραθῆναι. αὐτὸ μὲν οὖν τὸ παρὰ τῶν δυσσεβῶν τούτων ἀποτεθὲν
166 ἔγγραφον καθ' ἡμῶν, Ιταλικοῖς γράμμασι γεγραμμένον, καὶ ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν

2011 Ministerio de Cultura

τῶν ὑποδιακόνων τῆς δευτέρας ἑβδομάδος, παρ' αὐτῶν πρῶτον μὲν τῇ τραπέζῃ τῆς τ̃ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἐπιτεθέν. ὕστερον δὲ διὰ τὸ τὰς ὑποδιακόνους ἀπώσασθαι τοῦτο, καὶ τῆς θείας ἀπορρίψαι τραπέζης, καὶ προτείνασθαι μὲν τοῖς θεῖσι λαβεῖν, ἐκείνους δὲ μὴ βουληθῆναι τοῦτο κατὰ τ̃ ἐδάφους ῥιφὲν, καὶ εἰς χεῖρας πολλῶν ἐλθὸν, ἵνα μὴ δημοσιευθῇ τὰ ἐν αὐτῷ βλασφημούμενα ἡ μετριότης ἡμῶν ἀνελάβετο. εἶτα τῶν τὴν Ἰταλίδα γλῶσαν εἰς τὴν ἑλλάδα μεταβάλλειν εἰδότων προκαλεσαμένη τινὰς, ἤγουν τὸν Πρωτοσπαθάριον Κοσμᾶν, τὸν Ρωμαῖον τὸν πυρὸν, καὶ τὸν μοναχὸν Ἰωάννην τὸν Ἰσαανὸν μεταφράσαι τὸ ἔγγραφον ἐπετρέψατο. καὶ τ̃ ἐγγράφου παρὰ τούτων μεταφραθέντ@ εἶχεν ἡ τούτου ὑφὴ αὐτοῖς ῥήμασιν οὕτωσί. Ος ἂν τῇ πίσ‹ καὶ τῇ θυσίᾳ τῆς ῥωμαϊκῆς καὶ ἀποστολικῆς καθέδρας ἀντιλέγοι, ἀνάθεμα ἔστω, καὶ μήτε δεχέθω ὀρθόδοξ@, ἀλλὰ λεγέθω προζυμίτης, καὶ νεός Ἀντίχρις@. Οὐβερτ@ θεοῦ χάριτι τῆς ἁγίας τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπ@, Πέτρ@ τ̃ Ἀμαλφηνῶν ἀρχιεπίσκοπ@, Φερεδέριχ@ διάκον@ καὶ σακελλάρι@ πᾶσι τοῖς τ̃ καθολικῆς ἐκκλησίας τέκνοις. ἡ ἁγία Ρωμαϊκὴ πρώτη καὶ ἀποστολικὴ καθέδρα, πρὸς ἣν ἅτε δὴ πρὸς κεφαλὴν ἡ Φροντὶς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἰδικῶς ἐφαρμόζ‹, τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης καὶ χρείας χάριν, πρὸς ταύτην τὴν βασιλικὴν πόλιν ἡμᾶς ἀποκρισιαρίους αὐτῆς ποιησαμένη κατηξίωσον. ἵνα καθὼς γέγραπται κατέλθωμεν καὶ ἴδωμεν, εἰ ἄρα ἔργῳ πεπλήρωται ἡ βοή, ἣ ἀδιασίκτως ἐκ τηλικαύτης πόλεως ἀνέβαινε πρὸς τὰ ὦτα αὐτῆς. εἰ δὲ καὶ μὴ ἦν οὕτως, γνῶ, ὅθεν γινωσκέτωσαν πρὸ μὲν πάντων οἱ δεδοξασμένοι αὐτοκράτορες, ὁ κλῆρ@, ἡ σύγκλητ@, καὶ ὁ λαὸς ταύτης τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πᾶσα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἡμᾶς ἐνταῦθα διεγνωκέναι, ὅθεν πλεῖσα χαιρόμεθα ἀγαθὸν καὶ μέγιστον, ὅθεν ἐλεεινῶς λυπούμεθα κακόν. καὶ γὰρ ὅσοι πρὸς τὰς κίο- 167
νας τ̃ κράτοις, καὶ τὰς αὐτ̃ τετιμημένους, καὶ τὰς πολίτας σοφὰς χρισιανικώτατ@ καὶ ὀρθόδοξός ἐσιν ἡ πόλις. ὅσον δὲ πρὸς τὸν Μιχαὴλ τὸν καταχρησικῶς λεγόμενον πατριάρχην, καὶ τῆς αὐτ̃ ἀνοίας τὰς σωεργάς, πλεῖσα ζιζάνια τῶν αἱρέσεων κατεκάσην διασωείρεται ἐν μέσῳ αὐτῆς, ὅτι καθὼς οἱ Σιμωνιακοὶ τὴν δωρεὰν τ̃ θεοῦ πιπράσκουσι, καὶ ὡς Βαλέσιοι τὰς παροίκους αὐτῶν ἐξουνυχίζοισι, καὶ οὐ μόνον πρὸς Κληρικάτα, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ἐπισκοπάτα ἀνάγκσιν. ὡς οἱ Ἀρειανοὶ ἀναβαπτίζουσι τὰς ἐν ὀνόματι τ̃ ἁγίας Τριάδ@ βεβαπτισμένους, καὶ μάλισα τὰς Λατίνους. ὡς οἱ Δοναλισαὶ ἐπικορουσιν, ὅτι ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας τῶν Γραικῶν τὴν ἐκκλησίαν τ̃ Χριτ̃ῦ, καὶ ἡ ἀληθινὴ θυσία καὶ τὸ βάπτισμα ἐξ ὅλου τ̃ κόσμου ἀπολωλεκέναι. ὡς οἱ Νικολαΐται τὰς ζαρκικὰς γάμκς παραχωροῦσι καὶ διεκδικοῦσι τοῖς τ̃ ἱερ̃ῦ θυσιαςηρίου ὑπηρέτας. ὡς οἱ Σεβηριανοὶ ἐπικαθάρτον φασι τὸν νόμον τ̃ Μωσέως. ὡς οἱ Πνευματομάχοι, ἢ Θεομάχοι, ἀπέκοψαν ἀπὸ τ̃ συμβόλου τ̃ ἁγίου πνεύματ@ τὴν ἐκπόρευσιν ἐκ τ̃ υἱοῦ. ὡς οἱ Ναζωραῖοι τὸν ζαρκικὸν τῶν Ἰουδαίων καθαρισμὸν ἐπὶ τοσοῦτον τηροῦσιν, ὥσε τὰ βρέφη τὰ θνησκόγενα πρὸ τ̃ ὀγδόης ἡμέρας ἀπὸ τ̃ γεννήσεως βαπτίζεσθαι ἀντιλέγειν, καὶ τὰς γιναῖκας, τὰς ἐν

2011 Ministerio de Cultura

τοῖς καλαμηνίοις αὐτῶν, εἴτε ἐν τῇ γέννᾳ κινδυνεύουσας κοινωνήσαθαι, εἴτε ἀβάπτιστοί εἰσι βαπτίζεσθαι διακωλύειν, καὶ τὴν κόμην τ̃ κεφαλῆς καὶ τ̃ πώγωνος, ὡς οἱ Ναζωραῖοι τρέφοντες, τὰς τὰς κόμας κείροντας, καὶ κατὰ τὴν διάταξιν τῆς Ρωμαϊκῆς ἐκκλησίας τὰς πώγωνας ξυρίζοντας εἰς τὴν κοινωνίαν οὐ καταδέχονται. ὑπὲρ ὧν πλανισμῶν καὶ ἑτέρων πλείσων ἔργων αὐτ̃ ὁ αὐτὸς Μιχαὴλ γράμμασι τ̃ κυρο῀ ἡμῶν Λέοντος τ̃ πάπα νουθετηθείς, πα. .....
168 κατεφρόνησεν. ἔπειτα ἡμῖν τοῖς ἀγγέλοις αὐτ̃ τὰς ὑποθέσεις τῶν τηλικούτων κακῶν λογικῶς ἀντισῆναι λέγουσι, τὴν παρουσίαν αὐτ̃, καὶ τὴν σωτυχίαν παντελῶς ἀπηρνήσατο. οὔτε τῷ ὑγιεῖ βουλεύματι τῶν αὐτοκρατόρων, καὶ τ̃ ζοφῶν, νουθετουμένων καλασωάσαθαι αὐτὸν, οὐχ ὑπήκουσεν, καθὼς καὶ πρότερον τὰς τῶν Λατίνων ἐκκλησίας ἠσφαλίσατο, καὶ αὐτὰς ἀζυμίτας ἀποκαλῶν ῥήμασι καὶ ἔργοις ἀπαναλαχῇ κατεδιώξατο ἐπιτοσοῦτον, ὥσε ἐν τοῖς ἰοῖς αὐτ̃ ἀναθεματίζειν τὴν ἀποστολικὴν καθέδραν, καθ' ἧς ἑαυτὸν ἔτι ὑπογράφει οἰκουμενικὸν πατριάρχην. ὅθεν ἡμεῖς τ̃ αὐτῆς ἁγίας καὶ πρώτης ἀποστολικῆς καθέδρας τ̃ ἐξάκουσον βίαν καὶ ὕβριν οὐχ ὑποφέροντες, τήν τε καθολικὴν πίστιν καλαδύεσθαι πολυτρόπως ὑφορώμενοι προκρίσει τ̃ ἁγίας καὶ ἀδιαιρέτου Τριάδος, τ̃τε ἀποστολικ̃ θρόνου, οὗ χάριν τὴν ἀπόκρισιν διέπομεν, καὶ πάντων τῶν ὀρθοδόξων πατέρων τῶν ἑπτὰ συνόδων, ἀπὸ πάσης τ̃ καθολικῆς ἐκκλησίας τῷ ἀναθέματι, ὅπερ ὁ κύριος ἡμῶν ὁ ἀλαβέστατος πάπας τῷ αὐτῷ Μιχαὴλ, καὶ τοῖς αὐτῷ ἑπομένοις ἐὰν μὴ πειθῶσιν ἀπεφήνατο οὕτω καθυπογράφομεν. Μιχαὴλ ὁ καταχρησικῶς πατριάρχης, ὁ νεόφυτος, καὶ μόνῳ ἀνθρωπίνῳ φόβῳ τὸ μοναχικὸν σχῆμα δεξάμενος. νυῦ δὲ ἐλεγχόμασιν ἀνηκέστοις παρὰ πολλῶν διαπεφημισμένος, καὶ μετ' αὐτ̃ Δέων ὁ τ̃ Αχρίδας ἐπιλεγόμενος, καὶ ὁ σακελλάριος τ̃ αὐτ̃ Μιχαὴλ ὁ Νικηφόρος, ὅστις τὴν τῶν Λατίνων θυσίαν προφανῶς κατεπάτησε τοῖς ποσί. καὶ πάντες οἱ ἑπόμενοι αὐτοῖς ἐν τοῖς προκειμένοις πλανίσμασι καὶ τολμήμασιν, ἔσωσαν ἀνάθεμα, Μαρκιανιτὰς συὶ τοῖς Σιμωνιακοῖς, Βαλεσίοις, Αρειανοῖς, Δοναλισταῖς, Νικολαΐταις, Σεβηριανοῖς, Μανιχαίοις, συὶ οἷς δογματίζουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅτι τὸ ἔνζυμον ἔμψυχον εἶναι, καὶ συὶ πᾶσι τοῖς αἱρετικοῖς, μᾶλλον δὲ καὶ μετὰ τ̃ διαβόλου, καὶ τ̃ ἀγγέλων αὐτ̃, ἐὰν μὴ πει-
169 θῶσιν, ἀμήν. ἀμήν. ἀμήν. Ταῦτα μὲν ὅσα τὰ τῆς δυσεβ̃ς ταύτης καὶ ἀνοσίου γραφῆς. ἡ δὲ μετριότης ἡμῶν τ̃ τηλικαύτην κατὰ τῆς ἀσεβείας τόλμαν, καὶ τὴν ἀναίδειαν μὴ ἀνασχομένη ἀνεπεξέλευσον μεῖναι καὶ ἀτιμώρητον τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ τὰ περὶ τούτου κοινολογεῖται. καὶ ὅς, ἦσαν γὰρ οὗτοι ἀπόδημοι πρὸ μιᾶς καὶ μόνον ἡμέρας μετὰ τὸ περὶ τούτου ἀνενεχθῆναι τῷ κράτει αὐτ̃, τ̃ὰς ὡς τὴν μεγαλόπολιν τούτους μεταξελοιῶτας ἐκπέμπει. καὶ θᾶττον μεταπέμπονται, οὐ βούλονται δὲ τῇ ἡμετέρᾳ μετριότητι προσελθεῖν, ἢ τῇ ἱερᾷ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν, καὶ ἀπόκρισίν τινα δοῦναι, περὶ ὧν ἀσεβῶν ἀπηρεύξατο. ἀλλ' ἀκολούθως μὲν τῷ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντι ἐγγράφῳ, καὶ πλείω δὲ τῶν ἐν αὐτῷ γραφέντων κατὰ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἔχειν εἰπεῖν διατείνονται. αἱρεῖσθαι δὲ θανεῖν μᾶλλον, ἢ εἰς ὄψιν ἡμῖν καὶ τῇ συνόδῳ ἐλθεῖν. Ταῦτα γὰρ ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς δι' ἀποκρίσεως τ̃ περιβλέπτου μαγί-

2011 Ministerio de Cultura

μαγίστρου, καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων, καὶ τοῦ Θεοφιλεστάτου χαρτοφύλακος, καὶ τοῦ ὑπομνηματογράφου λέγειν τούτοις ἡμῖν καὶ τῇ σιωπῇ μεμήνυκεν. ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς μὲν μὴ βουλομένους τῇ σιωπῇ καὶ ἡμῖν ἀπαντῆσαι, βιαθῆναι ὁ κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς διὰ τὸ δοκοῦν περικεῖσθαι τούτους τῆς πρεσβείας ὀφφίκιον οὐκ ηὐδόκησεν. ἀνεκδίκητον δὲ πάλιν τὴν τηλικαύτην κατὰ τῆς ἀσεβείας μεῖναι ἀναίδειαν ἀπρεπὲς ἦν, καὶ ἄλλως ἀνάξιον, ᾠήθημεν θεραπείαν ἀρίστην τῷ πράγματι καὶ τίμιον, καὶ προσκυνητὸν, γράμμα πρὸς τὴν ἡμετέραν μετριότητα διὰ Στεφάνου τοῦ ὁσιωτάτου μοναχοῦ καὶ οἰκονόμου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ Ἰωάννου μαγίστρου, καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων, καὶ Κωνσταντίου βεστάρχου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων ἐξαπέστειλεν. ἔχει δὲ ἐπὶ λέξεως οὕτωσί. ἁγιώτατε δέσποτα περὶ τοῦ συμβάντος ἡ βασιλεία μου ἐρευνήσασα εὗρε τὴν ῥίζαν τοῦ κακοῦ γενομένην 170
ἀπὸ τῶν Ἑρμηνέων καὶ τοῦ μέρους τοῦ ἀργύρου, καὶ τοὺς μὲν ἐθνικοὺς ὡς ξένους, καὶ παρ' ἑτέρων ὑποβληθέντας τι ποιῆσαι οὐκ ἔχομεν. τοὺς δὲ αἰτίους τυφθέντας ἀπεστείλαμεν πρὸς τὴν ἁγιωσύνην σου, ὡς ἂν δι' αὐτῶν παιδαγωγηθῶσι καὶ ἄλλοι τὸ μὴ φλυαρεῖν τοιαῦτα. τὸ δὲ χαρτίον μετὰ τὸ ἀναθεματισθῆναι καὶ τοὺς συμβουλεύσαμένους, καὶ τοὺς ἐκδεδωκότας, καὶ γράψαντας, καὶ μικρὰν εἴδησιν τοῦ τούτων ποιήσεως ἔχοντας, καυθήτω ἐνώπιον πάντων. προσέταξε γὰρ ἡ βασιλεία μου, ἵνα καὶ τὸν Βεστάρχην τὸν γαμβρὸν τοῦ ἀργυροῦ, καὶ τὸν Βέσην τὸν ἐκείνου υἱὸν ἀποκλεισθῶσιν εἰς τὴν φυλακήν. ὡς ἂν διάγωσιν ἐν αὐτῇ κακοχούμενοι, καθὼς εἰσιν ἄξιοι ἕνεκα τοιαύτης ὑποθέσεως. μηνὶ Ἰουλίῳ ἰνδικτιῶνος ζ'. Ταῦτα μὲν ἡ βασιλικὴ καὶ θεία γραφή. Κατὰ γοῦν τὴν τοῦ φιλοσεβοῦς αὐτοκράτορος οἰκονομίαν, αὐτό τε τὸ ἀσεβὲς ἔγραφον, καὶ οἱ τοῦτο ἐκθέμενοι, καὶ ἡ γνώμην εἰς τὴν τούτου ποίησιν δεδωκότες, ἢ αὐτοῖς τοῖς ποιήσασι σωπαράμενοι ἐπὶ παρουσίᾳ τῶν πρὸς βασιλέως ἀπεσταλμένων, ἐν τῷ μεγάλῳ σεκρέτῳ ἀναθέματι ὑπεβλήθησαν· ἐκρίθη δὲ κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν, ἥτις ἐστὶ πρώτη μὲν τῆς ἐνεσώσης ἑβδομάδος, κδ' δὲ τοῦ παρόντος Ἰουλίου μηνὸς, καθ' ἣν καὶ ἡ τῆς πέμπτης συνόδου ἔκθεσις ἀναγνωσθῆναι μέλλει κατὰ τὸ σύνηθες ἐπ' ἀκροάσει τοῦ πλήθους ἀναθεματισθῆναι τὰ αὐτὰ ἀσεβῆ, καὶ αὖθις ἔγραφον. πρὸς δὲ καὶ τοὺς τοῦτο ἐκθεμένους καὶ γράψαντας καὶ συναινέσιν τινα, ἢ βουλὴν εἰς τὴν τούτου ποίησιν δεδωκότας. τὸ δὲ πρωτότυπον τοῦ ῥιφέντος παρὰ τῶν δυσσεβῶν ἀνοσίου ἐγράφου καὶ μισαροῦ κατεκαύθη. ἀλλ' ἐν τῷ ἐναγεῖ τοῦ χαρτοφύλακος ἀπετέθη σεκρέτῳ εἰς ἔλεγχον διηνεκῆ τῶν τηλικαῦτα τοῦ θεοῦ ἡμῶν βλασφημησάντων, καὶ εἰς μονιμωτέραν καταγνωσιν. δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι κατὰ τὴν εἰκοστὴν ἡμέραν τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς, καθ' ἣν ἀνεθεματίσθησαν οἱ κατὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως βλασφημήσαντες συμπαρῆσαν τοῖς σήμερον σωεδριάζοισιν ἡμῖν ἀρχιερεῦσι, καὶ οἱ ἐνδημοῦντες πάντες μητροπολῖται καὶ οἱ ἀρχιεπίσκοποι, ἤγουν Λέων ὁ Ἀθηνῶν καὶ Σύγγελος, Μιχαὴλ Συλαίου καὶ Σύγγελος, Νικόλαος Εὐχαΐτων, καὶ Σύγγελος, Δημήτριος Καρίας καὶ ἀρχιεπίσκοπος, Παῦλος Λήμνου, Λέων Κοτραδίας, Ἀντώνιος Ζιχνίας. Quorum sententia ea fuerit:

Edi-

2011 Ministerio de Cultura

Edictum de projecto pittacio in sacra mensa à Legatis Romanis, contra sanctissimum Patriarcham Dominum Michaëlem. mense Junio, Indictione septimâ.

Præsidente Michaële sanctissimo Domino nostro, & Oecumenico Patriarchâ, à dextris Catechumenorum, & simul cum ipso eonsidentibus DEi amantissimis Metropolitis Theophane Cyzici & Syncello, Nicetæ Chalcedonis & Syncello, Laurentio Dyrrhachii & Syncello, Antimo Sides, Nicolao Pisinuntis, Leone Myrorum, Leone Trapezuntis, Joanne Smyrnæ, Eusebio Adrianopolis, Constantino Mitylenes, Nicolao Chonarum, Hypatio Hidruntis, & Archiepiscopis Leone Carabyziæ, Gregorio Mesembriæ, assistentibus, & Patriarchalibus nobilibus.

Nequam ac improbo Dæmoni non sat fuit, ut videtur, malorum. Propterea namque nullum unquam finem fecit, in pios homines arrepens, & novum quid adversus veritatem semper excogitans. Quapropter innumeris ferè fraudibus ante Domini in carne adventum humanum genus illusit, innumeris verò postmodum erroribus, & illecebris supplantare, & dejicere eos, qui illi credebant, omninò non destitit, neque unquam
172 *cessavit. Verumtamen his quoque de medio sublatis, cùm pia magnaque spes esset in iis, qui pietatem amplectuntur, nunquam imposterum nova impietatis semina inventuros, in omnibus his contra rectam rationem improbus ille disseminare studuit, cum contra ac ipse speraverat, machinæ illius dissipatæ fuissent, nunc quidam homines impii, & quid non quicumque pietatem colit eos non nominaret, homines è tenebris erumpentes, cùm ex Hesperia ortum ducant, in pietatis cultricem hanc, & à DEo conservatam Urbem advenientes, ex qua tanquam ex alta & eminente specula orthodoxiæ fontes erumpunt, & pura pietatis fluenta in orbis terrarum fines perfluunt, & fluviorum instar animas, quæ sub sole degunt omnes piis dogmatibus irrigant, in hanc veluti fulgur, sive turbo, sive grandinis copia, sive, ut magis propriè rem indicemus, veluti sylvestris porcus irruentes, rectam rationem diversitate dogmatum prævertere conati sunt ita, ut & Scripturam in mystica magnæ DEi Ecclesiæ reponerent mensa, quâ nos, immò orthodoxam DEi Ecclesiam, omnesque, qui impiis eorum dogmatibus non abrepti sunt, orthodoxos, obid idem, quod pii esse, & fidem orthodoxam dilatari præcupiunt, anathemate feriunt, incusantes nos in multis aliis, & prætereà quòd barbam æquè ac illi radere, & eam, quæ est secundùm naturam hominis figuram, immutare non sustinemus. Nec non quod non divisi à Presbyteris matri-*

2011 Ministerio de Cultura

matrimonio junctis, communionem suscipimus? Ad hæc, quòd sacro-
sanctum symbolum, quod omnibus Synodalibus, & Oecumenicis Decre-
tis inconcussum atque inexpugnabile robur habet, spuriis cogitatis, & 173
sermonibus adulterinis, & audaciæ excessu adulterare nolumus, nec ut
illi, ex Patre, & Filio Spiritum sanctum, ô improbi Dæmonis machi-
nas! sed ex Patre dicimus procedere, neque Scripturæ animum adver-
*tere volentes, quæ ne deglabretis, ait, * menta vestra, neque omninò*
animo voluere volentes, decorum id mulieribus creatorem DEum statuis-
se, quod indecorum esset hominibus, sed & quintum Gangrensis Synodi
Canonem de iis, qui à nuptiis abhorrent, palam contemnentes, qui di-
cit: Si qvis se dividit à Presbytero conjugato, qvasi non oporteat, postqvam ille sacrum fecerit, illius oblationis participem fieri, anathema sit. *Et in hoc etiam sextam Synodum rejicientes, & contemnentes, quæ ait Can. 13.* Qvoniam Romanæ Ecclesiæ pro Canone traditum esse cognovimus, ut qvi ad Diaconatum, vel Presbyteratum promovendi sunt, profiteantur, se non ampliùs suis uxoribus conjungendos, nos antiqvos Canones Apostolicæ perfectionis, ordinisq; servantes, hominum, qvi sunt in sacris, conjugia deinceps ex hoc temporis momento firma & stabilia esse volumus, neqvaqvam eorum cum uxoribus conjunctionem dissolventes, vel eos mutuâ, tempore convenienti, consvetudine neprivantes. Qvamobrem si qvis dignus inventus fuerit, qvi Hypodiaconus, vel Diaconus, vel Presbyter ordinetur, is ad talem gradum assumi neqvaqvam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. Sed neqve ordinationis tempore ab eo postuletur, ut profiteatur se à legitima cum uxore consvetudine ab- 174
stenturum: ne ex eo à DEo constitutas, & suâ præsentiâ benedictas nuptias injuria afficere cogamur, Evangelicâ voce m) exclamante, *Quæ DEus conjunxit, homo ne separet:* & Apostolo n) docente, *Honorabiles nuptias, & thorum immaculatum:* &, *Alligatus es uxori, ne quære solutionem.* o) Si qvis ergo præter Apostolicos Canones incitatus sit aliqvem eorum, qvi sunt in sacris, Presbyterorum inqvimus, vel Diaconorum, vel Hypodiaconorum, conjunctione cum legitima uxore, & consvetudine privare,

* Levit. XIX. 27.

m) Matth. XIX. 6. Marc. X. 9.

n) Hebr. XIII. 4.

o) 1. Cor. VII. 27.

2011 Ministerio de Cultura

vare, deponatur. Similiter & ſi qvis Presbyter vel Diaconus ſuam uxorem pietatis prætextu ejecerit, ſegregetur, & ſi perſeveret, deponatur. *Præter hæc omnia nihil omninò ſapientes, Spiritum non ex Patre, ſed ex Filio quoque affirmant procedere; cùm vocem illam neque ab Evangeliſtis habeant, neq; blaſphemum hoc dogma à Synodo Oecumenica hauſerint. Dominus enim DEus noſter* * *ait*, Spiritus veritatis, qvi à Patre procedit. *Verumtamen novæ hujusce impietatis parentes Spiritum inquiunt, qui à Patre & Filio procedit; non illud rurſus attendentes, ſi in quo à Patre Spiritus procedit, proprietas illius cognoſcitur, ſimiliter & ſi in quo generatur Filius, Filii; & procedit, ut ipſi nugantur, & Spiritus à Filio, pluribus proprietatibus Spiritum à Patre diſcerni, quàm Filium. Commune enim Spiritui & Filio ex ipſo Patre proceſſus, propria verò Spiritus ex Patre proceſſio, non verò à Filio. Quòd ſi pluribus differentiis Spiritus quàm Filius diſcernitur,* 175 *proximior erit paternæ ſubſtantiæ Filius, quàm Spiritus. Et ſic rurſus Macedonii in Spiritum conatus emergent, eorum dramma, ſcenamque induens. Præter jam dicta neque illud capere omninò volunt, omne, quod commune non eſt omnium dominatricis, & conſubſtantialis Triadis, unius tantummodò ex tribus eſſe. Sed hi quidem hac ratione & contra nos, & orthodoxam DEi Eccleſiam impudenter ſeſe geſſerunt, ab altera quàm à vetere Roma ad piiſſimum noſtrum Imperatorem accedentes, & alia quædam contra orthodoxum Eccleſiæ cœtum dolo malo machinati, immò verò & ipſum acceſſum ab initio mentiti, cùm comminiſcerentur ex urbe Roma accedere, miſſosque eſſe à Papa, re autem ipſa fraudis plenis monitis, & conſiliis Argyri, ipſi ex ſe advenerant, nullo modo à Papa miſſi. Sed & literas, quas ab eo ſcilicet deferebant, commenti ſunt: quod ab aliis etiam multis agnitum eſt, ſed eo potiſſimum, quod palam literarum ſigilla adulterata eſſe deprehenſa ſunt. Scriptum autem ab impiis hiſce contra nos repoſitum Italicis literis exaratum, & in præſentia Hypodiaconorum ſecundæ hebdomadis ab ipſis primùm altari DEi magnæ Eccleſiæ appoſitum, poſtmodum, quod Hypodiaconi illud ſemoverunt, & à ſacra menſa abjecerunt, & illis qui appoſuerant, ut denuò reciperent contenderunt, illi noluerunt. Illius in pavimentum dejecti, cùm jam in manus multorum pervenerit, ne blaſphema promulgarentur, mediocritas noſtra in ſe recepit: ideoque nonnullis advocatis, qui ex Italica lingua in Græcam convertere callent, Protoſpatharium duntaxat Coſmam,*

* Joh. XV. 26.

2011 Ministerio de Cultura

Cosmam, Romanum Pyrum, & Monachum Joannem Hispanum, scri-
pturam illam in nostram linguam transvehere imposuit. Transversi 176
verò sententia his iisdem verbis ita se habebat : Qvicunqve
fidei, & sacrificio Romanæ & Apostolicæ Sedis se oppo-
nit, anathema sit, nec dicatur Orthodoxus, sed Prozy-
mita, & nouus Antichristus. Ubertus divinâ gratiâ sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ Episcopus, Petrus Amalphitanorum Archiepisco-
pus, Federicus Diaconus, & Sacellarius, universis Catholicæ
Ecclesiæ filiis. Sancta Romana prima & Apostolica Sedes, ad
qvam, tanqvam ad caput, cura omnium Ecclesiarum speciali-
ter adaptatur, Ecclesiasticæ pacis, ac necessitatis gratia ad hanc
Regiam Urbem nos suos Apocrisiarios mittere constituit, ut,
qvemadmodum scriptum est, descendamus, & videamus, si
opere completa est vox, qvæ continuò ex ea Urbe ad aures illius
ascendit, cognosceretqve, si res aliter se haberet. Hinc notum
sit præ omnibus, glorioss Imperatoribus, Clero, Senatui,
Populoqve Constantinopolitano, universæqve Catholicæ Eccle-
siæ, nos hîc agnovisse, qvod maximè lætamur, bonum, &
maximum, qvod afflictim dolemus, malum. Nam qvod per-
tinet ad columnas Imperii, virosqve ab iisdem cohonestatos, &
cives sapientes, maximè omnium Christiana, ac Orthodoxa
Urbs est : qvod ad Michaëlem, qvi Patriarchatu abutitur, &
illius insipientiæ socios, & consortes, in medio illius plurima
hæreseon zizania qvotidie disseminantur. Qvemadmodum
enim Simoniaci donum DEi vendunt : ut Valesii hospites suos ca-
strant, & non solùm ad Clericatum, sed insuper ad Episcopa- 177
tum promovent : ut Ariani rebaptizant in nomine sanctæ Trini-
tatis baptizatos, & Latinos potissimum : ut Donatistæ decer-
nunt, extra Græcorum Ecclesiam, Ecclesiam Christi, & ve-
rum sacrificium, & baptisma ex universo orbe periisse : ut Nico-
laïtæ carnales nuptias concedunt, defenduntqve sacri altaris mi-
nistris : ut Severiani, maledictam legem Moysis pronuntiant :
ut Pneumatomachi, aut Theomachi, Spiritus sancti ex Filio
processionem ex Symbolo abscinderunt : ut Nazareni, carnalem
Judæorum munditien adeò servant, ut parvulos morientes ante
octavum diem à nativitate baptizari contradicant ; & mulieres,
vel in menstruis, vel partu periclitantes, communicare, vel si

2011 Ministerio de Cultura

baptizatæ non fuerint, baptizari prohibent: & comam capitis, & barbam, veluti Nazareni nutrientes, eos qui comas tondent, & secundùm institutionem Romanæ Ecclesiæ barbas radunt, in communionem non recipiunt. De qvibus erroribus, & aliis pluribus operibus, ipse Michaël literis domini nostri Leonis Papæ admonitus, resipiscere neglexit. Postmodum nobis illius nunciis similium malorum argumenta rationabiliter opponentibus, præsentiam suam, atqve colloqvium penitus denegavit, neqve sacrum Imperatorum consilium, & sapientum eum cohortantium ad sanam mentem, audiit; qvemadmodum & antea Latinorum Ecclesias clausit, eosqve Azymitas nuncupans, ver-
178 bis & factis ubiqve persecutus est in tantum, ut in filiis suis anathematizaret Apostolicam Sedem, contra qvam se ipsum adhuc subscribit Oecumenicum Patriarcham. Qvare nos ejusdem sanctæ, & primæ Apostolicæ Sedis insignem injuriam, & vim non ferentes, & Catholicam fidem multis modis demergi posse suspicantes, præjudicatione sanctæ, & individuæ Trinitatis, & Throni Apostolici, cujus nos sumus Apocrisiarii, & omnium Orthodoxorum Patrum, & septem Synodorum, ex universa Catholica Ecclesia anathemati, qvod dominus noster piissimus Papa eidem Michaeli, & illius seqvacibus, si suaderi nolunt, decrevit, hunc in modum subscribimus. Michaël qvi Patriarchatu abutitur, Neophytus, & qvi tantùm humano timore monasticum habitum induit, nunc verò delictis incurabilibus apud multos diffamatus, & unà cum eo Leo, qvi Acridæ dicitur, & ejusdem Michaëlis Sacellarius Nicephorus, qvi Latinorum sacrificium in conspectu omnium pedibus conculcavit, cæteriqve omnes, qvi eos seqvuntur in jam dictis erroribus, & facinoribus sit, anathema, Maranatha; cum Simoniacis, Valesiis, Arianis, Donatistis, Nicolaitis, Severianis, Manichæis, cum qvibus dogmata statuunt, & aliis, qvi fermentatum, animatum esse dicunt, & cum omnibus Hæreticis, immò verò cum Diabolo & Angelis ejus, si resipiscere nolunt. Amen. Amen. Amen. *Et hæc quidem in impio illo scripto & detestando continebantur.*
179 *Mediocritas verò nostra tantam contra pietatem audaciam, & impudentiam haud sustinens sine examine & impunitam prætergredi, valido & sancto Imperatori nostro de hac re sermonem habuit. At ille, namque*

ante

2011 Ministerio de Cultura

ante unum tantùm diem ab urbe discesserant, postquam illi relatum fuerat, viros, qui eos in hanc magnam Urbem reducerent, mittit, evocantúrque citissimè, sed nolunt mediocritatem nostram convenire, aut in conspectu sanctæ & magnæ Synodi procedere, & responsum utcumque dare de his, quæ ipsi impiè enunciarunt, sed ut ipsi in scriptura ab ipsis exarata expresserant, & multo plura, quàm in eo scripta fuerant, contra nostram fidem habere sese contendunt, velléque se potiùs mortem optetere, non tamen in conspectum nostrum, & Synodi venire. Hæc enim robustus & sanctus noster Imperator, per responsum spectabilis Magistri, & à supplicationibus, & DEi amantissimi Chartophylacis, & Commentariorum scriptoris, eos nobis & Synodo dicere renunciavit. Cùm vetò iis nolentibus ad Synodum & nos accedere, vim inferri, validus & sanctus noster Imperator, propter legationis pnovinciam, quam præ se ferre videbantur, non probaret, rursumque tantam contra pietatem impudentiam innoxiam permanere haud decorum esset, & prorsus indignum, medicinam optimam rei præparavit, & pretiosum & venerandum scriptum ad nostram mediocritatem per Stephanum sanctissimum Monachum, & magnæ Ecclesiæ Oeconomum, & Joannem Magistrum, & à supplicationibus, & Constantem Vestarchem, & Philosophorum Hypatum transmisit, cujus tenor ille est: Sanctissime Domine, de eo, qvod acciderat, mea Regia Majestas perqvirens offendit, mali radicem 180
ortum habuisse ab Interpretibus, & sociis Argyri; & de alienigenis qvidem tanqvam peregrinis, & ab aliis suppositis aliqvid facere non possumus, mali verò auctores verberatos ad tuam Sanctitatem transmisimus, ut per eos instruerentur & alii, ne similia inposterum effutiant. Chartula hæc post anathema dictum & Consiliariis, & iis, qvi publicarunt, aut scripserunt, autrem, ut gesta est, vel tenuiter callent, coram omnibus comburatur. Mea siqvidem Regia Majestas imperavit, ut & Vestarches Argyri gener, & Vestes illius filius in phylacam concludantur, ut ibi vitam degant, malis divexati, qvemadmodum sunt digni propter hanc causam. Mense Julio. Indict. 7. *Et hæc quidem regia & divina scriptura continebat. Secundùm itaque pietatis cultoris Imperatoris providentiam, ipsum impietatis scriptum, necnon qui illud exposuerunt, & vel ad illud faciendum adhortati sunt, vel auctoribus auxilium præstiterunt, in præsentia missorum ab Imperatore in magno secreto anathemate subacti sunt. Iudicatum verò est quartâ*

2011. Ministerio de Cultura

die, quæ est prima currentis hebdomadis, vigesima-quartâ verò die præsentis mensis Julii, quâ & quintæ Synodi expositio pro more legenda est, audiente multitudine, anathemate feriendum esse rursum impium scriptum, necnon & qui illud ediderunt, & scripserunt, & consensum aliquem, aut consilium, ut illud fieret præstiterunt. Prototypum verò projecti ab impiis, impii execrandique scripti combustum non est, sed in
181 *sacro Chartophylacis secreto repositum, ad perpetuum eorum dedecus, & stabiliorem condemnationem, qui similia adversus DEum nostrum blasphemarunt. Sciendum prætereà est quòd vigesimo die præsentis mensis, quo illi, qui adversus orthodoxam fidem blasphemarunt, anathemate icti sunt, aderant unà cum aliis Præsulibus, qui nobiscum considebant universi Metropolitæ, & Archiepiscopi, qui in urbe degebant; nempe Leo Athenarum & Syncellus, Michaël Sylæi & Syncellus. Nicolaus Evchaniæ & Syncellus, Demetrius Cariæ & Archiepiscopus, Paulus Lemni, Leo Cotradiæ, Antonius Zicchiæ.*

Vides adhuc Cerularii tempore, qvod pertinebat ad columnas Imperii, virosqve ab iisdem cohonestatos, & sapientes cives maximè omnium, Christianam & orthodoxam Constantinopolim fuisse, nec tantùm valuisse auctoritatem Patriarcharum, ut eos ab Ecclesiæ Romanæ gremio avelleret? Michaëlis item Anchiali p) qvi post Lucam Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuit, epistola, calumniis & conuiciis plena in Romanam Sedem circumfertur. Germanus q) qvi hîc post Patriarchas Constantinopolitanos acclamatur, non alius est, quàm qvi post exactos Constantinopoli Græcos, & Nicæam compulsos, ipse qvoqve Nicææ Patriarcham agebat. Hic asperrimè in Latinos, eorumqve consuetudines, & dogmata libris editis stilum strinxit. Vivebat sub Joanne Duca, illius adversus Latinos prælia, & fortiter gesta prædicat, ut palam fiet percurrenti Orationes sub ejus nomine editas à Gretsero tom. 2. de Cruce. Legi ipsius opusculum de
182 Processione Spiritus sancti, & alia contra Latinos. Sed qualis ipse in Latinos, & qvo odio eorum Ecclesiam persecutus fuerit, ne ex me id dicere aliquis suspicetur, fatebitur idem in epistola ad Patriarcham Latinorum Constantinopolitanum, qvi Græcos compellebat, ut inter Officia mentionem summi Pontificis facerent. Scribit enim inter alia: Ἐγὼ δὲ καὶ τοῖς ἐν Κωνσταντινουπόλ

p) Vide Allat. de consensu lib. 2. c. 12.

q) Idem lib. 2 c. 14. §. 3.

2011 Ministerio de Cultura

πλὴ Γραικοῖς Φθάσας ἀφορισμῷ καθυπέβαλον, μηδενὶ τῶν ἱερέων, τῶν διὰ χαύνωσιν ψυχῆς ὑποχαλαθέντων εἰς ὑποταγὴν, καὶ θέλημα τῆς παλαιᾶς Ρώμης, μηδὲ φορτφορὰν δέχεσθαι ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, μηδὲ συμψάλλειν αὐτοῖς, ὡς φοδότας τ̃ θείων, καὶ ἱερῶν κανόνων, Ϲ τῶν πατροπαραδότων ἐθῶν. *Ego verò & Græcos qui Constantinopoli degunt anathemate subegi, si à sacerdotibus, qui propter animi molliciem, in obedientiam, & nutus veteris Romæ transierunt, oblationem acciperent, unaque cum iis officiis adsint divinis, tanquam divinorum sacrorumque Canonum, & à majoribus traditarum consuetudinnm desertoribus, & proditoribus.* Josephus, r) qui Arsenio successit, præ eodem studio iniqvior fuit, dum Græcos in propria sententia pertinaciores effecit, & ad Latinorum dogma, & consuetudines profligandas, & retrahendas ab eorum animis, plurimum operæ & laboris contulerit. Colligo ex Pachymeræ Historiæ lib. 5. qvi Josephi conatus adversus Imperatorem Michaëlem Latinorum dogma promoventem, & Chartophylacem illud oppugnantem, prono studio non paucis prosequitur. Qvid de Patriarcha Athanasio s) dicam, homine rusticis moribus, ef- 183
fero, diro, immansveto, atqve inexorabili, cujus etiam ab aliis mira recensita ludibrio habuit Pachymeres, & vitæ horridæ, incultæqve illius laudem apud alios partam non levibus dicteriis expugnat, opprimitqve, Histor. lib. 8. cap. 13. Αλλα πρῶτον μὴν ἀκουσθὲν, ὡς ἐς πατριάρχλν ἐκεῖνος ἐψήφισο, πολλοί τινες ἐξανασώντες τῶν καθ' αὐτὲς Φωλεῶν. οἱ μὴ πολλάτα τῶν ἀχαρίτων ἐκείνῳ προσεμαρτύρουν, καὶ τὸ πλέον εἰς αὐθονομίαν, καὶ ἀπλαγχνίαν· ὅτε καὶ ἐξ ὑπαγῆς ὄνῳ τινὲ ὑπαθείη τῶν ὥτων τὸ στέρησιν δόξαντι ἀδίκῳ πρὸς τὸν λαχάνων κῆπον τοῖς μοναχοῖς. οἱ δ' καὶ ὡς θαυματουργὸν ὡμολόγουν. ὅτι τε ἐν μιᾷ λάχανα σωσάξας, λύκον ὑρῶν ὑπιόντα τοῦτα, ἐφ' ᾧ οἱ ἐκ κόπου σωαίροιτο, ὑπισάξας ἀπάγειν πρὸς τὸν μονὸν. ὧν δὲ ὁ λύκος ἀνθρωπος, εἰ καὶ παρελογίζοντο λέγοντες, ὡς ὕστερον ἔγνωσο. καὶ ὡς πεμφθέντος ἐκείνῳ πρός τινος ὑπὸ μελισσείου κηρίου, αὐτός τε φάγοι, καὶ γλυκανθείη τὸν φάρυγα. ὑδέξατο δ' τὸν γλυκασμὸν καὶ τῷ πέμψαντι. καὶ ὡς αὐτὸς εὐτεσθεν ὁ πέμψας ἐξ ἐκείνου, καὶ ἐς ἡμέρας ἀνὰ σόμα τ̃ γλυκύτητα πρεφέροιτο, τῆς ὀρχῆς ἐκείνῳ τόπον ὑποπληρωσάσης κατὰ σόμα τ̃ μέλιτος. ταῦτα ἐκεῖνοι μὴν ἔλεγον. *Sed ubi primum promulgatum est, Athanasium suffragio Synodi in Patriar-*

r) Allat. libro laudato p. 753.

s) circa A. C. 1290. atqve iterum ab A. 1301.

2011 Ministerio de Cultura

triarcham promotum fuisse, multi ex caveis erumpentes adversus eum, pleraque non admodum pergrata contestabantur; & potissimum animum alieno consilio subdi nescium, & immisericordem, quod ita eo imperante, asino aures ex pœna ablati sunt; quòd injustè se gessisset circa olera in Monachorum horto. Alii eum tanquam rerum admirandarum effectorem dēprædicabant, quòd cùm aliquando olera in fascem collegis-
214 DEi *Catholicæ*, & *Apoſtolicæ Eccleſiæ fides*, *per tres Deitatis Hypoſtaſes Judæorum opinationes convellit*, *qui credunt*, *fatentúrque* DEum, *at non in tribus Hypoſtaſibus*, *ſed una*: *per unitatem ipſius individuam*, *plurium Gentilium numina profligat*: *necnon Arii*, *Eunomiique impiorum Hæreticorum Deitatis conciſionem*. *Recens verò Hæreſiarcha nomine Palamas*, *univerſa ſanctæ* DEi *Eccleſiæ dogmata*, & *fidem noſtram univerſam*, *ſuis execrandis*, *ac impiiſſimis dogmatibus*, & *doctrinis confundit*, *Hæreticorum omnium nequiſſimus*. *Qui palam hîc in Eccleſia* DEi *comparens*, *paulò antè tamquam membrum marcidum*, & *medicinam non admittens*, *ab eadem ejectus eſt*. *Commovit autem ipſe multa propter peccata noſtra*, *quinimmò*, *ut probati manifeſti fiant*, *quemadmodum divinus ait Apoſtolus*. *Nam cùm unam ipſi Deitatem in tribus Hypoſtaſibus confiteamur ſimplicem*, *atque indiviſam*, *ille multas Deitates palam prædicat parvas*, & *magnas*, & *hanc unam in multas diſcerpit*, & *unam*

qui-

2011 Ministerio de Cultura

*quidem superiorem, reliquas inferiores, sive ea minores, sicuti creaturas facit, & superiorem essentiam DEi appellat, inferiores essentiales operationes, & facultates illius, & charismata, quæ operatur, creata nempe, & rursus increata, quod non tantùm Gentilium est, & multos DEos inducit: unicam enim Deitatem in multos DEos concidit, sed etiam vanitatis plenum est, & à mente, consilióque plane deductum. Ait corporeorum oculorum obtutui subjici naturalem DEi formam, & Deitatem, quam inferiorem Deitatem enunciat, & DEum secundum, & parvum, ad nos usque pervenientem, & nobis visibilem. Quod superior, inquit, excelsus est, nec visui patet. Hic verò inferior DEus, qui videtur, & 214
aliæ Deitates, æqualis cum eo facultatis, quas nuncupat, & Spiritus sanctos, & increata alia sanctæ Triadis, eáque inferiora infinitè infinita, hoc est absque ulla comparatione ad ea, quemadmodum & reliquæ creaturæ descisentia. Has itaque Deitates, & hos Spiritus, & visibilem Deitatem, ait, in creaturis æquè atque ipsum DEum operari, aliam illuminare, aliam expurgare, aliam vivificare, aliam alio modo rerum curam gerere, & unamquamq; proprium opus sibi vindicare, & operari: ut non tantùm Gentilium plurima numina introducàt, sed & Arii, & Eunomii, & Macedonii, & Massalianorum, & Bogomilorum decreta stabiliat. Planè enim Satanas mentì illius tenebras offudit, & variis imaginibus obsedit, & in multas, quas intuetur Deitates, & plures spiritus dispartitus est. Et lumen, quod ipse videt, tenebræ sunt, cùm Satanas apud ipsum in angelum lucis transformatur, ut ait Apostolus. Et quæ ipse conspicit corporeis oculis, fatetúrque esse DEO inferiora infinitè infinities, quemadmodum & creaturæ DEi tribuit, vocátque essentialia, & naturalia DEi, præcipitque nobis, ut ea veneremur, tamquam DEos increatos, & Deitates: & sic non tantùm in immanem multitudinem, & prodigiosam partitionem Numen dictis suis discerpit, verùm etiam simplex, indivisum, sequale, * atq; informe, compositum, ut sunt aliæ creaturæ, facit. Et cultum exhibuit creaturæ, & non Creatori, multò immaniùs, quàm Gentiles ipsi, insaniens. Neque enim eò impietatis adacti sunt Numinum multitudine, ut DEum creaturæ assimilarent, & Angelorum, Sanctorum, atque animarum essentiâ inferiorem, peiorémque statuerent. Nam- 216
que natura Angelorum perspici non valet, quemadmodum neque animæ. Palamas verò ait, DEum speciem habere visibilem, naturalem ipsi, & essentialem. Invisibile porrò multò est visibili melius, ac præstabilius. Neque hac ratione solùm in DEum impius fuit, sed & seipsum DEum increa-*

* Qualitatis expers.

2011 Ministerio de Cultura

increatum, & absque principio esse decrevit : nam asserit, inferioris Deitatis homines participes, quæ eos deificat, cernentes lumen illud DEum *inferiorem oculis corporeis, fieri* DEos *increatos, & sine principio. Hoc autem non longè abest ab eo, quod aliquando Diabolus ausit, cùm dixit, Ponam sedem meam super nubes, & ero similis Altissimo. Sanè hac impietate nulla potest excogitari atrocior, quàm cùm se homo* DEum *increatum, & sine principio fieri jactat. Et id est quod olim Dominus prædixerat, Venient Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & dabunt signa & prodigia in populo : & si vobis dixerint, ecce hic Christus est, vel ecce ibi, ne credatis illis. Hi itaque tantùm non hoc dicunt, verùm Deitatem esse apud ipsos corporeis oculis visam, seque ipsos esse* DEos *increatos. Hoc verò Paulus de Antichristo enunciavit. Cùm revelabitur ex-*
lex, seipsum super omnem cultum extollens, & sedebit in Templo, dicens se ipsum DEum. *Quid enim magis jactabit, cùm ille venerit ? & quid in sublimitatem* DEi *insaniet, & blasphemabit atrociùs, quàm cùm se dicit* DEum *increatum, & sine principio ? quod nunc Palamas affirmavit, & coram omnibus docuit. Quare aut hic Satanas est, aut præcur-*
217 *sor illius, cùm jam & finis seculi, &, ut ipse opinor, immutatio universi propè sit, & beatus, qui mandata Christi, & illius discipulorum, & Patrum decreta sarta tecta servabit, & ab errore Palamitarum, ut ab igne, & colubro intacta tuebitur, quod hæc sit pessima Ecclesiæ noxa, & omnium qui unquam antea fuerint, error impiissimus. Idque est, ut reor, quod in errorem inducet etiam electos, sicuti à Domino prædicente audimus. Optimum itaque nunc fuerit, ut quicunque piè vitam agere avet ab errore isto pernicioſissimo immunem, Apostolicorum verborum memor sit. Quorum ? Licèt Angelus de cœlo evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit. Prophanas, novasque voces contundito, in ingentiorem enim impietatem excrescent, & sermo ipsorum, ut gangræna pascuum habebit : doctrinis variis, & peregrinis ne perperam moveamini. Et erit, ait, tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt homines, sed secundùm propria desideria, sibi ipsis coacervabunt magistros, prurientes auribus, & à veritate quidem aures avertent, ad fabulas verò convertentur, & erunt inter vos Pseudomagistri, quemadmodum & olim Pseudoprophetæ fuerunt, qui introducent sectas perditionis, per quos via veritatis blasphemabitur, & in avara fraudatione fictis sermonibus de vobis negotiabuntur, quibus judicium jam olim non cessat, & perditio eorum non cor mutabit. Permanete itaque in fide, & tenete traditiones,*

2011 Ministerio de Cultura

nes, quas accepistis, & certate pro semel concredita fide Sanctis. Hæc & similia proponenda sunt è sacris literis, præsertim hoc tempore, ad desavientem errorem propellendum. Omnia ad institutionem nostram scripta sunt, ut traditum est in Christo JEsu Domino nostro, cui gloria, & potestas cum Patre ipsius sine principio, & sanctissimo, & munifico, vivificóque Spiritu, uni Deitati & gloria, & regnum in secula seculorum. Amen. 218

Et hæc de Palamæ erroribus, hæresibúsqve nunc satis sint: reliqvas alio loco opportuniùs afferemus. Philotheum verò Patriarcham, qvi ita in Palamæ laudes effusus est, Palamæ in omnibus hæreses, qvasi hæreditario jure secutum esse, non minus eo in Latinos odio infectum satis probant libri ejus qvindecim, qvos adversus Nicephorum Gregoram, Palamæ adversarium conscripsit. Hic Patriarchatum rexit anno Domini 1362. sub Joanne Palæologo, annos triginta circiter post Palamam, cùm ipse dicat Palamam sub Andronico ex Palæologis qvarto floruisse. pag. 98. a. c. 1. f. Τοῦ θειοτάτου τοίνυν βασιλέως ⸗ Ανδρονίκου τ᾽ ὁσιότητος φερωνύμου ⸗ τῶν Παλαιολόγων πατέρος, συνόδος ἱερὰ συγκροτεῖται, καὶ ⸗ Βαρλαὰμ ἐπιφερομένου, καὶ τῷ αὐτῷ προβεβλημένων κακοδόξων δογμάτων, καὶ κ᾽ τῶν ὁσίων κατηγορημάτων πνεύματος θείου πληθεὶς ὁ μέγας Γρηγόριος, καὶ δυνάμιν ἄμαχον περιβαλλόμενος ἀνέῳξεν τὸ κ᾽ θεοῦ ἀνοιχθὲν ἐκεῖνο στόμα ἐφήμωσε, &c. *Divinissimo itaque Imperatore Andronico, pietatem propugnante, qui erat quartus è Palæologis, sacra Synodus convocatur. In eam cùm accessisset Barlaamus, illius malè sentientis enormibus dogmatibus, necnon contra pios viros accusationibus propositis, divino Spiritu repletus magnus Gregorius, & robore cœlitus sibi concesso inexpugnabili circumvallatus, os illud contra DEum adapertum obduxit, &c.* Vide etiam qvæ de Palama habet Gregoras lib. 11. cap. 13. Histor. Rom. 219

VII. Septimus error est de Azymis, qvi uti & alii Græci recentiores, Christum non in Azymo, sed fermentato corpus suum Apostolis tradidisse affirmat, pag. 200. a. c. 1. f. Εἶτα βεαχύτι ἁλιπῶν λαβὼν τ᾽ ἄρτον λέγει, λάβετε. φάγετε. καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως, πάντες ἐξ αὐτοῦ πάντες εἰπὼν, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμα μου τὸ τ᾽ καινῆς διαθήκης. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. πλὴν καὶ αὐτὸς τοῦτο ποιῶν ἤσθιε καὶ ἔπινε μετ᾽ αὐτῶν. ὅρα δ᾽ ὅτι ἄρτον λέγει τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐ μὴν ἄζυμον. αἰσχυνέσθωσαν οὖν οἱ τῇ θυσίᾳ ἄζυμον προσφέροντες. *Deinceps paulo pòst assumpto pane dicit: Accipite & manducate,*

2011 Ministerio de Cultura

ducate, & calicem similiter, Bibite ex hoc omnes, dicens. Hic est sanguis meus novi Testamenti, hoc facite in meam commemorationem. Id etsi ipse faceret, comedebat tamen, & bibebat cum ipsis. Nota panem vocare corpus suum, non item azymum. Confundantur itaque qui in sacrificio azymum offerunt. Idem inuere videtur pag. 207. a. c. 1. p. ubi ait, Christum uno die ante Pascha Judæorum Pascha celebrasse. In qvibus tria considerandaſunt, qvæ contra Latinæ Ecclesiæ decreta a) dicuntur. Primum, Christum in celebratione Paschatis non expectasse diem statutum, b) sed uno die anticipasse. Secundum, in fermentato consecrasse. Tertium, illúdqve impudentissimum, consecrationem in azymo tanqvam malam rejici, c) reprehendíqve eos, qvi simili modo consecrant. Rationibus & argumentis Græcorum, qvæ circa hoc adducuntur, sapientissimi viri & Græci & Latini responderunt, demonstrarúntqve ea, qvæ pro confirmanda tali sententia in medium afferuntur, qvibus respondere debeant. Sufficit hîc errorem digito demonstrasse. Aliqvorum tamen impudentiam non prætermittam, qvi ut in hoc negotio, cùm reliqvis omnibus se cernerent destitutos, habere viderentur aliqvid, qvod Latinis opponerent, inter alias reliqvias, qvæ in sacrario Palatii Constantinopolitani erant, Panis qvoqve particulam ex eo ipso, qvem tradens discipulis Dominus dixit, *Accipite & manducate*, &c. conservatam fuisse narrant, qvam ubi vidissent Latini, eandem cum pane fermentato, argumenti ejusdem evidentiâ convictos obmutuisse. Georgius Corcyr. de Commun. Tractatu. Ὥσπερ καὶ ὁ ῥηθεὶς ἱερὸς Βενέδικτος, ὃς ἐπὶ πάπα Ρώμης Ἰννοκεντίου τρίτου ὑπηρετὴς ὢν ποτὲ, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει σταλεὶς ἀφ' ἑνὸς πραγμάτων τῶν ἀναμεταξὺ Γραικῶν καὶ Λατίνων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰσφερόντων

a) Tamen Latinam etiam Ecclesiam ante sæculum IX. fermentato in Evchariſtia usam docuit Jac. Sirmondus disquisit. de azymo & Joannes Bona rerum Liturgicarum lib. 1. cap. 23. atqve pro illa sententia Jo. Launojus singularem librum composuerat, qvem ab ejus obitu una cum aliis illius schedis subreptum ajunt.

b) Hanc sententiam defendunt etiam è Romana Ecclesia viri doctissimi, ut Ismaël Bullialdus, Dionysius Petavius aliiqve. Petavium vide XII. 16. doctrin. temporum & ad Epiphan. p. 184. seq.

c) Hoc recte in Græcis reprehendit Allatius. Confer ejus Hottingerum cap. IX. qvi alibi observat Pontifices Romanos Græcis fermenti usum permittere, ex statutis Leonis X. & Clementis VII.

2011 Ministerio de Cultura

σωτων, οἷς ἢ σωέδη πρὸ τε ἐνζύμου καὶ ἀζύμου ἄρτου λόγ@ γνώσ@. ὑπερ ἐγὼ ἐρμηνευὸς ὡς ἔφθην εἰπὼν ἐχρημάτιζον. ἀλλ' ὁ ῥηθεὶς Καρδιναλ@ ὠδὲ πρὸς βεβαιώ τι ἀποκρίνεσθαι πρὸ ἔ τοιούτου ζητήματ@ ἠβουλήθη, καίτοι λόγι@ ὢν, καὶ τῇ θείᾳ ἐντεθραμμέν@ γραφῇ, ἀλλ' ὠδὲ τ' ἔξω σοφίας ἄμοιρος ἦν, εἰ μὴ ἢ πᾶς τ' Δαλεκτικῆς ἀποδείξεσιν ἑτοιμότατ@. πλὴν ἐν τούτῳ, μή μοι ἔλεγε γνώσιτο ἢ τ' θείας μυσταγωγίας γλῶσσαν κινῆσαι, ὥστε τὸ μὴ ψέγειν τ' ἀναγκαίου θυσίας, τὸ ἢ ἑπομένειν, &c. Et post pauca: Πρὸς ὃ οἱ Γραικοὶ ἀπεκρίνοντ. Περὶ ἧ τούτου οὐδεμία ἀπάρτι ἀμφιβολία ἐστίν. ὑμεῖς γὰ, αὐτοί φασιν οἴδατε, οἷ@ ἦν ὁ παρὰ Χριστοῦ τοῖς μαθηταῖς Δαδοθεὶς ἄρτ@ καὶν 221
πε ἄζυμ@ καὶν πε ἔνζυμ@, ὡς ἀπὸ ἓ νῦν τὸ βέβαιον ἔχοντες. ὁ γὰ θεοειδὼς παῦτα πρὸ γνώσεως αὐτῶν, καὶ πάντα προγινώσκων, καὶ καινοποιῶν ἀπὸ τ' νεάζον, ὡς βούλεται, ἀπεκάλυψε πᾶσι τοῦτο τὸ μέγα μυστήριον, καὶ τοῦ εἶπον, ὅτι κρατηθείσης παρὰ τῶν Φραγγῶν τῆς Βασιλευούσης τῶν πόλεων καὶ πάντας τοὺς ἡσυχιοὺς οὐ μόνον τ' ἀναιτίων καὶ τ' Κοινολαϊτῶν· ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν εἴκων κυρίου, καθώς ποτε Ναβουχοδονόσορ καὶ Ναβουζαρδὰν ὁ αὐτ' ἀρχιμάγειρ@ τοὺς ἐν Ιερουσαλὴμ ἐξεργυνησαμένων, καὶ ἐν τῷ σκευοφυλακείῳ ἓ μεγάλου παλατίου λῃστρικῶς ἐσφετερισαμένων ἐν οἷς τὰ ἅγια ἀπέκειντο, ἤγουν τὰ τίμια ξύλα, ὁ ἀναίδην@ σέφαν@, τὰ τοῦ σωτῆρ@ σανδάλια, ὁ ἥλ@, καὶ τ' ἀργυρᾶ, ἅπερ καὶ ἡμεῖς ὕστερον αὐτοψεὶ ἐθεασάμεθα, ἄλλα ἧ πλεῖστα δῶρα, ὦ τῆς ἀστλαγχνίας σου δέσποτα, καὶκεῖνον τὸν ἄρτον, ὃν πᾶς ἀχραίτοις χερσὶν ὁ Χριστός μου τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ δείπνῳ δίνειμε· καὶ τοῦτον ἐν σκεύῃ λινῇ χρυσίνῳ, καὶ λιθαρίων καὶ λίθων κεκοσμημένῳ ἡμῖν. ἀπὸ ᾧ καὶ ἀπιγραφὴ τὸ ἐντὸς διεσήμαινε διὰ γραμμάτων ἑλληνικῶν οὕτωσὶ λέγουσα. ἐνταῦθα κεῖται ὁ θεῖ@ ἄρτ@ ἰ, ὃν ὁ Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς ἐν τῇ ὥρᾳ ἓ δείπνου διένειμεν εἰπών, λάβετε, φάγετε, ἔστ γὰ τὸ σῶμα μου. οἱ τοῦτον δ' ἀρόντες ἐκράτησαν ὁ Αλβετανίας ἐπίσκοπ@ καὶ ὁ τ' Βεθλεὲμ ἀρχιφύλαξ@, καὶ ἄλλοι τινὲς, οἱ καὶ καταχρύψαι ἔστον ἠβούλοντο. ἀλλ' ὁ ἀψευδὴς θεὸς, ὁ δικαίως ἀληθείαν τὸν ὑὸν αὐτ' ἐκ τῆς γῆς ἀνατείλας, καὶ ἔστον ἀρισδείκετον καθισᾷ, ἐξ ἓ καὶ τὸ ἀμφίβολον διελύθη. *Quemadmodum & prædictus facer Benedictus, qui Papæ Romani Innocentii tertii erat Locumtenens, missusque Byzantium ob nonnulla negotia, quæ inter Græcos & Latinos in Ecclesiam irrepserant, quibus aliquando accidit, ut de azymo & fermentato pane in sermonem venirent,* 222
cujus ipse, ut jam dixeram, eram interpres. Sed dictus Cardinalis neque per breve spatium de hac quæstione respondere voluit, licet eruditione polleret,

2011 Ministerio de Cultura

polleret, & divinis literis innutritus; ſed nec externæ ſapientiæ expers erat, imò in Dialecticis demonſtrationibus acutiſſimus. In hac tamen quæſtione abſit, inquiebat, ut contra divina myſteria linguam moveam, ita ut partim incruento ſacrificio detraham, partim laudi ſim, &c. Et poſt pauca: *Ad quod Græci reſponderunt. De hoc nunc nullum dubium eſt. Vos enim ipſi, inquiunt, vidiſtis qualis fuerit à Chriſto diſcipulis panis traditus, ſive ille azymus, ſive fermentatus fuerit, tamquam nunc certò id ſciatis. Qui enim novit omnia antequam fiant, & omnia gubernat, & pro libito renovat, ingens hoc myſterium omnibus revelavit. Et ſubdiderunt. Devictâ à Francis reginâ urbium, theſaurisque omnibus, non tantùm in regia, & reliquo populo, ſed & in ædibus Domini, ut quondam Nabuchodonoſor & Nabuzardan ejusdem Archicocus Hieroſolymitanos exhauſerant, conquiſitis, in magni Palatii ſacrarium irruentes, prædonum more, in quo ſancta erant repoſita, veneranda ſcilicet ligna, ex ſpinis corona, Salvatoris ſandalia, clavus, faſciæ, quæ & nos poſtmodum noſtris hiſce oculis vidimus, multa quidem ibi invenerunt: ô tolerantiam tuam Domine! & inter ea, eum ipſum panem, quem immaculatis manibus Chriſtus meus diſcipulis in cœna diſtribuit, in vaſe quodam aureo, margaritis, & lapidibus pretioſis onuſto. In eo inſcriptio quod intus erat, litteris Græcis ſignificabat hoc*
223 *modo: Hîc jacet divinus panis, quem Chriſtus diſcipulis tempore cœnæ diſtribuit, dicens. Accipite, manducate, hoc eſt corpus meum. Qui verò eum invenerant fuerunt Albetanenſis Epiſcopus, & Bethlemi Hypopſephius, & alii quidam, qui eum abſcondere voluerunt, ſed DEus qui non mentitur, & ex terra lilium ſuum veritatem oriri faciens, illum manifeſtiſſimè omnibus demonſtrat, indeque dubium omne diſſolutum eſt.* Sed hujusce narrationis fides ſit apud auctorem, ἐγὼ γὰρ οὐ ταχυπειθής. Vellem dilucidiùs expoſuiſſet, qvibusnam oculis poſt tot annorum centurias, panem illum, ut veroſimile eſt, exſiccatum, contractum, colore immutatum, & niſi literæ indicaſſent panem materiam illam eſſe cognoviſſet, fermentatum ab azymo ſecrevit? ex qvonam poſtmodum habuit, Chriſtum ultra tunc diſcipulis panem dispenſandum, alium etiam qvi ſupereſſet conſecraſſe: ut ſcilicet eo poſt tot annos Latinos aliter ſentientes convinceret? ſed qvid fuerit ineptire, ſi hoc non eſt? Verba Evangelii clariſſima habeo, & nugas qværo?

VIII. Octa-

2011 Ministerio de Cultura

VIII. Octavus error est pag. 209. a. c. 1. p. & pag. 215. b. c. 1. p. ubi in Passione Christi Deiparam adeò in planctu, affectibusqve immoderatam d) facit, ut doloris impatiens, more vilium mulierculârum, genas ungvibus dilaniatas fœdaverit, capillos laceraverit, & pectus percutiens lacrymabiliter voces extulerit. Qvæ omnia tantæ mulieris fortitudine indigna sunt. Passio namqve Christi prudenter & decorè deflenda est. Et qvamvis, ut vaticinatus fuerat Symeon, Mariæ animam doloris gladius in morte Filii pertransierit, e) non ita tamen dolore illo obcæcari debuit, ut indecora ageret, & impatienter lugeret. Qvod etiam in aliis mulieribus à Christo reprehensum scimus, f) *Filiæ Hierusalem nolite flere super me*, &c. Dolorem Virginis in ærumnis, & in eo moderatum ac temperatum animum elegantissimè expressit Michaël Psellus Orat. de Passione Domini. Η δέγε τ λόγου μήτηρ ἐκεῖνο τὸ ἔμψυχον ἀρετῶν ἄγαλμα, ἀλγεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ φύσιν, ἐκτέτηκε δ' ἀθρόον, καὶ ἐν ῥιὸν αὐτὴ ἡ πνοὴ, καὶ τῇ ψυχῇ μὲν τούτων μικρὸν δεῖν ἀπολέλοιπεν. ἡ δ' οὐδ' ἐν τοῖς πάθεσιν τὸ σεμνὸν ἀπηρνήσατο. ἀλλ' ἀθμαίνει μὲν, ἀσθμαίνει δὲ, καὶ σπαράζει μὲν βύθιον καὶ δυσήκοον, ἔσηκε δ' ὅμως ἀκριβῶς συσείλασα ἑαυτὴν, καὶ πρὸς τὸ βάθος συνεύσασα τῆς ψυχῆς καὶ οὔτε ἀναπνεύει πρὸς τὸν υἱὸν, οὔτε τῷ ὄψιν μετέστρεψεν. τὸ μὲν γὰρ ἐπωδυνίας ἔχει· τὸ δ' ὄρμημα ὅτι συσπανεύσεως. ἔοικε δέ τι καὶ συλλογίζεσθαι κρυφίως καὶ λανθανόντως. ἐς ἀπορρήτους γὰρ αὐτῆς ἐννοίας τὰ ὄμματα ἴσασιν ἀνελιττούσης ἔνδοθεν τ ψυχῆς. ὧν μὲν πρῶτα τετύχηκεν οἷοις ἦν νεῦν πρὸς ἀντλεῖσθαι κακοῖς· καὶ ὥσπερ συμβάλλει ἄμφω πρὸς ἄλληλα, καὶ νικᾷ τοῖς βελτίοσιν. ὅμως δὲ μὴ θαυμάζειν τῷ νέκρωσιν, ἢ ὅπως μὴ δὲ ἐπ- ἀπηξίωσεν αὐτῆ ὁ υἱός. *Verumtamen Verbi mater, animatum illud virtutum exemplar, indolet quidem suprà quàm dici potest, simulque eodem eodem tempore contabuit, spiritus ipse in naribus vagatur, & tantùm non vitam deposuit, retinet tamen gravitatem in ærumnis, anhelat illa, sed remisse: suspirat, sed intimè, & ita ut auribus non audiatur. Stat nihilominùs concinnè se ipsam componens, & in intima animæ mentem dirigens, neque ad filium aspectum erigit, neque oculos aliò avertit: illud enim ingentem dolorem, hoc factum non approbare indicat. Videtur etiam inter se nescio quid occultè latenterq; meditari, oculi siquidem* 224 225

d) Facile apparet Allatium rigidi censoris more conqvirere & erroribus adscribere, qvæ si voluisset facile excusare vel similibus exemplis Ecclesiæ Romanæ celebratissimorum scriptorum tueri potuisset.

e) Luc. II, 35. f) Luc. XXIII, 28.

2011 Ministerio de Cultura

illius in cogitationes, quæ verbis explicari non poſſunt, defiguntur, cùm anima intus examinet, quæ priùs poſſederit, & quibus nunc malis divexatur, & utrag; ſimul veluti in examine librat, & melioribus vincit. Attamen mortem admiratione non proſequi, aut quanam ratione, Filius illi non denegavit. Hi ſunt errores, qvos in Triodio deprehendi.

Eſt prætereà locus pag. 12. a. c. 2. p. de biothanatis, ſive violentâ morte peremptis ambiguus, & perplexus. Loqvitur enim de divina ſcientia, & prædeterminatione, & DEi providentia de rebus particularibus nimis confusè, qvæ ſi rectè exponantur, g) admitti poſſe, & Catholica videri non dubito. Ut jacent, dubia ſunt, & neſcio qvid fidei abſonum primâ facie ſonant. Illa ego ſicuti non condemno, ita nec laudo. Verba Græca exſcripſi, & Latinis verbis, ut potui, fideliter expreſſi, ut aliorum etiam judicio examinentur. Χρὴ δὲ εἰδέναι ὅτι οὐχ οἱ τοῖς κρημνοῖς περιπίπτοντες καὶ πυρὶ καὶ θαλάσσῃ, καὶ τοῖς λεγομένοις θανατηφόροις ἐντρυφῶμενοι, καὶ κρύῳ, καὶ λιμῷ κατὰ κέλευσιν θεοῦ τοῦτο πάσχουσι, ταῦτα γάρ εἰσι θεοῦ κρίματα, ὧν τὰ μὲν γίνονται κατ' ἀδοκίαν, τὰ δὲ κατὰ παραχώρησιν. ἄλλα δὲ κ' δι' εἴδησιν, κ' δι' ἀπειλὴν, κ' σωφρονισμὸν ἑτέρων γίνονται. κ' τῷ μὲν προγνωστικῷ λόγῳ οἶδε πάντα κ' γινώσκει, κ' τῷ θελήματι αὐτοῦ γίνονται, ὡς δὴ καὶ ἐπὶ τῶ στρουθίων λέγει τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον. οὐ
226 μὴν δὲ ὁρίζει καὶ οὕτω γίνεσθαι, πλὴν ἵνων· ἅμα τῷ παραχθῆναι τυχὸν τὸν μὲν πνιγῆναι, τὸν δὲ θανεῖν. καὶ τὸν μὲν γέροντα, τὸν δὲ νήπιον. ἀλλ' ἅπαξ ὥρισε τὸν καθολικὸν, καὶ ἀνθρώπινον χρόνον καὶ τοὺς τοσούτους τῶν θανόντων τρόπους. ἐντὸς οὖν τῶν τοσούτων χρόνων οἱ διάφοροι τρόποι τῶν θανάτων ἐπάγονται, οὐ μὲν ἐξ ἀρχῆς ὁρίζοντος τοῦ θεοῦ, γινώσκοντος μέν τοι. πρὸς δὲ τὴν πολιτείαν ἑνὸς ἑκάστου ἡ βουλὴ τοῦ θεοῦ τόν τε χρόνον καὶ τὸν τρόπον τοῦ θανάτου αὐτῷ σχεδιάζει. εἰ δὲ προορισμὸν ζωῆς λέγει ὁ μέγας Βασίλειος ἀλλὰ τὸ, γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, αἰνίττεται. λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος Κορινθίοις γράφων· διότι ἀναξίως μεταλαμβάνετε, διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί, ἤτοι ἀποθνήσκουσι πολλοί. κ' ὁ Δαυὶδ, μὴ ἀναγάγῃς με ἡμίσει ἡμερῶν μου. καὶ παλαισὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου. καὶ ὁ Σολομῶν, τίμα τὸν πατέρα σου, ὅπως ἔσῃ πολυχρόνιος. καὶ πάλιν, ἵνα μὴ ἀποθάνῃς ἐν οὐ καιρῷ. κ' ἐν τῷ Ἰὼβ πρὸς τὸν Ἐλιφὰζ ὁ θεὸς λέγει, ἐξωλόθρευσα ἂν ὑμᾶς, εἰ μὴ διὰ Ἰὼβ τὸν θεράποντά μου, ὥστε δείκνυται οὐχ ὅρον εἶναι ζωῆς. εἰ δέ τις τοῦτο ὅρον μοι νόει θεοῦ τὴν θέλησιν αὐτοῦ. ᾧ γὰρ βούλεται προσίθησιν, ἐλαττοῖ δὲ ἕτερον, πάντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομῶν. κ' ὅτε θελήσει ὁ θεὸς οἰκονομεῖ τόντε τρόπον, καὶ χρόνον. ὅρος οὖν ἑκάστου ζωῆς ἐστὶν, ὡς ὁ μέγας φησὶν Ἀθανάσιος, ἡ θέλησις τοῦ θεοῦ. τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ τῷ βάθει τῶν κριμάτων σου Χριστὲ θεραπεύσῃς. καὶ τὸ τοῦ μεγάλου Βασιλείου,

g) Qvidni igitur hoc facere malumus, qvàm nodum in ſcirpo qværere?

2011 Ministerio de Cultura

λείου, θάνατοι, λέγονται, ἐπάγονται, τῶν ὅρων τῆς ζωῆς πληρωθέντων, ὅρους δὲ ζωῆς τὸ θέλημα λέγομεν τὸ θεοῦ. εἰ γὰρ ὅρος ἐστὶ ζωῆς, τίνος χάριν δεόμεθα θεοῦ καὶ ἰατρῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν παίδων ἀχόμεθα;
Oportet autem scire, quod non omnes qui præcipitiis concidunt, sive igne, 227
*& mari, & aliis lethiferis vitam finiunt, & frigore, & peste, secundum jussum DEi id patiuntur. Hæc enim sunt DEi judicia, quorum nonnulla secundùm beneplacitum accidunt, alia secundùm permissionem; alia propter scientiam, & comminationem, & correctionem aliorum fiunt. Et præcognoscitivâ quidem ratione omnia cognoscit, & scit, & voluntate ipsius fiunt, quemadmodum & de passeribus * sacrum dicit Evangelium. Non verò determinat ea sic fieri, exceptis aliquibus: exempli gratiâ, si succedat ut hic suffocetur, ille moriatur, & hic senex, ille infans, sed semel determinavit universum, ac humanum vitæ tempus, & tam varia mortis genera. In tot itaque annorum spatiis diversa mortis genera inferuntur, non ab initio DEo determinante, sed cognoscente. Ad institutum verò vitæ uniuscujusque voluntas DEi, & tempus, & mortis illius genus ex tempore statuit. Verùm si magnus Basilius* h) *prædeterminationem vitæ dicit, illud nobis:* i) Terra es, & in terram reverteris, *innuit. Ait siquidem Apostolus Corinthiis scribens:* k) Propterea qvod indignè communicetis inter vos multi infirmi sunt, & imbecilles, & dormiunt multi: *quasi diceret, moriuntur multi. Et David:* l) Ne revoces me in dimidio dierum meorum: *Et,* m) mensurabiles posuisti dies meos. *Et Solomon,* n) Fili honora Patrem tuum, ut sis longævus. *Et rursus,* e) ut ne moriaris in non tempore. *Et apud Job DEus dicit ad Eliphaz:* p) Consumpsissem vos, nisi per Job servum meum. *Hinc demonstratur nullum esse terminum vitæ. Si quis porrò dicit terminum, DEi putà illius voluntatem: quemadmodum enim vult, addit, & minuit alteri, omnia in utilitatem* 228
disponens, & cùm DEus voluerit, & modum, & tempus disponit. Terminus itaque vitæ uniuscujusque est, ut magnus inquit Athanasius, q) *voluntas & placitum DEi. Hac ratione, & profunditate judiciorum tuorum Domine, illud magni Basilii conciliabis, dicentis, Mortes inferuntur, terminis vitæ completis, terminos verò vitæ, voluntatem DEI dicimus.*

Etenim si terminus vitæ est, cujus gratia DEum exoramus, precésq; pro filiis effundimus, & medicorum indigemus?

EJUS-

* Matth. X. 29. XII. 6.

h) Adde qvæ de loco S. Basilii Gennadius Epistola de prædestinatione, qvam Hœschelius edidit. i) Gen. III. 19. k) 1. Cor. XI. 30. l) Psal. CII. 25.
m) Psal. XXXIX. 6. n) Sir. III. Exod XX. 12. o) Ecclesiastæ VII. 18.
p) Job. XLII. 8. q) Locus est qvæst. 113. ad Antiochum.

2011 Ministerio de Cultura

229

EJUSDEM DE PENTECOSTARIO.

PENTECOSTARII, qvemadmodum de Triodio suprà * diximus, varii fuêre auctores, antiqvi & recentiores. Antiqvi suâ vetustate, & modestiâ venerandi: recentiores ex schismate, audacia, atqve omnia attentandi libidine, contemnendi. Ut Nicephorus Callistus Synaxariorum auctor, & Officii in D. Virginem vivificæ fontis, & Nicolaus Malaxus Archipresbyter Nauplii, qvi multa Troparia de suo addidit, & horas in vigilia Pentecostes consarcinavit, veteraqve antiqvorum Patrum monumenta novis suis deliramentis insperšit. Qvare liber iste æqvè ac Triodion Censoris virgulâ examinandus est. Digna autem consideratione, & emendatione in Pentecostario Venetiis apud Jacobum Leoncinum 1579. in qvarto edito.

Primùm multa de novo ab ultimis Correctoribus in hac editione, sicuti etiam in aliis fuisse addita, nec ipsi negant. Monent etenim in principio libri. Τὸ παρὸν βιβλίον τετύπωται ἐνετήσιν ἐγγὺς Ιακώβου τοῦ Λεοντίνου, ὅπερ περιέχει πλείστα τροπάρια, ἰδιόμελα, κανόνας τε, καὶ συναξάρια, ἃ συλλεχθέντα νυῦ ἐκ πολλῶν καὶ καλῶν βιβλίων οὐκ ἦσαν ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς προτυπωθεῖσι πρὸ τῶν ἄλλων Πεντηκοσταρίοις. *Hic liber typis vulgatus est Venetiis apud Jacobum Leoncinum, continetque plurima Troparia, Idiomela, Canones, & Synaxaria, quæ nunc collecta sunt ex multis ac bonis libris: & aliis Pentecostariis anteà editis, non inerant.* Et pag. 17. a. m. τῇ πέμπτῃ ἑσπέρας τῆς Δεκαπεντεκοστῆς ψάλλομεν τὴν παροῦσαν ἀκολουθίαν τὴν γενομένην παρὰ κυρίου Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου εἰς τὴν ὑπεραγίαν καὶ κυρίαν δέσποιναν Θεοτόκον, τὴν ζωοδόχον πηγήν. οὐ γὰρ ἔρομεν ὑπὲρ τυπικοῦ, τὴν τοιαύτην ἀκολουθίαν. ἀλλ' ἑτέρᾳ δ' ἀγάπῃ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. *Feria quinta in Vesperis Diacæneſimi cantamus præsens Officium, factum à Domino Nicephoro Xanthopulo in sanctissimam, & Dominam Virginem vivificæ fontis. Neque enim similem*

* Supra p. 113. seq. De Pentecostario dixerat p. 77.

2011 Ministerio de Cultura

simile Officium à Typico invenimus ordinatum, sed pro affectu in Beatissimam Virginem edidimus. Et pag. 202. a. m. Ακολουθία τῶν μεγάλων ὡρῶν τῆς ἡμέρας τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, ποιηθεῖσα ὑπὸ Νικολάου ἱερέως τοῦ Μαλαξοῦ πρωτοπαπᾶ Ναυπλίου. *Officium magnarum horarum vigiliæ sanctæ Pentecostes, compositum à Nicolao sacerdote Malaxo Archipresbytero Nauplii.* Et alibi sæpiùs. A Correctoribus ipsis, ac similium librorum editoribus petere possumus, qvanam auctoritate tantum facinus audent, & temeratas manas in intemeratos Ecclesiæ ritus imponunt? Homines viliſſimi sunt, nullâ scientiarum laude, nullâ auctoritate, nullâ dignitate conspicui, qvi ex arbitrio Officia Ecclesiæ moderantur, addunt, subtrahunt mutant, de novo 231
consarcinant, qvidqvid illis videtur. Ân universæ Orientali Ecclesiæ legem ipsi dare? compellerene possunt, ut compicta ab illis nugamenta inter rerum sacrarum cæremonias, non domi tantum, sed in sacris conuentibus, & Ecclesiis legantur, recitentur, & cantionum sacrarum etiam modulis in obsequioſi populi aures intrudantur? Vetant id leges, rejiciunt Canones, & integerrimus Ecclesiasticæ disciplinæ ordo prohibet. Libri in Ecclesia legendi, nonnisi approbati, aliasque recepti in Ecclesia esse debent. Preces nonnisi Synodorum calculo comprobatæ. Joannes Zonara in Canonem 18. Concilii Laodiceni. Ο εἰκοστὸς τρίτος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανὼν διατάττεται ἐν ταῖς ἱκεσίαις, τὰς κεκυρωμένας μόνας τῆς συνόδου εὐχὰς μόνας πάντων λέγεσθαι, καὶ μὴ νέας ἄλλας. τοῦτο οὖν ἔοικε καὶ ὁ παρὼν κανὼν διατάττεσθαι, τὸ μὴ τὸν βουλόμενον δηλαδὴ εὐχὰς ἰδίας συντιθέναι, καὶ ταύτας λέγειν ἐν ταῖς συνάξεσιν, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς εὐχὰς, ἤγουν τὰς ἤδη παραδιδομένας γίνεσθαι ἐν πάσῃ συνάξει. *Ut in supplicationibus probatæ tantummodo per Synodum precationes, rejectis aliis novis, ab omnibus adhibeantur, Carthaginensis Synodi vigesimo tertio Canone constitutum est Idem hoc quoque Canone decretum videtur, ac ne cui scilicet pro arbitrio formulas precum contexere, easque in publicis conventibus recitare liceat, sed easdem, hoc est diuturnâ consuetudine usurpatas in quocumque conventu omnes retineant, definitum.* Et in Canonem 117. Carthaginensem. Τὰς οὖν κεκυρωμένας ἐν τῇ συνόδῳ λέγεσθαι θέλει ἡ σύνοδος, ὁποίαι ἂν εἶεν, καὶ ὡς ἂν καλοῖντο, καὶ μὴ ἑτέρας παραφέ- 232
ρεσθαι, ἀλλὰ τὰς παρὰ τῶν σωστατέρων συναχθείσας εὐχὰς λέγεσθαι. Ει, ἐν πᾶσιν οὖν τοῖς εἰρημένοις ἐκείνας θέλει λέγεσθαι τὰς ἤδη κυρωθείσας εὐχὰς, καὶ μὴ νέας παρά τινων εἰσαγομένας κ' τῆς πίστεως. ἀλλ' ὅτι ἐδο-

2011 Ministerio de Cultura

232 κίμασαν οἱ πατέρες, ἀμφίβολά εἰσι. Φόβος δ' ὑπῆρχε ἐν τοῖς τοιούτοις μή ποτε καὶ ἀσεβῆ ὦσί τινα, καὶ κατὰ πίστεως. διὸ καὶ ἀποβάλλεται τὰ νέα ἡ σύνοδος. *Preces igitur in Synodo confirmatæ, & à sapientioribus collectæ, quæcumque demùm illæ forent, & quocumque nomine vocarentur, eas omnibus aliis rejectis, adhiberi Synodus statuit.* Et: *His ergo locis omnibus preces jam à Synodo confirmatæ adhiberi, novas autem, quæ ab aliquibus contra fidem invehuntur, repudiari omninò jubet. Quæ enim Patrum judicio non sunt probata, dubia sunt, proindeque ne aliquid à pietate, fideque alienum contineant, metuendum. Idcircò nova omnia Synodus abrogavit.* Theodorus Balsamo in dictum Canonem Laodicenum; Καὶ ἔστι ὁ καινὸν διορθωτικὸς ὄν παλαιόν τινα ἔθους ἀτάκτου. Φαίνεται γὰρ ὥς τινες ἐξ ὑπερηφίας ὠχὰς σωλιζόμενοι εἰς τὰς ἑσπερινὰς ὑμνῳδίας ἀνεγίνωσκον αὐτάς. καὶ ἀπαώμενοι ἔλεγον μηδὲν τι ἀπρεπὲς ποιεῖν, μηδὲ ἀθετοῦν τὰς ἀπὸ τῶν πατέρων δεδομένας ὠχάς. ἐκείνας μὲν γὰρ εἰς τὰς ἐννάτας ἐτυπώθησαν γίνεσθαι, αἱ δὲ παρ' αὐτῶν γεγονυῖαι εἰς τὰς ἑσπερινὰς ὑμνῳδίας ἐκφωνοῦνται. Φασὶν οὖν οἱ πατέρες λέγειν τὰς ἀπὸ δεδομένας ὠχὰς καὶ ἐν ταῖς ἐννάταις, καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις, καὶ ἐν πάσαις ἁπλῶς ταῖς συνάξεσι, καὶ μὴ ἔχειν ἄδειαν τὸν βουλόμενον ὠχὰς συνθέναι. *Hic quoque Canon veterem inordinatum morem corrigit. Quidam enim propter arrogantiam, ut videtur, in vespertinos hymnos preces componentes, eas legebant,* 233 *& cùm reprehendebantur, se nihil absurdum, alienumve facere, nec à Patribus datas orationes dissolvere dicebant. Illæ enim in nonis fieri jussæ sunt, quæ autem ab ipsis factæ sunt, in vespertinis hymnis proferuntur. Dicunt ergo Patres sufficere preces, quæ sunt traditæ, & in nonis, & in vesperis, & in omnibus, ut semel dicam, congregationibus, nec licere ei qui velit preces componere.* Et in Canonem Carthaginensem: Ὡς ἔοικε, τινὲς ἀπίστοποι ἐπεχείρουν λέγειν ὠχὰς ἀσυνήθεις, ἢ καὶ τὰ προοίμια τῶν θείων δοξολογιῶν, ἤγουν εἰς τὰς ὠχὰς, ἢ καὶ τὰς παραθέσεις, ἤγουν ἐν τῷ μέσῳ, ἢ καὶ καιρὸν τῶν χειροτονιῶν. κωλύοντες οὖν ἦτοι οἱ πατέρες φασὶ μόνας ἐκείνας τὰς ὠχὰς λέγεσθαι τὰς προκεκυρωμένας, ἤτοι τὰς συνήθεις. *Ut est verisimile, quidam Episcopi aggrediebantur dicere precationes inusitatas, vel in initiis glorificationum, vel in commendationibus, seu in medio, vel etiam tempore manuum impositionis. Hoc ergo vetantes Patres, dicunt eas solas debere dici precationes, quæ priùs constitutæ sunt, seu quæ sunt consuetæ.*

Hoc

2011 Ministerio de Cultura

Hoc in Ecclesia Constantinopolitana adeo invaluit, ut diversis edictis Synodalibus contra eos, qvi similia auderent, & pœnis gravissimis cautum sit. Idem Balsamom ibidem. Ἐν ᾗ τῇ σωόδῳ ⸗ βασιλευούσης ταύτης τῶν πόλεων, διάφορα γεγόνασι σημειώματα, ἀφορισμῷ, ἀλειτουργησίας καθυποβάλλοντα τὲς ἐν τοῖς μνημοσυνίοις τῶν ἀποιχομένων ἀνδρῶν καὶ μεγιστάνων ἱερουργοῦντας ἀρχιερεῖς καὶ λέγοντας ἐπαγγελτικοὺς ὕμνους μετ' Ἰαμβείων, ἢ καὶ λογοειδῶς. πολλοὶ γὰρ ἐφωράθησαν ταῦτα ποιοῦντες. ὡσαύτως ἀφωρίσθησαν διὰ συνοδικοῦ σημειώματος καὶ οἱ ἀναγνῶσαι, οἱ 234
μετὰ τὰ ἀυτὰ μνημόσυνα μουσικὰ λέγοντες, καὶ ὀργανικὰ μινυσίσματα, καὶ ποιοῦντες τὸν ἐπιτάφιον ἐπιθάλαμιον. *In Synodo autem hujus reginæ urbium diversa fuerunt edicta, significantia eos sacrorum celebrandorum, suspensioni esse obnoxios Antistites, qui in nobilium & procerum defunctorum memoriis sacrificant, & dicunt laudatorias preces cum Jambis, vel etiam solutâ oratione. Multi enim hæc facere deprehensi sunt. Similiter & Synodali edicto excommunicati sunt Lectores quoque, qui in eisdem memoriis musica & organica cantica cantillant & pro epitaphio, epithalamium celebrant.* Cum enim qvæ in Ecclesia recitantur proponantur Christi fidelibus, tamqvam res probatissimæ, non cujuscunqve voluntati fræna laxanda sunt, sed licentia similia audentium, integerrimo plurimotum in spiritu sancto congregatorum judicio compescenda. Tunc enim non solum res in illis contentæ, sed verba etiam examinata, tutam audientibus exhibebunt doctrinam. Refert namqve idem Balsamon in 63 Canonem Trullanum, Nicolaum Muzalonem, cum vitam sanctæ Parasceves, qvæ in Callicratiæ vico colebatur, à qvodam vicano ineptè, ac indoctè, indigneqve compositam inveniisset, eam igni mandari jussisse, & aliis vitæ illius scribendæ negotium demandasse. Doceant ergo recentiores isti qvonam Synodali decreto id agant. Qvod si docere non possunt, cum non habeant, cessent simplicibus imponere, cessent innocuis fidelibus fucum facere, cessent propria & spuria inter vera, & tot jam annis comprobata Sanctorum 235
scripta, & preces Ecclesiasticas inserere. Servent sibi dicta Patrum à maculis innoxia, servent posteris, nihil detrahant, nihil addant, nihil immutent in rebus Ecclesiasticis, sine ipsius Ecclesiæ consensu.

II. Hinc

2011 Ministerio de Cultura

II. Hinc etiam factum est, & est secundum, qvod debet animaduerti in hoc libro, ut licet in Ecclesia Græcorum sæpissime etiam decretis Synodalibus pseudœpigrapha, & apocrypha omnia sub gravissimis pœnis fuerint summota ex Lectionibus, & Officiis divinis, rursus ab hisce Novatoribus multorum offensâ introducta fuerint, ut videmus pag. 75. 6. m. in Synaxario de Nicodemi Evangelio. Λέγεται μήτοι ὡς καὶ Νικόδημος ὅτε λεπτομερῶς τὰ κατ' τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν σωτάγματα διεσύρησε πρῶτος πάντων, ὡς τῆς συναγωγῆς ὢν, καὶ ἀκριβέστερον, καὶ τὰς βουλὰς τῶν Ιουδαίων, καὶ λόγους, καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα εἰδώς. *Fama est etiam Nicodemum hunc passionis & resurrectionis Christi res gestas minutatim commentario primum omnium tradidisse, tanquam qui è synagoga esset, ideoque accuratius Judæorum consilia, sermones, & uno verbo omnia pernosceret.* Evangelium hoc ab aliis dictum Nicodemi, tanqvam fictitium, & apocryphum semper rejecit Catholica Ecclesia. Nec magis probatæ fidei sunt, qvæ seqvuntur de Maria Magdalena pag. 58. a. p. Η τῆς μ̄ τλὼ ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ εἰς Ρώμλω διαγγωμένη, ὡς λόγος, καινῷ θανάτῳ τὸν Πιλάτον, καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς παραδίδωσι, τὰ κ̄ τὸν Χριστὸν πρὸς τὸν Καίσα-
236 ρα Τιβέριον, ἀνενέγκασα. *Quæ post ascensionem Christi Romam perveniens, ut fertur, in causa fuit, ut novo mortis genere Pilatus ac summi sacerdotes enecarentur; quæ Christo contigerant, omnibus Cæsari Tiberio renunciatis.* Audi qvid de hujusmodi libris scribat Joannes Zonaras in 60. Apostolorum Canonem. Πολλὰ γ̄ βιβλία παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐνοθεύθησαν εἰς βλάβλω τῶν ἁπλουστέρων ὥσπερ καὶ αἱ Διαθῆκαι τοῦ ἁγίου Κλήμλτος γραφεῖσαι τοῖς Πιστικόποις ἀποστολικαὶ Διατάξαι· αἱ Διὰ τοῦτο καὶ σωστικῶς ἀπεβλήθησαν, τινὰ γ̄ καὶ δι' ὅλα παρ' ἐκείνων συντεθεῖντα ψευδεῖς Πιγραφὰς ἔχοντα, ὡς Διὰ πατέρων ἁγίων συγγεγραμμένα. τὰ γ̄ καὶ ἀπόκρυφα καλούμλνα, ταῦτα τοίνυν ἀπόβλητα εἶναι κελεύει ὁ κανών, καὶ εἰς ἀνάγνωσιν μὴ προτίθεσθαι. ἃ δὲ ἐς δημοσίᾳ ταῦτα προάγει, καὶ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκειν πεποίηται, τοῦτον ἱερωμένου ἐστὶ καθαιρέσεως ἄξιοι. *Ab impiis & sceleſtis hominibus supposiţi libri multi fuerunt in perniciem, captionemque simpliciorum. Veluti sunt Episcopis per sanctum Clementem scriptæ Apostolicæ ordinationes, quæ propterea Synodicè rejectæ sunt. Ab aliis quoque sunt omninò quædam composita falsas inscriptiones habentia, perinde ac si forent à sanctis Patribus conscripta. Sunt & quædam nuncupata apocry-*

2011 Ministerio de Cultura

apocrypha. Canon censet igitur hæc esse rejicienda, nec ad lectionem proponenda. Quod si quis hæc publicè profert, in Ecclesiaque legere conatur, hunc etiam consecratum ministrum, dignum depositione censet.

III. Tertium est, qvod primum in primo Synaxario occurrit, & die Paschatis legitur de descensu Christi ad inferos, & animarum ibi degentium liberatione pag. 4. 6. p. Εν ταύτῃ πάλιν ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου ἐνῴκησεν, καὶ νῦν τὸ ἀνθρώπινον σύμπαν τῶν τοῦ ᾅδου ἁρπάσας πυθμένων εἰς οὐρανοὺς ἀνεβίβασε, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀξίωμα ἤγαγε τῆς ἀφθαρσίας. πλὴν καταβὰς εἰς ᾅδου οὐ πάντας ἀνέστησεν, ἀλλ' ὅσοι πιστεύσαι αὐτῷ ἠρετίσαντο. τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων βιαίως κρατουμένας ὑπὸ τοῦ ᾅδου ἠλευθέρωσε, καὶ πᾶσι δέδωκε πρὸς οὐρανοὺς ἀνιέναι. *Hac rursum de cœlo descendens in utero Virginis habitavit, & nunc genus humanum omne ab infernis cavernis arreptum in cœlos aduexit, & ad pristinam incorruptibilitatis dignitatem traduxit. Veruntamen ad infernum descendens, non omnes vitæ restituit, sed eos, qui illi credere voluerunt. Animas vero Sanctorum, qui ab orbe condito fuerunt, ab inferorum Domino violenter custodia mancipatas, liberavit, omnibusque facultatem fecit, ut remearent ad cœlos.* Descendit Christus, qvod & verissimum est, ad inferos, hoc est in inferiores terræ partes, in terræ viscera, cor, & ventrem: qvemadmodum enim cor, venter, & viscera in medio animalis sunt, ita & infernus in medio terræ r) esse perhibetur. Tertullianus in lib. de Anima: *Nobis*, inqvit, *inferi non nuda cavositas, nec subdivalis aliqua mundi sentina creduntur, sed infossa terræ, & in alto vastitas, & in ipsis visceribus ejus abstrusa profunditas.* Qvare audiendus non est Josephus Bryennius oratione de extremo judicio, & sempiterna beatitudine. Quum enim qvæsisset ποῖος ἐστὶν ὁ τόπος τῆς κολάσεως, *qualis sit locus punitionis*, respondet, ὅτι τόπος τῆς κολάσεως, οὔτε ὁ ᾅδης ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ παντὸς δὲ κόσμου μέρος. 237 238

r) Fuit hæc sane Veterum sententia, è qvibus Hieronymus in Ephes. IV. *Infernum sub terra esse jam nemo ambigit.* Illam opinionem profluxisse credibile est ex hypothesi de systemate Mundi, qvale proponit Cosmas Indoplevstes, secundum qvam cœlum suprema pars, ἔσχατα γαίης pars infima universi. Vide si placet Jacobi Vindeti librum eruditum de vita functorum statu.

2011 Ministerio de Cultura

ρϑ. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀνάτρου σφαίρας ἐκτὸς ἔσαι ἡ γέεννα, καὶ μαρτυρεῖ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσᾶς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς πρὸς Ρωμαίους ἐπιστολῆς λέγων ῥητῶς οὑτωσί· καὶ ἐν ποίῳ χωρίῳ ἄυτη ἔσαι ἡ γέεννα· τί ζοι χρὴ μέλει; τὸ γὰρ ζητούμενον δεῖξαι ὅτι ἐστὶν, οὐ ποῦ τεθαμίδυται, καὶ ἐν ποίῳ χωρίῳ. ἀλλ' ἐν ποίῳ τόπῳ ἔσαι φησὶν, ἔξωπου ἔγωγε οἶμαι τοῦ κόσμου τούτου παντός. καθάπερ γὰρ τῶν βασιλείων τὰ δεσμωτήρια, καὶ τὰ μέταλλα πόρρω διέστηκεν· οὕτω δὴ καὶ τῆς οἰκουμένης ταύτης ἔξω που ἔσαι ἡ γέεννα. μὴ τοίνυν ζητῶμεν, ποῦ ὄστιν ἄυτη, ἀλλὰ πῶς αὐτὴν φύγωμεν. *Punitionis locus neque est infernus, neque hujusce orbis universi pars, sed etiam extra sphæram, quæ stellis nullis collustratur, geenna erit; suoque probat testimonio aureâ linguâ præditus Joannes in expositione epistolæ ad Romanos, hæc verbatim referens: & quonam in loco hæc erit geenna? quid hoc ad te? Nos enim quærimus ostendere eam esse, non quonam in loco conservetur. Sed quonam erit in loco? ait, extra hunc orbem universum alicubi ipse reor esse, quemadmodum à regiis carceres, atque metalla longè absunt, pari ratione extra hunc mundum habitatum alicubi erit geenna. Ne itaque quæramus, ubinam illa sit, sed rationem, quâ illam fugiamus.* Sententiam Bryennii parum nobis curæ fuerit redarguere. Non is est, qvi solo suo dicto auctoritatem faciat. Ipse dixit, tenuit, non nego: qvid tum? Ego illi non credo, & cùm aliter cum Ecclesia sentiam, verba ejus etiam nullâ adductâ ratione detestor, & fucum, qvem ipse verbis Chrysostomi fecit, veritatis colore
239 suffundam. Sententia namqve Chrysostomi est, parum referre ut qvis sciat, qvonam in loco geenna jaceat, satis sit, si illi constet esse: tum enim dabit operam, ut pœnas effugiat, & benè agat. Movemur enim atqve afficimur à pœnis, qvæ verè & reipsâ sunt, & puniunt. Nihil meliores reddunt, sive sub terra, sive sub aëre, vel extra hoc universum fuerint. Qvare concludit, qværendum esse non ubinam geenna illa sit, sed modum, qvo illam evitemus. Ne tamen etiam huic qvæstioni non respondisse videretur, respondit geennæ locum esse extra hunc locum universi, qvi habitatur ab hominibus, sed longè ab illis abesse, & verum dicit, est enim in infimis terræ partibus, & in corde ipso, & ventre terræ, nempe in recessu infimo, & interno, & in inferioribus abyssis, in qvibus nulla hominum habitatio est, & in hunc infernum Christum sua anima descendisse fatemur.

Qvam-

2011 Ministerio de Cultura

Qvamvis itaqve in ea Eccleſia nullus unqvam fuerit, qvi de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos dubitarit, attamen rem apertam per ſe, & Sanctorum ſententiis comprobatam, dictis neſcio qvibus veluti caligine obduxerunt, ut nonnulla hinc ab Eccleſiæ dogmate diverſa, non ſolùm nata, ſed novis aliorum aſſertionibus propagata, in eorundem libris legantur, ſicuti in verbis jam dictis videmus, qvæ ſi accuratius examinentur, multa nobis præter ſanctorum mentem obtrudunt.

Primum eſt, *Humanum genus omne* s) *ab inferni cavernis ereptum à Chriſto in cœlos fuiſſe aſportatum.* Illud enim notant ver- 240
ba illa, τὸ ἀνθρώπινον σύμπαν, & ſæpiùs etiam hoc idem in eodem libro, licet aliis verbis, & mutatâ dicendi formulâ repetitur. Nam pag. 148. a. m. in Canone Joſephi ſcriptum eſt: ὡς ἔβλεψέ σε λόγε ὁ ᾅδης κάτω μὴ ψυχῆς ἐστέναξε, καὶ πάντας τὺς νεκρὺς φόβῳ ἀπέλυσεν, ὅπιγόντας τὸ κράτος τ ἐξουσίας ϛου. *Ut vidit te, Verbum, infernus inferiùs cum anima ſuſpiravit, & omnes mortuos timore relaxavit, qui agnoverunt potentiam tuæ auctoritatis*, & p. 82. b. p. καὶ φοβερὸς ὁ θεὸς τὺς ἀπ' αἰῶνος νεκρὺς ἐγείρεις. *Et perveniens ad mortuos DEus mortuos à ſeculo exſuſcitas*, & p. 121. a. m. καὶ ἀνίσαντο νεκροὶ οἱ ἀπ' αἰῶνος. *Et reſurgebant qui à ſeculo erant mortui*, & pag. 122. a. m. πύλας χαλκᾶς συνέτριψας βασιλεῦ οὐράνιε, καὶ ἀφεῖλες δεσμίους ἀπ' αἰῶνος ἐκεῖσε χρηματίζοντας. *Portas æreas confregiſti, Rex cœleſtis, & abſtuliſti vinctos qui à ſæculo ibi morabantur*, & pag. 134. b. m. καὶ κατελθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ τὺς ἀπ' αἰώνων δεσμίους ἠλευθέρωσας. *Et deſcendens ad infernum vinctos à ſeculis liberaſti.* & pag. 140. b. m. & 153. a. f. & 156. a. m. κύριε νεκρὸς προσηγορεύθης ὁ νεκρώσας τὸν θάνατον, ἐν μνήματι ἐτέθης ὁ κενώσας τὰ μνήματα. *Domine mortuus vocatus es, qui mortem mortificaſti; in ſepulchro poſitus, qui ſepulchra evacuaſti*, & pag. 147. b. m. ὁ ᾅδης κάτω σε ἰδὼν ἐστέναξε, καὶ ἀπεδίδου σπουδαίως τὺς νεκρὺς, τὺς ἐκ τ αἰῶνος ἐκεῖσε φρουρουμένους, &, τελῶν τετράσια χιλιὰ ἐξαίσια ἐθελουσίως ὑψώθης ἐν σαυρῷ

s) Eorum puta, qui CHRISTO apud inferos prædicanti fidem habuerunt. Ita enim hæc limitari ab auctore Pentecoſtarii Allatius ipſe p. 243. non diffitetur. Qvo pacto nihil dicit qvod non multi veteres, multi è Romana Eccleſia dixerunt, qvorum doctrina de limbo Patrum qvem vocant, ab hoc Græcorum dogmate non differt niſi diverſitate vocabulorum. Multus tamen eſt in illo exagitando Allatius non modo hic, ſed & infra p. 320. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

σωτῆρ καὶ νεκροῖς σωτήριος, ὁ νεκρώσας τὸν ἅδλιον καὶ πάντας ἐν ἀνδρείᾳ
ὑπέλυσας δεσμίους. *Infernus inferiùs cùm te vidisset suspiravit, &*
241 *seriò restituebat mortuos, qui à seculo ibi custodiebantur.* Et: *Patrans miracula Christe eximia, voluntariè exaltatus es in Cruce, & inter mortuos annumeratus, qui mortem destruxeras, & omnes in virtute dissolvisti devinctos,* & pag. 129. a. m. μετὰ ψυχῆς καταβὰς εἰς μέρη κατώτερα τοῦ ἅδου ἐξήξας ἐν ἀνδρείᾳ δεσμίους ἅπαντας, ὃς ἐκ τοῦ αἰῶνος θάνατος εἶχεν πικρὸς τύραννος. *Cum anima descendens in partes inferiores inferni eduxisti in virtute devinctos universos, quos à seculo mors possidebat crudelis tyrannus,* & p. 122. a. f. καὶ ἡ γῆ ἐσαλεύθη, & ἐτρόμαξεν ὁ παγγέλασος ἅδης καὶ πάντας δεσμίους ἀπέλυσε. *Et terra mota est, & intremuit maximè omnium deridendus infernus, & omnes devinctos liberavit,* & p. 175. a. p. καὶ ἀνέστη τριήμερος σκυλεύσας τὸν θάνατον, καὶ σωαναστήσας πάντας τοὺς φθαρέντας. *Et tertio die resurrexisti, morte depraedatâ, & resurgere fecisti omnes mortuos,* pag. 158. b. m. ἐτέθης ἐν μνήματι ὡς ἐκουσίως γενόμενος νεκρὸς, καὶ τὰ βασίλεια τοῦ ἅδου βασιλεῦ ἀθάνατε ἅπαντα ἐκένωσας, νεκροὺς τῇ ἀναστάσει ἐγείρας τῇ σῇ. *Positus es in monumento, tamquam qui voluntariè mortuus factus es, & regias inferni, Rex immortalis, omnes evacuasti, mortuos tuâ resurrectione exsuscitans.* pag. 159. a. m. ἔθεντο ἄπνουν σε νεκρὸν Χριστὲ ἐν μνήματι τὸν πᾶσι νεκροῖς ἐμπνέοντα τὴν ζωήν. ἀνέστης δὲ κύριε πάντα κενώσας λόγε τὰ μνήματα θείᾳ σου δυναστείᾳ. *Posuerunt te exanimem mortuum Christe in sepulchro, qui omnibus mortuis vitam inspiras. Resurrexisti verò Domine, omnia evacuans Verbum sepulchra tuâ divinâ facultate,* pag. 198. b. m. μακαρία ἡ κοιλία σου πανάμωμε γέγονεν· τὸ γὰρ τὴν κοιλίαν ἅδου παρα-
242 δόξως κενώσαντα ἀνεκμηνεύτως χωρῆσαι κατηξίωσαι. *Beatus venter tuus, immaculatissima, factus est. Ventrem enim inferni praeter opinionem hominum evacuantem inenarrabiliter capere dignata es.* pag. 267. b. p. καὶ διὰ θανάτου τὸν ἅδην πλούτου κενούμενον, &, ἀναστὰς ἐκ τοῦ μνήματος πάντας σωανέστησας τοὺς ἐν ἅδῃ νεκρούς. *Et per mortem infernum opibus evacuatum, &, Resurgens è sepulchro omnes exsuscitasti, qui in inferno erant, mortuos.* pag. 271. a. m. τῇ θείᾳ καθόδῳ σου φωτὸς ἐπλήσθη τὰ καταχθόνια, καὶ τὸ σκότος ἠλάθη τὸ πρὶν διῶκον, ὅθεν ἀνέστησαν οἱ ἀπ' αἰῶνος δεσμῶται. *Divino descensu tuo, lumine impleta sunt inferiora terrae, & tenebrae, quae anteà persequebantur, expulsae sunt. Hinc resurrexerunt qui à seculo vinculis obstringebatur.* pag. 191. b. m. ἅδου πύλας, καὶ μοχλοὺς συντρίψας λόγε, πάντας τοὺς ἐν ἅδῃ ἀνέστησας κύριε. *Inferni portis, & vectibus confractis, omnes qui in inferno erant resurgere fecisti Domine.*

Mor-

2011 Ministerio de Cultura

Mortuos ergo omnes ab orbe ipso condito in sepulchris, & intimis terræ recessibus, & in inferioribus abyssis, morte ac vinculis damnatos descensu suo Christus, ut isti ajunt, liberavit, compotesqve sui fecit. Qvod omnino falsum est, & Catholicis auribus inauditum, sive enim de animarum liberatione sermo est, & hoc est falsum. Nullus enim ad hæc tempora animas, qvæ æternis suppliciis addictæ continuis vexabantur angustiis, vel qvæ qvod aquâ baptismali renatæ non fuerint, visione DEi arcebantur, vel qvæ qvod non feciſſent satis pro delictis peccati pœnis atrociſſimis redimebant, omnes à Christo liberatas fuisse fassus est, sive de corporum resurrectione, qvæ tantoperè in 143
sententiis adductis videtur inculcari, & hoc etiam falsum est. Nullus enim similem corporum resurrectionem somniavit, & historiæ Evangelicæ adversatur Matthæi 27. qvi multa Sanctorum corpora, non autem omnia, & præcipuè damnatorum, resurrexisse narrat. Qvæ post resurrectionem exierant è monumentis, & venerunt in civitatem sanctam, *Et monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus venerunt in sanctam civitatem, & apparverunt multis.*

Hoc cum auctori Synaxarii non recte, neqve ad normam Catholicæ veritatis prolatum videretur, se ipsum qvodammodo corrigens, & amplam ac vagam, & nullis terminis circumscriptam sententiam in strictiorem, ac modestiorem dicendi formam restringens, subdit, *Verumtamen ad infernum descendens non omnes vitæ restituit, sed eos, qui illi credere voluerunt.* Quibus verbis eorum nobis dictum intrudit, qvi dixerunt animam Christi post mortem separatam à corpore in interiora terræ, atqve loca illa, qvibus animæ mortuorum detinebantur, commigrasse, ibiqve omnibus etiam damnatis mysteria nostræ fidei prædicasse, illisque ad se conversis à pœnis illis liberatis, beatitudinem contulisse; eos verò qvi illi non crediderunt, æternis suppliciis condemnatos neglexisse.

Prædicatio hæc Christi hac ratione exposita non solum 244
Xanthopulo, sed aliis etiam Patribus t) tribuenda videtur,

t) Videndus omnino Cotelerius in notis ad Hermæ Pastorem III. 16. & Jo. Ernestus Grabe ad Irenæum IV. 45.

2011 Ministerio de Cultura

qvorum auctoritate plausibilior fit. Namqve Clemens Alexandrinus libro 6. Stromatum. * Διόπερ ὁ κύριος ἐνηγγελίσατο καὶ τοῖς ἐν ἅδου. φησὶ γοῦν ἡ γραφή. λέγει ὁ ἅδης τῇ ἀπωλείᾳ, εἶδος μὲν αὐτῆς οὐκ εἴδομεν, φωνὴν δὲ αὐτῆς ἠκούσαμεν, οὐχ ὁ τόπος δήπου φωνὴν λαβὼν εἶπεν τὰ προειρημένα, ἀλλ' οἱ ἐν ἅδου κατακείμενοι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότες, καθάπερ ἔκ τινος νεὼς εἰς θάλασσαν ἑκόντες ἀποῤῥίψαντες. αὐτοὶ τοίνυν εἰσὶν οἱ ἐπακούσαντες τῆς θείας δυνάμεώς τε καὶ φωνῆς. ἐπεὶ τίς ἂν ἀφρόνων ἐν μιᾷ κατακλίνῃ, καὶ τὰς τῶν δικαίων, καὶ τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχὰς εἶναι ψυχὰς ἀδικίαν τῆς προνοίας κατηχέων. τί δ' οὐχὶ δηλοῦσιν ἐνηγγελίσθαι τὸν κύριον τοῖς τε ἀπολωλόσιν ἐν τῷ κατακλυσμῷ, μᾶλλον δὲ πεπεδημένοις, καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ τε καὶ φρουρᾷ σωεχομένοις. Et: ἐναργεῖ δ' οἶμαι καὶ ὁ σωτὴρ, ἐπεὶ τὸ σώζειν ἔργον αὐτοῦ, ὅπερ ὢν καὶ πεποίηκεν τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύσαι βεβουλημένους διὰ τοῦ κηρύγματος, ὁποῖοί ποτ' ἔτυχον γεγονότες, ἑλκύσας εἰς σωτηρίαν. εἰ γὰρ ὢν ὁ κύριος δι' ἃδὲν ἕτερον εἰς ἅδου κατῆλθεν, ἢ διὰ τὸ εὐαγγελίσασθαι, ὥσπερ κατῆλθεν, ἤτοι πάντας εὐαγγελίσασθαι, ἢ μόνους Ἑβραίους. εἰ μὲν δὴ ὢν πάντας, σωθήσονται πάντες οἱ πιστεύσαντες, κἂν ἐξ ἐθνῶν ὄντες τύχωσιν, ἐξομολογησάμενοι ἤδη ἐκεῖ. ἐπεὶ σωτήριαι καὶ παιδευτικαὶ αἱ κολάσεις τοῦ θεοῦ εἰς ἐπιστροφὴν ἄγουσαι, καὶ τὴν μετάνοιαν τοῦ ἁμαρτωλοῦ μᾶλλον, ἢ τὸν θάνατον αἱρούμεναι. καὶ ταῦτα καθαρώτερον διορᾶν δυναμένων τῶν σωμάτων ἀπηλλαγμένων ψυχῶν, καὶ πάθεσιν ἐπισκοτοῦνται, διὰ τὸ μηκέτι ἐπιπεσθεῖσθαι σαρκίῳ. *Quamobrem prædicavit Dominus iis quoque, qui*
245 *erant apud inferos. Dicit quidem certè scriptura. Dicit infernus perditioni. Eius quidem speciem non videmus, ejus autem vocem audivimus. Non locus utique voce accepta dicit ea, quæ prius dicta sunt, sed ii qui sunt collocati apud inferos, & seipsos tradiderunt ad exitium, tanquam ex naue aliqua se suâ sponte in mare projicientes. Ipsi ergo sunt, qui divinam audierunt virtutem, & vocem. Nam quis sanæ mentis, & justorum & peccatorum animas esse existimaverit in una condemnatione, injustitiæ maculam infundens providentiæ? Quid verò? an non significant, Dominum annunciasse Evangelium & iis, qui perierunt in diluvio, vel potiùs vincti fuerant, & iis, qui in præsidio continebantur, & custodia?* Et: *Operatur autem, ut existimo, Servator, quandoquidem ejus est opus servare, & salvum facere, quod quidem certè facit, ut qui eos, qui in ipsum voluerint credere per prædicatio-*

* p. 637. edit. Paris.

2011 Ministerio de Cultura

dicationem, ubicunque essent, traxerit ad salutem. Si ergo Dominus nulla alia de causa descendit ad inferos, qnàm ut annunciaret Evangelium, sicut descendit; aut descendit, ut annunciaret omnibus, aut solis Hebræis. Atque si omnibus quidem, salvi erunt omnes, qui crediderint, etiamsi sint ex Gentibus, cùm jam illic confessi fuerint. Sunt enim salutares, & quæ erudiunt, DEi castigationes adducentes ad conversionem, & potiùs pœnitentiam eligentes, quàm mortem, idque cùm possint animæ purius perspicere, quæ sunt liberæ à corporibus, etiamsi obscurentur vitiis, & perturbationibus, eo quòd non se ampliùs eis opponat, & eas impediat caruncula. Nec solum Christum in terræ latebris mortuis gentibus, qvæ dum vixerunt 246
fidem non habuerunt, sed etiam Apostolos ipsos, ex Hermetis, seu Pastoris sententia, in easdem descendentes infidelibus fidem annunciasse, non solùm hîc docet, sed stromate etiam secundo, * ex qvo tanqvam ex fonte recentiores Græci sua hausisse videntur.

Dubitasse videtur etiam Gregorius Nazianzenus orat. 2. de Paschate sub finem. *Sic in infernum descendit, simul descende, ea quoque mysteria cognosce, quæ Christus illic designavit: quod duplicis descensus consilium, quæ ratio fuerit: utrum omnes sine ulla exceptione adventu suo saluos fecerit, an illic quoque eos duntaxat qui crediderunt.* Nec longè abit Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus epistolâ ad Leonem Pontif. Romanum. Joannes Damascen. de fide orthodoxa lib. 3. cap. 29. Κάτεισιν εἰς ἅδλω ψυχὴ τεθεωμένη, ἵνα ὥσπερ τοῖς ἐν γῇ δικαιοσύνης ἀνέτειλεν ἥλιος· οὕτω καὶ τοῖς ἐν γῇ καὶ σκιᾷ καθημένοις ἅπλάμψῃ τὸ φῶς. ἵν' ὥσπερ τοῖς ἐν γῇ εὐηγγελίσατο εἰρήνην, αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασι γένοιτο ἄπτιος ζωτηρίας αἰωνίου, τοῖς δ' ἀπειθήσασιν ἀπιστίας ἔλεγχος· οὕτω καὶ τοῖς ἐν ἅδου, ἵν' αὐτῷ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. καὶ οὕτω τὰς ἀπ' αἰῶνων λύσας πεπεδημένους αὖθις ἐκ νεκρῶν ἀνεφοίτησεν, ὁδοποιήσας ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν. *Ob id porrò deificata Christi anima ad inferos descendit, ut quemadmodum iis, qui in terra versabantur, justitiæ sol ortus erat, ita etiam iis, qui infra terram in tenebris & umbra sedebant, illuceret. Et quemadmodum his, qui in terra erant, pacem, captivis remissionem, cæcis visum evangelizaverat, atque* 247
iis

* P. 379.

2011 Ministerio de Cultura

iis quidem qui fidem ipſi adhibuerant , æternæ ſalutis auctor extiterat, eorum autem , qui contumaces & incredulos ſeſe præbuerant , infidelitatem coarguerat : ſic etiam iis , qui in inferno erant : ut ipſi omne genu flectatur , cœleſtium , terreſtrium , & inferorum. Atque hoc pacto iis, qui ab omni ævo compedibus adſtricti tenebantur , ſolutis , ipſe rurſus à morte ad vitam rediit , viam nempe ad reſurrectionem nobis muniens.

Ut enim comparatio robur habeat , illud neceſſariò ſeqvi debet, pari ratione Chriſtum , & viventibus , & mortuis pacem denunciaſſe , ne mortui in agnoſcendo Chriſto , illiqve genu flectendo minus haberent. Qvinam autem fuerint , qvi Chriſto crediderunt ex infidelibus , ideoqve ſempiternis cruciatibus damnati , idemmet pluribus exponit ſermone de defunctis. Illi ſcilicet , qvi vitæ ſpatium purè egerant , procul à luxu , & venere , nec ullius ſceleris ſibi conſcii fuêre , fidem tamen non habuerunt. Qvi vero vitiis , ac peccatis commaculati vitæ finem fecerant , illi nullâ ratione neqve crediderunt , neqve ſalui facti ſunt. En ejus verba : Προειρήκαμεν , ὡς αἱ ἀπειλαὶ μὲν Φρικώδεις τῆ παντεπόπτου , νικᾷ δὲ ταύτας ἡ ἄφατος τούτου Φιλανθρωπία. καὶ γὰρ μετὰ τὸ Φάναι τὸν ὑποφήτην ταῦτα , γέγονε πάντως ἐν τῷ ᾅδῃ ἐξομολόγησις. ἐκείνων λέγω τῶν ἐν τῇ σωτηρίῳ τῆ δεσπότου καθόδῳ. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔσωσε πάντας ὁ ζωοδότης , ἀλλ' ὡς εἴρηται κἀκεῖ τὺς πιστεύσαντας , τινὲς γοῦν φασὶ τὺς προπεπιστευκότας , οἵ τινές εἰσι πατέρες καὶ προφῆται , βασιλεῖς καὶ τοπάρχαι.

248 Καί τινες ἄλλοι τῆ λαοῦ τῶν Ἑβραίων
Εὐαρίθμητοι , καὶ πρόδηλοι τοῖς πᾶσιν.

Ημεῖς δὲ πρὸς θαυμασὸν καὶ ταῦτα ἀντερουμεν τοῖς δοξάζουσιν ὧδε , ὡς οὔτε δῶρον, οὔτε παράδοξον τῆτο
Τοῦ σῶσαι Χριστὸν τὺς προπεπιστευκότας
Επεὶ κριτὴς δίκαιος ὑπάρχει μόνος.
Καὶ πᾶς ὁ τούτῳ πιστεύσας δίκαιος ὀλεῖται.
Εδει τοιγαροῦν τούτους σωθῆναι πάντας ,
Καὶ τῶν τῆ ᾅδου δεσμῶν ἀπαλλαγῆναι
Τῇ καταβάσει τῆ θεοῦ καὶ δεσπότου.
Ο καὶ γέγονε τῇ τούτου προμηθείᾳ
Οἱ δέγε χάριν φιλανθρωπίας μόνης
Σωθέντες ὑπάρχουσιν , ὡς οἶμαι , πάντες

Ofii

Οσοι τὸν βίον καθαρώτατον εἶχον
Καὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἀρίστην ἐπετέλουν,
Ισχνῶς βιοῦντες ἐγκρατῶς καὶ σωφρόνως.
Τὴν δέ γε πίστιν ἀκραιφνῆ τε καὶ θείαν
Οὐ κατέλαβον μὴ γυμναθέντες ὅλως,
Αλλ' ἀδίδακτοι μείναντες τὸ παράπαν,
Τούτους ὁ πάντων ἰατρὸς, ἡ δεσπότης
Εἴλκυσεν, ἐζώγρησε δικτύοις θείοις,
Καὶ τούτους ὑπέκλινε πιστεῦσαι τούτῳ.
Λάμψας ἐπ' αὐτοὺς τὰς θεϊκὰς ἀκτῖνας,
Καὶ δείξας αὐτοῖς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας.
Οὐ γὰρ ἠνέσχετο ὁ συμπαθὴς τῇ Φύσει,
Εἰς κενὸν τούτων τὰς κόπους γεγενῆσθαι. Et inferiùs:
Οἱ δέγε βίαν αἰσχρὰν βεβιωκότες,
Καὶ μηδὲν ὅλως τῶν χρησῶν πεπραχότες,
Σπόρον, ἢ καρπὸν μηδόλως κεκτημένοι,
Αλλὰ καὶ βίῳ, καὶ λόγῳ τε καὶ πίστει
Εἰς ἅπαν ὑπάρχοντες κατεσφαλμένοι. 249
Οὔτε τῆς βροχῆς γὰρ θείας οὐρανόθεν
Χυθείσης αὐτοῖς ἐβλάστησε καθόλου.
Οὐ γὰρ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ἔβαλον σπόρον.
Οὔτε λάμψαντος τῆς δόξης ἡλίου
Επεπαύθησαν ὡς ἄκαρπον καθόλου.
Τούτους δὴ ὀνίνησι Χριστὸς εἰς ἅπαν
Οὐ σωτήγειρεν, ὡς οἶμαι, πεπλωκότας,
Ως ἀνάξιους παντελῶς σωτηρίας·
Οὔτε μὴν ἐπίστευσαν αὐτῷ δοκεῖ μου·
Επήρωσε γὰρ αὐτῶν τὰς διανοίας,
Καὶ τοὺς νοερὸς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας
Η τοῦ σκότους ἔπαρσις, ὁ πρῶτος δράκων. *Superius jam à nobis dictum est, minas quidem illius omnium rerum inspectoris, graves atque horrendas esse: verùm eas ab ipsius humanitate, quam nulla oratio assequi potest, superari. Siquidem postquam hæc Propheta locutus est, fuit profectò quibusdam in inferno confessionis locus, iis videlicet, qui in salutari Domini descensu fidem amplexi sunt. Neque enim ille vitæ Auctor omnibus sine exceptione salutem attulit, sed illis demum,*

2011 Ministerio de Cultura

mum, qui illic quoque, uti dictum est, ipsius fidem amplexi sunt. Ac nonnulli quidem per eos, qui antè crediderunt, Patres, & Prophetas, & Judices, & Reges, ac Principes intelligunt, aliosque nonnullos Hebraici populi, qui facilè recensèri possunt, omnibusque noti, ac perspicui sunt. Nos verò adversus eos, qui ita sentiunt, ad hunc modum disseremus. Nec beneficii loco ducendum, nec novum ac mirum, hoc censendum est, iis nimirum, qui crediderunt, salutem à Christo
250 *allatam esse. Quippe cùm solus ipse judex æquitate præstet, nec peiturus sit quisquis ipsius verbis fidem adhibuerit: Quocirca eos omnes salutem consequi, atque ad DEi ac Domini descensum inferni vinculis solvi necesse erat. Id quod etiam ipsius providentia contigit. At verò cuncti illi, meâ quidem sententiâ, solâ ipsius benignitate, ac misericordiâ, salutem acceperunt, qui etiamsi alioqui vitæ puritate excelluissent, atque optimis quibusque actionibus perfuncti fuissent, temperanter, & castè vixissent, tamen puram ac divinam fidem haudquaquam perceperant, ut qui nulla omninò disciplina, aut cujusquam magisterio eruditi excultique fuissent. Hos quippe ille omnium moderator ac Dominus retibus divinis inclusos sublimè traxit, eisque cùm divinorum radiorum splendorem injecisset, ac veritatis lumen ostendisset, ita eorum animos inflexit, ut in eum crederent. Neque enim ille naturâ misericors tot labores frustra, atque incassum ab ipsis susceptos fuisse sustinebat.* Et infrà: *Contrà qui turpiter, ac sceleratè vixerunt, nihilque omninò, quod cum virtute conjunctum esset, egerunt, nec semen ullum aut fructum habuerunt: verùm & vitâ, & sermone, & fide prorsus aberrarunt, nec pluvia divina cœlitùs in eos fusa ullum germen ediderunt; neque enim, ut jam à me dictum est, sementem ullam fecerunt, nec, ut prorsus steriles illucente gloriæ sole maturverunt; his profectò nullo modo Christus profuit, nec lapsos, ut opinor, secum excitavit, ut qui salute penitus indigni essent. Quin ne in ipsum quidem eos credidisse existimo. Primus etenim ille ex superbia in tenebras*
251 *lapsus draco, quem à prima ætate coluerunt, mentes eorum, ac spirituales cordis oculos cæcavit.* Damascenum sequitur Philippus Solitarius in Dioptra lib. 2. cap. 11. & 12.

Si dicas: Cùm Christus clarè pronuntiet, *Qui non est natus ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum*: quomodo fieri potest, ut qui ante adventum ejus fuerunt justi non baptizati, tamen in id ingressi sint? non illepidè respondet Theo-

2011 Ministerio de Cultura

Theodorus Abucaras opusc. 13. * Mortuos omnes ante Christi passionem in elementa resolutos, sanguine & aqva, qvæ ex latere ejus fluxere, baptizatos fuisse, cùm omnia elementa illa aspergine sanctificata fuerint, non ideò tamen omnes à Christo extractos fuisse ab inferis, sed eos tantùm qui in eum crediderunt. En verba:

Ο Χριστὸς ὑπὲρ ἐκείνων ἐβαπτίσθη, ὥσπερ καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ πάντων. ἐγὼ γάρ φησιν ἐμαυτὸν ἁγιάζω ὑπὲρ αὐτῶν. πλὴν ἀλλὰ καὶ σωματικῶς ἐβαπτίσθησαν. Β. καὶ πῶς ἦν τὸ δυνατόν; Α. οὐκ οἶδα ὅτι οὐ πάντη οἱ ἀποθνήσκοντες ἀπόλλυνται, ἀλλ' ἐν τοῖς στοιχείοις ἀναλύονται, ἐξ ὧν καὶ συνετέθησαν. Β. οὕτως ἔχει. Α. γέγραπται δὲ ὅτι κεντηθεὶς τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν ἐῤῥύσεν αἷμα καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ. Β. ναὶ οὕτως γέγραπται. Α. οὐκοῦν ἀναλυθέντι ἐν τοῖς στοιχείοις ἐκείνου τοῦ ὕδατι ἡγίασε τὰ πάντα, καὶ ἐβάπτισε τὰς μεμερισμένους καὶ ἀναλυθέντας εἰς τὰ στοιχεῖα. Β. τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ οἱ ἄπιστοι, καὶ πάντες ἁπλῶς ἐβαπτίσθησαν οἱ προαποθανόντες. Α. οὐχί, ἀλλὰ μόνα τὰ σώματα τῶν πιστῶν, ὧν αἱ ψυχαὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, κατελθόντος ἐκεῖσε τοῦ Χριστοῦ, ἤγουν τῆς ἁγίας αὐτοῦ ψυχῆς, ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἀγωγὸς, ἢ ῥύαξ ὕδατι δένδρα πολλὰ παραπεπηγότα, καὶ παραπεφυτευμένα ἔχων, τὰ μὲν παντελῶς νεκρὰ καὶ ξηρὰ, τὰ δὲ ἔτι ζῶντα. τί δοκεῖ σοι; πάντα τὰ δένδρα, ὧν ἅπτεται τὸ ὕδωρ, ὠφελοῦνται, καὶ ἀνιμῶνται τὴν ποιότητα, καὶ τὴν ζωὴν, ἢ μόνα τὰ δεκτικὴν ἔχοντα δυνάμιν ἤτοι ἐλκτικήν. τὰ γὰρ τελέως ξηρὰ οὐδὲν παρὰ τοῦ ὕδατος ὠφελοῦνται. οὕτως οὐδὲν ὠφελήθησαν οἱ ἄπιστοι ἐκ τῆς τοῦ ὕδατος ἐκείνου εἰς τὰ στοιχεῖα ἀναλύσεως. *Christus pro illis baptizatus est, quemadmodum etiam pro illis mortuus est.* Ego enim, *inquit*, pro illis sanctifico me ipsum *Cæterum illi corporibus suis baptizati sunt. B. Quomodo id fieri potuit? A. Nescis eos, qui moriuntur, non penitus intercidere, sed in elementa, ex quibus compositi sunt, resolvi. B. Sic est. A. Scriptum est, latere ejus lanceâ aperto, sanguinem & aquam ex latere ejus fluxisse B. Sic sanè scriptum est. A. Illa igitur aqua resoluta in elementa Christus omnia sanctificavit, baptizavitque divisos, & resolutos in elementa. B. Hac ratione infideles etiam, & denique omnes baptizati sunt, qui anteà fuerant mortui. A. Minimè, sed sola corpora fidelium, quorum animæ, cùm descendit ad infernum Christus, hoc est sancta ejus animâ, in eum crediderunt. Sicut enim si quis aquæductus, aut riuus multas arbores habeat juxta consitas, alias quidem omninò extinctas, & aridas, alias verò adhuc viventes, & virides, quid tibi videtur, an omnes arbores, quas aqua tangit, utilitatem capiunt, & pinguedinem,*

* De hac Abucaræ sententia exstat erudita diatriba Doctoris qvondam mei D. Iho. Ittigii τοῦ μακαρίτου, edita Lipsiæ 1698.

2011 Ministerio de Cultura

nem, ac vitam hauriunt; an illæ ſolæ quæ vim habent recipiendi, & eliciendi? Quæ enim ex toto ſiccæ ſunt, nihil eis prodeſt aqua, ſic infidelibus nihil profuit aqua illa, quæ in elementa abiit.

253 Oecumenius in primam Petri cap. 3. Gregorii Nazianzeni dictum explanans, eos, ait, Chriſtum ſalvaſſe, qvi animo ita compoſiti erant, ut fidei propoſitæ præbuiſſent aſſenſum.

Προκειμένου λοιπὸν πῶς ἀποθανὼν ὠφέλησε τὺς προκεκοιμημένους, ἅμα δὲ καὶ ζητήσεως ποικίλης οὔσης, εἰ ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντων ἀνθρώπων ἡ ἐνανθρώπησις τῦ κυρίου, ποίας ἔτυχον σωτηρίας οἱ προθανόντες. λύῃ ἀμφότερα δι' ἑνὸς, καὶ φησὶν, ὅτι ὁ τῦ κυρίου θάνατος ἀμφότερα ταῦτα εἰργάσατο, ἐλπίδα ἀναςάσεως διὰ τῦ ἀναςῆναι αὐτὸν, καὶ σωτηρίαν πάλιν τῶν προκεκοιμημένων. οἱ γὰρ ἔργοις ἀγαθοῖς τὸν ἑαυτῶν, καὶ τὸν τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνον περιανθίσαντες βίον, ὡς εἰ καὶ ἤδη τότε τῷ κόσμῳ ἐπεδήμησε Χριςὸς μὴ ἂν ἀπολειφθῆναι τῦ ζωοποιοῦντος αὐτὺς κηρύγματος, οὗτοι ἤ τότε διὰ τῆς εἰς ᾅδου τῦ κυρίου καθόδου τῆς σωτηρίας ἔτυχον, ὡς καὶ Γρηγορίῳ τῷ θείῳ δοκεῖ. Φησὶ γὰρ ὅτος, ἁπλῶς σώζῃ πάντας Χριςὸς ἐπιφανεὶς, δηλονότι ἐν τῷ ᾅδῃ, ἢ κἀκεῖ τὺς πιςεύσαντας. διὰ γὰρ τῦ πιςεύσαντας σημαίνῃ τὺς οὕτω παρεσκευακότας ἑαυτὺς, ὡς εἰ καὶ τότε παρεγένετο, πιςεύσαντας. καὶ οὐ μέμψεως τῦτο. οὐ γὰρ ἀπαλληλιθῶς ἡ σωτηρία, ἐπεὶ ἤ τοῖς ζῶσι πᾶσι γενόμενος οὐ πάντας σώζῃ, εἰ μὴ μόνον τὺς πιςεύσαντας. *Cùm enim hucusque progeſſus oratione fuiſſet, & reſtaret adhuc in dubio, quo pacto eos qui anteà dormierant moriendo juverit: non parvaque relinqueretur quæſtio, ſi in ſalutem omnium hominum humanitas à Domino ſumpta eſt, quam ſalutem fuerint conſecuti, qui mortui antea ſunt: utraque unâ hac ratione diſſoluit. Domini mortem, inquiens, utraque hæc effeciſſe, & ſpem reſurrectionis, propterea quod ipſe ſurrexit, & ſalutem item eorum, qui mortui antea fuerant.* 254 *Qui enim quo tempore vivebant, bonis operibus vitam ita exornarunt ſuam, ut ſi tunc quoque in mundo verſatus fuiſſet Chriſtus, vivificans præconium non repudiaſſent: ii tunc ex deſcenſu Domini ad inferos ſalutem adepti ſunt. Quemadmodum Gregorio etiam divino placet. Inquit enim, ſalvosne fecit omnes abſolutè, & in univerſum Chriſtus, ubi ſcilicet ad inferos ſupervenit? An etiam illîc eos, qui crediturì erant? Dum enim inquit eos, qui crediturì erant, eos ſignificat, qui ſeſe ita præſtiterunt, ut ſi tunc etiam acceſſiſſet Chriſtus, fuiſſent crediturì. Neq; id reprehendendum videtur. Non enim ſortito exhibetur ſalus. Nam cùm inter viventes etiam verſaretur, non omnes ſalvos fecit, ſed eos tantùm qui crediderunt.*

Simi-

2011 Ministerio de Cultura

Similia habet Joannes Zonaras, sive Glycas epist. 10.

Καὶ μή μοι λέγε ὡς ἀνεύθυνοι λοιπὸν οἱ πρὸ τοῦ Χριστοῦ πάντες εἰσίν. εἰ γὰρ προλαβὼν ἐνηνθρώπησεν, οὐκ ἂν οὕτως ἐξ ἀγνοίας ἀπώλοντο οἱ ἐν ἀπιστίᾳ τὴν ζωὴν καταλύσαντες, τοιοῦτόν τι λέγε μηδέν. ὅσοι γὰρ ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶ, βίον ἀσκητικώτατον ἔζων, εἰ μὴ λανθανόντως περὶ τὴν πίστιν ἀπεπλανήθησαν, ψυχῆς τε τοσοῦτον ἦσαν ἀπειθεῖς καὶ ἀγνώμονες, ὡς ἰδόντες καὶ ἀκούσαντες ἑτοίμως πιστεῦσαι, ἐκεῖνοι, πίστευε, οὐκ ἀπώλοντο. οὐδὲ γὰρ ὁ φύσει ἀγαθὸς θεὸς τὴν ἀγαθήντε αὐτῶν προαίρεσιν, καὶ τὸ τῶν καμάτων ἄπειρον εἰς καιρὸν ἀποβῆναι ἠνέσχετο. ἐνθέν τοι καὶ πρὸς τὸν ᾅδην νόμῳ φύσεως καλιόντῳ αὐτῷ, κἀκεῖσε κηρύξαντι, καὶ προσεδέξαντο οὗτοι τὸ κήρυγμα, καὶ ἐπίστευσαν. οἱ δέγε ἀμβλυωπίαν, καὶ πονηρίαν ἐκ πονηρίας νοσοῦντες, οὐ μόνον ἐπεντρανίσαι οὐκ ἴσχυσαν, ἀλλὰ καὶ τέλεον ἀπετυφλώθησαν, τῷ νοητῷ ἡλίου, ὡς ἔφαμεν, ἐκεῖσε ἀσφαλ- 255
ψαντι. αὐτὸ τοῦτο καὶ ὁ ἐν θεολογίᾳ διαπρέψας μέγας Γρηγόριος ὑπεμφαίνων ἔλεγεν. ἆρα πάντας ἔσωσεν ἐν ᾅδῃ ὁ κύριος ἐπιφανείς, ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας; οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἔν τινι τῶν αὐτῷ λόγων, οὗ ἡ ἀρχὴ, τί τοῦτο; σιγὴ πολλή, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισι. τί οὖν πάντας ἁπλῶς σώζῃ ἐπιφανεὶς ἐν ᾅδῃ θεὸς; οὐ. ἀλλὰ κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας. τίνες δὲ οἱ πιστεύσαντες, ἢ πάντως οἱ ἐν ἀσεβείᾳ μὲν τ' ζωὴν καταλύσαντες, πιστεῦσαι δὲ ὅμως ἑτοίμως ἔχοντες; καὶ τούτου ἕνεκα μὴ ἀμφίβαλλε. ἔχεις γὰρ πρὸ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὸν τὸν κορυφαῖον Πέτρον, οὕτω περὶ τούτου λέγοντα, καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξε ἀπειθήσασί ποτε. ἐντεῦθεν ὅμως καὶ ὁ μέγας ὁρμώμενος Κύριος ἔλεγεν. ὥσπερ ὅμως τοῖς ἐν σαρκὶ μετὰ σαρκὸς συναναστράφη ὁ θεὸς, οὕτω καὶ ταῖς ἐν ᾅδου ψυχαῖς διεκήρυξεν, ἴδιον ἔχων φόρημα τὴν ἐνωθεῖσαν αὐτῷ ψυχήν. οὐχ ἧττον δὲ τὰ περὶ τούτου καὶ ὁ θειότατος διείληφε Δαμασκηνὸς λέγων. ὥσπερ τοὺς ἐν γῇ εὐηγγελίσατο εἰρήνην, καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασιν σωτηρίας γέγονεν αἴτιος· τοῖς δὲ ἀπειθήσασιν ἀπιστίας ἔλεγχος. οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδου. οὐκοῦν εὐμεθόδως τὰ πάντα οἰκονομῶν, ὡς μήτε τοὺς πονηροὺς, οἷαν δή τινα ἔχειν πρόφασιν, λέγοντας, εἰ ἤδειμεν, ἐπιστεύσαμεν ἄν, κηρύττῃ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ᾅδῃ, ὡς εἴρηται, παραπλησίως τοῖς ἄνω. κἀντεῦθεν ἐπισπᾶται τοὺς ἐπιτηδείως ἔχοντας ἕλκεσθαι, καὶ οἷά τις λαμπρὸς ἀριστεὺς, σὺν αὐτοῖς ἐκεῖθεν ἐπάνεισιν. εἰ γὰρ καὶ πᾶσι κοινῶς ἐχαρίσατο ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν τὴν τελευταίαν ἐκείνην ἀνάστασιν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ πάντες αὐτῷ συνῆλθον ἐξ ᾅδου ἀνερχομένῳ. μόνοι δὲ οἱ πιστεύσαντες, ὡς ὁ θεολόγος Γρηγόριος φησίν.

At ne idcirco mihi dixeris, omnes, qui ante Christum fuerunt, culpâ vacare. Si enim anticipato hoc tempore homo factus fuisset, non ita ex ignorantia periissent, qui expertes fidei ex hac vita decesserunt. 256

2011 Ministerio de Cultura

Nihil tale dixeris, quotquot enim, ut Joannes Damascenus ait, vitam laboriosissimam in exercitio pietatis duxerunt, etiamsi imprudentes circa fidem aberrarunt, quique animo erant adeo obediente & grato, ut si vidissent, atque audissent, prompti paratique ad credendum fuissent, illi, crede, non perierunt. Neque enim DEus, qui naturâ bonus est, bonam eorum electionem, & immensos illorum labores cum tempore ipso permisisset præterlabi. Idcircò cùm etiam in infernum ipse descendisset, ibique prædicasset, & amplexi sunt hi prædicationem, & crediderunt. Qui verò cœcutientes ex malitia laborant, non solùm manifestè obtueri non potuerunt, verùm etiam tandem excœcati sunt, intellectuali illo sole, uti diximus, illic coruscante. Hoc ipsum excellens ille in rebus divinis Gregorius Magnus subindicans dixit: Fortè an Dominus, quum in inferno apparuit, omnes servavit, vel tantummodo, qui fidem illi adhibuerunt. Nec ista solùm, sed & magnus Epiphanius in oratione, quæ incipit, τί τοῦτο; σιγὴ πολλή, hæc ad verbum enunciat: Quid igitur? Omnes penitus salvat apparens in inferno DEus? Non. Sed ibidem etiam eos tantùm, qui crediderunt. At quinam illi sunt qui crediderunt? Fortè an illi qui in impietate vitam finierunt, ad credendum tamen erant parati. Atque hac de causa ne dubita. Habes enim præ aliis etiam ipsum Principem Apostolorum Petrum ita de hoc dicentem: Et his, qui in carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli
257 *fuerunt aliquando. Hinc itàque etiam magnus ille Cyrillus impulsus dixit: Quemadmodum itaque cum iis, qui in carne erant, cum carne versatus est DEus, ita etiam animabus in inferno prædicavit, proprium habens gestamen, unitam sibi animam. Neque verò secius de his statuit divinissimus Damascenus dicens: Quemadmodum iis, qui in terra erant annunciavit pacem, atque iis quidem qui crediderunt salutis auctor extitit, inobedientes verò, incredulitatis arguit: ita etiam iis, qui sunt in inferno Optimo itaque ordine omnia dispensans, ita ut neque bonis per ignorantiam bonitas ipsorum pereat, neque mali ullam omninò excusationem habeant dicentes, si scivissemus, credidissemus utique, prædicat etiam in inferno, ut diximus. Similiter atque iis, qui in terris degunt, atque hinc extrahit, qui apti sunt, benéque comparati ad trahendum, & velutì illustris quidam princeps cum eis illinc ascendit. Tametsi enim omnibus communiter largitus est suscitatus è mortuì extremam illam resurrectionem, non tamen etiam omnes cum ipso venerunt ex inferno redeunte, soli verò qui crediderunt, ut inquit Gregorius Theologus.*

Maxi-

2011 Ministerio de Cultura

Maximus etiam Planudes eandem opinionem secutus est orat. in sepulturam Domini, & in planctum sepulchralem sanctissimæ Deiparæ, ubi inter alia: Εἰ γὰρ ἑνὸς ἁμαρτωλοῦ μετανοίᾳ προσιόντος, ἡδονὴν μεγάλην ἥδομένοι, ἵνα ἐκ ἂν ἔλαβον εὐθυμίαν τῶν ψυχῶν, ὥσπερ ἐξ ἀφ' ἑτέρας ἅμα, καὶ σφοδρῷ τάχει ὀπίσω ἑαυτῶν ποιουμένων τὸν ᾅδην, καὶ νῦν δὴ συγχαίρουσι σωθείσαις αὐτοῖς καὶ ταῖς ψυχαῖς. τῷ γὰρ ᾅδου κενωθέντι, γέμει μὲν πνευμάτων προφητικῶν οὐρανὸς, γέμει δὲ καὶ δικαίων, γέμει πατριαρχῶν, &c. 258
Si uno peccatore per pœnitentiam propè adveniente, lætitiâ ingenti exultent, quonam non sese immersissent gaudio, animabus tanquam ex alia regione immoderatâ celeritate, derelictis inferis concomitantibus, quare & nunc unà cum illis simul commorantibus, & animabus reliquis collætentur. Etenim vacuis inferis factis, Propheticis spiritibus cœlum repletur, repletur justis, repletur Patriarchis, &c. Et: Πολλὰ τὰ κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πρὸς ἡμᾶς ἄφιξιν προβάντα μυστήρια, καὶ πάντα πᾶσαν ὑπερβαίνοντα δυνάμιν λόγου. ἓν δὲ οἷον καὶ μέγιστον τὸ τελούμενον σήμερον. τοῦτο δὲ ἔστι νέκρωσις ᾅδου, θανάτου θάνατος, ἐλευθερία ψυχῶν, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἠνεῳγμένη τοῖς βουλομένοις ὁδός. πρὸς ὃ καὶ τἆλλα φέρεται πάντα. *Multa in Servatoris nostri in carne ad nos adventu mysteria facilitata sunt, & omnia omnem verborum superant facultatem. Unum illud potissimum, ac maximum, quod hodie fit. Id autem est mortificatio inferni, mortis interitus, animarum liberatio, & apertum ad cœlos volentibus iter. Ad hoc cætera referuntur omnia.* Si volentibus iter patebat, non ergo tantùm justis & fidelibus: si inferi exinaniti exhauriuntur, frustra hinc justos à peccatoribus discernes. Et infrà idem inculcat, dum qvæstionem illam solvere conatur, qvamnam ob causam diutiùs super terram, qvàm infra terram Servator, salutem evangelizaverit, & cujus gratiâ [illegible]mpus utrumqve ternario commensuraverit, hoc annorum, dierum alterum.

Nonnulli de hac Christi prædicatione modo, qvo diximus, adeò confidenter locuti sunt, ut ex damnatis etiam unum 259
nominarint Platonem, qvi illius beneficio, & in Christum crediderit, Christumqve secutus, unà cum aliis inter beatorum cœtus fuerit collocatus. Nicetas in orationem Nazianzeni: Ἔσωσε δὲ Χριστὸς εἰς ᾅδην καλιὼν οὐ πάντας, ἀλλὰ μόνους τοὺς πιστεύσαντας. ὁ δὲ Χρυσόστομος ἰσχυρίζεται, ὅτι οὐδένα ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ᾅδῃ σέσωκε, μὴ ἄξιον

2011 Ministerio de Cultura

ἄξιον σωτηρίας ὄντα, ὅτε ἀπέθανε. καὶν ἴσως οἱ πιστεύσαντες τότε ἄξιοι ἔδοξαν τῆς σωτηρίας. οἷόν τι καὶ περὶ Πλάτωνος τὸ Ἕλληνος ἐν τοῖς τῶν πατέρων φέρεται διηγήμασιν. ὕβρεσι γὰρ ἐκεῖνος ἀποθανὼν πάλαι ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν ὡς ἄθεος καὶ πονηρὸς ἐβάλλετο. ὄναρ δὲ ἐπισὰς τῷ ὑβρίζοντι, ἠτιᾶτο τὸν ἄνδρα, ὡς μάτην αὐτὸν ὑβρίζοντα. ἐγὼ φησιν, ἁμαρτωλὸς μὲν εἶναι οὐκ ἂν ἀρνηθείην. τοῦ Χριστοῦ δὲ εἰς ᾅδην καλιόντος, οὐδεὶς πρόγε ἐμοῦ ἐπίστευσε. τοιοῦτον τὸ περὶ τοῦ Πλάτωνος διήγημα. εἰ δὲ χρὴ πιστεύειν ἢ μή, τοῖς ἀκροαταῖς κρίνειν παρίημι. *Enimverò Christus in infernum descendens non omnes, verùm eos solos, qui crediderunt, salvos fecit. Chrysostomus ipse affirmat, neminem in inferno à Christo salutem accepisse, nisi qui salute dignus esset, cùm ex hac vita discessisset. Ac fortasse qui tum crediderunt, salute digni habiti sunt. Cujusmodi quiddam de ethnico Platone in Patrum historiis circumfertur. Nam cùm diù antè vita functus à quodam Christiano maledictis; conviciisque ut sceleratus & impius laceratus esset, noctu ad convitiatorem suum venit, hominemque accusavit, ut frustra ipsum maledictis insectantem. Ego enim, inquit, me peccatorem esse haud-*
260 *quaquam inficias ivero: verùm cùm Christus in infernum descendit, nemo ante me ad fidem accesit. Hoc de Platone commemoratur, quod credendum sit, necne, auditoribus judicandum relinquo.* Et Anastasius Sinaïta in Odego qvæst. 3. * Μηδαμῶς ἀναθεματίσῃς ἄνθρωπον πρὸ τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ τελευτήσαντα, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ πρὸς ἅπαξ καὶ μόνον ἐγένετο τὸ Χριστοῦ κήρυγμα. προλαβὼν γὰρ Ἰωάννης ὁ πρόδρομος ἐκήρυξε κἀκεῖσε τὸν Χριστόν. καὶ ἄκουσον τοῦ ἁγίου Πέτρου λέγοντος περὶ Χριστοῦ, ὅτι πορευθείς, φησιν, ἐκήρυξε καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ πνεύμασι τοῖς ποτὲ ἀπειθήσασι. καὶ νῦν φέρεται εἰς ἀρχαίας παραδόσεις, ὅτι τις σχολαστικὸς πολλὰ κατηράσατο Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον, φαίνεται οὖν αὐτῷ καθ' ὕπνους ὁ Πλάτων λέγων· ἄνθρωπε, παῦσον τοῦ καταρᾶσθαί με, σεαυτὸν γὰρ βλάπτεις. ὅτι μὲν ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς γέγονα οὐκ ἀρνοῦμαι, πλὴν κατελθόντος τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ ᾅδῃ, οὕτως οὐδεὶς ἐπίστευσε πρὸ ἐμοῦ εἰς αὐτόν. ταῦτα δὲ ἀκούων μὴ νομίσῃς εἶναι πάντοτε ἐν τῷ ᾅδῃ μετάνοιαν. ἅπαξ γὰρ καὶ μόνον οὕτω γέγονεν, ὅτι Χριστὸς ἐν τοῖς καταχθονίοις κατελήλυθε τοὺς ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένους ἐπισκέψασθαι. *Nequaquam diris devovebis hominem, qui ante Christi adventum defunctus est, nam apud inferos prædicatio Salvatoris pervenit, primum quidem Joanne Præcursore Christum illic annunciante, deinde ipso Christo prædicante. De quo audi quid S. Petrus dicat: In quo & his, qui in carce-*

* Hæc non leguntur in Hodego Anastasii Sinaitæ, sed in qvæstionibus & responsionibus qvas sub Sinaitæ nomine editas alii rectius tribuunt juniori Anastasio Nicæno qvæst. CXI.

2011 Ministerio de Cultura

carcere erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando. Fertur antiqua traditio de Scholastico quodam, qui multa probra in Platonem Philosophum jaciebat, cui secundùm quietem apparvit Plato, eumque sic affatus est: Heus tu desine à maledictis in me vibrandis, ne quid tibi mali accersas. Peccator fui, non nego. Cæterùm 261
quando Christus ad inferos descendit, ante omnes alios ego in illum credidi. Hæc cùm audis, ne censeas in inferno semper dari pœnitentiæ locum; semel id accidit, quando redemptor noster ad loca subterranea descendit, ut omnes, qui à condito mundo obierant, inviseret. Et ne illis deesset sacræ Scripturæ auctoritas, ex epist. 1. Petri cap. 3. verba illa adducunt: *Οτι καὶ Χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἔπαθε δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων. ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι, ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἀπεξεδέχετο ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία ἐν ἡμέραις Νῶε κατασκευαζομένης κιβωτοῦ. Quia & Christus semel pro peccatis passus est, justus pro injustis, ut nos offerret DEo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu, in quo & his, qui in custodia erant spiritibus profectus prædicavit, incredulis aliquando, quando expectabat DEi longanimitas in diebus Noë, dum fabricaretur arca.* His similia Justinus Martyr Dialogo cum Tryphone, Isaiæ tribuit, & Jeremiæ Irenæus lib. 4. cap. 39. qvæ apud eos nusqvam leguntur. *Commemoratus est Dominus sanctus Israël mortuorum suorum, qui dormierant in terra sepultionis, & descendit ad eos evangelizare salutem, quæ est ab eo, ut salvaret eos.*

Zonaras, Planudes Xanthopulo favent, viri ejusdem cum Xanthopulo farinæ. Non ii tamen sunt, qvi eum & semetipsos, qvando hæretica profitentur, ab hæreseos nota possent vindicare. Immò dum in eodem asserendo conveniunt, Xan- 262
thopuli nobis mens clariùs innotescit. Nec invertendo sententiam, hæreseos notam subterfugiet. Quare ejus verba examinemus. Eum de infidelibus, & ad pœnas sempiternas damnatis verba facere, ipsemet aperit, qvi sanctorum ac justorum animas, qvas aliâ ratione vult fuisse salvas, ab animabus hujuscemodi prædicatione liberatis discernit, ac dividit. *Verumtamen ad infernum descendens non omnes vitæ restituit, sed qui illi credere volue-*

2011 Ministerio de Cultura

volverunt. Animas verò Sanctorum, qui ab orbe condito fuerunt, ab inferorum domino violenter cuſtodia mancipatas liberavit. Diverſi ergo ſunt qvibus prædicatur, à Sanctis qvi concluſi in carcere liberantur, ergo non poſſunt eſſe, niſi peccatores usqve ad vitæ exitum, & pœnis æternis condemnati. De iis qvi in Purgatorio erant intelligi non poteſt. Qvî enim Xanthopulus Purgatorium concedet? Qvod ſi concederet, dum ait ex illis non omnes ad ſalutem protractos, de Purgatorio ſermo eſſe non poteſt. Sive enim Chriſtus deſcenſu illo ſuo Purgatorii omnes animas à pœnis, idqve cum ſufficiente compenſatione, & ſolutione pœnæ pro culpa, aut etiam liberalitate Chriſti, ſive non omnes, ſed aliqvas liberaverit, id certum, firmumqve eſt, animas in Purgatorio detentas tandem aliqvando poſt purgata ſcelera, ad beatitudinem traduci. At qvibus prædicavit Chriſtus, pleraqve in illis iisdem pœnis, in qvibus erant ante prædicationem permanſerunt, ſine ſpe ulla ſalutis. Ergo non eſt ſermo de animis Purgatorii.

263 Qvare ſive dicant, omnes damnatos per illam Chriſti prædicationem, ſive aliqvos eſſe ſalvatos, error eſt, & hæreſis manifeſta, damnata à D. Auguſtino lib. de Hæreſibus cap. 79. & Philaſtrio cap. 47. Qvam etiam in Marcione Irenæus, & Epiphanius damnarunt, qvi deſcenſu Chriſti ad inferos omnes impios ſalvatos regnum DEi percepiſſe, juſtos verò ac ſanctos non fuiſſe ab illo liberatos, cùm nolviſſent ipſi credere, aſſerebat. Et Gregorius Papa tanqvam hæreticum in Georgio Presbytero, & Theodoro Diacono Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ condemnavit, confirmatqve ſuam ſententiam Auguſtini & Philaſtrii auctoritate lib. 6. epiſt. 15. *Prætereà poſt diſceſſum veſtrum dilectiſſimis filiis meis Diaconis narrantibus agnovi, quod dilectio veſtra dixiſſet, Omnipotentem Dominum Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum ad inferos deſcendentem, omnes qui illic confiterentur eum DEum, ſalvaſſe, atque à pœnis debitis liberaſſe. De qua re volo, ut fraternitas veſtra longè aliter ſentiat. Deſcendens quippe ad inferos ſolos illos per ſuam gratiam liberavit, qui eum & venturum eſſe crediderant, & præcepta ejus vivendo tenuerant. Conſtat autem quia poſt Incarnationem Domini nullus*

2011 Ministerio de Cultura

lus etiam ex his ſalvari poteſt, qui fidem illius tenent, & vitam fidei non 264
habent: quia ſcriptum eſt, Confitentur ſe noſſe DEum, factis autem ne-
gant. Et Joannes ait, Qui dicit quia novit eum, & mandata ejus
non cuſtodit, mendax eſt. Jacobus quoque frater Domini ſcribit dicens,
Fides ſine operibus mortua eſt. Si ergo fideles nunc ſine bonis operibus non
ſalvantur, & infideles ac reprobi ſine bona actione Domino ad inferos
deſcendente ſalvati ſunt; melior illorum ſors fuit, qui Incarnationem
Domini minimè viderunt, quàm horum, qui poſt Incarnationis ejus my-
ſterium nati ſunt. Quod quantæ fatuitatis ſit dicere, vel ſentire, ipſe
Dominus teſtatur diſcipulis dicens, Multi Reges & Prophetæ cupierunt
videre quæ vos videtis, & non viderunt. Sed ne dilectionem veſtram
in mea diſputatione immorer, quid de hac hæreſi Philaſter in libro, quem
de hæreſibus ſcripſit, dixerit, cognoſcat, cujus hæc verba ſunt: Sunt
Hæretici qui dicunt, Dominum in infernum deſcendiſſe, & omnibus poſt
mortem ſuam etiam ibidem ſe nunciaſſe, ut confitentes ibidem ſalvarentur:
cùm hoc ſit contrarium dicenti Prophetæ David: In inferno autem quis
confitebitur tibi? & Apoſtolus, Quotquot ſine lege peccaverunt, ſine le-
ge peribunt. Cujus verbis beatus quoque Auguſtinus in eo libro concordat,
quem de hæreſibus ſcripſit. Hæc itaque omnia pertractantes, nihil aliud
teneatis, niſi quod vera fides per Catholicam Eccleſiam docet: quia deſcen-
dens ad inferos Dominus illos ſolummodò ab inferni clauſtris eripuit, quos
viventes in carne per ſuam gratiam in fide & bona operatione ſervavit.
Quod enim per Evangelium dicit: Cùm exaltatus fuero à terra omnia
traham ad me ipſum: omnia videlicet electa. Nam trahi ad DEum poſt
mortem non potuit, qui ſe à DEo malè vivendo ſeparavit.

Si Græci dicant, Auguſtinum & Philaſtrium eſſe auctores Latinos. Nolo ab ipſis qværere qvanam ratione apud ipſos Latinum nomen exoſum eſt adeò, ut auctoritate, qvam præ ſe 265
habet in confirmandis fidei dogmatibus, ſolum modò qvod contra eos ſit, carere debeat. Latini veritatem non à Latinis tantùm, ſed à Græcis ipſis, ſicubi eam eſſe odorentur, ſedulò & alacriter expiſcantur. Illud negare non poterunt, Georgium Presbyterum, & Theodorum Diaconum, qvi de deſcenſu Chriſti ad inferos ea tunc affirmabant, qvæ nunc Xanthopulus, Zonaras, Oecumenius, Planudes, aliiqve nonnulli dictitant,

2011 Ministerio de Cultura

Græcos fuisse, Ecclesiæ Constantinopolitanæ alumnos, Gregorio Romano Pontifici ad eorum dicta refellenda, & ingenia convincenda satis fuisse auctoritatem & Philastrii, & Augustini. Eruntne recentiores isti Græci antiqvis illis sapientiores, prudentiores, in rebus fidei addiscendis accuratiores? nollem essent pervicaciores.

Dixerant in Triodio, ut nos ibi u) abundè probavimus, damnatos piorum precibus, animasqve æternis suppliciis addictas sublevari, qvandoqve etiam liberari, ut potioribus argumentis rem comprobarent, hæc de novo nobis obiiciunt, contenduntqve, Christum eorum plurimos, qvi scilicet in eum crediderunt, liberasse. Qvod utiqve hæreticum est, cùm universalis totius Ecclesiæ consensus ille sit, sanctorum Patrum, & Scripturæ sacræ testimoniis confirmatus, pœnas damnatorum esse æternas, & in inferno nullam esse redemptionem.

Si dicant ex speciali privilegio, & Christi arbitrio illos fuisse liberatos; doceant de privilegio. Sanè proposita illis prædicatio, libera, sed effectu tantùm valida, si ipsi credidissent, non speciale privilegium, sed legem ordinariam arguit. Ut ergo pœnas inferni aliqvando finem habituras fidelibus inculcarent, præter tot alias machinas commentum etiam de prædicatione Christi superinduxerunt.

266 Sed benè est, qvando illius Ecclesiæ lumina, ac primi Patres, qvibus ipsi potiùs animum, qvàm istis tantùm schismati firmando intentis, advertere debent, piorum tantùm animas ac sanctorum, descensu illo Christi à miseriis illis, fas est enim statum illum nullâ DEi visione pellucidum, ita nuncupare, fuisse liberatas affirment. Et cùm hic non sit hujus controversiæ examinandæ locus, sed tantùm istius libri errores indagandi, ac manifestandi, in illis afferendis paucis me expediam. Cyrillus Hierosolymitanus cateches. 4. illuminatorum, & cateches. 14. Epiphanius hæres. 69. contra Arianos, Joannes Chrysostomus orat.

u) Supra p. 116. seq.

2011 Ministerio de Cultura

orat. 5. de Resurrectione, & demonstratione adversus Gentiles, qvòd Christus sit DEus, Synesius hymno 9. Philo Carpathius in illud Cantici, *apprehendam te*. Joannes Cassianus de canonico divinarum orationum, & psalmorum modo lib. 3. cap. 3. Nicetas in orationem dictam Nazianzeni. Et qvod magis mirêre, ipse etiam Nicephorus Histor. Eccles. lib. 1. cap. 31.

ὁ γὰρ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης Χριστὸς μόνης διαιρεθείσης τῷ θανάτῳ καὶ σώματος ἐπιφανεὶς ταῖς ἐν ᾅδου τῶν δικαίων ψυχαῖς τῆς πρὸς 267
τὴν ἀθεμίτους ὁδοιπορίας ὁδηγὸς ἐχρημάτιζε, φῶς δεχηγὸς, καὶ ἡγεμὼν αὐτοῖς τῆς ὁδοῦ, ὥσπερ δὴ καὶ τῷ λῃστῇ γεγονώς. *Ipse enim justitiæ sol Christus anima sola per mortem à corpore segregata apud inferos justorum animis præsto fuit, & dux itineris ad paradisum ferentis præiit lucis princeps, viæque ductor eis perinde atque latroni factus.*

Ejusdem etiam commatis Nilus Monachus ad Philippum sacerdotem, de Trinitate & incarnatione Tractatu: Καὶ σώματι μὲν σταυρωθεὶς ὁ θάνατος ἀνθρωπίνῳ δυνάμει θεότητος καταπράσσεται, καὶ ἀνάγονται ἐκεῖθεν αἱ ἀπ' αἰῶνος τῶν δικαίων πεπεδημέναι ψυχαί. ἀπὸ γὰρ Ἀδὰμ μέχρι καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων δικαίων τε καὶ ἀδίκων ἐκεῖσε κατείχοντο δίκας τῆς θεομηνοῦς ἐκδικούμεναι. ἐλθὼν δὲ ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ᾅδῃ οὐ πάντας ἀπολύει τοὺς κεκαθυμμένους ὑπ' αὐτῷ ἀνεσώσατο, ἀλλ' ὅσοι θεὸν αὐτὸν ἤδεισαν καὶ ἐπεπιστεύκεισαν, καὶ ἀνωμολόγησαν. *Et cùm corpori humano mors incidisset, deitatis potentia disrumpitur, & educuntur ex eo loco, quæ à sæculo justorum animæ vinctæ erant. Ab Adamo enim usque ad præsentiam Christi, omnes hominum sive justorum, sive impiorum animæ inibi detinebantur, inobedientiæ pœnas persolventes. Veniens verò Christus ad inferos, non omnes penitus ab eo detentos liberavit, sed eos tantùm qui ipsum noverant, & in eum crediderant, eumque confessi sunt.*

Auctoritatibus pro Synaxarii Auctoris sententia, facili negotio occurrere possumus. Clementis Alexandrini ad confirmanda Ecclesiæ dogmata, si præter aliorum Sanctorum men- 268
tem, & Ecclesiæ decreta loqvatur, auctoritas nulla est, scatet enim ubiqve erroribus, & præcipuè in hoc loco, ubi de prædicatione Christi in inferno sermonem instituit, Hydræ Origenicæ nascituræ seminarium qvoddam est. Illius contra Ecclesiæ

2011 Ministerio de Cultura

dogmata conatus ab antiqvis ſcriptoribus damnati ſunt, & nunc in dies à recentioribus refelluntur. Si cum Eccleſia loqvitur, ob antiqvitatem venerabilis eſt, & ſuo teſtimonio non ingratus accedit. Anne hoc, qvod de Chriſti apud inferos prædicatione diſſeminavit, Origeni cujus ipſe doctor extitit, cauſa errandi fuerit, cùm in eo qvaſi in matre, de damnatorum aliqvando ſalute hæreſis contineatur.

Damaſceni in libro de fide orthodoxa ea ſententia fuit, non minùs viventibus, qvàm mortuis Chriſti Incarnationem beneficam fuiſſe, nec minus illis illuxiſſe; qvin etiam ſua prædicatione non minùs liberalem adveniſſe: ſuâ namqve præſentiâ illis ſpiritibus prædicavit, hoc eſt eorum fidem indicavit, vitæqve anteactæ probitatem dignis celebravit laudibus, qvibus poſteà vitam beatam impertivit, infidelium contumaciam arguit. Nec aliam fuiſſe Damaſceni ſententiam ſatis abundè docent, qvæ ipſe orat. de Transfiguratione Domini ediſſerit: ibi enim omnia, qvæ per deſcenſum Chriſti ad inferos effecta ſunt, enumerans, de damnatis ne verbum qvidem faciens, tantùm juſtorum & ſanctorum animas commemorat. Εἰ ἐν ὄρει Θαβὼρ μεμψήματε, οὐκ ἂν εἰς πέρας ἡ πρὸς σὲ ἀγγελία ἐκβέβηκεν, οὐ γὰρ ἂν κλειδοῦχος τῆς βασιλείας γέγνου. οὐκ ἂν λῃστὴς ἐνέφκτο ὁ παράδεισος, οὐκ ἂν ἡ πάρος τυραννὶς ἠφανίσθη, οὐκ ἂν εἰς πρυόμενὼ τὸ ᾅδου βασίλεια δέδωτο. οὐκ ἂν Ἀδὰμ ἀνασέσωστο, οὐκ ἂν ἡ Εὔα ἀπολελύτρωτο, οὐκ ἂν πατριάρχαι, καὶ πρόφῆται, καὶ δίκαιοι τῶν ᾅδου μυχῶν ἀνεσώθησαν, οὐκ ἂν ἡ Φύσις τὴν ἀφθαρσίαν πρενέβλητο. *Si in monte Thabor manſiſſetis, nequaquam, ô Petre, pollicitatio tibi facta exitum nacta fuiſſet, non enim regni claviger extitiſſes: non latroni paradiſus patuiſſet: non ſuperba atque inſolens tyrannis deleta fuiſſet: non Adamus ſaluti reſtitutus, non Eva redempta, non Patriarchæ, ac Prophetæ, & juſti ex imis inferni receſſibus erepti fuiſſent, non denique humana natura incorruptibilitatem induiſſet.* In exacta hac rerum enumeratione, nusqvam rei, qvæ tanti intereſſet, oblitus, tam grande DEi beneficium in genus humanum, & peccatores ſiluiſſet.

Majo-

2011 Ministerio de Cultura

Majorem difficultatem habet, qvod ipse scripsit in sermone de defunctis. Nihilominùs ibi etiam palam fatetur, se non assertivè, sed probabiliter loqvi. Ἰδὲ πῶ φέρων ὁ λόγ@ ἀνήγαγεν ἡμᾶς λόγ@ σὺν θε῵, καὶ διὰ μικρ@ ἦν κεκαλυμμένον ὄκ ἀποφαντικῶς ἀλλὰ συλλογιστικῶς ἀλλὰ τ῀ φιλαδέλφου. *En quò nos oratio provexerit, ut rem penè occultam, & opertam juvante DEo explicaremus, atque id non veluti quandam sententiam pronunciantes, neque enim id patitur nostra indignitas, sed rationibus atque conjecturis, ut charitas postulat, utentes.* Et suæ dissertationi veram aliorum tanqvam digniorem, ut ego existimo, præposuit. Οὐ γὰ ἀπλῶς ἔσωσε πάντας ὁ ζωοδότης, ἀλλ' ὡς εἴρηται καὶ τὲς πιστεύσαντας. ζῶντες γοῦν φασὶ τὲς τετελευτηκότας, οἱ ζῶντες εἰσὶ πατέρες κ῀ προφῆται, βασιλεῖς καὶ ὕπαρχοι, καὶ ζῶντες ἄλλοι ἐ λαὸ τῶν Ἑβραίων, ἀριθμητοὶ καὶ ῥᾴδηλοι τοῖς πᾶσιν. *Neque enim ille vitæ Auctor omnibus sine exceptione salutem attulit, sed illis demùm, qui illic quoque, uti dictum est, ipsius fidem amplexi sunt. At nonnulli quidem eos, qui antè crediderunt, intelligunt, Patres nempe, & Prophetas, & Reges, ac Principes, aliosque nonnullos Hebraïci populi, qui facilè recenseri possunt, omnibusque noti ac conspicui sunt.* Potuit ergo Damascenus in conventu doctissimorum hominum plures sententias licet adversas in medium proferre, qvas ipsis postea examinandas relinqveret, & cùm propositum illius non parùm prædicatio Christi adjuvaret, τὸ φιλάδελφον, charitate scilicet in fratres, ut ipse opinabatur, expo\suit.

Verùm enimverò sermo ille nescio qvid mihi semper suboluit, & ut verum fatear, nunqvam x) Damasceni fœtum legitimum existimavi, sed ut aliàs sæpè contingit, à nebulonibus, ut gratiam, ac pondus orationi tanti Patris nomine adderent, Damasceno fuisse appictum. Qvod dummodò è Damasceni operibus erro non es, facillimo negotio persentisces.

Levis

x) Eadem aliorum virorum doctorum est de hoc sermone sententia. Vide censuras Rob. Coci pag. 427. seq. & Damascenum nuper editum à doctiss. Viro Michaele Leqvien.

* pag. 119. seq.

2011 Ministerio de Cultura

271 Levis est inprimis, ac nugax hic auctor, qvi de graviſſimis rebus agens, qvaſi per ſaturam ludens carmine, & proſa nullo dicendi fine, orationem omnem infarcit. Dictio illi, ac modus, ſi rectè conſideres, vilis, & è trivio, hiulca, languida, affectata, puerilis, & à Damaſcenica mirum qvantum diverſa, qvæ licèt oratoriis floſculis, & accurata exponendi formâ non luxuriet, fluit tamen inoffenſa, ſuâ facilitate decora, concentu gravis, ſententiarum pondere clara, ſevera, æqvalis, divina. Verſus Damaſceni cùm aliàs elegantiſſimi ſint, ſelectis ſemper verbis nitidi, qvantitatè ſyllabarum ſemper commodi, erroribus ſemper innoxii, hi qvi in iſto ſermone leguntur, ſi numerum tantùm ſyllabarum demas, ſemper incompti, ac ruſtici in ipſa tanta deformitate conformes. Ad hoc probandum nullum argumentum erit validius ipſâ lectione, lege, ſi potes, ſine faſtidio, per te tantùm nullo alio duce me vera fateri cognoſces. Præterà omnes illæ hiſtoriæ qvæ ab eo adducuntur, ex anilibus confabulationibus deſcriptæ ſunt, de qvibus nos ſuperiùs * nonnulla diximus: at qvomodo Damaſcenus hujus orationis auctor eſſe poterit, qvi ſecundo de fide orthodoxa cap. 4. ſcribit. Διὸ τῷ Διαβόλῳ καὶ τοῖς δαίμοσιν αὐτὸ ἡτοίμασαι τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, καὶ ἡ κόλασις ἡ αἰώνιος, καὶ τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ. Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις. μετὰ γὰρ τὴν ἔκπτωσιν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετάνοια, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν θάνατον. *Ob idque diabolo, ipſiusque dæmonibus, isque qui ducem ipſum ſequun-*
272 *tur, nunquam extinguendus ignis, ſuppliciumque ſempiternum paratum eſt. Illud etiam ſcire non alienum fuerit, quod hominibus mors eſt, hoc Angelis lapſum extitiſſe. Poſt lapſum enim præcluſa eſt jam illis omnis reſipiſcendi facultas, quemadmodum & hominibus, poſtquam ex hac vita migarunt*, cùm hic ſæpius inculcetur poſt mortem in inferno eſſe ἐξομολόγησιν, confeſſionem, μετάνοιαν, pœnitentiam. Planè tamen nullum eſt, qvod aliqvi dixerunt hanc orationem non eſſe Damaſceni, cum Damaſcenus ſit antiqvior Gregorio Papâ primo, ad cujus preces ſalus Trajano defertur, cùm ex Joanne Patriarcha Hieroſolymitano, qvi ejus vitam deſcripſit, manifeſtum ſit, Damaſcenum ſub Leone Iſauro Iconomacho floruiſſe, ſub Gregorio ſecundo,

2011 Ministerio de Cultura

cundo. Auctoritas ergo hujus orationis, cùm Damasceni non sit, non tanti fieri debet.

Oecumenii item, & Zonaræ, & Maximi Planudæ auctoritas tantùm Xanthopuli sententiam exponunt, qvi de hac re cùm malè senserit, malè etiam sensisse Xanthopulum ejusdem farinæ hominem necesse est. Et expositio Oecumenii insulsissima est. DEus enim non exeo qvod qvisqve facturus est, sed exeo, qvod re ipsa fecerit sententiam fert. Et profectò divinæ liberalitatis beneficium nullum esset, si exeo qvod aliqvis acturus erat, judicandus est.

Nicetas qvid senserit, clarum est: cùm ipse dicat sancto- 273
rum animas ac piorum tantùm fuisse liberatas, probétqve testimonio Chrysostomi. Εσωσε δὲ Χριστὸς εἰς ἅιδου πάλιν οὐ πάντας, ἀλλὰ μόνους τοὺς πιστεύσαντας, ὁ δὲ Χρυσόστομος ἰσχυρίζεται, ὅτι οὐδένα ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ἅιδῃ σέσωκεν, μὴ ἄξιον σωτηρίας ὄντα, ὅτε ἀπέθανεν. *Enimverò Christus in infernum descendens non omnes, verùm eos solos qui crediderunt salvos fecit. Chrysostomus ipse affirmat, neminem in inferno à Christo salutem accepisse, nisi qui salute dignus esset, cùm ex hac vita discessisset.* Et ad fabellam illam de Platonis salute minimè animum advertit.

Gregorii Nazianzeni verba dubia sanè, nullo modo sententiam dubiam faciunt. Neqve enim ipse dubitavit num Christus apud inferos omnes absqve ulla exceptione salvos fecerit, an eos dumtaxat, qvi crediderunt: sed solùm qvid in eo mysterio inqvirendum, meditandumqve esset, proposuit. Planè namqve ipse sciebat neminem absqve fide DEo placere potuisse. Nec aliam fuisse Nazianzeni mentem colligi etiam potest ex Georgii commentario in eundem locum. Οὕτω, scribit, καὶ εἰς ἅιδου κατερχομένῳ τῷ λόγῳ συγκάτεισιν, οὐκ ἐπὶ κακῷ δῆλον, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἐρευνῆσαι, καὶ μαθεῖν τὸ μυστήριον τῆς εἰς τὸν ἅιδου τοῦ θεοῦ συγκαταβάσεως, καὶ τῶν ἐκεῖσε γνωρίμων τε, καὶ ἐπιτελουμένων τὸν ὑπερφυᾶ διδαχθεὶσαν λόγον. *Et cùm ad inferos descendenti verbo unà descendit, neque ad malum*

2011 Ministerio de Cultura

lum, ut patet, sed ut disquirat, conspiciatque DEi in infernum descensus arcana, & eorum quæ ibi peraguntur, atque perficiuntur, supernaturalem rationem edoceatur.

274 Anastasio Antiocheno satisfaciam, si dicam, qvæstiones illas, * qvæ sub ejus nomine circumferuntur, non omnes esse Anastasio adscribendas. Opus etenim inordinatum, ac varium lectores ipsi pro arbitrio, aliis additis, aliis detruncatis, immutarunt, & dum legerent, qvidqvid notatu dignum occurrebat in margine, vel alibi ascripsere. Exscriptores deinde additamenta illa notha, ac si legitima essent, dum exscribunt, in textum referunt, & Auctoris sanè maximi opus eruditum, ac verâ sapientiâ plenum, invertunt. Exempli loco illud tantùm sit; cùm Anastasius ab aliis sanctis Patribus plura acceperit, aliiqve Patres posteriores ab Anastasio, vel ab aliis, ex qvibus etiam Anastasius sua mutuati fuissent, lector memoriæ adjuvandæ gratiâ adnotavit sententiam illam esse & Maximi Monachi, & Joannis Climacis, sive etiam Nicephori Constantinopolitani. Exscriptor deinde nomina illa, qvasi ab Anastasio, vel à qvæstionum auctore indicata fuissent, in copia apposuit. Et Turrianus gravissimus vir se vidisse exemplar Messanense tradit, in qvo qvædam ex illis nominibus non legebantur. Qvod dicimus de nominibus, de sententia, & rebus ipsis dicendum est. Neqve melius habitæ sunt hæ Anastasii qvæstiones, ac illæ, qvæ sub Athanasii nomine ad Antiochum, & Justini Martyris ad orthodoxos. Qvare fabulosa de salute Platonis, & prædicatione Christi, qvæ inter eas leguntur, non convincunt, ea fuisse
275 ab Anastasio scripta, vel dictata. Nec dubito ab sciolis qvibusdam sancto fuisse annexa, cùm nec inter se conveniant, neqve cum aliis ab eodem patre aliis in locis expositis.

Locus

* Qvæstiones & responsiones XCIII. primum latinè sub Anastasii Nicæni nomine edidit Gentianus Hervetus, ex cujus interpretatione leguntur in antiqvis Bibliothecis Patrum. Deinde qvæstiones CLIV. Græce & latine vulgavit Jac. Gretserus Ingolstad. 1617. 4. sub nomine Anastasii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni qvi A. C. 599. diem obiit. Ex Gretseri versione recusæ sunt in Bibliotheca Patrum novissima Lugdunensi Tomo IX. Sed novâ confusione animadversiones Interpretis verbis Græci scriptoris permixtæ sunt.

2011 Ministerio de Cultura

Locus omnium difficillimus est D. Petri, y) in qvo exponendo multi insudarunt, an Doctoris mentem sint assecuti, in dubio est. Ne varias aliorum hîc expositiones aggeram, eam solùm in medium adducam, qvæ verba illa de descensu Christi ad inferos interpretatur, qvæ & sanior esse videtur, & communior. Ait namqve D. Petrus, Christum suâ morte, cùm ad inferiores partes terræ perveniisset, spiritibus, justis videlicèt, qvi ibi in sinu Abrahæ detinebantur, prædicasse, manifestasse videlicet suam Incarnationem, & qvanam ratione illorum redemptionis, ac restitutionis in integrum causa fuisset, idqve præconis ad morem clarè, & sonore intonuisse justis omnibus, & maximè iis qvi pervicaces & obstinati cùm Noë arca appararetur, sed DEi longanimitate, ac patientiâ in bonam frugem conversi, commissorum delictorum pœnitentiâ peractâ in sinum Abrahæ delati similem Christi descensum anxiè expectabant, qvo illis beata vita impertiretur. Scio variè ab aliis locum hunc explicari, hæc tamen sententia mihi verbis conformior, & textui Scripturæ aptior videtur. Non ait ergo Petrus Christum in inferno omnibus ibidem contentis se ipsum manifestasse, sed sanctis & justis tantùm. Qvinam autem isti fuerint, non adeò dignosci facilè possunt, 276
cùm in tanta malorum illuvie hominum animis refractariis, qvando & DEi tolerantia, ac summa humanitas indignata excidium omnibus sine ulla spe salutis minitaretur, inventi sint aliqvi, qvi errorem agnoscentes, & ex animo detestantes, ac pœnitentiam agentes iram DEi averterint, & misericordiam consecuti non in corporibus, ac facultatibus, qvæ veluti causas tanti mali ingentes aqvarum voragines absorpserant, in sinu Abrahæ recepti fuerint. Ne damnemus ergo tempora, licèt infeliciissima, ne homines omnes unâ lance dimetiamur, ac reprobemus. Novit enim Dominus expectatoribus suscitare semen Abrahæ, genus electum, pium, sanctum. Qvod si tempore dilvuii factum est in tanta rerum omnium angustia, multò magis aliis etiam temporibus,

y) 1. Petr. III. 19. ad qvem locum præter interpretes confer si placet Petavium XIII. 18. dogm. Theol. de incarnatione, & D. Tho. Ittigi τῦ μακαρίτυ diss. de Evangelio mortuis annunciato.

2011 Ministerio de Cultura

cùm non ita craſſatur iniqvitas, fiet. Videat ergo Xanthopulus num benè intellexerit Petrum, qvi non ſanctis, ſed damnatis ſcribit Chriſtum prædicaſſe, & ex illis omnes, qvi crediderant, liberaſſe.

Illa præterà Synaxarii verba conſideranda ſunt. Sanctorum animas, ait, ab inferorum domino violenter cuſtodiâ mancipatas liberavit, τὰς δὲ ψυχὰς τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων βιαίως κρατουμένας ὑπὸ τὸν ᾅδου ἠλευθέρωσε. Error fuit Origenis, & aliorum ab Euſtathio Antiocheno reprobatus, qvo aſſerebatur, non tantùm damnatorum, ſed juſtorum etiam animas
277 in inferno ſub poteſtate dæmonis z) fuiſſe. Vide qvæ nos tractatu noſtro de de Engaſtrimytho cap. 7. & 12. pro Catholica veritate tuenda adduximus. At dum in Beatis illis, qvi in ſumma mentis tranqvillitate qviescebant, nullis doloribus, nullis anguſtiis obnoxii, perfectam beatitudinem, qvæ in viſione DEi erat, expectantes, vim ab inferorum domino aſſeris, injuſti dæmonis in illas facultatem, & dominium, illudqve violentum inſinuas. Hoc eſt non in ſinu Abrahæ, ſed in crudeliſſimi animarem hoſtis ergaſtulo commorari, & Origenis errorum perpetuis tenebris damnatum, nunc demum in lucem ab orco evocare.

IV. Qvartum in libro animadvertendum eſt, ex verbulo malè edito ingentem Divæ Virgini injuriam appingi. Qvod niſi viderem ſæpiùs repetitum, ſemperqve eodem cum errore prolatum, veluti correctorum oſcitantiâ intruſum negligerem. Carmen eſt Joannis Damaſceni, ſive Joannis Ardæ in Pentecoſtem ad ipſam Virginem pag. 172. a. f. χαίροις ἄνασσα μητροπαρθένων κλέος. *Salve Regina*, *Matri-virginum gloria*. Eodem modo legitur & pag. 190. a. m. pag. 134. a. p. pag. 250. b. m. & qvotieſcunqve carmen illud repetitur, ſemper Virgo, *Matri-virginum* gloria eſt. Typographi in uno vel alte-

z) Atqvi in verbis Synaxarii animæ juſtorum non dicuntur detentæ à dæmone, ſed tantum παρὰ τῷ ᾅδῃ, hoc eſt in loco & ſtatu à perfecta beatitate & viſione beata DEI ſejuncto, limbum Patrum Eccleſia Latina appellat.

2011 Ministerio de Cultura

altero loco errare potuerunt. Cùm verò ubiqve ita legatur, errorem in verbis ineſſe dicendum eſt : eoqve præcipuè qvòd in aliis etiam editionibus ita habeatur , ut in editione Spinelliana anni 1600. Unam inter mulieres *Matri-virginem*, novi Divam Virginem , præqve ea ſola nulla alia eſt , illa enim ſola Chriſtum peperit , & Virgo & Mater nobis innotuit. Titus Boſtrenſis : Ηπίςησε κὴ αὐτὴ οὐχ ὑπεβλήθε δὲ τῷ τῆς ἀπιςίας πάθει κὴ τῆς Ζαχαρίας, διότι ὁ μὲν εἶχε πολλὰ τῆς γη-ρ. δείγματα τῆς ἐν γήρᾳ παιδοποιΐας τ Σάῤῥαν Ρεβέκκαν, τ Ραχὴλ, τὴν Ανναν, ἡ δὲ παρθένος οὐδὲ ἕν. οὐδεμία γὰρ παρθένος ἕως αὐτῆς ἄνδρὸς συνέλαβε κὴ τέτοκεν. λέγε πῶς ἔσαι ταῦτα οὐχ ὡς ἀπίςως ἀντιλέγουσα, εἰλλ' ὡς ζοφὴ ζητῆσα τὸν τρόπον τ λε-γομένου πράγματος. ἐπεὶ οὐδέποτε γέγονε τὸ παρθένον τεκεῖν. ὅθεν οὐκ ἀπιςεῖται, ἀλλὰ διδάσκεται τὸν τρόπον τὸ παραδόξου τόκε. Et : οὐκ οἶδεν ἡ Φύσις ἃ λέγεις. ὅθεν κὴ συγγινώσκε ὁ ἄγγελος. οὐδὲ γὰρ γέγονε πρότερόν τι τοιοῦτον, οὐδὲ μὴ ταῦτα γνώσεται. λέγω δὴ τὸ παρθένον τεκεῖν. Et ille alius : Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, οὐδεμία γὰρ τῆς τοιαύτης χάριτος κοινωνὸς, οὔτε γέγονεν, οὔτε γένεται δυνάται. ἐν γὰρ τὸ θεῖον κύημα, κὴ μία γεννήσασα. *Nec ipſa quidem credidit ; attamen incredulitatis pœnas non ſubiit, quemadmodum Zacharias , hic etenim multa in ſenecta parturitionis habebat exempla , Sarram , Rebeccam , Rachel , Annam : Virgo verò nullum penitus , nulla quippe ante eam virgo ſine viro concepit, & peperit. Dicit , quomodo erunt hæc , non quòd fidem non præbens , ſeſe opponens : ſed veluti prudens , modum de re , quæ agebatur , inquirens. Quandoquidem nunquam id evenit , ut virgo pareret. Quare non reprehenditur , ſed modum partus admirabilis edocetur.* Et : *Quæ tu aſſeris , naturæ non novit , hinc Angelus condonat , neque enim anteà ſimile quidpiam factum eſt , nec poſterum in tempus futurum fiet , Virginem , inquam parere.* Et alius in Lucam , Benedicta tu in mulieribus. *Nemo enim tantæ gratiæ particeps facta eſt , nec fieri poteſt. Divinus ſiquidem partus unus eſt, & quæ generavit , una.* Græci etiam in Paracletice canunt: ὦ θαύματος καινοῦ πάντων τῶν πάλαι θαυμάτων, τίς γὰρ ἔγνω μητέρα ἄνδρὸς ἄνευ τεκοῦσαν ; *O admirandum novum vetera omnia mirabilia exuperans , quis enim novit matrem , quæ ſine viro generavit ?* Et: μία

2011 Ministerio de Cultura

ποία μήτηρ ἠκούθη παρθένος; ποία δὲ παρθένος μήτηρ ἐγνωρίθη, πάντα τὰ σὰ θεοτόκε θαυμάσια. *Quæ mater audita est virgo, quæ verò virgo mater agnita est? Omnia tua, Deipara, admirabilia.* Et: τῶν γηγενῶν τίς ἤκουσε τοιοῦτον, ἢ τίς ἑώρακέ ποτε, παρθένος ἐν μαστοῖ ῥοῇ ἔχουσα, καὶ αἰωδυνίως τὸ βρέφος ἀποτεκοῦσα. Τοιοῦτον ἐστὶ τὸ θαῦμα. *Quis mortalium simile audivit? aut quis unquam conspexit? Virgo inventa est in utero habens, eademque sine dolore filium peperit, tale est tuum miraculum.* Et: Φοβερὸν τὸ μυστήριον, καὶ τὸ θαῦμα θαυμάσιον, πῶς ἡ παρθένος τὸν κτίστην τῶν ἁπάντων ἐβάστασε, καὶ μετὰ τόκον, πάλιν σῶα καὶ παρθένος διέμεινε. *Terribile mysterium, & miraculum admirandum, quomodo Virgo creatorem omnium gestavit, & post partum rursus integra & virgo permansit.* Et: Ἐκ θείου τόκου σου ἀγνὴ πᾶσαν φύσεως τάξιν ὑπερβαίνει τὸ θαῦμα, θεὸν γὰρ ὑπερφυῶς συνέλαβες ἐν μαστοῖ, καὶ τεκοῦσα μένεις ἀεὶ πάρθενος. *Divini partus tui, ô pura, omnem naturæ ordinem miraculum superat, DEum enim supra naturam concepisti in utero, & postquam generasti permanet semper virgo.* Qvid plura! δέσποινα ἐν μήτρᾳ τὸν νομοδότην
280 καὶ βασιλέα Χριστὸν συλλαβοῦσα μητροπάρθενε. *Domina in utero legum datorem, & Regem Christum concipiens sola mater, & virgo.* Et: ἐκ σοῦ γὰρ ἐσαρκώθη ὁ λυτρωτὴς τοῦ κόσμου, μόνη γὰρ ὑπάρχεις μήτηρ, καὶ παρθένος. *Ex te enim carnem assumpsit Servator mundi, sola etenim es mater & virgo.* Et: σὺ γὰρ μόνη γέγονας ἐν γυναιξὶ, καὶ μήτηρ, καὶ παρθένος, καὶ σὺ μόνη πάναγνε ἐγαλούχησας τὸν ζωοδότην. *Tu enim sola inter mulieres facta es & mater, & virgo, & tu solâ, ô purissima, lactasti filium vitæ datorem.* Et: ὦ θαῦμα τῶν ἁπάντων θαυμάτων καινότερον, ὅτι παρθένος ἐν μήτρᾳ, τὸν τὰ σύμπαντα περιέποντα ἀπερισπάστως συλλαβοῦσα οὐκ ἐστενοχώρησεν. *O miraculum miraculorum omnium novissimum, quod virgo in utero omnia continentem sine commercio viri concipiens non angustiavit.* Qvare omninò Joannes scripserat, χαίροις ἄνασσα μητροπάρθενον κλέος. *Salve Regina Matri-virginalis gloria.* Ipsa enim sola audit Matri-virgo, & à Græcis sæpissimè alibi dicitur μητροπάρθενε. Et in editionibus Aldina, Basiliensi, Parisiensi μητροπάρθενον, *Matri-virginalis* legitur. Eandem lectionem agnoscit Gregorius Metropolita Corinthi, & Eustathius Thessalonicensis, qvi ea carmina exposuerunt. Necnon Marcus Eugenius in Paraphrasi, χαίροις ὦ δέσποινα κλέος καὶ ἄκουσμα μητροπάρθενον. Undenam ergo in libris Græcorum tantus error irrepsit?

V. Qvin-

2011 Ministerio de Cultura

V. Qvintum est de processione Spiritus sancti. Licèt enim de illa Græci sæpissimè sermonem instituunt in hoc libello, nunqvam tamen hæresim nobis apertè ingerunt, dicunt namqve Spiritum sanctum à Patre procedere, an à Filio pro- 281
cedat, silent. Qvod dum non negant, expressè in ea locutione damnandi non sunt. Vera enim dicunt, & abstrahentium non est mendacium. Item, ut notant viri doctissimi, qvod singulariter uni divinæ personæ tribuitur, id etiam convenire alteri intelligitur, nisi sit illud, qvod ab altera persona distinguitur. Pater verò non distinguitur à Filio per hoc, qvod ab eo procedit Spiritus sanctus, non enim eâ ratione opponitur Filio relativè, & ita subintelligenda sunt eorum omnium loca, qvi Spiritum sanctum, à Patre, nullâ facta mentione Filii, procedere asserunt, præsertim si diversis verbis enuncient eodem in loco, vel alibi, Filium habere omnia, qvæ Pater habet, præter ἀγεννησίαν, *innascibilitatem*. Verùm processionem Spiritus legentibus ita proponere à Patre, ut ab ea Filius excludatur, & solus Pater esse dicatur principium Spiritus, aperta hæresis est, & condemnata in Concilio Florentino. Habetur tamen in Synaxario Feriæ secundæ post diem Pentecostes, p. 248. b. f. ἁπλῶς ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ & ὁ υἱὸς πλὴν τ ἀγεννησίας καὶ τ γεννήσεως, ταῦτα μόνου τ πατρὸς ἐπιφθόμθον. *Simpliciter quæcumq; habet Pater, & Filius, præter paternitatem, & filiationem à solo Patre procedens.* Dicent verbum illud, *solo*, in Spinelliana, & aliis editionibus non haberi. Et de hoc sanè dolendum est, qvo jure homines temerarii tantùm audeant, ut præter Ecclesiæ Græcæ morem, & Auctorum sententiam, 282
non leviuscula & puerilia, sed hæreses in Conciliis damnatas ad fallendum Christianorum animos, appingant. Si in Autographo Xanthopuli scriptum esse contendant, qvod verisimile est, cùm ipse illius opinionis fuerit acerrimus assertor, qvanam ergo ratione Spinelliani correctores omiserunt? sed sive sit in Autographo, sive secus, cùm in editis habeatur, & hæreticum sit, omnino expungi debet.

EJUS-

2011 Ministerio de Cultura

EJUSDEM DE PARACLETICE.

283 NEqve fortunatius accidit Paracleticæ, qvi est tertius liber examinandus. Namqve cum liber esset exiguus sub Octoëchi a) nomine â Joanne Damasceno compositus, subsecutorum Græcorum nimis onerosa pietas plurimis additis, librum in molem, qva est, succrescere fecit, & novam Octoëchum compellavit. Forte etiam à Josepho Melodo compilata est. Habeo ex Acrostichide sabbati octavi Tomi, τῆς ὀκτοήχου τῆς νέας θεῖον τέλος, πόνοι δὲ Ἰωσήφ. *Octoëchi novæ divinus finis, labores vero Josephi.* Dicitur præter alias causas παρακλητικὴ, qvod tota sit in DEo, sanctisqve exorandis, divinoqve sibi auxilio, variis supplicationibus, & Christi, & Virginis, & aliorum Sanctorum intercessionibus impetrando.

Multi multa in ea reprehenderint, sed imperite, & satis calumniose. Non omnia hic referemus, uno, vel altero discusso, nostrum in eam subjiciemus examen; paginæ respondent Paracleticæ, correctæ à Nicephoro Paschaleo, editæqve Venetiis apud Antonium Pinellum anno 1625.

284 I. Primùm fuerit locus ex pag. 43. b. 1. f. in qvo partus Virginis λοχεία vocatu. κάμινος ποτὲ μὴ φλέξασα τοὺς παῖδας τὴν σὴν λοχείαν προεικόνιζεν παρθένε. *Caminus aliquando, quæ pueros non exussit, tuum, Virgo, partum præfigurabat.* Et p. 50. a. 1. m. μέγα καὶ φοβερὸν ὑπάρχει θεομῆτορ τὸ σῆς λοχείας τὸ μυστήριον. *Magnum & horribile est, DEi mater, tui partus arcanum.* Pag. 84. b. 2. f. νόμος διετράνωσαν εἰκόνες τὴν σὴν φοβερὰν λοχείαν θεονύμφευτε. *Legis manifestarunt imagines tuum horribilem partum, DEo desponsata.* Qvomodo enim λοχεία, qvæ universam puerperii ægrotationem, & molestiam, ut sunt sangvinis proluvies, secundæ, dolores, debilitates,

a) Confer quæ de Octoëcho & Paracletice dicta sunt supra p. 64. 68. seq.

2011 Ministerio de Cultura

bilitates, aliáque parturientium inquinamenta Virgini apponemus, à quibus illius diviniſſimum partum fuiſſe alienum teſtantur Patres b) Hieronymus adverſus Helvidium in 2. quæſt. Cyprianus ſive quivis alius vetuſtus Author, ſermone de Nativitate Domini, Fulgentius ſermone 2. in Nativitate Domini, Leo Papa ſermone 2. in Nativitate, Zeno Epiſcopus Veronenſis ſerm. 3. Epiphanius lib. 3. contra hæreſes in fine. Vocem ſic interpretatur Zonaras in Can. 79. Trullanum: λοχεία δέ ἐστιν ἡ μετ' ὠδίνων τῶν βρέφους ἀπότεξις, καὶ ἡ τῶν αἱμάτων ἀκόλουθος ῥύσις, ὧν μὴ παρεφθῶμεν τὴν θεοτόκον πιστεύομεν. *Eſt verò puerperium emiſſio fœtus, quam doloris ſenſus, & profluvium ſanguinis comitantur, quibus quidem malis nullatenus obnoxiam fuiſſe Deiparam credimus.* A Zonara ſua exſcripſit Matthæus Blaſtarius in Nomocan. lit. k. cap. 8. ideóque canon Trullanus ἀλόχευτον τόκον nuncupavit Virginis partum. 285
Quare coctam ſimilam ſibi invicem ſolitam impertiri, honoris ſcilicet, prætextu ſecundinarum impollutæ Virginis, fidelibus prohibuit. Videſis eumdem Canonem, & in eum Zonaram, Balſamonem, Blaſtarium: à quibus non longè abeſt Alexius Ariſtenus: οὐκ ἔστι τοῦτο τιμὴ τῇ παρθένῳ, τῇ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τὸν ἀχώρητον τεκούσῃ λόγον σαρκὶ ἐκ τῶν κοινῶν τε, καὶ καθ' ἡμᾶς τὰ κατὰ τὸν ἄφραστον αὐτῆς τόκον ὁρίζειν ὑποχράφειν. Διὸ ὅτο εἴτις μετὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν γεννήσεως, σεμίδαλιν εὐρίσκεται ἕψων, καὶ ταύτην παρέχων τισὶ προφάσει τιμῆς δῆθεν λοχιῶν τῆς ἀχράντου παρθενομήτορος· εἰ μὲν κληρικός ἐστι καθαιρεθήσεται· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορισθήσεται· ἀλόχευτον γὰρ ὁμολογοῦμεν τὸν ἐκ τῆς παρθένου θεῖον τόκον, ὡς καὶ ἀσπόρως συσάντα. *Non eſt honor hic Virginis, quæ ſupra omnem rationem, & intellectum, verbum quod nullus locus capere poterat, in carne peperit, & ex communibus, & nobis accidentibus, inenarrabilem illius partum determinare, ac circumſcribere. Quapropter qui poſt diem ſanctæ Chriſti veri Dei noſtri nativitatis ſimilam coxerit, & cùm altari exhibuerit, c) quaſi honorem deferens ſecundinis impollutæ Virginis Matris, ſi Clericus eſt, deponatur: ſi laïcus, excommunicetur. Abſque enim ullis ſecundinis divinum ex Virgine partum, ut quæ ſine ſemine fuit, confitemur.* Proclus Patriarcha Conſtantinopolitanus oratione de Incarnatione, ὠδῖνα ἀλόχευτον, *ſine puerperio puerum.*

b) Adde Petav. XIV. 6. dogm. Theol. de incarnatione, & Suicerum in λοχεία.
c) Hinc fortaſſe dicti *Semidalitæ*, de quibus Damaſcenus hæreſi 86.

2011 Ministerio de Cultura

286 *rum.* Et quod magis est Paracletica ipsa pag. 124. a. 1. m. τίς μὴ μακαρίσῃ σε παναγία παρθένε; τίς μὴ ἀναμνήσῃ σου τὸν ἀλόχευτον τόκον; *Quis non beatam te dicet, sanctissima Virgo? quis non laudibus extollet tuum sine puerperio partum?* Et hæc quamvis sana, non tamen ea sunt, quæ in pejorem partem rapere verba Paracletices faciant. Licèt enim in Virgineo partu nullum sanguinis profluvium, nulla secundarum eruptio, nulla tunicarum ruptio, nullus dolor, nulla molestia, nullum inquinamentum; non ideò tamen negare possumus verè, ac propriè λοχείαν ejus partum dici, cùm λοχεία nihil aliud sit, quàm partus ipse, vel actus pariendi, quemadmodum & λόχευμα, qui naturaliter, & in aliis mulieribus non potest sine similibus inquinamentis, atque immunditiis fieri: in Virgine verò aliter factum est, cùm præter naturam gigneret. Et quemadmodum λοχεία reliquis mulieribus omnia jam dicta incommoda affert, ita & partus. Quare si propter ea in Virgine λοχεία neganda est, propter hæc eadem & partus, & fœtus, & gignere ipsum, & parturire neganda sunt; nusquam enim id accidit sine sanguinis profluvio, & reliquis recensitis: at cùm in Virgine nihil immundum, neque molestum cùm pareret, evenerit, ideò partus illius partus dicitur, licèt immaculatus, & à purgamentis omnibus alienissimus. Jubet porrò Canon Trullanus partum similem dici ἀλόχευτον, non quòd ἄνευ λοχείας factus est, verè enim Virgo peperit, sed ut morem illum de coquenda si-
287 mila malè introductum ex animo fidelium evelleret. Sic Concilium Ephesinum prohibuit, ne Virgo diceretur Christipara, ut hæresim Nestorii condemnaret, cùm verè illa Christipara sit, verè enim Christum genuit: non ideò tamen negamus illam genuisse Deum. Ideò ne plura hîc referam, λοχείαν istam ferè utplurimùm cum annexo aliquo, quod eam ab humanis aliis partibus separat, profert, ut in exemplis allatis vidimus. Et pag. 117. b. 1. p. ποῦ μοι τὰ εὐαγγέλια, βοῶσα σὺν δάκρυσι; ποῦ ὁ τὸ χαῖρέ μοι λέξας; ποῦ ἡ λοχεία ἡ ἄφθορος; ποῦ Πέτρος ὁ φίλος; *Ubi sunt mihi boni nuncii, cum lacrymis inclamans? ubi qui mihi dixit Ave? ubi partus quem verbis assequi non possumus? ubi Petrus amicus?* Nec alio modo verba Procli intelligenda sunt. Non placet? Habeant qui obviis quibuscumque nullo prævio examine offenduntur, λοχείαν, λοχεύω, unde etiam ἄλοχος, uxor & conjux, primâ sui origine à λέχος,

2011 Ministerio de Cultura

λέχω, quod est lectum deduci. Rectè itaque Proclus & alii vocant ἀλόχευτον τόκον, hoc est partum lectum non expertum, hoc est sine semine viri, qui scilicet parentem nullum hominum agnoscit. Hîc non nemo adnotavit ἄλοχος γυνὴ, γαμετὴ κατ' ἐξήτασιν ἔτι ἄν, οἱονεὶ ὁμόλεχός τις οὖσα, & apud Platonem, virginem quæ nondum peperit, quasi ἑτέρου λέχους ἄπειρον. Virgo enim sola est, quæ filium peperit ἀπειρόγαμος, ἀπειρόζυγος, ἀπείρανδρος, πεῖραν ἀνδρὸς μὴ δεξαμένη, quæ nullo cum viro consuevit cubilibus, quæ non ex concubitu gravida facta est, quæ cum homi- 288
nem non habuit, quæ corpus cum corpore non aluit, quæ non dedit operam in lecto. Annon rectè hujusce partus, qui verè λοχεία est, & dicitur, ἀλόχευτος etiam ob sui admirabilitatem dicetur? sanè Procli illud ὠδῖν ἀλόχευτος cautiùs emolliendum erat: quomodo enim vexationem & dolores ipsos partus ἀλόχευτον vocat? An dolor sine dolore esse potest? an vexatio partus sine molestia? & tamen fatetur dolorem, qui tamen sit ἀλόχευτος, *sine cura puerperii*, ut explicant, quod pejus fuisset, Virginem in partus molestia & ægritudine sine ulla cura puerperii derelictam. Et ὠδῖνα illud vertere *puerum* * ex ingenio est. Scio Proclum orat. in S. Pascha vocasse τόκον ἀνώδυνον, parturam partus doloribus minimè obnoxiam. Sed hoc quid ad ὠδῖνα; Mens itaque divini Patris ea est ὠδίν, partitudo nempe, sive enixus, nullo animi, vel corporis in Virgine tantùm cruciatu fuit ἀλόχευτος, quod Methodius Patarensis oratione elegantissimâ in Hypapante dixit, τόκον ἀμόλυντον, καὶ καθαρσίων ἀνεύθυνον, *partum impollutum, & purgamentis minimè obnoxium.* λοχείαν ὑπερφυῆ, *puerperium supernaturale.* ἄσπορον, *sine semine.* ἀγεώργητον καρπὸν, *fructum sine ulla cultura.* Et Virginem, τὴν ἀφθόρως ἐγκυμονήσασαν, καὶ ἀφράστως ἀποκυήσασαν, *quæ sine corruptione conceperat, & ineffabiliter pepererat.* μητέρα ὑπὲρ φύσιν καὶ τόκον ὑπὲρ λόγον, καὶ λόχον ἀπειρόγαμον, *Matrem supra naturam, & fœtum supra omnem rationem, & puerperam nuptiarum expertem.* γαστέρα οὔτε προανοιγεῖσα, οὔτε προενσπερματισθεῖσα, *uterum neque priùs apertum, neque anteà semine conspersum.* Nec 289
longè est Isidorus Peluslota Catenâ Græcâ in Lucam: τὸ σπέρμα τῆς γυναικὸς, ὃ ἐχθραίνειν τῷ ὄφει προσέταξε θεὸς, ὁ κύριος ἡμῶν

* Leg. *partum.*

2011 Ministerio de Cultura

ὄϛιν Ιησοῦς· αὐτὸς γὰρ σπέρμα γυναικὸς μόνος γέγονεν μὴ σπερματισάσης, καὶ τῆς ἁγνείας μὴ μειωθείσης. *Semen mulieris, quod odio proſequi ſerpenti Deus imperat, Dominus noſter eſt Jeſus. Ipſe enim ſemen mulieris ſolus factus eſt, cum illa ſemen non emiſerit, neque caſtitas imminuta fuerit.* Non itaque partus Virginis malè λοχεία dicetur, ſi ut fuit, intelligatur, neque propter eam vocem Paracletice condemnanda, cùm quid ipſa eo nomine velit, pag. 183. a. 1. m. Φυγοῦσαν τὰς ὠδῖνας τὰς μητρικὰς τῷ καιρῷ τῆς λοχείας. *Quæ effugerat dolores maternos tempore puerperii:* & pluribus aliis in locis, ad faſtidium apertiſſimè indicet, & nimis moroſi videntur, qui propter ſimilia verba eam convellunt.

II. Alterum fuerit in hoc libro plurima Virgini tradi, quæ nullâ ratione ad eam pertinent, nec etiam ſi velit ex ſe efficere poterit. Inter alia pag. 155. b. 2. f. Θεοτόκε ἡ βεβαία προστασία, καὶ ἐλπὶς χριστιανῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ φρικτῇ πρόσιθί μοι ἐπταικότι πολλὰ, καὶ ῥῦσαι μετῆς γεέννης τῆς φοβερᾶς, προβάτοις με δεξιοῖς ἀριθμήσασα. *Deipara ſtabilis protectio, & ſpes Chriſtianorum in die horrendo adiuva me, qui in multis lapſus ſum, & libera me à terribili geenna, inter oves me dexteras collocans.* Verum eſt, beatam Virginem unicam Chriſtia-
290 norum ſpem, Chriſtanis opem ſemper, dum vivunt adiutabilem, ferre. Sed quis neſcit poſt hanc vitam, & potiſſimum in die illo tremendo, cùm jam omnes ſive boni, ſive mali pro merito ſua habent, nullam illi, quod nec etiam Chriſtus ſibi reſervavit, facultatem eſſe, vel à geenna liberandi, vel quos ſiniſtra ſibi ſurripuit, inter dexteros collocandi? Ingens eſt potentia Virginis, ſed non eſt ea, quæ Filii ſui potentiam excedat. Pag. 180. b. 1. p. σπλαγχνίσθητι παρθένε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ πταισμάτων δώρησαι τὴν ἄφεσιν τοῖς προσκυνοῦσιν αὐτὸ τὰ πάθήματα. *Miſerere noſtri Virgo, & delictorum concede remiſſionem iis, qui adorant illius paſſionem.* Remittere peccata ſolius Dei eſt, vel cui ipſe facultatem conceſſit. Quanam ergo ratione Virgo remittere peccata dicetur?

Verumtamen nimis apertè iſtiuſmodi homines calumniosè ſe gerunt. Senſus ſiquidem Græcorum in inuocanda Virgine ex eadam Paracletice innumeris in locis patet, qui eam aſſiduè exorant, ut ſuâ ipsa interceſſione apud Filium ſimilia aliáque impetret. Rogant ergo, ut ipſa remittat, & liberet à geenna, ut ſcilicet intercedat apud Filium, ut ipſi à geenna liberentur, & peccatorum

2011 Ministerio de Cultura

torum remiſſionem conſequantur. Evolvantur ſingulæ paginæ, non aliam Græcorum in talibus exorandis eſſe mentem, cùm manifestò interceſſio Virginis ubique interponatur.

III. Quibusdam etiam illud non benè olet, pag. 77. a. 1. p. ἐν τάφῳ σωματικῶς, ἐν ᾅδῃ δὲ μετὰ ψυχῆς ὡς θεός. ἐν παραδείσῳ δὲ 291
μετὰ λῃστοῦ, καὶ ἐν θρόνῳ ὑπῆρχες Χριστὲ μετὰ πατρὸς καὶ πνεύματος πάντα πληρῶν ὁ ἀπερίγραπτος, ſonant. *In monumento cum corpore, in inferno verò cum anima, ut Deus; in paradiſo cum latrone, & in throno eras Chriſte cum Patre, & Spiritu omnia complens, qui es incircumſcriptus.* Videntur enim hæreſim Apollinarii, & Seueri ſapere.

Dicimus verba hæc non eſſe recentioris alicujus, & ex fæce hominum nati, ſed ſancti, & in Eccleſia Catholica Scriptoris probatiſſimi, de quo nulla unquam ſimilium hæreſum vel levis ſuſpicio fuit: Joannis, inquam, Damaſceni, qui Troparium illud inter alia multa confecit, nec in iſto loco tantùm, ſed alibi etiam ſæpiſſimè canitur, ut videre eſt in Octoëcho, Ode 1. quarti toni; & Diaconus ante Miſſam poſt oblationem, ſacram menſam incenſans hæc eadem recitat. Quòd ſi fides aliqua adhibenda eſt rumori publico, ac famæ, quam refert Auctor vitæ ſancti Coſmæ Melodi, Troparium hoc non ipſo Damaſceno meditante, ſed Spiritu divino dictante compoſitum fuit. Καὶ κατηχηθέντες πρεπόντως τοῦ θείου κατηξιοῦντο βαπτίσματος. τί ἔτι; πέρας εἶχε τὰ τῆς ἡμέρας. ἐφίστατο νύξ· σφομναὶ σιωπῇ θεῖς εἶχον αὐτὰς, καὶ ὁ ὕπνος ἠρέμα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἐπενήχετο, καὶ νεανίαν ὁρῶσιν ἡλιακῆς ἀκτῖνος μᾶλλον ἀστράπτοντα, ὃς καὶ ὀνομαστὶ προσκαλεσάμενος τούτους δυσὶ καλλίστοις πυξίοις ἐδεξιώσατο, κατ' ὀδὲν οἶμαι, τῶν Μωσαϊκῶν ἐκείνων ἀτιμοτέροις πλακῶν. πλὴν ὅσον αἱ μὲν ὕπαρ, τὰ δὲ ὄναρ τούτοις ἐδί- 292
δοντο. εἰ δὲ καὶ χειρὶ μὲν ἐκείνας δεσποτικῇ, τὰ δὲ ὑπηρέτιδι, ἀλλ' ὁ δοτὴρ ἀμφοῖν ὁ αὐτός. κἂν τὰς μὲν αὐτοπροσώπως, τὰ δὲ δι' ἀγγέλου θείου παρείχετο, ἔδοξεν οὕτω ἀναπτυχθῆναι ταῦτα. καὶ μήτοι, ἢ ἀνεπτύσσοντο καὶ ὁ μὲν μέγας Κοσμᾶς τὸ, ἢ τὸ ἄχετον κεφατοῦσα, καὶ ὑπερῷον ἐν αἰθέρι ὕδωρ ἐγγεγραμμένον ἐφεύρηκεν. ὁ δέγε θεῖος Ἰωάννης, τὸ, ἐν τάφῳ σωματικῶς, ἐν ᾅδῃ δὲ μετὰ ψυχῆς ὡς θεός. τούτων οὕτω γεγωνημένων, ὁ μὲν φανεὶς νεανίας ἐχώρει ἀφανής. οἱ δὲ ἀναστάντες, εὐῳδίας τε πλήρη τὴν οἰκίαν καταλαμβάνουσι, καὶ χαρᾶς ὅτι πλείστης ὑποπλησθέντες, καὶ τὸν διδάσκαλον μεταπεσάμενοι διηγοῦνται τὰ ὀφθέντα,

2011 Ministerio de Cultura

πλὴ μορφὴ ἀναζωγραφοῦσι ξ νεανίου, τὸ τῶν πυξίων πεφιχαλλὲς ἀπαγγέλλουσι τὸ τῶν ἐγγεγραμμένων θυμοτερπὲς καταλέγουσι. καὶ οἱ μὲν διηγοῦνται, ὁ δὲ ἀούων θαυμάζει. ἀλλ' οὕτω μὲν ταῦτα καὶ οὕτως ἔχοντα. *Et cùm uti par erat, de rebus diuinis inſtructi eſſent, ſacro lauacro abluti ſunt. Quid tum? Dies ille finierat, nox aduenerat, & uti moris erat, cubitum eunt, ſomnùsque tranquillè in oculis eorum innatabat. Tum juvenem conſpiciunt radiis ſolaribus ſplendidiorem, qui ex nomine eos compellatos, duabus pulcherrimis tabellis cohoneſtavit, Moſaicis illis lapideis nihilo inferioribus, licèt illæ vigilanti, hæ dormientibus, manu illæ berili, ſeruili hæ porrigerentur; ſed ambarum exhibitor unus idèmque fuit: licèt has præſens ipſe, alias per divinum Angelum exhiberet. Viſum eſt, ut illa legerentur, & legebantur utique. Et magnus quidem Coſmas ἡ τὸ ἄχετον κρατῆσα, quæ illum qua comprehendi non poterat, detinens ſublimem in aëre aquam inſcriptum invenit: At divinus Joannes, illud ἐν τάφῳ σωματικῶς, in ſepulchro cum corpore,*
293 *apud inferos verò cum anima, ut Deus. Hæc ubi ſic evenêre, juvenis ille viſus illicò evanuit, ipſi ſomno experrecti, domum odore plenam deprehendunt, & gaudio quammaximo repleti, aduocato magiſtro viſa enarrant, formam juvenis veluti in pictura exprimunt, tabellarum pulchritudinem proſequuntur: & hi ſanè enunciant, ille audiens in admirationem rapitur. Et hæc quidem hac ratione evenêre.* Quis non horreret iſta verba Damaſcenum, quem Patrem? aut divinum nuncium, de hæreſi reum fieri, & ea præcipuè, quam ipſe non ἐν παρέργῳ, & quaſi aliud agens, pluribus in locis oppugnavit, & cum eo tot alios ſapientiſſimos Patres, d) qui eandem ſententiam iisdem cum verbis expreſsêre: turbarèque Catholicæ Eccleſiæ id idem ipſiſſimis verbis contra recentiorum hæreticorum deliria aſſerentis doctrinam? Annon inter Catholicos certum, probatùmque eſt, poſt mortem, Chriſtum non totum θεάνθρωπον, ut Chriſtophorus Pelargus contendit, non virtute ſuâ tantùm, & effectu redemptionis, ut Bullingerus, & Zuinglius; ſed cum anima, corpore interim in monumento per triduum quieſcente, inferni latebras, ac profunda, non ſepulturam, aut ſepulchrum, ut Bucerus ac Beza ſomniant, non ut damnatorum pœnas exſolueret, divinæ ultionis ſeveritatem ſentiret, & angores, & cruciatus omnibus peccatoribus debitos ſuſtineret, ut Calvinus; ſed ut animas juſto-

d) Apud Petav. X. 8. dogm. Theol. de incarnatione.

2011 Ministerio de Cultura

juſtorum ad illud usque tempus ibidem detentas, non Sodomitarum, & aliorum impiorum, ut Marcionitæ inſaniunt, liberaret; 294
quod nonniſi ut Deus peragere potuit, penetraſſe; indèque rediens reaſſumpto poſt triduum corpore, non apud inferos corpore & animâ relictis, ut Chriſtolytæ aſſerebant, præſcripto tempore in cœlum aſcendiſſe? Chriſtus enim ut Deus, & nulli loco obnoxius uno eodèmque tempore, ut Damaſcenus cecinit, omnia complebat, eràtque in monumento cum corpore, in inferno cum anima, in paradiſo cum latrone, & in throno cum Patre, & Spiritu; quod neſcio quam vel Apollinaris, vel Severi hæreſim ſapere poſſit.

Apollinarius namque, ut Gregorius Nazianzenus ad Nectarium, Nemeſius de natura humana, Theodoretus lib. 4. Hæret. Fabul. Theodorus Raithi Presbyter de divina Incarnatione, Nicetas ad orationem Nazianzeni de S. Baptiſmo, Helias Cretenſis in ejusdem epiſtolam ad Cledonium, Macarius Hieromonachus in Nomocanone cap. 6. & alii narrant, Dominum carnem animâ vitali præditam aſſumpſiſſe dicebat, mentem humanam non admiſiſſe. Neque enim carni illi, quæ Verbo divino gubernabatur, humanâ mente opus fuiſſe. In cujus ſententiam verba Damaſceni, neque per vim, etiamſi omnia immiſceas, trahere poteris. Licèt enim particulam ὡς θεὸς, *ut Deus*, ad animam, quæ in infernum deſcendit, conjungat, nunquam tamen evincas verbis illis aſſeri, Verbum divinum, vel Deum illi animæ mentis 295
loco fuiſſe: & id aſſerere ſummæ ineptiæ, quod nec in lingua Græca tyrones facerent, eſt. Rythmus enim, & Troparii harmonia, ut eo loco potiùs quàm alio verbum illud exprimeretur, poſtulavit; ſecus enim in aliis membris, neque incomptè adaptaretur.

Eòque præcipuè quòd hæc eadem ſententia in aliis etiam Patribus habeatur, ex quibus aliqua, ut meliùs Damaſceni ſententia intelligatur, excerpamus. Athanaſius de Incarnatione Chriſti: *In Chriſti quoque morte idipſum patet, corpore non ultra ſepulchrum delato, animâ ad inferos penetrante locis ingenti intervallo diſcriminatis. Sepulchro quidem id quod corporeum erat, quia ibi corpus aderat, recipere; inferno verò id quod incorporeum fuit. Quâ ratione igitur factum eſt, ut cùm Dominus adeſſet incorporaliter, pro homine à morte*

2011 Ministerio de Cultura

te sit agnitus? Epiphan. hæresi 69. contra Arianos. *Omnia susce-*
pit, quo in carne condemnaret peccatum, & in cruce dissolueret male-
dictionem, & in monimentum sepulchri detraberet corruptionem, & in in-
fernum descendens cum anima in deitate stimulum mortis confringeret,
& pactum erga infernum destrueret. Volebat Deitas omnia perficere, quæ
ad Passionis mysterium pertinent, & cum anima descendere ad inferna,
ad operandum salutem eorum, qui illic prædormierunt, sanctorum, in-
quam, Patriarcharum. Theophilus Alexandrinus epist. 1. Pascha-
li: *Non credibile est, quòd ad inferos caro ejus descenderit, vel pruden-*
296 *tia, carnis, quæ appellata sit anima inferis apparuerit: sed quòd corpus*
ejus positum in sepulchro sit, & ipse nec de corpore, & sapientia carnis,
sed de vera naturæ nostræ anima dixerit, Non relinques animam meam.
Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus epist. ad Leonem
Papam: *Credo corpus suum sepulturæ contraditum incorruptum conser-*
vasse, nullo quidem modo ab arcana illa, inexplicabilique unione divul-
sum, etsi illud tridui illo intervallo animâ fuerit spoliatum. Cum qua
anima & ipse quoque ad inferos descendit, ùsque quì in carne erant spi-
ritibus, quemadmodum Apostolorum coryphæus divinus Petrus exponit, re-
surrectionem prædicavit, & redemptionem impertivit. Cyrillus Ale-
xandrinus de recta in Deum fide ad Theodosium Imperatorem.
Christi anima, quæ cum illo conjuncta copulatáque fuerat, non suâ, sed
divinâ virtute, potentiáque nixa ad inferos descendit, spiritibúsque ibi-
dem captivis sese exhibuit. Etenim iis, qui vinculis istic constricti deti-
nebantur, exite, ait: cæteris verò, qui tenebris operiebantur, revelamini.
Titus Bostrensis ad cap. 23. Lucæ: *Quomodo hæc Dei, & Domini no-*
stri promissio latroni facta nimirum, Hodie mecum eris in Paradiso,
expleta est? Quòd Christus Dominus noster suâ divinitate impleret
omnia, & in cruce erat secundùm carnem, & in cælo secundùm divinita-
tem. De cruce rursum depositus, & in inferno erat secundùm animam,
& suæ nihilominùs divinitatis virtute latronem in Paradisum inferebat.

Et ne plura congeram, Damascenus ipse orat. de
297 Sabbato sancto eadem repetit, αὐτὸς ὡς θεὸς ἐν οὐρανῷ σὺν πα-
τρὶ προσκυνούμενος καὶ τῷ πνεύματι, καὶ αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος σωμα-
τικῶς ἐν μνημείῳ κείμενος, καὶ ψυχικῶς ἐν τοῖς ᾅδου μοχλοῖς ἀυλιζό-
μενος, καὶ λῃστῇ εἰσιτητὸν ποιῶν τὸν παράδεισον συμπαρούσης ἁπαν-
ταχῆ τῆς ἀσωμάτου θεότητος, &c. *Idem in cælo ut Deus cum Pa-*
tre & Spiritu sancto simul adoratur: idem ut homo secundùm corpus in
mo-

2011 Ministerio de Cultura

monumento jacet; secundùm animam verò inferorum inter claustra versatur, & Latroni in paradisum aditum aperit, incircumscripta ubique eum comitante divinitate, quæ spatiis ullis circumscribi nequit. Quæ non aliud sunt, quàm quod ipse de fide orthod. lib. 3. c. 29. dixit ψυχὴν τε θεωθέλω, & ipsa Paracletice pag. 77. b. 1. p. animam deificatam, deitati conjunctam, divinitati unitam, ut Christi Domini imperium, & illius in animis justorum è carcere eruendis facultatem ostenderet, ad inferos descendisse. Tantum ergo abest, ut verba ista Apollinaris aut Severi hæresim sapiant, ut sine errore, hæresísque suspicione immutari haud valeant.

Patres etiam Latini id idem comprobant. Augustinus tractatu 3. in Joannem: *Secundùm id quod homo erat, anima ejus ipso die futura fuerat in inferno, caro in sepulchro: secundùm autem id quòd Deus ubique, & in paradiso.* Vide eundem epist. 57. 77. & 99. Vigilius lib. 2. contra Eutychem: *Caro ipso die non fuit in paradiso, nec in inferno, sed exanimis jacuit in sepulchro: anima per illud triduum in inferno, non in sepuchro.* Fulgentius ad Trasimundum regem cap. 29 & 31. *In hoc divinitas Christi virtutem suæ impassibilitatis ostendit, quæ ubique semper, atque ineffabiliter præsens, & secundùm animam suam in inferno sine doloribus fuit, & secundùm carnem suam in sepulchro sine corruptione jacuit.* Et cap. 34. *Humanitas vera Filii Dei, nec tota in sepulcho fuit, nec tota in inferno: sed in sepulchro secundùm veram carnem Christus mortuus jacuit; sed secundùm animam ad infernum Christus descendit, secundùm eandem animam ab inferno ad carnem rediit: secundùm divinitatem verò suam, quæ nec loco tenetur, nec fine concluditur, totus fuit in sepulchro cum carne: totus in inferno cum anima, ac per hoc plenus ubique fuit Christus.* Eadem habent Victorinus de Sacramentis lib. 2. cap. 11. Bernardus super Cantica serm. 75. & alii.

IV. Addi potest quod habetur pag. 50. b. 1. f. τρόμῳ τῷ φεικτῷ καὶ φοβερῷ θρόνῳ σου χριστὲ παρεστῶτες, οἱ ἀπ' αἰῶνος νεκροὶ ψῆφον ἀναμένουσι δικαιοσύνης σου, καὶ τὴν θείαν ἐκδέχονται δικαιοκρισίαν· τότε τὸν ἀνάπαυσον σῶτερ τοὺς δούλους σου. *Cum tremore horrendo, ac terribili throno tuo Christe assistentes, qui à sæculo sunt mortui, sententiam expectant justitiæ, & divinum accipunt, ac justum judicium. Tunc itaque in requiem servos tuos Salvator accipito.* Videtur namque errorem Græcorum comprobare, qui tradunt defunctorum animas ad diem usque judicii e) suarum actionum præmia

e) De hoc dogmate supra p. 136. sq.

2011 Ministerio de Cultura

expectare. Detinentur, ajunt, in tertio loco, licèt ſeparatim peccatorum, ac juſtorum animæ; ſed quòd ſententia in eos in extre-
299 mo judicio dicenda à Servatore noſtro, nondum lata eſt, neque juſtos viſione beatâ frui, neque impios tormentis infernalibus vexari, ideóque expectare diem judicii. Quare cùm id teneant Græci, etiamſi in Tropario manifeſtè non exprimatur, ad majorem cautelam expungendum omninò eſſet.

Sed alia eſt Troparii ſententia, quod nec verbum quidem de defunctorum præmio, aut pœna facit, ſed tantùm diem nobis judicii, & Judicis thronum ante oculos ponit, ante quem omnes ab orbe condito defuncti, ſive illi pœnis addicti, ſive gloriâ beati, ſententiam, quæ juſta omninò erit, illam ultimam Judicis expectant, ut perfectâ animæ cum corpore beatitate, ſi boni fuerint, perfruantur; ſi mali, ad pœnas intrudantur æternas, cum corpore & anima ſempiternis temporibus cruciandi. Rogat itaque ut tunc temporis fidelibus ac ſervis ſuis Seruator requiem elargiatur. Dices fruſtra id peti, cùm beatitatem jam poſſideant, & ſecurè ſe gloriam conſeruaturos cum corpore ſciant: quis enim quærit quod poſſidet? Reſponſio in promptu eſt, ex Beſſarione de Euchariſtiæ ſacramento, Deo deditos homines *totos rei amatæ inhærentes zelo quodam & timore, ne id quod deſiderant, non aſſequantur, ſæpius eadem ex vero, ac penè incredibili mentis deſiderio petere, nec ignorare quidem ſe jam, quod quærebant adeptos, ſed inſatiabili quodam amore iterum at-*
300 *que iterum eadem repetere.* Quod variis ſacræ Scripturæ locis evidentiſſimè probat.

V. Illud quoque ſimilis ſortis hominibus non arriſerit, ipſèque vidi auctores neſcio quos Arabes, vel eo ſolo condemnatos: id ubi ad me refertur, & ſchedas meas curioſiùs evolvo, tantum abfuit, ut improbarim, ut aliorum etiam Sanctorum dictis confirmatum, verum id eſſe enunciarim. Pag. 27. b. 2. m. ὁ γὰρ Εμμανουὴλ Φύσεως μὲν πύλας ἤνοιξεν ὡς φιλάνθρωπος, παρθενίας δὲ κλεῖθρα οὐ διέῤῥηξεν ὡς θεὸς, ἀλλ' ὅτως ἐκ μήτρας προῆλθεν, ὡς δι' ἀκοῆς εἰσῆλθεν. *Emmanuel enim naturæ portas ut hominum diligens aperuit, virginitatis verò claustra, ut Deus non dirupit; ſed ſic è vulva exiliit, ut per aurem ingreſſus eſt.* Novum ſiquidem eſt per aurem Chriſtum intromiſſum, & conceptionem illius per aurem f) factam fuiſſe.

f) Quando nimirum verba Angeli audivit Maria. ἄμματε τῷ ἀσπασμῷ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, inquit Anaſtaſius Sinaita ſerm. 1. in annunciat. B. Virginis.

2011 Ministerio de Cultura

fuiſſe. Quamvis enim Chriſti omnia gtandia ſint, & miraculoſa, & in quibus conſiderandis ingenia humana hæreant, cùm Angelica obſtùpeſcant, at non immutavit naturæ hnmanæ leges, neque ordinem alteravit. Quare veroſimilius videtur ingreſſum ſibi præparaſſe, unde exitum habuit, intemeratis ſemper ſalvis virginitatis clauſtris; nec aditus ille in exitu perfectiſſimus, in ingreſſu imperfectior fuiſſet, & quod naſcens non dedignatur, non potuit ingrediens eodem loco non habere; & naturalis humiditas dum non officit exeunti, neque officere poterat ſeſe intro injicienti, cùm nec auris ipſa ſemper purgatiſſima ſit, ſed ſæpius capitis inquinamentis ſordeſcat.

Ego dixerim modum iſtum conceptionis multò digniorem 301
& pro conditione tanti myſterii ſublimiorem, ſi per digniorem corporis partem, atque excellentiorem efficiatur. Neque nativitatis & conceptionis eadem eſt ratio. Qui naſcitur Deus eſt, & homo, corporis craſſitie obvolutus, unde neceſſe fuerit more aliorum hominum, ne novis ſemper miraculis rem agere cogamur, naſci, nempe exitum ſibi parare, unde & alii homines, modo tamen ab illis diverſo; illi mole ſuâ, & in foras proruptione tunicas rumpunt, & virginitatis clauſtra, jam antea patentia ruptàque magis aperiunt, Chriſtus illis non læſis erumpit, & mater ſe parturiſſe cognoſcit, cùm partus moleſtias, atque incommoda nulla ſenſerit. At concipiendus antequam in uterum introeat, ubi conceptio fieri debet, Deus purus eſt, potentia infinita, ſpiritus, nullâ corporeâ mole obductus, quare per omnes ſibi partes Virginis ingreſſum parare poterat ad uterum. Qualis verò ea pars fuerit, ignotum nobis eſt. Patres aliquot, & inter eos Paracletice aurem tradíderunt. Et ne tam abſurdus in poſterum videatur, habeant ſibi Patres, qui eadem formulâ uſi ſunt. Orat. in Annunciationem Deiparæ, ſive illius auctor ſit Chryſoſtomus, ut Lipomano & aliis, ſive Gregorius Thaumaturgus, ut Gerardo Voſſio placet, cujus initium, *πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια· ὁ τοῖς Σεραφὶμ ἀθεώρητος, ὁ πάσαις ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσιν ἀκατανόητος, ἰδικὴν συντυχίαν ἐπαγγέλλεται κόρη, αὐτοπρόσωπον παρουσίαν μελετᾷ, μᾶλλον δὲ εἴσοδον δι' ἀκοῆς ὑπισχνεῖται, καὶ ὁ τὴν Εὔαν καταδικάσας τὴν αὐτῆς θυγατέρα, τοσοῦτον δοξάζειν ἐπείγεται· λέγει γὰρ ἑτοίμασαί μοι τῆς ἀκοῆς τὰς εἰσόδους. Quem Seraphim intueri nequeunt, quem cunctæ virtutes cæleſtes com-*

2011 Ministerio de Cultura

comprehendere intellectu non valent, is ſuum promitit congreſſum puellæ, ſuæque ipſius perſonæ aduentum denunciat, imò verò ingreſſum per auditum pollicetur. Et qui Evam condemnavit, ejus filiam tantoperè glorificare contendit, ait enim, paret mihi auditus ingreſſum. Cyrus Epiſcopus Cotyæi in Phrygia apud Nicephorum Calliſtum lib. 14. cap. 46. & Chronicon Alexandrinum pro concione dixit, ἀδελφοὶ ἡ γέννησις τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ σιωπῇ ἠμάσθω, ὅτι ἀκοῇ μόνον σωελήφθη ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ. λόγος γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. *Fratres, Natalis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſilentio colatur, quia auditu tantùm in ſancta Virgine conceptus eſt, erat enim Verbum ipſi gloria in ſæcula. Amen.* Proclus Patriarcha Conſtantinopolitanus de incarnatione Domini: ὅτε ἡμὲν ἁγία παρθένος τὴν γαστέρα ἐνίχρα, ὁ ὢ λόγος δι' ἀκοῆς εἰσεπήδα, τὸ ὢ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν ναὸν ἔζωοπλάσε. *Quando ſancta quidem Virgo ſuum commodavit uterum, Verbum per aurem eſt illapſum, & Spiritus ſanctus vivum efformavit templum.* Auguſtinus in Appendice de diverſis ſermon. 22. 10. de tempore in Natale Domini: *Sancta credidit, ſancta concepit, ſanctior efficitur poſt partum. Illic fuit paranympha credulitas, Deus per Angelum loquebatur, & Virgo per aurem*
303 *impræegnabatur.* Fulgentius, vel Severinus apud Auguſtinum in Appendice de diverſis ſerm. 24. qui eſt de Natali Domini, & fuit 15. de tempore: *Angelus ſermonem ejecit, & Chriſtum Virgo concepit, ô conjunctio ſine ſordibus facta, ubi maritus ſermo eſt, & uxor auricula.* Felix Papa Romanus ad Petrum Antiochenum: ὁ γὰρ ἔνυπόστατος τοῦ πατρὸς ἐνυπόστατος, καὶ θεὸς λόγος διὰ ἀκοῆς εἰσωηδήσας τῆς ἁγίας παρθένου μυστικῶς τὴν κυοφορίαν εἰργάσατο. *Patris enim intimum ſubſtantiale Verbum ac Deus per ſanctæ Virginis aures illapſum, conceptionem ineffabiliter operatum eſt.*

VI. Nec minoris momenti fuerit, quod de Præcurſore non uno in loco narrat, eum ſcilicet poſt mortem in infernis Chriſtum prædicaſſe, nunciaſſéque prope jam eſſe ſalutem, ac vitam. Pag. 12. a. 1. νεκροῖς τὴν ζωὴν ἡμῶν ἐλπισομένην ἐκήρυξας πρόδρομε. *Defunctis vitam noſtram futuram prædicaſti Præcurſor.* Ibidem b. 2. f. νεκροὶ εὐηγγελίσθησαν τὸ φῶς, τὸ ἐκ φωτὸς λάμψαν ἐπὶ γῆς φωτίσου μακάριε. *Mortuis annunciatum eſt lumen, quod ex lumine ſuper terram innotuerat lumine tuo beate.* Et pag. 59. b. 1. p. τὴν ζωὴν τοῖς ἐν ᾅδῃ πνεύματι θείῳ ἐγγίζουσαν, προμήνυσας προφήτα τὴν ἐμὴν ζωή-

2011 Ministerio de Cultura

ζώωσον νενεκρωμένην ψυχήν. *Qui vitam iis, qui apud inferos erant divino spiritu, jam proximam denunciasti, meam vivifica demortuam animam.* Nec alienus est ab hac sententia Nicephorus Callistus Hist. Eccl. lib. I. cap. 19. ἐπεὶ δ' ἐχρῆν, ὥσπερ τοῖς ἐν σώμασι τὴν ἔνσωμον Χριστοῦ παρουσίαν ἐκήρυξαν, ἵν' ἐντελὴς ἡ τὸ ἔργον αὐτῷ, κἂν τῷ ᾅδῃ γένηται, κἀκείσε δεῖ προαναγγεῖλαι ταῖς ἐκεῖ καθειργμέναις ψυχαῖς 304
τὴν διὰ πίστεως ὅσον ἤδη ἐσομένην σωτηρίαν, καὶ ἀπολύτρωσιν. Et infrà cap. 21. ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πρόδρομος ἦστ, καὶ τοῖς ἐκεῖσε τὴν παρουσίαν κηρύξων Χριστοῦ. *Quandoquidem verò decebat, quemadmodum iis, qui in corporibus versantes vivunt, corporalem Christi præsentiam prædicaverat, quo ei opus munúsque tale omni ex parte perfectum constaret: ut ad inferos quoque mearet, & ibi etiam animabus conclusis jamjam per fidem advenientem salutem, & liberationem annunciaret.* Et, *Itaque Joannes etiam iis, qui apud inferos erant, Præcursor advenit, præsentiam ibi quoque Christi annuncians.* Et ante eum Anastasius Sinaïta in Odego quæst. III. μηδαμῶς ἀναθεματίσῃς ἄνθρωπον πρὸ τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ τελευτήσαντα, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ πρὸς ἅπαξ καὶ μόνον ἐλθόντα τὸ Χριστοῦ κήρυγμα. προλαβὼν γὰρ Ἰωάννης ὁ πρόδρομος ἐκήρυξε κἀκεῖσε τὸν Χριστόν. *Nequaquam diris devovebis hominem qui ante Christi adventum defunctus est; nam apud inferos prædicatio semel, nec ultrà pervenit: præoccupans enim Joannes Præcursor Christum illic prædicavit.* Vides ergo Joannem non in terra solummodò Christi, sed apud inferos etiam Præcursorem? quidam ne id sine divinarum litterarum auctoritate affirmare viderentur, verba illa Lucæ, *Tu es qui venturus est?* ita exponebant: Tu es qui in infernum venturus es, ad illos, qui in tenebris sunt, liberandos, ut illis tanquam qui ante te mortem oppetiturus sum, prænunciem, an alium expectamus: Horum sententiam refert, & rejicit Author Catenæ Græcæ in Lucam, in illa verba: Ἰνές φασιν ὅτι 305
ἐπιδὴ ἔμελλεν ὁ Ἰωάννης πρὸ τοῦ ἰδίου σταυροῦ τὸν ἐκ τοῦ Ἡρῴδου θάνατον ὑπομένειν, ὡς πρόαγγελος ἐρωτᾷ εἰ αὐτὸς ἦλθε κἀκεῖ λυτρωσάμενος τοὺς ἐν ᾅδῃ, καὶ τὸ χωρίον τοῦτο οὕτως ἐξηγήσαντο. σὺ εἶ ὁ εἰς ᾅδου μέλλων ἔρχεσθαι, ἵνα ἐλευθερώσῃς τοὺς ἐν σκότῳ, ὅπως κηρύξω τοῦτο τοῖς ἐν ᾅδου ὡς προτελευτῶν σου, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν. ἀποβλητὸς ἢ παντελῶς ἡ τοιαύτη δόξα. ἤδη μὲν γὰρ ὁ Ἰωάννης τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον τοῦ Χριστοῦ. πλὴν οὐδαμοῦ ἡ θεόπνευστος γραφὴ τοῦτο ἡμῖν παρέδωκεν, ὅτι καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ πνεύμασι προκατήγγειλεν ὁ θεσπέσιος Βαπτιστὴς τοῦ σω-

2011 Ministerio de Cultura

τῆρ@ τὼ ἄφιξιν. *Quidam ajunt, cùm Joannes ante pretioſam crucem mortem ab Herode ſuſtinere deberet, veluti prænuncius interrogat: ſi ipſe eò venturus eſt, eos qui in inferno erant, liberaturus, & locum hunc ita interpretati ſunt. Tu es qui ad inferos venturus es, eos, qui in tenebris degunt, liberaturus, ut iis id prænunciem, tanquam qui ante te mortem obibo, an alium expectamus. Sed hæc opinio omninò rejicienda eſt. Joannes enim ad inferos Chriſti deſcenſum ſat noverat; & potiſſimum cum nusquam ullo in loco divinitus inſpirata Scriptura nobis tradiderit iis qui apud inferos detinebantur ſpiritibus divinum Baptiſtam Servatoris adventum prænunciaſſe.* Non nego Chriſti deſcenſum ad in-
306 feros ſciviſſe Baptiſtam. Quare ergo quærit à Chriſto? ob illam eandem rationem, quâ quærit ſcire id quod ipſe Catenæ auctor, vel alii loci interpretes dicunt. Namque quamvis id quod quærebat aliud, ita ipſis aſſerentibus ſit: id tamen optimè callebat Joannes. Quare ergo id quærit à Chriſto? reſponſum ſuum ipſi habeant pro hac ſententia. Quid porrò refert, ſi de hac prædicatione inferna nihil Scriptura tradiderit? Quot ſunt, quæ ipſi credimus, & certò tenemus, de quibus nulla in Scriptura mentio habetur? An omnia Scriptura debuit ſcribere? Impugnator opinionem debebat arguere, ſi quid in ea erat, quod contra Scripturam foret; tunc namque prævaleret Scriptura. Propter illius ſolum ſilentium dicta aliorum rejicienda non ſunt, de Joanne præcipuè, cùm id quoque de aliis affirmatum ſciamus. Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in Amphilochiis cap. 156. de Simeone Juſto apud Lucam: ἀυτίκα ὴ μάλα τῆς σωτηρίας ἐφεσώσης καθαλιπεῖν μὲν ἐπόθει τὸ ζαρκίον. ἐυαγγελίσαθαι ὴ καὶ τὼ ἐν ᾅδου σωτηρίαν, καὶ τὼ ἀπολύτρωσιν. *Sed cùm jam quamcitiſſimè ſalus immineret, deſerere carnem exoptabat, & iis qui apud inferos erant, ſalutem & redemptionem renunciare.*

VII. De Cruce illud quoque conſiderandum eſt, ait crucem Domini ex cupreſſo, pinu, & cedro g) compactam fuiſſe. Pag. 41. a. 1. m. ὠράθης ὑψούμε@ ἐν κυπαρίσσῳ δέσποτα, καὶ τῇ πεύκῃ, καὶ κέδρῳ δι ἀγαθότητα. *Viſus es exaltatus Domine in cupreſſo, & pinu, & cedro propter bonitatem.* Pag. 62. a. 1. f. ἐν κυπαρίσσ-

g) Opinio hæc invaluit ex accommodatione loci Eſaiæ LX. 13. *& gloria Libani ad te veniet in cypariſſo & pinu, & cedro ſimul, & glorificetur locus ſanctuarium meum.*

2011 Ministerio de Cultura

ελάτῳ καὶ πεύκῃ καὶ κέδρῳ ὑψώθη ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ. *In cupresso & pinu, & cedro exaltatus est agnus Dei.* Pag. 69. b. 2. p. κέδρῳ ἀνυψώθης, πεύκῃ τε καὶ κυπαρίσσῳ δέσποτα. *Cedro exaltatus es, & pinu, & cupresso Domine.* Pag. 158. a. 1. m. ἡ ἐκκλησία βοᾷ σοι Χριστὲ ὁ Θεὸς ἐν 307
πεύκῃ, καὶ κέδρῳ, καὶ κυπαρίσσῳ προσκυνοῦσά σε. *Ecclesia clamat ad te Christe Deus in pinu, & cedro, & cupresso adorans te.* Hæc non placebunt tradentibus nihil certò constare, ex quo ligno crux Domini confecta fuerit, licèt alios habeant auctores, Bedam in collectaneis, Joannem Chrysostomum de veneratione crucis, Alexandrum Monachum, Anastasium Sinaïtam, Joannem Cantacuzenum, quorum dicta refert Gretserus, & examinat lib. 1. de cruce cap. 5. His adde Nicolaum Metropolitam Corcyrensem: ἐν σοί με σώζει προσπαγεὶς ὁ δεσπότης τῷ πευκοκέδρῳ, καὶ κυπαρισσοξύλῳ. *In te me salvat affixus Dominus ex pinu, cedro, & cupresso ligno.* Et Michaëlem Psellum in expositione illius dicti, *Pulchra formosum*, κάλλη ἦ τῶν ὀρέων ὁ σταυρὸς πέφυκεν. εἰ γὰρ ὡς ὁ τῆς ἰσορίας λόγος ἔχει ἐκ πεύκης, καὶ κέδρου, καὶ κυπαρίττου συμπέπηκται. κάλλη δὲ ταῦτα εἰσὶ τῶν φυομένων ἐν ὄρεσι, ἅτε μὲν φύλλοις κομῶντα πυκνοῖς. ἅτε δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦ ἀέρος ἀνατεινόμενα, διὰ ταῦτα κάλλη τῶν ὀρέων τὸ νικοποιὸν ὅπλον ὠνόμασται. *Pulchritudines verò montium crux est, siquidem, ut historiis narratur ex pinu, cedro, & cupresso compacta est, quæ eorum, quæ nascuntur in montibus, pulchritudines sunt, tum quod frequentibus foliis vernant, tum quod in multum aëris se extendunt. Propterea pulchritudines montium armatura victoriam afferens nomen habuit.* In tanta antiquitate, & rerum ignoratione traditio recepta, testimonióque Patrum confirmata à scripturis non dissonans, licèt nonnullis improbabilis videatur, non ideò tamen rejicienda est, 398
cùm potuerit esse, & fortè fuit; eóque potissimum, cùm ex altera parte sciamus multa falsa esse probabiliora veris. Quod verò in tot Patribus non improbatur, non video cur in Paracletica improbari debeat, expungíque.

VIII. Et hæc quidem quemadmodum & nonnulla alia, qui morosè aliorum studia respuunt. Sunt tamen in hoc eodem libro, quæ sine gravi censura præteriri non possunt, immò expungi debent, partim cum jam recensitis libris communia, partim singularia: utraque nos examinabimus. Communia cum aliis sunt; Primum, Christum Dominum descensu suo ad inferos, omnes

2011 Ministerio de Cultura

nes h) quotquot ab orbe condito, & Adamo ipso fuerunt homines, à pœnis illis, & potestate dæmonis liberasse, hinc verbulo aliquando σκυλεῦσαι τὸν ᾅδην, *spoliare, prædari*, omnia sùsque déque ponere, quemadmodum in direptione urbium fit, ejúsque dominium in se transferre sæpissimè utitur. Pag. 4. a. 2. f. τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε Χριστὸς, ὡς μόνος κραταιὸς καὶ δυνατός. *Infernum spoliavit Christus, tanquam solus fortis & potens.* aliquando κενῶσαι, *exinanire, evacuare*, ita omnia arripere, ut in eo, in quo priùs fuerant, nihil modò reliquum sit. Pag. 31. a. 1. p. ἔρημος ᾅδης καὶ ἄπορος διὰ θανάτου γέγονεν ἑνὸς, ὃν πολὺν γὰρ πλοῦτον ἐθησαύρισεν εἰς ἡμᾶς πάντων ἡμῶν ὁ Χριστὸς ἐκένωσεν. *Desertum infernum atque inops propter mortem unius factum est: quas enim multas divitias sibi congesserat, unus*
309 *pro nobis omnibus Christus exhausit.* pag. 78. a. 2. m. ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, καὶ ᾅδου κενώσας τὸν πολυάνθρωπον πλοῦτον. *Qui resurrexisti à mortuis, & inferni ante divitias, quæ ex multorum hominum numero constabant, evacuasti.* Aliquando τοὺς ἀπ' αἰῶνος θανέντας, τοὺς ἀπ' αἰῶνος νεκροὺς, πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος δεσμίους, τοὺς ἀπ' αἰῶνος ψυχάς. *Omnes nempe qui à sæculo mortui sunt, & apud inferos vinculis addicebantur.* Pag. 4. a. 2. m. σὺ συνήγειρας τοὺς ἀπ' αἰῶνος θανέντας. *Tu collegisti eos, qui à sæculo mortui fuerant.* Et infrà: καὶ φθαρέντας συνήγειρε πάντας. *Et corruptos omnes collegit.* Pag. 75. a. 1. f. καὶ καταλθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ τοὺς ἀπ' αἰώνων δεσμίους ἠλευθέρωσας. *Et descendens ad inferos, qui à sæculis vinculis obstricti erant, liberasti.* Pag. 77. a. 2. m. καὶ πύλας ἀνεπέτασας ᾅδου ταῖς ἀπ' αἰώνων ψυχαῖς. *Et fores aperuisti inferorum animabus, quæ à sæculis ibi detinebantur.* Pag. 79. a. 2. f. καὶ λογισθεὶς ἐν τοῖς νεκροῖς, τὸν ἐκεῖσε τύραννον ἔδησας, ῥυσάμενος ἅπαντας ἐκ δεσμῶν ᾅδου τῇ ἀναστάσει σου. *Et reputatus mortuus, tyrannum apud eos ligasti, liberans omnes ex vinculis inferni tuâ resurrectione.* Pag. 101. a. 1. f. κάτω τοὺς ἀπ' αἰῶνος νεκροὺς ἐξανέστησας. *Infernè eos, qui à sæculo mortui erant exsuscitasti.* Pag. 102. a. 2. p. ὡς κατῆλθεν ὁ σωτὴρ πρὸς τοὺς δεσμίους, ὡς θνητὸς, συνανέστησαν αὐτῷ οἱ ἀπ' αἰῶνος θανέντες. *Ut descendit Ser-*

h) Ex illis ipsis quæ supra p. 243. sq. disputavit Allatius, repetitque paullo inferius p. 320. sq. perspicue apparet Græcos hoc non de aliis velle intellectum quam iis qui in vita innocenter vixissent & Christo apud inferos prædicanti fidem habuissent, vel ea fuissent conditione quâ latinæ Ecclesiæ doctores ajunt extitisse pios & sanctos V. T. quos in limbo Patrum collocant. Ab hoc de limbo Patrum placito illud Græcorum dogma solis vocabulis discrepat.

2011 Ministerio de Cultura

Servator ad vinctos, resurrexerunt cum eo qui à sæculo erant mortui. Pag. 104. a. 1. f. καὶ συνήγειρας τοὺς ἀπ' αἰῶνος θανέντας. *Et defunctos à sæculo collegisti.* Pag. 127. b. 2. p. καὶ εἰς ἅδην φοιτήσας ὅλον συνήγειρας κείμενον Χριστὲ ἐν σαπρίᾳ τὸν ἄνθρωπον. *Et ad inferos abiens universum collegisti jacens Christe in putredine genus humanum.* Pag. 128. b. 1. f. ἅδου πύλας καὶ μοχλοὺς συντρίψας ζωοδότα, ἀνέστησας ἅπαντας. *Inferni portas & vectes conterens, vitæ largitor, exsuscitasti omnes.* Pag. 151. a. 2. f. καὶ συνήγειρας νεκροὺς τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐν σκότει καθεύδοντας. *Et congregasti mortuos, qui à sæculo in tenebris dormiebant.* Pag. 173. a. 2. f. ὅθεν ἀνέστησαν οἱ ἀπ' αἰῶνος δεσμῶται κραυγάζοντες. *Propterea surrexerunt qui à sæculo vinculis compedientur, clamantes.* Pag. 194. a. 2. m. λέλυται ἅδης ὁ πικρὸς καταλύσαντός σου φιλάνθρωπε, καὶ ἀναστήσαντος τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐκεῖ καθεύδοντας. *Dissolutum est infernum amarum, cùm tu humane eum destruxisses, & liberasses eos, qui ibi à sæculo dormiebant.* Pag. 136. a. 2. m. ἐδέσμει χείρας σου λαὸς ἄνομος, καὶ δεσμῶται ἀλύτων σιδήρων δεσμῶν πάντες ἀπελύοντο. *Vinciebat manus tuas populus iniquus & vinculis colligati indissolubilibus, Servator, omnes solvebantur.*

Et quod magis mirandum est, sunt Patres, qui id idem apertissimè enunciant. Joannes Chrysostomus orat. in Cœmeterii appellationem, & in Crucem Domini: οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἐπαίσε τὸν ληστάρχον καὶ τὸν δεσμοφύλακα τὸν διάβολον ἅμα καὶ τὸν θάνατον διὰ θανάτου αὐτὸς δήσας, καὶ τὸν πλοῦτον πάντα, τῶν ἀνθρώπων λέγω τὸ γένος, μετήγαγεν εἰς τὰ ταμιεῖα τὰ βασιλικά. ὅπερ καὶ Παῦλος δηλοῖ λέγων. *Sic & Christus fecit, principem illum prædonum, & carceris custodem diabolum simul & mortem, cùm per propriam mortem vinxisset, omnes divitias, humanum, inquam, genus transtulit in æraria regia. Hoc & Paulus indicat, cùm ait.* Proclus Patriarcha Constantinopolitanus orat. de Passione Domini: σήμερον οἱ ἐξ αἰῶνος ἠλευθερώθησαν δοῦλοι. *Hodie ii, qui à sæculo fuerant servi in libertatem vindicati sunt.* Et infrà: ὦ καθόδου ἐν ἅδου τῶν ἐξ αἰῶνος νεκρωθέντων ἀνόδου γέφυρα πρὸς ἀναβίωσιν. *ô ad inferos descensum iis, qui à sæculo mortui erant ascensionis pontem ad redivivam vitam.* Et infrà: ὡς θάνατον καταργήσας, καὶ τὸν ἅδην σκυλεύσας, καὶ τοὺς ἀπ' αἰῶνος νεκροὺς ζωοποιήσας. *Ut mortem destruat, spolier infernum, & mortuos à sæculo vivificet.* Theodorus Studita orat. Catechet. in Dominicam Paschæ: κατήργησε τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ θανάτῳ

2011 Ministerio de Cultura

νάτῳ τὸν θάνατον, καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ ἅδῃ τῶν δεσμῶν ἀπελύθησαν, ἐνέῳξε τὸν παράδεισον, καὶ πᾶσιν αὐτὸν εἰσητὸν ἀπειργάσατο. *Vivificâ ſuâ morte mortem deſtruxit, & omnes qui in inferno erant à vinculis liberati ſunt, aperuit paradiſum, & omnibus in illum aditum aperuit.* Et infrà: οἱ ἀπὸ γῆς εἰς ὕψος ἀναπτέχουσιν οἱ ἐν τῷ ἅδῃ ἐλευθερούμενοι τῶν δεσμῶν τοῦ διαβόλου. Et, ὅτος καὶ νῦν ἀπολυμένους ἔσωσε, νεκρωθέντας ἐζώωσε, καὶ τῆς τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἀφείλετο. *Qui è terra ſunt in cœlum curſitant, qui in inferno, à diaboli vinculis liberantur.* Et, *Hic & eos, qui nunc malè perduntur ſalvavit, demortuos in vitam vindicavit, & à diaboli tyrannide exemit.* Joſephus Bryennius orat. de Domini crucifixione: ἐτάφη ἵνα ἀναστήσῃ, εἰς ἅδου κατῆλθεν ὁ μόνος ἐλεύθερος ἐν νεκροῖς, ἵνα λύσῃ τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐκεῖσε κατεχομένους. *Sepultus eſt, ut reſurgeret, in infernum deſcendit ſolus inter mortuos liber, ut ſolveret eos, qui à ſæculo ibidem detinebantur.*

Infernum itaque ſpoliavit, extractísque iis, qui inibi
312 commorabantur exhauſit, extractis, inquam, omnibus hominibus, mortuis omnibus, cunctísque à ſæculo, genere humano universo, Adamo cum ſubſecuto ab eodem genere universam diaboli regiam inanem, deſertámque reliquit; quod abſurdiſſimum eſt, & à Chriſtiana pietate abhorrens: Chriſtus enim non omnes, ſed minimam demortuorum partem, eámque ſanctorum eduxit.

Si dicant ex Chryſoſtomo orat. in Cœmeterii appellationem, & Crucem Domini, reſurrectionem hîc non propriè, ſed metaphoricè ſumi, pro ſomno atque ſopore videlicet, Nam ante Chriſti adventum mors nomen mortis habebat, & infernus vocabatur, at poſtquam Chriſtus pro mundi vita mortem ſubiit, non ampliùs vocatur mors, mors, ſed ſomnus & dormitio. Dormitionem appellari teſtantur illa Domini verba, *Lazarus amicus noſter dormit*: non enim dixit, mortuus eſt, quamvis revera mortuus eſſet; Reſpondebimus hoc in loco non agi de Hiſtoria, non de ſententia Tropologica; & Paracletice manifeſtò inſinuat, omnes quotquot fuerunt homines à condito orbe demortui, ad reſurrectionem revocatos. Quod dictum abſurdum omnibus modis eſt, & Catholicis auribus inauditum.

Patribus, qui id idem videntur aſſerere, cùm de hac re tra-
313 ctatum non ſcribam, nolo reſpondere. Patres multa dixêre, i) & mo-

i) Vera atque ingenua de Patrum ſcriptis & auctoritate confeſſio.

2011 Ministerio de Cultura

& monumentis editis faſſi ſunt, quæ cum recta Eccleſiæ norma non conveniunt: illa tamen legi permittuntur, quòd nullum incommodum afferant. Non enim ſacra Scriptura ſunt, quæ omninò eſt infallibilis, & ſempiternæ veritatis, in quo à dictis Patribus differt. Ea licèt permittantur in Patribus, in Eccleſiaſticis libris ingerenda non ſunt, cùm quidquid in Eccleſia legitur, palámque omnibus proponitur, quaſi dictis ipſis Sanctorum majorem præ ſe ferat auctoritatem, magis afficiat, animúmque ad ſui obſequium trahat, ideóque prohibetur, ne auribus aliorum ingeratur, quod extra Eccleſiam permitteretur. Multa porrò eſſe in Patribus, quæ minùs ab Eccleſia probantur, ex Græcorum Magiſtris recentioribus, quando cum iis ſermonem habeam, probabo. Georgius Corcyrenſis Metropolita: προφασίζονται ὅ ὅτι Αμβρόσιος οὕτως εἴρηκεν ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λόγοις. ἔτι ὅ Αὐγουστῖνος καὶ Ιερώνυμος, ὑπὲρ ὧν ἀπολογητέον, ὡς ἢ νενοθεύκασι τὰς τούτων συγγραφάς τινες, ἢ κατ' οἰκονομίαν ἴσως εἰρήκασιν, ἢ καὶ ὁ μέγας ἐχρήσατο Βασίλειος πάρ ἑαυτῷ φυλάττων ἄχρι τινὸς ἀπόρρητον τ παναγίου πνεύματος τὴν θεολογίαν, ἢ καὶ τῆς ἀκριβείας ὡς ἄνθρωποι παρεσύρησαν. ὁ πολλοὶ πεπόνθασι τῶν μεγάλων ἔν τισιν, ὡς Αλεξανδρείας Διονύσιος, καὶ Μεθόδιος ὁ Πατάρεων, καὶ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, καὶ Πιέριος, καὶ Πάμφιλος, καὶ Θεόγνωστος, καὶ Εἰρηναῖος, καὶ Ιππόλυτος ὁ αὐτοῦ μαθητής. τινὰς γὰρ αὐτῶν ῥήσεις οὐκ ἀποδεχόμεθα, καίτοι τ' ἄλλα σφόδρα θαυμάζοντες. *Cauſam addunt, Ambroſium in tractationibus de eo ita locutum fuiſſe, item Auguſtinum & Hieronymum, pro quibus re-* 314
ſpondendum eſt; vel eorum monumenta à quibusdam falſata fuiſſe, vel ita tempore ferente, & datâ operâ locutos, quod & magnus uſurpavit Baſilius apud ſemetipſum ad tempus præſcriptum, occultam ſancti Spiritus Theologiam conſervans. Vel etiam ab exquiſita illa doctrinæ norma, uti homines receſſiſſe; quod multi quidem, iique ex magnis, in quibusdam perpeſſi ſunt, ut Alexandreus Dionyſius, Methodius Patareus, Clemens Stromateus, Pierius, Pamphilus, Theognoſtus, Irenæus, & Hippolytus ejus diſcipulus: quasdam enim eorundem ſententias non recipimus, licèt reliqua ipſorum magna in admiratione habeamus. Vide ſi vis Georgium Scholarium de proceſſione Spiritus ſancti contra Latinos cap. 10. Barlaamum Monachum de Purgatorio, & Joannem Beccum orat. 2. partim apologeticâ, partim contradictoriâ de nonnullis dictis ſacræ Scripturæ malè expoſitis. Non ſequitur itaque, Nonnulli

2011 Ministerio de Cultura

Patres dixerunt, ergo verum eſt, ergo probari debet, & in Eccleſia tanquam verum Chriſti fidelibus, ut illi aſſenſum præbeant, proponi. Quinimò ſi falſum in Eccleſia recitatur, licèt aliqui Patres illud ipſum aſſerant, dictis dictorum Patrum non obſtantibus reprobandum, expungendúmque eſt. Præter enim divinam Scripturam, & communem conſenſum Eccleſiæ, nemo alius infallibilitatem ſibi vindicat. Aurea ſunt Nicetæ Byzantini Philoſophi verba tractatu Apologetico pro Synodo Chalcedonenſi con-
315 tra Principem Armeniæ: πλὴν ὅμως διαθετοῦντες τὴν σὴν εὔκλειαν, καὶ ἐν τούτοις τὰ νικῶ λέγομεν. οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε δεῖ σε μαρτυρίας πατέρων περὶ πίστεως καὶ δογμάτων ἀναλέγεσθαι. ἐπεὶ καὶ τοὺς θείους πατέρας ἐγκλήματι περιγράψεις, καὶ σε ἀσινῆ εἰς τὸν τῆς πίστεως λόγον οὐ διατηρήσεις. πολλὰ γὰρ τοῖς πατράσι πρὸς κατάχρησιν, ἤτοι κατὰ μεταφορὰν ἢ ὁμωνυμίαν, ἢ ἀντιστροφὴν, ἢ ἄλλως πῶς ἔστιν εὑρεῖν λέγοντας, καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ καὶ ἡ σωτήριος οὕτως τὰ ὀνόματα μεταχειρίζεται, καὶ θέα μοι καὶ αὐτὸν τὸν μακάριον Κύριλλον τὰς ὑποστάσεις ἀντὶ τῶν φύσεων, καὶ τὰς φύσεις ἀντὶ τῶν ὑποστάσεων ἐναλλάττοντα. οἷον φημί· εἴ τις διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς λέγει, ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις. ὅ, τε μέγας Ἀθανάσιος καὶ πρόσωπα ἐπὶ Χριστοῦ δύο διϊσχυρίζεται. εἰ μή τις ἔτο εἴποι, ὅτι καταχρηστικῶς τοῖς πατράσιν ἐῤῥήθη, αὐτούς τε τούτους αἱρετικοὺς ἀποφήσεις, καὶ ἐκ τῶνδε τῶν λόγων ἀναλεγόμενος χρήσεις, ἑαυτόν τε καὶ ἄλλους μεγάλως βλάψειεν. ἀλλὰ χρὴ τὰς τοιαύτας χρήσεις, εἴ τις βούλοιτο ἐκ τῶν θείων πατέρων ἀναλέγεσθαι, οἷον νομοθετοῦντάς πού τινων πραγμάτων, καὶ ὁροθετοῦντας εὐσεβομένους, καὶ τὴν οἰκείαν γνώμην ἀναπαλύπτοντας. οἷον ὅτι τὸ περὶ οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ὄνομα παρὰ Βασιλείου τε πάνυ λαβὼν διάκρισιν ταύτην ἔχοντα τὴν διαφορὰν πρὸς ἄλληλα, ἣν ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον, ἢ καὶ αὐτοὺς καταχρησαμένους ἐν ἄλλοις ὅτι πλείστοις αὐτῶν συγγράμμασι διαστρωτικῶς, ὅπερ ἀλλαχόσε κατεχρήσαντο. ἢ καὶ ἐν οἷς σύμφωνοι οἱ πλεῖστοι τῶν πατέρων γεγόνασιν, ἢ καὶ σωφρονικῶς ἐκυρώθη. ἀλλὰ μὴ τῷ ἐξοδικῷ λόγῳ, ᾧ πολλάκις ἄν τις κατὰ τὴν ἑρμήνειαν, καὶ ἀμελέστεροι διακείμενοι κατα-
316 χρήσοιτο λέξεσιν ὑποὸ ὑμετέρων νοημάτων πρὸς τὸ ἀγόμενον, ἢ καὶ μὴ πρόχειρον ἔχων τὴν ἀπτηδειότητα, ἢ καί τισι τῶν ἑτεροδόξων ἀντικαθιστάμενος, καὶ κατ' ἄλλας δὲ προφάσεις τῆς τῶν ὀνομάτων ἀκριβείας μὴ φροντίσοι, οὐ δεῖ ἐκ τῶν τοιούτων χρήσεις ἀναλέγεσθαι, ἀλλ' ὡς ἀνό-

πιν

2011 Ministerio de Cultura

πιν ἔφαμεν. *Tuæ itaque prospicientes gloriæ in his quoque nunc dicimus, haud opus esse te temerè, & ut sese occasio tulerit, de fide, & dogmatibus Patrum testimonia colligere; tunc enim & divinos Patres probro afficies, nec te inculpatum in fidei ratione conservaveris. Multa siquidem apud Patres vel abusu, vel metaphora, vel æquivocatione, vel è contrario, vel alio quopiam modo dicta esse reperies: neque id tantummodò, verum & divinæ litteræ, & usus sic nomina usurpat. Et vidētis ipsum etiam beatum Cyrillum hypostases pro naturis, & naturas pro hypostasibus usurpantem, & rursum is idem dicit, inconfusæ permanserunt naturæ, hypostases videlicet. Et magnus Athanasius & personas duas in Christo esse contendit. Et nisi quis dixerit, Patres similia per abusionem dixisse, næ ille hos eosdem hæreticos enunciabit, & ex hujuscemodi tractatibus sententias legens sibimetipsi, aliisque maximo erit nocumento. Verumtamen opus est, similes sententias, si cui in animo est, ex divinis Patribus colligere, ab iis, dum de rebus tanquam legem ferentes, aut definientes, vel propriam sententiam enunciantes verba faciunt, eligere, ut fuerit naturæ & hypostaseos nomen, à magno Basilio determinatum, ea inter sese differentia discerni, quâ commune & singulare secernitur; vel dum iidem ipsi rem abutentes, in aliis tamen iisque plurimis scriptis exponunt, quod alibi abusi sunt; 317
vel ab iis, in quibus plures ex Patribus concordant, vel tandem per Synodum aliquam determinatum est; sed non ex exotericis sermonibus, in quibus sæpius quispiam, dum res interpretatur segniter se gerens dictionibus abutitur, à nostra intelligentia ad id adactus; vel quod promptam non habuerit habilitatem, vel quod, dum se adversariis opponit, aliis etiam ex causis de exacta verborum discussione minus cogitarit. Non itaque ex his sententiæ seligendæ sunt, sed ex illis quæ suprà diximus.* Quomodo verò Patres legendi sunt absque offensione, vide Evlogium Episcopum Alexandrinum apud Photium tmem. 225.

Secundum est, omnes homines, k) qui in monumentis erant

k) Hoc iterum non de omnibus omnino hominibus, sed omnibus quorum animæ ex inferis à CHRISTO liberatæ erant, intelligere possunt Græci. Aperta autem

2011 Ministerio de Cultura

ad vitam vindicasse. Pag. 1. b. 2. f. καὶ τὸν θάνατον νεκρώσας ζωὴν ἡμῖν ἐδωρήσατο πεπλωκότα τὸν Ἀδὰμ παγγενῆ ἀνασήσας. *Et mortem interimens vitam nobis elargitus est, lapsum Adamum cum toto genere humano exsuscitans.* Pag. 6. a. 2. m, πύλας ᾅδου συντρίψαντα καὶ τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐκ τάφου ἐγείραντα. *Qui portas inferni contrivit, & à sæculo homines ex sepultura exsuscitavit.* Pag. 55. a. 2. p. ἐκένωσε τοὺς τάφους ὁ λυτρωτὴς, ἐσκύλευσε τὸν ᾅδην. *Exhausit sepulchra liberator, spoliavit infernum.* Pag. 7c. b. 2. m. ἀνέστης συνεγείρας τοὺς ἐν τοῖς μνημείοις κατοικοῦντας ἀπ' αἰῶνος. *Resurrexisti simul congregans eos, qui in sepulturis habitabant à sæculo.* Pag. 77. b. 1. p. ἡ τεθεωμένη σου ψυχὴ τὰς ἀπ' αἰῶνος συνανέστησε ψυχάς. *Deificata tua anima animas à sæculo secum unà exsuscitavit.* Pag. 78. b. 1. m. ὁ συγκαταβάς μοι μέχρις
318 ᾅδου, καὶ πᾶσιν ὁδοποιήσας τὴν ἀνάστασιν. *Qui unà mecum ad infernum usque descendisti, omnibusque viam ad resurrectionem aperuisti.* Pag. 74. a. 1. f. καὶ γὰρ τοῦ θανάτου καταργήσας τὴν ἰσχὺν τοῖς τεθνεῶσι πᾶσιν ἀφθαρσίαν παρέχεις. *Namque mortis robore prostrato, demortuis omnibus incorruptibilitatem elargitus es.* Pag. 101. a. 1. f. ἐν μνήματι ἐτέθης ὁ κενώσας τὰ μνήματα. *In sepulchro positus es, qui sepulchra exhausisti.* Pag. 102. b. 1. f. ἀναστὰς ἐκ τοῦ μνήματος πάντας συνανέστησας τοὺς ἐν ᾅδῃ νεκρούς. *Resurgens è monumento omnes unà tecum resurgere fecisti, qui in inferno erant, mortui.* In his etiam vides συναγείρειν, κενοῦν, ἀπ' αἰῶνος νεκροὺς, & ne dubium cuipiam sit de mente Auctoris, in plerisque additum πάντας, *omnes.* Habemus ergo quotquot ab orbe condito mortales ante Christi adventum vitâ fuerant defuncti, ab ipso Servatore nostro cùm ad inferos penetrasset, in vitam revocatos: corpora scilicet ex monumentis, animas ex infernis. Quòd si de animis nullus haberetur sermo, qui tamen habetur, adhuc necessariò illas in vitam revocatas fatendum esset, ne corpora alienis animabus, vivere de novo productis dicere cogeremur. Tot itaque sepulchra apud omnium gentium nationes, tot polyandria, tot urnæ, tot denique ossuaria in ipso Christi descensu ad inferos, ossibus spoliata, vacua, desertáque plorabant: & nullus tunc mortalium cinis in matre terra requiescebat, quo an dici possit absurdius, admirabilius? Quidam dicent de sanctis & justis id tantùm dici, quod & ve-

sepulchra Domino resurgente & multa mortuorum sanctorum corpora surrexisse, diserte testatur S. Matthæus XXVII. 51. sq.

2011 Ministerio de Cultura

& verissimum est, docétque ipsa Paracletice. Pag. 77. b. 2. p. λυ- 319
θέντα φιλάνθρωπε ζοῦ τὸν ναὸν τοῦ σώματος, τάφος μεμισάνθρωπος ἅδης ἄκοντες ἄμφω δίκας εἰσπράττοντας. ὁ μὲν τῶν ἁγίων ζου ψυχὰς, σώματα δὲ ἕτερος ζυνεκπέμπων ἀθάνατε. *Solutum hominum amans templum tui corporis cùm sibi sepulchrum, & infernus dispartiti essent, inuiti ambo pœnas persoluunt, hic quidem sanctorum tuorum animas, alterum corpora unà simul emittens, immortalis.* Et pag. 112. b. 1. f. ψυχαὶ τῶν δικαίων σε ὅπι ξύλου πάλαι τιὼ ψυχὴν ἀποδόντα δέσποτα, ὡς ἤθοντο αἰωνίων λέγε δεσμῶν ἀπελύοντο. *Animæ justorum cùm te in ligno pridem animam reddidisse Domine persensissent, à sempiternis Domine vinculis solvebantur.* Sed hæc certè non satisfaciunt; qui enim dicit omnes, nullum excludit, & omnes ab his dici, testimonia ipsa convincunt. Cùm videam verò cautiores ingenio nescio quid mussitare, *omnes* non semper universos in eo genere, sed aliquando partem inferre, & nescio quæ Scripturæ loca consarcinant: discant ex ipsa Paracletice, omnes inibi positum, nullum excludere, cùm apertissimè asserat, præter justos, de quibus nullum dubium est, peccatores etiam & impios vitæ restitutos. Nota verba pag. 103. a. 1. f. ζοῦ τοῦ παντουργοῦ τῇ καταβάσῃ ὁ ἅδης χεῖσε κατηγέλασος γεγωνὼς ἤμεσε πάντας τοὺς πάλαι τῇ πλάνῃ νεκρωθέντας σὲ ὑπερυψοῦντας εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. *Tui creatoris omnium descensu, infernus Christe ludibrio factus evomuit omnes quotquot antiquitus in errore demortui sunt, te exaltantes in omnia sæcula.* Qui τῇ πλάνῃ νεκρούσθαι in errore immoritur, justus non est, sed Dei inimicus vi- 320
tam ponit, & nonnisi impius & peccator habetur æternis supplitiis condemnatus, at hos omnes πάντας, infernus evomuit, ergo omnes tunc justos, & impios omnes evomuit. Genus ipse tertium nullum agnosco; si in tanta Christi munificentia, & liberalitate, dicamus etiam misericordia, pueros in limbo, vel alios in Purgatorio excludant, næ isti Dei immensam humanitatem imminuant, qui peccatores pessimos & pœnis dignos liberat, pueros, & bonos, dignos quorum misereatur, in pœnis relinquit: Manet ergo certissimum dictis ejuscemodi genus humanum universum ab Adamo ipso per Christi ad inferos descensum fuisse in vitam vindicatum, sed sepulchra cadaveribus, & infernum animabus spoliatum, novam sibi stipem ad sublevandam inopiam à morte ipsa petiisse; sed quis similia in Ecclesia, si ex Ecclesia fuerit, fassus est unquam?

Ter-

2011 Ministerio de Cultura

Tertium eſt, Chriſtum deſcenſu ſuo illo ad inferos l) mortuis omnibus remiſſionem prædicaſſe, dediſſe iis, qui crediderunt, denegaſſe incredulis. Pag. 5. b. 2. p. τῷ σταυρῷ ζου τὴν εἰρήνην εὐαγγελισάμενος, καὶ κηρύξας αἰχμαλώτοις σωτήρ μου τὴν ἄφεσιν τὸν κρατοῦντα ἥχυνας χεῖρὲ γυμνὸν, ἠπορημένον δείξας τῇ θείᾳ ἐγέρσει ζου. *Cruce tuâ pacem annuncians, & prædicans captivis ſervator meus remiſſionem, dominantem confudiſti Chriſte, nudum, & inopem oſtendes divinâ tuâ reſurrectione.* *Captivos* intelligit vinculis in inferno addi-
321 ctos, quos alibi δεζμώτας vocat. *Dominantem* infernas poteſtates. Sed ne pro *captivis* peccatores, & *dominante* κοσμοκράτορα, & prædicationem Chriſti in hac vita, non poſt mortem intelligas, quamvis noſtræ ſententiæ loca alia ex aliis libris adducta ſtabiliant, habeto tibi & alium locum ex pag. 127. a. 2. m. ὅτι τὸν ᾅδην ἔδησας ἀθάνατε ὡς θεὸς παντοδύναμος καὶ νεκροὺς ζυνανέστησας, καὶ πύλας θ᾽ θανάτου συνέτριψας καὶ κράτος θ᾽ ᾅδου καθεῖλες ὡς θεός. διὸ οἱ γηγενεῖς δοξολογοῦμέν σε πόθῳ τὸν ἀναστάντα καὶ καθελόντα ἐχθρὸν τὸ κράτος θ᾽ πανόλεθρε καὶ πάντας ἀναστήσαντα, τοὺς ἐπὶ ζοὶ πιστεύσαντας. *Quòd infernum ligaſti immortalis ut Deus omnipotens, & mortuos reſurgere feciſti, & portas mortis contriviſti, & poteſtatem inferni enervaſti ut Deus. Propterea terrigenæ gloriam tibi cum deſiderio dicimus, qui reſurrexiſti, & oppugnaſti hoſtis vim perditiſſimi, & omnes in vitam reduxiſti, qui in te crediderunt.*

Et cùm videam hujusce erroris de ſalute damnatorum ſemina non in hoc libro tantùm, quem modò dijudico, ſed in Triodio, Pentecoſtario, ac aliis Græcorum libris Eccleſiaſticis ſæpiùs ſpargi, non abs re erit, ut cenſeo, rem hanc altiùs, accuratiúsque examinare, ut unde error irrepſerit, undéque propagatus tantùm Græcorum libros infecerit dignoſcentes, malo medicinam non incommodam afferamus. Quæſitum diutiùs eſt etiam ab ipſis Eccleſiæ incunabilis, an fides tantùm in Chriſtum vel per Chriſtum ſalutem animis pareret, adéo ut qui, licèt laudabili vitæ
322 inſtituto, intègra ſcilicet vita, ſcelerísque puri vixiſſent, in Chriſtum tamen non credidiſſent, æternis ſuppliciis damnarentur. Omnes in eo convenêre fontem ſalutis Chriſtum eſſe, ab eo tantummodò expectandam: oleum, ſi in aliis perquiratur, perdi. Neque in hac re fuit inter Catholicos dubitatio. Primus Marcion,

ut

l) Conferquæ ſupra p. 239. ſqq. 308. ſq.

2011 Ministerio de Cultura

ut lib. 1. cap. 29. refert Irenæus, fundamentis dogmatum inversis, debitam salutem per Christum viris justis surripuit, quam injustis non est veritus elargiri. Nam docuit Cainum, Nembrotum, Sodomitas, Ægyptios, ac alios moribus immanissimis descensu Christi ad inferos salutem consecutos, cùm ibi remanserint Abelus, Enochus, Abrahamus, ac cæteri Prophetæ & Patriarchæ, & ne sine ratione, rationis ipse expers loqui videretur, addebat, justos cùm alibi sæpiùs Deum illos tentantem vidissent; tunc etiam tentare eum suspicatos, admonitionibus Christi non credidisse, ideóque apud inferos destitutos. Sed ridicula hæc. Nemo enim absque fide salutem habuit. Nonnemo m) in contrariam sententiam trahere conatus est Clementem Alexandrinum, Chrysostomum, Justinum Martyrem, & Euthymium, tanquam qui viderentur asserere, Philosophiam gentibus, vel solam Dei cognitionem ante Christi adventum ad salutem suffeciisse, & simili ratione Judæis Prophetas, & gentibus probatissimos quosque concessisse, ut eorum ope uterque salutem consequi posset; eósque qui ita vi- 323
xerint non minùs Christianos esse, quàm alios sic dictos post Christi adventum, ideóque multos ex illis salutem consecutos. Sed optimè illi satisfactum fuit à Catholicis, rectáque horum Patrum sententia aliis eorum dictis, falsa explosa, communita est. Hinc ab iis repetendis abstineo. Quid hîc hæreticorum recentiorum nugas aggeram, qui in vita æterna, & Herculem, & Theseum, & Numam, & Camillum, & Catones, & Scipiones, & Socratem, & Virgilium; Et quos non cœlo locant? Ex Catholicis cum istis insaniit Ludovicus Vives n) meritò à Theologis Lovanienſibus notatus. Vide si placet Rosueidum in lege Talionis tab. 1. & in Anticapello cap. 1. Julium Bullengerum Diatriba in cap. 1. exercit. 1. Casaubonianæ in Baronium, Gerardum Joannis Vossium Histor. Pelagianæ lib. 3. parte 3. thesi 11. Franciscum Fevardentium, & alios, qui robustè admodum hasce Hæreticorum næniolas refellerunt, tantósque Patres ab Hæreticorum calumniis vindicatunt. De Theophilo, Falconilla, Trajano, & aliis, quid sentiam ipse jam o) dixi; licèt non inficiar plerosque esse, qui Trajani histori-

m) Isaacus Casaubonus Exerc. 1. ad Baron. cui adde si placet Montacutii Analecta Exerc. 1.

n) Ad Augustin. de Civitate DEI XVIII. 47.

o) Supra p. 124.

2011 Ministerio de Cultura

am approbent, quorum non minimam partem in unum collegit Alphonſus Ciacconus Apologiâ de hac re editâ, & Franciſcus de Mendoza lib. 2. de floribus ſacris, problem. 6. in quo dubitat an B. Virgo ſuo patrocinio aliquem aliquando ab inferis eripuerit, & multa notatu digna aſſumit.

324 Ridicula quoque eſt eorum ſententia, qui tradunt Judam, cùm ſciret Chriſti in inferos adventum, & inde omnium ſalutem futuram, ſuſpendio Chriſti mortem prævertiſſe, ut inde poſtmodum adventu Chriſti ſalvus educeretur. Sententiam refert, & refutat Glycas ſive Zonaras epiſt. 56. πλὴν οὐχ οὕτως ἐπὶ τὴν ἀγχόνην ἐλήλυθε, καθά τινες ὑπειλήφασιν, ὥστε προλαβεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ εἰς ᾅδην κατελθεῖν ἐπὶ τῷ τυχεῖν ἐκεῖσε παρ' αὐτοῦ συγχωρήσεως. ἔστι γάρ ἢ οὐ ποτέ τις καταδέξαιτο λογισμοῦ κύριον ὤν. ὁ γὰρ πωρωθεὶς ἐπὶ τοσοῦτον τὴν διάνοιαν, ὁ παντάπασι τὴν ἑαυτοῦ ἀπογνοὺς σωτηρίαν, πῶς, ἢ ποίῳ τρόπῳ καθ' ἑαυτὸν τοιαῦτα σωφρονεῖ; πῶς ἐμελέτα κατελθεῖν τε εἰς ᾅδην, κἀκεῖσε θεῖναι μετάνοιαν; ἄλλοτε πόθεν ἐκεῖνον ἤκουσεν, ἢ τίνι εἰπόντι ἔστι μεμάθηκεν, ὅτι πρὸς ᾅδην καταλθὼν ὁ Χριστὸς, κήρυγμα μετανοίας, καὶ τοῖς ἐκεῖσε κηρύξειε; καὶ ταῦτα ἐκ προφήτου Δαυὶδ καθεκάστην ἀκούων λέγοντος· ἐν ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; πρὸς δέ γε τοῖς εἰρημένοις ὁσιώτατε ἀνὴρ, καί τι φῂς ἐκ Ἰούδα φησὶν ὁ χρονογράφος ἐκεῖνος Γεώργιος ὁ Κεδρηνὸς εὑδένα βούλομαί σε δι' εἰδησιν. λέγει γὰρ πολλὰ φιλοκαλούμενος ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων ὁ Ἰούδας, ὥστε προσελθεῖν καὶ βαλεῖν μετάνοιαν, ὃν ἠθέλησεν. ἐφ' ᾧ καὶ ἀκούσας ὅτι ἀνελήφθη ὁ Χριστὸς ἐπιτοσοῦτον ὠγκώθη, ὥστε καὶ μέσον λαχίσαι, καὶ φῂς μὴν τῆς ματαιολογίας ταύτης οὕτως. ὅτι ἐκ τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ὁ ἄθλιος ἀπογνοὺς, οὐ μὴν ἐν ᾅδῃ σωτηρίας ἐλπίζων τυχεῖν τῷ δι' ἀγχόνης τέλος ἐχρήσατο, καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἀριδήλως ἔστι δεδήλωκεν ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίοχον κεφαλαίοις οὕτως εἰπών, ἅδὲν χεῖρον ἀπογνώσεως, ἢ συχεθεὶς ὁ Ἰούδας ἀπήγξατο.

325 *Sed tamen non hac ratione ad laqueum venit, ut quidam exiſtimarunt, ut anteverteret Chriſtum, & ad inferos deſcendens ab eo ſibi eo in loco veniam impetraret. Id enim nemo unquam admiſerit, dummodo conſilii compos ſit. Qui etenim tantundem cognitione obduratus eſt, & modis omnibus de propria ſalute deſperarit, quomodo, aut quanam ratione in ſeſe ſimilia reſolvebat? quomodo meditabatur ad inferos deſcendere, ibique pœnitentiam agere? inſuper andenam ille audiit, aut quo id referente edidicit, deſcenſu ſuo ad inferos Chriſtum pœnitentiam illis, qui ibi erant*

pre-

2011 Ministerio de Cultura

prædicaturum, eóque potissimum si audiat quotidie Prophetam dicentem, in inferno autem quis confitebitur tibi? *Præter jam dicta, ô sacratissime vir, quid de Juda Georgius Cedrenus Chronographus referat scire te, ut id quoque non te lateat, cupio; tradit enim, multis sollicitatus ab Apostolis Judas ut accederet, factique sui eum pœniteret, noluit, ideóque audiens Christum assumptum fuisse, in tantam molem excrevit, ut medius rumperetur. Et hæc quidem de hujus sententiæ inanitate. Eum porrò de propria salute desperantem, non apud inferos de salute sperantem laqueo vitæ finem quæsisse, magnus Athanasius manifestò docuit in quæstionibus ad Antiochum illis verbis: Nihil est desperatione deterius, quâ correptus Judas sese in laqueum induit.* Ammonius quoque Presbyter satis antiquus auctor narrat Christi descensu ad inferos animas omnes, & ipsius Judæ à vinculis fuisse solutas, non tamen omnes cum Christo ascendisse, sed tantummodò illas quæ crediderunt. Idem Glycas: Βεβαιοῖ δὲ ταῦτα καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἀμμώνιος λέγων, ὅτι τοῦ Χριστοῦ καταβάντος εἰς ᾅδην αἱ ψυχαὶ πᾶσαι καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ Ἰούδα τῶν δεσμῶν ἀπελύθησαν. οὐκέτι δὲ καὶ πᾶσαι τῷ Χριστῷ συνανήλθοσαν, μόναι δὲ αἱ πιστεύσασαι. 326 Tantámne fuisse vim & efficaciam advenstus Christi ad inferos, ut solâ sui præsentiâ damnatorum vincula, si tamen in locum damnatorum accessit, fuerint dissoluta? & poterant jam liberi, nisi inertes esse voluissent, Christum sequi, & conari aliquid de sua liberatione? Quis enim præsente Christo, & vincula solvente, ne unà cum eo commearent, impediisset? id sanè non tentassent in fugam versi dæmones. Perfidia eos detinuit, & pertinacia in malo, sed splendor Christi, & potestas, quemadmodum vincula, & tenebras, ita malum animum, & pervicax ingenium emolliisset. Si Judas Christum expectabat ad beneficium à Christo accipiendum paratus, credens tanto miraculo, ideóque vitam sibi eripuit, jam redivivus Apostolus, suo throno, cùm omnes judicio divino palam subjicientur, sedebit. Sed nugæ.

Andreas Cretensis Virginis animam, referente, nec improbante Glycâ epistolâ 42. post mortem ad inferos descendisse tradit. εἰ δὲ καὶ εἰς ᾅδην λέγῃ, τῷ μακαρίαν αὐτῆς ψυχὴν καταλαθεῖν ὁ θειότατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης, ὅτε τὰ ἐκεῖσε τοῦ καὶ Χριστοῦ τελεσθέντα μυηθησομένην μυστήρια. πῶς τε νενίκηκε, καὶ ὅπως τοὺς μοχλοὺς ἐκείνους συντρίψας ἐγείρεται, μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν, μηδὲ ξένον τὸ πρᾶγμα ἡγοῦ, ἀμήχανον εἶναι λέγων καὶ ταῖς τοῦ κυρίου τε-

2011 Ministerio de Cultura

327 τεθεῖναι χερσὶ, καὶ εἰς ᾅδην αὐτὴν κατελθεῖν. ὃν γὰρ τρόπον ὁ κύριος εἰς χεῖράς σου πάτερ παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου ἔλεγε, εἰς ᾅδην δὲ ὅμως πλησκαῦτα κατήρχετο. οὕτω δὴ καὶ τὰ κατὰ τὴν παρθένον διανοεῖσθαι σε ἄξιον. *Et si in infernum quoque beatam illius animam descendisse tradat divinissimus Andreas Cretensis, ut scilicet mysteria à Christo ibi peracta addisceret, & quomodo devicerit, & quanam ratione vectibus illis fractis resurrexit. Ne hoc tibi admirationem concitet, neque rem esse peregrinam existima, fieri non posse, inquiens, eam in manibus Domini deponere, & in infernum descendere. Quemadmodum enim Dominus, In manus tuas Pater commendo spiritum meum, dicebat, nihilominus in inferna tunc descendebat, eodem modo & res Virginis dijudicandæ sunt.*

Nec Virginis tantùm, sed & reliquorum hominum animas post mortem in infernum descendere ex eodem Andrea idem Glycas enunciat & probat. Eâ tamen differentiâ, quòd justis ad contemplanda Christi mysteria etiam in illa regione patrata, loco transitus ad cœlestia concedatur; impiis tanquam sedes, in qua remanent æternis suppliciis cruciandi. ὕστερον δὲ τοῦ κυρίου κατάγε τὸν τοῦ πάθους καιρὸν εἰπόντος· πάτερ εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμα μου, ταῖς μὲν τῶν δικαίων πλησκαῦτα ψυχαῖς, ἡ πρὸς τὰ ἄνω πορεία κεχάρισται, εὐδὲ γὰρ δωρεὰν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ αὐτῶν ἀπέθανεν, αἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχαὶ καθάπερ καὶ πρότερον τοῖς κάτω ἐναπομένουσι, καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἐν τῷ εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου λόγῳ αὐτοῦ διέξεισιν ὁ θειότατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης. λέγει γὰρ οὕτωσὶ,

328 καὶ νῦν μὲν ἁπάντων ἀνθρώπων, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν ἁγίων αἱ ψυχαὶ τὸν ἀμειδῆ τῶν ᾅδου τόπον ἐπέρχονται, οὐ κατέχονται δέ. πλὴν ὅσαι τῇ κατὰ τὸν βίον ῥᾳθυμίᾳ τὸν δι' ἁμαρτίας θάνατον ἑαυταῖς ἐπεσπάσαντο· ὥστε διελεύσονται μὲν αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ διὰ τῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν. οὐ γάρ ἐστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον. οὐ μὴν δὲ καὶ καταισχυνθήσονται καθὰ καὶ πρώην, ὅτε σὺν τῷ θανάτῳ ἐβασίλευεν ἡ ἁμαρτία. διελεύσονται δὲ ὥστε μυηθῆναι τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐκεῖσε διὰ τοῦ κυρίου τελεσθέντα μυστήρια, πῶς τε νενίκηκεν, καὶ ὅπως τοὺς μοχλοὺς ἐκείνους συνελόντας ἐγήγερται. αὐτὸ τοῦτο καὶ ὁ θεολόγος ὑπεμφαίνων Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὸ Πάσχα λόγῳ αὐτοῦ καὶ τάδε φησίν. αὖ εἰς ᾅδου κατῆλθε, συγκατελθε. γνῶθι καὶ τὰ ἐκεῖσε τοῦ Χριστοῦ μυστήρια, καὶ τίς ἡ οἰκονομία τῆς διπλῆς καταβάσεως. *Cùm postmodum tempore Passionis Dominus dixisset, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, justorum*

2011 Ministerio de Cultura

rum tunc animabus ad ſuperiora aditus datus eſt, neque enim gratis pro illis Chriſtus mortem oppetiit: peccatorum autem animæ, quemadmodum & priùs in locis infernis remanent. Idque manifeſtum eſt ex his, quæ tra- 329
ctat in oratione de dormitione ſanctiſſimæ Deiparæ diviniſſimus Andreas Cretenſis. Et nunc quidem ait, omnium hominum, & ipſorum quoque juſtorum animæ triſtem inferorum locum pertranſeunt: nec detinentur, niſi tantùm eæ, quæ viventes luxu ac deliciis, mortem, quæ per peccatum advenit, in ſemet attraxerunt. Quapropter pertranſibunt quidem per inferorum portas juſtorum animæ. Neque enim eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, ſed non detinebuntur quemadmodum anteà, cùm unà cum morte peccatum dominatum obtinebat. Pertranſibunt verò ut myſteria ibi ſupra naturam à Domino perfecta addiscant: quomodo vicit, & quomodo vectibus illis confractis reſurrexit. Id idem & Theologus Gregorius in oratione de Paſcha innuens ait, Si ille in inferna deſcendit, deſcende tu quoque, & Chriſti myſteria eo in loco apprehende, & quænam fuerit diſpoſitio duplicis deſcenſus. Eadem videtur repetere idem Andreas orat. de vita humana, ac de dormientibus.

Neque minùs obſervandum eſt, quando jam de deſcenſu Chriſti ad inferos ſermo eſt, Nicephorum Calliſtum Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 31. Chriſtum in inferno tantùm apparuiſſe, & inſtar fulguris patratis omnibus, quæ de eo narrantur, eodem horæ momento rediiſſe: idque etiam tenuiſſe Chryſoſtomum refert.

ὁ γὰρ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης Χριστὸς μόνης διαιρεθείσης τῷ θανάτῳ ψυχῆς μόνης σώματος ἐπιφανεὶς ταῖς ἐν ᾅδου τῶν δικαίων ψυχαῖς τῆς πρὸς τὸν παράδεισον ὁδοιπορίας ὁδηγὸς ἐχρημάτιζε. φωτὸς δὲ χηγὸς καὶ ἡγεμὼν αὐτοῖς τῆς ὁδοῦ, ὥσπερ δὴ καὶ τῷ λῃστῇ γεγονώς. καὶ γὰρ αὐθήμερον, μᾶλλον δὲ αὐθωρὸν ἐξ ᾅδου ἀνέθορεν, ὥστε ἴσως καὶ τῷ χρυσῷ τὴν γλῶτταν μάλιστα διηκρίβωται. οὐ γάρ πως ἴσῳ τῶν εὐλόγων, καὶ τὴν ἐκείνου ψυχὴν τῷ ᾅδῃ κατέχεσθαι μηδέν τι τῆς πατρῴας ἐπαγομένην ἀρᾶς. ἀθρόον δὲ καὶ οἷον φάναι ἀστραπῆς τάχει τούς γε ἀξίους διὰ τοῦ φωτὸς τῆς ὑπερφυοῦς θεότητος καταυγάσαι, καὶ τῶν ζοφερῶν ἐκείνων καὶ ἀνηλίων κευθμώνων ἀπείρῳ δυνάμει ἐξαγαγὼν, ἅτε δὴ τυφλώψας τοὺς ἐκεῖ πρωτοστάτας τοῦ σκότους, καὶ δεσμοὺς τῶν κακῶν, ταῖς τῆς θεαρχίας αὐγαῖς, καὶ τῇ στρατιᾷ τῶν ἀγγελικῶν παρατάξεων, ἀχρόνως, ἀκόπως, καὶ τὸ ὅλον φάναι θεοπρεπῶς πρὸς τὰς ἱερὰς, καὶ φωτὶ ἀπλέτῳ καταλαμπομένας τοῦ παραδείσου ἀκαελαίᾳ ῥοπῇ μετάγει σκηνάς. *Ipſe enim juſtitiæ ſol Chriſtus animâ ſolâ per mortem* 330

2011 Ministerio de Cultura

à corpore ſegregatâ apud inferos juſtorum anîmis præſto fuit: & dux itineris ad Paradiſum ferentis præiit, lucis princeps, viæque ductor eis perinde atque latroni factus. Eadem namque die, ac potius eadem horâ ab inferis rediit, ut quidem cùm alii nonnulli, tum is cui aurea lingua nomen indidit, in primis hæc accuratiùs certiúsque expoſuêre. Nec enim rationi conſonum erat, animam ejus apud inferos retineri, qui nihil prorſus à primi parentis maledictione, & exitio ſecum attuliſſet. Subitô verô, & ut ita dicam fulgetri celeritate dignos, atque idoneos luce ſummè coruſcantis Deitatis illuſtrans, ac immenſa potentia, ex caliginoſis illis, ſoléque carentibus latebris reducens: & principibus ibi tenebrarum, ducibúsque malorum divinæ poteſtatis ſplendore, & Angelicarum cohortium militiâ, quaſi obtritis nullo tempore, & labore nullo, atque, ut ſemel dicam, eo, qui ſolum Deum decet modo in momento uno ad ſacra immenſáque luce relucentia paradiſi tabernacula traduxit. Animam ſcilicet Chriſti, quæ nihil à primi parentis maledictione attraxit, indecorum, abſonúmque videbatur apud inferos diutiùs retineri. Verum eſt, ſi ad pœnas & anguſtias, eáque nolens retineretur; ſed cùm ibi eſſet veluti rerum aliarum, ita & inferorum Dominus, ſuàmque majeſtatem pellendo dæmones, ſervando ſibi complacitos oſtenderet volens & libens, abſurdè nimis, & contra Evangelii verba tempus tri-

331 duanæ moræ decantatur: quod licèt in anguſtiora ſpatia ad horas præter propter XXXVI. redigendo contraxerit, non ita tamen coarctavit, ut in morulam comminueret. Verè enim tribus diebus, & tribus noctibus manſit in ſepulchro corpus, & conſequenter anima in inferno. Quod optimè à Leone Papa ſermone I. de Reſurrectione exprimitur. *Tam velox incorruptæ carnis vivificatio fuit, ut major ibi eſſet ſoporis ſimilitudo, quàm mortis, quoniam Deitas, quæ ab utraque ſuſcepti hominis ſubſtantia non receſſit, quod poteſtate diviſit, poteſtate conjunxit. Ne turbatos diſcipulorum animos longa mœſtitudo cruciaret, denunciatam tridui moram tam mirâ celeritate breviavit, ut dum ad integrum ſecundum diem pars primi noviſſime, & pars prima tertii concurrit, & aliquantum temporis ſpatio deciderit, & nihil de dierum numero deperiret.* Nec aliud nobis innuit Gregorius de Reſurrectione Chriſti: *Quæ cùm ita ſe habeant, conſtat nobis præfinitum tridui ſpatium à veſpera poſt quintam usque ad veſperam ſabbati, tempus reſurrectionis ita dimetientibus, ut interjecta nox connumeretur, quæ Paraſcevem in dies duos, & noctem unam partitur. Decebat enim, ut in ejus imperio, qui ſæculis*

2011 Ministerio de Cultura

culis dominatur, novâ ratione spatia temporis accommodarentur ad rerum utilitatem, non autem res necessariò, statutis temporum terminis extenderentur, & divina potentia celeriùs, bona nobis ad exitum perducente, termini temporis ita contraherentur, ut non pauciores tamen, quàm tres dies & totidem noctes contineret. Hunc enim numerum mystica & arcana ratio 332
continebat, nec solita dierum & noctium spatia celerem divinæ virtutis actionem retardarent. Qui enim & ponendæ, & rursus sumendæ animæ cùm vellet, habebat potestatem, poterat etiam tanquam sæculorum auctor efficere, ut actionibus suis tempus inserviret, non autem tempori actiones. Nec longè est ab hac sententia idem Nicephorus in Synaxario Paschatis; postquam enim varias de triduana in sepulchro mora expositiones attulisset, subdit: εἰ δ' εἰς τὼ τρίτω ἐπαγγελάμενος εὐεργετήσας ἡμᾶς ὁ σωτὴρ συνομώτερον διεπεράξατο τὼ εὐεργεσίαν, καὶ οὕτω χάρις αὐτῷ. Quòd si cùm pollicitus fuisset in diem tertium, de nobis Servator benè merens in breviora tempora beneficium contraxit, gratiæ sint ipsi. Et Christum apud inferos resurrectioni justorum tribus diebus, & tribus noctibus operam dedisse fatetur Proclus Patriarcha Constantinopolitanus orat. de S. Paschate, quæ incipit, νικάτω καὶ λόγων. ἀδέποτε τρισὶ νυχθημέροις Φύσις εἰς ἀνάστασιν ἐλοχεύθη. Nunquam tribus diebus, & tribus noctibus natura ad resurrectionem concepta, ac generata est. Hoc est, tum primùm à Christo triduano illo spatio naturam humanam ad resurrectionem evocatam, qui est genuinus auctoris sensus, non quem expressit Interpres. Andreas item Cretensis orat. de vita humana, & de dormientibus: εἰ οὖν καὶ αὐτὸς εἵλετο κύριος ὧν ἅπαντος τὼ εἰς ᾅδου καταβασιν ἐπιδείξασθαι, καὶ τὸν ἀμειδῆ τοῦ ᾅδου χῶρον τὸν ἀφεγγῆ λέγω, καὶ σκοτεινὸν νυκτοτρίτημερον διελήλυθε· τί ξένον; Si itaque ac ipse elegit, licèt Dominus esset universi ad inferos descensum palàm in se recipere, & luctuosa in- 333
ferni loca, obscura, inquam, & tenebrosa, tribus diebus, & tribus noctibus pertransiit, quid mirum?

Græcos tamen posteriores in sententiam illam, quæ dicit omnes, vel plurimos à Christo ab inferis liberatos, & alios etiam posteà Sanctorum precibus adjutos, quæ mitior esse videtur, ut eò unde egressa est, revertatur oratio, fuisse propensiores, nulla alia potior causa fuit, quàm *Purgatorium.* p) Cùm enim communi Pa-

p) Equidem fatendum est Græcos qui ita sentiunt, ut ex inferis redemtionem ac liberationem admittant, plumbeis argumentis pugnare adversus Latinorum purga-

2011 Ministerio de Cultura

Patrum ſententiâ viderent ſuffragia pro mortuis, & neceſſaria eſſe in Eccleſia, neque fruſtrà à Chriſtianis fieri, quando ea in emolumentum animarum vertantur, quas à pœnis liberant, & hoc negare, eſſet univerſa ſanctorum Patrum monumenta de medio tollere: ne cogerentur ex una parte Purgatorium fateri, à quo animæ piis operibus extrahuntur, in pernicioſiorem ſententiam verſi ſunt, ut dicerent illas animas illis operibus, non à purgatoriis pœnis, ſed inferni liberari, quo quid dici poteſt immanius? quid à Patrum & Conciliorum doctrina magis alienum? Ne Purgatorium fateri compellaris, cruciatus omnes æternos, & æternitati ſuppares tollis, & inextinctum illum ignem temerè ſatis, & contra Eccleſiæ decreta extinguis, eodémque momento errorem Origenis de reparatione dæmonum renovas, & à faucibus orci, in quibus tandiu damnatus inhæſerat, inter vivos reſtitutis; & dum-
334 modo in aſſerendo Purgatorio cum Latinis non convenias, nihil tibi curæ eſt, ſi cum Origene, & illius aſſeclis condemneris. Si votis Eccleſiæ, ſi Chriſtianorum in defunctos officiis tantumdem amans animum dediſti, ut ſummè doleas, ſi concepto per te lucro defraudentur, ne ad æviternas inferorum pœnas transferas, habes in quæ melius tutiúsque exerceas, purgatoriis dede cruciatibus. Sic tibi, defunctis, univerſæque Eccleſiæ benè conſules, ſin minus, operam ludis. Non verba do, non fingo fallacias. Græci ipſi ſuis ſcriptis dicto meo fidem faciant: ſitque primus Gabriel Philadelphienſis. Is ut Purgatorium neget adverſus Eccleſiam Romanam cap. 4. etiamnum Dei miſericordia animas peccatorum ob preces pro illis à piis hominibus effuſas à pœnis inferni liberari dicere non veretur. ὅτι ἐπῳδὴ καὶ δὲν ἔγινε μέχρι τῆς νῦν ἡ τελεία ἀπόφασις, καὶ καθόλου κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ ἅδης εὐρίσκεται ἀνοικτὸς, καὶ ἡ ἄπειρος εὐσπλαγχνία τοῦ θεοῦ ἑτοίμη πρὸς τὸ ἐλεῆσαι, διὰ τοῦτο αἱ ψυχαὶ οὐ μόνον λαμβάνουσιν ἄφεσιν, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν διὰ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν πρὸς θεὸν γινομένας εὐχὰς, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἐλευθερίαν καὶ λύτρωσιν τῆς κολάσεως. *Cùm ad hæc usque tempora ſententia poſtrema atque univerſalis in peccatores lata non eſt, infernus invenitur reſeratus, & finita Dei miſericordia ad miſerendum parata. Quapropter animæ non tantùm ob effuſas pro illis ad Deum preces remiſſionem accipiunt,*

torium, quod ipſimet aliis verbis vel admittunt vel admittere coguntur. Adde ſi placet quæ ſupra p. 116.

2011 Ministerio de Cultura

cipiunt, & conſolationem, ſed abſolutam libertatem, & liberationem à pœnis. Secundus ſit Georgius Coreſius, qui recentiorum Hæreticorum labe infectus, loca à ſanctis Patribus in infernis terræ partibus pro detentorum vario ordine, varia ac diverſa conſtituta, in unum tantummodo locum, anguſtè admodum coarctans ac confundens, infernum ſcilicet, ab eo non animorum ſolùm liberationem aſſeverans, verba illa Scripturæ, *in inferno non eſſe pœnitentiam*, ita exponit de purgatorio igne. ὅμως καὶ αὕτη ἡ ἔνστασις εὔλυτός ἐστιν ἐξ ὧν ἀνωτέρω ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης ἐθεολόγῳ τὴν ῥῆσιν περὶ τῶν παντελῶς καταικεκημένων καταγνοεῖσθαι. εἶτ' ἀπιστῆσαι χρὴ μὴ φάναι τὸν προφήτην ἐν τῷ ᾅδῃ μὴ εἶναι λύτρωσιν, ἀλλὰ μετάνοιαν. ἐπεί τοιγε καὶ οἱ τῶν ἐξ ᾅδου δεσμῶν λυτρούμενοι οἰκείᾳ μετανοίᾳ, ἀλλ' εὐχαῖς τῶν ζώντων ἐκεῖθεν ἐξέρχονται. *Nihilominus hæc objectio ſolui facilè poteſt ex iis, quæ ſuprà Joannes Damaſcenus in Theologicis aſſeverabat, dictum de iis, qui modis omnibus damnati ſunt, eſſe intelligendum, vel etiam reſpondendum eſt, non dixiſſe Prophetam in inferno non eſſe liberationem, ſed pœnitentiam; quandoquidem qui ex inferni vinculis liberantur, non propriâ pœnitentia, ſed viventium precibus inde exeunt.* Quaſi qui modò ſalvantur opinione Coreſii peccatores, in peccatis quibus immortui ſunt, licèt obſtinati, & duri, viventium precibus liberentur, & peccatores absque ulla pœnitudine ſalutem conſequantur. Peccatores, qui ſalvandi ſunt, ſi peccatores ulli unquam æternis pœnis addicti ſalvari poſſint, priùs pœniteant, oportet, Deum, quem oderunt, redament, ſícque reconciliati Servatori ſuo piorum precibus pœnas illas evitabunt. Tu illis pœnitentiam negas, libertatem aſtruis, & ridiculum eſt, quod aſſeris non propriâ pœnitentiâ liberari, erit ſcilicet aliena pœnitentia, quâ ipſi libertatem conſequuntur, eáque fuerit preces viventium. Quis unquam ſimilia audiit? Preces viventium condemnatorum ad pœnas infernales pœnitentiam eſſe: & ſimilis ſortis homines nugari ſeſe non cognoſcunt? & dummodo Purgatorium elevent, omnes ſuas machinas, & commenta proſperè ſibi ceſſiſſe autumant? Sanè Damaſcenum, cui expoſitionem ſuam referunt, non intelligunt: apud quem impœnitentia tollit redemptionem, & ubi pœnitentia locum non habet, multò minùs redemptio. En verba lib. 2. de Fide orthodoxa cap. 4. διὸ τῷ Διαβόλῳ καὶ τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ ἡτοίμασται τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, καὶ ἡ κόλασις ἡ αἰώνιος, καὶ τοῖς

2011 Ministerio de Cultura

τοῖς ἑπομένοις αὐτῷ. χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι ὥσπερ ὅδε τοῖς ἀνθρώποις ὁ θάνατος, οὕτω τοῖς ἀγγέλοις ἡ ἔκπτωσις, μετὰ γὰρ τὴν ἔκπτωσιν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετάνοια, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν θάνατον. *Quapropter diabolo, & dæmonibus ejus præparatus eſt ignis inextinguibilis, & ſupplicium æternum, & iis, qui eum ſequuntur. Sciendum autem eſt, quod hominibus mors eſt, id idem Angelis eſſe lapſum: namque poſt lapſum non eſt illis pœnitentiæ locus, quemadmodum neque hominibus poſt mortem.* Angelis ſupplicium æternum eſt, & ignis inextinguibilis, quoniam poſt lapſum non eſt illis pœnitentiæ locus, quemadmodum neque hominibus poſt mortem. Lapſi itaque Angeli, & homines
337 mortui pœnitentia non ducuntur, & quod Angelis poſt lapſum, id hominibus evenit poſt mortem. Argumentare ergo; ſi Angeli poſt lapſum, qui pœnitere non poſſunt, æternis affliguntur ſuppliciis, id quoque hominibus poſt mortem eveniet, cùm nec ipſi pœnitere poſſunt; vel ſi homines licèt pœnitere non poſſunt, miſericordiâ tamen Dei redemptionem conſequuntur, Angeli quoque id idem miſericordiâ Dei habebunt, & ſic aliquando dæmones à ſuppliciis æternis liberabuntur, non pœnitentiâ propriâ, ſed miſericordiâ Dei. Annon qui Catholicus videri cupis, Origeniſtam agis? quare ubi pœnitentia non eſt, neque erit ulla ſtatus mutatio, ſed peccatores condemnati ad pœnas æternas, æternis quoque temporibus punientur, quando id æternum quoque ſignificet. Nulli dubium eſt apud ſacras literas, & divinos ſcriptores ſæpiſſimè æternum non pro infinito temporis ſpatio, ſed pro longo aliquo, aut magno tempore ſumi. Auguſtinus tomo 4. quæſt. 31. ſuper Geneſim, & tomo 5. lib. 16. de Civitate Dei cap. 26. & tomo 6. contra Priſcillianiſtas, & Origeniſtas cap. 5. &. 6. in eadem ſententia eſt, probátque Exodi 21. *Serviet in perpetuum*, id eſt, usque ad annum lubilæi. Geneſ. 17. *Dabo tibi terram Canaan in poſſeſſionem æternam*, id eſt, longiſſimæ durationis, & ibidem, *Eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum*: & tamen circumciſio, de qua ſermo eſt, adveniente Chriſto, veluti umbra ad-
338 veniente luce diſparuit. Ne plura hîc congeram, Vide Joannem Ferdinandum tomo 1. Theſauri. 55. verbo *æternitas*. Sed quid id fuerit ad pœnas æternas inferni, quæ ideò æternæ dicuntur, quia nullo unquam tempore finient, unà cum ipſo Deo ſempiternè duraturæ? quòd ſi æternum per te in pœnis damnatorum ſic accipitur,

2011 Ministerio de Cultura

pitur, ut non perpetuum sit, sed saltem diuturnum, undenam habebimus beatorum gloriam, cujus perpetuitas non alio, quàm hoc eodem vocabulo indicatur, semper esse duraturam, nec aliquando unquam finem habituram? Græcis est αἰώνιος μακαριότης, αἰώνια ἀγαθὰ, αἰώνιος τρυφὴ, αἰώνιος βασιλεία, αἰώνια τερπνὰ, αἰώνιος ζωὴ, αἰώνιος ἀντίδοσις, αἰώνιαι σκηναὶ, αἰώνιος λιμὴν, αἰώνιος κατάπαυσις, αἰωνίζουσα δόξα, διαιωνίζον φῶς, ἀΐδιος εὐφροσύνη, ἀτελεύτητος ζωή, & sexcenta alia: nec occurrit vox alia, quæ magis æternitatem, & sine ullis limitibus durationem indicet, quare si inferno Origenicè tempora, non verò Catholicè decurtas, & in angustissimos terminos coarctas, quid vetat id idem tibi: & de æterna beatitate stultissimè, & quam maximè animabus perniciosè asserere. Ipse qui Catholicus sum, quemadmodum beatorum gloriam nunquam desituram firmiter teneo, ita & pœnas inferni iisdem cum gloria æternitatibus commensurari firmiter credo. Et cùm manifestò postmodum mihi compertum sit precibus Ecclesiæ, & fidelium animas ab inferis, namque à suppliciis, & pœnis quibus addicuntur, ita Deo miserente per fidelium suffragia adjuvantur, liberari, & ad æterna gaudia perduci, 339
firmiter assero eas non à pœnis inferni, sed à pœnis Purgatorii, quarum oppressione expurgatæ, atque incendio emaculatæ sunt, vindicari.

Tertius sit Josephus Bryennius orat. 1. de Judicio. Σὺ δέ μοι σκόπει δύο στάσεως τόπους, τὸν ἐκ δεξιῶν, καὶ τὸν ἐξ εὐωνύμων· οὐχὶ καὶ μέσον ἐν τούτοις, ὡς ἔνιοι οἴονται, καὶ δύο τάγματα μόνα τὸ τῶν δικαίων, καὶ τὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ δύο κληρονομίας· τοῖς μὲν τὴν αἰώνιον ζωὴν, τοῖς δὲ τὴν ἀτελεύτητον κόλασιν, ἀλλ' οὐχὶ σὺν ταύταις καὶ τρίτην τινὰ, καθάπερ ἄρνα δὲ μέση τις ἀγέλη προβάτων, καὶ ἐρίφων ἢ ἐνταῦθα γινώσκεται εἶναι, ἢ ἐκεῖ παρὰ τῷ τοῦ Χριστοῦ θρόνῳ ἑστάναι πιστεύεται. *Tu porrò duo stationis loca contemplare, alterum à dextris, alterum à sinistris, & nullum inter hos medium, ut quidam opinantur, & duos ordines tantummodo justorum, & peccatorum, & duas hæreditates, aliis quidem vitam æternam, aliis sine ullo fine cruciatus, & nullam cum hisce aliam tertiam, quemadmodum nullus intermedius grex inter oves & agnos, vel hîc dignoscitur esse, vel ibi apud judicis thronum assistere creditur.* Obscurè nimis, atque perplexè, qui præsentem rerum statum cum futuro confundit. Nullus enim in extremo illo judicio ali-

2011 Ministerio de Cultura

um ab his duobus ſtatum agnoſcit. Tunc enim juſtis, inter quos etiam illi, qui purgatoriis pœnis expurgati ſunt, locum habent, omnia dextera ſunt, at peccatoribus ſiniſtra; ante tamen illud tempus cùm non omnes vel Paradiſi gloriam, vel pœnas inferni demereantur, tertius locus aſſignandus eſt, in quo maculis abje-
340 ctis, dignos ſe beatitudine faciant; quod negaſſe Briennium ex oratione ipſius ſecunda de eodem judicio apertè colligitur, cùm enim dubium propoſuiſſet, *quonam in loco nunc temporis ſanctorum animæ degant*, reſpondet: Αἱ μὲν τῶν οἰχομένων ψυχαὶ δύο τόπους ἔλαχον εἰς ἀπαγωγήν. αἱ μὲν τῶν ἁγίων τοὺς οὐρανούς· αἱ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν, τὸ τῆς γῆς κέντρον, τὸν ἅδην δηλαδή. πλὴν αἱ μὲν τῶν ἁγίων ἐλευθερίας τετίμηνται, ὅτι καὶ πάντα τὸν κόσμον, καὶ τὸν Ἐδὲμ τῆς τρυφῆς τὸ χωρίον ἐνδιαίτημα ἔχουσιν. αἱ δὲ καταχθεῖσαι εἰς ἅδου μένειν ψυχαὶ, ἐξελθεῖν ἐκεῖθε ἕως ἡμέρας τῆς κρίσεως καὶ φωτὸς, ἢ τινος ἀνέσεως ἀπολαῦσαι κωλύονται· οὐχ ὅτι πρὸ τῆς κριθῆναι κολάζονται. οὔτε γὰρ οἱ ἅγιοι τῶν ἁγίων ἐκείνων ἀγαθῶν ἀπολαύουσι πρὸ τῆς κρίσεως, οὔτε οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς ἀπεράντου κολάσεως ἐν μετουσίᾳ γίνονται· ἀλλ' ὅτι ἐν φυλακῇ κατεχόμεναι ζοφερᾷ, φορτικοὺς καὶ ὠμοὺς, καὶ ἀνελεήμονας ἀπιστάτας τοὺς δαίμονας ἔχουσιν, οἳ οὐκ ἐῶσι τοῦ δεσμωτηρίου προκύψαι τινὰ, πῦρ βλέποντες, πῦρ πνέοντες, νυκτὶ ἐοικότες τὰ πρόσωπα διὰ τὸ κατηφὲς καὶ μισάνθρωπον. *Demortuorum animis duo loca, in quibus degunt, aſſignata ſunt, ſanctorum quidem cœlum, peccatoribus terræ centrum, infernus ſcilicet. Differunt tamen in hoc, quòd animæ ſanctorum libertate potiuntur, quando & mundum univerſum, & Edem delieiarum, loca pro ſede habent. At quæ in inferno permanere animæ condemnatæ ſunt, inde egredi ad judicii diem & luminis, vel alterius conſolationis participes fieri præpediuntur, non quòd antequam in judicium adducantur pœnas ſubeant, nam neque ſancti ante judicium æternis illis bonis perfruuntur, neque*
341 *peccatores indeſinentibus cruciatibus addicuntur, ſed quòd in obſcura cuſtodia mancipati, crudeles, efferatos, ac immiſericordes præſides dæmones experiuntur, qui nulli è phylaca emergere permittunt, ignem intuentes, ignem ſpirantes, facie nocti non abſimiles, quod triſte poſſident ingenium, atque inhumanum.* Ut de viſione præſente beatorum, quod auctor inſanit, nihil dicam, vide ſis lector, in quot, homo aliàs prudens ac ſapiens, ſcopulos ut ſemel arreptum errorem defendat, impingat. Fruſtra itaque tot Eccleſiæ preces, ſuffragia, ſacrificia, tot fidelium pro mortuis eleemoſynæ, expenſæ, & rectè facta impendun-

tur;

2011 Ministerio de Cultura

tur: fruſtra Deum exoramus, ut animas à pœnis & cruciatibus, quæ nulla ſunt liberet; niſi velimus dicere etiam poſt judicium pro mortuis peccatoribus, quando pœnis ſubjicientur, orandum eſſe, & preces, quas modò effundimus, poſt judicii tempus in uſu futuras, quod nemo dixerit. Sed vide, ut ſe effundat, & ab hoſtibus ipſis etiam invitis veritas extorqueatur. Cùm enim dubium, *ſi adfutura fuerit nonnemini ex eorum, qui amaram illam ſententiam acceperunt, vel cruciatibus traditi ſunt, interceſſio ab aliquo, adeo ut vel Domini decretum effugiat, vel juſtè impactam illi pœnam evitet*, exponendum propoſuiſſet, in eadem oratione reſpondet, ὅτι καὶ μεσιτεία τις ἔσαι τότε καὶ ἀγγέλων δεηθησομένων ὑπέρ τινων καὶ ἁγίων, καὶ τῆς ἔξω κόσμου κυρίας οὐχ ἥκιστα. πλὴν οὐχ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς, οὐδὲ ὑπέρ τινος ἐν ἁμαρτίαις θανόντος. οὔμφυσιν. ἀπέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς τοῖς τοιούτοις καθάπαξ τὸ ἑαυτοῦ ἔλεος. διὸ καὶ ἀπεφήνατο κατ' αὐτῶν οὑτωσί. ἐὰν στῇ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας, οὐ μὴ ἐξέλωνται, ἀλλ' ὑπὲρ μόνων ἐκείνων ἱκετεύσουσι πάντες, ὑπὲρ ὧν ἔσονται αἱ πρεσβεῖαι δεκταὶ, ἤγουν τῶν ἐν μετανοίᾳ μὴ φθασάντων μεταλλάξαι τὸν βίον, ὅπως ἢ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλίδας δωηθέντων τελείως ἐκπλυνῶσι. ναὶ καὶ ἔτι τῆς κρίσεως ἱσαμένης. μὴ ὅτι τὸ λυθῆναι τὸ θέατρον, καὶ ἕκαστον ἐπαχθῆναι εἰς τὸν ἀποτεταγμένον αὐτῷ τῆς κολάσεως τόπον, μεσιτεία ἤδη ἔστιν. οὐδ' οὐ μὴ γένηται. ὅμως ἡ μεσιτεία αὕτη. οὐ τότε μόνον ἔσαι, ἀλλὰ καὶ νῦν γίνεται, ὅτι καὶ ζῶντες μεσιτείας ποιούμεθα. ἐξαιρέτως μὲν τὴν τοῦ κυρίου μητέρα, μετ' αὐτῆς δὲ καὶ τὸν χορὸν τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἁγίων πολλοὺς ναοῖς, ἀναθήμασι, παννυχίσι, καὶ εἰκόσι, καὶ ἱεραῖς τελεταῖς εἰς τὸ χρέος μεσίτας ἡμῶν αὐτοὺς ἐφελκόμενοι. *Interceſſionem eo tempore futuram, cùm Angeli pro aliquibus ſupplicabunt, & ſancti, multóque magis ipſa mundi domina: non pro omnibus tamen indiſtinctè, neque pro aliquo, qui in peccatis demortuus eſt, nullo modo, obſervavit enim Deus hiſce prorſus ſuam miſericordiam, propterea áque in eos hunc in modum decrevit: ſi ſteterit Noë, Job, & Daniel filios eorum, & filias non eripient. Sed pro illis ſolis omnes deprecabuntur, pro quibus ſupplicationes accipientur, pro iis nempe, qui dum delictorum pœniteret, vitam finire contigit, nec peccatorum maculas perfectè expurgare potuerunt. Ita eſt adhuc durante judicio; poſtquam enim theatrum diſſolutum, & unusquisque in locum ſibi deſtinatum cruciatuum abactus fuerit, nulla interceſſio erit, neque unquam futura ſit. Nihilominus interceſſio hæc, non tum ſolùm erit, ſed nunc quoque fit; cùm vi-*

342

2011 Ministerio de Cultura

ventes interceſſores nobis comparamus, præcipuè inter alios Matrem Domi-
343 *ni, poſtmodum Angelorum choros, & ex ſanctis plerosque, templis, votis, ſupplicationibus, imaginibus, & ſacroſanctis ſacrificiis compellentes quodammodo, ut pro nobis intercedant.* Ut reliqua hujus nugamenta prætéream, jam ex ipſo habeo preces ſanctorum non fieri pro ſanctis, neque pro demortuis in peccatis, ſed tantùm pro illis, qui, & nota verba, τῶν ἐν μετανοίᾳ μὴ φθασάντων μεταλλάξαι τὸν βίον, οὔπω δὲ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλίδας διωθέντων τελείως ἐκπλυναι, *dum pœnitentiam agunt, vitæque finem poſuêre, ideóque delictorum ſordes perfectè non potuerunt expurgare.* Sed quid erit Purgatorium, dic ſodes Brienni, ſi hoc non erit?

Si dicant, ut inferni pœnis finem imponant, Chriſtum, deſcenſu ſuo ad inferos, multos ad minus, ſi non omnes ex pœnis inferni, & vinculis liberaſſe, qui juſti eſſe non potuerunt, cùm juſti ante adventum Domini in inferno ipſo nullis tormentis afflictabantur, cùm in ſinu Abrahæ eſſent: ergo qui à dictis pœnis vindicati ſunt, fuêre peccatores, & impii, qui ob delicta ibi puniebantur. Quid abſurdum itaque fuerit Chriſtum, quod triduano illo tempore geſſit, ſubſecutis etiam temporibus pro ſua miſericordia, & fidelium ſupplicationibus operari, multósque ex pœnis inferni ſolutos, ad beatorum vitam reducere? Nullum eſt poſt Chriſti mortem oraculum, quod pœnas inferni perpetuò duraturas fateatur, & nos ipſi in genus humanum adeò immites id affirmabimus? en Patrum vota. Epiphanius in Panario adverſus hære-
344 ſim 46. ait Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, ut iis, qui olim ipſum cognoverunt, & ab ipſius deitate non aberraverunt, verùm propter errores in inferno detenti ſunt, indulgentiam largiretur. Joannes Chryſoſt. homil. in S. Paſcha. Reſurrectione Domini extingui geennæ ignem, & vermem nunquam dormientem deſinere, infernum turbare, lugere diabolum, qui apud inferos erant, à vinculis diaboli liberari. Hieronymus in cap. 3. Danielis ſcribit, Dominum noſtrum ad fornacem deſcendiſſe inferni, in quo clauſæ peccatorum, & juſtorum animæ tenebantur, ut abſque exuſtione, & noxa ſui, eos, qui tenebantur concluſi mortis vinculis liberaret. Et in cap. 9. Zachariæ tradit eos, qui in peccatis Adam, ſeu ut quidam volunt, erroris inſoliti, & mortis vinculis tenebantur, reſurrexiſſe cum Chriſto. Euſebius Emiſſenus, ſi-

ve

2011 Ministerio de Cultura

ve quisquis eſt auctor illarum homiliarum dicit, Chriſtum confeſtim ſoluiſſe ſtridorem lugentium, & catenarum disrupta cecidiſſe vincula damnatorum. Ambroſ. lib. de myſterio Paſchæ cap. 4. tradit expertem peccati Chriſtum, qui ad tartari ima deſcenderet, ſeras inferni, januásque confringentem, vinctas peccato animas, mortis dominatione deſtructâ, è diaboli faucibus revocaſſe ad vitam. Auguſtinus lib. 12. de Geneſi ad literam cap. 33. ait non immeritò credi Chriſti animam veniſſe usque ad ea loca, in quibus peccatores cruciabantur, ut eos ſolueret à tormentis, quos eſſe ſolvendos occulta nobis ſua juſtitia judicabat. Joannes Damaſce- 345
nus orat. de Sabbato ſancto, Chriſtus improborum iſtorum prædam, eos nempe, qui ab initio ſæculorum mortem obierant, velut hæreditatem adeptum eſſe, quicumque peccati jugo detenti fuerant, liberantem. Qui in inferno propter errores detinentur, qui mortis vinculis liberantur, vel tenentur lugentes inter catenarum vincula, animæ vinctæ peccato, & qui è diaboli faucibus revocantur ad vitam peccatores cruciati, & damnati ipſi non pœnis temporariis, ſed æternis addicuntur, eos tamen à Patribus per Chriſtum dici liberatos jam vidimus; & hanc eſſe Eccleſiæ ſententiam ex Auguſtino habemus, dum dicit, *non immmeritò credi*, & nobis tam abſonum fuerit hac ætate dicere Chriſtum aliquos ex perpetuis inferni pœnis liberare?

Poſſumus dicere Patres ſic locutos infernum non in particulari, ſed in generali ſignificatione accepiſſe; prædicationem Evangelii non ad eam annunciationem retuliſſe, quæ fit, cùm quis ex infideli fidelis, & ex ſcelerato bonus evadit, ſed ad peractæ redemptionis, & inſtantis liberationis, futuræque reſurrectionis nunciationem; alios etiam intellexiſſe damnatis ipſo opere prædicatam eſſe liberationem non ipſorum, ſed eorum, qui hîc Deo adhæſerant.

Nos tamen qui cum Græcis agimus, & ſanctorum Patrum dicta veneramur, non tantùm ea, quæ modò allata ſunt, ſed etiam alia, quæ multa in hoc argumentum afferri poſſunt, libenter 346
amplectimur, & exoſculamur. Utinam Græci etiam ipſi prudenter intelligant! Quare verum eſt, quod Patres tradunt, Chriſtum deſcenſu ſuo ad inferos multos proptet peccata cruciatibus, ac tormentis addictos, & ad pœnas condemnatos in libertatem reſti-

2011 Ministerio de Cultura

restituisse, & ab illis pœnis, ac cruciatibus exsolvisse. Verum est, negari non potest. Hic est sensus Ecclesiæ, non dicam Græcæ solùm, sed universalis: qui secus dixerit, aut intellexerit, impius est, infidelis est, hæreticus est. Ergo Christus præter eos, qui erant in sinu Abrahæ, & justorum appellatione gaudebant, alios quoque præter eos, qui justi non erant, sed peccatorum vinculis illigabantur, è pœnis & cruciatibus, quando jam justi in pœnis & cruciatibus non erant, liberavit. Jam dixi, quid plura? conclude sodes, & animum ad prudentiam, & sapientiam flecti-
to. Origenis fuit error, universalis Ecclesiæ calculo damnatus, pœnas inferni finem aliquando habituras, ergo qui id dixerit Origenista & hæreticus fuerit. Cave tu qui Catholicus es, ne tot Patres, & sacrosanctæ Ecclesiæ lumina, imò etiam ipsam Ecclesiam universalem, quæ hanc Origenis hæresim oppugnat, in hæresim trahas. Cave dicas aliquos è pœnis inferni liberatos, ne pœnis inferni æquè, atque Origenes finem imponas: & tamen ais liberati sunt, sic est; sed cùm non sint à pœnis inferni, unde fuerint? certè ex alio loco, qui nec infernus fuerit, nec sinus Abrahæ, quo
347 itaque? Dicito tu, ut vis, impone nomen loco quodcumque placet, dum ibi mihi non æternas, sed temporarias pœnas asseras, dum enim liberantur aliquando, non æternæ fuerint. Ego cum Ecclesia Catholica nullum magis idoneum nomen, quam Purgatorii in loco explicando novi. Et ecce quomodo ex testimoniis Patrum, quibus pœnarum inferni finis asserebatur, Purgatorii pœnas, etiam nolentibus adversariis exsculpsimus. Vertant se quocumque volunt, caveant tamen, ne dum cum Catholicis sentire fugiunt, Origenem sequantur.

Quartum est, beatam Virginem in doloribus pro Passione Domini nullum tenuisse modum, sed aliarum mulierc ularum instar, cruciatibus internis oppressam, q) voces altiùs extulisse, genas dilaniasse, corpus in varias formas, atque indecoras torsisse, quæ de beata illa Virgine, quæ arcana Dei optimè tenebat, & voluntatem Patris æquè ac Filius executioni demandatam optabat

q) Idem in Triodio reprehenderat Allatius supra p. 223. sq. Sane B Simeon. S. Virgini prædixit quod animam ejus transiturus esset gladius Luc. II. 35. quo loco per gladium S. Cyrillus intelligit tristitiam & vehementem passionis impetum πρὸς λογισμὸς ἐκ τόπους κατα τέμνουσαν τ γυναίς τὸν νῦν, ad Joh. XIX. 25.

2011 Ministerio de Cultura

bat, dici, indecora videntur, & ſunt. Potiora, non omnia colligam. Pag. 21. b. 1. m. τιτρώσκομαι δεινῶς καὶ δονοῦμαι τὰ σπλάγχνα, ἡ παναμώμητος ἐν σεναγμοῖς ἀνεβόα. *Horribiliter vulneror, & interiora concutior, immaculatiſſima in ejulatibus inclamabat.* Ibid. 2. p. τὰς ὄψεις διεσπάραττε καὶ θρηνοῦσα ἐφθέγγετο. *Genas dilaniabat, & ejulans dicebat.* Pag. 70. b. 1. m. δακρύων πρόχοὰς κενοῦσα ἡ παναμώμητος ἐσήναζεν, ἐθρήνει βοῶσα ἐκ βαθέων ψυχῆς. *Lacrymarum fontes evacuans immaculatiſſima, ſuſpirabat, lugebat, clamans ex profundis animæ.* Pag. 86. b. 2. m. θρήνοις ἐκόπτετο δεινοῖς καὶ ἀτενίζουσα ἔλεγλε ἐκπληττομένη. *Ejulatibus dilacerabatur immodicis, & conſpiciens dicebat obſtupefacta.* 348
Pag. 38. b. 2. f. θρηνωδοῦσα ἠλάλαζες, καὶ ἐκραζες. *Ejulans ululabas, & vociferabaris.* Pag. 39. a. 1. p. πόνους ὑπομείνασα πολλοὺς, ἔσενες δακρύουσα, καὶ ἀλαλάζουσα. *Cùm dolores multos ſuſtineres ſuſpirabas illacrymans, & ululans.* Pag. 68. b. 2. p. ἠλάλαζε βοῶσα ἐν ὀδυνῃ. *Ululabat clamans cum dolore.* Pag. 94. b. 2. m. ἀλαλαγμῷ ὀδύρετο, καὶ ἀνεκραύγαζεν. *Ululatu deplorabat, vocémque extollebat.* Pag. 117. b. 2. p. θρῆνον ἐκίνει γοερὸν, καὶ κατετρύχετο. *Ejulatum movebat lacrymabilem, & macerabatur.* Pag. 159. a. 1. m. ἐβόα θρήνοις ἑαυτὴν συνταράσσουσα. *inclamabat ejulatibus ſemetipſam conturbans.* Pag. 182. b. 2. p. ὀδυνηρῶς σενάζουσα, μητρικῶς ἀλαλάζουσα, καὶ τὴν ἐκ τῶν σπλάγχνων συνοχὴν μὴ φέρουσα σαυρῷ ἐνητένιζες. *Dolenter ſuſpirans, maternè ululans, & interiorem anxietatem, & anguſtiam non ferens, in crucem oculos figebas.* Pag. 183. a. 2. f. κατεξαίνετο τὰς ὄψεις καὶ ἐβόα ἐν κλαυθμῷ. *Dilaniabat genas, & clamabat in ejulatu.* Pag. 188. a. 2. m. ὃν ὁρῶσα νεκρούμενον δακρύων ἔρρει κρουνοὺς τὰς ὄψεις καταξαίνουσα. *Quem intuita jam animam exhalantem lacrymarum fontes emittebat, genas lacerans.* Hæc equidem ex decore mulieris gravis, & in affectibus moderatæ non ſunt. Georgius Nicomedienſis orat. in illa Evangelii, *Maria autem ſtabat juxta crucem*, &c. dolores omnes Virginis & cruciatus intimos cordis in Paſſione Domini ſingulos per ordinem enarrans, atque explicans, nullum tamen actum à gravitate tantæ mulieris alienum inducit: ἀλλὰ σκόπει μοι πάλιν, inquit, τὴν 349
μητέρα παρεσταμένην, καὶ διακαρτεροῦσαν, καὶ πρὸς ἅπαντα θεικημένην. τῷ τε γὰρ πάθει κοσμίως, καὶ οὐκ ἀγλυνῶς προσωμίλει καὶ τῇ χρείᾳ χερσὶν οἰκείαις καθυπούργει. οὕτω τοὺς μὲν ἀνελκομένους ἥλους κόλποις ὑπεδέχετο, τὰ δὲ ἀπολυόμενα μέλη θεικνυομένη κατεφίλει, καὶ ἀγκάλαις ἀποτιθεῖσα μένη τῇ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ καταβάσει διακονεῖν προε-

2011 Ministerio de Cultura

θυμεῖτο. ἐπεὶ δὲ κατιωέχθη, καὶ πρὸς τὴν γῆν τὸ πανάγιον ἀνεκλίθη σῶμα, τούτῳ ϖειχυθεῖσα, καὶ ὅλῳ περιπεσοῦσα· αὐτὸ μὲν θερμοτάτοις κατέλουε δάκρυσι, περαίᾳ δὲ φωνῇ καὶ συμπαθεςάτοις προσεφθέγγετο ῥήμασιν. *Sed conſidera mihi rurſus matrem aſtantem, & tolerantem, & ad omnia ſe vertentem. Affectui namque decora, & non molliter ſeſe dediderat, & operi manibus propriis inſerviebat, ſic extractos clauos ulnis excipiebat, & ſoluta Chriſti membra circumplexa ſuaviabatur, & brachiis imponens, ſola, ex cruce depoſitioni operam ſuam inſumere concupiebat. Ubi verò depoſitum, & in terram ſacroſanctum illud corpus reclinatum eſt, illi circumfuſa, & totum amplexata, illud equidem lacrymis calidiſſimis irrigabat, miti verò voce, & perquàm commiſerantibus verbis alloquebatur.* Sic quoque docti viri adnotarunt, neque verè, neque pro dignitate tantæ matris B. Virginem pingi ſub cruce humi collapſam viribus, ſenſúque deſtitutam, & dolore motam, ſicut ignobile vulgus mulierum, neque enim ideò ſuam matrem Chriſtus ſub cruce in conſpectu orbis adeſſe voluit, ut videret à mœrore victam, & humi ſtratam, ſed exemplum fortitudinis, & invictæ mentis inconcuſſam ſoliditatem propoſuit, in quam martyres quoque in-
350 tuerentur; quippe quæ cum ſummo dolore, ſummam moderationem, & conſtantiam retinuit. Quare ſacræ literæ eam non jacuiſſe tradunt, ſed ſtetiſſe: non ceſſiſſe nempe dolori, ſed æquo ac virili animo pertuliſſe calamitatem, non fractam procubuiſſe, ſed impavidam, atque inconcuſſam ſtetiſſe. Vide Joannem Molanum lib. de Beat. cap. 76. & 77. Cajetanum opuſculo de ſpasmo B. Mariæ Virginis, Opusculorum tom. 2. Gretſerum de Cruce lib. 2. cap. 4.

Et hæc quidem communia cum aliis libris ſunt. Propria, quæ ipſe animadverterim tantùm unum de creatione Angelorum, r) quos ante hunc mundum aſpectabilem creatos vult. Pag. 57. b. 2. f. ἀΰλους καὶ νοεροὺς τοὺς ἀγγέλους προϋπέςησας τῶν ὁρωμένων ἁπάν-

τῶν

r) Laudat Jo. Philoponus lib. 1. in Hexaëm. c. 14. ſententiam Theodoriti qu. IV. in Geneſin, qui negat lædi pietatem, ſi quis ante cœlum & terram angelos conditos ſibi perſuadeat, modo credat à DEO creatos. Similiter S. Auguſtinus XI. 32 de Civ. DEI. *Proinde ut volet unusquoque accipiat, quod ita profundum eſt, ut ad exercitationem legentium à fidei regula non aberrantes plures poſſit generare ſententias, dum tamen angelos ſanctos in ſublimibus cœli ſedibus, non quidem DEO coæternos, ſed tamen de ſua ſempiterna & vera felicitate ſecuros & certos eſſe nemo ambigat.*

2011 Ministerio de Cultura

τῶν σοὶ κεκράζοντας. *Immateriales, & intellectuales Angelos anteres omnes visibiles produxisti, tibi clamantes.* & pag. 70. b. 2. m. ἀγαθότητος πέλαγος ἀναφάνειν βουλόμενος, ἀγαθὸς ὢν ἄναρχε πρῶτον ἐκτισας παντοδυνάμῳ σου νεύματι, καὶ θείῳ προστάγματι τῶν ἀγγέλων τοὺς χοροὺς καὶ δυνάμεων τάγματα. *Bonitatis pelagus ostendere volens, cùm esses bonus tu, qui sine principio es, primum quidem creasti omnipotenti tuo nutu, & divino jussu Angelorum choros, & Virtutum ordines.*

Non me latet plures, eósque maximæ auctoritatis Patres, s) in eam iviſſe ſententiam, Angelos ante hunc mundum conditos fuiſſe. Origenem homil. 1. in Geneſim, & tract. 9. in Matthæum, & homil. 4. in Eſaiam, & in lib. περὶ ἀρχῶν. Baſilium Magnum homil. 1. in Exam. Gregorium Nazianzenum orat. in Natalem Domini, & carmine Jambico 15. Hilarium lib. 12. de 351
Trinitate, & lib. contra Auxentium Arianum. Hieronymum in epiſt. ad Titum capite 1. ſuum ſecutum magiſtrum Gregorium Nazianzenum. Ambroſium in Exameron cap. 5. & præfat. in Pſalm. Joannem Chryſoſtomum lib. 1. de Providentia. Joannem Caſſianum collat. 8. cap. 7. ex Abbate Sereno. Andream Cretenſem orat. de vita humana, & dormientibus. Maximum in Centuriis Theologicis, quem refert & ſequitur Joannes Cyparisſiottus decade 8. rerum Theologic. cap. 3. & 4. Joannem Damaſcenum de fide Orthodoxa libro 2. capite 3. Iſidorum lib. 1. de ſummo bono cap. 12. Bedam lib. ſeparat. quæſtionum quæſt. 9. Macarium Chryſocephalum Philadelphienſem Epiſcopum orat. 1. in cœleſtes Virtutes; & plures alios. t) Attamen ſententia hæc à pluribus fuit improbata, Acacio Cæſarienſi, Diodoro Tarſenſi, Theodoreto Cyrenſi, & in Concilio Lateranenſi, ſub Innocentio III. damnata. Quid autem de creatione iſta Angelorum ante mundum aſpectabilem ſtatuendum ſit, vide Sixtum in Bibliotheca, & alios Scholaſticos.

FINIS.

s) Confer Petavium lib. 1. de angelis cap. 15. Voſſium lib. 1. de Idololatria cap. 7. & Elmenhorſtium ad Gennadium de dogmat. Eccleſ. c. 10.

t) Idem ſentire obſervavi Hermam viſione 3. cap. 4. Æneam Gazæum p. 56. Rufinum Palæſtinum lib. 1. de fide c. 18. T. 1. Opp. Sirmondi p. 284. Cæſarium quæſt. 61. Procopium Gazæum in Octateuchum p. 6. quod opus præclarum utinam tandem è ſcriniis ſuis, in quibus jam diu delitescit, Græce cum verſione ſua & notis eruditis in lucem proferat optimus ac πολυμαθέστατος amicus noſter D. Godfridus Olearius.

2011 Ministerio de Cultura

MELODI GRÆCORUM.

De quibus liber Allatii, supra p. 77. & 81. promissus intercidit.

Alexius Metropolita Nicænus, auctor Canonis in S. Demetrium Martyrem, Lambec. V. p. 283.

Anatolius Patriarcha CPol. circa A. C. 450. cujus nonnulla leguntur in Octoecho.

Andreas Monachus, Cretensis circa A. C. 630. auctor magni Canonis sive ἁγιοπολιτικοῦ συχηροῦ de quo Acta sanctor. 2. Aprilis, Cangius Glossar. Græco p. 583.

Andreas Pyrrhus.

Angelus Canone in S. Parasceven laudatur ab Allatio p. 194. contra Hotting.

Anthimus Patriarcha CPol. circa A. 535.

Arsenius Monachus.

Athanasius cujus canones in SS. Martyres Theodoros & in S. Joannicium memorat Allatius de Synodo Phot. p 543.

Athanasii & Κατζύκη in Jo. Damascenum. Cangius in μεγαλυνάρια.

Athenogenes Martyr, de cujus hymno dixi lib. V. Bibl. Græcæ p. 195. seq.

Babylas Monachus.

Bartholomæi Melodi Canon in Theodorum Martyrem laudatur ab Allatio p. 543. de Synodo Phot.

Basilius Monachus.

Basilius Pegoriota.

Byzas sive *Byzantius*, Monachus.

Cassia sive *Cassiana* sive *Icasia*, virgo, in confiniis octavi & noni seculi clara. Vide Allatium supra p. 74. seq. & Nic. Rayæi S. I. diss. prælimina-rem ad Acta Sanctor. Tomo 2. Junii p. XXI.

Christophorus Proto a secretis.

Clemens Alex. de cujus hymno dixi lib. V. Bibl. Græcæ p. 104.

Constantinus Porphyrogenneta Leonis Imp. filius, cujus exapostilaria leguntur in Octoecho.

Cosmas Majumensis Episcopus de quo Allatius p. 73. 74. Cangius in τετραῳδίον.

Cyprianus Monachus.

DA-

2011 Ministerio de Cultura

DAVID Rex ac Propheta, divinorum Pſalmorum auctor & modulator ſuaviſſimus.

Demetrius.

Dorotheus Monachus.

Emmanuel Palæolaurita.

Emmanuel Phile, de quo in Bibl. Græca ſuo loco.

Emmanuel Peloponneſius Rhetor, cujus diſſ. de Cantico in B. Virginem quod incipit Θεαρχίῳ νεύματι, memoratur Lambecio V. p. 294.

Ephræm Cariæ, Monachus, a Mylaſſæ in Caria Epiſcopo hujus nominis diverſus. vide Nic. Rayæi diſſ. præliminarem ad Acta Stor. Junii T. 2. p. LXVIII.

Euſtathius Theſſalonicenſis ſcripſit expoſitionem hymnorum Joannis Damaſceni.

Euthymius Monachus.

Gabriel cujus canonem in S. Nicolaum laudat Allatius p. 179. contra Hottingerum.

Georgius ſive *Gregorius* Metropolita Corinthi qui ſcripſit expoſitionem Canonum & Tropariorum Allat. p. 73. 280. de libris Eccleſ. & de Georgiis p. 419. Lambec. lib. V. p. 278.

Georgius Nicomedienſis.

Georgius Rammata, cujus troparia in S. Nicolaum laudat Allatius p. 178. contra Hottingerum.

Georgius Siculus.

Germanus Patriarca CPol. hic primus eſt inter Melodos quorum dimidiatæ icones exſtant in fronte Triodii excuſi Venet. 1601. Conſpiciuntur autem ibi ſub CHRISTI imagine οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ἐνθέων ὕμνων, hoc ordine: 1. Germanus Patriarcha CPol. ſub Leone Armeno Sec. IX. ejectus. 2. Sophronius Patriarcha Hieroſol. 3. Philotheus Patriarcha CPol. ab A. 1362. 4. Andreas Cretenſis (ut volunt) Archi Epiſcopus. 5. Joannes Euchaitorum Metropolita. 6. Georgius Nicomediæ Archi Epiſcopus. 7. Methodius. 8. Cyprianus. 9. Anatolius Epiſcopus. 10. Leo Deſpotes ſive Imp. 11. Leo Magiſter. 12. Baſilius Pigeriotes ſive Pegoriotes. 13. Juſtinus. 14. Sergius. Sequuntur Monachi: 15. Jo. Damaſcenus. 16. Coſmas (poſtea Majumæ Episcopus): 17. Joſephus Hymnographus. 18. Theophanes cognomine Graptus. 19. Byzas, ſive Byzantius. 20. Stephanus Hagiopolites. 21. Geor-

2011 Ministerio de Cultura

gius Siceliotes. 22. Simeon. 23. Philotheus. 24. Arsenius. 25. Babylas. 26. Ephraim Cariæ. 27. Andreas Pyrrhus seu Rufus. 28. Theodorus Studites. 29. Cassia virgo. Confer. Rayæum p. XXI.

Hierotheus Monachus.

S. Ignatio Antiocheno Episcopo ac Martyri antiphonarium in Ecclesia usum in acceptis quidam referunt, ut dixi lib. V. p. 41.

Ignatium Hymnodum Canone in S. Joannem Climacum laudat Allatius de Synodo Phot. p. 437. & contra Hotting. p. 195.

Joannes Archi Episcopus.

Joannes Cucuzeles. Vide Lambecium lib. V. p. 273.

Joannes Arda Damascenus.

Joannes Geometra.

Joannes Grassus, Nectarii Abbatis Casulensis discipulus.

Joannes cognomenta *Mauropus*, Monachus primum deinde Archi Episcopus & Metropolita Euchaitorum clarus sub Imp. Constantino Monomacho circa A. C. 1050. Vide Lambecium lib. V. p. 29. seq. Ejus carmina Jambica in principalium festorum Historias vulgata per M. Bustum, Etonæ 1610. 4.

Joannes Stauracius.

Joannes Zonaras, Monachus qui illustravit etiam Canones sive Cantica Joannis Damasceni.

Josaphatus Cucuzelus, Allatius supra p. 99. seq.

Josephus Studita, Siculus patria, qui senio confectus A. C. 883. obiit. De eo Joannes Diaconus CPol. cognomine Eugenius in illius Vita, Acta Sanctor. 3. April. & T. 2. Junii p. 788. Ab hoc distingui video *Josephum Melodum* auctorem novæ Octoechi sive Paracletices. Vide supra p. 283. Ejus triodia MSS. in Bibl. Barberina. Allatius p. 78. Canones XLVIII. Lambec. lib. V. p. 274. Hippolytus Marraccius Lucensus Rom. 1662. 8. edidiit Josephi Hymnographi Mariale, latine cum notis. (Phot.

Isidori Canon in S. Demetrium laudatur ab Allatio p. 543. de Synodo

Justinianus Imp. Nic. Alemanus ad Hist. arcanam Procopii p. 88: *De Musica Justiniani peritia Theophanes profert Græcum troparium i. e. hymnum quem de CHRISTI divinitate & œconomia ad Ecclesiasticos modulos concinnavit, hodieque Græci canunt inter Missarum solennia.*

Justinus Decadio, idem qui Græcam præfationem præmisit Psalterio Græco Aldino antiquissimæ edit. in 4.

S. Justini Martyris ψάλτης Eusebio IV. 18. Hist. memoratus pridem intercidit.

Leo

2011 Ministerio de Cultura

Leo Sapiens Imperator, cujus τροπάρια ἑωθινὰ undecim leguntur in Octoecho. Odarium catanycticum memorat Lambecius. V. p. 295.

Leo Magister.

Leo Peganius.

Marcus Eugenius Paraphrasin hymnorum Joannis Damasceni concinnavit. laudatur ab Allatio p. 280.

Marcus Monachus & inde Episcopus Hidruntinus, Leonis Imp. ætate clarus Allat. p. 72. 73. 74. Videndum idemne Hieromonachus Marcus qui scripsit de dubiis typicis. Lambec. V. p. 285.

Marci Archi Ep. Ephesini qui concilio Ferrariensi A. C. 1438. interfuit, Cantica duo in S. Trinitatem & Canonis octo in B. Virginem memorat Lambecius V. p. 284. ejus expositio ἐκκλησιαστικῆς ἀπολογίας edita ad calcem operum Simeonis Thessalonicensis. A. 1683. Jasii in Moldavia.

Mauroleo.

Mauropus, supra, *Joannes Mauropus.*

Methodius Patriarcha CPol.

Metrophanes Episcopus Smyrnæus. Allat. p. 67.

Michaël Psellus, Imp. Michaëlis Ducæ præceptor circa A. C. 1050. clarus de quo abunde Allatius libro de Psellis.

Nectarius Abbas Casulensis.

Nicephorus Callistus Xanthopulus de quo dixi in Bibl. Græca suo loco. Hîc Catalogum brevem Hymnographorum, quem versibus jambicis concinnavit, apponum:

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων.
Ἡ λύρα ϛ Πνεύματος ΚΟΣΜΑΣ ὁ ξένος,
Ὀρφεὺς νεαρὸς ἡ ΔΑΜΑΣΚόθεν χάρις,
Καὶ ΘΕΟΔΩΡΟΣ, ΙΩΣΗΦ οἱ Στουδῖται,
Ὄργανα τὰ κράτιστα τῆς μουσουργίας,
Ξενήτε σειρὴν ΙΩΣΗΦ ὑμνογράφος
Μέλος παναρμόνιον ΑΝΔΡΕΑΣ ἐκρότεις
Καὶ ΘΕΟΦΑΝΗΣ ἡ μελιχρὰ χιννύρα
ΓΕΩΡΓΙΟΣ, ΛΕΩΝ τε, ΜΑΡΚΩΝ, (leg. Μάρκος) ΚΑΣΙΑ.

Nicetas Heracleota.

Nicetas Stecharius.

Nicolaus Malaxus Nauplii Archipresbyter, qui pentecostario non pauca addidit. Vide Allatium p. 229.

Nilus

2011 Ministerio de Cultura

Nilus Roſſanenſis circa A. C. 980. vide Allatium de Nilis p. 37. ſeq.

Nilus Xanthopulus, poſtremis imperii Græcorum temporibus clarus, de quo idem Allatius de Nilis diatribâ p. 59.

Paulus Ammonius.

Philippus cujus canonem in S. Joſaphatum laudat Allatius p. 180. contra Hottingerum.

Philotheus Patriarcha CPol. plurimorum Canticorum auctor, ſæculo XIV. clarus, de quo ſuo loco.

Photius Monachus.

Photius Patriarcha CPol.

ejus στιχηρὸν in Methodium CPol. ex Octoëcho T. 2. Act. Sanctor. Junii p. 969. F.

Procopius Chartophylax.

Pyrrhus, ſupra *Andreas Pyrrhus.*

Romanus Diaconus Emeſenus, circa A. C. 500. clarus, quam plurimorum contaciorum ſive parvorum hymnorum auctor celeberrimus. Joannis Canonem in Romanum Melodum laudat Allatius p. 543. de Synodo Phot.

Sergius Hagiopolita.

Simeon Monachus.

Sophronius Patriarcha Hieroſol. cujus troparia in vigilia Natalis CHRISTI & Horologium magnæ Paraſceves memorat Lambecius lib. V. p. 270.

Stephanus Hagiopolita, Monachus.

Stephanus Sabaita.

Theodoritus. Vide Lambecium lib. V. p. 268.

Theodorus Cœtonita cujus Canonem in Johannem Euchaitorum Epiſcopum laudat Allatius contra Hottinger. p. 180.

Theodorus Ducas Lascaris. Vide Cangium in παραικλητικὴ & Raynaudum T. 7. p. 368.

Theodorus Prodromus ὁ τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτος σαφηνιστὴς Nicephoro Blemmidæ λόγῳ I. de proceſſ. Spiritus S. laudatus. Ejus ἐξήγησις in Canones Cosmæ ac Joannis Damaſceni MS. in Bibl. Vaticana & Cæſarea Lambec. lib. V. p. 276. 277. Allegatur ab Allatio p. 74.

Theodorus Studita, cujus nonnulla leguntur in Octoëcho. Theodori Monachi Canonem Catanycticum ad CHRISTUM ſervatorem memorat Lambecius lib. V. p. 268.

Theo-

2011 Ministerio de Cultura

Theodosia cujus Canon in S. Joannicium laudatur ab Allatio p. 217. contra Hottingerum.

Theodosius Lascaris, supra Theodorus.

Theodosius Syceota.

Theodosius Syracusanus Sec. VIII. Episcopus qui troparia composuit quæ canuntur in Vigiliis jejuniorum. Act. Sanctor. Junii T. 2. p. 788.

Theophanes Graptus, Confessor. Vide Baron. ad A. C. 842. n. 28. Ejus Canonem paracleticum ad B. Deiparam Virginem memorat Lambecius lib. V. p. 268.

Theophilus Imperator. Vide Cedreni locum apud Allatium p. 66. seq. diss. 1.

Thomæ Monachi Canonem catanycticum memorat Lambecius V. p. 285.

Timocles.

INDEX.
IN LEONIS ALLATII
Dissertationes de Libris Ecclesiasticis Græcorum.

Plura ejusdem argumenti, in supplementi vicem succincte exponens.

Pag. ad marginum numeros in libro Allatiano respiciunt.

Ἀγγελικὸς ὕμνος, Trisagium.

Ἁγιασμοὶ benedictionum formulæ, de quibus Goarus ad Eucholog.

Ἁγιοπολίτης liber MS. de Musica recentium Græcorum. Cangii glossar. in πλάγιοι ἦχοι, κράτημα, πνεῦμα, πλερὸν, φωνὴ &c.

Ἁγιοπολιτικὸν σίχηρὸν, magnus Canon sive canticum Andreæ Cretensis.

Αἶνοι, Psalmus 148. 149. 150.

Ἀκάθιστος hymnus in B. Virginem a stantibus cani solitus.

Ἀκολουθία, Ordo in liturgia, qualem v. g. in Festo SS. Basilii, Naz. & Chrysostomi observandum ex Typico, Menæis aliisque Græcis ritualibus impressis Græce & Latine cum notis Nic. Rayæus S. I. præmisit Tomo 2. Act. Sanctorum Junii.

Hymnus Ἀλληλουιά, & alius Θεὸς κύριος καὶ ἐπέφανεν ὑμῖν. Analect. Græc. Benedictinorum p. 209.

2011 Ministerio de Cultura

Ἁμαρτωλῶν σωτηρία, Venet. 1641. 4. liber Asceticus Agapii Cretensis, in monte Atho Monachi.
Ἄμωμος Psalmus 118. (al. 119) pag. 13.
Ἀναβαθμοὶ Psalmi graduum.
Ἀναγνώσεις sive ἀναγνώσματα, liber quo lectiones sacræ describuntur, pag. 52.
Ἀναπαύσιμα στιχηρὰ, sive τροπάρια in defunctum, Analect. Græc. p. 211. 219.
Ἀνασάσιμα troparia sive cantiones in resurrectionem CHRISTI, p. 65.
Ἀνθολόγιον pag. 89.
Liber ἄνθος dictus, pag. 65.
Ἀνθολόγιον νέον pag. 104.
Ἀντίφωνα pag. 14.
Ἀπόδειπνον Completorium post sumtam Cœnam. Benedictinorum Analecta Græc. p. 217. Rayæus p. LXXVII. seq.
Ἀπόλυσις dimissio sive extremæ preces in Officio. Analecta Græc. p. 172. 179. Et Ἀπολυτίκιον στιχηρὸν quo officium terminatur. id. p. 210. Goarus p. 32. ad Euchiolog. Ἀπολυτικὴ dimissoriæ Epistolæ.
Ἀποστολικὰ στιχηρὰ in honorem Apostoli.
Ἀπόστολος sive Ἀποστολικὸν βιβλίον pag. 46.
Ἀποστολοευαγγέλιον, lectiones Apostolicas & Evangelicas diebus festis & Dominicis complexum.
Scriptum περὶ ἀρτοκλασίας. pag. 5.
Ἀρχιερατικὸν liber Pontificalis Ecclesiæ Græcæ, de Episcoporum Ordinatione, officio &c. ab. Is. Haberto Græce & latine editus cum notis, Paris. 1666. fol.
Βρεβίον liber in quo sacra supellex scribitur. Vide Analecta Græca p. 277. Cangii Glossar. & Montfauconi Palæographiam Græcam p. 300.
Βρυντολόγια. infra in σελινοδρόμια.
Γεροντικὸν de dictis & factis veterum Ascetarum. Vide Caveum, Cangium & Cotelerium Tomo I. monument. p. 795.
Διακονικὸν p. 97. Philothei. pag. 65.
Διάψαλμα in hymnis μέλους ἐναλλαγή.
Διατάξεις, διαταγαὶ, Canones, constitutiones Ecclesiasticæ quales sub Clementis Rom. nomine exstant.

Δια-

2011 Ministerio de Cultura

Διατυπώσεις Canones Ecclesiastici ad doctrinam & fidem stabiliendam. Vide Cangium in ὅρος.

Διδαχαὶ, διδασκαλίαι, Præcepta, doctrinæ quales laudantur sub Apostolorum & Apostolicorum Virorum nomine, ut dixi lib. V. Bibl. Græcæ p. 34. Interdum etiam idem sunt δημηγορίαι Conciones, in certas στάσεις sive præfationes distinctæ, ut διδαχαὶ Alexii Rharturi Presbyteri & Chartophylacis Corcyrensis Venet. A. 1560. quo & vixit: & aliæ MSS. Anonymi in Festa ex Codice Colbert. 4634. de quibus Cangius.

Διπλοκαθηχούμενον iteratæ preces pro Catechumenis.

Δίπτυχα tabulæ quibus nomina Episcoporum & aliorum sanctitate & meritis in Ecclesiam illustrium nomina consignabantur, de quibus præter Meursium, Svicerum, Cangium & Caveum ab hisque laudatos videndi Jo. Bona II. 12. rerum liturg. H. Noris diss. de quinta Synodo c. 5. Jo. Baptista Cordona in commentariolo de diptychis, Tarracone 1587. Alexander Wilthelmius ad Diptychon Leodiense & Dan. Papebrochius ad Diptychon Chifletianum CPoli allatum & triptychon Ruthenicum ante tomum 1. Act. Sanctorum Maji p. LX. seq.

Διῴδιον. p. 72.

Δοξολογία major, Hymnus Angelicus, *Gloria in excelsis DEO*: & minor, infra *Trisagion*.

Ἐγκαίνια Officium in dedicatione templorum.

Εἱρμολόγιον pag. 98.

Εἰσοδικὸν officium in solenni ingressu sive processione, quando Evangelia vel panis & vinum ad altare deferuntur.

Ἐκλόγιον selectæ vitæ patrum XL. ab Agapio Cretensi Venet. 1644. 4.

Ἐκτενὴ, *extensa* sive longior precum formula.

Ἔννατα Novendiaria, Officium pro defuncto, nonâ post obitum die. Fuere & τρίτα, & τεσσαρακοστὰ & ἐνιάυσια, die tertia, quadragesima & anniversaria.

Ἐξαποστειλάριον pag. 67. Hymni in quibus vox ἐξαπόστειλον frequentius occurrit, & mittenda à DEO beneficia, spiritalia præcipue expetuntur.

Ἐξάψαλμος pag. 58. sex Psalmi laudum, 3. 37. 62. 87. 102. 142. Vide Analecta Græca p. 219.

Ἐξοδιαστικὸν Officium Exequiarum.

2011 Ministerio de Cultura

Ἑορτασικὸς κύκλος. Cyclus Paſchalis.
Ἐπινίκιος ὕμνος, à triſagio diſtinctus ut notat Rich. Simon ad Gabrielem Philadelphienſem p. 80.
Ἐποχισμός in baptiſmo. Vide Tho. Milles p. 7. ad Cyrillum Hieroſolymitanum.
Ἑπταπάπαδον, Officium ſancti olei à ſeptem ſacerdotibus celebrandum. Eadem Analecta p. 274. Cangius in παπᾶς.
Ἑσπερινὸς ὕμνος. Vide quæ dixi in Bibl. Græca lib. V. p. 196. Ἑσπερινὸν officium μικρὸν καὶ μέγα. Vide Cangium.
Εὐαγγέλιον. pag. 33.
Εὐαγγελιστάριον pag. 46.
Εὐχέλαιον Preces in extrema unctione.
Εὐχολόγιον pag. 95. Prodiit etiam Venet. 1553. apud Chriſtoph. Zannetum.
Ἐφημερίδας Græcorum metricas vocat Papebrochius breve Menologium jambis Græcis compoſitum quod cum notis ſuis præmiſit Tomo primo Act. ſanctorum Maji.
Ἑωθινὸς ὕμνος. Vide quæ in Bibl. Græca lib. V. p. 197.
Troparia Ἑωθινὰ Leonis Imp. p. 67.
Ἦχος non Canticum denotat, ut Meurſio viſum, ſed tonum. p. 66.
Θεοτόκια, Cantica in honorem Deiparæ, quæ ad quingenta junctim edidit Simon Wagnereccius S. I. in pietate Mariana Græcorum, Monachii 1648. Θεοτοκάριον liber quo Θεοτόκια ejusmodi continentur. Agapii Cretenſis Monachi Θεοτοκάριον Venet. 1643. 4.
Θεωρία ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυστικὴ Germani Patriarchæ C'Politani, de qua vide Rich. Simonem ad Gabrielem Philadelph. p. 78. 249. & 287. atque Tho. Milles ad Cyrillum Hieroſol. p. 325.
Θησαυρὸς homiliarum in Feſta aliaque pietatis officia & explicatio Orationis Dominicæ, per Studitam, Monachum Damaſcenum, ſubdiaconum Theſſalonicenſem. Venet. 1628. 4. 1642. 4. Βιβλίων ὀνομαζομένων Θησαυρός.
Θησαυρὸς νέος Theophylacti Hierodiaconi Tzanfurnari Homiliæ XIX. varii argumenti, Venet. 1621. 1646. 4. de Vitis Evangeliſtarum & Epiſcoporum.
Κάθισμα. Pſalmorum in καθίσματα diſtributio. pag. 55.
καθίσματα, aliæ cantiones & τροπάρια quæ à ſedentibus concinuntur. pag. 56.

Καλεν-

2011 Ministerio de Cultura

Καλενδάριον vocant nonnulli quæ alii Menologia, ut Calendarium GræcoMoscum quod præmittitur Actis sanctor. T. 1. Maji.

Καλανδολόγια. Infra in σεληνοδρόμια.

Κανόνες, ὅροι, πίνακες regulæ SS. Patrum, Canones Ecclesiastici, pœnitentiales aliique.

Κανόνες hymni, ut μέγας κανὸν Canon Andreæ Cretensis, confer Nic. Rayæum p. XIX. diss. præliminar. ad Acta sanctor. T. 2. Junii. Canon τριῴδιον, τετραῴδιον, ἐννέα ᾠδαῖς συνηλλάγμενον, tribus, quatuor, vel novem odis constans. Canon καθ' ἀλφάβητον, acrostichis.

Κανονάριον τῶν ἀναγνωσμάτων τ' Εὐαγγελίου.

Κανονικὸν liber pœnitenialis Joannis Nesteutæ sive Jejunatoris, de quo Cangius.

Κατάβασμα sive καταβασία quod depressiore voce concinendum est, Rayæus, loco laudato p. XXIII.

κατανυκτικὰ στιχηρὰ & κατανυκτικοὶ κανόνες cum compunctione cordis pro remissione peccatorum decantanda.

Κεκραγάριον, pag. 103.

Κεφάλαια sectiones sive τμήματα, μέρη, τεύχοπαὶ, ἀναγνώσεις capita librorum sacrorum, constantia pluribus στίχοις sive versibus. Habent & τίτλους majores κεφαλαίοις. Vide si placet, quæ dicta lib. IV. Bibl. Græcæ cap. 5. §. 21. In quibusdam Codicibus præter τίτλους, κεφάλαια & στίχους etiam numerus ῥημάτων additur, ut in Codice Regio IV. Evangeliorum, de quo Clariss. Montfauconus p. 306. Palæographiæ Græcæ.

Κλίμαξ, ἀναγνώσεις εἰς τὸν κλίμακα, lectiones è scala Paradisi Jo. Climaci.

Κοινωνικὸν hymnus inter sacram Communionem cantari solitus.

Κοντάκιον parvus hymnus, quales complures & mille amplius composuit Romanus Diaconus Emesenus circa A. C. 500. clarus. Vide præter Meursium, Svicerum, Cangium & Caveum, Menolog. 1. Octobr. apud Ughellum T. 6. Ital. sacr. p. 1089. Hugonem Menardum ad sacramentarium Gregorii M. p. 320. Rayæum p. XVIII. & Habertum ad ἀρχιερατικὸν Ecclesiæ Græcæ p. 59. Montfauconus Diarii Italici p. 211. memorat κοντάκιον Officii Ecclesiastici X. sæculi MS. in Bibl. monasterii S. Basilii Romæ. *Est contacium*, inquit, *brevissimus bàculus, cui hæret obvoluta miræ longitudinis charta membranea, ex multis filis consequenter agglutinatis*

2011 Ministerio de Cultura

confecta, ubi descriptæ orationes & officia sacerdotibus obeunda cum sacra administrant. Simile huic habetur in Bibliotheca Regia. Est autem illud elegantibus apicibus & literis exaratum.

Κοντάκιον librum Musicalem denotat apud Græcos, si Suicero excredimus. Sed nihil tale Allatius pag. 103. quem ille sequitur, & qui docet Cantorem illo vocabulo denotari.

Κοντακαρίου liber Musicus, de quo Cangius. κοντάριον unus ex undeviginti tonis MusicæGræcanicæ.

Κτητορικὸν τυπικόν. pag. 11.

Λαυσαϊκόν, lectiones ex Historia Lausiaca Palladii Galatæ circa A. C. 400. clari.

Λειμωὼν Pratum spiritale Vitas Patrum complexum auctore Jo. Moscho Monacho circa A. C. 630.

Λειτουργικὸν, λειτουργίαι. p. 16. Gilbertus Genebrardus Paris. 1575. fol. edidit è Græco versam à se Liturgiam mysteriorum anteconsecratorum è Cretensi Codice, Liturgiam pro dormientibus sive defunctis, officium de Angelis & Sanctis. Canonem sive Bullam contra hæreses præcipuas, Menologium sive Calendarium Sanctorum totius anni. Titulos capitum 122. Euchologii. Zachariam Mytilenensem Episc. contra æternitatem Mundi, & Basilii atque Nazianzeni dialogum de invisibili DEI essentia. Nostra ætate Liturgiarum Græcarum συναγωγὴν in lucem edere parat doctissima fœmina Anna Daceria, ut didici ex Memoriis litterariis Trevultinis A. 1701. T. 2. p. 366.

Λιτανεία pro formula precum & supplicationis apud Latinos magis frequentatur quam apud Græcos, quibus potius significat uti ὡδὴ κλησις quoque processionem religiosam, & λιτὴ tempus vel diem illi destinatam. Plura de litaniis amicus noster Nicolaus Petrus Sibbern Holsatus in schediasmate de libris Latinorum Ecclesiasticis, quod juvenis admodum edidit, quodque ab ejus industria auctius & emendatius brevi exspectamus.

Λυχνικὸν officii vespertini pars *ad lucernas*, sive *lucernarium*. Simplicius Verinus contra Grotium p. 150. Petavius ad Epiphan. p. 368. Infra in Φωταγωγικά.

Μακαρισμοὶ Hymni in commemorationem Sanctorum.

Μαρτυρικὰ. Hymni in honorem Martyrum.

Μεγαλυνάρια Hymni quibus μεγαλύνονται atque celebrantur Sancti.

Με-

2011 Ministerio de Cultura

Μεσονυκτικὸν vel μεσονύκτιον officium quod media nocte perficitur ex hymnis & precibus. pag. 65.
Troparia ξ μηναίᾳ.
Μηναῖα pag. 78.
Μηνολόγια pag. 52. 82.
Τῆ ἁγίᾳ μύρῳ ἀκολουθία officium conſecrationis ſancti unguenti. Eucholog. p. 628. 637.
Νεκρώσιμῳ καινὼν vel νεκρώσιμον τροπάριον, in defunctos cani ſolitum.
Τῆ θείᾳ καὶ ἱερᾷ νιπτῆρι ἀκολουθία. Officium ſacri pedilavii id. p. 745.
Νέῳ παιδείῳ. Vide παιδ. Ὀκτώηχῳ νέα vide ὀκτ. Νέον ἀνθολόγιον. Vide ἀνθολ. Νέῳ Θησαυρός. Vide Θησαυρός.
Νομοκανὼν ſive Νομοκανόνιον, Concordia Canonum Eccleſiaſticorum Legumque civilium ſub ſuis digeſta titulis à Joanne Scholaſtico, Photio Patriarcha aliisque, de quibus Cangius, Cotelerius T. 2. monument. & Caveus. Νομοκανὼν ſive κανονικὸν Joannis Neſtevtæ ſive Jejunatoris eſt liber, κανόνας de pœnitentiæ diſciplina continens.
Ὄικῳ hymni genus velut ex pluribus partibus domus compacta, quod cum Italorum ſtanzis confert Cangius, opponitur κονταρίοις velut brevioribus.
Ὀκτώηχῳ pag. 64. Ὀκτώηχῳ νέα, id. 65.
Ὁμιλίαι Conciones ſacræ. Ὁμιλιάριον.
Ὀπισθάμβωνος εὐχὴ preces ſive benedictio, pone ambonem in media Eccleſia antequam populus dimittitur recitanda à Sacerdote.
Ὄρθρος preces & hymnus matutinus.
Ὅροι, Canones Eccleſiaſtici de morum & diſciplinæ conformatione.
Πανηγυρικὸν pag. 94.
Παράδεισος, Νέον Παραδείσιον. Vitæ Patrum & Monachorum. Phot. Cod. 198. Coteler. I. monument. pag. 796. Etiam recens ſcriptor Agapius Cretenſis Patrum vitas à ſe collectas παράδεισον inſcripſit, Venet. 1641. 4. & Jo. Geometræ Epigrammata Græca eodem titulo veniunt.
Παραθέσεις benedictiones ſive Preces quibus populus DEO commendatur.
Παρακλητικὴ pag. 68. & 283. ſeq.

Πατ-

2011 Ministerio de Cultura

Παραεκλητικοὶ κανόνες, troparia παρακλητικά. ibid. in notis.
Παρακοντάκιον, responsorium. Vide Cangium in κοντάκιον.
Παρασάσιμος cum Canone sive cantu νεκρωσίμῳ conjungitur in Analectis Benedictinor. p. 259. 260.
Πασχάλιον. pag. 5. in not. adde Cangium in Glossar. & ad Chronicon Paschale. Petavium in Uranolog. &c.
Πατερικά. pag. 53. adde Coteler. T. 1. monument. p. 794.
Πατριαρχικὸν diploma Patriarchæ.
Πενθέκτη, Synodus Trullana. A. C. 680.
Πεντηκοστάριον pag. 77. Editio Spinelliana Venet. 1600. pag. 277. 281.
Πολυέλεος Psalmus 134. (al. 135.) pag. 13. 60.
Πρακτικὰ Acta Conciliorum.
Πρεσβύτερος, pag. 46. & 52. in not.
πρεσιμιακὸς Psalmus CIII. (al. 104.) quia ab eo incipiunt officia, pag. 57.
Τὰ πρὸς κύριον, Psalmi Graduales. pag. 59. 60.
Προσφάλματα preces ante Psalmos decantari solitæ.
Πρωτὸν charta cui inscripta oratio in ordinatione Episcopi, quæ incipit ἡ θεία χάρις.
Ῥητὸν dicunt Græci textum ipsum sive verba S. Scripturæ, τὸ κείμενον.
Ῥογάλια libelli quibus ordine Alphabetico descripta nomina hominum & rogæ sive stipendia quæ quisque accipiebat.
Σεληνοδρόμια de lunæ periodis & significatione pag. 91. Hæc perinde ut βροντολόγια & καλανδολόγια improbantur à Nicephoro Confessore T. 1. juris Græco Romani p. 196.
Σεμνὸς Hymnus ita dictus à prima voce, ut ἅγιος, ἄξιος. Vide Meursii glossar.
Σημείωμα decretum.
Σημείωσις nota.
Στάσεις quæ à stantibus in Ecclesia audiuntur, ut καθίσματα quæ à sedentibus.
Troparia σαυρώσιμα, in crucem CHRISTI. σαυροαναστάσιμα pag. 65.
Στεφάνωμα sive στέφανα & γάμου, ἀκολουθία & στεφανώματος Officium coronarum nuptialium.
Στιχεράριον liber in quo describuntur στιχάρια sive στοιχάρια hoc est vestes Ecclesiasticæ pro ordine & gradu ac tempore anni variæ. Sticherario ex Cod. Reg. 2733. usum se esse testatur Cangius.

Στι-

2011 Ministerio de Cultura

Στιχηρὰ, troparia, cantus, hymni verſibus deſcripti. στιχηρὰ προσόμοια quæ modulo ſuo uni ex octo tonis Græcorum aptantur, at ἰδιόμελα quæ propriam modulationem habent. ἀνατολικὰ quæ concinuntur mane &c.
Libri S. Scripturæ στιχηροὶ ſunt Pſalmi, Jobus & libri Salomonis.
Στιχολογία Alterna Pſalmorum Davidicorum per verſus recitatio.
Στίχος verſus, vide ſupra in κεφάλαιον.
Σύμβολα τῆς πίστεως ut Nicænum & CPolitanum quæ memoriæ mandari jubentur can. 7. Laodicen.
Συναξάρια. pag. 91.
Συναπτὴ, collecta ſive ſupplicationis longioris formula. Vide Euchol. p. 30. & Suicerum.
Συνοδικὸς τόμος. pag. 146.
Συνοδικὸν contra Iconomachos, in Dominica Orthodoxiæ legi ſolitum.
Σύνοδοι. Septem Synodi œcumenicæ Græcis probatæ, Nicæna, CPolitana, Epheſina, Chalcedonenſis, CPolitana II. & III. & Nicæna II.
Σύνταγμά τινων ἀναγκαίων ἀκολουθιῶν, ἐκ τῆς εὐχολογίου. pag. 102.
Σχηματολόγιον Ordo ſumendi habitus Monaſtici. Vide Lambec. V. p. 286. Goari Euchолog. p. 468-519.
Ταχτικὰ, Tacticus liber. pag. 16.
Τεσσαρακοστά. ſupra in ἔννατα.
Τετραῴδιον pag. 72.
Τίτλος. ſupra in κεφάλαιον.
Τελαδικὰ troparia pag. 66. 67.
Τρισάγιον, de quo præter laudatos à Caveo, vide Habertum ad Archieraticum Græcor. p. 64.
Τρίτα. ſupra in ἔννατα.
Τρίψαλμος pag. 57.
Τριῴδιον pag. 69. 113. ſeq.
Τροπάριον, modulum proprie ſonat, licet pro cantibus & hymnis frequenter accipitur. Vide Goarum p. 32. ad Eucholog. & Rayæum p. XVII.
Τυπικὸν p. 4.
Τυπικὰ πρῶτα καὶ δεύτερα, Pſal. 102. & 145. pag. 14.
Φωταγωγικά, Φωταγωγάρια, preces veſpertinæ ad lucernas. Supra in Λυχνικόν.

2011 Ministerio de Cultura

Χαιρετισμοὶ Hymni in laudem B. Virginis, incipientes à χαῖρε, Ave Maria.

Χειροτονίαι Varia Officia Ordinationum, apud Jo. Morinum de sacris Ecclesiæ Ordinationibus & in Euchologio, Goari notis illustrato.

Χερουβικὸς ὕμνος, Trisagium. Confer Cyrillum Hierosol. pag. 330. edit. Oxon. Goarum ad Eucholog. p. 634. Rich. Simonem ad Gabrielem Philadelph. p. 76. seq. & Simplicium Verinum contra librum postumum Hug. Grotii. p. 91. seq.

Ψαλτήριον pag. 53.

Ὠιδαὶ, hymni sacri XIII. ex sacris litteris collecti & Psalterio subjici soliti. pag. 62.

Ὡρολόγιον pag. 90.

Ὡρολογόπυλον pag. 104.

FINIS.

2011 Ministerio de Cultura

JO. ALBERTI FABRICII,
D. Prof. Publ. & h. a. Gymnasii Rectoris,

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBRI V. PARS ALTERA,

Sive *Volumen Sextum*,

Quo Græci Auctores Annalium, & Historiæ Ecclesiasticæ ac Byzantinæ, nec non Erotici Scriptores recensentur.

Accessit præter LEONIS Imp. Naumachica, & Carmen HELIODORI de Chrysopœia ad Theodosium Imp. aliaque aliorum inedita hactenus monumenta, Auctoris dissertatio, qua probatur *Crucem* qua in cœlo visa DEUS usus est ad *Constantini M.* animum permovendum, fuisse phænomenon (perinde ut iridem) naturale, in halone solari.

HAMBURGI,
Sumptu CHRISTIANI LIEBEZEIT,
ANNO MDCC XIV

2011 Fundação de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

NOBILISSIMO VIRO
ZACHARIÆ CONRADO ab UFFENBACH,
J. U. Doctori Consultissimo,

S. D.

Jo. Albertus Fabricius.

Liceat quæso mihi TE, VIR AMPLISSIME, haud invito, Nomen Tuum omni Laude florens libro huic meo testeræ systaticæ instar præfigere, atque oblatione præsentis Voluminis, quod Tibi sacrum esse volo, tanquam testimonio publico, meæ in Te observantiæ & amoris mei firmare fidem, memoriamque mei apud Te, magnis terrarum intervallis disjuncti recentare. Nemo eorum qui Virtutes Tuas perspectas habent, ac Te noverunt, sibi imperare potest, ut Te non amet colatque inter decora Francofurti

2011 Ministerio de Cultura

Tuæ atque ornamenta longe clariſſima: Nemo ex illa Urbe ad nos venit, qui non idem eruditionem Tuam, humanitatem & pronam juvandi Literas voluntatem celebret laudibus, atque commemoret libenter. Neque tam omnes expetunt oculis animisque uſurpare apparatiſſimum illum librorum in Bibliotheca Tua delectum, & copiam, quæ non mediocri ſumtu judicioque non minori Tuo amplificatur quotidie, & rariſſimis monumentis locupletatur; quàm Te, adeo inſtructi ac pulchri Muſarum ſacrarii æditimum, & theſauri librarii ſcientiſſimum Dominum ac cuſtodem, doctrina & ingenio ac variorum itinerum uſu præſtantem convenire & alloqui. Memini ipſe quantam ex colloquio Tuo voluptatem ceperim, cum in hac Urbe mihi daretur frui honore Te videndi coràm, cujus per literas jam fueram humanitatem expertus, & amicitiam quam abſentes jam inter nos junctam pri-

dem

2011 Ministerio de Cultura

dem habebamns, cum præſente magis conglutinandi, ſtrictiusque ſanciendi. Geſtiit inde animus monumento aliquo publico teſtatum omnibus facere, quanti virtutes Tuas æſtimem: quod cogitanti mihi alia inſuper cauſſa ſe ſuggeſſit, quæ hocce Volumen ut Tibi dicarem, me facile potuit impellere, effecitque ut quod ex parte jam per ſe Tibi proprie debebatur, totum jam à me jubeatur eſſe Tuum jure merito. Sane haud ingratum, ſpero, erit doctis cognoſcere, quale ſit Cerimoniale illud Aulæ & Eccleſiæ CPolitanæ, quod locuples opus Conſtantini Porphyrogeniti juſſu & auſpiciis conditum, ac necdum luci publicæ donatum, à Te MStum aſſervatur, & cujus notitiam atque argumenta benevole à Te mihi communicata huic libro * cujus magna pars in recenſendis Hiſtoriæ CPolitanæ ſcriptoribus verſatur, inſerui, eoque veluti purpureo limbo telam meam exornavi. Quod vero omnes eruditi

* Pag. 622. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

diti mecum à Te uno ore flagitabunt, qvod invidere Tu illis pro Tua in literas voluntate neutiqvam potes, omnem rogo impendas operam, ut qvam primum bees Orbem literatum tam egregio thesauro, patiarisq; scriptoribus Byzantinis addi opus luce digniſſimum, ac singularis pretii, è qvo ad Historiæ pariter latifundia amplificanda, & ad cognoscenda penitius linguæ Græcæ labentis nondum satis recluſa adyta, cognitionemque jucundam Antiquitatis, nova insignia haud dubie auxilia & adminicula nobis poterimus polliceri. Ita prosperi Tibi sint laudum Tuarum conatus & ex voto fluant, diuqve felix sis ac sospes, ut cum communi utilitate conjuncta felicitas Tua prosperet rem literariam ac publicam pulcherrimis succeſſibus. Vale. Scripsi Hamburgi, Calendis Maji, A. C. CIↃ IↃ CC XIV.

AD

2011 Ministerio de Cultura

AD LECTOREM.

CUm scriptorum Græcorum à temporibus Constantini M. copia non permiserit mihi hoc volumine omnia complecti, quæ ad librum quintum absolvendum superant, rogandus à me es, quisquis illorum amore duceris, ut serena interim fronte accipias quæ jam Tibi à me exhibentur. Ut autem videas quid adhuc restet, reliquatorem me ad breve temporis feras æque ac patienter, ecce Tibi indicem capitum proximo studio, si conatibus meis porro benigniter adspiret optimum Numen, tecum deinceps communicandorum:

1. De Dionysio Thrace, Hephæstione, Apollonio Dyscolo, Herodiano & aliis Grammaticis Græcis editis, ineditis atqve deperditis.
2. De Libanii Rhetoris scriptis & qvædam illius hactenus inedita, cum versione ac notis Rev. Viri, D. Godfridi Olearii.
3. De Juliano Imp. ejusqve libris adversus Christianos, & aliis scriptis editis, ineditis, & deperditis, subjuncto elencho trecentorum amplius pro Christianæ Religionis veritate scriptorum, veterum ac recentium.
4. De S. Epiphanio & aliis qvi adversus hæreses scripserunt: ac de scriptis Græcis Hæreticorum qvarti à CHristo nato sæculi, & posteræ deinceps ætatis.
5. De Gregorio utroqve, Nazianzeno & Nysseno, ac de duobus Basiliis, Magno & Seleucensi.
6. De Apollinari, Nonno, Georgio Pisside, Emanuele Phile & aliis Poëtis Græcis Christianis.
7. De Cyrillo utroqve, Hierosolymitano & Alexandrino, atqve Patriarcharum utriusqve Sedis notitia Chronologica atqve Alphabetica.
8. De Themistio Euphrada ejusqve Orationibus & scriptis in Aristotelem, atqve Index scriptorum in illis laudatorum.
9. De Johanne Chrysostomo, & series Chronologica atqve Alphabetica Patriarcharum Antiochenorum.
10. De S. Macario, & aliis qvarti sæculi sive qvi exstant, sive qvi intercidere, Græcis scriptoribus.
11. De Asterio, Synesio, Theodorito & aliis sæculi qvinti scriptoribus Græcis editis & deperditis.
12. De Theone & Pappo Alexandrinis, & de aliis Mathematicis qvos superioribus Voluminibus indictos prætermisi. Index scriptorum à Theone & Pappo allegatorum.
13. De Anastasio Sinaita & aliis scriptoribus Græcis, qvi floruere sæculo post CHristum natum sexto.
14. De scriptis Syriani, Procli, Marini, Olympiodori, Simplicii & aliorum Græcorum Platonis & Aristotelis interpretum non Christianorum, atqve indices scriptorum qvi ab iis laudantur.
15. De scriptis Johannis Philoponi atqve aliorum Christianorum Philosophi interpretum, nec non index scriptorum in Philoponi commentariis allegatorum.

)( )(

16. De

2011 Ministerio de Cultura

16. De S. Maximo & aliis sæculi VII. scriptoribus, atqve de Joanne Stobæo, & Antonio Melissa. Index scriptorum ab his laudatorum.
17. De Joanne Damasceno & aliis scriptoribus Græcis sæculi VIII. Index scriptorum qvi in Damasceni parallelis aliisqve scriptis allegantur.
18. De Theodoro Studita, Photio Patriarcha CPol. & aliis scriptoribus sæculi IX. cum indicibus scriptorum ab illis laudatorum.
19. De Magno Etymologico, Svida & aliis Lexicis Græcis editis atqve ineditis, de qvibus libro IV. dictum à me non est. Indices scriptorum in iisdem & in Mœridis Atticista allegatorum.
20. De Joanne Tzetza scriptoribusqve Græcis sæculi X. XI. XII. & XIII. Index scriptorum qvi in Tzetzæ Chiliadibus laudantur.
21. De Andrea Presbytero, Euthymio Zigabeno, Macario Chrysocephalo, Niceta, Oecumenio, Olympiodoro aliisqve qvi Catenas commentariorum in libros sacræ Scripturæ sive editas sive ineditas ex SS. Patribus concinnarunt. Index scriptorum in illis catenis allegatorum.
22. De Georgio Palama, Barlamo, Maximo Planude & aliis scriptoribus sæculi à CHristo nato XIV.
23. De Gennadio Scholario, Georgio Gemisto Plethone & aliis scriptoribus Græcis sæculi XV. XVI. & XVII.
24. De Confessionibus & documentis de fide ac dogmatis ritibusqve Ecclesiæ Græcæ, & syllabus Græcorum qvi contra suorum placita ad Occidentis Ecclesias propius accesserunt.

Hisce capitibus absolutis licebit mihi demum, quod jampridem cupio, progredi ad librum sextum sive ultimum, quo juris utriusque scriptores Græcos, Legum Canonum Conciliorumque auctores & interpretes, nec minus Medicos, Chirurgos, ac Chemicos exponam, persequarq; supposititios quosdam & alios scriptores in prioribus voluminibus prætermissos, & non dictas alibi à me auctorum Græcorum collectiones: quo facto totum opus indicibus necessariis instruere, colophonemque ei imponere fas erit. Nunc quo cognoscas neq; huic, quod præsens tibi offero, volumini argumentum dignum studio tuo deesse, en tibi summa ejus capita brevi tabella descripta:

Index eorum, qvæ hoc Volumine sexto sive LIBRI QVINTI parte secunda continentur:

Caput III. De Constantino Magno Imperatore, ejusq; Orationibus, Epistolis & edictis. De Confessione & Donatione qvæ sub Constantini nomine feruntur. p. 1.
Donationis ipsius exemplum Græcè & Latine. p. 5.
Digressio brevis, qva disputatur Crucem qvam in cœlis vidisse se juravit Constantinus M. fuisse Phænomenon naturale in halone solari. p. 8.

Ca-

2011 Ministerio de Cultura

Caput IV. De Eusebio Cæsareensi, & aliis Historiæ Ecclesiasticæ atqve Chronicorum scriptoribus. Acacii plures. Eusebii scripta edita, inedita atqve deperdita. Indices scriptorum in Eusebii præparatione Evangelica (p. 37.) & Historiæ Ecclesiasticæ libris allegatorum p. 63. Epistola Eusebii ad Carpianum, Græce & Latine. p. 97. Alii Eusebii amplius sexaginta. p. 105.

Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ Græci deperditi. p. 112.

De editis, Philostorgio p. 114. Socrate p. 117. Sozomeno p. 121. Theodorito pag. 124. Evagrio pag. 125. Theodoro Lectore p. 128. Nicephoro Callisto. p. 130.

Chronicorum Scriptores Græci deperditi p. 135. & inediti. p. 157.

Chronographi post Eusebium, Græci editi Jo. Malalas ab Joanne Antiocheno diversus p. 138. Chronici Alexandrini sive Paschalis auctor p. 142. Scripta ad calcem illius Chronici vulgata à Cangio p. 143. sq. De Dorotheo Tyrio aliisqve Dorotheis p. 145. Chronicon Georgii Syncelli p. 149. Theophanis Confessoris p. 151. Nicephori Patriarchæ CPol. p. 153. Georgii Hamartoli p. 154. Hippolyti p. 155. Georgii Cedreni, ibid. Jo. Zonaræ p. 156. Michaëlis Glycæ, ibid. & Constantini Manassis. p. 157.

Indices scriptorum à Jo. Malala p. 139. Cedreno & Zonara p. 159. Georgio Syncello ac Theophane pag 177. Chronico Alex. & Mich. Glyca p. 205. laudatorum.

Caput V. De Byzantinæ sive CPolitanæ Historiæ scriptoribus p. 219. Corporis Byzantini qvod è Regia Lupara Parisiis prodiit, conspectus p. 221. Nova ejus editio promissa p. 228.

Philippi Labbei Protrepticum. p. 229.

Excerpta de Legationibus. p. 230.

De Dexippo Herennio pag. 231. Eunapio 232. Petro Magistro p. 234. Prisco Panite p. 235. Malcho Philadelphiensi p. 236. Menandro Protectore. ibid. Zosimo pag. 605. Olympiodoro Thebano p. 237. Candido Isauro p. 239. Theophane Byz. & Nonnoso. ibid. Hesychio illustri p. 240. alii Hesychii p. 243.

De Procopio Cæsareensi pag. 246. Index scriptorum ab eo laudatorum p. 265. alii Procopii pag. 258. Catalogus scriptorum ex Bibl. Segvieriana (hodie Cosliniana) propediem vulgandorum p. 253. seq. in notis.

2011 Ministerio de Cultura

De Agathia Myrinensi p. 260. Index scriptorum ab eo citatorum, cap. 263.
De Paulo Silentiario p. 279.
De Theophylacto Simocatta p. 280. Index scriptorum ab eo laudatorum p. 290. alii Theophylacti p. 284. Theophylacti Bulgaror. Episcopi Institutio Regia & alia scripta p. 285.
De Nicephoro CPolitano Patriarcha p. 295. Conspectus operum ejus ab V. C. Anselmo Bandurio junctim edendorum p. 640.
Nicephori Gregoræ scriptorum notitia tradita à Viris doctiss. Bernardo de Montfaucon & Joanne Boivin. pag. 300. De Nicephori Gregoræ Historia Byz. pag. 318. Index scriptorum in libris XXIV. Historiæ ejus laudatorum p. 324. Somnium Gregoræ tributum p. 322.
Varia fragmenta & monumenta vetera notis Clariss. Boivini ad Gregoram inserta pag. 323. Tomus tertius & qvartus à Boivino promissus p. 322.
De Nicephoro Blemmida, pag. 341. Bryennio p. 343. Chumno & aliis Nicephoris p. 299. 341. 344.
Scriptores post Theophanem p. 348. Anonymus de vita Leonis Armeni & qvatuor proximorum Imperatorum p. 349. Constantinus Porphyrog. de vita Basilii Maced. ibid. Anonymus de Leone Philosopho & aliis Imperatoribus usq; ad Romanum juniorem p. 350. Joannis Monachi Hierosol. Joannis Cameniatæ, Demetrii Cydonii &c. ib. Simeonis Magistri Annales & Georgii Monachi vitæ Imperatorum pag. 352. Index scriptorum à scriptoribus post Theophanem laudatorum p. 354.
De Leonis Sapientis aliorumqve Oraculis res CPol. spectantibus p. 363. Alia Leonis Imp. scripta p. 367. Leo Philosophus à Leone sapiente Imp. diversus pag. 366. De Leonis Imp. Tacticis, p. 368. Ejus Naumachica nunc primum edita Græce & Latine, p. 372. De aliis Leonibus qvi Græce scripserunt p. 379.
De Joanne Scylitze, Thracesio, Curopalata p. 386.
De Anna Comnena p. 390. Index scriptorum ab ea laudatorum pag. 394. De scriptis Alexii Comneni aliorumqve Comnenorum p. 392.

De

2011 Ministerio de Cultura

De Joanne Cinnamo p. 396.

De Niceta Acominato Choniata, p. 401. Fragmentum de ſtatuis CPolitanis, Græce & Latine p. 405. Argumenta librorum thesauri Orthodoxæ fidei, Græce & Latine pag. 420. Index ſcriptorum in Nicetæ Choniatæ Hiſtoria Byz. laudatorum. pag. 435. Alii Nicetæ pag. 429. 430. De Nicetæ fratre Michaële Acominato p. 402.

De Georgio Acropolita p. 448. Index virorum illuſtrium ab eo memoratorum p. 452.

De Joële Chronographiæ ſcriptore & Joanne Canano p. 456.

De Georgii Pachymeris Hiſtoria Byz. pag. 458. & aliis ſcriptis editis p. 465. & ineditis p. 468. De ſapientia Indorum, qvam Poſſinus Pachymeræ priori volumini ſubjecit p. 460.

De Joannis Cantacuzeni Imp. Hiſtoria Byz. pag. 458. & aliis ſcriptis. p. 473. Matthæi Cantacuzeni ſcripta p. 474.

De Laonico Chalcocondyla p. 474.

De Georgio Codino p. 476. Index ſcriptorum in ejus Antiqvitatibus CPol. allegatorum p. 481.

Matthæi Μοναχῦ ὁικτρῦ καὶ θύτυ (ita in MS. Vindob. * pro Μοναχῦ ἰατρῦ) & aliorum de officiis aulæ CPol. p. 479. De ſcriptis ineditis à Lambecio ad Codinum allegatis p. 485.

De Emanuele Chryſolora. pag. 484. Joanne Anagnoſta &c. pag. 486.

De ſcriptis Conſtantini Porphyrogeniti Imp. p. 486. Index ſcriptorum in libris de thematibus & adminiſtrando Imperio allegatorum pag. 518. Κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων opus, ejusqve tituli, atqve inde ſervata excerpta de legationibus p. 230. excerpta Peireſciana. p. 490. Hippiatrica p. 493. Index ſcriptorum in Hippiatricis laudatorum p. 494. Geoponica pag. 500. Index ſcriptorum in Geoponicis laudatorum pag. 506. Ceremoniale MS. pag. 623.

* Vide Lambecium VIII. p. 469.

2011 Ministerio de Cultura

De Simeone Metaphraſte pag. 509. Vitæ ſanctorum ſive à Metaphraſte ſive ab aliis ſcriptæ, ordine Alphabetico pag. 510. Alia Metaphraſtæ ſcripta pag. 564. Simeon νέος Θεολόγος, pag. 558. Conſtantinus novus Metaphraſtes p. 562. Julius Metaphraſtes p. 514.

De Philippi Solitarii Dioptra p. 566.

De Ducæ Hiſtoria Byz. p. 567.

Anonymi varii rerum Byz. ſcriptores pag. 568. 573. 574.

De Imperio Orientali V. C. Anſelmi Bandurii. pag. 569. De Hieroclis Synecdemo pag. 568. Agapeti ſcheda regia pag. 570. De Baſilii Macedonis capitibus exhortationum p. 572.

De ſcriptis Athanaſii Patriarchæ CPol. p. 582.

De Eudocia Macrembolitiſſa ejusqve Ἰωνιὰς MS. p. 587.

Anonymus de Hippodromo CPol. p. 603.

De ſcriptis Georgii ſive Gregorii Cyprii, Patriarchæ CPol. pag. 603.

De Zoſimo ejusqve Hiſtoriarum libris p. 605. alii Zoſimi p. 612.

De Georgio Phranze p. 615.

De Joſephi Geneſii Hiſtoria Byz. MS. p. 620.

De Cerimoniali MS. Conſtantini Porphyrogeniti qvod exſtat Francofurti ad Mœnum apud Nobiliſſimum Virum D. Zachariam Conradum ab Uffenbach. p. 623.

Scriptores qvidam alii inediti ad Hiſtoriam Byz. facientes p. 683.

Scriptores deperditi Hiſtoriæ Byz. p. 684.

De Franciſci Combefiſii faſciculo Originum rerumqve CPol. pag. 687.

De Frid. Sylburgii Saracenicis p. 689. Scriptores Græci adverſus Muhamedanos p. 691.

De Martini Cruſii Turco Græcia pag. 692. Catalogus MSS. qvorundam CPol. p. 702.

De

2011 Ministerio de Cultura

De Leonis Allatii συμμίκτοις p. 704.
Catalogus Episcoporum Byzantinorum qvi ante Constantinum fuisse incerta fide feruntur p. 707.
Conspectus Chronologicus Imperatorum & Patriarcharum CPol. à Constantino M. usqve ad captam CPolin à Turcis, annotatis subinde præcipuis qvi singulorum res exposuere scriptoribus. pag. 709.
Catalogus Patriarcharum CPol. à capta per Turcas Urbe usqve ad A. 1708. p. 746.
Catalogus Alphabeticus Imperatorum omnium pag. 751. & Patriarcharum CPol. pag. 757. tempore qvo præfuerunt ad singulorum nomina annotato.
Godfridi de Villeharduin Historia CPoleos à Gallis Venetisqve A. C. 1204. captæ Historia Gallice scripta p 762. Cangii Historia CPolitana sub Imperatoribus Gallis pag. 763. Alii scriptores de illo argumento & de Europæorum in Palæstinam expeditionibus. pag. 763. Cangii Historia Byz. duplici commentario illustrata sive familiæ Byzantinæ, & CPolis Christiana: & glossarium duplex ad scriptores mediæ Græcitatis & Latinitatis. pag. 766. Anselmi Bandurii opus promissum de Imperatorem CPol. numismatibus p. 767.
Martini Hanckii de Byz. rerum scriptoribus p. 768.
Rud. Cappelli Byzantina. ibid.

INDEX ALPHABETICUS Scriptorum de qvibus præsenti volumine hactenus dictum est p. 769.

Caput VI. de Heliodoro, Achille Tatio, Longo, Eustathio, sive Eumathio, Theodoro Prodromo & aliis Scriptoribus Græcis eroticis, editis, ineditis ac deperditis. p. 784. V. C. Maturini Veissierii la Crose Epistola ad V. C. Jo. Christoph. Wolfium de libris Athenagoræ tributis de vero amore, & de ara Dosiadæ pag. 800. Heliodori carmen Jambicum ad Theodosium Imp. nunc primum Græce editum è MS. Bibl. Regiæ Paris. pag. 790.

INDEX Homonymorum, in sex Voluminibus hujus Bibliothecæ hactenus discussorum p. 828.

Unum

2011 Ministerio de Cultura

Unum adhuc est quod te velim, Lector Benevole, de scriptore ad calcem Bibliographiæ antiquariæ, ante anni spatium à me edito, Codex MS. membranaceus qui Carmen non contemnendum de ritibus Missæ mihi sub nomine Mauritii Senonensis offerebat, verba dedit mihi, persuasitque ut illud quoniam editum non memineram, Bibliographiæ meæ annecterem atque tibi legendum offerrem. Ab eo tempore ex auctione Bibliothecæ egregii viri & cum viveret mihi amici Theodori Jansonii Almelooveenii nactus sum fragmenta Caroli M. & Rabani aliorumque de veteris Ecclesiæ ritibus, Wolfgango Lazio curante excusa Antwerpiæ A. 1560. 8. in quibus idem carmen sed sine nomine auctoris & parum emendatum vidi exstare pag. 112. hoc titulo: Incipiunt versus de Mysterio Missæ, in vetustissimo Codice, incerto auctore: qvos ob antiqvitatem, cum pleriqve sint manci, aut ubiqve non constent, mutare consulto noluimus. *Postea allatum ad me è Belgio est volumen Operum Hildeberti, Cenomanensis primum deinde Turonensis Episcopi, sæculo duodecimo, eodem quo Mauritius vixit clari, editum Parisiis A. 1708 fol. & Antonii Beaugendre, Monachi Benedictini opera expolitum: in illo pag. 1135. reperio idem carmen sub Hildeberti nomine accurate recensitum ad Codices sex MSS. atque editionem Hildeberti Parisiensem A. 1548. Exstat etiam sub Hilbertinomine in Bibliothecis Patrum Parisiensibus universis, nec non in Colonienſi T. XI. & Lugdunensi T. XXI. Ex emendationibus vero quas vir doctus Christopborus Augustus Heumannus Actis Eruditorum Lipsiensibus Anni superioris MDCXIII. p. 542. seq. fecit inseri, sunt quæ consensu Codicum constanter repudiantur, & sine quibus sensus pulchre consistit, ut primo statim versu, vocabulum* piorum *quod jubet reponere pro* priorum *quod est in omnibus editis ac MSS. & instituto scriptoris optime congruit, & versu 549. confirmatur. Sunt nihilominus etiam quæ scite excogita sunt, nec temere repudianda, ut quod versu 31. vir Clarissimus legit:*

Ille stat à dextris, qvia qvæ fuit antea inanes
Exsecrata Deos, gens qvasi dextra fuit.

Similiter versu 73. recte monet legendum esse probat, *& versu 158.* actor, *pro* auctor *quod posterius etiam novo operum Hildeberti editori placuisse video. Vale.*

BIBLI-

2011 Ministerio de Cultura

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ LIBRI V.

PARS ALTERA.

CAPUT III.

DE CONSTANTINO MAGNO, IMPERATORE.

Constantinus M. 1. Ejus Orationes, Epistolæ & edicta. 2. Confessio & Donatio supposita Constantino. 3. Dissertatio sive Digressio qua probatur crucem quam vidit in cœlo Constantinus, fuisse Phænomenon naturale Crucis in Halone solari. 4.

I.

CFlavius Valerius Aurelius Claudius CONSTANTINUS, cognomine *Magnus*, Flavii a) Valerii Constantii Chlori F. natus Naisi Daciæ opido A. C. 274. die

a) Ita vocatur in numis, ut apud Tristanum T. 3. p. 395. qvanqvam alii, ut Aurelius Victor Julium Constantium appellant. Constantini M. numos illustrarunt præter alios, qvi numismata Imperatorum edidere, Cangius in familiis Byz. atqve Alexander Wilthelmius S. I. in Actis Sanctor. T. V. Maji p. 22. seq.

2011 Ministerio de Cultura

die 27. Febr. Parenti in Imperio ſucceſſit A. C. 306. 25. Jul. Uxorem habuit *Minervinam* Criſpi matrem, eaqve defuncta Herculii filiam Flaviam Maximianam *Fauſtam*, exqva Conſtantinum, Conſtantium & Conſtantem, Conſtantiamqve & Helenam genuit. Idem poſt viſum in Cœlo Crucis inſigne Chriſtiana ſacra amplexus & victoria de Maxentio potitus eſt A. C. 312. Hinc Maximino à perſeqvendis Chriſtianis deſiſtere coacto, & victo etiam Licinio nihil ab eo intermiſſum qvod ad Eccleſiam CHriſti ornandam amplificandamq; & ſtudia literarum fovenda b) facere poſſet. Unde à Græcis ἰσαπόστολος vel ὁ ἐν Βασιλεῦσι c) Ἀπόστολος dicitur & ſolenniter colitur ejus memoria die XXI. Maji. Non ineleganter etiam à Theodorito in Hiſtoria religioſa p. 768. appellatur Chriſtianorum Zorobabel, qvi fideles è captivitate liberavit & templa eis reſtituit. Deniqve multis pace & bello præclare geſtis, morti vicinus ab Euſebio Nicomedienſi non procul Nicomedia in Achyrone villa baptiſmum d) ſuscepit, & paucis diebus poſt diem obiit ſacro Pentecoſtes feſto 22. Maj. A. C. 337. Feliciano & Titiano COSS. cum regnaſſet 30. annos, menſes novem, dies 27. vixiſſetqve annos 63. menſes duos, & dies 25.

II. Exſtant ejus *Epiſtolæ* complures ab Euſebio & aliis ſervatæ, qvæ à doctiſſimo Caveo in Hiſt. literaria ſcriptorum Eccleſiaſticorum diligenter recenſentur. Ejus obſervatis pauca hæc ſi placet addes. *Epiſtolæ ad*

b) Aurel. Victor in Epitome cap. 41. de Conſtantino: *Commodiſſimus rebus multis fuit: Calumnias ſedare legibus ſeveriſſimis, nutrire artes bonas, præcipue ſtudia literarum: legere ipſe, ſcribere, meditari, audire legationes & querimonias provinciarum.* Confer Euſebii Orat. de laudibus Conſtantini pag. 361. ubi de Scholis ab eo conſtitutis.

c) Vide Valeſ. ad Euſeb. IV. 60. de vita Conſtantini, & Mich. le Qvien ad Damaſcenum T. 1. pag. 630.

d) Baptiſmum alterum, qvem à Silvestro Episcopo Romano suscepisse lepra obsitum Conſtantinum, acriter adverſus Tentzelium τὸν μακαρίτην diſputat Clariſſimus Schelſtratenus, fabulis adſcribunt non modo Proteſtantes, ut præter laudatum Tentzelium parte 2. diſſ. ſelectar. Abraham Scultetus in diſſ. anti Baroniana de baptiſmo Conſtantini Romano, Neoſtadii 1607. 4. ſed pleriqve etiam in Romana Eccleſia eruditi viri, ut Benedictini ad Ambroſium T. 2. pag. 1209. Tillemontius T. 4. Hiſt. Imperator. pag. 634. Papebrochius in Actis Sanctor. T. V. Maji 21. pag. 14. ſq. & Conradus Janningus in Apologia pro Papebrochio, qvæ præmittitur Actis Sanctorum T. 1. Junii pag. XVI. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ad Athanasium fragmentum pro Ario recipiendo e) habet etiam Socrates lib. 1. cap. 27. & Sozomenus II. 22. *Edictum prius pro pace* Christianis concedenda, qvod Græce Eusebius refert X. 5. Hist. servavit latine Lactantius lib. de mortibus persecutorum c. 48. *Epistola ad Ecclesias de Synodo Nicæna* legitur etiam apud Theodoritum lib. 1. Hist. Eccles. cap. 10. *Epistola ad Arium & Arianos* qvam producit Gelasius in Actis Concilii Nicæni III. 1. suppositia videtur Casaubono in Casaubonianis pag. 143. Prodiit hoc rescriptum etiam separatim Paris. 1595. 8. Ab *Epistola ad Synodum Tyriam* qvam habent Eusebius IV. 42. de vita Constantini, & Theodoritus lib. 1. Hist. cap. 29. diversa est qvæ exstat apud Socratem lib. 1. cap. 34. Sozomenum II. 28. nec minus in Tripartita III. 7. & apud Nicephorum VIII. 50.

Oratio ad sanctorum cœtum, ad calcem librorum Eusebii de Constantini vita legitur Græce è latino versa, non ab Eusebio, sed ab alio interprete, ut ipse lib. IV. cap. 32. de vita Constantini diserte innuit.

Similiter à nescio qvo è latino Græce versa est brevis *Oratio ad Synodum Nicænam de Pace*, qvam idem Eusebius III. 12. exhibet. Prolixiorem qvæ occurrit apud Gelasium II. 7. legit etiam Theodoritus, ut ex ejus lib. 1. cap. 7. Historiæ colligitur.

Edicta qvam plurima Constantini illustrant Jac. Godofredus ad Codicem Theodosianum, Franciscus Balduinus JCtus in suo Constantino Basil. 1556. & Argent. 1612. 8. & qvi ad tempora qvælibet sua revocant Annalium scriptores, ac præcipue Tillemontius Tomo IV. Historiæ Imperatorum. Cæterum edictum qvod sub Constantini nomine vulgavit Nicolaus Cusanus lib. III. Concordiæ Catholicæ cap. 35. Honorio ac Theodosio vindicat, & integrius edidit Sirmondus ad Sidonium pag. 245.

e) Neqve tamen Arii hæresin ideo probavit Constantinus, de qva nondum ei satis liqvebat, sed speravit se ita dissidiorum semen in herba suppressurum. Confer ejus Epistolam Irenicam ad Alexandrum & Arium, apud Eusebium II. 64. seq. de vita Constantini, & ad illam B. Balthas. Bebelii exercitationem Historico Theolog. Argentorat, 1663. & Nic. Vedelium de prudentia Veteris Ecclesiæ pag. 202. 267.

2011 Ministerio de Cultura

III. *Confessio* Constantini ad Silvestrum Episcopum Romæ, qvæ latine exstat ad calcem recognitionum, aliorumqve scriptorum Clementi Rom. suppositorum, Colon. 1569. fol. pag. 471. perinde ut Acta Silvestri, spuria est.

Donatio qvæ eidem Silvestro à Constantino facta fertur, Romanæ etiam Ecclesiæ doctissimorum virorum f) judicio ac consensu itidem est commentitia. Primus ejus meminit Æneas Parisiensis, qvi circa A. C. 854. scripsit, libro adversus decem objectiones Græcorum T. 7. spicilegii Dacheriani pag. 111. inde Hincmarus Rhemensis, Petrus Damiani, Leo IX. Ado, aliiqve. Editiones ejus admodum diversæ feruntur, una qvam habent Acta spuria Silvestri, qvamqve Anselmus Lucensis Collectioni suæ Canoum lib. IV. cap. 32. DEus dedit lib. IV. c. 2. Ivo Carnotensis parte 5. decreti cap. 49. & Gratianus parte 1. decreti dist. 96. c. 14. latine inseruit, licet in antiqvioribus Gratiani Codicibus legi negat Antoninus Archiepiscopus Flo-

f) Primus prolixa & diserta Oratione ejus falsitatem ostendit *Laurentius Valla*, qvæ & seperatim excusa est plus simplici vice, & cum Ulrici Hutteni præf. in Ortuini Gratii fasciculo rerum expetendarum ac fugiendarum apud Londinenses recuso, & in Simonis Schardii syntagmate tractatuum de Imperiali jurisdictione legitur. Æneæ Sylvii aliorumqve plurium testimonia Vallæ suffragantia produxit Flacius in Catalogo testium Veritatis, & Rob. Cocus in censura Vett. scriptorum, qvibus adde Baronium ad A. C. 324. n. 118. seq. & 1191. n. 52. seq. Isaacium Habertum ad Ecclesiæ Græcæ ἀρχιερατικὸν pag. 24. Jo. Morinum in Historia Gallice edita liberatæ per Constantinum Ecclesiæ, deqve origine ac progressu potestatis sæcularis Romani Pontificis c. 8., Petrum de Marca III. 12. de Concordia Sac. & Imperii & VI. 6. §. 6. Antonium Pagi ad A. 324. n. 16. Tillemontium T. 4. Hist. Imperator. pag. 226. Petrum Josephum Cantelium Hist. urbium metropol. parte 2. diss. 2. cap. 2. n. 7. & præcipue Natalem Alex. Sec. IV. diss. 25. Qvos facile oppositeris Aug. Steucho lib. de donatione Constantini, Lugd. 1545. Jac. Gretsero de munificentia Principum in sedem Apostolicam, Ingolstad. 1610. 4. pag. 86. seq. & Apologia pro Bellarmino cap. 21. & Nicolao Schaten in Carolo Magno Romano Catholico lib. 2. cap. 6. Ex Protestantibus de falsitate donationis hujus videndi Jo. Henelius in Otio Uratislaviensi cap. 22. Gisb. Voëtius T. 2. disp. select. pag. 869. seq. Jac. Usserius de Ecclesiarum successione & statu pag. 60. Jo. Rainoldus Colloqvio cum Hardto pag. 227. seq. Franciscus Hottomannus in bruto fulmine Sixti V. pag. 128. 151. seq. & novissime Rev. D. Jo. Andreas Schmidius in Historia Sæculi IV. fabulis variorum in rebus Constantini M. maculata, Helmst. 1712. &c. *Edictum seu fictum seu depravatum, adeoque indignum quo Silvestri Pontificis Historia augeatur*, inqvit Papebrochius, propylæo ad Acta Sanctor. T. 2. April. pag. 1.

2011 Ministerio de Cultura

Florentinus parte 1. hist. tit. 8. cap. 2. §. 8. *Theodorus* autem *Balsamon* Græce versam exhibet in scholiis ad Photii Nomocanonem tit. VIII. in Bibl. Canonica Justelli T. 2. pag. 929. seq. Illa Balsamonis versio una cum altera *Matthæi Blastaris* edita etiam est à Marqvardo Frehero A. 1610. 4. additis animadversionibus. Longe prolixior est qvam vertit è Græco latine & Julio II. Pontifici inscripsit *Bartholomæus Picernus* de Monte arduo. Hæc præmissam habet, qvam modo memoravi fictitiam Constantini *confessionem*, atqve post editionem Colon. 1515. sæpius lucem vidit & D. Joach. Hildebrandi dissertationi de donatione Constantini Imp. præmissa Helmst. 1661. & 1703. atqve Balthasaris Gvalteri diatribæ elencticæ de Imp. Constantini baptismo. donatione & legatione ad Concilium Nicænum, Jen. 1618. 12. pag. 67. seq. inserta legitur. Atqve *Augustinum Steuchum* arguit Jo. Bodinus lib. 1. de Rep. cap. 9. pag. 221. Græco sermone donationem Constantini scripsisse, ut fucum faceret: *sed fraus*, inqvit, *facile ex ipsius oratione & antiquitatis cognitione confutatur.* Alia Græca versio (*Constantini Harmenopuli*, ut notat Nesselius parte 2. Catalogi MSS. p. 27.) exstat in Bibl. Cæsarea & Lambecio lib. V. pag. 244. memoratur, sed qvoad sensum eadem est cum illa Balsamonis, cujus idem p. 237. mentionem facit. Hanc ipsam è Codice Regis Christianissimi Græce & latine exhibet Julius Cæsar Bulengerus, lib. 2. de Imperio Romano cap. 6. pag. 318. & qvoniam brevis est, hoc etiam loco exstare non erit, puto, Lectori ingratum, injucundumve.

Θέσπισμα τ μεγάλυ κωνσταντίνυ, περὶ τ πάπα ῥώμης. θεσπίζομεν * πᾶσι τοῖς σατράπαις, καὶ τῇ συγκλήτῳ τ ἡμῶν βασιλείας, τ ῥώμης ἐπίσκοπον καὶ διάδοχον τ ἁγίων ἀποστόλων, κ κυρίυ μυ πέτρυ, πλείονα τ βασιλείας ἔχειν ἐξουσίαν κ᾽ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, κ᾽ πάντων πολλῷ πλέον ἢ τ βασιλέα τιμᾶσθ καὶ σέβεσθ κεφαλὴν εἶναι τῶν πατέρων δικαίων θρόνων, κρίνεσθαί τε περὶ αὐτ, καὶ ψηφίζεσθ τὰ τῇ ὀρθοδόξῳ συμβαίνοντα πίστ. δωρεὰν

Edictum, ac effatum divinum magni Constantini de Pontifice Romano. Omnibus Provinciarum rectoribus, & Senatui R. Imperii, Romanum Pontificem, successorem Sanctorum Apostolorum, & Domini mei Petri, majorem quam Imperator habere potestatem per universum orbem adversus omnes, (deest καὶ) *& plusquam Imperatorem coli & honorari, caputque esse quatuor antiquarum sedium, & ab eo judicari, & decerni quæ orthodoxæ fidei conveniunt, Edicimus:*

* MS. Vindobonense addit, σύν. *Decernimus una cum omnibus Satrapis & Senatu Imperii nostri.*

2011 Ministerio de Cultura

δωρέμεθα γὰρ τῷ πατρί μου τῷ μακαρίῳ σιλβέστρῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις τὸ ἡμέτερον παλάτιον, τὸ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς διάδημα ἐκ λίθων τιμίων καὶ μαργάρων συγκείμενον, τὸ κυκλοῦν τὸν τράχηλον ὠμοφόριον, τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα, τὸν κόκκινον χιτῶνα, καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα, τά τε τῶν βασιλικῶν ἵππων ἀξιώματα, τὰ σκῆπτρα, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς βασιλείας κοσμήματα, καὶ τὴν δόξαν ἅπασαν τῆς ἡμῶν ἐξουσίας. τοὺς δὲ τῷ κλήρῳ τῆς ἁγιωτάτης ῥώμης κατειλεγμένους, κοσμεῖσθαι κελεύομεν παραπλησίως τῇ συγκλήτῳ ἡμῶν ἐνδύμασιν, ἵπποις ἐποχουμένους, ὑποδήμασι κεκοσμημένους λευκοῖς. ὡς δὲ καὶ τὰ ὑποδήματα τούτων ὀθονίων εἶναι πεποιημένα λευκῶν, καὶ ὃς ἂν αἱρεθῇ κληρικὸς, ἐκ τῆς ἡμῶν συγκλήτου γενέσθαι τοῦτον πρός τινος μηδαμῶς ἐμποδίζεσθαι. ὅτι γε μὴν τὴν ἐκ χρυσίου στεφάνην φρονήματος μετριότητι ὁ πατήρ μου ὁ ἅγιος σιλβέστρος παρῃτήσατο, τοῦτό τι τὸν ὑπέρλαμπρον χῶρον σημαίνοντα τῆς ἁγίας ἀναστάσεως, τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν. ἡμεῖς στρατώρας ὀφφίκιον ὑπαγαγόντες, καὶ τὰ χαλινὰ τοῦ ἵππου αὐτοῦ κατέχοντες, τῆς αὐλῆς τῶν ἱερῶν αὐτοῦ ἐξήειμεν ἀναστρόφων, αἰδοῖ καὶ φόβῳ τοῦ κυρίου μου τοῦ ἁγίου συνεχόμενοι πέτρου. τῶν χρησίμων γὰρ κομιδῇ καὶ θεοφίλων νενομίκαμεν, ἐκλιῶσαι μὲν τῆς πόλεως ῥώμης, καὶ τῶν δυτικῶν ἁπάντων χωρῶν τε καὶ πόλεων τῷ ἁγιωτάτῳ πάπᾳ, τὸ γὰρ τῆς βασιλείας κράτος πρὸς τὰ τῆς ἑῴας μέρη μετενέγκειν, καὶ τὴν ἐν καλλίστῳ τοῦ ὑφ' ἡλίῳ βυζαντίδι πόλιν καταλαβεῖν, καὶ ἐν αὐτῇ ἱδρύσασθαι τὰ βασίλεια, ἄδικον οἰη-

mus: Donamus enim Patri meo Beato Sylvestro, & successoribus ejus nostrum Palatium, diadema capitis lapillis pretiosis & gemmis intextum, epomidem quæ collum cingat, chlamydem purpuream, coccineam tunicam, & omnia regia vestimenta, ephippia quibus equi regii insternuntur, sceptra, & reliqua imperii ornamenta, & gloriam omnem meæ potestatis. Eos autem qui in clerum Romanum allecti sunt, ornari jubemus iisdem quibus Senatus noster vestimentis, (lego παραπλησίοις) equo vehi, albis vestibus tegi. Ita & calceos eorum fieri ex pannis albis, & eum qui lectus sit clericus, à nemine impediri posse, quo minus sit Senator. Quando vero coronam auream pater meus S. Sylvester, qua est humilitate & moderatione respuit, hæc ornamenta quæ sanctam resurrectionem, & superillustrem locum significant (lego καὶ τῷ ἁγίᾳ) sancto ejus capiti imposuimus. Nos stratoris officium obeuntes, & frena ejus equi tenentes, ex aula palatii exivimus, reverentia & metu Domini mei S. Petri. Maxime autem utile & amicum DEO esse duximus cedere urbe Roma, & omnibus occidentis locis ac urbibus sanctissimo Papæ, & robur imperii transferre ad ortum, & capere Byzantium urbem optimo sub sole situ, & eosdem imperii ponere: iniquum existimantes ut Imperator in eo loco summam potestatem habeat, ubi Christianæ fidei cœlitus principium nobis fuit. Cum hæc manu propria scripserimus, & reliquiis Domi-*

* Emendationes hæ sunt interpretis Bulengeri.

2011 Ministerio de Cultura

οἰηθέντες ἐξουσίαν ἔχειν τὸν ἐπὶ γῆς βασιλέα, ἔνθα καὶ δεχὴ τῆς τῶν χριστιανῶν θρησκείας ἐκ τῶν θραυσῶν ὠφέλειν ἡμῖν. πῶθα τῇ ἰδίαις χερσὶ γράψαντες, καὶ τῷ νικηρῷ καὶ κυρίῳ μου ἐπιθέμενοι πέτρου, πίστεις ἐνόρκους ποιώμεθα, ὑ μὴν ὅλως φαυλωθῶμεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡμέτερον δεξαμένοις κράτος φυλάττειν ἀσφαλῶς προσευχώμεθα πρὸς τὸν πατέρα ἡμῶν πάπαν, καὶ τοὺς αὐτοῦ διαδόχους.

Domini mei Petri imposuerimus, jusjurandum damus, non modo nos servaturos quæ sanximus, verum & nostros successores, ut sancte ac religiose servent, obstringimus, idque jurati patri nostro Papæ, & successoribus ejus pollicemur.

IV. Claudam hoc caput dissertatione de literis qvas in cœlo legisse creditur Constantinus Imperator, ἐν τούτῳ νίκα, & de Cruce qvam vidisse se † juravit, & juranti libenter ctedimus. Qvamvis autem digressio ista paullo alienor ab argumento Bibliothecæ hujus Græcæ videri possit, tamen existimavi hoc non inoportuno loco satisfacere me posse desiderio illorum, qvi sententiam super illa re meam, à communi nonnihil abhorrentem, argumentis confirmatam videre voluerint. Est autem de Cruce Constantini diatribe ante septem annos à me edita, & respondente Nobilissimo Viro *Christoph. Woltereck* Glukstadiensi, publice in Gymnasio Hamburgensi defensitata qva probavi Crucem qvam in Cœlo vidit Constantinus Imp. fuisse phænomenon Naturale, qvale in halonibus non Lunaribus modo sed etiam Solaribus conspiciendum se subinde [illegible] haud ita freqventer offert [illegible] mediocriter in sententia mea confirmatus sum, cum postea intellexi idem non absurdum visum Reverendo Helmstadiensium Theologo ac Philosopho, Mathematicas inprimis disciplinas egregie docto, D. Jo. Andreæ Schmidio in diss. de Luna in Cruce visa, Jenæ 1681. atqve in Historia Sæculi IV. fabulis maculata, Helmst. 1712.

Exer-

† Nolim igitur rem totam pro astuto Constantini commento & strategemate habere cum V. C. Jacobo Tollio, qvi notis ad Lactantium c. 44. de mortibus persecutorum: *strategema*, inqvit, *hoc Constantini non minus scitum, quam illud Philippi Macedonis fuit quo sacrilegos Phocenses protrivit.* & ad c. 46. *Non minus egregium hoc Licinii strategema atque illud, de quo supra, Constantini. Eodem ferme æstu usus Sertorius apud Plutarchum: nec Scipionis in templum Jovis secessus, aut Numæ ad Deam Egeriam aditus diversi generis sunt.* Et præf. ad Gallicam Longini versionem: *Mais moy - trouvant que le Roy Antigonus successeur d' Alexandre le Grand s'est servy du méme stratageme, feignant d'avoir veu au ciel une pentagone, qui est le symbole du Salut, avec ces paroles,* in hoc signo vinces, *& qu'il le fit peindre aux boucliers de ses soldats, & gaigna ainsi la bataille: trouvant aussi, qu'un Roy de Portugal a eu la méme vision que Constantin, & qu'il a par là ramporté la victoire sur ses ennemis, j'avoue que je considere tous ces miracles comme de finesses militaires des grands Capitaines.*

2011 Ministerio de Cultura

Exercitatio Critica,

qva disputatur, Crucem, qvam in Cœlis vidisse se juravit Constantinus Imp. fuisse Phænomenon Naturale in Halone Solari.

Præfatio.

SAnctus STEPHANUS jamjam coronandus Martyrio, per imbrem saxeum intuetur cœlos apertos, Divinam gloriam videt, ac Jesum, veluti paratum in sui auxilium, lætus contemplatur stantem * à dextris DEI. Act. VII. 55. At Magnus CONSTANTINUS ingressus Imperium Romanum, & coronam capiti firmaturus suo, pro CHristo nudam crucem in cœlo conspicit, & in hac jubetur vincere. Stephanus sub tecto ** clarissima fidei acie in cœlum penetrat, & jam incipit DEum videre qvalis est: Constantinus contrà sub dio clausum suspicit cœlum, de qvo crucis imago, res mira sed vacua, ad oculos corporis ejus demittitur. Jam vides mi lector, præstantiorem fuisse ac

* Accurate rem putando hoc *stare* ad dextram DEI, non magis situm certum corporis denotat, quuam quod alibi dicitur *sedere*. Nihil enim aliud hæc verba significant, quam CHristum etiam secundum humanam naturam participem esse throni ac Majestatis Divinæ, imperiique in creaturas ac singillatim in Ecclesiam. Sic non Hebræi tantum sed Græci quoque & Latini passim utuntur verbis incedere, stare, venire, pro esse. Vide quæ viri Docti ad Gen. XV. 2. *orbus incedo*. Neque alio sesu Virgilius 1. 50. Æneid. *Ast ego quæ Divum incedo Regina*. Idem V. 68. *Aut jaculo incedit melior levibusque sagittis*. Seneca Epist. LXXI. *quærimus sæpe eos, quibuscum stamus* i. e. sumus, sive versamur. Mamilius IV. 547. *Judex extremæ sistet vitaque necisque*. Sistet i. e. stabit, quod iterum positum pro erit, ut pluribus scriptorum testimoniis ad eum locum docuit illustris Huetius.

** Augustinus cap. 42. de, cognitione Veræ vitæ: *Concio illa, in qua Stephanus stans CHristum conspexit, in domo aliqua fuit, cujus tecti culmen ipsius corporeus oculus penetrare minime potuit. Constat igitur quod non oculo corporeo, sed intuitu interioris hominis CHristum non in corporeo sed in intellectuali cœlo viderit.* Confer. D. Philippi Nicolai τῦ μαραείτυ Opera Latina T. 1, pag. 258.

2011 Ministerio de Cultura

ac diviniorem imaginem oblatam Stephano morienti, qvam Conſtantino imperanti ac jam triumphaturo. Addes fortaſſis, qvanto præſtantiorem, tanto qvoqve certiorem, fideque digniorem. Ita eſt profecto, neqve enim humana teſtimonia comparanda divinis ſunt. At ſi me audis, non ſtatim hinc, qvod faciunt multi, crucem illam à Conſtantino viſam totam callidis adſcribes commentis, Politicæqve regnaturientis fraudi, ſed vere oblatam ipſius oculis, credes tot teſtibus antiqvis, Conſtantino deniqve ipſi, ſaltim jurato: neqve tamen illico propterea eam ſtupebis tanqvam rem miraculis proprie accenſendam. Hoc præſentis diatribæ eſt inſtitutum, hæc ratio, qvam ſi probavero tuæ æqvitati, non temere de hoc argumento poſt tot viros egregios in arenam deſcendiſſe videbor. Si non probavero, certe ero verecundior his, qvi non dubitant veterem hiſtoriam omnem meris ſuſpicionibus ſuis conculcare, ac Conſtantinum principem Eccleſiæ Patronum ſola conjectura fraudis ac perjurii reum agere.

Argumentum Diſſertationis.

Teſtimonium Conſtantini ipſius de Cruce in cœlo viſa, apud Euſebium. §. 1. *Artemii teſtimonium dubium.* 2. *Lactantii & aliorum, qvi ſomnii ſolius meminerunt, nullum.* 3. *In numis antiqvis nihil pro cruce in cœlo viſa præſidii.* 4. *Philoſtorgii, aliorumque Euſebio ſuffragantium teſtimonia.* 5. *De loco, anno ac die viſæ in cœlo crucis.* 6. *Non fuiſſe hoc commentum Politicum Conſtantini.* 7. *Neque tamen fuiſſe miraculum proprie dictum, ſed crucem in Halone ſolari viſam fuiſſe à Conſtantino & exercitu.* 8. *Huic ſententiæ ex aſſe favere deſcriptionem Euſebii, formam & materiam crucis, tempus, ſpectatores.* 9. *Præcipue alias cruces ſimiliter in cœlo viſas & pro miraculo habitas, quarum decem amplius exempla afferuntur.* 10. *De cruce quam in cœlo vidit Waldemarus ſecundus Daniæ Rex, unde ordo Equitum Danebrogæ. De cruce viſa ab Electore Saxoniæ Friderico Sapiente, ejusque Fratre Johanne. ibid. De literis quas cruci adjunctas vidit Conſtantinus, In hoc vince.* 11. *Error ridiculus de Nica Etymologici M. auctore ex verbis ἐν τούτῳ νίκα ortus. ibid. Locus Philoſtorgii, de lucido tractu quem ſuo tempore in cœlis per aliquot menſes obſervatum ſcribit, mantiſſæ vicem illuſtratus.* 12.

2011 Ministerio de Cultura

I.

DUas res admirandas Constantino Imperatori accidisse refert Eusebius, qvæ neutiqvam sunt inter se confundendæ. Una eaqve prior vigilanti contigit, altera ac posterior dormienti. Vigilans primum crucem in cœlo vidisse Constantinus traditur: postea dormienti apparuisse CHRISTUS, cum cruce, præcepisseqve, hoc ut in hostes tanqvam præsidio ac militari signo uteretur. Posterioris solius meminit auctor Chronici Orientalis fol. 57. *Anno decimo septimo Imperii Constantini apparuit ei in somnio signum Crucis, audivitque vocem sibi dicentem: porta hoc signum, vinces hostes tuos.* De priori imagine Crucis, qvæ vigilantis sese obtulit oculis, potissimum hac dissertatione solliciti erimus, itaq; ante omnia de eadem adscribenda sunt Eusebii verba. Ita vero ille lib. 1. de Vita Constantini cap. XXVIII. cum narrasset Constantinum Maxentii tyrannidi frangendæ occurrere parantem, idolorum agnita rejectaque vanitate atqve impietate, vero DEO Patris sui (Constantinus enim Chlorus jam favere Christianis cœperat) adhærere constituisse. *Hujus ergo opem implorare cœpit, orans atque obsecrans, ut se ipsi noscendum præberet, ac præsentibus negotiis adjutricem manum porrigeret. Hæc precanti ac suppliciter postulanti Imperatori admirabile quoddam à DEO missum aparuit.* Θεοσημία τις ἐπιφαίνεται θαυμαστοτάτη, ἣν τάχα μὲν ἄλλου λέγοντος ἂν ῥᾴδιον ἦν ἀποδέξασθαι, αὐτὸν δ' ἐπὶ νικητὴν βασιλέως τοῖς τ' γραφὴν διηγουμένοις ἡμῖν μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ὅτε ἠξιώθημεν τῆς αὐτοῦ γνώσεώς τε καὶ ὁμιλίας, ἐξαγγείλαντος, ὅρκοις τε πιστωσαμένου τὸν λόγον, τίς ἂν ἀμφιβάλοι μὴ οὐχὶ πιστεῦσαι τῷ διηγήματι; μάλιστ' ὅτε καὶ ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος ἀληθῆ τῷ λόγῳ παρέσχε τὴν μαρτυρίαν. *Quod siquidem ab alio quopiam diceretur, haud facile quis fidem esset habiturus. Verum cum ipse Victor Augustus nobis, qui hanc Historiam scribimus, longo post tempore, cum videlicet in eius notitiam & familiaritatem pervenimus, id retulerit, & SERMONEM SACRAMENTI RELIGIO FIRMAVERIT, quis posthac fidem huic narrationi habere dubitabit? Præsertim cum id quod subsecutum est tempus, sermonis hujus veritatem testimonio suo confirmaverit.* Ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἔφη ἐν αὐτῷ οὐρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυρὸν τρόπαιον ἐκ φωτὸς συνιστάμενον, γραφήντε αὐτῷ συνῆφθαι, λέγοντα, τούτῳ νίκα. *Horis diei meridianis, sole in occasum vergente, crucis tropæum in cœlo ex luce conflatum, Soli superpositum ipsis oculis se*

2011 Ministerio de Cultura

se vidisse affirmavit, cum hujusmodi inscriptione: hac vince. Θάμβος δ' ἅπαντα τὸν στρατιωτικὸν ὅμιλον, ὃ δὴ στελλομένῳ τὴν πορείαν, συνεῖπετό τε καὶ θεωρὸν ἐγίνετο θαύματος. *Eo visu & seipsum, & milites omnes qui ipsum iter facientem sequebantur, & qui spectatores miraculi fuerant, vehementer obstupefactos.* In hoc luculento testimonio, qvod ad verbum repetit Sozomenus lib. 1. cap. 3. & Hist. Tripartita lib. 1. cap. 4. videmus Eusebium non modo ea se scribere profiteri, qvæ ex Constantini ipsius ore coram accepit, sed qvæ jurejurando etiam ille confirmaverat, & qvæ non solus Constantinus sed totus exercitus suis viderat oculis, ex qvo multi, tum cum ista Eusebius scriberet, adhuc fuerunt haud dubie in vivis. Confer Jacobum Gretserum lib. 2. de Cruce cap. 23. seq.

II. *Artemius* his anumerandus merito esset, cujus testimonio plurimum tribuit Cæsar Baronius ad annum Christi CCCXII. num. 21. si modo Acta Artemii, quæ apud Surium ad Octobris diem vicesimum leguntur, pro sinceris & nulla parte suspectis possent à viris doctis admitti. Narratur enim in illis Actis Artemius, Præfectura Augustali à Juliano Imperatore ideo, qvod Christo nomen dedisset, exutus, inter alia in hanc sententiam ad Julianum verba fecisse: *Ad CHristum declinavit Constantinus ab illo vocatus* (non ab hominibus neqve per homines sed ἄνωθεν sive de cœlo vocatum Constantinum scribit etiam Theodoritus lib. 1. Hist. cap. 2.) *quando dificillimum commisit prælium adversus Maxentium. Tunc enim ei in meridie apparuit signum crucis, radiis Solis splendidius, & literis aureis belli significans victoriam. Nam nos quoque ipsi adspeximus, cum bello interessemus, & literas legimus: quinetiam totus quoque ideſt contemplatus exercitus, & multi hujus sunt testes in excercitu Tuo.* Verum per me qvisqve ut volet, ita huic Artemii testimonio addet vel demet fidem, probe enim notum est qvantum in confingendis vel interpolandis ejusmodi Martyrum actis sibi permiserit falsa multarum ætatum pietas. Confer quæ de Cruce Constantini in Actis Apocryphis S. Quiriaci T. 1. Maji p. 445. & in Actis S. Silvestri T. 5. Maji pag. 19.

III. Solet etiam pro confirmanda hac re ad Lactantium provocari, sed ille de cruce in cœlo visa tacet, solum somnium commemorat, libro de mortibus persecutorum cap. XLIV. *Commoni-*

2011 Ministerio de Cultura

tus est in quiete Constantinus, ut cœleste signum DEI notaret in scutis, atq; ita prælium committeret. Fecit ut jussus est, & transversa X. litera summo capite circumflexo Christum in scutis notat, quo signo armatus exercitus rapit ferrum. Possit qvidem videri à Lactantio dici *coeleste signum DEI*, qvasi in cœlo ostensum à DEO & in cœlo à Constantino visum: verum qui hoc in dubium vocaturus esset, facile posset afferre loca plura scriptorum Græcorum, Latinorumqve, qvibus sine illo respectu ad Constantini visionem crux vocatur signum cœleste, qvoniam de cruce veteres pleriqve interpretabantur locum Matthæi XXIV. 30. ut docuit vir eruditissimus Gerh. Joh. Vossius in Thesibus Theologicis pag. 228. seq. Somnium qvoqve solum, qvod miror, commemorat non Johannes modo Malala in Chronica Historia lib. 2. pag. 2. καὶ ἐλθυθεὶς εἰς ὕπνον εἶδε κατ' ὄναρ ἐν τῷ ἀέρι σταυρὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, ἐν τούτῳ νίκα. καὶ ἀναγνὸς τὸ ἐπιγεγραμμένον ἐν τῷ σταυρῷ, διυπνίσθη, καὶ ἀναστὰς ἐποίησε σίγνον σταυροῦ &c. *Somno deinde correptus, per quietem vidit crucem in cœlo, cui inscriptum erat: In hoc vince. Perlecta autem inscriptione, è somno expergefactus est. Surgens itaque &c.* Sed qvoqve antiqvior longe Rufinus lib. IX. historiæ Eccles. cap. 9. & ex eo auctor Hist. Miscellæ XI. 7. tum Nicolaus Primus Papa in responso ad consulta Barbarorum cap. 33. Abbas Urspergensis in Chronico, & Haymo Halberstadensis VIII. 4. Hist Eccles. *Cum igitur anxius Constantinus & multa secum de imminentis belli necessitate pervolvens iter ageret, atque ad cœlum sæpius oculos elevaret, & inde sibi divinum deprecaretur auxilium, vidit per soporem ad Orientis partem signum crucis igneo fulgore rutilare. Cumque tanto visu fuisset exterritus, ac novo perturbaretur adspectu, adstare sibi videt Angelos, dicentes:* ἐν τούτῳ νίκα, *id est in hoc vince.* Illud de angelis legas etiam in Historia Tripartita lib. 1. cap. 4. e Sozomeno pag. 404. edit. Valesii. At alias insuper fabellas adjungit Theodoricus Engelhusius pag 63. Chronici. *Hic Constantinus sexto anno regni sui, cum gens Barbarorum congregata super Danubium parata ad bellum foret contra Imperium Romanum, cum timeret multitudinem, audivit in somno, noli timere, sed respice sursum & vide. Intendens ergo in cœlum, vidensque Crucem in claro, & desuper scriptum titulum, in hoc vinces, bellavit & vicit. Post victoriam convocans sacerdotes idolorum, cum adhuc paganus esset, quærebat ab eis, cujus DEI esset hoc signum? Et dixerunt quidam, hoc signum cœlestis DEI est, & evangelizarunt ei fidem CHristi. Mittens igitur ad Eusebium Episcopum urbis Romæ, baptizatus est.* Eruditis constat, baptismum Constantini Romanum non minus commentitium esse, qvam

2011 Ministerio de Cultura

qvam Eusebium urbis Romæ Episcopum jam anno ante visam à Constantino crucem obiisse. Itaqve ad alia pergamus.

IV. Claudius Molinetus Canonicus Regularis Congregationis Gallicanæ, in Ephemeridibus Parisiensibus Anni MDCLXXXI. Ephemeride undecima, inserendam dedit dissertationem de veritate crucis à Constantino visæ, confirmata ex numis antiquis. Etsi vero elegantia sunt nec inficianda qvæ ibi affert de labaris, cruce & Monogrammate CHristi notatis, qvale etiam occurit in Optatiani Porphyrii (Constantini æqvalis) Panegyrico tabula IX. & XVI. edit. Velseri: & qvalia etiam observata sunt in numis aliisqve monumentis à Baronio ad A. CCCXII. num. 23. seqq. Lipsio lib. III. de cruce cap. 15. Antonio Augustino dialogo 1. de usu numismatum, Cangio de inferioris ævi numismatis §. 24. & in familiis Byzantinis tabula IX. itemq; * aliis; nullus tamen extat numus, nullum vetus monumentum, qvo crux in cœlo à Constantino visa diserte confirmetur. Qvanqvam non negaverim, Constantinum numis crucem in cœlo visam insculpi curavisse, sive τῷ βασιλικῷ τῆς πολιτειας νομίσματι τὸ, τὸ ἐρανοφανὲς σημεῖον ☧ σωτηρίε σαυρὸν καὶ θεανδρικὸν χειρὸν χαρακτῆρα ἐν αὐτῷ μ☧ ἰδίε ἀνατυπώσαθαι, ut ait Joh. Damascenus in Synodica ad Theophilum pag. 112.

V. Non desunt tamen scriptores veteres qvamplurimi, qvi Eusebii narrationi de cruce in cœlo, non per somnum, sed à vigilante conspecta Constantino, suffragantur, licet nonnulla ejus paulo aliter referunt. Philostorgius lib. 1. c. 6. ansam conversionis Constantini ad Christianam fidem narrans fuisse victoriam de Maxentio reportatam, addit, circa eandem, καθ' αὐτὴν, apparuisse τὸ τ'ὄ σαυρὸν σημεῖον ☧ ἀνατολὰς ὑπὲ μήκισον διῆκον, ἄγγλης αὐτὸν καταπληθέσης ☧ ἀσέρων αὐτὸν κύκλῳ περιθεόντων ἰρίδος τρόπῳ, ☧ πρὸς γεάμμα τὸν χαρακτῆρα ῥυθμιζομένων. τὸ δὲ ἄρα ῥωμαίων ἔλεγε φωνῇ, ἐν τούτῳ νίκα. *Signum crucis in Oriente longissime protensum, luce quadam admirabili eam depingente, & stellis undique circa eam currentibus instar cœlestis arcus, & literarum formam exprimentibus. Porro literæ latino sermone hæc verba designabant: In hoc vinces.* Philostorgii vestigia legunt Nicephorus VIII. 3. Cedrenus & Zonaras in Annalibus. At Socrates lib. 1. Hist. cap. 2.

* Vide B. D. Dorshei pentadecadem diss. pag. 251, 252.

2011 Ministerio de Cultura

ἐν τοιάυτῃ τοίνυν ἀμφισβητήσει τυγχάνοντι, καί πῃ ἅμα τοῖς στρατιώταις ὁδεύοντι, σωέβη θαυμάσιόν τι καὶ λόγῳ κρεῖττον θεάσασθαι. Περὶ δὲ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης, εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον φωτὸς σταυροειδῆ, ἐν ᾧ γράμματα ἦν λέγοντα, ἐν τούτῳ νίκα. Τοῦτο φανὲν τὸ σημεῖον τὸν βασιλέα ἐξέπληξεν. Αὐτός τε τοῖς οἰκείοις οὐδὲν ἀπιστῶν ὀφθαλμοῖς ἠρώτα καὶ τοὺς παρόντας, εἰ καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ἀπολαύουσιν ὄψεως. τῶν δὲ συμφωνησάντων, ἀνερρώννυτο μᾶλλον ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῇ θέᾳ καὶ θαυμαστῇ φαντασίᾳ. *Porro, dum in ancipiti deliberatione versatur Constantinus, forte illi cum militibus iter facienti admirabilis quædam & quæ omnem dicendi vim superat visio oblata est. Horis enim meridianis cum jam dies vergeret in vesperum,* lucis columnam instar crucis *in cælo videt, cui inscripta erant* (Nicephorus VII. 29. eandem rem è Socrate referens, interserit verba: *γράμμασι Ῥωμαϊκοῖς δι' ἀστέρων ἐκτυπωθεῖσιν literis latinis per stellas ex simili luce expressis*) *hæc verba: In hoc Vince. Hujusmodi signo statim obstupefactus est Imperator. Nec jam suis ipse oculis satis fidens, interrogavit eos qui aderant, num & ipsi idem signum vidissent. Quibus idem sibi quoque visum esse testantibus, Imperator quidem confirmatus est divina illa ac mirabili visione.* Ex hoc Socratis loco emendandus Svidas in Μαξέντιος, ubi male σροφειδῶς excusum pro σαυροειδῶς. *εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στύλον πυρὸς σαυροειδῶς γραφοντα, ἐν τούτῳ νίκα, καὶ γέγονε χριστιανός. Vidit in cælo lucis columnam crucis forma, scribentem, in hoc vince, & factus est Christianus.* Gelasius Cyzicenus in Historia Concilii Nicæni lib. 1. cap. 4. celebrans qvantopere DEUS adamaverit Constantinum *δείξας αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ σύμβολον φωτοειδῶς ἐν τῷ οὐρανῷ, ostendens ei salutare Crucis signum ex lucis splendore in cælo figuratum*, additis literis qvibus visionis usus ac vis significaretur, *τούτῳ νίκα, hoc vince:* subjungit, istud nec Græcis nec Judæis fabulam videri debere, cum multa ex utrorumqve libris incredibiliora proferri qveant, qvæ tamen ab illis creduntur esse veriſſima. Scriptor Anonymus Actorum Concilii Nicæni, qvæ ex codice Regis Christianissimi & Segvieriano edidit Combefisius Historiæ Monothelitarum pag. 576. Photius autem Cod. CCLVI. retulit sub titulo πολιτεία τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου p. 765. συμπλακεὶς μάχῃ (πρὸς Μαξέντιον ὁ Κωνσταντῖνος) τὰ πρῶτα μὲν ἐγγὺς γίνεται τοῦ λαβεῖν τὸ ἧττον. Φανέντος δ' αὐτῷ κατὰ τὸν οὐρανὸν τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ φωτὶ αὐλῷ ἐγκεχαραγμένου, καὶ γράμματα τῆς αὐτῆς ὕλης εὐαγγελιζομένου τὴν νίκην, ἔλεγε δὲ τὸ γράμμα, ἐν τούτῳ νίκα, συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις καὶ τοῦ πολέμου καὶ τυράννου σκυλεύει τὸ κράτος.

Com-

2011 Ministério de Cultura

Commissa cum Maxentio pugna parum abfuit quin vinceretur Constantinus. Crucis demum in cœlo apparente figura, insculpta illa immateriali lumine atque literis ex eodem lumine annunciantibus victoriam, dicebat enim scriptura: in hoc vince, cum hostibus congressus belli pariter & tyranni vim frangit. Duo hic cum Maxentio commissa prælia supponit scriptor, addit enim; *πρὸ ὧν τῆς συμπλοκῆς τὴν θείαν ὄψιν εἰς τροπαίου σχῆμα μορφώσας ἐκ χρυσοκολλήτοις λίθοις ἁρμόσας, ἐδίδου φέρειν τοῖς προϊππεύουσι. Ante vero prælium* (alrerum puta) *quam viderat ostensam crucem trophæi instar efformans, gemmisque auro insertis concinnans, iis ferendam dedit qui equitatui præibant.* Michaël Glycas parte IV. Annalium pag. 247. *Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἡνίκα κατὰ Μαξεντίου ἐστράτευε, τότε εἶδεν ἐν οὐρανῷ τὸν τίμιον σταυρὸν ἐφ' ᾧ νενίκηκεν, εἶτα ῥαθυμήσας καὶ κατ' ἐχθρῶν ὁρμήσας ὕπνωσε, καὶ κατ' ὄναρ ὑπὸ ῥάβδου πληγεὶς τὰς μυκτῆρας, καὶ ἐκεῖθεν αἷμα ἐξιὸν τὸν σταυρὸν ἐν ὀδύνῃ χάραξε. Quo tempore Constantinus Magnus copias contra Maxentium ducebat, signum Venerandæ Crucis in aëre conspexit, indeque cum hoste congressus victor discessit. Tum vero negligentior factus, ubi rursus in hostem prorupisset, victus est, quo detrimento accepto quendam in mœrorem incidit & consopitus est. Heic per quietem visus est sibi nares virga quadam verberari. Moxque de naribus sanguis promanans in veste linea notam crucis expressit.* Auctor Chronici qvod Alexandrinum vulgo vocant, & præstantissimus Cangius in editione sua inscripsit Chronicon Paschale, pag. 280. *κινήσαντι κατὰ τῶν δυσσεβεστάτων Τυράννων Μαξιμίνου, Γαλερίου καὶ Μαξεντίου, ὥφθη αὐτῷ κατ' αὐτῶν ἀπερχομένῳ πολεμῆσαι, φανεισῶς ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ μέσον, καὶ ὑποκάτω ἀπὸ φωτοειδῶν γραμμάτων τοῦτο, ἐν τούτῳ νίκα, καὶ φανερώτατα. In impiissimos Tyrannos Maximinum, Galerium, & Maxentium* (Constantino) *bellum moventi, cum in eos prælio decertaturus progrederetur, fulgens in cœlo Crucis signum in medio apparuit, in cujus infima parte* (ita malo reddere hunc locum qvam cum eruditissimo Cangio: *crucis signum apparuit, in cujus media & infima parte*) *fulgidis & manifestis characteribus scriptum erat, in hoc Vince.*

VI. Obtulit sese crux videnda Constantino post prælia cum barbaris commissa, de qvibus Nazarius in panegyrico c. 18. sub dio in Castris, cum Romam obsideret, An. Christi CCCXII. die septimo Kal. Novembris. Hoc recte colligit Stephanus Baluzius, vir supra laudes, è Lactantio, qvi somnium Constantini, qvod Eusebius mox insecutum esse post visam in cœlo crucem affirmat, perspicue ad illum locum

2011 Ministerio de Cultura

locum & ad illud tempus retulit. *Dimicatum, & Maxentiani milites prævalebant, donec poſtea confirmato animo Conſtantinus & ad utrumque paratus* (urbem obſidendum & prælio decernendum) *copias omnes ad urbem propius admovit, & è regione pontis Milvii conſedit. Imminebat dies, quo Maxentius Imperium ceperat, qui eſt ad ſextum Kalendas Novembris, & Quinquennalia terminabantur. Commonitus eſt in quiete Conſtantinus &c.* Non igitur audiendi ſunt ii, qvi conjecturis qvibusdam levibus ducti hanc viſionem contigiſſe exiſtimant Auguſtoduni cum in Galliis Conſtantinus verſaretur, vel ad Veſontinam Civitatem, ut contendit Patriæ * ſuæ hanc gloriam vindicaturus Petrus Franciſcus Chifletius Veſontionenſis, in diſſertatione edita Pariſiis Anno MDCLXXVI. & Tillemontius Tom. IV. Hiſtoriæ Imperatorum Gallice editæ pag. 573. ſeq.

VII. Multo minus audiendos putaverim, qui cum Jacobo Oiſelio in theſauro numiſmatum antiqvorum pag. 463. totum hoc negotium de cruce oſtenſa Conſtantino referunt ad pias veterum fraudes, ſive cum Jacobo Tollio in notis ad Lactantium & in præf. ad Gallicam Longini verſionem ab acutiſſimo Boilavio Deſpræo concinnatam habent pro ſtrategmate non minus ſcito, qvam fuit illud Philippi Macedonis, qvo Phocenſes templi Delphici ſpoliatores protrivit, juſſis militibus ſuis coronas laureas DEI inſigne ſumere, atqve ita veluti DEO duce in prælium pergere, teſte Juſtino VIII. 2. Vel Antiochi illud cognomento Soteris, qvi cum Galatis prælium conſerturus, Alexandrum M. profeſſus eſt ſibi adſtitiſſe per ſomnium, ac κελεύειν σύνθημα πρὸ τῆς μαχης ᾠδῆναι τῇ στρατιᾷ τὸ ὑγιαίνειν, præcepiſſe teſſeræ loco dari militibus ſuis vocabulum ὑγιαίνειν ** ſive *valere*, qvo facto inſignem illam de hoſte victoriam retu-

* Egregium Dan. Papebrochii monitum T. 5. Actor. Maji pag. 20. *Laudandum eſt enimvero ornandæ patriæ ſtudium, ſed neſcio an ulli moderandum magis quam Hiſtorico, niſi enim id fecerit, quanto fuerit eruditior, tanto pronior erit ad patrias traditiones qualescunque animoſius fidentiusque propugnandas, nec poterit quam ſint eæ male fundatæ agnoſcere.*

** G. I. Voſſius IX. 36. de Idololatria, & Stephan. Le Moyne p. 89. ad Varia ſacra, Pentagonum impertitum eſſe ab Antiochio militibus affirmant, neſcio qvo auctore, licet conſtat Pentagonum eſſe ſymbolum τῷ ὑγιαίνειν. Niſi forte colligunt hoc è numo, qvem dat Pierius Valerianus lib. XLVII. de Hieroglyphicis Ægyptior. cap. 37.

2011 Ministerio de Cultura

retulit, ut narrat Lucianus pro lapſu inter ſalutandum Tom. 1. pag. 499. ſeq. Vel Antigoni, qvi Alexandro in regno Macdoniæ ſucceſſit, atq; exercitui ſuo perſuaſit vidiſſe ſe in cœlo pentagonum Salutis Symbolum cum verbis ἐν τούτῳ νίκα, illoqve ſcuta militum ſuorum ornavit. Vel deniqve Regis primi Portugalliæ Alphonſi Henrici, qui (ex relatione Anno 1596. demum publicata) traditur Anno 1142. conflicturus cum incredibili Maurorum multitudine, CHriſtum vidiſſe in cruce ſplendida promittentem ſibi victoriam, & futura familiæ ſuæ fata prædicentem. At enim ab his omnibus longe diverſa eſt qvæ Conſtantini oculos perſtrinxit cœleſtis crux, qvia non ſolus eam vidit Conſtantinus, ſed totus exercitus, τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν, teſte Euſebio eam oculis uſurpavit, & eſt admirata. Itaqve hæc res Conſtantini qvidem, ſed non ſolius fide nititur, cum multi qvi excercitui illi interfuerant, Euſebio ſcribente adhuc ſuperſtites, eum facile potuiſſent mendacii convincere, niſi vere hoc de ipſis prodidiſſet. Utqvi nec Zoſimus Ethnicus, qvi diu poſt ſcripſit, Conſtantini nomini infeſtiſſimus, hoc velut à Chriſtianis falſo proditum exagitat, ſed abominatus, plane prætermittit, & loco ejus oſtentum noctuarum muros urbis Romæ opplentium memorat lib. II. cap. 16. Qvemadmodum Nazarius in Panegyrico cap. 14. de cœlo miſſos in ſubſidium Conſtantini auxiliatores refert: *Flagrabant verendum neſcio quid umbones coruſci, & cœleſtium armorum lux terribilis ardebat, tales enim venerant ut tui crederentur. Hæc ipſorum fermocinatio, hoc inter audientes ferebant: Conſtantinum petimus, Conſtantino imus auxilio.* Silentium vero Aurelii Victoris minus miramur, tam exiguo in compendio, cum è Chriſtianis crucem viſam præterierint etiam Sulpicius Severus, atq; in Hiſtoria ſua ipſe Euſebius, contentus dixiſſe Conſtantinum τῆς ἐκ θεοῦ συμμαχίας ἀνημμένον *divino adjutum auxilio*, hoſtes fudiſſe, & deinde victorem Romæ imagini ſive ſtatuæ ſuæ cum cruce appoſuiſſe hanc hypographen: τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ τῷ ἀληθινῷ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρείας τὴν πόλιν ὑμῶν ἀπὸ ζυγοῦ τυράννου διασωθεῖσαν ἠλευθέρωσα &c. *Hoc ſalutari ſigno, qvod veræ virtutis inſigne eſt, veſtram urbem Tyrannicæ Dominationis jugo liberatam ſervavi.* lib. IX. 9. Neqve Conſtantini fidei, qvi juratus Euſebio crucem viſam à ſe in cœlo affirmavit, vel hilum detrahere poteſt Zoſimi calumnia, qvi lib. II. cap. 27. ait ſolenne ipſi fuiſſe jurisjurandi religionem violare, τοὺς ὅρκους παπήσας, ἣν γὰρ τοῦτο αὐτῷ σύνηθες, nam illo ipſo in loco qvo Conſtanti-

2011 Ministerio de Cultura

ſtantinum perjurii reum peragit, falſo hoc à Zoſimo & ex præconcepto adverſus Conſtantinum odio fieri palam eſt, cum Licinius, qvem contra fidem ſacramenti occiſum Theſſalonicæ qveritur, res novas interim denuo ſit molitus, teſte Socrate & aliis. Et qvoniam nonnulli, neſcio qvo ſtudio, malunt uni Zoſimo Ethnico Conſtantinum proculcanti credere, qvam mille Chriſtianis, audiant & alterum Ethnicum, Praxagoram Athenienſem, qui in libris de Conſtantino, qvos legit Photius cod. LXII. fatetur, *ὅτι παύσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκἀγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τὸς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο. Quod omni virtutum & honeſtatis genere, omnique adeo felicitate omnes omnino qui ſe anteceſſerunt Imperatores facile obſcuravit Conſtantinus.* Argumentis cæteris, qvibus totum hoc de viſa cruce negotium præfidenter nimis inter commenta adſcripſerunt viri qvidam docti, diatriba ſingulari Witebergæ Anno 1706. edita ſatisfecit Clariſſimus doctrina atqve ingenio Vir & Collega meus conjunctiſſimus Jo. Chriſtophorus Wolfius, Wernigerodenſis: itaqve hoc in loco nihil aliud addo, qvam Centuriarum Magdeburgenſium ſcriptores à Molineto * præter rem referri inter eos, qvi narrationem illam Euſebii plane in dubium vocant adqve adſpernantur: Centuria enim qvarta duobus in locis, capite ſecundo & tertio decimo, ita illam referunt, ut pro vera habuiſſe ſe non obſcure teſtentur.

VIII. Qvemadmodum autem vere crucem in cœlis viſam à Conſtantino fuiſſe, non ſine cauſa, ut opinor, mihi perſvadeo, ita ex altera parte vix ac ne vix qvidem aſſentior iis, qvi per ſingulare miraculum hoc à DEO factum opinantur. Neutiqvam ſane, qvod dubitem de divina potentia, qvis enim ſtupor eſſet exiſtimare, DEum, qvi cœlum & terram, qui ſolem & ſidera condidit, eundem ſi velit non poſſe etiam crucem lucidam præter conſvetas naturæ leges producere, atqve in cœlis tropæi inſtar ſuſpendere. At viciſſim leges Naturæ tanta mihi ſapientia & tam conſulto à ſummo Numine ſancitæ videntur, tanta qvoqve eſt cordatorum omnium judicio poſt ſtabilitam utriusq; fœderis Eccleſiam miraculorum non inficiandorum raritas, ut qvi narrationibus qvibuscunqve incredibilibus divinæ ſtatim omnipotentiæ magnitudine volunt fidem addere,

* Ephemerid. Pariſ. Anno MDCLXXXI. p. 131. edit. Amſtelod.

2011 Ministerio de Cultura

re, iis occinendum ſit illud Ciceronis 2. divinatione, qvod potuiſſet DEus illos qvoqve, qui nihil non credunt, minus ſuperſtitioſos reddere, ſi voluiſſet. *Nihil eſt, inquiunt, qvod DEus efficere non poſſit. Utinam ſapientes eos effeciſſet, ne omnia cum ſuperſtitioſa ſollicitudine & miſeria crederent.* Præterea, ſi ex naturalibus cauſis, & uſu vitæ de re aliqva conſtat, non minus temere recurritur ad miraculum, qvam imperiti qvondam Aſtronomiæ populi, & majorum noſtrum memoria Americani, Eclipſes tanqvam prodigia à Deorum indignatione profecta exhorruerunt. Cum igitur narratio de cruce à Conſtantino viſa ejuscemodi ſit, ut non admodum conveniat aliis viſionibus divinis, & per miraculum factis: Saulo enim cum in Paulum Apoſtolum & vas electum convertendus eſſet, non nuda crux, ſed Chriſtus ipſe, qvem perſecutus erat, apparuit, ne de S. Stephano repetam qvod in præfatione jam dixi: Cum porro crux illa ex phænomeno Naturali commode ac perſpicue poſſit explicari: cum phænomenon illud Naturale ſit adeo rarum, ut longe facilius qvam Eclipſes potuerit in admirationem rapere Conſtantinum, militesqve ſpectantes, & miraculi ſpeciem illis objicere: cum deniqve ævo Conſtantini non adeo magna, certe non per vulgus, fuerit peritia intimior Phyſices, Opticesqve & Aſtronomiæ: non video qvi poſſit abſurditatis vel impudentiæ argui opinio, qva veriſimillimum mihi videtur, Crucem Conſtantino ejusqve exercitui in Cœlo oblatam, fuiſſe admirandum ejusmodi phœnomenon naturale, qvo Crux lucida in Halone ſolari cum parheliis conſpici ſolet, neqve magis ideo adſcribendam miraculis, qvam qvod Dio Caſſius inter prodigia, everſionem Reip. Romanæ portendentia, temere retulit τὸν ἥλιον ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι δοκώμενον, ἔναγε αὐτῶν σεφάνε πυρώδες τινὸς περιέχοντος, *ſolem triplicem viſum & coronæ igneæ circumdatum.* Xiphilin. pag. 33. edit. Rob. Stephani.

IX. Notum eſt Aſtrophilis, plerosqve Halones ſolares & parhelios, * uti lunares qvoqve & paraſelenas, ſine cruce apparе-

* Confer deſcriptiones Halonum Solarium & parheliorum factas à Gaſſendo, Carteſio, Hevelio, Hugenio, tum qvæ exhibentur in Transactionibus Philoſoph. Anglicanis A. 1670. pag. 1065. ſeq. In Actis Erud. T. 2. ſupplem. p. 229. ſq. & Anno 1694. Menſe Jul. p. 320. In Novis lit. Maris Baltici A. 1701. p. 175. ſeq. & 1702. p. 116. In Obſervationibus Hiſtoricis Hamburg. A. 1699. pag. 150. Memoires de Trevoux 1701. II. pag. 342. Galleria di Minerva T. 3. p. 263. &c.

2011 Ministerio de Cultura

parere, ac præcipue circa ſolares coronas & parhelios cruces eſſe rariſſimas, qvo magis miranda res Conſtantino viſa merito fuit, cum hodieq; multi ſunt, qvos facile credo per omnem vitam ne parhelios qvidem ne dum crucem in halone ſolari vidiſſe. Neq; enim aër ſemper tranqvillus, neq; nubes tranqvillo aëre ita ſunt freqventiſſime comparatæ, ut ſpecularibus veluti & glacialibus granulis cylindricis ſemipellucidis turgidæ, Solis imagines tam fulgide reddere, & circa eas arcus, è qvibus inchoatis fere cruces conſtituuntur, circumſcribere poſſint. Fieri illud tamen nonnunqvam, & naturæ legibus fieri, res eſt Phyſicorum & Aſtronomorum filiis teſtatiſſima, ut patet vel ex figura Halonis ſolaris, qvam è Transactionibus Philoſophicis Anglicanis Anno 1670. editis numero LX, hic adjunxi, & cui præter alteram à celeberrimo Hevelio & tertiam à Rev. Viro Caſpare Buſſingio obſervatam addidi, etiam qvarto loco unam Halonis lunaris, non minus crucem in ſe conſpicuam habentis, qvam de nocte VII. Cal. Februarii Anno MDCLXXXIV. ipſe oculis uſurpare me memini Lipſiæ admodum adoleſcens. Jam ſi Euſebii deſcriptionem Crucis à Conſtantino viſæ accuratius inſpiciamus, huic ſane Phænomeno naturali Halonis ſolaris nihil non in ea favere intelligemus, Formam, Materiam, Tempus, Spectatores. Diſerte enim ait fuiſſe *ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυροῦ τρόπαιον, crucis tropæum ſoli ſuperpoſitum*, ut ſolem vel parhelium decuſſatim ſcinderet, qvemadmodum in apoſita figura videmus: Deinde ait Euſebius *conſtitiſſe ex luce*, *ἐκ φωτὸς συνιστάμενον*, neqve enim ex alia re cruces in halonibus ejusmodi conſtant, qvam ex luce ſolis mirifice refracta in nubibus, perinde fere uti calix è vitro ſub radiis ſolis in aëre libratus, halonem qvendam in menſa ſuppoſita deſcribit. Nec fides habenda Eutychio Tom. 1. Annal. pag. 423. & aliis, narrantibus *Crucem è ſtellis fulgentem* Conſtantino per ipſum meridiem apparuiſſe. Porro addit Euſebius, apparuiſſe crucem illam in cœlo *ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης horis diei meridianis*, * *ſole in occaſum vergente.* Qvis vero neſcit, hoc ipſum eſſe tempus ſolenne, qvo conſpiciendos ſe Halones Solares

Tab. 1. Fig. 1. 2. 3. 4.

* Joh. Columbus Vir Clariſſ. in notis ad Lactantii cap. 44. de mortibus perſecutor. p. 216. docet, meridiem vocari non raro veteribus, tempus qvod poſt medium diem eſt, ſive qvod non longe antecedit occaſum ſolis. Atqve ita intelligendum eſſe hoc loco Euſebium, oſtendunt verba, *ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης*, die jam in veſperum inclinante.

2011 Ministerio de Cultura

Fig. 3.



Bremæ Aº MDCLXXXVI. ult. Maji Hora VIII. matut. observ. à C. B.

I. Sol verus. Ejus altitudo 37. 35'. 2. 3. etc. Parelii.

Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 4.



Paraselenæ Gedani Aº 1660. die 17. Decembris observatæ à Io. Hevelio, et delineatæ in libro de Mercurio in Sole viso post paginam 172.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

res præbent hominibus, non minus qvam tempus matutinum. Aristoteles III. 6. Meteorolog. ubi de parheliis, virgis &c. γίνονται δὲ, ὥσπερ εἴπομεν, περὶ τὰς δυσμὰς καὶ περὶ τὰς ἀνατολάς. *Contingunt autem, ut diximus, circa occasum & circa ortum solis.* Neqve autem tempus ortus vel occasus tam arcte hic computandum est, qvin horas aliquot ortum sequentes, vel antecedentes occasum complectatur, qvemadmodum usus & exempla parheliorum visorum demonstrant. Deniqve qvod non Constantinus solus, sed etiam exercitus illam crucem viderunt, hinc maxime credibile est, non fuisse istam visionem ejusmodi miraculosam, qvalis contigit Paulo divinitus perculso, comitibus ipsius nihil spectantibus: sed vero naturale fuisse phænomenon, nonminus militum qvam Constantini oculis obvium, qvo ipso tamen velut iride, DEus ad rem singularem signandam uti potuit.

X. Probabiliorem hanc sententiam, ni fallor, reddunt vel maxime exempla consimilia, nam & sæpius accidisse ejusmodi in cœlo visum, & prodigii instar ac miraculi divini attonitos reddidisse mortales accepimus, ut vel omnia illa negare, vel præter verisimilitudinem adscribere miraculis, vel Constantini pariter ac cæteras, qvas jam commemoraturus sum, cruces in cœlo visas, de phænomeno naturali explicare cogamur. Prætereo qvod Nicephorus non magna fide scriptor, Constantino ipsi iterum iterumqve postea crucem in cœlo visam, sive narrat, sive fabulatur. Semel in obsidione Byzantii, VII. 47. Hist. *Vespera diei erat, & Imperator languidus & mœstus inopia consilii continue oculos in cœlum intendit, atque ibi rursum, iisdem ut Romæ, quum contra Maxentium bellum gereret, scripturam stellarum ordine atque distinctione conformatam vidit hoc sic significantem: Invoca me in die tribulationis tuæ, & liberabo te, & glorificabis me* (ex Psal. L 15.) *Stupore igitur percitus rursum oculos in cœlum sustulit, atque iterum* καὶ σαυρὸς πάλιν ὥσπερ ἀστράζιν ἐσημειγμένος ἐν οὐρανῷ καὶ γραφὴ περικύκλῳ τοῦτα λεγορεύουσα, ἐν τούτῳ τῷ σημείῳ πάντας νικήσεις τοὺς πολεμίους. *Crucem stellis sicuti antea effigiatam in cœlo, & inscriptionem circum eam conspexit, cujus hæc sententia erat: In hoc signo hostes omnes vinces.* Iterum deinde, cum adversus Scythas pugnaturus esset Constantinus, Danubio per pontem saxeum juncto VII. 49. *Istrum fluvium, qui Danubius quoque dicitur, ponte saxeo junxit: eoque transito, Scythicam gentem quæ ultra id flumen coluit, sibi subjugavit. Quo tempore*

2011 Ministerio de Cultura

ei denuo in cœlo τὸ σωτήριον ὅπλον *salutifera illa armatura apparuit*, *victoriamque eam*, *sicuti & antea*, *conciliavit*, sive uti malim reddere, *fidem reportandæ victoriæ fecit*, τὴν νίκην ἐμνηστεύσατο. Confer si placet Gretserum lib. 2. de Cruce cap. 30. seq.

Melioribus testibus nititur, qvæ sub Constantio Imp. Anno Christi CCCLI. visa est crux in cœlo, Nonis Maji, qvam ita describit Cyrillus Hierosolymitanus in Epistola ad Constantium ὠφθὴ δὲ ἐν οὐρανοῖς φανέντος σημεῖόν τε σταυροῦ pag. 306. editionis præclaræ viri præstantissimi Thomæ Milles: ὁ μακάριος σταυρὸς φωτὸς μαρμαρυγαῖς ἀπαστράπτων ἐν Ἱεροσολύμοις ὤφθη. Ἐν γὰρ ταῖς ἁγίαις ταύταις ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς νόναις Μαΐαις περὶ τρίτην ὥραν παμμεγέθης ὁ σταυρὸς ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος ἐν οὐρανῷ ὑπερφάνῳ δὲ ἁγίου Γολγοθᾶ καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν ἐλαιῶν. *Beata crux lucis radiis resplendens visa est Hierosolymis. Sacris enim hisce Pentecostes diebus, Nonis Maji circa horam tertiam diei* (ex nostra computandi ratione circa octavam matutinam) *permagna Crux ex luce facta in cœlo super sanctum Golgatha*, *ad usque montem extensa olivarum apparuit.* Meminit & Eutychius T. 1. pag. 475. seq. Chronicon Orientale fol. 57. In Græcorum Horologio pag. 413. ad VII. Martii. Ἡ ἀνάμνησις τοῦ ἐν οὐρανῷ φανέντος σημείου τοῦ σταυροῦ ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ περὶ ὥραν γ' τῆς ἡμέρας ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως ἀπὸ τοῦ ἁγίου κρανίου ἑκτεινόμενον μέχρι τῶν ἐλαιῶν ὄρους. In Ephemeridibus Moscorum qvas figuris sive iconibus illustratas edidit Papebrochius ante T. 1. Maji, ad diem Maji septimum *memoria Crucis apparentis tempore Constantii*: licet in icone apparitio Constantino M. facta repræsentatur. Vide & Jac. Gretserum lib. 2. de Cruce cap. 45. sq. Imperatorem non ipsum vidisse hanc crucem, sed ex aliorum relatione, & ex Cyrilli Epistola, certiorem de hac re factum, tradit Sozomenus IV. 5. At enim Hierosolymis qvidem non vidit, verum in castris contra Magnentium pugnaturus vidit, si credimus Philostorgio III. 26. Ὁ μὲν οὖν Κωνσταντίου ἐγκρατὴς τοῦ τυράννου γίνεται, κἀνταῦθα τοῦ σημείου τοῦ σταυροῦ ὑπὲρ μεσούντος φαινομένου καὶ καταλαμπτικωτάτας αὐγὰς ὑπερεκτείνοντος τὸ τῆς ἡμέρας φῶς. Ὤφθη δὲ ὑπὲρ τῶν Ἱεροσολύμων περὶ τὴν τρίτην ὥραν μάλιστα τῆς ἡμέρας, ἑορτῆς τῆς λεγομένης Πεντηκοστῆς ἐνισταμένης. Ὁ δὲ θεοφάνης τύπος ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ λεγομένου κρανίου μέχρι καὶ τοῦ ἐλαιῶν ὄρους διήκων ὥρας, ἴριδος μεγάλης στέφανον πανταχόθεν αὐτὸν περιελιττούσης. Ἐδήλου δ' ἄρα ἡ μὲν ἶρις τὸν τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναληφθέντος δυμένειαν, ὁ δ'

2011 Ministerio de Cultura

ὁ δ' σέφανος τῷ τε Βασιλέως νίκην. Τὸ δ' σελασφόρον ἐκεῖνο καὶ σεβάσμιον θέαμα ὁδὲ τοῖς ἐπὶ στρατοπέδε ἀθέατον ἦν &c. *Et Constantinus quidem victoriam de Tyranno* (Magnentio) *reportavit , cum signum Crucis illic quoque visum esset ad longissimum spatium protensum , & diurnam lucem splendidissimis ad stuporem usque radiis longe superans. Apparuit autem Hierosolymis circa horam tertiam ejus diei , quæ vulgo dicitur Pentecoste. Porro hoc signum divinitus pictum à Calvariæ monte usque ad montem olivarum pertingere videbatur , magna Iride instar Coronæ illud undique ambiente. Et Iris quidem CHristi crucifixi & in cœlum assumpti clementiam designabat : Corona vero Imperatoris victoriam. Porro splendidum istud ac venerandum signum , ne militum quidem oculos effugit , sed ab utroque exercitu clare conspectum , Magnentium quidem & eos qui à partibus illius stabant , utpote dæmonum cultui addictos , supra modum terruit : Constantio verò & iis qui cum illo erant , invictam quandam fiduciam addidit.* At vero tempus prælii adversus Magnentium commissi parum cum tempore * visæ crucis convenit, siqvidem Idatii Fasti cum Magnentio Constantinum ad Mursam conflixisse testantur IV. Kal. Octobris (Anno Christi CCCLI. Sergio & Nigriniano Coss.) qvod confirmat Julianus Imp. confectum illud bellum testatus ληγούσης ἤδη τῆς ὀπώρας, *autumno jam desinente.* Orat. I. pag. 38. In iisdem Fastis ad 3. Kal. Februarii ejusdem Anni traditur , apparuisse in Oriente signum Salvatoris , qvod die Pentocostes apparuisse præter jam laudatos referunt acta Anthemii apud Surium XX. Octobr. & Baronium ad Annum CCCLIII. num. 23. Auctor Chronici Alex. tum Theophanes, Cedrenus , Glycas , & Nicephorus IX. 32. Auctor Historiæ Miscellæ XI. 20. *Tunc Constatius Imperator Gallum patruelem suum Cæsarem fecit , cui nomen suum imponens Syriam Antiochiæ habitandam destinavit , ut partes per eum custodirentur Orientales. Quo ad Antiochiam veniente , circa Orientem signum apparuit in cœlo die Pentecostes. Columna namque sub speciem crucis in cœlo visa est* (σύλος σταυροειδὴς ἐν τῷ ἀέρι ὀφθείς Socrati II. 28. Hist.) *speciem luminis habens extensam à Golgotha usque ad montem Olivarum : in circuitu autem ejus Corona erat velut Iridis speciem habens. Hoc & Constantius Gallus vidit.* Iisdem fere verbis è Socrate rem refert Tripartita V. 5. Meminit & Sanctus Hieronymus in Chronico, ex Pontaci editione : *Syriæ populis crucis signum & maximo inspicientium terrore in Orientali plaga apparuit.*

Anno

* Confer Illustris Ez. Spanhemii notas ad Julianum pag. 244. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Anno CHristi CCCLXIII. cum Julianus Imp. Hierosolymas instaurari jussisset, non modo *metuendi globi flammarum prope fundamenta, crebris assultibus erumpentes fecere locum, exustis aliquoties operantibus, inaccessum*, ut præter Christianos scriptores testatur Ammianus Marcellinus XXIII. 1. sed crux qvoqve in cœlo visa terruit hostes Christianorum, ut his verbis refert Gregorius Nazianzenus invectiva in Julianum secunda non longe ab initio pag. 112. Ὃ δ' ἐπὶ τούτῳ θαυμασιώτερον καὶ θεοφανέστερον, ἔστη φῶς ἐν τῷ οὐρανῷ τὸν σταυρὸν θεοειδέστερον, καὶ τὸ θεσπέσιον ἐπὶ γῆς ἀτιμαζόμενον τοῖς ἀθέοις τὸ σχῆμα, νῦν ἐν οὐρανῷ δείκνυται πᾶσιν ἐπίσης, καὶ γίνεται τρόπαιον τῷ Θεῷ τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν νίκης, τροπαίου παντὸς ὑψηλότερον. Πρὸς ταῦτα τί φήσονται οἱ τοῦ αἰῶνος τούτου σοφοί; *Quod autem hoc etiam mirabilius clariusque fuit, lux in cælo stetit, crucem in orbem describens, ac nomen illud & figura quæ in terra prius impiis contemtui fuerat, in cœlo nunc omnibus æque ostenditur, Deoque victoriæ de impiis relatæ tropæum efficitur, tropæo omni sublimius & præclarius. Ad hæc porro quid dicturi sunt hujus sæculi sapientes?*

Eneconi, Graciæ, cognomento Aristæ, filio, qvi primus Arragoniæ ac Navarræ Regis nomen assumsit (Anno CHristi DCCLVIII. ut ad illum annum notat Antonius Pagi num 12.) idem plane qvod Constantino accidit, si credimus Lucio Marinæo Siculo, aliisqve rerum Hispanicarum scriptoribus. Cum enim adversus Mauros prælio decertaturus esset, visum & illi in cœlo crucis signum est, qvo fretus primo statim impetu incredibilem vim hostium fudit protrivitqve. Hæc ipsa crux deinde ab Enecone armis insculpta, hodieqve sempiternæ memoriæ ergo in Arragonici Regni insignibus cernitur.

Anno qvoqve CHristi DCCLXXIV. rubra CHristi crux in cœlis post solis occasum apparuit, ut notatum * Chronologo Saxoni ad illum annum, pag. 61. cujus loci indicium debere me fateor indicio Nicolai Gurtleri Viri Clariss. in Historia Templariorum num. LXXVIII. Edidit illud Chronicum Edmundus Gibson Oxon. 1692. 4to.

Dodechinus abbas, qvi Chronicon continuavit Mariani Scoti, atqve in Joh. Pistorii collectione scriptorum rerum Germanica-

* In eodem Chronico ad A. DCCCVI. *Hoc ipso etiam anno XI. Non. Junii Crucis signum ostensum est in luna qvodam Mercurii die sub Auroram. Postea item hoc anno 3. Kal. Septembris mirabilis Circulus conspicuus fuit circa solem.*

2011 Ministerio de Cultura

nicarum legitur, Ad Annum CHristi MCXLVII. pag. 473. *Quum Episcopus & omnis populus Clerusque* (Merseburgensis) *qui ad diem festum convenerant, adstarent, quasi iris in cœlo apparuit, ac in medio cruces ostensæ sunt.*

Robertus de Monte, in appendice ad Chronicon Sigeberti Gemblacensis ad A. C. 1177. p. 662. edit. ejusdem Pistorii; *In nocte Sancti Andreæ factus est ventus vehemens, & in ipsa festivitate & in prædicta vigilia apparuit lux, mane veniens ab Oriente usque ad Occidentem, qua die pugnaverunt Christiani cum paganis apud S. Georgium de Ramula. Putabat enim Salaadin, qui duxerat uxorem Naraadin jam defuncti, quod posset capere urbem Hierusalem defensoribus destitutam, quia Comes Flandrensis duxerat fere omnes Christianos milites ad obsidionem Harenc. Sed tamen Rex Hierusalem & Patriarcha & alii religiosi Viri habentes paucos milites, & servientes; per virtutem sanctæ Crucis vicerunt innumirabilem exercitum paganorum, cujus crucis longitudo à terra ad cœlum paganis apparuit, sicut ipsi dixerunt.*

Matthæus Paris ad A.C. MCCXVII. sub Richardo III. p. 203. *Sub his quoque diebus mense Majo, feria scilicet sexta ante Pentecosten, excitata fuit provincia Colonienſis in obsequium Salvatoris. Nam in villa de Bebon Frisia, apparuit in aëre triplex forma Crucis: una coloris candidi adversus Aquilonem, altera versus Meridiem, ejusdem Schematis & coloris: tertia medio colore colorata, habens crucis patibulum, & formam hominis in eo suspensi brachiis elevatis & extensis cum infixione clavorum in manibus & pedibus & capite inclinato: Et hæc media fuit inter alias, in quibus corporis humani effigies non apparebat. Alia vice & alio loco, in villa scilicet Frisiæ, quæ Fuserbuse appellatur, Crux apparuit juxta solum crocærulei coloris, & hanc plures quam priorem viderunt. Tertia apparuit in villa de Doctham, in qua B. Bonifacius martyrio coronatus est: ubi in festo ejusdem Martyris, cum multa hominum millia convenissent, visa est Crux magna & alba, ac si lignum trabis ex transversa alterius trabis artificialiter construeretur. Movebatur autem paulatim ab Aquilone ad Orientem, & hanc plurimi homines conspexerunt.*

Nescio sitne hisce adjungendum, qvod biennio post, Anno MCCXIX. Waldemarus II. Daniæ Rex, in prælio cum Livonis amissa aqvila sive vexillo suo vidisse fertur descendentem ad se de cœ-

2011 Ministerio de Cultura

lo albam crucem rubro circumdatam cingulo, qva Vexilli loco usus, non modo militum suorum jam terga dare hosti incipientium ordines feliciter restituit, sed etiam Livonorum aciem acerrimo conflictu perrupit, atqve egregiam ad suos, fusis infidelibus, reportavit victoriam, ac præterea multis eorum, ut Christo nomen darent auctor fuit. Possit aliqvis inde conjicere, halonis solaris cum cruce non ita pridem in Cœlo visi ectypon Regem fieri curasse, atque vexilli loco divinitus dati militibus suis commendasse. Cum vero res tam feliciter & ex voto successisset, Rex non modo Danebrogicum ordinem Eqvestrem instituit, à cœlesti illo labaro, qvod Danebrogam vocabant, appellatum, & cruce illa symboli & insignis vice donatum, sed & in insignibus qvoqve Regni Danici Crucem inde candidam in solo rubeo jussit comparere, ut narrant Joh. Isaacius Pontanus Chorograph. Danicæ pag. 770. & Tho. Bartholinus in diss. Historica de Equestri Ordine Danebrogico.

Thomas Brabantius, à Monasterio in Artesia, ubi Canonicus Regularis fuit, Cantipratanus vulgo cognominatus, libro secundo Apiarii capite 3. sibi qvoqve crucem ejusmodi in cœlo conspectam refert anno CHristi MCCXLVI. *Ego fidelium novissimus, antequam piissimus Ludovicus, Francorum Rex, anno ab Incarnatione MCCXLVI. crucem transmarinam susciperet, crucem in cœlo ex clarissimo & sidereo lumine vidi, nec recolo me decentius & operosius formatam crucem unquam sub aliqua materia vel figura vidisse.*

Deniqve ut recentius qvoqve exemplum subjungam, Philippus Melanchthon in Oratione de Johanne Duce Saxoniæ, Tomo 2. Declamationum pag. 738. *Eo*, inqvit, *anno, quo primum mense Novembri editæ sunt Reverendi Viri D. Lutheri propositiones de indulgentiis*, (notum est hoc factum fuisse Anno MDXVII.) *cum ex templo Wimariæ in Natali CHristi duo Fratres* (Fridericus Elector & Johannes) *& Filius Dux Johannes Fridericus una post mediam noctem, ut magna in utroque erat reverentia ergares divinas, egrediuntur cum frequenti comitatu, vident supra arcem, cœlo sereno, fulgentem crucem purpuream satis magnam & perspicue expressa figura. Ibi cum diu starent attoniti spectatores, Fratres colloqui de Religione cœperunt, & eo signo portendi futura certamina de doctrina & domus Saxonicæ pericula vaticinati sunt.* Vix dubito quidem, hanc Crucem Principibus glorioſæ me-

2011 Ministerio de Cultura

memoriæ de nocte visam , aliam fuisse qvam qvalis in halonibus lunaribus offerre se solet , & qvalem Figura 4. expressam vides, ac prope persvadeo mihi, lectorem æqvum , si hæc exempla cum Constantini Cruce cœlesti contulerit, minus mihi vitio daturum esse, qvod illam qvoqve nihil aliud qvam naturale ejusmodi phænomenon crucis in halone solari fuisse , audeam affirmare.

X. Non deerunt tamen , qvi huic sententiæ vel maxime opinabuntur obstare , quam Cruci superadditam similiter Eusebio juravit Constantinus γεαφὴν , *Hôc vince.* Qvis enim unqvam in halone solari ejusmodi literas conspexit , qvis sine absurditate tam admirandam Scripturam cœlestem causis tribuet naturalibus ? Eqvidem si mihi persvaderem , de literis expressis in cœlo à se visis , sive Græcis sive Latinis (neqve enim consentiunt inter se scriptores , qui Eusebii locum perperam ut mox ostendam acceperunt) Constantinum istud vere affirmasse , ne dubitarem qvidem de miraculo, qvoniam neqve nugivendulorum gerris de Alphabeto naturali cœlesti apud Gaffarellum fidem habeo,neq; literas hominum invento & consilio significantes , à Natura sola sibi relicta tam apposite conjungi credo: qva enim qvæso ratione in cœlo per causas naturales ad significandam rem tam conceptam coire , & secundum regulas Grammaticas construi posse hos characteres aliqvis non plane plumbeus existimaret ? Si vero circa literas hasce fraudis haberem Constantinum suspectum , & qvanqvam juratum, tamen haud dubitarem verba dedisse Eusebium lectoribus , cum literas illas in cœlo Constantinus vidisse se affirmavit , Eusebius scripsit : qvo demum colore possim reprehendere eos , qvi universum visum callidis commentis andacter accensent , & universam narrationem pro falsa atqve incredibili explodunt ? Vide igitur qvomodo Eusebii verba intelligenda esse censeam. Ait nimirum ex ore Constantini , tropæo crucis cœlestis σωνῆφθαι γεαφὴν , λέγεσθαι , *τύτῳ νίκα adjunctam fuisse picturam , indicantem , in hoc ipsi esse vincendum.* Qvalis qvæso hæc fuit pictura ? Coronam fuisse respondeo , qvalis solet esse halonum solarium , Coronam , inqvam , symbolum notissimum Victoriæ. Non opus est docere eruditos , γεαφὴν recte à me transferri hoc loco picturam, & picturam recte posse dici λέγειν sive innuere. Minime autem coactam esse hanc interpretationem de corona , victoriam per Crucem promittente , docet Philostorgius , qvi III. 16. agens de

2011 Ministerio de Cultura

altera cruce cœlesti visa Hierosolymis, ἑδήλου δὲ ἄρα, inqvit, ἡ μὲν Ἶρις τὴν τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναληφθέντος εὐμένειαν, Ὁ ΔΕ ΣΤΕΦΑΝΟΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΝΙΚΗΝ. *Et Iris quidem CHristi crucifixi & in cœlum assumti clementiam designabat*, CORONA vero IMPERATORIS VICTORIAM. Sic S. Nazianzenus de Corona in cœlis apparente Orat. IV. Tom. I. p. 112. ἔστω τῆς τοῦ χριστοῦ νίκης ὁ στέφανος. *Hæc victoriæ CHRISTI corona erat.* Habemus igitur illud τούτῳ νίκα in cœlo expressum γραφῇ, symbolo & pictura Coronæ, atqve inde intelligimus, qvam non modo ridicule, sed etiam contra Eusebii mentem Constantini visum interpretati sint pleriqve de literis, vel Græcis vel Latinis cœlo inscriptis τούτῳ νίκα, vel ἐν τούτῳ νίκα, *Hoc vince*, *in hoc vince*, qvas vel stellis vel luce divina expressas sibi temere persuaserunt. Non mirum autem in labaris, numis & aliis variis monumentis antiqvis verba ipla deinde inscripta potius cum Cruce vel Christi Monogrammate, etiam superstite Constantino, qvam coronæ symbolum conspici qvia illis clarius hoc, qvod volebant, qvam per Symboli ænigma indicabatur. Adeo autem vulgare fuit olim labari vel crucis figuram cum verbis τούτῳ νίκα passim appingere, ut libris qvoq; vetustis ne sacri qvidem agumenti, qvin imo Tabulæ lusoriæ apud Gruterum pag. MXLIX. 1. inscripta reperiantur. Neqve aliam originem habet virorum qvorundam doctorum error sane festivus, qvi scriptorem Græcum Magni Etymologici Nicam appellant, nomen inter Grammaticos veteres Græcos admodum incognitum. Cum enim in fronte codicis, qvi fuit apud Angelum Politianum, appictum esset labarum verbis ἐν τούτῳ νίκα, literis ἐν τούτῳ ex altera parte detritis ac deletis, hæ qvæ supererant νίκα, egregiam istam de auctore libri Nica conjecturam viris præstantissimis suppeditarunt, ut ex Emerico Bigotio, qvem Is. Vossius hoc docuerat, accepisse se refert Ægidius Menagius cap. LXXVI. Anti-Bailleti. In vetusto Codice scriptorum laudati Nazianzeni similem inscriptionem notasse se testatur Montfauconus V. C. pag. 251 Palæographiæ Græcæ.

XII. Moneamne mantissæ loco Astrophilos etiam de loco altero insigni Philostorgii, qvo aliud Phænomenon cœleste mirandum nobis enarrat, cui lux afferri poterit ex observatis Virorum præstantissimorum nostræ ætatis, qvibus talia propius cognoscere, inqve domos superas scandere cura fuit. En Philostorgii verba XII. 8. Ἐκλαί-

2011 Ministerio de Cultura

Ἐκλείποντι ὃ τῷ ἡλίῳ φέγγος τι κατὰ τὸν οὐρανὸν σωανεφάνη κώνου σχῆμα ὠρθρυόμενον, ὅ, τινες ἐξ ἀμαθίας ἀστέρα κομήτην ἐκάλεσαν. Καὶ γὰρ ὧν ἐκεῖνος ἐδείκνυ, οὐδὲν ἦν κομήτης ὠφέλιμον. Οὔτε γὰρ τὸ φέγγος εἰς κόμην ἐπέβαινεν, ὅτε ἀστὴρ ὅλως ἐῴκει, ἀλλ' οἷον λύχνου τις μεγάλη φλὸξ ὑπῆρχε καθ' ἑαυτὴν ὁρωμένη, μηδενὸς ἀστέρος θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφὴν ὑποτρέχοντος. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ κινήσει παρήλλαττε. Καὶ γὰρ κινηθεὶς ὅθεν ὁ ἥλιος τὴν ἰσημερίαν ἀνίσχει, ἐκεῖθεν τὸν τῆς ἑῴας ἄρκτου τεταγμένον ἔσχατον ἀστέρα ὑπερενεγκὼν ἠρέμα πρόβαινε πορευόμενος ἐπὶ δυσμάς, ἐπεὶ δὲ διεμέτρησε τὸν οὐρανὸν, ἀφανὴς ἦν, ὡλείους τεσσάρων μηνῶν ἐξανυσθέντος αὐτῷ τῆς πορείας. Ἡ γὰρ κορυφὴ τοῦ φέγγους νῦν μὲν εἰς μῆκος μέγα ὠξύνετο, ὡς ἐκβαίνειν τὰς τοῦ κώνου λόγους, νῦν δὲ πρὸς τὸ ἐκείνου μέτρον συνέστελλετο, καὶ ἄλλα δὲ παρεῖχε περατώδη θεάματα, δι' ὧν τῆς τῶν συνήθων φασμάτων ἐξηλάθετο φύσεως. ἤρξατο δὲ ἀπὸ μέσου θέρους ὀλίγον τι μέχρι τοῦ μετοπώρου τελευτῆς. *Eo ipso tempore, quo sol defecit* (sub Theodosio Juniore Anno CHristi CCCCXI. die XIX. Julii) *fulgor quidam in cœlo apparuit, coni similitudinem referens, quem nonnulli præ imperitia Cometam vocarunt. In his enim quæ fulgor ille nobis ostendit, nihil erat simile Cometæ. Nam neque in comam desinebat lux illa, neque ullam omnino stellæ speciem præferebat. Sed velut lampadis cujusdam ingens flamma per se ipsam subsistens videbatur, nulla subtus stella ellychynii speciem præferente. Sed & motus ejus longe diversus fuit à motu Cometarum. Mota enim primum ab ortu solis æquinoctiali, inde ultimam stellam in cauda Ursæ sitam transgressa, paulatim ad occasum processit. Postquam vero universum Cœlum permensa est, tandem disparuit, cum cursus ejus plus quam quatuor menses duraſſet. Porro ejus vertex, nunc quidem in magnam longitudinem acuebatur, adeo ut coni modum ac mensuram excederet, nunc vero ad coni mensuram redibat. Alias præterea prodigiosas species oculis subjecit, quæ à vulgarium signorum natura illam differre ostendebant. Cœpit autem à media æstate & ad exitum ferme autumni perseveravit.* Ne longior sim, tantum adnotabo simile admirandum ac rariſſimum Phænomenon ante hos tres & viginti annos obſervatum eſſe ab illuſtri Mathematico Joh. Dominico Caſſino, & accurate deſcriptum ac delineatum in Ephemeridibus Pariſienſibus Anni MDCLXXXIII. pag. 131. Occurrit etiam in Actis laudatiſſimis Eruditorum Lipſienſibus ejusdem anni p. 174. unde deſcriptionem integram petet qvi deliciis ejusmodi ducitur, conferetq; qvæ in iisdem Actis Anni MDCXCIV. pag. 58. de non plane diverſa cœleſti luce ex obſervatione V. C. Georgii Chriſtophori Eimarti traduntur.

AUCTORI LUCIS DEO GLORIA.

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT IV.

DE EUSEBIO Cæsareensi, & aliis Historiæ Ecclesiasticæ atqve Chronicorum Scriptoribus Græcis.

De Eusebii vita & doctrina. 1. *Ejus scripta Græce edita. Chronicon.* id. *Præparatio Evangelica.* 2. *Index plenior scriptorum in illo opere laudatorum.* id. *Demonstratio Evangelica.* 3. *Historia Ecclesiastica.* 4. *Index scriptorum & virorum illustrium in illa memoratorum accuratus.* id. *De Martyribus Palæstinæ.* 5. *contra Hieroclem.* 6. *contra Marcellum.* 7. *de Ecclesiastica Theologia.* 8. *Epistola de fide Nicæna.* 9. *de locis Hebraicis.* 10. *Commentarii in Psalmos* 11. *in Canticum Canticor.* 12. *De vitis Prophetarum.* 13. *in Esaiam Commentarii.* 14. *Canones Evangeliorum cum præmissa ad Carpianum Epistola, quæ Græce & Latine exhibetur.* 15. *De dissonantia Evangeliorum.* 16. *Oratio de Constantini M. laudibus.* 17. *Libri IV. de vita ejusdem Constantini.* 18. *Fragmenta ex libris de vita Pamphili Martyris.* 19. *Ex collectione veterum Martyriorum.* 20. *Epistola ad Constantiam Augustam.* 21. *Quæ Latine tantum exstant, liber primus Apologiæ pro Origene.* 22. *Opuscula XIV. à Sirmondo publicata.* 23. *Acta spuria Silvestri I. Papæ.* 24. *Scripta inedita.* 25. *deperdita* 26. *Alii Eusebii amplius quinquaginta* 27. *Alii Scriptores Græci Hist. Ecclesiasticæ deperditi.* 28. *Alii qui integri vel ex parte exstant, Philostorgius.* 29. *Socrates.* 30. *Sozomenus.* 31. *Theodoritus.* 32. *Evagrius.* 33. *Theodorus Lector.* 34. *Nicephorus Callisti.* 35. *Chronicorum scriptores Græci deperditi.* 36. *Alii qui exstant* 37. 38. 39. 40.

I.

EUSEBIUS *Pamphili* Martyris non filius vel sororis filius nec servus, sed amicus a) singularis (ut ab eo nomen tulerit) frater vel consobrinus Eusebii Nicomedensis

a) Hieron. Epist. 65. & c. 81. de S. E. Photius Cod. 13. Hanckius de script Hist. Byz. pag. 4. Sic C. Avianum Philoxenum Aviani nomen ab amico suo Flacco Aviano consecutum scribit Cicero XIII. Epist. 35. Etiam Judas Jacobi & Petrus Damiani dictus utrqve à fratre.

2011 Ministerio de Cultura

dienſis, b) Dorothei forte Evnuchi presbyteri Antiocheni diſcipulus', *Cæſareæ* Palæſtinæ, qvæ prius Turris Stratonis appellabatur Epiſcopus ab A. C. 315. ad 339. vel 340. qvo diem obiit major ſeptuagenario. Vir Conſtantino Imp. charus qvem genere etiam longius * contigebat, & ſua ætate eruditiſſimus fuit, ac Baſilii de Spiritu S. cap. 29. judicio διὰ πλυπειρίας ἀξιόπιςος, atqve ut à Nicephora Gregora lib. XIX. Hiſt. pag. 592. vero elogio appellatur, τῶν πότε λογίων πρῶτος. De illius vita, de qva liber Acacii c) poſt Euſebium Epiſcopi Cæſareenſis, & librorum ejus heredis interci-

b) H. Valeſius de vita & ſcriptis Euſebii ex Epiſtola Arii apud Epiphan. LXIX. 6. Cæterum Dorotheum illum (de qvo Euſeb. VII. 32. Hiſt.) Baronius ad Martyrolog. V. Jun. male confundit cum Dorotheo Tyri Epiſcopo. Vide Acta Sanctor. T. 1. Junii pag. 435.

* Hoc inde colligo, qvia Euſebius Nicomedienſis, noſtri Euſebii frater Julianum Imp. genere contingebat, teſte Ammiano XXII. 9.

c) Acacius *Cæſareenſis* Epiſcopus vitam Magiſtri ac deceſſoris ſui Euſebii ſcripſerat teſte Socrate II. 4. Male Agapius legitur pro Acacio in Hiſt. tripartita IV. 3. licet claruit etiam Agapius Cæſareenſis Epiſcopus, ſed is ante Euſebium fuit, eumqve in clerum adſcivit & deinde ſucceſſorem habuit. Inter alia Acacii hujus ſcripta fuerunt *libri XVII. in Eccleſiaſten.* Hieron. Catalog cap. 98. συμμίκτων ζητημάτων ſive ut idem Hieron. Epiſt. 152. ad Minerium & Alex. T. 3. p. 125. librum qvartum laudans appellat, συλλεκτῶν ζητημάτων *libri VI.* id. *Epiſtolæ & ſcripta nomine Synodi CPol.* A. 360. concepta. Philoſtorg. IV. 12. *Fidei formula* in Synodo Seleucienſi A. 359. edita qvam ſervavit Epiphanius LXXIII. 25. & Socrates II. 40. Ἀντιλογίαι *adverſus Marcellum Ancyranum.* Epiph. LXXII. 5 - 9. ubi inſigne ex illo libro fragmentum. Acacio etiam tribuit Tillemontius qvod *de fide adverſus Sabellium* ſub Euſebii nomine edidit Sirmondus. Vide Tillemont. Tom. VI. memor. Hiſt. Eccleſ. part. 2. p. 111. edit. Bruxell. Acacii hujus fragmenta qvædam occurrunt in catenis editis & MSS. Alius fuit, licet ejusdem ætatis Acacius *Tarſi* Epiſcopus de qvo Philoſtrog. V. 1. Alius presbyter & Archimandrita *Beroëenſis* cujus & Pauli Presb. *Epiſtola ad Epiphanium* qva eum A. C. 375. ad ſcribendum contra hæreſes invitavit, cum Epiphanii reſponſione, hujus panario præmittitur. Neſcio idemne Acacius Beroënſis Epiſcopus circa A. C. 431. annos 110. natus cujus *Epiſtolæ binæ ad Alex. Hierapolitanum* leguntur in variar. Epiſtolarum volumine ad Concil. Epheſinum ſpectantium in editione Chriſtiani Lupi (A. 1682.) & Steph. Baluzii (nova collect. Concilior. A. 1683.) cap. 41. & 55. ſed in Jo. Garnerii (auctar. Opp. Theodoriti A. 1684.) cap. 30. & 44. & *Confeſſio fidei*, edit. Lupi ac Baluz. cap. 221. Garnerii cap. 178. *Epiſtola ad Cyrillum Alex.* T. 5. Opp. Cyrilli parte 2. & in Actis Concilii Epheſini T. 3. edit. Labbei pag. 382. De Acacio *Melitenes* in Armenia Epiſcopo & Neſtorii oppugnatore videndus Caveus ad A. 431. Hujus *homiliam* in Synodo Epheſino habitam & Neſtorii hæreſi oppoſitam Combeſi-

2011 Ministerio de Cultura

tercidit, nolo repetere qvæ multis erudite tradiderunt præstantes Viri Henr. Valesius, d) Martinus Hanckius e) Gvil. Caveus f) Tillemontius g) & Jo. Clericus h) ne de aliis * in præsenti memorem. Tantum profiteor me assentiri viris doctis, qvi agnoscunt varia qvidem in Eusebii scriptis esse de dogmatibus qvibusdam, qvæ durius & parum commode dicta videntur, tamen Mysterium SS. Triadis & συναΐδιον Filium ex Patris essentia DEum de DEo genitum αὐτόθεον agnovisse, atq; adeo ab hæresi propria Arii fuisse alienum, diserteq; rejicere eos qvi CHRISTUM κτίσμα vel ἐξ οὐκ ὄντων dicere ausi sunt, lib. 1. de Eccles. Theolog. cap. 9. lib. 3. c. 2. p. 150. sq. qvæ loca jam laudat Socrates II. 21. & qvanqvam homousii

befisius latine exhibet in Bibl. sua Concionatoria ad festũ Annunciationis, Ad istum Acacium Epistolas Firmi Episcopi edidit doctissimus Muratorius Patav. 1709 4. in Analectis Græcis, qvi pag. 300. observat plures hujus nominis Episcopus illo tempore claruisse, Episcopum *Cotenorum*, Episcopum *Helladæ*, Episcopum *Scopenorum*: Plures etiam circa A. C. 450. ut Episcopum *Antiochiæ minoris*, Episcopum *Ariarathiæ*, Episcopum *Cynnensem*, Episcopum *Proconissi*. Fuit & Acacius *Armeniæ præfectus*, cujus in Justiniani Novella 31. mentio. De Acacio Patriarcha *CPol.* cujus una alteraqve Epistola exstat, idem Caveus ad A. C. 471. Vide & Photium Cod. 42.

d) H. Valesius Histor. Eccles. Eusebianæ non modo præmisit commentationem suam de Eusebii vita & scriptis, sed etiam testimonia veterum pro Eusebio & contra Eusebium magno numero adjunxit.

e) Martinus Hanckius de scriptoribus Hist. Byz. cap. 1.

f) Gvil. Caveus in Chartophylace & Hist. literaria, atqve Vitis Patrum Anglice editis Latineqve & Belgice translatis, T. 2. & in Epistola Apologetica adversus Jo. Clericum Lond. 1700. 8.

g) Tillemontius Tom. VI. & VII. memor. Hist. Eccles.

h) Jo. Clericus in Vita Eusebii T. 10. Bibl. Universal. pag. 380. seq. & in Epistolis Criticis Epist. 2. Cum qvo Eusebium Arianismi arguunt (ne veteres Valesio & ad Zonaram p. 30. Cangio laudatos memorem) Petavius lib. 1. de Trinitate c. 11. & 12. Rich. Montacutius ad Euseb. contra Marcellum, Ancyranum, H. Noris diss. de V. Synodo c. ult. p. 105. ut Sandium aliosqve omittam. Defendunt vel excusant Valesius, Bullus, defens. fidei Nicænæ pag. 392. seq. 442. seq. 478. seq. 517. seq. B. Calovius in Confessione Martyrum T. 2. Opp. anti Socin. p. 519. Florentinius ad Hieronymi Martyrolog. pag. 71. seq. Caveus diss. & Epistola contra Jo. Clericum, Petrus Molinæus contra Perronum III. 2. &c.

* Ut Jo. Christophori Ernesti, Keulâ Schwartzburgici, in duabus de Eusebio dissertationibus, Witeberg. 1688.

2011 Ministerio de Cultura

ſii vocabulo i) primum uti veritus eſt, tamen re maturius perpenſa deinde id probaſſe, & damnationi Arii in Synodo Nicænâ, bona fide ſubſcripſiſſe. Neqve adeo negaſſe Spiritus S. divinitatem, ſed modo eum à Patre & Filio diſtinctum & à filio proficiſcentem docuiſſe. Vide lib. 2. de Eccleſ. Theol. c. 5. ſq. Cæterum cum magno fructu uſus Bibliotheca Pamphili, cujus indicem * etiam vitæ Pamphili inſeruit, & altera qvam in Ælia urbe ſive Hieroſolymis ab Alexandro Epiſcopo conditam teſtatur lib. VI. Hiſt. cap. 20. Veteris Hiſtoriæ omnis, Eccleſiaſticæ maxime, & aliarum rerum ſcitu digniſſimarum tam præclara ſervavit monumenta, licet non ſemper fortaſſe accurate ſatis expoſita, ut ſcripta ejus qvæ jam referam, pleraqve ad nos perveniſſe, & in tanto bonorum ineptorumqve librorum naufragio non ſimul periiſſe, ſingularis felicitatis eſſe arbitrer.

1. *Chronicon* ſive *Παντοδαπὴ ἱστορία, de cunctis temporibus Hiſtoria*, ut titulus Operis k) latine transfertur in Epiſtola Auguſtini 35. ex qvo loco etiam conſtat non ubiqve obvios jam tum fuiſſe Chronici Euſebiani Codices. In libros duos diviſum fuit ab auctore, qvorum priorem inſcripſit *χρονογραφίαν*, poſteriorem *χρονικὸν κανόνα*. Atqve hanc *Epitomen* vocat Hieronymus. In priore ex Manethone, Apollodoro, Phlegonte, Joſepho, Africano aliisqve origenes & ſucceſſiones resqve memorabiles variarum gentium ab Orbe condito per varia capita perſecutus eſt: in poſteriore omnia ſerie unâ ad annos ſuos relata digeſſit ab Anno l) vocationis Abrahami, h. e. ante

i) Hinc Athanaſio dicitur prius fuiſſe *συντρέχων τῇ Ἀρειανῇ αἱρέσει, ὕστερον δὲ ὑπογράψας ἐν αὐτῇ τῇ Νικαίᾳ συνόδῳ γράψαι τοῖς ἰδίοις διαβεβαιούμενος, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν τινας λογίους καὶ ἐπισκόπους καὶ συγγραφεῖς ἔγνωκεν ἐπὶ τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Θεότητος τῷ τῆς ὁμοουσίου χρησαμένους ὀνόματι.* Epiſt. ad Africanos T. 1. pag. 721. Confer Euſebii Epiſt. ad Cæſareenſes, apud Socratem lib. 1. cap. 8.

* Vide lib. VI. Hiſt. cap. 32.

k) *χρονικὰ συγγράμματα* ſua memorat Euſebius in Eſaiæ XIII. 17. *χρονικὸς κανόνας* X. 9. præparat. p. 484. & lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 1 *Ἀρχαιολογίαν* atq; *ἀρχαιολογικὴν ἱστορίαν* vocat Anaſtaſius Sinaita qv. 41. & 65. *temporum Hiſtoriam* Auguſtinus II. 39. de Doctrina Chriſtiana. *Digeſtionem temporum* Hieron. 1. in Rufin. *χρονογραφίαν* Epiphanius ſub extremum libri de ponder. & menſur. *Chronicorum Hiſtoriam* breviarium MS. Eccleſiæ Lemovicenſis, Valeſio laudatum. Alia veterum loca titulos Chronici Euſebiani varie referentia notavit Scaliger ante Græca Euſebii, Chroniconqve Hieronymianum, Hanckius pag. 87. ſeq. de ſcriptoribus rerum Byz. & Allatius ad Euſtathii Hexaëm. pag. 13.

l) Euſebiani Chronici Epocham initium capere ab Cal. Sept. ſive autumno anni ante CHRISTIUM natum 2017. Periodi Jul. 2697. diſputat Petavius lib. IX. de doctrina temporum cap. 1.

2011 Ministerio de Cultura

CHRISTUM 2017. ad vicennalia usqve Constantini M. A.C. 325. Laudat præter alios Eustathius Antiochenus in Hexaëmero sub init. cui Eusebius vocatur ἁγίων τις, ut ab Ecclesia Gallicana diu illum cultum pro Martyre, notat Janningus in Apologia pro Papebrochio, præfixa Actis Sanctor. Junii T. 1. pag. XVII. seq.

Græcum opus Eusebii intercidit, præter fragmenta & lacinias qvas recentiores Chronologi servarunt, Syncellus inprimis, & Cedrenus, Chroniciqve Alexandrini sive Paschalis scriptor, ne de aliis jam dicam: nam ut vere Josephus Scaliger, *qui post Eusebium scripserunt, omne scriptum de temporibus aridum esse censuerunt, quod non hujus fontibus irrigatum esset.* Ex illis Græca ut potuit collegit ediditqve & illustravit doctissimis notis idem *Scaliger*, sed non modo Syncelli & Chronici Alex. tum temporis nondum editorum apographis parum emendatis m) usus est, sed etiam varia ad Eusebium retulit, qvæ parum credibile n) est ab illo scripta fuisse. *Latine* vertit & Vincentio cuidam ac Gallieno inscripsit *Hieronymus*, ita ut hinc inde ex Latinis præcipue scriptoribus qvædam adderet o) alia omitteret, ac deinde Chronicon ad A. C. 378. (Valente sextum & Valentiniano secundum COSS.) continuaret. Codices latini Chronici Eusebiani, oscitantia librariorum mire inter se variant, & sæpius nec inter se nec cum Historia facile possunt conciliari. Confer Henrici Dodvvelli diss. 3. ad Irenæum. §. 2. Henr. Valesius pag. 10. ad Eusebii Hist. vetustissimos Codices laudat Acutianum, Lipsii & Ortelii. Laudat qvoqve vetustissimam editionem Mediolanensem, qvam nec Pontacus nec Scaliger viderit. Consuluit tamen *Arnoldus Pontacus* Episcopus Vasaten-

m) Is. Vossius in auctario castigatt. Georgii Hornii pag. 370. *Quia apographum Syncelli quod Scaligero transmissum fuit, raptim & vitiose admodum descripserat Casaubonus nescio an alius, ideo plurimi passim in hoc opere tam in annis quam in nominibus errores fuere commissi.* Multis hoc docet Jacobus Goarus notis ad Syncellum pag. 504. - 528.

n) Vide Conringium de Medicina Hermet. pag. 21. & 30. Steph. le Moyne prolegom. ad Varia S. * 32. 2. b. Hanckium de scriptoribus Byz. pag. 92. seq.

o) id. pag. 93. seq. 96. seq. Jo. Andreas Bosius diss. ad periocham Josephi de CHRISTO, cap. 2. § 7. seq.

2011 Ministerio de Cultura

tensis præter Codices MSS. duodetriginta, editiones octo, p) atq; ex illis præclaram suam concinuavit, in qva mirum studium atq; industriam non dubitavit etiam Scaliger Epist. 104. atq; alibi omnibus laudibus proseqvi, editorisq; doctrinam candorem modestiam & diligentiam celebrare. Et omnium correctissima vocatur Jo. Morino pag. 277. Exerc. Bibl. Prodiitqve notis Pontaci & castigationibus illustrata una cum Prosperi Chronico, Burdigalæ 1604. fol. sed raro hodie reperitur. Neq; ubivis obvia altera *Auberti Miræi*, posteriorem tantum partem à CHRISTO nato exhibens, additaq; habens Chronica Sigeberti & Anselmi Gemblacensis, Antvverp. 1608. 4. confer B. Ittigium de Bibliothecis Patrum pag. 743. Cæterum ob præclaras accessiones atqve doctissimas notas freqventissime in manibus eruditorum versatur editio *Scaligeri*, q) altera præcipue ac postuma Amstelodamensis A. 1658. fol. qvæ Alexandri Mori præfationem & Scaligeri commentarios ad latinam Hieronymi interpretationem & Græca Eusebii emendatos & tertia parte auctiores (qvam prior editio Lugd. Bat. 1606. fol.) exhibet, & libros tres Isagogicorum Chronologiæ Canonum ejusdem Scaligeri subjunctos habet. Chronico Eusebiano subjecta sunt Hieronymi de qvo dixi supplementum & *Prosperi Tironis* ab A. C. 379. ubi desiit Hieronymus, ad A. 444. *Victoris* Tunnunensis Chronicon ab A. 445. ad A. 565. *Joannis* Abbatis *Biclarienſis* ab A. 565. usqve ad annum Mauritii octavum A. C. 593. *Idatii* ab A. C. 379. ubi Hieronymus desinit ad 428. *Marcellini Comitis* ab A. C. 379.

p) Veteres Chronici EusebioHieronymiani ante Pontacum editiones sunt Venetæ 1483. 4. Paris. 1512. 4. apud Henr. Stephanum avum, cum continuatione Matth. Palmerii ac Multivallis, & Basil. 1529. fol. edente Jo. Sichardo cum Chronicis Prosperi, Cassiodori, Hermanni Contracti & Matthæi Palmerii. Hinc cum aliis Eusebii scriptis, & Prosperi ac Matthæi Palmerii Chronico Basil. 1542. 1548. 1559. 1570. fol. Paris. 1581. fol. *Alphonsi Tostati* commentarius in Eusebii Chronicon, Hispanica lingva, Salmanticæ prodiit sumtu Francisci Ximenii Cardinalis A. 1506. fol. qvinqve Voluminibus.

q) Recensetur à Labbeo T. 1. de script. Eccles. pag. 302. & Tho. Ittigio lib. de Bibliothecis Patrum p. 745. seq. Emendationes Salmasii ex Codd. Palatinis IV. cum Conr. Sam Schurzfleischi τῦ μακαρίτυ ad Eusebii Chron. observationibus edidit frater Clariss. D. Henr. Leonhardus Schurzfleischius Witeb. 1712. 4. in notitia Principalis Bibliothecæ Vinarienſis, in qvam editio Lugd Bat 1606. manu Salmasii notata pervenit ex Bibliotheca Gudiana. Inter Codices Is. Vossii cum MSS. collatos Colomesius n. 1. memorat Chronicon Eusebianum editionis Scaligerianæ, qvod cum MSS. commisit Cornelius Tollius.

2011 Ministerio de Cultura

a) liber, in editione Græca *Rob. Stephani* & Græcolatina *H. Valesii* cum ejus versione libro octavo Historiæ Ecclesiasticæ subjicitur: à Rufino & Musculo prætermissus, à *Christophorsono* pro parte libri octavi editus, & à *Suffrido Petri* scholiis illustratus. Hunc latine ex Valesii versione cum notis suis *Theodoricus Ruinartus* inseruit Actis Martyrum * selectis, pag. 330-352. Paris. 1689. 4. A *Vincentio Marinerio* translatus, fuit apud Jo. Bollandum, ut ipse testatur præf. ad T. 1. Act. Sanctorum Januarii pag. 45. b. Librum illum tanqvam ab opere Hist. Eccles. diversum promittit Eusebius VIII. 13. pag. 308. οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτοις ἢ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμοις δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς.

6. Liber *contra Hieroclem.* Bithyniæ ex Vicario Præsidem & postea Alexandriæ b) ἔπαρχον, πρὸς τὸ ὑπὸ Φιλοστράτου εἰς Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα ἀφ' ὕβρεως Ἱεροκλεῖ ἐπιβουλευθὲν αὐτῷ τε καὶ τοῖς Χριστοῦ σύγγραμμα. Auctor & consiliarius Diocletiano ad faciendam persecutionem fuit ille Hierocles teste Lactantio c. 16 de mortibus persecutorum, & *libros duos ad Christianos* scripsit, ut idem refert lib. 5. cap. 2. Institutt. divinar. (λόγους φιλαληθεῖς πρὸς τοὺς χριστιανούς inscripsisse colligas ex eo de Hatq; Eusebio,) qvibus inter alia ostendere voluit Apollonium vel paria cum CHRISTO vel etiam majora fecisse. Primus Eusebii librum, qvem Photius Cod 39. ἀναστευαστικὸν βιβλιδάριον πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους vocat, *Græce* edidit Aldus cum Philostrati Apollonio Venet. 1502. fol. & 1535. 8. *latine* vertit *Zenobius Acciajolus* Florentinus Ord. Prædicatorum, præmissa ad Laurentium Medicem Epistola, Colon. 1532. 8. cum Philostrato de vita Apollonii, atqve sæpius inter Eusebii opera junctim latine edita, ad calcem librorum de Evangelica demonstratione. Pessime à Florentino interprete versum esse hunc librum, notavit Pearsonius præf. ad Hieroclem. *Græce & latine* cum Acciajoli versione, & variis lect. è Codice Regis Galliæ à *Federico Morello*

a) Vide Hanckium de scriptoribus Byz. pag. 118. & D. Christianum Kortholtum de persecutionibus Vet. Ecclesiæ pag. 468. Δεκαετῆ χρόνον durasse illam persecutionem notat Eusebius VIII. 15. Hist. cum post octavum annum aliqvantisper remisisset. id. 16.

* Acta illa Martyrum selecta viderunt etiam lucnm Gallice, Droueto & Malpertuio interpretibus, Paris. 1708. 8.

b) Vales. pag. 177. ad Euseb. Epiphan. LXVIII. 1. De Hierocle juniore cujus commentarius in aurea carmina exstat, aliisqve ejus nominis dixi lib. 2. cap. 12. §. 7. & de Philostrati opere lib. 4. cap. 24. §. 2.

2011 Ministério de Cultura

vello adſcriptis prodiit inter Philoſtrati Opera p. 433. Pariſ. 1608. fol. Deinde cum caſtigationibus ex eodem Regio Codice ab *Luca Holſtenio* adnotatis, qvi etiam verſionem locis qvibusdam interpolavit: ad calcem librorum Euſebii de demonſtratione (non, ut clariſſ. Caveus memoriæ lapſu ſcripſit, cum libris de præparatione) Evangelica, Pariſ. 1628. fol. Lipſ. 1688. fol. Deniqve cum nova verſione notisqve Rev. D. *Godfridi Olearii*, qvi etiam librum in capita diſtinxit, & collatis Philoſtrati locis paſſim emendavit, Lipſ. 1709. fol. in luculenta illa Operum Philoſtrati editione.

Gallice vertit Ludovicus Couſinus Pariſ. 1684. 4. *diſcours touchant les miracles attribuez à Apollonius de Tyane* &c.

7. Κατὰ Μαρκέλλου, *Libri duo contra Marcellum* Ancyræ Epiſcopum, ejusqve σύγγραμμα c) prolixum decies mille prope verſuum, qvo Sabellianiſmum incautus propugnaverat, Filiumqve & Patrem docuerat ὀνόμασι μὲν διαφόροις Πατέρα καὶ Υἱὸν χρηματίζοντας, οὐσίᾳ δὲ καὶ ὑποστάσει ἓν ὄντας, oppugnaveratqve Aſterium maxime Cappadocem, tum Euſebium τὸν μέγαν, (Nicomedienſem) Paulinum Tyri ac deinde Antiochiæ Epiſcopum, Origenem, Narciſſum Neroniadis Epiſcopum & alterum Euſebium Cæſareæ Paleſtinæ. Damnavit Marcellum Synodus ex Ponto, Cappadocia, Aſia, Phrygia, Bithynia, Thracia & ulterioribus regionibus congregata CPoli A. C. 336. & Euſebio ut illum confutaret in mandatis dedit, ut ipſe narrat extremo libri poſterioris. Hos libros anteqvam ederentur lectos Turriano, primus è MS. Codice recenſuit & latina verſione ac notis illuſtravit *Rich. Montacutius*, editos ad calcem librorum de demonſtratione Evangel. Pariſ. 1628. fol. Lipſ. 1688. fol. MStum Codicem habuit V. C. Thomas Galeus.

8. Περὶ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Θεολογίας, τῶν πρὸς Μάρκελλον ἐλέγχων βιβλία γ'. *De Eccleſiaſtica Theologia* adverſus eundem Marcellum

c) De hoc Marcelli libro qvo Aſterium Sophiſtam & Arianos impugnans in alterum extremum prolapſus & cum Sabellio vel Paulo Samoſateno facere viſus eſt, confer Socratem lib. 1. cap. 36. Sozomenum II. 33. Tripartitam III. 9. & Nicephorum VIII. 53. Hiſt. Marcellus in Synodo CPol. depoſitus poſtea in Sardicenſi A. C. 347. Epiſcopatum recuperavit, profeſſus ſe non ita ſentire ut ab Euſebio accuſatus fuerat. Socrates lib. 1. cap. 36. & lib. 2. cap. 20. & ex eo Nicephorus ajunt Marcellum ab Euſebio confutatum *libris tribus*. Idem numerus occurrit in tripartita. Vidit igitur Socrates tantum libros tres de Eccleſiaſtica Theologia eidem Marcello oppoſitos, è qvibus nonnulla profert lib. 2. cap. 21. Marcelli hujus diſcipulus fuit Photinus

2011 Ministerio de Cultura

lum, confutationum *libri III.* inſcripti Flaccillo, Antiochiæ ad Daphnem Epiſcopo, & ab eodem Montacutio cum ſuperioribus duobus libris latina verſione ac notis illuſtrati, & ad calcem Demonſtrationis editi. Hos qvinqve libros adverſus Marcellum Labbeus putat innui ab Hieronymo in Catalogocap. 81. & Svida, qvando inter Euſebii ſcripta memorat libros qvinqve περὶ Θεοφανείας. Videtur enim hoc idem illi eſſe qvod Θεολογίας. Sed id tanqvam incertum omitto, cum Hebed JEſu qvoqve in Catalogo librorum Chaldaicorum memoret Euſebii librum *de ortu divino.* Libros tres Eccleſiaſticæ Theologiæ MSS. habuit Galeus, adſcriptis etiam ex alio Codice emendationibus.

9. *Epiſtola de Fide Nicæna ad Cæſareenſes* qvam ſervarunt Gelaſius Cyzicenus in Actis Corcilii Nicæni II. 35. ſeq. 50. Epiſtolam Encyclicam appellans, & Socrates lib. 1. cap. 8. pag. 23. ſeq. atqve Theodoritus lib. I. hiſt. cap. 12. unde repetunt Tripartita lib. 2. cap. 11. & Nicephorus VIII. 22. Hoc eſt ἀπολογητικὸν eidem Gelaſio memoratum. lib 2. cap. 1. qvod ad Epiſcoporum Orthodoxorum κοινὸν miſſum affirmat. Ex hac Epiſtola nonnihil producit S. Athanaſius Epiſt. ad Africanos Epiſcopos T. I. pag. 937. & ad calcem Epiſt. de Synodi Nicænæ decretis MStum occurrere in Bibl. Vindobonenſi notat Lambecius III. p. 86. Verba qvæ Theodoritus pag. 40. aliiqve habent, & Socrates pag. 27. atqve Tripartita omittit, illa Caveus in Apologia adverſus Jo. Clericum pag. 89. contendit cum Euſebii Doctrina de æterna Filii hypoſtaſi è diametro pugnare, adeoqve non eſſe Euſebii, ſed Ariani cujusdam fraude inſerta, qvod etiam affirmaverat in diſſ. pro Euſebio pag. 47. edit. Genev.

10. Περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, *de locis Hebraicis*, de qvo libro non repetam qvæ dixi lib. IV. cap. 2. §. 13. & cap. 35. §. 1. tantum addam in Catalogo MSS. Iſaaci Voſſii num. 10. memorari Euſebium de locis ſacris cum expoſitione Hieronymi, & prolixis Petri Bertii commentariis hactenus ineditis. Inſcripſit hunc libellum Euſebius *Paulino*, Tyri Epiſcopo qvem ἱερὸν Θεοῦ ἄνθρωπον vocat, eidem nempe cui decimum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ librum conſecravit. Cæterum & *Hieronymus*, cujus adhuc exſtat latina interpretatio, ſæpius etiam in Operibus ejus edita, meminit alterius verſionis ſed imperitæ & parum latinæ, qvam ante

2011 Ministerio de Cultura

ipsum nescio qvis componere aususfuerat. MS. habuit Eusebii libellum & Hieronymi versionem Tho. Galeus. Memoratur etiam in Catalogo MSS. Angliæ Tom. 2. pag. 247. in ædibus Jacobæis n. 850. Eusebius de locis Hebraicis cum multis emendationibus. Et Jo. Pearsonius præfat. erudita in LXX. Interpretes laudat Codicem Bonfreriano meliorem. Præmiserat Eusebius huic libello *topographiam terræ Judææ & distinctas tribuum sortes, ipsius quoque Hierusalem, templique in ea cum brevissima expositione picturam*, ut ex Hieronymi præfatione constat, sed illa jampridem interciderunt. Nescio topographiamne illam intelligat Hebed Jesu, qvando in Catalogo librorum Haldaicorum pag. 18. memorat Eusebii librum *de figura Mundi.*

11. Commentarios eruditissimos in Psalmos 150. scripsisse Eusebium nostrum testatur Hieronymus in Catalogo cap. 81. & Svidas. Illos *latine* interpretatus fuit *Eusebius Vercellensis* ut idem Hieron. auctor est Epistola 89. ad Augustin. & cap. 96. Catalogi, atqve contra Vigilantium, ubi docet hæretica, hoc est qvæ Arianam * hæresin sapere videbantur ab interprete prætermissa. Allegatur Eusebius in Psalmos à Gelasio de duabus Naturis, Theodorito apud Anton. Agellium in Psalm. 88. & in Catenis editis ac MSS. in Psalmos. Primus Eusebii ὑπομνήματα sive *Commentaria in Psalmos* CXVIIII. ex tribus Codicibus Perroniano, Segvieriano & Colbertino, collatis etiam Catenis MSS. atqve editis in Psalmos eruit & cum latina versione sua atqve erudita præliminari dissertatione edidit *Bernardus de Montfaucon* in nova collectione Patrum Tomo I. Paris. 1609. fol. Latina versio Eusebii Vercellensis, & Græca ipsa in Psalmos posteriores 31. interciderunt. Multa in hoc opere fragmenta occurrunt interpretum Aqvilæ, Symmachi & Theodotionis. Allegatur etiam *Origenes* in Psal. 119. pag. 723. & in Psal. 4. *Asterius* pag. 28. Eusebii θεῖαι sive ὑποθέσεις *argumenta brevia in Psalmos* ex codice vetusto Barberiniano edita fuerant in Tomo VI. Bibliorum polyglotton Londinens. pag. 137. seq. Fragmentum in Psalmum 86. fuit apud Tho. Galeum. Etiam in Catalogo MSS. Bibl. Mediceæ video memorari Eusebium in Psalmos. Præfatiunculas duas, alteram περὶ τοῦ Ψαλτηρίου, alteram ὑποθέσιν εἰς τὴν ἀναπεφαλαίωσιν τῶν ψαλμῶν memorat Lambecius III.

* Tale est, qvod in verba Psalmi CX. 1. *Dixit Dominus Domino meo*, affertur in Synodi septimæ sive Nicænæ Act. 6. sect. 5. T. 3. Binii pag. 662. qvod in Montfaconi editione haud legitur.

2011 Ministerio de Cultura

III. pag. 24. & 29. Commentarios illos scriptos ab Eusebio circa A.C. 337. notat Montfauconus in Epistola de Therapevtis p. 151.

12. Ex Commentariis *in Canticum Canticorum*, fragmenta Græce edidit *Jo. Meursius*, cum Polychronii Diaconi ἐξηγήσει & Mich. Pselli ἑρμηνείᾳ versibus scripta Politicis. Lugd. Bat. 1617. 4. Totum qvidem illum Commentarium sub Eusebii nomine, ex Codice Bibl. Palatinæ editum Eusebii non esse, perspicuum est, in qvo occurrunt fragmenta *Athanasii* pag 18. 32. 39. 51. *Didymi* pag. 19. *Gregorii Nyss. seni* pag. 11. 14. *Philonis Carpathii* pag. 13. seq. 32. 34. 39. 44. 52. seq. & *Theophili* (an *Theophylacti*) pag. 37. Confer Lambecium III. pag. 77. & Raynaudum de bonis ac malis libris pag. 138.

13. Περὶ τῆς ☧ βιβλίου τῶν προφητῶν ἐνομασίας, *De vitis Prophetarum*, Eusebii ἀποσπασμάλιον ex antiqvissimo codice Rupefucaldino (qvem hodie servat Bibliotheca Collegii Jesuitar. Paris.) Græce edidit, latinamqve versionem addidit *Jo. Curterius*, ante Procopii Gazæi Commentarios in Esaiam. Paris. 1580. fol.

14. *Commentarios in Esaiam* libris decem scripsisse Eusebium Hieronymus testatur cap. 81. Catalogi, & Svidas, igitur emendandum qvod libri qvindecim memorantur in Hieronymi præfat. ad Esaiam. Illos magnam partem ex Codice Perroniano & Catenis MSS. regiis restituit, Græceqve cum versione & præfatione sua primus edidit supra jam mihi laudatus *Bernhardus de Montfaucon* in nova collectione Patrum Tomo 2. Paris. 1706. fol. Ex hoc Eusebii opere multa ad verbum transtulere Hieronymus (qvi etiam ubi Eusebius ab Hebræo doctore aliqvid edidicisse se scripsit, idem veluti de se testatur) Procopius Gazæus & Catenarum Græcarum in Esaiam auctores Joannes Drungarius, Andreas presbyter aliiqve. Fallitur enim Lambecius qvi III. pag. 41. Catenam MS. in Esaiam memorans, ubi Eusebius laudatur, ait sine dubio intelligi ejus libros Eclogarum Propheticarum de CHRISTO. Etiam in his Eusebii commentariis freqventer laudantur fragmenta veterum interpretum Aqvilæ, Symmachi ac Theodotionis. Cæterum non diffitendum ad pleraqve Prophetæ capita non tam Eusebii commentarios integros, qvam prolixiora ex illis excerpta tantum servata esse. Distinctio etiam in libros & commentarios in caput totum 61. periit. Neqve ab Eusebio videtur esse clausula: ἧς καὶ ἡμεῖς ἀξιωθείημεν ἐυχαῖς καὶ πρεσβείαις πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν. Cæterum monendus est lector Commentarios in Esaiam

2011 Ministerio de Cultura

Esaiam, qvi feruntur sub nomine Basilii Cæsareensis, etiam Eusebio perperam tribui in nonnullis Codicibus, ut Thuano qvi hodie est Colbertinus 2596.

15. *Canones* sive indices decem Harmoniæ *Evangeliorum* cum præmissa *ad Carpianum Epistola*. De his dixi lib. IV. cap. 5. §. 20. Videndus etiam Rich. Simon Lib. III. Hist. Criticæ N. T. pag. 427. seq. & lib. 3. pag. 90. Jo. Millius prolegom. ad N. T. pag. LXX. qvi & ipse Canones una cum Epistola ad Carpianum Græce Novo Testamento à se edito, Erasmi & Rob. Stephani exemplo præfixit. Latine veteribus qvibusdam Bibliorum Codicibus præmittitur, atqve inde vulgata est in Orthodoxisgraphis & à Josepho Maria Thomasio, unde à Marcianæo in divina qvam vocat Bibliotheca prætermissam miror, licet Canones ipsos Novo Test. recte præmisit, ex testimonio ipsius Hieronymi præf. ad Damasum in qvatuor Evangelia: *Canones quoque quos Eusebius Cæsareensis Episcopus Alexandrinum secutus Ammonium, in decem numeros ordinavit, sicut in Græco habentur expressimus.* Idem Hieronymus cap. 55. Catalogi, & ex eo Isidorus Hisp. VI. 15. Origg. ait Ammonium Evangelicos Canones excogitasse, qvos postea secutus sit Eusebius Cæsareensis. Verum Canones illos neutiqvam excogitavit Ammonius, sed tantummodo Harmoniæ Evangelicæ auctor fuit, ita compositæ ut fundamenti loco Matthæus substerneretur, eiqve deinde annotarentur capita parallela ex cæteris Evangelistis, intexerenturqve aliorum Evangelistarum narrationes ab Matthæo omissæ. Hinc ut aliorum etiam trium Evangelistarum series & cum cæteris Evangelistis comparatio constaret, Eusebius testatur se decem hosce Canones excogitasse & composuisse. Sed qvid vetat ipsam Eusebii Epistolam, cum brevis admodum sit, & in pluribus editionibus Bibliorum & Hieronymi, in qvibus Canones * ipsi tamen leguntur, prætermissa, hic infra ponere una cum veteri latina versione. Græce MS. haberi Neapoli in Bibl. Augustinianorum notavit Mabillonius T. 1. Musei Italici pag. 110. Laudat hosce Canones Eusebianos Cassiodorus cap. 7. Institutt. divinar. Et freqvens illorum usus fuit in Ecclesiis Orientis pariter & Occidentis, ut ex Codicibus MSS. Bibliorum in variis versionibus notarunt Viri docti.

Εὐσε-

* In Codice Vindobonensi hoc adjectum legitur scholion: Κανόνες δὲ προσηγορεύθησαν διὰ τὸ εὐθὲς αὐτῶν καὶ ἀκριβές. ὥσπερ γὰρ ἰθυλενέσι τισὶ γραμμαῖς ταῖς ἰδίαις εὐθύλησι χρώμενοι ἐκ ἐῶσι τὸν νῶν περιπλανᾶσθαι τῶ ἀκροατῶ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὁμοφωνίαν ἄγουσιν αὐτὸν τῶν ἐνεχθεισῶν φωνῶν τοῖς Εὐαγγελισαῖς.

2011 Ministerio de Cultura

Εὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

ΑΜΜΩΝΙΟΣ μὲν ὁ Αλεξανδρεὺς, πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγαγόμενος, τὸ διὰ πασῶν ἡμῖν κατέλειπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν τροπὰς παθεῖς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὴν τῶν ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τελῶν διαφθαρῆναι, ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως. ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν διὰ ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ, εἰδέναι ἔχοις τοὺς οἰκείους ἑκάστου εὐαγγελιστοῦ τόπους, ἐν οἷς καὶ τὰ αὐτῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ δὲ πονήματι καὶ δὲ τετμημένου ἀνδρὸς εἰλικρινῶς αφορμὰς, καθ' ἑτέραν μέθοδον κανόνας δέκα τὸν ἀριθμὸν διεχαράξά σοι τοὺς ὑποτεταγμένους· ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμοὺς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς, Ιωάννης. Ο δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς. Ο τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Λουκᾶς, Ιωάννης. Ο τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Μάρκος, Ιωάννης. Ο πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Λουκᾶς. Ο ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Μάρκος. Ο ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δυο, Ματθαῖος, Ιωάννης. Ὁ ὄγδοος, ἐν ᾧ οἱ δυο, Μαρκος, Λουκᾶς. Ο ἔνατος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς, Ιωαννης. Ο δέκατος, ἐν ᾧ περὶ τίνων ἕκαστος αὐτῶν ἰδίως ἀνέγραψεν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν

Eusebius Carpiano Fr. in Domino S.

AMMONIUS qvidam Alexandrinus, magno studio atqve industria unum nobis pro qvatuor Evangeliis dereliqvit. Namqve trium Evangeliorum sensus exceptos, omnes similes contextus Matthæi Evangelio qvasi ad unum congestos, annexuit: ita ut eorundem qvantum ad tenorem pertinet lectionis, seqvens jam stylus interruptus esse videatur. Verum ut salvo corpore, sive textu cæterorum hic Evangeliorum propria & familiaria loca, in qvibus eadem similiterqve dixerunt, scire possis, ac verè differere, accepta occasione ex prædicti viri studio, alia ratione decem numerorum tibi titulos designavi. Qvorum primus, qvatuor in se continet numeros, in qvibus similia ab universis dicta sunt, Matthæo, Marco, Luca, Joanne. Secundus, in qvibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas. Tertius, in qvibus tres, Matthæus, Lucas, Joannes. Qvartus in qvibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas. Qvintus in qvibus duo, Matthæus Lucas. Sextus in qvibus duo, Matthæus Marcus. Septimus, in qvibus duo, Matthæus, Joannes. Octavus in qvibus duo, Marcus, Lucas. Nonus, in qvibus duo, Lucas, Joannes. Decimus, in qvibus singuli de qvibus-

2011 Ministerio de Cultura

ὑποπαλμύων κανόνων ὑπόθεσις. ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησις, ἔστιν ἥδε. ἐφ' ἑκάστῳ τ παραίρων εὐαγγελίων ἀριθμός τις τεθήκειται κ͵ μέρος, δεχόμενος ἀπὸ ϛ πρώτου, εἶτα δευτέρου, καὶ τρίτου, καὶ καθεξῆς τεθέντων δι' ὅλης μέχρι ϛ τέλους ϛ βιβλίου. καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν ὑποσημείωσις διὰ κινναβάρεως τεθείται, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει· οἷον εἰ μὲν α, δῆλον ὡς ἐν τῷ πρώτῳ· εἰ δὲ β, ἐν τῷ δευτέρῳ. καὶ οὕτω καθεξῆς μέχρι τ δέκα. εἰ οὖν ἀναπτύξας ἕν τι τ παραίρων εὐαγγελίων ὁποιονδήποτε, βουληθείης ἐπιγνῶναί τινι ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασι, καὶ τοὺς οἰκείους ἐν ἑκάστῳ τόπους εὑρεῖν ἐν οἷς κ͵ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν, ἧς ἐπέχεις τεθεικυίας τῆς ἀναλαβὼν τ τεθειμένον ἀριθμὸν, ἐπιζητήσας τε αὐτὸν ἔνδον ἐν τῷ κανόνι οὗ ἡ ἀπὸ ϛ κιννα βάρεως ὑποσημείωσις ὑποβέβληκεν, εἴσῃ μὲν εὐθὺς ἐκ τ ἐπὶ μετώπου ϛ κανόνος τεθεγμένων, ὅσοι καὶ τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν. ἐπισήσας ἢ κ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων ἀριθμοῖς τοῖς ἐν τῷ κανόνι ᾧ ἐπέχεις ἀριθμῷ τεθειμένοις, ἐπιζητήσας τε αὐτοὺς ἔνδον ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκάστου εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας εὑρήσεις.

busdam proprie ſcripſerunt. Et qvidem ſubjectorum titulorum id eſt argumentum, clara vero eorum narratio hæc eſt: Etenim per ſingula loca Evangeliorum qvidam numerus videtur appoſitus, paulatim incipiens à primo, deinde ſecundo, poſtremo tertio, & per ordinem librorum ad finem usq; progrediens. Itaq; per ſingulos numeros ſupputatio, per lineæ diſtinctionem invenitur inſerta, ſignificans cui de decem titulis appoſitus numerus aſſignetur. Veluti ſiqvidem primum, certum eſt in primo. Si vero in ſecundo, & eodem modo usqve ad decem. Si igitur evoluto uno qvalicunq; cum qvatuor evangeliis, cuilibet capitulo velis inſiſtere & reſcire qvi ſimilia dixerint, & loca propria agnoſcere ſingulorum, in qvib⁹ eadem ſunt prolocuti ejusdem ſenſus qvem tenes, relegens propoſitum numerum qvæſitumqve eum in titulo qvem demonſtrat tituli ſubnotatio, continuò ſcire potes ex ſupraſcriptionibus, qvas in fronte notatas invenies: qvi aut qvot de his qvæ inqviris ſimilia dixerint. Veniens etiam ad reliqva Evangelia per eundem numerum, qvem continent, videbis appoſitos per ſingulos numeros, atq; eos in ſuis propriis qve locis ſimilia dixiſſe reperies.

2011 Ministerio de Cultura

16. Περὶ τῆς τῶν Εὐαγγελίων Διαφωνίας, *De Evangeliorum diaphonia* scripsisse Eusebium testatur Hieronymus in Catalogo cap. 81. & ex eo Svidas. *Librum resolutionum contrariorum quæ sunt in Evangeliis*, vocat Hebed JEsu in Catalogo librorum Chaldaicorum. Atqve in Sicilia inventos libros Eusebii tres de diaphonia Evangeliorum scribit Latinus Latinius T. 2. Epistolar. pag. 116. Sed nemo fuit adhuc qvi in lucem illos proferret. Græca Catena MS. in Marcum, de qva Rich. Simon lib. 3. Hist. Crit. pag. 89. laudat Eusebium ἐν τῷ πρὸς Μαρῖνον * περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως Διαφωνίας. Hujus scripti fragmentum servavit Anastasius Sinaita qv. CLIII. Alia fragmenta duo Græce & Latine edidit Combefisius in Auctario Novo Paris. 1648. fol. T. 1. pag. 781. 783. unum qvod ex Ambrosii Mediolanensis, Monachi Cassinatis versione etiam teste Sixto Senensi exstat in illud: ὀψὲ σαββάτων, *sero Sabbatorum*. Alterum περὶ τῶν ἐν μνημείῳ ἀγγέλων, *de Angelis ad monumentum visis*. Voluerat hæc qvoqve edere Holstenius teste Lambecio lib. 1. de Bibl. Vindob. pag. 112. sed morte præventus omisit. Eusebii *de triduo sepulturæ Domini* memorat Labbeus Bibl. nova MSS. pag. 184. Exstant & illius nonnulla in Catenis ad Evangelistas editis & ineditis, qvorum pleraqve ex eodem ut videtur opere repetita. Ex Catenis in Lucam plura Eusebii latine exhibet idem Combefisius in Bibl. Concionatoria. Ex Eusebio Pamphili ad Marinum occurrunt fragmenta in Anastasii Sinaitæ qvæst. IX. & CXLVIII. sed illa alterius sunt argumenti. Clariss. Caveus memorat Eusebium *de Evangeliorum dissonantia ad Stephanum*. Qvæ vero *de symphonia* sive *concordia Evangeliorum in Genealogia CHRISTI* Eusebius Africanum secutus scripsit, exstant lib. 1. Hist. Eccles. cap. 7. iisqve usus Ambrosius in 3. Lucæ.

17. Λόγος τεσσαρακονταετηρικός, *Oratio de Constantini M. laudibus* in ejus tricennalibus dicta A. C. 335. CPoli, ut Eusebius ipse testatur IV. 46. de vita Constantini. Meminit & in Proœmio Libri I. ubi addit se etiam in vicennalibus Constantini laudes ejus in Nicæna Synodo, ut lib. 3. c. 11. etiam docet, concelebrasse. Sed ille qvidem εἰκοσαετηρικὸς ὕμνος sive Panegyricus intercidit. In Codice MS. Collegii Trin. Cantabrig. Oratio illa, Caveo teste, in duas partes dispescitur, qvarum posterior incipit à capite IX. Hanc Orationem cum descriptione Martyrii sive templi Hierosolymitani à Constantino conditi, donario-

* Ex Eusebio πρὸς Μαρῖνον fragmentum in Codice Vindob. de qvo Lambecius T. IV. pag. 173.

2011 Ministerio de Cultura

nariorumqve ejus, ſed qvæ temporum injuria intercidit, & Conſtantini Oratione ad ſanctorum cœtum ex latino Græce translata Euſebius ut lib. IV. cap. 46. teſtatur, libris de vita Conſtantini ſubjunxit. Primus Rob. Stephanus cum illis edidit Græce, latine vertit *Chriſtophorſonus* atqve inde *Valeſius* qvi notis etiam illuſtravit.

18. *De Vita Conſtantini M.* jam A. C. 337. defuncti *libri IV.* * qvibus ait ſe de induſtria omittere conflictus & prælia, res fortiter geſtas, tropæa ac triumphos, Leges & præclara inſtituta, & tantum tradere μόνα τὰ πρὸς τὴν θεοφιλῆ σωτείνοντα βίον, qvæqve ad DEI cultum pertinent. lib. 1. cap. 11. unde titulum operis fecit περὶ τοῦ κτ' Θεὸν βίου τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως, ut notat Valeſius p. 256. Cæterum falli Jac. Gothofredum ** qvi hos libros ab Euſebio ſcriptos eſſe negavit pag. 273. ad Philoſtorg. & in Epiſt. ad Andream Rivetum ſub nomine Jacobi Pacidii edita, facile ex ipſo opere & Socratis, Sozomeni, Photii, Gelaſii aliorumqve veterum teſtimoniis demonſtrarunt Martinus Hanckius de ſcriptoribus Byz. pag. 81. ſeq. Jo. Andreas Boſius de Pontificatu maximo Imperatorum Rom p. 63. ſeq. & Valeſius pag. 216. Omni etiam deſtituta veriſimilitudine Sandii conjectura, qvi in nucleo Hiſtoriæ Eccleſ. p. 48. Macarii Hieroſolymitani eſſe hariolatur. Παναγυρικὴ ὑψηγορία uſum Euſebium multi annotarunt, neqve tamen fides hiſtorica illi propterea in rerum ſumma deneganda. Primus hos libros Græce cum Hiſtoria Eccleſ. edidit Rob. Stephanus, Pariſ. 1544. fol. pro qvinto libro numerans Orationem ad Sanctorum cœtum, qvæ Conſtantini M. eſt, non Euſebii. Latine primus qvatuor libros (non tres primores tantum ut ſcribit clariſſ. Hanckius pag. 86. de ſcriptoribus Byz.) *Joannes Porteſius* vertit. Hinc *Wolfgangus Muſculus*, nec minus *Jo. Chriſtophorſonus* qvi Porteſii verſionem non viderat notante Valeſio pag. 216. ſq. Hujus Chriſtophorſonianæ verſionis cum liber qvartus caſu qvodam amiſſus eſſet, qvartum *Nicolaus Carrus* ſupplevit. Deniqve idem *Henricus Valeſius* Græca ad Codices MSS. caſtigavit, verſionem meliorem notasqve doctiſſimas adjunxit. Editiones latinas & Græcolatinas, qvia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ hi libri ſubjungi ſolent, ſupra num. 4. annotatrs videre licet. Tantum monebo in editionibus qvibusdam latinis brevia *Jo. Jac. Grynæi* & *Suffridi Petri* ſcholia adjuncta eſſe. Gallicæ qvoqve

* Male *libri VI.* excuſum in Clariſſ. Jo. Molleri Homonymoſcopia pag. 461.

** Jac. Godofredo aſſenſus B. Dorsheus in diatypoſi Concilii Nicæni de S. Cœna p. 3.

2011 Ministerio de Cultura

qve interpretationis instar est, qvod auctore *Joanne Morino* prodiit opus: Histoire de la delivrance de l'Eglise Chrestienne par l'Empereur Constantin, Paris. 1630. fol.

19. *De Vita S. Pamphilii Martyris* scripsisse se testatur lib. 6. * cap. 32. Eusebius, & lib. 7. Hist. Eccles. c. 32. p. 288. & de Martyribus Palæstinæ cap. 11. ubi *tribus libris* distinctum á se opus illud fuisse refert, qvod confirmat etiam Hieronymus in Catalogo cap. 81. & adversus Rufin. pag. 135. ubi libros elegantisimos appellat. Hujus ut putat operis genuinum ἀποσπασματιον de Pamphili Martyrio Græce ex MS. Codice Mediceo Regis Christianissimi descriptum exhibet Papebrochius T. 1. Act. Sanctorum Iunii p. 64-74. cum latina versione. Latina illa ex Eusebio an Metaphraste dederant Lipomannus & Surius 1. Junii, & Valesius pag. 178. ad Euseb.

20. Τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγήν, *antiqvorum Martyriorum collectionem* scripsisse se Eusebius testatur in Hist. Eccles. lib. IV. cap. 15. pag. 136. & lib. 5. proœm. pag. 153. & cap. 21. pag. 189. Ex hoc opere præclaro, & qvod integrum ad nos haud perveniisse dolendum est, multa supereresse videntur, in vitis Patrum latine sub Hieronymi nomine editis, & in Simeone Metaphraste, qvi Græco stylo Sanctorum vitas & Martyria condidit. Fragmentum ex hoc opere Eusebiano dare se credidit Papebrochius *narrationem de Decem Martyribus Ægypti*, Græce è MS. Vaticano cum Gvil. Sirteti versione T. 1. Act. Sanctor. Junii pag. 420. seq. Sic *Acta martyrii S. Luciani* apud Surium & Bollandum ad 7. Januar. latine edita, Usserius apud Caveum suspicatus est Metaphrastem petiisse ex Eusebio. Integram ejus μαρτυρίων ἀναγραφὴν in Bibl. Scoriacensi superfuisse affirmat Franciscus Bivarius ad Pseudo Dextri Chronicon. ad A. C. 308. Atqve *Libros tres* Martyrum Eusebii nondum de Græco versos ibi extitisse, ex indice ejusdem Bibliothecæ A. 1579. didicit & ad Baronium scripsit Lindanus, ut narrat Baronius ad Martyrolog. 23. Sept. *Undecim libris* constitisse illud opus tradit scriptor Actorum S. Silvestri á Combefisio editus. Confer de eodem opere Eusebiano Bollandum præf. ad T. 1. Act. Sanctor. Januar. pag. XVI. & XLV. & Henschenium T. 2. Aprilis. pag. 539. Baronium diss. Martyrologio Ro-

* Docet ibi Eusebius, illo se in opere exhibuisse πίνακας sive indices librorum tum Origenis tum aliorum scriptorum Ecclesiasticorum, qvos Pamphilus summo studio Bibliothecæ suæ adornandæ collegerat.

2011 Ministerio de Cultura

mano præmissa cap. 5. 6. & 7. & Matthiam Frid. Beckium ad Martyrologium Ecclesiæ Germanicæ. pag. 5. seq.

21. *Epistola ad Constantiam Augustam*, Licinii uxorem, laudata ab Iconomachis in Actis Synodi Nicænæ secundæ Act. V. pag. 608. & VI. pag. 661. T. 3. Binii (Labbei T. VII.) & à Nicephoro Constantinopol. Patriarcha impugnata. Eam pleniorem Græce è MS. Regio edidit V. C. Jo. Boivinius in notis eruditis ad Niceph. Gregoram pag. 795. Spuriam & Eusebio suppositam esse non dubitat Petavius XIV. 9. dogm. Theol. de incarnatione. In iisdem Actis Nicænæ Synodi affertur etiam aliqvid pag. 608. & 662. ex Epistola Eusebii ad Euphrationem sive Euphrasionem & ad Alexandrum Alexandrinum.

Latine tantum exstant:

22. *Apologiæ pro Origene liber primus* ex Rufini versione, inter Origenis atqve Hieronymi Opera sæpius sub Pamphili nomine editus. Et sane ex voluminibus sex (tot enim Apologia illa libros complexa est) Pamphilum una cum Eusebio priora qvinqve composuisse, sextum ab Eusebio additum esse testatur Photius Cod 118. Confer Eusebium ipsum VI. 33. Hist. & qvæ de hoc opere Tillemontius T. 5. Memor. Eccles. parte 3. pag. 60. seq. & 357. seq. Hebed-Jesu autem in catalogo librorum Chaldaicorum p. 19. memorat Eusebii *librum Apologeticum pro homine qvodam Origenista, qvi exponebat Scripturas per allegorias, & coarguebatur hoc nomine à Theodoro.* De Antipatri Bostrensis ἀντιῤῥήσει τῆς ἐυσεβίȣ ὑπὲῤ Τȣ̃ Ὠριγένȣς ἀπολογίας, dicam infra in Antipatro.

23. *Opuscula XIV.* à *Jacobo Sirmondo* edita ex duobus MSS. Monasterii Herivallensis & S. Cornelii Compendiensis, T. 2. Var. Opusc. Paris. 1643. 8. unde recusa sunt in Bibl. Patrum edit. Lugd. 1675. Tomo IV. & inter Sirmondi Opera T. 1. Paris. 1696. fol.

Adversus Sabellium liber sive potius Homilia *I. & II.* In harum priore Marcellus Ancyranus perstringitur his verbis pag. 10: *Pater qvi genuit non pœnitetur de bona progenie, non devorat suum filium.* Inri-

2011 Ministerio de Cultura

Inridemus fabulas gentium, & iterum easdem inducimus, non nos sed qvi ausus est Galata. Deus enim non vocem genuit sed Filium, non sermonem sed Vitam, non dictum sed DEum. In posteriore sæpius laudatur *memoria beati viri*, per qvem Valesius intelligit Pamphilum, editores operum Sirmondi verisimilius Agapetum Eusebii decessorem.

De resurrectione & ascensione Homilia I. & II. in qvarum posteriore prolixe celebratur S. Romanus, de qvo Eusebius cap. 2. de Martyribus Palæstinæ, & Homilia Eusebii Gallicani T. VI. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 671. Prudentius peristeph. hymno X. Martyrologia 18. Nov. &c.

De incorporali & invisibili DEO, atqve incorporali anima & spirituali cogitatu hominis Homiliæ. VI.

De eo qvod ait Dominus Matth. X. 34. *non veni pacem mittere in terram.*

De Mandato Domini Matth. X. 37. *qvod dico vobis in aure, supra tecta prædicate.*

De operibus bonis & malis, Homilia I. & II. ad 2. Cor. VIII, 9. seq.

Hæc Opuscula ex Græco versa esse variis argumentis colligitur, neqve Eusebio Cæsareensi indigna sunt, eiqve tribuuntur à Sirmondo, Valesio, du Pinio aliisqve. Neqve placet opinio Clariss. Cavei, qvi incerta conjectura mavult referre ad Eusebium Emesenum.

24. *Acta Sylvestri Papæ* ad Eusebium auctorem referuntur in qvibusdam Codd. & à Ratramo libro 4. contra errores Græcorum. *Sed error ex multis manifestus arguitur*, inqvit Baronius ad Martyrolog. 31. Dec. *cum & Gelasio teste acta Sylvestri incerto auctore sint scripta.* Confer. Wilh. Ernesti Tenzelii diss. selectas pag. 304. seq. Exstant latine apud Mombritium Tom. 2. Et alia ex Metaphraste apud Lipomannum Tom. 5 & Surium ad 31. Dec. Edidit & Combefisius Acta Silvestri & Constantini, è qvibus disputationem adversus Judæos præsente Constantino à Silvestro & Zambre habitam repetit in Bibl. Concionatoria T. 2. ad Dom. I. Qvadragesimæ. Ex illis hausere Zonaras ac Cedrenus, & in Chronicis MSS. Georgius Hamartolus & Simeon Lagotheta. Vide Cangium ad Zonaram pag. 28.

25.

2011 Ministerio de Cultura

25. *Inedita.*

Liberi IV. Eclogarum Propheticarum, de qvibus supra n. 3.
Fragmentum de mensuris ac ponderibus. MSS. Is. Vossii n. 179.
De Morte Herodis, MS. in Bibl. Basil.
Præfatio ad Canticum Mosis in Exodo. Lambec. III. pag. 35.

26. *Scripta Eusebii deperdita.*

Præter multas partes operum, de qvibus jam dictum est, *Ecclesiasticæ præparationiis libri*, in qvibus *Eclogæ*. Phot. Cod. XI. ubi numerus librorum excidit.

Ἡ καθόλυ στοιχειώδης εἰσαγωγή. supra n. 3.

Ecclesiasticæ Demonstrationis libri. Phot. Cod. XII. Colomesius qvatuor libros fuisse putat, qvia qvatuor libri *Eclogarum Propheticarum* exstant MSti in Bibl. Vindobonensi: sed in calce libri qvarti illarum Eclogarum diserte tradit Eusebius, hnnc esse librum operis nonum. Et Eclogas Propheticas verisimilius habeat aliqvis pro parte τῆς καθόλυ στοιχειώσεως εἰσαγωγῆς, ut notavi supra num. 3.

Contra Porphyrium pro Christiana religione libri XXX. Svid. de qvibus tantum viginti ad se perveniisse ait Hieronymus cap. 81. Catalogi. Horum tribus postremis confutasse qvæ contra Danielis Prophetias argutatus idem Porphyrius fuerat, testatur idem Hieronymus ad Danielem. Alibi libros XXV. numerat, Epist. ad Magnum Oratorem. Laudat & Socrates III. 23. p. 200. Hoc opus Romæ adhuc servari, nimis temere multi credunt, inqvit Holstenius de Porphyrii scriptis pag. 63. Apollinarem iis, qvæ Eusebius & Methodius contra Porphyrium scripsit, præfert Philostorgius VIII. 14.

Ἔλεγχος κὰι Ἀπολογίας *Confutationis & Apologiæ* pro Christiana religione adversus Ethnicorum objectiones, *libri duo*, atqve alii libri duo ejusdem argumenti & sententiis verbisqve propemodum iidem, (forte altera priorum ἔκδοσις.) Phot. Cod. 13. Fallitur Valesius qvi libros contra Porphyrium cum his libris confundit. Nec minus fallitur Clariss Caveus, qvi cum his confundit Apologeticum Eusebii pro fide sua, de qvo supra num. 9.

Oratio de basilica Hierosolymitana Servatoris Sepulchro, ac de *donariis* ibi dedicatis, qvam licet prolixiorem stans Imperator Constantinus auscultavit. Eusb. IV. 33. de vita Constantini.

De

2011 Ministerio de Cultura

De Festo Paschali liber eidem Constantino dicatus, complexusqve μυστικὴν ἀνακάλυψιν τῆς ἑορτῆς λόγου, sive rationes Cycli novendecim annorum & historiam controversiæ de Paschate. Euseb. IV. de vita Const. cap. 34. & 35. ubi Imperatoris ad Eusebium Epistola qva ipsi gratias agit, & meminit latini interpretis, qvi scripta ejus in latinam linguam transferat. Eusebio ad componendam ἐννεακαιδεκαετηρίδα occasionem dederat S. Hippolytus sua ἑκκαιδεκαετηρίδι, teste Hieronymo cap. 61. Catalogi. Atqve ita capiendus Isidorus Hisp. VI. 17. Orig. & Beda de temporum ratione. cap. 42.

Περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πολυπαιδείας scripsisse se testatur Eusebius VI. 8. præparat Evangel. pag. 310. Idem opus in qvo Basilius de Spiritu S. cap. 29. legisse se significat, ἐπαπορήματα περὶ τῆς τῶν ἀρχαίων πολυγαμίας.

Epistolæ quamplurimæ, præter illas de qvibus supra num. 21. in qvibus omnibus Arianorum se fautorem prodere arguunt Acta Concilii Nicæni Act. VI. T. 3. edit. Binianæ p. 662. vertuntqve ipsi vitio, qvod licet Synodo Nicænæ subscripserit, & ποτὲ μὲν τῲ ἀληθείαν ὑποκρινόμενος ἀποδείκνυται, *nonnunquam veritatem simulare deprehenditur*, tamen non veniam publice petierit de scriptis suis eaqve rectractaverit, & pro Epistolis speciatim suis λόγον Ἀπολογίας non composuerit, vulgaveritqve.

Sermonem de defectu pluviæ memorat Hebed JEsu in Catalogo librorum Chaldæorum. n. 20.

XXVII. *Alii Eusebii, amplius sexaginta.*

Eusebius ex *Alexandrino* Diacono Episcopus Laodicenus, tertio sæculo clarus, de qvo supra cap. 1. pag. 275.

Eusebius Episcopus Alexandriæ cujusdam in Asia, qvarto sæculo, cujus Homilias qvasdam ineditas viri docti laudant, ut jam dicto loco retuli.

Eusebius Alexandrinus Rhetor, de qvo Eunapius in Proæresio p. 125. nescio idemne Eusebius Sophista, cujus μελέτας sive declamationes memorat Photius Codice 134.

2011 Ministerio de Cultura

Euſebius *Ancyranus* Epiſcopus, ad qvem Theodoriti Epiſt. & qvi interfuit Concilio Calchedonenſi.

Euſebius Andegavenſis, vide infra, Bruno.

Euſebius *Apolloniæ* in nova Epiro Epiſcopus, qvi interfuit eidem Concilio Chalcedonenſi.

Euſebius *Arabius* Sophiſta, Ulpiani Rhetoris æmulus, de qvo Svidas.

Euſebius *Aſiaticus*, infra, Novatianus.

Euſebius Epiſcopus *Aſponorum*, qvi Concilio Epheſino ſubſcripſit.

Euſebius *Beryti* Epiſcopus, infra in Nicomedienſi.

Euſebius Epiſcopus *Bononienſis*, qvi S. Ambroſium Mediolani audivit verba facientem de virginitate. De eo Baronius ad Martyrologium Rom. 26. Sept.

Euſebius *Bruno*, Epiſcopus *Andegavenſis*, in dogmate de S. Evchariſtia Berengarii ex amico & ſuffragatore adverſarius.

Euſebius *Cæſareenſis* in Cappadocia Epiſcopus, cui Magnus Baſilius ſucceſſit. De eo Sozomenus VI. 12. 15. 16. & è recentioribus Franciſcus Maria Florentinius ad Martyrologium Hieronymianum pag. 607. ſeqq.

Euſebius Baſilii Cæſareenſis æqvalis, & cum eo eadem domo & pædagogo eodem uſus, ad qvem exſtant ejusdem Baſilii, Gregorii Nyſſeni & Nazianzeni Epiſtolæ. vide Laur. Alexandri Zaccagnii monumenta vetera pag. 354.

Euſebium *Cappadocem* Rhetorem pro Euſtathio, ex memoriæ lapſu nominat Voſſius de Rhetoricæ natura cap. 12. pag. 88. Euſtathium enim Cappadocem vocat Eunapius in Ædeſio pag. 45. ſeq. qvem jactat propemodum perſvaſiſſe Sapori Perſarum Regi, ut tiaram privata vita permutaret.

Euſebius qvem ab Euſebio Samoſateno *Chalcidis* Epiſcopum conſtitutum ſcribit Theodoritus V. 4. Hiſt. Tripartita IX. 3. & Nicephorus XII. 5.

Euſebius Epiſcopus *Clazomenitanus*, qvi ſubſcripſit Concilio Epheſino, A C. 431. atqve Chalcedonenſi etiam interfuit A. 451.

Euſebius *Comes* ſub Conſtantino, idemqve *Conſul* A. C. 359. Gruter. Inſcript. pag. MLXXXVII. 5. MCLXII. 1. Alius Euſebius Comes ſub Honorio. Vide Jac. Godofredi proſopographiam Codicis Theodoſiani pag. 359.

Euſebius *CPolitanus* Epiſcopus. Vide infra in Nicomedienſi. Alius Eu-

2011 Ministerio de Cultura

Euſebius Diaconus CPolitanus, Chryſoſtomi defenſor. Idem forte ad qvem S. Nili Epiſt.

Euſebius *Cremonenſis* in cujus gratiam S Hieronymus de optimo genere interpretandi teſtatur ſe Epiſtolam Epiphanii ad Joannem Epiſcopum Hieroſolymitanum è Græco in latinum vertiſſe. De hoc Euſebio Bollandus V. Martii T. 1. pag. 369. ſeq. ubi vitam à Franciſco Ferrario ſcriptam exhibet cum notis.

Euſebius *Cyzici* Epiſcopus, qvi ſubſcripſit Synodo CPolitanæ ſub Menna, A. C. 536.

Euſebius *Diaconus*, ad qvem S. Nili Epiſtola 235. lib 1. edit. Allatii, vide ſupra in CPolitano. Alius Euſebius Diaconus ſub Eutyche T. 2. Concil. edit. Binianæ pag. 130. 131.

Euſebius *Doberorum* (Δοβήρων T. 2. Binii pag 40. 158. Δοβήρε p. 124. Topiritanus pag. 151.) in Macedonia prima Epiſcopus, qvi interfuit Concilio Chalcedonenſi.

Euſebius *Dorylæenſis* in Phrygia Salutari Epiſcopus, Neſtorii adverſarius & Eutychis, contra qvem Synodo CPolitanæ A. C. 448. libellum accuſationis exhibuit. Vide Clariſſ. Caveum ad illum annum, & Paſchaſium Qveſnellum ad Leonem M. pag. 830. *Epiſtola* hujus Euſebii *ad Imperatores Valentinianum & Marcianum* legitur in Actis Concilii Chalcedonenſis actione 1. T. 2. edit. Binianæ, Colon. 1618. pag. 42. *Oratio ad Synodum.* pag. 175.

Euſebius *Emeſenus* in Phœnicia Epiſcopus, ſemi Arianis favens, & A. C. 360. defunctus, de qvo Tillemontius T. VI. memor. Hiſt. Eccleſ. parte 2. pag. 124. ſeq. Genuina ejus ſcripta Hieronymo cap 91. de S. E. memorata interciderunt, præter καθ' ὑπολογισμὸν πρὸς τὸς Ἰουδαίους qvi MS. exſtat in Bibl. Vindobonenſi, teſte Lambecio lib. IV. pag. 184. Alias tres homilias 1. de Joanne Baptiſta, CHriſti adventum apud inferos prædicante, 2. de proditione Judæ & 3. in Diabolum & infernum poſt proditum à Juda CHriſtum, in eadem Bibliotheca Græce exſtare teſtatur lib. V. pag. 135. ſq. Hic eſt Euſebius Phœnix, qvi contra Manichæos ſcripſit, ſed qvod opus itidem intercidit. Homiliæ 50. autem ad populum & Monachos, ſub ejus nomine editæ à Jo. Gagnejo Pariſ. 1547. atqve ibidem 1561. 8. & Antvverp. 1555. recuſæ, atqve ſub nomine Euſebii *Gallicani* recenſitæ ab Andrea Schotto in Bibl. Patrum Colonienſi T. V. A. 1618. atqve inde Tomo VI. Lugd. farrago

2011 Ministerio de Cultura

ſunt variorum ſcriptorum latinorum, Hilarii Arelatenſis, Eucherii Lugd. Fauſti Regienſis qvi & ipſe *Euſebius* dictus, Cæſarii, Maximi Regienſis vel Taurinenſis, Gregorii M. Iſidori, Bedæ. Vide Tillemontium pag. 128. Edm. Albertinum de Evchariſtia pag. 877. Combefiſium in Bibl. Concionatoria T. 1. in recenſione auctorum pag. 12. & 18. Labbeum T. 1. de Script. Eccleſ. pag. 297. 310. Eliam du Pin Bibl. Eccleſiaſtic. T. 4. p. 175. & Latini Latinii Bibliothecam ſacro-profanam T. 1. pag. 114. ſeq. ubi caſtigationes qvædam ad illas homilias exhibentur. Aliæ ſunt homiliæ CXLV. in Evangelia feſtosqve dies, in Bibliotheca Concionatoria Lugd. 1588. & Combefiſiana, atqve una cum prioribus editæ Pariſ. 1575. 8. & Tom. VI. Bibl. Patrum Lugd. qvæ Schottus potius pro Bedæ vel Rabani collectaneis ex B. Auguſtino, Gregorio aliisqve Patribus habere ſe affirmat, inter Brunonis Aſtenſis A. 1151. defuncti opera prodierunt Venet. 1651. f. Nonnullas qvæ Eucherium Lugd. auctorem habent, edidit Jo. Livinejus Antvverp. 1602. 8. De Vita hujus Euſebii Emeſeni à Georgio Laodiceno Epiſcopo ſcripta vide Socratem II. 9. & Sozomenum III. 6. Nicephorum IX. 5.

Sub Euſebii *Epiſcopi* nomine exſtat latine à Carolo Fabiano verſa oratio *de commemoratione ſanctorum* ex edit. Thomæ Galleti, in ſupplemento Bibliothecæ Patrum Pariſienſi A. 1639. T. 1. pag. 826. In hac refertur, qvid Euſebius Epiſcopus neſcio qvis reſponderit Alexandro roganti, qvem fructum ferant qvi ſanctos ac beate defunctos colunt.

Euſebius Epiſcopus in Synodo CPolitana A. C. 360. depoſitus cum Euſtathio & Eleuſio. Philoſtorg. V. 3.

Euſebius Epiſcopus, ad qvem plures exſtant Epiſtolæ Iſidori Peluſiotæ.

Euſebius Epiſcopus cujus Opus adverſus Andream ἔγκλεισιν ſive incluſum memorat Photius Cod. 162. Vide infra, Euſebius Theſſalonicenſis.

Euſebius *Evnuchus* ſub Conſtantio Imp. Vide Godofredum pag. 199. ad Philoſtorgii IV. 1. & in Proſographia Codicis Theodoſ. p. 359.

Euſebius *Gallicanus*. Vide ſupra in Emeſeno. *Plauſtra ſermonum* ab eo compoſita ait Honoratus Maſſilienſis ſive qvisqvis auctor vitæ Hilarii Arelatenſis, apud Henſchenium ad V. Maji Tomo 2. Atqve hunc Baronius atqve Schottus putant notari ab Hartmanno,

2011 Ministerio de Cultura

no, Rabani Mauri discipulo, cujus in poëmate qvodam apud Canisium T. V. Antiqv. Lect. laudantur Episcopi *Martinus*, *Proclus*, *Cæsarius*, *Eusebiusque*.

Eusebius Gennadio cap. 35. memoratus ante Vigilantium, qvem oppugnavit Hieronymus. *Eusebius*, inqvit, *scripsit de crucis Domini mysterio*, *& Apostolorum, præcipueque Petri constantiam virtute crucis, indeptam*.

Eusebius Episcopus *Heracleensis*, qvi subscripsit Concilio Ephesino.

Eusebius Pater S. *Hieronymi* Stridonensis, qvi & ipse integro nomine Eusebius Hieronymus appellatur.

Eusebius *inclusus*, à Constantio Imp. Ariano, vide Martylogia 14. August. Romæ ejus nomine Ecclesia dedicata est.

Eusebius *Laodicensis* Episcopus. supra in Eusebio Alexandrino. Alius Eusebins Laodicensis presbyter, qvi in Concilio Chalcedonensi vices Macarii Episcopi Laodic. gessit.

Eusebius Episcopus *Larissenus*, qvi interfuit Synodo CPolitanæ sub Menna. A.C. 536.

Eusebius *Lyciæ* & Pamphiliæ præses sub Constantino M. Cod. Theodos. lib. 13. tit. 10. de censu lege 2.

Eusebii Martyres complures in Martyrologiis memorantur, qvos singillatim referre nihil attinet, uti nec eos, qvi in Gruteri Inscriptionibus sunt obvii.

Eusebius *Magnesiæ* Episcopus, qvi subscripsit Concilio Ephesino.

Eusebius *Mediolanensis* præfectus. Vide infra, Eusebius præfectus.

Eusebius *Mediolanensis* Episcopus, Ennodio celebratus, qvi Synodo Chalcedonensi suffragatus synodicas literas scripsit ad Leonem Papam. De eo Baronius ad Martyrolog. Rom. 12. August.

Eusebius *Monachus*, cujus meminit Nicephorus XI. 37. & XIII. 10. Hist. Nescio idemne qvem apud Carras philosophatum scribit. XI. 40. vel ad qvem scribit S. Nilus lib. 1. Epist. 136. edit. Allatii. Certe alius de qvo mentio in Theodori Studitæ lib. 2. Epist. 24.

Eusebius *Myndius* sive Myndo Cariæ oppido oriundus, Ædesii discipulus. Eunapius in Maximo. pag. 69.

Eusebius *Nicomediensis*, Eusebii Pamphili frater vel consobrinus, Beryti primum, tum Nicomediæ Episcopus, deniqve circa A.C. 338. in locum detrusi Pauli Confessoris evectus ad sedem Constantino-

2011 Ministerio de Cultura

tinopolitanam à Constantio Imp. Nicomediæ teste Zonara Julianum educavit (postea Imperatorem) *quem genere longius contingebat*, ut narrat Ammianus XXII. 9. Luciani Martyris discipulus, atqve inde Collucianista Ario apud Theodoritum p. 21. Hist. Cujus Arii magnus licet fautor, pacem tamen cum Julio Rom. urbis Episcopo & communionem cum Ecclesia Catholica ad obitum usqve retinuit, ut observat Valesius ad Socratem pag. 181. Confer Bulli defensionem fidei Nicænæ. pag. 515. Nihil ejus hodie exstat præter Epistolam ad Paulinum Tyri Episcopum apud Theodoritum lib. 1. cap. 6. & qvæ de altero libello sive Epistola coram Synodi Nicænæ Patribus producta Ambrosius lib. 3. de fide cap. 15. ac Theodoritus lib. 1. Hist. cap. 8. Tum libellus pœnitentiæ sive satisfactionis qvo ad Episcopos misso A. C. 328. sedi suæ Nicomediensi restitutus est, apud Socratem 1. 14. Sozom. II. 16. Tripartit. II. 17. & Niceph. VIII. 43. licet illam Palinodiam suppositititiam esse contendit auctor Apologiæ portus Regii, Gallice editæ A. 1669. parte IV. pag. 32. seq. neqve habet qvæ objectonibus ejus respondeat Tillemontius in Memoriis Histor. Eccles. T. VI. parte 3. pag. 926. seq.

Eusebius Episcopus *Nicopoleos*, qui Concilio Ephesino subscripsit.

Eusebius *Novatianus*, qvem de partibus Asiæ ad se venisse scribit Cassiodorus cap. 5. divin. lect. ubi mira de ejus eruditione, licet sub qvintum ætatis annum oculorum usu penitus privati.

Eusebii *Officionum Magister* sub Athanasio Imp. memoratus Theodoro Lectori lib. 2. Hist. pag. 559.

Eusebius *Palatinus* nullus est, sed duo Martyrum Afrorum nomina sunt Eusebius & Palatinus. Vide Bollandum T. 1. Martii p. 366.

Eusebius Episcopus *Pelusii*, qvi Concilio Ephesino subscripsit.

Eusebius *Phœnix*, qvi scripsit contra Manichæos. Vide supra, Eusebius Emesenus. Meminit Epiphanius. T. 1. pag. 638. Theodoritus lib. I. de hæret. fabulis cap. 28. & Niceph. VI. 31. Hist.

Eusebius Mediolanensis *præfectus* sub Honorio Imp. Paulinus in vita S. Ambrosii. Vide supra, Eusebius Comes. Ad hunc Eusebium Symmachi Epistolæ, VIII. 34. IX. 52.

Eusebius *presbyter* Alexandrinus, qvi interfuit Concilio Nicæno. Gelas. II. 3. de actis Concilii Nicæni.

Eusebius *presbyter* ad qvem scribit Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 10.

Euse-

2011 Ministerio de Cultura

Euſebius presbyter Nicænus, qvi una cum Conſtantino presb. interfuit Concilio Chalcedonenſi, & Epiſcopi Nicæni Anaſtaſii vices geſſit.

Euſebius Epiſcopus *Romanus* A. C. 310. de qvo Martyrologia XXVI. Sept. Jactatas ſub ejus nomine ab Iſidoro Mercatore Epiſtolas explodit David Blondellus in Pſeudo Iſidoro p. 403. ſeq.

Euſebius Lector Romanus. infra in Vercellenſi.

Euſebius Epiſcopus *Samoſatenus*, fidei Catholicæ adverſus Arianos ſtrenuus propugnator, & à Valente Imp. miſſus in exilium, poſt cujus mortem ab Ariana muliere, qvæ è tecto in tranſeuntis caput tegulam immiſit, fuit occiſus A. C. 379. De eo multa Theodoritus in Hiſt. Eccleſ. & Baronius ad Martyrolog 21. Junii. Tillemontius Tomo VIII. Memor.

Euſebius *Sardus*. Vide infra, *Vercellenſis*.

Euſebius *Scholaſticus*, Troili Sophiſtæ diſcipulus, qvi heroico verſu libris IV. Græce ſcripſit Γαϊανίδα ſive de bello Arcadii contra Gainam Gothum. Vide Socratem VI. 6. & Nicephorum XIII. hiſt. Eccleſ. cap. 6. pag. 362.

Euſebius Epiſcopus *Sebaſtiæ* Palæſtinæ. Vide Godofredum ad Philoſtorgium pag. 244.

Euſebius Sophiſta. Vide ſupra Alexandrinus & Arabius.

Euſebius *Seleucoboli* in Syria Epiſcopus, qvi interfuit Synodo Chalcedonenſi.

Euſebius *Seleuciæ* Syriæ Epiſcopus, qvi ſubſcripſit conciliabulo Seleucienſi. Epiphan. LXXIII. 26. T. 1. pag. 874.

Euſebius Epiſcopus *Theſſaliæ*, qvi Andream Monachum, Aphthartodocetarum hæreſi addictum, breviore primum paræneſi, deinde decem libris confutavit, de qvibus videndus Photius Cod. 162. Ad hunc Euſebium exſtat Epiſtola Gregorii M. lib. IX. 69. de perverſitate ejusdem Andreæ Monachi, ex qva Epiſcopum Theſſaliæ fuiſſe conſtat, qvod Photius tacuit, Epiſcopum modo fuiſſe teſtatus. Alii pro *Theſſaliæ* Epiſcopo legunt *Theſſalonicenſem*, qvod probatur Clariſſimo Caveo ad A. C. 601.

Euſebius Tyri Epiſcopus, qvi Synodo qvintæ interfuit, A. C. 553.

Euſebius Epiſcopus *Valentianopolis*, defenſor Joannis Chryſoſtomi.

Euſebius Sardus, ex Romanæ Eccleſiæ lectore *Vercellenſis* Epiſcopus, qvi Calendis Auguſti colitur. De eo nolo repetere qvæ

Ad

2011 Ministerio de Cultura

ad A. C. 354. præclare idem Caveus, tantum addo Vitam ejus ab antiqvo auctore scriptam, legi apud Ughellum Italiæ sacræ Tomo IV. & Commentariorum Eusebii Cæsareensis in Psalmos ab Vercellensi latine translatorum meminisse Hieronymum adversus Vigilantium his verbis: *Sit in culpa ejusdem confessionis Vercellensis Eusebius, qui omnium Psalmorum Commentarios hæretici hominis vertit in nostrum eloquium, licet hæretica prætermittens, optima quæque transtulerit.* Deniqve Epistolas in exilio scriptas ad Presbyteros & plebes Italiæ, & ad Patrophilum, legi etiam in supplemento Bibliothecæ Patrum Parisiensi T. 1. pag. 627. & in editione Bibliothecæ Lugdunensi Tom. V. pag. 1227.

XXVIII. *Scriptores Græci Hist. Ecclesiasticæ deperditi.*

Hegesippus * libris V. de successione Apostolicæ prædicationis, de qvo opere dixi supra cap. 1. pag. 188. seq.

Judas & *Julius Africanus* in suis Chronographiis, de qvibus itidem dixi pag. 199. & 296. Apud Eusebium vero VI. 13. & Hieronymum in Catlaogo cap. 38. legas *Cassiani* χρονογραφίας mentionem fieri in Clementis Stromatis, qvam in opere illo Clementis non reperio.

Philippi Sidetæ Presbyteri, qvi post sæculi V. initia claruit, χριστιανικῆς ἱστορίας sive Historiæ Christianæ ab Orbe condito ad suam ætatem libri XXXVI, sed longe pluribus ac mille propemodum tomis, singulis enim libris argumentum, tomi integri magnitudine præmiserat, & librum unumqvemqve λόγοις sive τόμοις XXIV. iterum distinxerat, qvod voluminosum opus auctori Historiæ Tripartitæ XII. 3. *multam* visum est *habere confusionem, nec satis prodesse legentibus*, uti magis etiam constat ex Socratis VII. Hist. cap. 27. Nicephoro XIV. 29. & Photio Cod. 35. Fragmentum

* Ante Hegesippum, à Sozomeno in præf. laudatur inter scriptores Hist. Ecclesiasticæ *Clemens*, neqve improbabile est, qvod Valesio placere video, respici ab eo opus recognitionum Clementi Rom. tributum, licet Clemens etiam Alexandrinus in Stromatis & deperdito Hypotyposeon opere plura ad Historiam Ecclesiasticam primorum temporum facientia observavit. Non obstantibus autem Clementis, Hegesippi, Judæ & Julii Africani scriptis, vere tamen Eusebius pag. 4. Hist. ait πρῶτον se τῆς ὑποθέσεως ἐπιβῆσαι, primum argumento huic explicando & Historiæ Ecclesiasticæ scribendæ animum applicuisse.

2011 Ministerio de Cultura

tum hujus Philippi insigne de Scholæ Alexandrinæ succession vulgavit illustravitqve V. C. Henr. Dodvvellus ad calcem dissertationum in Irenæum, Oxon. 1689. 8. Aliud fragmentum Acta disputationis de CHristo, in Perside Christianos inter Gentiles ac Judæos habitæ, cui ipse Philippus interfuit, complexum, habetur MS. in Bibl. Cæsarea teste Lambecio lib. V. pag. 137. qvi tamen fallitur lib. IV. pag. 179. ubi ad hunc Philippum refert fragmentum de tinctura æris Persici & ferri Indici. Nam verba βαφὴ δ' ἣν ἐπὶ Πέρσαις ἐξευρημένη χαλκῷ γραφεῖσα ἀπὸ ἀρχῆς φιλίππου, tincturam jam tempore principatus Regis Macedonum Philippi descriptam significant, ut recte notavit Cotelerius T. 3. monument. pag. 598.

Hesychius presbyter Hierosolymitanus, è cujus Historia Ecclesiastica locus de Theodoro Mopsvesteno circa A. C. 428. defuncto affertur in Collatione V. Synodi V. habitæ CPoli A. C. 553. T. 2. Binii parte 2. pag. 71.

Johannes *Presbyter Ægeates scripserat à depositione Nestorii & Theodosii junioris temporibus Historiam Ecclesiasticam libris decem. Ex his qvintus (solos enim priores qvinqve legisse se testatur Photius Cod. XLI.) desinebat in depositione Petri Fullonis A. C. 483. Idem est ὁ Διακρινόμενος in Originibus CPol. Combefisii pag. 24. 28. 33. cum Eusebio allegatus, & Joannes Diacrinomenus ex cujus Historia Ecclesiastica affertur nonnihil à Theodoro Lectore lib. 2. Hist. Eccles. p. 563. & ex eodem ut videtur Theodoro in Synodo VII. Act. 5. T. 3. Binii pag. 609. seq. Vocabant enim se Diacrinomenos ** qvi à Chalcedonensis Synodi decretis recedebant, & Dioscorum sectabantur. Hic vero Johannes non in ista tantummodo Historia sua, sed etiam alio peculiari opere Synodum Chalcedonensem oppugnavit, ut refert idem

* Hunc Joannem diversum puto à Joanne Rhetore, cujus Historiam laudat Evagrius licet cum eo eundem facit V. C. Mich. le Qvien ad Damascenum T. I pag. 369. nec minus diversus est haud dubie à Joanne Antiocheno Malala, cum qvo confundit Combesius in Origg. Cpolitanis pag. 59.

** Nicetas lib. IX. thesauri: Διακρινομένους ὠνόμασαν ἑαυτοὺς ἐκ τοῦ μὴ συντίθεσθαι τοῖς δογματισθεῖσι παρὰ τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων πατέρων. Adde Cotelerium Tomo 3. monument. Eccles. Græc. pag. 641. & Cangium pag. 51. ad Zonaram.

2011 Ministerio de Cultura

Photius Cod. XLI. & LV. ubi hæreticum Neſtorianum † appellat, calami lapſu credo, qvem Eutychianum volebat dicere.

Baſilius Cilix una cum Theodoro Lectore citatur in Græco ſcholio ad Evagrii III. 21. is nempe à qvo Hiſtoriam Eccleſiaſticam libris tribus ſcriptam teſtatur Photius Cod. XLII. à Marciano Imp. usqve ad tempora Juſtini Thracis, qvæ libro tertio perſecutus fuit. Eundem Cilicem Baſilium Presbyterum Antiochenum Anaſtaſio imperante clarum & fautorem Neſtorianiſmi libros XVI. dialogi in morem ſcripſiſſe adverſus Jo. Scythopolitanum Μανιχαϊσμὸν (qvo nomine tum temporis hæreſin Eutychis perſtringebant) defenſorem refert idem Photius Cod. 107. & 95. ex qvo diſcimus opus illud inſcriptum Leontio cuidam ἐσιωπέτῳ καὶ Θεοφιλεσέτῳ πατέρι, colloqventesqve inductos Lampadium, Taraſium & Joannis propugnatorem Marinum. Qvod ſi idem eſt Baſilius cujus Svidas in Ἀρχέλαον & Βασίλειον meminit, ut ſane ætas qva vixit ſvadet, factus deinde Irenopoles, in Cilicia Epiſcopus, ſcripſit etiam eodem Svida teſte adverſus Archelaum presbyterum κολωνείας.

Ex *Philonis* Philoſophi Hiſtoria Eccleſiaſtica profert nonnulla Mich. Glycas, Annal. pag. 282. ſeq.

Neſcio cujus *Amorionis* Hiſtoria Eccleſiaſtica inter Codices Græcos MSS. Bibl. Scratiacenſis memoratur apud Poſſevinum in Appendice ad Apparatum ſacrum, qvi etiam *Zachariæ* Rhetoris Hiſtoriam Eccleſiaſticam MS. CPoli, ex Verderio annotat. Sunt & qvi *Theodori Metochitæ* citent Hiſtoriam Eccleſiaſticam, inqvit Labbeus in protreptico de ſcriptoribus Hiſt. Byz. pag. 51. qvam mihi nondum vidiſſe fas fuit.

XXIX. PHILOSTORGIUS. ex Boriſſi pago Cappadox, Carterii Eunomiani a) & Eulampii (cujus pater Anyſius presbyter

† Fuit & Chronographus cui *Neſtorianus* nomen, qvi Hiſtoriam ſuam ad Leonem juniorem perduxit. Chronicon Paſchale pag. 324. καθῶς Νεσοριανὸς ὁ σοφώτατος χρονογράφος ἕως Λέοντος, συνεγράψατο. Eadem habet Jo. Malala II. pag. 85. qvi Neſtoriani etiam meminit. pag. 11.

a) Philoſtorgius ipſe IX. 9. qvi teſtatur Eulampium matrem perſvaſionibus ſuis patrem Anyſium fratresqve & alios propinqvos ab homouſii profeſſione ad Eunomii ſectam deduxiſſe. Alius Philoſtorgius ἄρις ἰατρῶν ſub Valentiniano & Valente, de qvo noſter VIII. 10. Alius cujus meminit Arrianus III. 17. Epictetearum diſſertationum.

2011 Ministerio de Cultura

byter erat) filius, Eunomianus & ipſe, atqve tum cum Eunomius Cæſarea A.C. 388. pelleretur, viginti annos b) natus. Hic ſemi-Arianos non minus qvam Catholicos graviter paſſim perſtringit, Arianos vero & Eunomianos defendit, celebratqve libenter, & effert laudibus, unde diu eſt qvod Hiſtoriam ejus non Hiſtoriam ſed *Encomium Hæreticorum & criminationem atqve vituperationem Orthodoxorum* inſcribendam eſſe monuit Photius c) Cod. XL. Atheum vero dictum fuiſſe Philoſtrogium male colligunt viri docti ex hoc Epigrammate perperam accepto, qvo Eunomianus qvidam laudare utiqve, non proſcindere opus Eunomiani hominis voluit:

ἱςορίην ἐτέλεσα, Θεὸς d) χαρίτεσσι σοφῆσι.
Πεφάγμαι ἀληθείης ποικίλ' ὑφηνάμενος.

Hiſtoriæ telam bene Numine dante peregi,
Contexens opere plurima vera meo.

Scripſit *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* * ab controverſiæ Arianæ initiis ſive ab A.C. 300. usqve ad A. 425. qvo Valerianus Junior Honorio ſuccеſſit, Volumina duo, qvorum ſingula in τόμους, λόγους ſive libros ſex diſtincti erant, ut adeo in univerſum *libri* eſſent *duodecim*. Horum primæ literæ ſi conjungerentur, nomen auctoris referebant, cujusmodi ἀκροστιχίδας e) operibus ſuis intexuere olim Epicharmus & Heraclides Ponticus, atqve Philoſtorgii exemplo Nicepho-

b) Idem X. 6.

c) Photius: ἡ δὲ ἱςορία, τῶν αἱρετιζόντων ἐςὶν ἐγκώμιον αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῶν ὀρθοδόξων διαβολὴ καὶ ψόγος μᾶλλον ἡ ἱςορία. Atqve iterum: ἱςορεῖ δὲ τἀναντία σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἐκκλησιαςικοῖς. Ἐξαίρει τὰς Ἀρειανίζοντας ἅπαντας, λοιδορίας πλύνει τὰς ὀρθοδόξους, ὡς εἶναι τὴν ἱςορίαν αὐτῷ μὴ ἱςορίαν μᾶλλον ἀλλ' ἐγκώμιον μὲν τῶν αἱρετικῶν, ψόγον δὲ γυμνὸν καὶ κατηγορίαν τῶν ὀρθοδόξων.

d) Jacobus Godofredus, qvi in prolegomenis ad Philoſtorgium fuſe atqve erudite de illo ſcriptore, & de ejus eruditione in omni genere literarum diſſerit, legit ἐτέλεσα' ἀθέσ, putatqve eſſe Epigramma hominis Catholici, cui Eunomiano proprium nomen. Sed Godofredum refellit Jo. Pearſonius notis ad Symbolum Apoſtolicum pag. 309. edit. latinæ.

* Hinc Nicephoro audit ὁ Ἐκκλησιαςικὸς lib. XII. 29. Hiſt. qvem alioqvi tanqvam hæreticum ſolet vocare θεομισῆ *inviſum Deo* lib. 1. pag. 35. & lib. VII. cap. 19.

e) Vide Mureti Varias Lect. IX. ult. Menagium ad Laërt. p. 227. Voſſium Hiſt. Græc. II. 20. Vetus Epigramma apud Jac. Godofredum pag. 17.

2011 Ministerio de Cultura

rus Calliſtus, è latinis Ennius, Commodianus, Damaſus aliiqve. Opus ipſum Philoſtorgii diu eſt qvod intercidit: ſed præter brevem de eo notitiam judiciumq; ac cenſuram in *Photii* Bibliotheca Cod. XL. obviam, ejusdem Photii ampla ex ſingulis duodecim libris excerpta ſervata ſunt, qvæ habuit Venetiis Diegus Hurtadus, Geſnero teſte, & primus ex codice Bongarſiano Græce edidit, & capitibus diſtincta cum verſione ſua & uberrimis doctisqve annotationibus & prolegomenis indiceqve locupletiſſimo in lucem protulit *Jacobus Godofredus*, Genev. f) 1642. 4. Eadem excerpta MSS. editis longe emendatiora habere ſe teſtatus eſt Bochartus Tom. I. lib. 2. Hierozoici cap. 55. Atqve Bocharti codicem Valeſio à ſe communicatum refert Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra pag. 379. Itaqve ad eum & Scoriacenſis codicis lectiones paſſim provocat *Henr. Valeſius*, nec minus ad emendationes, qvas Codici ſuo Lucas Holſtenius adſcripſerat. Edidit laudatus Valeſius Philoſtorgii excerpta emendatiora cum meliore verſione ſua notisqve ad calcem Hiſtoriæ Theodoriti, Evagrii & Theodori Lectoris Pariſ. 1673. fol. qvæ editio recuſa eſt Moguntiæ ut habet titulus ſive potius Francofurti 1679. nam qvæ Amſtelodamum A. 1695. in fronte præfert, illa ipſa Moguntina eſt, novo titulo ornata. Præter *fragmenta* Philoſtorgii ex Nicetæ lib. V. theſauri, ex Johanne Antiocheno (cujus locum primus attulit Salmaſius p. 407. ad Solin.) Svida & Photio à Jac. Godofredo producta, nova etiam ex Svida à ſe obſervata Valeſius editioni ſuæ ſubjunxit. In notis Valeſii Godofredus freqventiſſime reprehenditur, interdum etiam ſatis acerbe, ut pag. 130. ubi imperitiam ejus in legendis Græcis exemplaribus & pag. 136. ubi Græcæ lingvæ in illo imperitiam caſtigat. Verum audiendus ſane erat Godofredus, vir bene doctus & multis nominibus præclare de literis meritus, qvi in prolegomenis pag. 57. ſeq. veniam à lectore æqvo ſibi pollicetur his verbis: *Novi ipſe, qvam in multis contextus ipſe inemendatus exeat, quam multa qvoqve deſiderari poſſint in prima hac Interpretatione, quot denique mendae ubi-*

Γράμματα δώδεκ' ἔχει Φιλοστόργιος, ὄνομα καλὸν,
Τέυχεα δὴ καλὰ γράμμα λόγυς ἀνεγράψατο τύτυς,
Ἀρξάμενος πρώτυ ἀπὸ γράμματος, εἶτ' ἐν ἑφεξῆς
Καὶ διὰ τῆς αὐτῶν ἀρχῆς ἓὸν ὄνομα γράψας.

f) Male 1634 excuſum in Eliæ du Pin. Bibl. Scriptorum Eccleſ. T. 4. pag. 77. Godofredi Diſſertationes in Philoſtorgium theſaurum ſinceræ totius Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ vocat Claudius Sarravius Epiſt. 45.

2011 Ministerio de Cultura

ubique irrepserint. Verum & mihi & Typographo veniam sperare licet, non unà ratione: Ipsa primum scripti hujusce ratio id sperare jubet. Notum iis, qui in Manuscriptis versantur, quam inemendatis his uti plerunque contingat, cujusmodi certe fuit is quo nos usi sumus ex illustrissima Bernatum-Bongarsiana bibliotheca, humanitate Viri Doctissimi Clarissimique D. Luithardi *mihi concesso: Notum deinde, quantus labor in hujuscemodi eclogis, fragmentis, ἀποσπασματίοις, quorum series interrupta, probe statim in capita dissecandis, inque Latium vertendis versetur: quando multa sæpe aliunde adsumi oportet ad eorum sensum probe adsequendum, multum certe manu animoque versanda illa, priusquam de fine & scopo cujusque, sensuve liquido constare possit. Adde qvod Photii censuram judiciumque à Philostorgianis distinguere sæpe operosum erat. Altera excusationis ratio est, ipsa editionis festinatio, quam impatiens rei literariæ juvandæ studium nobis extorsit. Nam ut in studiis illud volupe, cum ex abdito quid eruere primum datur, ita illud ipsum ilico in publicum sine ulla comperendinatione depromere in summa voluptatis meæ parte ipse ponere soleo. Hinc igitur festinatio illa, non sine vitio aliquo: sed quam opinor prætulerit optimus quisque tam lentis nominibus hominibusque, qui longa exspectatione alios torquere solent, adque scientiæ suæ auctoritatem pertinere putant, si repertis à se soli quam diutissime incubent. Quare pro scuto mihi illud,*

Da veniam subitis, non displicuisse meretur,
Festinat, Cæsar, qvi placuisse tibi.

Postrema excusationis nostræ ratio est, quod Philostorgii sive mavis Photii contextus una cum versione à me subito effusa, absente me Legationibusque assiduefungente, vel Consulare munus obeunte, typis mandata sunt: qvæ alioquin sub oculis meis constituta prælo saltem currente emendare accuratius, subque limam revocare attentius potuissem. Etiam à *Stephano Clerico* Philostorgium recensitum, & in eo non pauca, qvæ & Godofredum & Valesium præterierunt observata, notat filius Joannes Clericus præfat. ad parentis sui patruiqve Davidis Clerici qvæstiones sacras Amst. 1685. 8.

XXX. SOCRATES CPoli a) natus atqve educatus, Grammaticos ibi audivit Ammonium atqve Helladium b) ambos à CHristi nomine alienos, & ob templa Idolorum A. C. 389. Timasio

a) Socrates ipse V. 16. b) Idem ibid. ac Photius Codice 28.

2011 Ministerio de Cultura

sio & Promoto COSS. destructa c) profugos Alexandria, atqve CPoli commorantes. Postea Troilo Sophistæ in Rhetoricis operam dedisse non sine caussa Valesius d) conjicit. *Scholastici* e) cognomen facit ut caussas eum in foro egisse noscamus. Novatianis faviisse se non uno prodit loco, f) qvod & Jacobus Billius animadvertit lib. 1. Observatt. sacr. cap. 26. etsi propterea ipsum fuisse *καθαρὸν* sive Novatianum, parum esse credibile, contra Nicephorum g) aliosqve qvi illud affirmant, pluribus disputat laudatus Valesius, præcipue illo pugnans argumento, qvod Socrates VI. 20. & 23. Novatianos hæreticis annumerare non dubitavit, & perpetuo Ecclesiæ & Catholicis solet eos opponere.

Scripsit *Historiæ Ecclesiasticæ* ad Theodorum, h) qvem *ἱερὸν Θεοῦ ἄνθρωπον* vocat, *libros VII.* ab Anno I. Olympiadis CCLXXI. CHRISTI 306. qvo Constantinus Imperator est renunciatus, ad Annum II. Olympiadis CCCV, Consulatum Theodosii junioris XVII. i) Annum CHristi 439. *Rufini* k) primo fidem secutus, postea ex

c) Socrates loco laudato, Sozomenus VII. 15. Theodoritus V. 21. seq. Tripartita IX. 27. Nicephorus XII. 25. Marcellinus in Chron. &c.

d) Valesius in Socratis vita.

e) Scholastici, Rhetores dicti sunt, tum etiam advocati ac legisperiti. Vide Vales. ad Socratem pag. 77. Cangii glossaria & qvæ viri docti, ad Petronium. Hanckius de Romanarum rerum scriptoribus pag. 178. seq.

f) Ut qvando Novatum s. Novatianum Martyrio functum sub Valeriano scribit IV. 28. qvod diserte negant Eulogius apud Photium Cod. 182. & Pacianus lib. de pœnitent. Confer Jo. Felli Episcopi Oxonienſis notas ad Cypriani Epist. 61. p. 145.

g) Nicephorus Lib. I. cap. 1. & lib. XI. cap. 14.

h) Gregorius M. VI. 31. Epist. ait Sozomeni Historiam Ecclesiasticam ab Apostolica sede non recipi, qvod *Theodorum* Mopsvestiæ laudat. Hinc Jo. Jacobus Hofmannus in Lexico universali putat à Gregorio per memoriæ lapsum, Sozomenum nominatum esse pro Socrate. Videtur itaqve Hofmannus existimasse Theodorum hunc cui opus suum Socrates inscripsit, & qvem laudat II. 1. & IV. 48. esse Theodorum Mopsvestenum. Sed is jam A. C. 430. obierat, & Socrates Theodorum suum post A. C. 439. alloqvitur.

i) Socrates ipse VII. ult. Ait autem Historiam suam complecti Annos 140. numerum rotundum ita præferens accurato, qvi est 133.

k) *Rufini* libros duos Historiæ Ecclesiasticæ, qvos ab Arii initio ad Theodosii M. obitum productos non accurato valde studio, atq; ut Valesio in vita Socratis videtur, memoriter composuit, inscripsitqve Chromatio Aqvilejensi Episcopo, è latino *Græce* ver-

2011 Ministerio de Cultura

ex melioribus in qvæ incidit monumentis emendavit qvæ perperam ille tradiderat, & librum primum ac secundum, qvibus pleraqve Rufini expresserat, de integro novos fecit. Passim qvoqve ostendit multum se tribuere *Sabino* Macedoniano l) à qvo & ipso subinde deceptum viri docti, arguunt. Merito tamen judicii & industriæ laus ei relinqvitur, qvam pro cæteris argumenti illius scriptoribus Socrati Valesius vindicat. Socratem libenter seqvitur Sozomenus, ne de Nicephoro dicam, qvi integrum prope in Historiam suam transtulit. *Græ-*

verterunt *Gelasius* Cæsareensis & *Cyrillus* Hierosolymitanus, teste Photio Cod. 89. Rufini Historia usum se fuisse testatur Socrates lib. 2. cap. 1. nec diffitetur in libro primo & secundo Historiæ suæ, vestigiis ipsius prius institisse. Sed postea Athanasii scripta & clarorum illa ætate Virorum Epistolas nactus, intellexit pleraqve à Rufino tradi perperam & falso, itaqve totum suum librum primum & secundum non dubitavit ἄνωθεν ὑπαγορεῦσαι *novos ex integro dictare*, atqve locupletare libello depositionis Arii, & Imperatoris Constantini Epistolis. Socratem usum fuisse Græca Rufini versione contendit Henr. Dodwellus de jure Laicorum sacerdotali pag. 278. Theodoritum Petavius in diatriba de potestate consecrandi p. 83. atqvi ambo unum locum Rufini diversimode interpretantur, itaq; saltim alteruter ipsorum functus ipse loco interpretis fuerit. In Actis septimæ Synodi sive secundæ Nicænæ, actione prima T. 3. edit. Binianæ p. 494. afferuntur qvædam Græce ex Rufini Historia Ecclesiastica, verum qvæ non apud Rufinum sed Socratem lib 2. cap 27. & 38. iisdem verbis leguntur, ut etiam Valesius observavit. At enim qvod ab illo viro doctissimo est omissum, in iisdem Actis pag. 491. producitur Græce locus prolixior ἐκ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Ῥουφίνου πρεσβυτέρου Ῥώμης ad verbum translatus ex Rufini lib. 1. Hist. cap. 28. seq.

l) Godfridus Hermantius præf. ad vitam S. Athanasii : *Plusieurs celebres auteurs de nostre siecle avoient déja remarqué un tres grand nombre de fautes dans l'histoire de* Socrate, *dont* Sozomene *n'a presque esté que le copiste. Et en effet cet Historien aiant suivi en plusieurs rancontres un ancien auteur nomme* Sabin, *de la secte des Macedoniens, il ne faut pas s'etonner, qu'il se soit égaré sous la conduite de ce guide, que l'on peut presumer raisonnablement, n'avoir pas esté fort fidelle.* De Sabino illo Macedonianorum Heracleæ in Thracia Episcopo, cujus συναγωγὴν τῶν συνοδικῶν sive *Actorum Synodicorum collectionem* (à Concilio Nicæno usqve ad Valentis tempora, sub qvo vel sub Gratiano scripsisse videtur) laudat Socrates pag. 22 31 92. 95. 146. 182. 204. 224. 231. Illam MStam CPoli ante hos centum & qvinqvaginta adhuc annos latuisse ex Verderio notat Possevinus in Appendice ad apparatum sacrum. Plura de Sabino vide apud Tillemontium Memor. Hist. Eccles. Tom. VI. parte 2. p. 504. seq. Stephanum le Moyne ad Varia sacra p. 783. & B. Ittigii Historiam Concilii Nicæni pag. 38. seq. ubi refellit Sandium qvi in nucleo Hist. Eccles. pag. 166. Sabino illi tribuit συναγωγὴν καὶ ἔκθεσιν τῶν ἁγίων πασῶν συνόδων, qvam Ravius ex oriente secum attulit, atqve Usserius refert ad Photium Tyri Episcopum, qvi interfuit Concilio Chalcedonensi. Anonymum vocat Seldenus pag. 68. 89. ad Eutychii Origines Alexandrinus.

2011 Ministerio de Cultura

Græce primus hos libros una cum Eusebio, Sozomeno, Theodorito Eclogis Theodori Lectoris atqve Evagrio in lucem edidit Rob. Stephanus. Paris. 1544. fol. typis regiis.

Latine primus qvodammodo vertit Socratem, Sozomenum & Theodoritum in unum corpus *Historiæ tripartitæ* libris XII. distinctum contrahendo *Epiphanius Scholasticus*, sub sexti sæculi initia, auspiciis Cassiodori, qvi hoc testatur in præf. ad illam Historiam, & cap. 17. libri de divinis lectionibus. Historia illâ tripartita usus jam medio sexto sæculo fuit Liberatus Carthag. Archidiaconus in breviario Hist. Nestorianæ cap. 2. At Rufinum ex Historia tripartita suam Eusebii continuationem hausisse, error est B. Rhenani, à B. Ittigio pag. 732. de Bibliothecis Patrum recte notatus, cum Socrate ipso Theodorito ac Sozomeno antiqvior Rufinus fuerit. Prodiit Historia tripartita Parisiis sine anni nota in octavo apud Franciscum Regnault, & postea ex *Beati Rhenani* recognitione Basil. 1523. 1528. 1533. 1539. 1568. atq; Francof. 1588. fol. una cum Historia Ecclesiastica Eusebiana qvam Rufinus vertit & duobus libris continuavit. Denique *Jo. Garetius* Monachus Benedictinus in nova Operum Cassiodori editione Historiam tripertitam ad MSS. Codd. recensuit, & locorum Socratis, Sozomeni & Theodoriti qvæ Epiphanius interpretatur paginas, ex Valesiana editione, utili instituto annotavit. Rothomag. 1679 fol. *Gallicam* versionem Ludovici Cyanei, Paris. 1568 fol. apud Ægidium Gourlinum excusam memorat Franciscus à Cruce in Bibl. Gallica pag. 293. *Germanice* cum Eusebio & Rufino, Casp. Hedione interprete prodiit Tripartita Argentorat. 1545. fol.

Versio latina *Wolgangi Musculi* prodiit Basil. 1549. 1557. 1594. fol. cum Eusebio, Sozomeno, Theodoro Lectore, Evagrio atqve Dorothei Tyrii vitis Prophetarum & Apostolorum ex ejusdem Musculi interpretatione, & Theodoriti Hist. Eccles. ex versione Joach. Camerarii.

Johannis Christophorsoni Cicestriensis Episcopi, qvi Eusebium, Socratem, Theodoritum, Evagrium, & exceptis tribus postremis libris à *Suffrido Petri* suppletis Sozomenum vertit, sed ad Socratem interpretandum nullos, ut observat Valesius, Codices MSS. adhibuit, Paris. 1571. Colon. 1581. fol. & ex *Jo. Jacobi Grynæi* recognitio-

2011 Ministerio de Cultura

gnitione atqve cum ejus notis Basil. 1570. fol. & apud * Sebast. Henricum Petri 1611. fol. Socrates & Sozomenus ex Christophorsoni versione, cum Suffridi Petri supplementis scholiisqve, in Bibliothecis Patrum T. 5. Colon. & T. 7. Lugd.

Græce & latine Socrates cum Christophorsoni versione, junctus Eusebio, Sozomeno, Theodoreto atqve Evragio vidit lucem Genev. 1612. fol. Inde *Henricus Valesius* ex Regio MS. qvo Rob. Stephanus usus fuerat, & Variis Lectionibus Codicum Florentini Bibl. S. Laurentii, & Sfortiani Bibl. Vaticanæ, nec non ex Leonis Allatii MS. Theodoro Lectore qvi in Historiam suam tripartitam plura libri 1. & 2. Socratis transtulit, hunc scriptorem castigavit, & cum Sozomeno, latina versione nova atqve eruditis notis illustratum vulgavit Paris. 1668. f. qvæ editio recusa Moguntiæ 1677. f. Eo ipso anno Parisiis scriptores Hist. Ecclesiasticæ ex Valesii versione, latine, Græco textu notisqve interpretis omissis prodierunt. Editioni Græcolatinæ qvam dixi lucem vidisse Moguntiæ, novus A. 1695. titulus præfixus est, Amstelodamum præ se ferens.

Gallice Socrates & Sozomenus Ludovico Cousino interprete, Paris. 1676. 4. Confer Ephemerides Parisienses illius anni p 101. sq. ubi hallucinationes qvædam Socratis notantur, qvemadmodum & ab Elia du Pin T. 4. Bibl. scriptorum Eccles. p. 79.

Hæc de Socrate, *scriptore* (ut non abre judicat Stephanus le Moyne prolegomenis ad Varia sacra) *satis accurato.* Ex ejus Historia Ecclesiastica affertur aliqvid in Synodo septima (Nicæna II.) Act. 1. T. 3. Binii pag. 492.

XXXI. *Salamanes* a) *Hermias* SOZOMENUS, narrat avum suum patre Ethnico natum, Betheliæ Gazæorum vico primum

* Vide hanc editionem recensitam in B. Doctoris mei Ittigii libro de Bibliothecis Patrum pag 737.

a) Ita nomen hujus scriptoris effert Theodorus Lector & Photius Cod. 30. Ac Salamanis qvidem nomen, qvo Monachus appellatur apud Sozomen VI 32 VIII. 15. potest ei hæsisse ab uno è majoribus, qvos è Palæstina ortos scribit V. 15. Vide Valesium in Sozomeni vita & in notis pag. 98. Alii vocant *Hermiam Sozomenum*, Salaminium; ut Codices duo MSS. eodem Valesio teste, & Nicephorus Callistus in πίναξι sive indice capitum: vel *Hermiam Sozomeni* ut in jure Græco Romano pag. 293, & 295. ὁ Σωζομενῦ ἑρμείας, qvod interpres vertit: *Hermias Sozomeni Filius.*

2011 Ministerio de Cultura

cum toto domo ſua Chriſtianam fidem amplexum eſſe, & poſtea ingenio & doctrina, atqve interpretandis ſacris literis b) valuiſſe. Ipſe vero, ſcholaſticus ſive cauſſidicum agens CPoli, c) moleſtias fori diſpunxit commentando aliqvid ac componendo, & non diu ut videtur poſt Socratem * ſcripſit, ac Theodoſio Juniori Imp. dedicavit *libros IX. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* ab A. C. 323. ad 439. ** ſive à tertio Conſulatu Criſpi & Conſtantini Cæſarum, usqve ad Conſulatum XVII. jam dicti Theodoſii. Hoc cum ipſe Sozomenus perſpicue d) teſtatur, certum eſt libros plures ab eo ſcriptos non eſſe qvam hodie exſtant, neqve poſtremum librum ulterius ab auctore productum qvam nos hodie habemus. Nam inventio reliqviarum Zachariæ Prophetæ qvæ capite ultimo libri IX. narratur, contigit Conſulatu Theodoſii junioris decimo ſeptimo, e) ut Marcellinus in Chronico teſtatum reliqvit. Qvod porro Gregorius M. lib. VI. Epiſt. 31. *In Hiſtoria*, inqvit, *Sozomeni, de quodam Eudoxio qui Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum arripuiſſe dicitur, aliqua narrantur. Sed ipſam quoque Hiſtoriam ſedes Apoſtolica ſuscipere recuſat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopſveſtiæ nimium laudat, atque usque ad diem obitus ſui magnum Doctorem Eccleſiæ fuiſſe perhibet.* Non dubium eſt Theodoritum f) pro Sozomeno dicere voluiſſe, cum in Theodorito iſta legantur V. 39. Sic Svidas in Ἀγαπητὸς pro Philoſtorgio allegat Euſebium: In Actione 1. Synodi ſeptimæ pro Socrate citatur Hiſtoria Eccleſiaſtica Rufini, & in jure GræcoRomano pag. 295. pro eodem Socrate Sozomenus.

b) Sozomenus lib. V. cap. 15. p. 617. διέπρεπε δὲ ὁ ἐμὸς πάππος ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι τῶν ἱερῶν γραφῶν εὐφυής τε ὢν καὶ οἷος γνῶναι ἃ δεῖ, καὶ κατὰ λόγον μετρίως ἡγμένος, ὡς καὶ ἀριθμητικῆς μὴ εἶναι ἄμοιρος.

c) Idem lib. II. cap. 3. pag. 446. οἷός τε Ἀκυλίνῳ ὑπῆρξεν ἀνδρὶ ἐσέτι νῦν ὑμῖν συνδιατρίβοντι καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς δικαστηρίοις δίκας ἀγορεύοντι &c.

* Valeſius in Sozomeni vita, Caveus in Hiſt. literaria, Elias du Pin T. 4. Bibl. ſcriptor. Eccleſ. pag. 80. ubi hallucinationes qvasdam Sozomeni notat.

** Male in Kœnigii Bibl. usqve ad A. 1423.

d) Sozomenus in præfat. pag 397.

e) Confer Combefiſii Bibliothecam Concionatoriam T. 1. p. 16. 17. & T. 7. p. 582.

f) Melch. Canus XI. 6. Locor. Theolog. pag. 544. Combefiſius T. 1, Bibl. Concionatoriæ pag. 16. 41. Valeſius ad veterum teſtimonia de Sozomeno, Garnerius in auctario Theodoriti pag. 192. Licet aliud viſum Baronio ad A. 434. num. 4. & ad Martyrolog. Rom. 23. Dec. Voſſio de Hiſt. Græcis, Miræo in Bibl. ſcriptorum Eccleſ. Raynaudo in lib. contra Cyriacos ſive Dominicanos & Paſchalio Qvesnello diſſ. 2. ad Leonem M. pag. 258. Agnoſcit etiam Gregorii de Sozomeno cenſuram Anaſtaſius Bibl. in præfat. Hiſt. Eccleſiaſticæ.

2011 Ministerio de Cultura

nus. Qvid itaqve incredibile, hallucinatam similiter Gregorii memoriam, *cujus auctoritas tamen tanta non est* g) *ut ad ipsius nutum vel Sozomenum vel Theodoritum manibus excutere debeamus. Certe hæc de Sozomeno Gregorii M. censura non impedivit, quin in Concilio Florentino sess. 2. & hucusque magnus illius Historiæ usus inter eruditos fuerit, ut Petrus Gussanvillæus in notis ad illam Gregorii Epistolam observat.* Novatianis perinde ut Socratem faviſſe, multi notarunt, unde ejusdem cum illo fuisse sectæ scribit Labbeus T. 2. de Script. Eccles. p. 372.

De Historia Tripartita *Epiphanii* Scholastici qvi tamen ex libro Sozomeni ultimo nihil in illam retulit, & de versionibus latinis *Wolfg. Musculi*, & qvi morte præventus tres postremos libros *Suffrido Petri* transferendos reliqvit, *Johannis Christophorsoni*, atqve accuratissima *Henrici Valesii*, nec non de Græcis & Græcolatinis Sozomeni editionibus versioneqve Gallica, jam dictum est in Socrate, cui semper jungi solet, & cujus vestigiis libenter videtur insistere, licet nusqvam nominet, & non raro recedat ab ejus sententia, plura etiam ab eo omissa suppleat, & de Monachis atqve Eremitis utpote inter Monachos versatus & ab eis institutus * velut in grati animi documentum haud pauca attexat Socrati præterita. Socratem judicio, Sozomenum styli elegantia qva Xenophontem referre voluit, præstare viri docti observant. Valesius ad Græca emendanda præter Codicem Regium, qvem expresserat Rob. Stephanus, consuluit etiam meliorem Fuketianum, atqve Varias lectiones ex Codice Allatiano Theodori Lectoris, qvi Socratis, Sozomeni qvem τὸν μακάριον Σωζόμενον vocat, & Theodoriti Historiam in compendium misit.

Scripserat Sozomenus etiam *libros duos de rebus ab adscensu CHristi usque ad Licinii exauctorationem*, ut ipse in præfat. Historiæ suæ p. 401. testatur, ex Clemente, Hegesippo, Africano & Eusebio maxime compendium istud composuisse se testatus. Sed illud non amplius exstat.

Petrus Lambecius ab eoqve persvasus W. E. Tenzelius Sozomeno tribuunt etiam *irrisionem Gentilium* qvam sub *Hermiæ* nomine habemus. Sed de illa parum verisimili doctorum Virorum conjectura vide si placet qvæ notavi cap. 1. pag. 96. 97.

g) B. Ittigius præf. ad selecta capita Historiæ Eccles. sæculi secundi §. VI.
* Valesius in notis pag. 99.

2011 Ministerio de Cultura

Fuit & alius Sozomenus Præfecti domesticus ad qvem Isidori Pelusiotæ Epistola 300. libri I. Alius item junior, Presbyter Pistoriensis, & Florentiæ educatus, qvi latino sermone scripsit Chronicon ab Orbe condito usq; ad A.C. 1292. testatus se adjutum benevolentia Vespasiani librarii, urbis Florentinæ civis, qvem laudat in fine Voluminis prioris. Vide Mabillonii iter Italicum pag. 174 qvi hoc Chronicon MS. duobus magnis Voluminibus evolvit in Abbatia Fesulana.

XXXII. THEODORITUS Cyri, civitatis in Syria, Episcopus circa A.C. 458. defunctus, præter alia scripta (de qvibus alibi) composuit * A. C. 450. ineunte, *libros quinque Historiæ Ecclesiasticæ*, in qvibus veluti suppleturus omissa à Socrate ac Sozomeno, eam similiter perducit ab hæresi Arii usqve ad principatum Theodosii junioris. Neqve plures libros, nec longius productam Theodoriti Historiam legerunt Evagrius, Epiphanius Scholasticus, Photius Cod. 31. Nicephorus &c. qvanqvam Gennadius de Script. Eccles. cap. 89. libros decem memorat, qvos produxerit à fine Historiæ Eusebii & vicennalibus Constantini M. ad suum usqve tempus, usqve ad imperium Leonis senioris sub qvo & mortuus sit. Sed sive falsus fuit Gennadius ut Valesio videtur, sive qvinqve libros posteriores alius nescio qvis Theodorito subjunxit vel suppposuit, qvæ est sententia Jo. Garnerii in Auctario, ubi de Theodoriti scriptis pag. 249. seq. sane ipse sub extremum libri qvinti testatur se in morte Theodori Mopsvesteni A. C. 427. Historiam suam claudere. Eqvidem qvæ Theodorus lector & Johannes Damascenus lib. 3. de imaginibus ex Theodorito referunt, juniora sapiunt tempora & in qvinqve illis libris haud leguntur, ut Garnerius etiam de juniore aliqvo Theodorito Historico cogitaverit, qvem suspicatur Episcopum Cariæ Alindensem qvi interfuit Synodo CPol. sub Menna A.C. 536. sed illius scripta si qvæ fuere, non potuere Gennadio Massilienſi cognita fuisse. Meminit Historiæ suæ Ecclesiasticæ Theodoritus ipse lib. IV. hæreticarum fabularum cap. 1. & 2. Consilium autem qvo Garnerius p. 193. putat à Theodorito scriptam Historiam & hæreticarum fabularum libros, ut sub veteribus nominibus adversarios suæ ætatis perstringeret, merito parum verisimile videtur B. Ittigio præf. ad Hist Ecclesiasticæ sæculi secundi capita pag. VIII. seq. Claudit opus Index Episcoporum

* Confer Eliam du Pin T. 4. Bibl. scriptorum Eccles. pag. 94.

2011 Ministerio de Cultura

porum in Patriarchalibus ſedibus Romæ, Antiochiæ, Alexandriæ Hieroſolymorum & CPolis, qvem Sirmondus ſed minus emendatum edidit, & Jo. Heſſels apud Robertum Cocum multo poſterioris ſcriptoris eſſe ſcribit.

Primus Theodoreti Hiſt. Eccleſiaſticam edidit *Græce* ex Codice bonæ notæ Beatus Rhenanus ad calcem Hiſtoriæ Euſebio Rufinianæ & Tripartitæ, adjunctis Victoris Vitenſis libris III. de perſecutione Vandalica & Annonymi excerptis ex Nicephori Calliſti Hiſtoria, incerto interprete. Baſil. apud Hieron. Frobenium 1535. fol. Inde cum Euſebio & aliis lucem vidit Græce Pariſ. 1544. fol. typis Rob. Stephani Regiis duobus Codd. MSS. uſi.

Latine, poſt *Epiphanii* Scholaſtici abbreviationem, vertit *Joachimus Camerarius*, cujus interpretatio Juſto Jonæ dicata prodiit primum A. 1536. ab eo tempore ſæpius, etiam inter alia Theodoreti opera, vulgata latine: perinde ut cum aliorum Hiſt. Eccleſiaſticæ ſcriptorum verſionib⁹ *Jo. Chriſtophorſoni* interpretatio recuſa eſt, ut ſupra in Socrate dixi, ubi etiam de editionibus, verſionibusq; Germanica & Gallica *Hiſtoriæ Tripartitæ*, & de *Henr. Valeſii* verſione latina ſcriptorum Hiſt. Eccleſiaſticæ, qvæ ſine Græco textu & notis præla evaſit Pariſ. 1677. fol.

Græce & latine cum *Jo. Chriſtophorſoni* verſione inter ſcriptores Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ vulgata eſt iterum Genev. 1612. fol. Inde cum interpretatione nova *Jac. Sirmondi*, ſive ex Camerarii potius & Chriſtophorſoni conflata, qvi ad eosdem binos Codices Bibl. Regiæ qvibus uſus Stephanus fuerat, Græca recenſuit, legitur in luculenta editione Operum Theodoriti Pariſ. 1642. fol. Tomo tertio. Deniqve *Henr. Valeſius* Græca caſtigavit ad Varias Lectiones Codicis Saviliani, qvas Uſſerius, atqve ad Hiſtoriam Tripartitam Theodori Lectoris, cujus ἀπογραφίας Allatius ad eum miſit. Addidit etiam verſionem novam, cum Sirmondianam ferri qvibusdam in locis non poſſe obſervaſſet, & cum eruditis notis ſuis Theodoritum ita vulgavit præmiſſum Hiſtoriis Evagrii, Philoſtorgii & Theodori Lectoris. Pariſ. 1673. fol. recuſum Mogunt. 1679. Amſt. 1695. fol.

Gallice poſt antiqviorem *Martini Matthæi*, Prioris in Monaſterio Novo apud Pictavos interpretationem, vertit *Ludovicus Couſinus*, Valeſii fere veſtigiis inſiſtens, Pariſ. 1576. 4. una cum Evagrio.

2011 Ministerio de Cultura

XXXIII. EVAGRIUS Epiphanienſis a) Syrus, Scholaſticus b) & ipſe, ſive (perinde ut Socrates & Sozomenus) cauſſarum in foro Patronus c) Antiochiæ vixit, atqve Gregorio Epiſcopo Antiocheno d) charus fuit, à Tiberio Conſtantino Imp. etiam auctus qvæſtura, & à Mauricio Tiberio Codicillos honorariæ præfecturæ e) conſecutus. Scripſit in eadem ut credibile eſt Antiochenſi urbe, & ſexgenario propior abſolvit f) *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libros ſex* à temporibus in qvibus Socrates & Theodoritus deſierant, ſive ab Epheſina Synodo qva damnatus eſt A. C. 431. Neſtorius, ad annum usq; Mauricii Imp. duodecimum g) qvi annus cœpit A. C. 593. die XIII. Auguſti. Allegat ſubinde Hiſtorias qvibus uſus eſt Rhetorum, *Priſci*, *Euſtathii* Epiphanienſis, *Zachariæ*, *Procopii* & *Johannis* qvi in Juſtini ſenioris anno ſeptimo Hiſtoriam ſuam clau-

a) Evagrius III. 34. τὴν ἡμετέραν ἐπισκοπῶν Ἐπιφάνειαν, ἢ τὸν Ὀρόντην σύνοικον ἔχει. Hinc apud Nicephorum pro Εὐάγριος ὁ ἐπιφανὴς, Valeſius legit ὁ Ἐπιφανέυς.

b) Photius Cod. 29. ἀνεγνώσθη Εὐαγρίου σχολαστικοῦ, ἀπὸ Ἐπάρχων, πόλεως δὲ Ἐπιφανοῦς τῆς κατὰ τὴν κοίλην Συρίαν ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία ἐν τόμοις ἕξ.

c) Antiochiæ vixiſſe ex pluribus Evagrii locis recte Valeſius obſervat, qvod vero ex primariis Antiochiæ civibus hunc ſcriptorem fuiſſe colligunt viri docti ex eo qvod lib. VI. cap. 8. refert totam civitatem diem nuptiarum ejus feriatum habuiſſe, eique fauſta apprecatam eſſe, hoc in Valeſii qvidem verſione reperio, ſed Græca alium puto habere ſenſum. Ait nempe Evagrius nuptias ſe celebraſſe cum virgine ſponſa die novilunii, qvo tota civitas feriabatur, non certe propter Evagrii nuptias ſed ob ſolenne novilunii tempus. Ἐμοῦ κατὰ τὴν ἔνην καὶ νέαν ἡμέραν τοῦ ὑπερβερεταίου μηνὸς κόρην παρθένον νυμφεύοντος, καὶ τῆς πόλεως ἑορταζούσης καὶ δημοτελῆ πανήγυριν ἀγούσης περί τε τὴν πομπὴν καὶ τὴν παρσάδα. Igitur παρσὰς non de thalamo nuptiali neqve πομπὴ de nuptiali pompa intelligi debet, ſed de epulis & pompa qvibus novilunium celebrare mos erat.

d) Evagr. lib. VI. cap. 7. & ult. ubi propter relationes nomine Gregorii Epiſcopi Antiocheni ſcriptas, ab Imperatoribus duplici dignitate auctum ſe teſtatur.

e) Idem lib. VI. cap. ult.

f) Lib. IV. cap. 29. ait Evagrius ſe iſta ſcribere anno ætatis ſuæ 58. Idem libro III. cap. 33. refert ſe ſcribere anno Antiochenorum 641. His ſi detrahas annos 48, qvibus æra Antiochena Chriſtianam prævertit, habes A. C. 593. Cœpit enim æra Antiochena à confirmata illis à Julio Cæſare avtonomia menſe Octobri Anno U. C. 704. Vide Henr. Noris de Epochis Syro Macedonum pag. 159.

g) Confer Valeſium in Evagrii vita, & Henricum Noris diſſ. de qvinta Synodo, paragr. 3.

2011 Ministerio de Cultura

clauſit, (vide IV. 5.) nec non *Zoſimi.* ** A fabuloſis narrationibus non nimis alienum eſſe Evagrium ſcribit Caſaubonus Exerc. XIII. 31. ad Baron. pag. 258.

De editionibus & latinis interpretibus *Muſculo*, *Chriſtophorſono* & *Valeſio*, Gallicoqve *Couſino*, videri poſſunt qvæ jam in Theodorito dixi, cujus Hiſtoriæ Evagrius ſubjungitur. Tantum addam, qvod Valeſius ad Græca emendanda præter Regium codicem qvem Rob. Stephanus expreſſit, uſus eſt variis Lect. Codicis MS. optimi Florentini in Bibl. Laurentiana, in qvo Socrates etiam continetur: & Cotdice altero non valde vetuſto qvidem, ſed minime tamen contemnendo Dionyſii Tellerii, Archiepiſcopi Rhemenſis.

Scripſiſſe præterea ſe Evagrius lib. VI. cap. ult. teſtatur *alterum volumen*, ἕτερον τεῦχος, in qvo ἀναφοραὶ, ἐπιστολαὶ, ψηφίσματα, λόγοι τε καὶ διαλέξεις: *relationes*, (Gregorii Epiſcopi Antiocheni nomine ſcriptæ) *Epiſtolæ*, *decreta*, *orationes & diſputationes*, aliaqve. In hoc opere puto etiam extitiſſe *gratulationem* (ejusdem forte Gregorii ſcriptam nomine) ad Mauricium Tiberium *de nato Theodoſio filio*.

Philippus Labbeus in Bibl. nova MSS. pag. 92. refert ſe vidiſſe tractatum Evagrio Scholaſtico adſcriptum περὶ διαφόρων λογισμῶν, diſtributum in capitula qvinqvaginta. Sed veriſimillimum eſt, alterius eſſe *Evagrii Pontici*, cui etiam recte vindicat Combefiſius in Bibl. Concionatoria qvæ in Catena ad Lucæ X. de eo qvi incidit in latrones, & ad Lucæ XIX. de minarum diſtributione, Evagrio Scholaſtico perperam Corderius tribuit. Ponticus etiam intelligendus, qvi in aliis Catenis Evagrius allegatur, ut in Jobum, in Proverbia, in Catena MS. in Acta &c. De illius Evagrii Pontici ſcriptis vide Caſimiri Oudini ſupplementum de Scriptoribus Eccleſ. pag. 48. ſeq. & doctiſſimum Caveum ad A. C. 380. atqve adde Svidam in μαχάριος. Ejus μοναχικὸν reſpicit etiam Socrates VII. 17.

Huic

** Alios Hiſtoricos complures laudat V. c. ult. *Characem*, *Theopompum*, *Ephorum*, *Dionyſium* Halic. *Polybium* Megapolitanum, *Apianum*, *Diodorum* Sic. *Dionem* Caſſium, *Herodianum*, *Nicoſtratum* Trapezuntium Sophiſtam, *Dexippum*, *Euſebium* qvi ab Octaviani, Trajani & Marci rebus exorſus Hiſtoriam ad Imp. Cari obitum produxit, *Arianum*, *Aſinium Quadratum*, *Joannem* civem ac cognatum ſuum & *Agathiam*.

2011 Ministerio de Cultura

Huiç Evagrio ſcripta nonnulla, qvæ ſub S. Nili Aſcetæ nomine leguntur, tribuenda eſſe non diffitetur Joſephus Maria Svareſius pag. 613. ad Nili opuſcula à ſe edita teſtatus in MSS. Codicibus ſcripta amborum ita miſceri confundiqve, ut ægre diſcerni qveant. Idem confirmat Cotelerius notis ad T. 3. monumentor. Eccleſiæ Græcæ pag. 544. ſeq. Evagrii ſcripta ab diſcipulo ejus *Rufino* verſa latine plerosqve in Occidente lectitare, uti Græca eos qvi in Oriente habitant, ſcripſit Hieronymus ad Cteſiphontem. Plura etiam verſa à ſe teſtatur *Gennadius* de Script. Eccleſ. cap. 11. Idem eſt Evagrius Monachus *Scithenſis*, cujus Aſcetica & Ethica, Gnomas de Paſſionibus animæ rationalis, & ad Anatolium de peccatis principalibus & περὶ ὀκτὼ λογισμῶν memorat Labbeus loco laudato. Alius fuit Evagrius, Epiſcopus *Antiochenus*, à qvo vitam Antonii de Græco Athanaſii verſam, qvæ etiamnum exſtat, (vide ſupra cap. 1. pag. 303.) memorat Hieronymus Epiſt. ad Florentium & cap. 125. de ſcriptoribus Eccleſ. Alius cujus *altercationem Simonis Judæi & Theophili Chriſtiani* laudat Gennadius cap. 50. & ex eo Honorius Auguſtod. p. 427. Alius Epiſcopus *CPolitanus* à Valente Imp. actus in exilium. At apud Marcianum Capellam p. 2. pro Evagrio Citharista legendum Oeagrius.

XXXIV. THEODORUS ἱσοελιογράφος Κωνσταντινοπόλεως laudatur a Joanne Damaſceno lib. 3. de imagg. pag. 386. editionis inſignis Leqvinianæ, qvi p. 380. præterea ἀναγνώστην ſive *Lectorem* CPoli fuiſſe refert, qvod firmant etiam Nicephorus lib. I. c. 1. Hiſt. Auctor παρασάσεων χρονικῶν in Combefiſii Originibus CPol. pag. 19. cui vocatur Θεόδωρος χρονογράφος ἀναῤῥωθεὶς ἀναγνώσμασιν & Svidas, qvi Theodorum vocat τὸν ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινοπόλεως. Hic Juſtino & Juſtiniano ut videtur imperantibus clarus *duobus libris* ſcripſit *Compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* Tripartitæ ex libris *Socratis*, *Sozomeni ac Theodoriti* qvod exſtat à vigeſimo anno Conſtantini M. usqve ad obitum Conſtantii Nam qvamvis lucem hactenus non vidit, Græce tamen MS. fuit apud Allatium, qvi edere voluit, cujus codicis variis lectionibus Sam. Tennulii, Profeſſoris Noviomagenſis, manu deſcriptis feliciter uſus eſt Valeſius ad eluendas ex triumvirorum illorum Hiſtoriis mendas, qvi etiam proœmium Græce ac latine publicavit poſt præfat. ad Theodor. Neſcio an Allatii ille liber deſcriptus fuerit è codice Veneto S. Marci, cujus mentionem faciunt Poſſevinus & in Catalogo MSS. Venetorum

2011 Ministerio de Cultura

torum Thomasinus. Certe videtur extrema parte mancus fuisse, qvia Historiæ telam non usqve ad extrema junioris Theodosii persequitur.

Præterea composuit & ipse suo marte *Historiam Ecclesiasticam, libris* itidem *duobus*, ab extremis temporibus Theodosii junioris, in qvibus desinunt Socrates, Sozomenus & Theodoritus, ad Justinum Imp. Seniorem usqve. Hi libri duo ipsi qvidem jam diu est, qvod intercideruntExstant tamen ex illis ἀπὸ Φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου * excerpta, *Nicephoro Callisto* dictante servata. Græce prodiere cum Eusebii & aliorum Historia Ecclesiastica, ex codice Regio (qvo solo etiam Valesius usus) Paris. 1544. fol. *Latine* vertit *Wolfg. Musculus*, cujus interpretatio, ut Bibliothecas Patrum & alias latinas Historicorum Ecclesiasticorum editiones supra in Eusebio recensitas mittam, exstat etiam in Græcolatina Genevensi 1612. fol. Novissime cum versione & præclaris notis *Henr. Valesii*, qvi fragmenta etiam Theodori alia ex Svida, Theophane, Damasceno & Synodo septima subjunxit, ad calcem Theodoriti, Evagrii ac Philostorgii de qvorum editionibus jam dixi. Addendum & Historiæ Ecclesiasticæ ἀποσπασμάτιον de expositionibus fidei, qvod è Bibl. Vaticana produxit & cum versione sua edidit Josephus Maria Svaresius ad S. Nili opuscula pag. 614. Tum qvæ è Theodoro Lectore afferuntur in Originibus CPolitanis à Combefisio illustratis. Ubi vero Damascenus III. de Imaginibus pag. 375. laudat τόμον sive librum Theodori Historiæ Eccles. qvartum, secundus horum venit intelligendus, qvia priores qvos memoravi duos compendii ex Socrate Sozomeno ac Theodorito simul computavit, perinde ut Svidas, qvi à Constantini temporibus ad Justinianum pertexuisse historiam Theodorum scribit. Ita in actione I. Synodo VII. T. 3. edit. Binianæ p. 494. ubi laudatur liber qvintus, Valesius ad Theodorum pag. 580. monet πρώτου pro πέμπτου esse legendum. Alius locus producitur in eadem Synodo septima, sive Nicæna secunda, Actione V. pag. 609. seq.

* Valesius putat ne Nicephorum qvidem, plura alioqui inde in Historias suas derivaturum, integris Theodori Libris, sed excerptis istis solummodo usum esse, eaqve cuidam dictasse, atq; ideo dici ἀπὸ Φωνῆς Νικηφόρου, uti Leontii liber de sectis à Theodoro Abbate dictatus amanuensi suo, inscribitur ἀπὸ Φωνῆς Θεοδώρου τοῦ Θεοφιλεστάτου Ἀββᾶ.

2011 Ministerio de Cultura

XXXV. NICEPHORUS CALLISTUS XANTHOPULUS, Callistides sive *Callisti Xanthopuli* F. Historiam suam obtulit Andronico Palæologo Imperatori jam seni, a) qvi A. C. 1327. septuagenario major obiit: ipseqve testatur eam se in juventute scribere aggressum, absolvisse cum annum ætatis 36. nondum emensus b) esset, adjutumqve Bibliotheca S. Sophiæ CPoli c) in qva florem ætatis transegit. Michaëlis Palæologi Imperatoris & Andronici nepotis meminit in catalogo Imperatorum CPol. d)

Λαμπρὸς Μιχαὴλ, Παλαιλόγος τρίτος
Ὄντως βασιλεὺς καὶ λόγοις καὶ πρακτίοις.
Ἀνδρόνικος παῖς, συνδρομὴ τῶν χαρίτων.

Qvin ad Imp. Joannis Cantacuzeni tempora perveniisse atqve adeo circa medium sæculi XIV. adhuc vixisse, ex Catalogo Patriarcharum, de qvo infra, cognoscas. Exstant *Historiæ Ecclesiasticæ libri XVIII.* (neqve plures tunc libros scripsisse se pag. 38. b. Nicephorus ipse auctor est) à nato CHRISTO ad interitum usqve Phocæ h. e. ad A. C. 610. ex Eusebio, Sozomeno, Socrate, Theodorito, Philostorgio, Theodoro lectore, Basilio Cilice, Evagrio (qvos pag. 35. nominatim laudat) aliisqve contexti. Igitur qvæ post argumenta librorum XVIII. sequuntur Græce pag. 42. argumenta libri XIX. & sequentium usqve ad XXIII. & mortem Leonis Philosophi sive A. C. 911. ab alio auctore an Nicephoro ipso additam nec amplius exstantem Historiæ continuationem respiciunt, & ab interprete latino Jo. Lango sunt rejecta ad calcem operis. Qvemadmodum porro ob styli elegantiam *Thucydides Ecclesiasticus* hic Nicephorus audit Clariss. Schurz-

a) Nicephorus in dedicatione Hist. Eccles. ad hunc Andronicum pag. 20. καί σε οἶομαι διὰ ταῦτα καὶ ἐς μήκιστόν σοι βιώσιμον προσγενέσθαι. itaqve pag. 7. ἄνθος ὥρας non reddendum *ætatis flos & vigor* sed *flos venustatis*. Uti p. 24. d. ὁ Ἀρίστων male redditur *Aristonus*, cum vertendum sit *Aristonis F.* nempe Plato. b) Lib. 1. cap. 1. pag. 43.

c) Lib. 1. cap. 1. pag. 37.

d) Apud Philippum Labbeum in Protreptico Hist. Byz. p. 34. nam qvi ibi de junioribus Imperatoribus sequuntur versus, ab alio fuerunt additi, itaqve neqve in altero Codice Regio, neqve in illo qvo usus Jo. Langus, leguntur.

2011 Ministerio de Cultura

Schurzfleiſchio, ita à B. Johanne Gerhardo ob fabulas e) qvas miſcet, *Theologorum Plinium* appellari video pag. 238. Methodi ſtudii Theol. Illius tamen pannis purpuram qvandoqve intextam ex bonis qvi periere ſcriptoribus, recte monet Labbeus T. 2. de S.E.p. 102.

Prodiere libri illi XVIII. qvorum primæ literæ nomen Νικηφόρου Καλλίστου referunt, ex *Jo. Langi* Erphurdienſis verſione *latine* Baſil. 1553. fol. & ex altera ejus recognitione ibid. 1561. fol. cum ejus ſcholiis. tum Antvverp. 1560. Pariſ. 1562. 1573. Francof. 1588. fol. Pariſ. 1566. 8. duobus Vol. Sed & *Gallice* interprete *Jo. Gilloto*, Pariſ. 1567. fol. Deniqve *Græce & latine* Pariſ. 1630. fol. 2. Vol. cum Langi verſione, per *Frontonem Ducæum* ut habet titulus recognita, ſed Combefiſius in Bibl. Concionatoria *Langi*, inqvit, *recognoſcenda verſione & caſtigandis notulis quæ paſſim adſperſæ ſunt, majorem Ducæi diligentiam vellem, ni forte typographi in eum liberaliores fuere, ejusque præfixo nomine voluerunt libri pretium augere.* Græca à Ducæo deſcripta ſunt è Codice qvo olim uſus Langus, & qvi unicus creditur hodie ſuperare, qviqve ex Matthiæ Corvini Bibl. Budenſi direptus olim à Turcis, at CPoli redemtus ab homine Chriſtiano devenit in Bibl. Cæſaream f) Vindobonenſem, ubi hodieqve aſſervatur. Dicata editio Græcolatina Cardinali Richelio eſt, cum Imperatori (ut verſionem ſuam Langus) oblaturum ſe illam Ducæus promiſiſſet, ex cujus Bibliotheca Codicem Græcum acceperat. Vide Lambecium lib. 1. p. 158.

Alia Nicephori hujus ſcripta ſunt:

Σύνταγμα *de templo & miraculis S. Mariæ ad fontem* uno à CPoli ſtadio, qvod lib. XV. cap. 26. Nicephorus ſe ſcripſiſſe teſtatur, adhuc exſtat MStum in Bibliothecis Cæſarea & Vaticana. De Cæſareo Codice Jac. Gretſerus ad Codinum p. 282: *Extat Viennæ in Cæſarea Bibl. fortaſſis unicum totius Europæ exemplar, cui niſi cito ſuccurratur, (vidi enim & percucurri allatum Monachium & huc Ingolſtadium) penitus à blattis tineisq; corrodetur: & jam nunc aliquot locis ab aquis peſſime acceptum eſt, ita ut multa legi nequeant, præſertim ſub finem.* Vide & Neſſelium parte V. p. 153. 154. Vaticani Codicis meminit Lambecius ad Codinum pag. 199. & Allatius de Simeo-

e) Confer Caſaubonum Exerc. 1. in Baron. ſect. 17. Camerar. ad Joh. XI. 1. Bezam ad Act. I. 13. & Blondelli pſeudoiſidorum p. 37. Poſſevinum in Apparatu &c.

f) Confer Lambecium de Bibl. Vindob. lib. I. pag. 108. ſeq. 152. ſeqq. & lib. VIII. pag. 55.

2011 Ministerio de Cultura

meonum ſcriptis pag. 88. De templo illo & fonte miraculis celebri videndus Cangius in CPoli Chriſtiana lib. IV. pag. 183. ſeq. Extat & in eodem Bibl. Cæſareæ Codice Nicephori *Acoluthia* ſive *officium feſti Dedicationis templi hujus*, & *Canon* ſive *hymnus* cum antiqvis notis Muſicis.

Catalogus Imperatorum CPolitanorum, verſibus Jambicis, Græce è Codice duplici Regio, in Labbei protreptico Hiſt. Byz. pag. 34. In Codice qvem Jo. Langus evolvit, & qvalis Græce editus Baſileæ 1536. 8. ad calcem Epigrammatum ſacrorum Theodori Prodromi, qvemadmodum & in altero Regio, deſinit Catalogus hic in Andronico juniore. Cæteros ad Conſtantinum Palæologum usqve, recentior, ut fit, manus addidit.

Catalogus Patriarcharum CPolitanorum, verſibus Jambicis Græce in eodem Labbei protreptico pag. 35. ſeq. & ad calcem Epigrammatum Theodori Prodromi. Deſinit in 141. Calliſto, qvem Patriarcham conſtituit Jo. Cantacuzenus, ut ipſe Imperator narrat IV. 17. Hiſt. Seqvitur apud Labbeum alius Catalogus neſcio qvo auctore, non ſcriptus verſu ſed ſola nomina 149. Patriarcharum referens, ad Joſephum usq;, qvi Florentiæ in Concilio generali obiit non diu ante urbem captam à Turcis. At *ſeriem Patriarcharum CPol. oratione ſoluta fuſius conſcriptam* (qvam è membranis Bibl. Regiæ pariter vulgaſſe ſe ſcribit Labbeus T. 2. de S. E. & pagina etiam 34. protreptici Hiſtoriæ Byz. laudata, confirmatq; H. Warthonus appendice ad Hiſt. literariam Cavei) nusqvam reperio. Series Patriarcharum CPolitanorum ſub Nicephori CPolitani nomine ſæpius edita deſinit in Patriarcha 82. Ignatio Evnucho, ut in Nicephori ejus ſcriptis dixi.

Ad calcem Epigrammatum Theodori Prodromi, Græce excuſorum Baſil. 1536. 8. præter jam dictos Catalogos binos Imperatorum Patriarcharum CPol. occurrunt * ejusdem Nicephori Cal-

* Nota in his eſſe omnia illa, qvæ velut ſibi haud viſa Nicephori ſcripta ex Gvil. Eiſengrinii Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum memorat Poſſevinus in apparatu, & præclarus Voſſius de Hiſt. Græcis pag. 308. Nota etiam Nicephorum Xanthopulum male à Calliſto diſtingvi in indice ad Meurſii gloſſarium Græcobarbarum. Nota tertio, in Rev. Jo. Gotfridi Olearii Bibliotheca ſcriptorum Eccleſiaſticorum Jen. 1711. 4. T. 2 p. 8. ridicule excuſum *Nicephori Catalogum meretricum Imperatorum CPol.* pro *Catalogo metrico*.

2011 Ministerio de Cultura

Callisti Xanthopuli *versibus Jambicis* descripta πάσης τῆς θείας γραφῆς σύνοψις.

Τὰ μὲ τὰ Μακκαβαϊκὰ μέχρι Χριστῦ καὶ αὐτῆς ἁλώσεως Ἱερουσαλήμ.
Ἅλωσις Ἱερουσαλὴμ ὡς ὁ Ἰώσηπος ἱστορεῖ.
Ἀσυρίων, Περσῶν, Αἰγύπτυ, Σύρων, Μήδων, Ἑλλήνων ἄνακτες.
Ἀθηναίων καὶ Κρητῶν ἄρχοντες.
Ῥώμης βασιλεῖς.
Ἑβδομήκοντα τῦ Χριστῦ μυσταγωγοί.
Εὐαγγελισταὶ καὶ Διάκονοι.
Αἱ μυροφόροι καὶ μαθήτριαι Λόγυ.
Οἱ καλλύνοντες ἐν λόγοις Ἐκκλησίαν sive *Catalogus SS. Patrum Ecclesiæ* qvem adscribere integrum, qvia brevis est, non gravabor:

Οἱ καλλύναντες ἐν λόγοις Ἐκκλησίαν,
Μέγας Διονύσι⟨ος⟩ Ἀρείυ πάγυ,
Μέγας Ἀθανάσι⟨ος⟩ Ἀλεξανδρείας,
Τὸ πνευματικὸν τῦ Βασιλείυ στόμα,
Ὁ Γρήγορ⟨ος⟩ νῦς τῶν βροτῶν ἡ τερπνότης,
Γλῶττα μέλι ῥέουσα τῦ Χρυσοστόμυ,
Ἡ θαψιλήστε τῦ Νυσσῆς παιδαγωγία,
Ὁ βαθύνους Κύριλλ⟨ος⟩, Αἰγύπτυ κλέ⟨ος⟩,
Καὶ λεπτὸς εἰς ἅπαντα Μαξίμυ λόγ⟨ος⟩,
Ὁ τῆς Κλίμακ⟨ος⟩ ἡ μετάρσι⟨ος⟩ βάσις,
Νεῖλ⟨ος⟩ προφανῶς καὶ ὁ τῦ Νείλυ στόμα,
Ὁ Σύρ⟨ος⟩ Ἐφραὶμ ἡ κατάνυξις λόγων,
Πανηγυρικῶν πατερικῶν βιβλία,
Καὶ Μεταφραστὴς ἡ γλυκύῤῥο⟨ος⟩ χάρις,
Ἐν οἷς πᾶσι πέφυκεν ὑπερεξέχων
Ὁ χρύσε⟨ος⟩ ῥῆς ἡ γλυκύζουσα βρύσις,
Ὡς ἄφθονον μάννα τε πάντας ἐκτρέφον,
Καὶ νέκταρ ἀθάνατον ἑκρέον πᾶσιν.

Οἱ τὰ μέλη πλέξαντες ὕμνων ἐνθέων, *Catalogus brevis Hymnographorum Ecclesiæ Græcæ*, qvem & ipsum integrum exhibui, in Catalogo Melodorum Græcorum, ad calcem Allatii de libris Ecclesiasticis Græcorum.

Συνοπτικὴ σύνοψις ἁγίων χρόνυ sive *Menologium Sanctorum* breve, *versibus* (perinde ut qvæ jam memoravi) *jambicis*.

2011 Ministerio de Cultura

Τριωδίε σύνοψις ἀκριβεσάτη.

Volumen totum claudit ἐυχὴ ἐξομολογήσεως, prosâ non versu.

Manu exarati etiamnum in Bibliothecis occurrunt hujus Nicephori hymni varii, ut χαιρετισμὸς *in B. Virginem.* Incipit: χαῖρε, ἀνωτέρα τῶν νοερῶν.

Troparia duo, in eandem, ordine alphabeti: unum incipit, ἄχραντε παρθένε μῆτερ Θεοῦ, πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας ἀπολυθείς. Alterum, ἄχραντε παρθένε, μῆτερ Θεοῦ, ἡ δεδοξασμένη ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν βροτῶν.

Συναξάρια εἰς τὰς πρώτας τοῦ Τριωδίου ἑορτὰς, *Synaxaria in præcipua Triodii festa quibus uniuscujusque eorum indicatur origo, qualitas & dispositionis ratio.* Combefisio qvidem in Bibl. Concionatoria judice *Triodium Græcorum Nicephorus pessime habuit, dum Synaxariis augendo suis, ipsius ac sequioris Græciæ erroribus inferciit.* Pluribus hac de re conqveritur Leo Allatius qvem si placet vide diss. de libris Ecclesiasticis Græcorum pag. 70. 92. seq. 115. 229. & contra Hottingerum p. 124. ac de Synodo Photiana p. 326. sq. 527. sq. Hæc Nicephori Synaxaria in lingvam Græcam vulgarem conversa à *Matthæo Cigula* Cyprio & *Maximo Margunio* Cytherorum Episcopo prodierunt Venet. apud Antonium Pinellum A. 1607. 1637. 1648. 4. Titulus est: συναξάρια ἤτοι βίοι ἁγίων ἐκ τῆς ἑλληνικῆς γλώττας μεταφρασθέντα ὑπὸ Μαξίμου ταπεινοῦ Ἐπισκόπου Κυθήρων εἰς κοινὴν ὠφέλειαν.

Nicephoro qvoqve Callisto velut auctori tribuere non dubitavit V. C. *Humfredus Hody* brevem librum qvem è MS. Barocciano edidit Græce & latine sub titulo: *Anglicani schismatis redargutio*, in qvo libro pluribus exemplis probatur Episcopos injuste depositos Orthodoxi successoris communionem nunqvam refugisse. Oxon. 1691. 4. σύναξις ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν &c. Idem scriptum editurum se promiserat doctissimus Cotelerius III. monument. Eccles. Græcæ pag. 645. *Offendi*, inqvit, *in opusculo nunc inedito, olim si DEUS dederit edendo, de celebri schismate ob Josephum Patriarcham CPol.* successorem Arsenii depositi A. C. 1266. & Germani qvi se paulo post abdicaverat. Cæterum non Nicephoro sed alii antiqviori scriptori qvi A. C. 1267.

2011 Ministerio de Cultura

1267. eum composuit, deberi hunc libellum, recte postea agnovit ipse editor Humfredus Hodius. Vide ejus letter to a friend, concerning a collection of Canons, Oxford 1692. 4. pag. 42.

Beatus Rhenanus Basil. 1535. fol. Rufini Hist. Ecclesiasticæ & Historiæ tripartitæ Epiphanii Scholastici pag. 590-615. subjunxit *Historiam Ecclesiasticam à Nicephoro Græco Monacho conscriptam & incerto interprete jam olim latine versam*, qvæ velut continuatura Tripartitam incipit à temporibus Theodosii junioris, desinitqve in morte Anastasii, qvem impium vocat & à qvibusdam fulmine divino percussum tradi scribit. Non modo brevius longe singula persequitur qvam Nicephorus Callistus libris XIV. XV. XVI. sed & aliter nonnulla refert, ut alium illum fuisse Nicephorum sit necesse, licet Callistus etiam Monachus fuisse viris doctis videatur. Vide qvæ de his Collectaneis Jacobus Billius lib. 1. Obs. sacrar. cap. 16.

De Excerptis è *Theodori Lectoris* libris duobus Historiæ Ecclesiasticæ, qvæ titulus profitetur accepta ἀπὸ Φωνῆς Νικηφόρου Καλλίστου Ξανθοπούλου, dictum supra in Theodoro.

XXXVI. *Chronicorum Scriptores Græci deperditi.*

De *Julii Africani*, & *Hippolyti* Chronicis jam dixi supra cap. 1.

Diodori Tarsensis χρονικὸν διεφθάρμενον τὸ σφάλμα Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν χρόνων memorat Svidas in Διόδωρος. Laudat etiam Diodorum illo, ut puto, in opere Theodorus Lector & Nicephorus Callisti.

Aniani & *Panodori* Monachorum Ægyptiorum, centum annis Eusebio juniorum Chronographiæ, Georgio Syncello laudantur, qvibus & ipsi Eusebium non raro castigaverant, aliqvando etiam cum ipsi potius, ut Scaliger ad Eusebium docuit, essent reprehendendi.

A Joanne Malala plures laudantur Chronographi, *Arianus*, *Brunichius*, *Bottius* seu *Buttius*, *Clemens*, *Didymus*, *Domninus*, *Eustathius*, *Eutropius*, *Eutychianus*, *Licinius*, *Magnus* Carrensis, *Nestorianus*, *Pausanias*, *Theophilus* & *Timotheus*. Sed facile apparet ab ipso Chronographos appellari Historicos qvoscunq;. Nam *Arrianus* qvidem non alius illi est

2011 Ministerio de Cultura

est à notissimo scriptore Flavio Arriano, cujus libros de bellis Trajani adversus Parthos respicit, de qvibus dixi lib. 4. c. 8. De *Brunichio* nihil habeo hoc loco qvod notem, cujus libri hæc fuit inscriptio teste Malala T. 1. pag. 239. ἔκθεσις Βρυνιχίου Ῥωμαίου χρονογράφου. Pro *Bottio* sive *Buttio* legendum *Brutius* Historicus & Chronographus Syncello etiam & Paschalis Chronici auctori laudatus. Confer Eusebii Chronicon Græcum edit. Scaligerianæ pag 44. & Scaligeri notas pag. 205. *Clemens* intelligitur Historicus & Chronographus à Clemente Romano non minus qvam Alexandrino diversus, de qvo Svidas: Κλήμης ἱστορικός, ἔγραψε τὰς Ῥωμαίων βασιλεῖς καὶ αὐτοκράτορας, καὶ πρὸς Ἱερώνυμον περὶ τῶν ἰσοκρατικῶν σχημάτων, καὶ ἄλλα. Hieronymus ille alius omnino à Stridonensi, fueruntqve illo nomine etiam inter Græcos non obscuri doctrina atqve ingenio viri. Laudat hunc Clementem Cedrenus pag. 19. qvi σοφώτατον vocat, Anonymus Combefisianus in Originibus CPol. pag. 32. Hesychius framento in CHristi natalem, Svidas & Etymologicum Magum in Ζάλην, ac Svidas iterum in Ἥρας δὲ & Παλίμβολος. *Domninus* * freqventer laudatus à Malala & sapientissimi Chronographi celebratus nomine, Clariss. Bentleio Epist. ad Jo. Millium pag. 73. videtur fuisse Episcopus Antiochenus, & Historiam produxisse usqve ad Justiniani tempora. *Eustathius* non alius est ab *Eustathio* Epiphanensi, qvi in sua χρονικῇ ἱστορίᾳ Historiam omnem duobus voluminibus complexus est, uno usqve ad excisam Trojam, altero ad annum duodecimum Anastasii Imp. ut auctor Evagrius III. 37. & VI. ult. qvi sæpius illum laudat. *Eutropium* intellige notissimum Historiæ breviatorem latinum, qvem Græce verterunt Capito Lycius, & cujus qvoqve ætatem tulit interpretatio, Pæanius. *Eutychianum* allegat etiam Georgius Codinus in Origg. CPol. vocatqve Protosecretarium & Grammaticum. *Licinium* intellige *Macrum* Historicum Romanum, Dionysio Halic. Plinio aliisq; laudatum, de qvo copiose Vossius lib. 1. de Hist. lat. cap. 10. *Magnum* Chronographum videtur laudare etiam Chronicon Paschale pag. 379. ἐκ δὲ μεγάλου χρονογράφου, sed Malalæ T. 2. pag. 17. audit Μάγνος ὁ χρονογράφος ὁ Καρρηνός,

* Alius Domninus Origenis discipulus, memoratus Palladio in Hist. Lausiaca p. 108. Alius hoc nomine Philosophus, Syrus, de qvo Svidas è Damascio in vita Isidori.

2011 Ministerio de Cultura

νὸς, ὁ συνὼν αὐτῷ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ, unde patet ætate etiam longe anteceſſiſſe, nam qvæ ex magno ſuo profert Paſchalii auctor, Mauricii Imp. obitum ſpectant, Juliano multum junioris. De *Neſtoriano* mentio in eodem Chronico Alexandrino ſive Paſchali p. 324. *Theophilum* diverſum utiqve Malalas intellegit à veteri illo qvi ad Avtolycum ſcripſit, neqve enim qvæ ex illo profert in hujus ſcriptis leguntur, & Theophilum atqve *Timotheum* una cum Clemente Θεοφιλεστάτους χρονογράφους laudat Heſychius fragmento in CHriſti natalem, qvod latine pridem in lucem edidit Hervetus cum qvæſtionibus Anaſtaſii Sinaitæ, Græce vero ac latine Cangius ad calcem Chronici Paſchalis, & prolegomenis ad Malalam Humfredus Hodius, cujus doctiſſimi viri diatribam in qva de Theophilis, Clementibus & Heſychiis variis diſſerere voluit, acerbo auctoris fato interceptam merito dolemus.

Ab auctore Anonymo in Originibus Combefiſii CPolitanis laudatur pag. 5. ὁ Ἀγκυρανὸς χρονογράφος ἐν τῇ δεκαλόγῳ αὐτοῦ, qvi Codino Ἀγκυρανὸς ἐν δεκάτῳ λόγῳ. Apud eundem Anonymum pag. 33. mentio Μιλιχίου χρονογράφου.

Heliconius Byzantius Sophiſta ſcripſit Svida teſte χρονικὴν Ἐπιτομὴν, *Compendium Chronicum* ab Adamo usqve ad Theodoſium M. *libris X.*

Heſychii illuſtris, patria Mileſiii, *Hiſtoria Chronica* à Belo Aſſyriorum Rege usqve ad obitum Anaſtaſii Imp. ſcripta Juſtiniano imperante & comprehenſa *libris* ſive diſtincta in τμήματα ſive temporis Διαστήματα *ſex*, celebratur à Photio Cod. LXIX. & eodem Svida in Ἡσυχίου, qvi præter rem negat eum fuiſſe Chriſtianum. Fragmentum libri ſexti, & primum qvidem ejus ut videtur caput, ad nos pervenit, editumq; à Meurſio eſt cum verſione & notis, ſub titulo πάτρια Κωνσταντινουπόλεως. Non poterat igitur ejus ſingillatim Svidas inter opera Heſychii meminiſſe. Laudatur Heſychius illuſtris ὁ φιλοσοφήσας Περὶ τῆς Μιλησίας ἐν τῷ ε χρονικῷ Διασήματι in gloſſario Juris Labbeano voce παλματίους, atqve ἐν τῷ ς' Διασήματι, voce Φόλλις.

Ex *Iſidori* Diaconi Chronographia aliqvid affert Joannes Damaſcenus III. de imaginibus pag. 385. *Nicolaus* (ut à Nic. Damaſceno diſtin-

2011 Ministerio de Cultura

distingvatur dictus νέ@ sive junior) Chronographus Photio suppar, memoratur à Labbeo in protreptico Hist. Byz. p. 48.

πύρων Pyron vel Pyrrho Chronographus non aliunde notus mihi qvam ex Glycæ annalibus pag. 82.

XXXVII. *Chronographi post Eusebium, Græci editi.*

JOANNES Antiochenus, cognomento MALELAS,* diversus ab altero ** *Joanne*, Monacho *Antiocheno*, itidem Chronographo atqve similia passim tradente, & similibus delectato fabulis, *** ex cujus Historia Chronica ab Adamo nescio qvousq; producta habemus Costantini Porphyrogennetæ excerpta, qvæ non ultra Phocæ tempora procedunt, atqve ex Peiresciano Codice Græce & latine cum notis edita sunt ab Henr. Valesio Paris. 1634. 4. Malelæ vero Histo-

* Malelas sive Malalas, i. e. Rhetor, Sophista, Sbholasticus, vel qvi Rhetoris munus gerebat in Ecclesia Antiochena. Rectius porro in nominandi casu dici Malelas qvam Malela vel Malala, docet Rich. Bentleius Epist. ad Millium pag. 78. seq. licet antiqvissimos Latinos Græca nomina in as desinentia solitos in A pronunciare ut Ænea & Anchisa, testatur Qvintilianus lib. 1. cap. 5. Confer Claudii Dausqveji Orthographiam T. 1. pag. 59.

** In Præf. ad excerpta Peiresciana pag. 5. scriptores, è qvibus illa digesta sunt, ita recensentur: εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν,

α' Ἰωσήπου Ἀρχαιολογίας,
β' Γεωργίου Μοναχοῦ (Hamartoli intellige)
γ' Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς
δ' Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱστορίας &c. Hic Joannes à Malela ut vides diversus, vocatur Monachus pag. 853. τέλ@ τῆς ἱστορίας Ἰωάννου Μοναχοῦ. Codini, & utriusqve Tzetzæ de eo testimonia notavit laudatus Hody prolegom. ad Malelam, qvi alia præterea ex ejus Chronico excerpta & ipsam Chronographiam atqve περὶ ἀρχαιολογίας (nisi hæc idem cum illa, aut ejus pars est) notat integram exstare in Gallia, laudariqve à Nic. Alemanno ad Procop. Allatio ad Eustathii Hexaëmeron, Salmasio ad Solin. & Historiam Augustam, Cangio ad Chron. Paschale &c. Fuit etiam, anteqvam ad CPolitanam sedem efferretur, Antiochenus presbyter Joannes Chrysostomus, cujus nomine apud Arabes Chronicon ferri, eidem Hodio observatum, qvi plures Joannes Antiochenos recenset, atqve uberius de illis tradere instituit in diatriba de scriptoribus Græcis variis cum prophanis tum Ecclesiasticis, maxime ex Codd. MSS. sed qvæ lucem non vidit.

*** Multa qvoqve similia & non raro iisdem verbis leguntur in Malala, Chron. Paschali, Cedreno & aliis.

2011 Ministerio de Cultura

Hiſtoria Chronica ſive Chronicon, Damaſceno pridem III. de imagg. Tomo 1. p. 368. & Tzetzæ Chil. V. Hiſt. 29. 30. laudatum, qvod ab orbe condito ad obitum Juſtiniani I. Imperatoris ſive A. C. 566. progreditur, MStum in Bibl. Bodlejana inter Codices Barocianos evolverunt viri docti Montacutius, Uſſerius, Seldenus, Jo. Gregorius, Pearſonius, Gvil. Lloydus aliiqve. Hinc ex eodem MSto cum verſione & notis *Edmundi Chilmeadi* prodiit Oxonii, typis Sheldoniani theatri A. 1691. 8. Opus ab auctore diſtributum fuerat in libros XVIII. Sed primus liber cum ſecundi parte deſideratur, itaqve ab editore defectus ille ex Georgio Hamartolo ſuppletus. Præmiſſa etiam erudita *Humfredi Hody* prolegomena, qvi Malalam ad noni ſæculi initia detrudit, qvem tamen non adeo diu poſt Juſtinianum floruiſſe Clariſſimo Caveo lubens aſſentior. Poſt Indicem vocum Græcobarbararum qvæ in Cangii gloſſario Græco vel plane non vel alia ſignificatione reperiuntur, ſeqvitur præclara Epiſtola ad Jo. Millium, qva Vir egregius *Rich. Bentlejus* non Malalæ ſolum ſed & aliorum plurium ſcriptorum Græorum loca illuſtrat emendatqve.

Index Scriptorum à Jo. Malala allegatorum, ad paginas edit. Oxonienſis.

b. *partem poſteriorem,* * *ſupplementum ex Georg. Hamartolo præmiſſum denotat.*

Acta Apoſtolorum Apocrypha (Clementis recognitiones) 329.

Æſchines Philoſophus 240.

Africanus Chronographus 63. 74. 83. 88. 111. 112. 201. 351.

Οἱ ἐκδεδεμένοι τὰ πάτρια Ἀλεξανδρείας τῆς μεγάλης 284.

Apollonius ὁ σοφώτατος ἰσοελικός 97. ubi tamen videntur innui Apollonii Rhodii Argonautica.

Apollonius Tyanenſis, ejusqve τελέσματα. 342. ſeq.

Archilochus ὁ σωφώτατος 82.

Arrianus Chronographus (de Trajani expeditione contra Parthos) 358.

Ariſtoteles 240.

Ἀσκληπίων Aſtrologus Domitiani. 346. Svetonio, Zonaræ & aliis Ἀσκληπιείων.

Αὐλέας ὁ σοφώτατος. 73. 174. ſub qvo nomine Æſchylum latere, clariſſ. Bentleio perſvaſum.

Berenicæ (Veronicæ) hæmorrhouſæ libellus ſupplex ad Herodem Regem. 306.

2011 Ministerio de Cultura

Brunichius, Chronographus Romanus. 239.
Buttius ſ. Bottius (lege Bruttius) Chronographus. 39. 326. 340.
Callimachus ὁ σοφὸς ἐν τοῖς Ἐτησίοις. 221. leg. Αἰτίοις.
Caſtor Hiſtoricus 200.
Cephalion ὁ σοφώτατος Κεφαλίων. 46. 52 58. 111. 209.
Charax Hiſtoricus 99. 221.
Clemens Chronographus 39. 295. 298. 309. 312. 366. b. 155.
Cyrillus Epiſcopus. 69. ſeq. ἐν τοῖς κατ' Ἰουλιανόν. 30. 240.
Daniel 200. de Bel & Draco-ne 20.
Debborius Philoſophus τελεσής 344.
Demarchus 52. lege Dinarchus, & Poëtam hoc nomine non Rhetorem intellige. Vide Bentlei Epiſt. ad Millium p. 72.
Democriti φιλόσοφου συγγραφή. 104.
Deucalio diluvii particularis hiſtoriam expoſuit 85.
Dictys 134 148. 168. 152. 155. 168. 172. 322.
Didymus ὁ σοφώτατος Δίδυμος, ὁ ἰσοελικὸς χρονογράφος 99. 106. 212.
Diodorus (Siculus) 64. 83.
Dionyſi ſ. Bacchi Epitaphium 52.
Dionyſius Hiſtoricus 243.
Dionyſius Areopagita 325.
Domitianus Imp. Philoſophus dicitur 340. 346.
Domninus Chronographus 109. 181. 265. 303. 345. 356. 372. ſq. 377. ſeq. 392. 393.
Euripides. b. p. 61.
de Antiopa 58.
in Bacchis 51.
Cyclope 148. 149.
de Danae 39.
(in Hippolyto.) 109.
(Iphigenia in Tauris.) 174.
Meleagro 210.
Oedipo 63.
de Paſiphaë. 106.
(in Sthenebœa.) 104.
Euſebius Pamphili 63. 68. 85. 191. 243. 251. 265. 295. 330. 337. b. 155.
Euſtathius Chronographus b. 115.
Eutropius Chronographus. b. 24. Romanorum Hiſtoriographus, in Hiſtoria ſua Græcam in lingvam traducta. 267.
Eutychianus Chronographus b. 21.
Florus Livii epitomator. 270.
Ganymedis Epitaphium 99.
Hermes Trismegiſtus 29.
Herodotus 29. 200.
Hippocrates 105.
Homerus 26. 152. 149. 168. 183.
Jamblichus Philoſophus in Daphne vitam degens 414.
Joannes Epiſcopus 69.
Joſephus in Antiqvitatibus 69. 319. de bello Judaico 337.
Irenæus 203. 351.
Iſiodus (aliis Heſiodus) ex Japheti

2011 Ministerio de Cultura

ti posteris, Græcarum literarum repertor 70.
Julianus Chaldæus sive Astrologus & Magus 369.
Justiniani Imp. ad Indos legatus (Nonnosus) b. 194.
Licinius (Macer) Romanus Chronographus 229.
Livius Historicus 226. 233. 270. 277.
Lucanus Poëta 290.
Lucianus 93.
Lycurgus vir sapiens 52.
Magnus Carrensis, Chronographus, b. 17.
Marci Antonini Museum, Antiochiæ 369.
Manetho Historicus 27. 71.
Nestorianus Chronographus b. 11. usqve ad Leonem juniorem Imp. 85.
Ninus 93. ubi de Marsya Musico, qvem Philosophum vocat. putem pro *Nino* legendum *Linus*.
Oracula 27. 79. 90. 114. 298. &c.
* Origenes 12.
Orpheus 88. 91. 92. ubi & versibus ejus qvibusdam ἑρμηνεία sive interpretatio subjicitur.
Palæphatus 26. 38. 48. 63. 75. 101. 267. oportet librum Palæphati pleniorem habuisse, qvam hodie exstat, cum pleraqve qvæ ex illo Malalas affert, in nostro hodie incassum qværas, ut monui l. 1. Bibl. Græcæ c. 21.
Paridis Hymnus in Venerem, nuncupatus Cestus, & Oratio in eam Encomiastica 115.
Pausanias ὁ σοφώτατος χρονογράφος 44. 251. 260. 320. Neqve hæc in Pausania nostro legas qvæ ex Pausania Malalas attulit. (Petissonius Pharao, Ægypti Rex, cognomine Comœdus, nisi nomen, qvod utiqve videtur, corruptum 76.)
Phidias Corinthius 149. idem Φειδάλιος dicitur 52.
Philochorus 52.
Philostratus (de Sapore Rege Persarum) 393.
Phlegon Athenienses 310.
Plato de legibus 105. γράφων περὶ Τίμαιον περὶ Θεῶν. 240.
Plinius Romanus Historicus 226.
Plutarchus χερρονήσου 66. pro χαιρονέυς 66. 67.
Polybius Historicus 200.
Porphyrius ἐν φιλοσόφῳ αὐτοῦ χρονογραφία 67.
Priscus Thrax de bello contra Attilam scripsit. b. 60.
Pythagoras Samius Arithmeticam scripsit. 201. de bello Cyrum inter & Samios. ibid.
Rheginus, apud qvem nomina τῶν ἀποθεωθέντων 64.
Sallustii Historia Catilinaria. 266. seq.
Servius Romanus scriptor (in Virgilium) 206. 229.
Sisyphus Cous. 148. 152. 167.

2011 Ministerio de Cultura

Sophocles 47.
Sotades (Σωτάδης) de nominibus planetarum 27.
* Symmachus interpres Græcus Bibliorum V. T. 7.
Tatianus Chronographus 312.
Thales (forte Thallus) Historicus 200.
Theophilus Chronographus 32. 71. 105. 200. 269. 284. 295. 325. b. 155. 156.
Tiberiani Epistola ad Trajanum Imp. de suppliciis Christianorum 356.
Timotheus Chronographus 92. 200. 202. 295. 299. 155. 156.
Persarum βασιλείς sive bajuli, qvi post baptismum Timotheus dictus est, narratio de Manichæis affertur b. 178.
Tranqvillus (Svetonius) 39.
Virgilius Poëta 168. 206. 277. 374. in clypei descriptione 283.
Xenophon, 240.

Farraginem Historico Chronologicam, qvam è Codice MS. Augustanæ Bibliothecæ sub nomine CHRONICI ALEXANDRINI vulgavit Græce & Latine cum notis *Matthæus Raderus* S. I. Monachii 1624. 4. deniqve sub veriore titulo *Chronici Paschalis*, nova meliore versione & eruditis notis illustratam à *Carolo du Fresne* habemus Paris. 1688. fol. Idem Fresneus sive Cangius nonnullas affert observationes *Jo. Baptistæ Hautini* sive Altini, qvi & ipse Chronici hujus editionem videtur molitus fuisse, rei Chronologiæ apprime peritus. Præterea ex MS. Codice & Holstenii observatione duos illius operis notat fuisse auctores, unum qvidem rerum ab orbe condito ad A. C. 354. (Constantini 17.) alterum vero qvi illud ad annum usqve vicesimum Heraclii continuavit. Index Imperatorum qvi usqve ad Imperatorem Constantinum Monomachum A. C. 1042. pertingit, ab alio est, idqve in ipso titulo diserte innuitestatur Is. Casaubonus p. 243. Epist. *Antiochenum libentius Chronicon vocaverim*, inqvit Henricus Valesius p. 39. ad Eusebium & ad Theodoritum pag. 21. seq. cum qvo facit Stephanus le Moyne notis ad Varia sacra p. 131. Plurima qvoqve eadem leguntur atqve iisdem verbis in Chronico Joannis Antiocheni Malalæ. *CPolitanum Chronicon* appellat Usserius pag. 75. prolegom. ad Ignatium, illamqve convenientiorem esse inscriptionem disputat etiam Reinesius II. 17. Var. Lect. Cæterum Raderus auctorem domo *Alexandrinum* fuisse collegit ex iis qvæ de Jeremiæ cineribus Alexandriam jussu Alexandri M. deportatis leguntur pag. 366. & qvod Georgii successor Petrus Alexandrinus nota

2011 Ministerio de Cultura

nota in fronte libri appoſita opus illud commendavit, atqve inde Chronicon Alexandrinum Raderus inſcripſit: qvanqvam in eo potuit falli, & qvod de *Maximo* Monacho qvi Heraclio imperante vixit, velut de Chronici hujus auctore cogitat: qvemadmodum & ejusdem plerasqve emendationes & conjecturas ſibi non probari teſtatus eſt Cotelerius T. 3. monumentorum Eccleſiæ Græcæ pag 608. unde ſæpius correctione indigere illud opus notavit Jo. Gregorius capite 36. Obſervationum ſacrarum: & parum accuratus interpres Raderus dicitur ab Henrico Warthono ad Uſſerium de ſcripturis ſacrisqve vernaculis pag. 349. Ex hoc ipſo opere petita ſunt qvæ *faſtorum Siculorum* nomine laudant eruditi, qvoniam Codicem MS. in Sicilia Hieronymus Surita reperit, unde ab Antonio Auguſtino perlatus eſt Romam: indidem faſtos Conſulares excerpſit ediditqve Sigonius & Panvinius, & Græce ac Latine Sylburgius tomo tertio Hiſt. Auguſtæ. Longe plura ex Codice ſuo, qvi deinde ad Sylburgium pervenit, & ab hoc per Hœſchelium redemtus, Bibliothecæ Auguſtanæ * illatus eſt, excerpſit Is Caſaubonus, communicavitqve cum Joſepho Scaligero, qvi illa paſſim laudat nomine *Chronici Caſauboniani*, & edidit Græce ad Chronici Euſebiani calcem, præfixo titulo Ἐπιτομὴς χρόνων, ut paulo ante in Euſebio dicere me memini. Ex Malala in illud Chronicon multa deportata eſſe notavit Henricus Noris de Epochis Syro Macedonum pag. 203. idqve magis credo qvam qvod Clariſſ. Hodius prolegom. ad Malalam putat illa hunc ex Chronico deſcripſiſſe. Multa etiam iisdem verbis leguntur in Topographia Chriſtiana Coſmæ Indoplevſtæ, unde *Coſmam* illum auctorem Chronici ſuſpicatus eſt Allatius Lib. de purgatorio pag. 942. Uſſerius vero & alii incerta conjectura *Georgii Piſidæ* tribuunt, Caſimirus Oudinus *Georgio Alexandrino* à qvo vitam Chryſoſtomi ſcriptam habemus. Non Alexandriæ tamen ſed CPoli ſcriptum eſſe illud Chronicon probat Henſchenius exegeſi præliminari ad Tom. 3. Act. Sanctorum Martii pag. VII.

Subjunxit Cangius Chronico Paſchali ſelecta qvædam vetera Monumenta ad rem Chronologicam facientia, qvorum ſyllabum hîc à me addi, non erit ſpero ab præſenti loco alienum.

1. Χρόνων ἀριθμησις καὶ ὁμάς, pag. 404-408. *Temporum compendiaria* per Patriarchas & Reges *putatio* & ſumma, ab Adamo usqve ad Con-

* Vide Cavei Hiſt. literat. in Georgio Piſida.

2011 Ministerio de Cultura

Constantinum & Romanum scripta circa A. C. 960. ex Scaligeri VII. de emendat. temporum p. 742. sq. & Petavii Uranologio * p. 190. seq. ad calcem Computi S. Maximi Martyris. Similem putationem vulgavit Frid. Sylburgius ad calcem Zosimi, in scriptoribus Græcis Historiæ Romanæ minoribus. Francof. 1590. fol. apud Wechel.

2. Δήλωσις τῶν ὑποκειμένων κεφαλαίων, πότε καὶ ἐπὶ τίνος ἀυτῶν ἕκαστον ἐπληρώθη pag. 408. 409. *Explicatio insigniorum quorundam eventuum*, qvando & sub qvo singula contigerunt. Ex eodem Scaligero pag. 745. & Petavio pag. 193. cujus latina versio est à Cangio adjuncta.

3. *Imperatorum Romanorum Catalogus ab Augusto ad Constantinum Monomachum*, pag. 410-412. qvi Chronico Alexandrino in editione Raderiana pag. 438. seq. insertus legitur, sed in Codice Holstenii recte exulat, & juniorem agnoscit auctorem.

4. *Liber generationis ab Adam usque ad Alexandrum Severum*, p. 413-421. latinè ex veteri versione, & editione Henrici Canisii Tom. 2. Antiqv. Lect. & altera Philippi Labbei ad fidem Codicis MS. Collegii Paris. S. I. recognita in Bibl. nova MSS. Paris. 1657. fol. pag. 298. Non absurde suspicatur Cangius breve hoc Chronicon deberi *Hippolyto* Portuensi, Confer qvæ dixi supra cap. 1. p. 205.

5. *Fragmentum duplex Chronici Eusebiani* è Codd. Regiis 2431. fol. 17. & 2919. & Colberteo 1350. Græce cum Cangii versione pag. 421-423. de CHristo nato anno mundi 5501. & de ratione anni mensiumqve Græcorum, Ægyptiorum & Hebræorum.

6. Ἡσυχίου εἰς τὴν γέννησιν pag. 424. Græce & Latine *Hesychii fragmentum ex Homilia in Natalem CHristi* ex iisdem Codd. Vulgavit idem fragmentum Humfredus Hody prolegomenis ad Malalam, è Codice Bodlejano. Oxon. 1691. 8. & Caveus in Hist. literaria scriptorum Eccles. ubi de Josephi Hypomnestico, ad A. C. 420.

7. *Ex Anonymo de CHristi nativitatis & passionis annis.* Græce & Latine pag. 424. 425. Ex Cod. Regis Galliæ 2431. fol. 172.

8. Σύν-

* Utor editione Amstelod. 1703. fol. qvæ Antwerpiæ nomen præfixum habet.

2011 Ministerio de Cultura

8. Σύγγραμα Ἐκκλησιαστικὸν * Δωροθέου Ἐπισκόπου Τύρου, ἀρχαίου ἀνδρὸς, πνευματοφόρου καὶ Μάρτυρος γεγονότος ἐν τοῖς καιροῖς Λικινίου καὶ Κωνσταντίνου τῶν Βασιλέων. *Procopii presbyteri ex latinis commentariis Dorothei Episcopi Tyri de LXX. Domini Discipulis, Patriarchis CPolitanis, & de duodecim Apostolis* ex Codd. Regiis 2760. & 2819. Græce & Latine pag. 426 - 436. Non repetam qvæ de hoc pseudoDorotheo, scriptisqve ei suppositis Vossius in Historicis Græcis, aliiqve monuerunt, sed tantum de editionibus ejus Opusculorum pauca annotabo. Dorotheus

T

de

Libri 5ti Pars Altera.

* Hic Dorotheus in Martyrologiis & Menologiis V. Junii celebris, cæteroqvi vix ulli veterum memoratus, Martyrium consummasse dicitur sub Juliano, anno ætatis suæ 107. De altero antiqviore Dorotheo Diocletiani Evnucho & inde presbytero Antiocheno atqve Martyre (è qvo duos præter rem facere videtur Clariss. Caveus) Vide Acta Sanctorum T. 1. Junii p. 435. Alius Dorotheus Tyri Episcopus, qvi cum aliis Episcopis scripsit Epistolam de fide ad Leonem Imp. in Concilio Chalcedon. T. 2. edit. Binianæ p 385. Alius Dorotheus sive Theodorus Heracleæ Episcopus Arianus de qvo Valesius ad Philostorg. IX. 13. Alius Dorotheus Archimandrita Palæstinus sæculo VI. exeunte clarus, de qvo Acta Stor. T. 1. Junii p. 596. sq. Hujus opuscula Ascetica Græce & latinè in Orthodoxographis A. 1569. & in Auctario Bibl. Patrum Paris. A. 1624. T. 1. p. 743. edita, & latinè in pluribus Bibl. Patrum editionibus ex latina versione Hilarionis Monachi Cassinensis obvia, Gallice post versionem Francisci Boutoni S. I. prodiere interprete Jo. Arnaldo Butellerio Rancæo, qvi notior est sub nomine Abbatis Trapensis (Abbé de la Trape) Paris. 1686. 8. De Boutoni versione ita Theoph. Raynaudus in SS. Lugdunensibus T. 8. Opp. p. 91. sq. *Sanctum quoq; Dorotheum Gallice fecit è Græco, quod dum mentem Ascetici illius lectissimi pabuli usu reficeret, & latinis Græca componeret, observasset plerag; non modo in* Hilarionis Veronensis, *quæ aperte misera est & mendosissima, sed etiam in politiore & venustiore* Chrysostomi Calabri *latina versione* (cum notis Balth. Corderii edita Antwerp. 1646. 12.) *peccari.* Alius Dorotheus Thebanus, & alter item junior Chiliocomensis, qvos ab Archimandrita distingvere jubent Acta Sanctor. T. 1. Junii pag. 592. Alius Dorotheus Nestorii acris sectator, & Martionopolitanus in Mœsia Episcopus, qvi interfuit Concilio Ephesino & cujus Epistolas qvasdam vulgavit Christianus Lupus. Alius Dorotheus Alexandrinus, Monachus qvi Imp. Anastasio Apologiam pro Concilio Chalcedonensi obtulit, qvam ob concussam pro Eutychis hæresim Ecclesiam Tragœdiæ nomine, ut narrat Theophanes, inscripsit. Alius deniqve Dorotheus & longe junior Monembasiensis Metropolita, cujus Historia ab orbe condito ad captam à Turcis CPolin lingva Græca vulgari vidit lucem Venet. 1631. 4. Mihi est editio recentior excusa ibid. 1684. 4. Omitto alios ab Ecclesia alienos, ut Dorotheum Sidonium de qvo dixi lib. 3. cap. 20. Ascalonitam (nisi is idem cum Sidonio) & Athenien-sem de qvibus Vossius in Hist. Græcis, Dorotheum Rhetorem, Plutarchi in cujus symposiacis inducitur æqvalem, Dorotheos JCtos, Medicosqve, de qvibus alibi.

2011 Ministerio de Cultura

de Prophetis & discipulis Domini ex versione *Wolfg. Musculi* primum vidit lucem latine post Eusebium, Socratem & alios Hist. Ecclesiasticæ scriptores, Basil. 1557. 1598 fol. tum una cum Sulpicio Severo Paris. 1560. 12. edente Jacobo Fabro, Doctore Sorbonico: atqve iterum cum Salviano, Maximi homiliis, Paciano de pœnitentia, Sulpicii Severi Historia & Haymonis Halterstad. Epitome Hist. Eccles. prodiit Rom. 1564. fol. ex edit. *Petri Galesinii*, qvi etiam notas adjunxit. Nec minus in Bibliothecis Patrum, Paris. A. 1575. Tom. 2. & A. 1589. atqve 1654. T. 7. & Colon. A. 1618. atqve Lugd. A. 1677. T. 3. Codicem MS. Græcum à latinis his editionibus non leviter discrepantem, qvi exstat in Bibl. Vindobonensi, commendat Lambecius lib. 3 pag. 50. seq. Ac similis plane Codex est ex qvo Cangius suum Dorotheum edidit, qvemadmodum & ille è qvo Caveus in Hist. literaria vulgavit A. 1688. ea qvæ vidit in Latinis editionibus deesse, maxime de Patriarchis CPolitanis, qvæ & ipsa nullam mereri fidem fatetur Papebrochius T. 1. Act. Sanctor. Junii pag. 392. seq. Vide & pag. 436. Pars *de Prophetis* non modo in Cangii & Cavei sed etiam in Vindobonensi illo Codice desideratur, neqve hactenus Græce prodiit, suppleri tamen potest tum ex Codice altero cujus idem Lambecius facit mentionem lib. 3. pag. 173. 174. qvi plane geminus videtur esse illi qvo Musculus usus est, nisi qvod Chronologiam Patriarcharum CPolitanorum narrationibus de Prophetis subjunctam habet: tum ex iis qvæ de Prophetis eadem fere leguntur in Chronico Paschali pag. 146. sq. & è libro qvi inter Epiphanii Opera extat de Vitis Prophetarum. Etiam in Chronico MS. Simeonis Logothetæ non dissimilia legi testatur Cangius ad Chronicon Paschale pag. 505. Dorotheum Epiphanii interpretem vel imitatorem vocare solet illustris Huetius, qvi errores qvosdam ejus perstringit in Demonstratione sua Evangelica. Qvæ *de Apostolis* sub ejusdem Dorothei nomine leguntur, conferre operæ pretium est cum iis qvæ de eodem argumento ex Codicibus Bibl. Regiæ 1007. 1789. & 1026. attulit Cotelerius ad Constitutiones Apostolicas lib. 2. c. ult. Præcipue cum Hippolyti synopsi de duodecim Apostolis, qvam Dorotheo præferre non dubitat Emanuel Schelstratenus in Antiqvitate Ecclesiæ illustrata Tomo 2, diss. 1. qvæ est de locis ubi CHristus & Apostoli fidem prædicarunt. *Describitur etiam*, inqvit Clariss. Cangius, *in alio Codice Regio 2951. fol. 233. syntagma* Τῆς Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῶν ἁγίων Ἀπο-

2011 Ministerio de Cultura

Ἀποστόλων, πῦ ἕκας☉ αὐτῶν ἐκκήρυξε, κὴ ὡὲὶ (leg. πῶς) κὴ πῦ ἐτελέυτησαν, κὴ τὰ ἅγια αὐτῶν σώματα πῦ κεῖνται, κὴ ἐν ποίοις τόποις, *cui quidem syntagmati subjiciuntur nomina & Episcopatus LXX. Discipulorum. Verum nihil aliud fere continet quod non habeatur apud Dorotheum, & in illius serie XII. Apostolorum, ac illâ quæ præfigitur Commentariis Oecumenii.* Hippolytum de XII. Apostolis Græce & Latine cum notis edidit Combefisius in auctario novo Tomo 2. pag. 831. atqve similem *de LXX. Discipulis* sub Hippolyti nomine (Thebanum intellige, Chronici Sæculo XI. scriptorem) habuit Sirletus, laudavitqve Baronius ad Martyrolog. 9. April. & alibi, ut dixi supra cap. 1. pag. 212. Crassiores qvasdam hallucinationes hujus Pseudo Dorothei perstringit David Blondellus libro de Episcopis & presbyteris pag. 104. seq.

9. Τῶν ἰβ Ἀποστόλων αἱ πατρίδαι, κὴ τὰ ὀνόματα τῶν γεννησάντων pag. 437. seq. *Duodecim Apostolorum patriæ, eorumque nomina ex quibus sunt nati.* Ex Cod. Reg. Hoc ἀποσπασμάτιον Græce & latine ediderat loco jam laudato Cotelerius.

10. Τῦ ἐν ἁγίοις Θεοδωρίτυ, Ἐπισκόπυ Τύρυ περὶ τ βαπτίσματ☉ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κὴ τῆς Θεοτόκυ pag. 438. *Ex S. Theodorito Tyri Episcopo de baptismo SS. Apostolorum & Deiparæ.* In Codice altero Vindobonensi post Dorothei synopsin sequitur idem hoc fragmentum sed sub nomine *Sophronii* Hierosol. sub qvo Græce & latine illud exhibet Lambecius lib. 3. pag. 52. seq.

11. Fragmentum ex *Fastis* Cuspinianeis Consulum Rom. in omissorum specimen. pag. 439.

12. Descriptio Consulum ex qvo primum ordinati sunt, *Fastorum Idatianorum* lemmate hactenus edita, ad MS. exemplar Collegii Paris. S. I. recognita, & cum Arnaldi Pontaci, Episcopi Vasatensis editione collata, pag. 439 - 450.

13. *Fasti Græci* ab A. C. 138. ad A. 362. pag. 451 - 455. ex Cod. Saviliano & editione V. C. Henrici Dodvvelli, in appendice ad dissertationes Cyprianicas, Oxon. 1684. 8. primum editas, & deinde Cypriano Jo. Felli semel iterumqve recuso subjectas.

2011 Ministerio de Cultura

14. Fasti Græci alii ex apographo Is. Vossii ab A. C. 222. ad A. 630. pag. 456 - 463. Ex edit. ejusdem Dodvvelli.

15. Fragmentum Fastorum ab A. C. 205. ad A. 354. pag. 463 - 466. ex Ægidii Bucherii Doctrina temporum, Antvv. 1634. fol. pag. 247. seq.

16. Ex temporibus Gallieni, qvis, qvantum temporis *præfecturam Urbis* administraverit ab A. C. 254. ad 354. pag. 466. ad 468. ex eodem Bucherio pag. 236. seq.

17. Catalogus *Pontificum Rom.* usqve ad Liberium pag. 468. 470. in qvo Consules passim simul memorantur, qvemqve Jo. Cuspinianus totum in fastos suos transtulit, atqve ediderat qvoqve Bucherius pag. 269. seq.

18. *Paschalis* centum annorum laterculus ab A. C. 312. ad A. 411. pag. 470. 471. ex eodem Bucherio pag. 259. seq. ubi emaculatus datur.

19. Laterculus *fastorum Consularium* * ab Ausonii & Olybrii Consulatu ad XVII. post-Consulatum Basilii, pag 472. seq. ex Cod. Colbert. 240. & ex editione Arnoldi Pontaci post notas in Eusebii Chronicon.

20. Laterculus alter brevis Consulum, post Chronicon Cassiodori Senatoris. Pag. 473. Ex eodem Codice Colbertino.

21. Methodus qva invenitur cujusqve mensis qvæcunqve dies, & in qvam septimanæ feriam incurrit, & in qvem annum incidit bisextus. Græce & latine pag. 474 - 479. Ex Commentario *Heraclii* Imp. in προχείρους Ptolemæi κανόνας, ex edit. H. Dodvvelli V. C. ad calcem diss. Cyprianicarum.

22. Variæ lectiones ad binas Epistolas Dionysii Exigui de ratione Paschæ p. 479. seq. Ex variis Codd. MSS. Regio, Colberteo & Petaviano.

23. De

* Hisce fastis Consularibus omnino addendi qvos è Codice Bibl. Cæsareæ edidit illustravitqve Henricus Noris ad calcem Operis eruditissimi de Epochis SyroMacedonum Lips. 1696. 4. atqve Græviius una cum ejusdem Norisii Epistola Consulari inseruit Tomo XI. thesauri Antiqvitatum Romanarum.

2011 Ministerio de Cultura

23. De Paſchate Judæorum, pag. 479. 480. ſeq. ex Codice Colberteo.

24. Argumenta Ægyptiorum qvorum meminit Dionyſius Exiguus in Epiſtola ad Petronium, & Victorius in Canone Paſchali. pag. 481. 482. Ex Cod. Colberteo 240. poſt Epiſtolam Paſchaſini Epiſcopi ad Papam Leonem.

25. De triplici Græcorum æra, CHriſtum A. M. 5493. vel 5501. vel ut auctor Chronici Paſchalis, 5509. natum eſſe contendentium. pag. 482. ſeq. *ex Dionyſii Petavii Doctrina temporum IX. 3.*

26. De duabus Epochis nati CHriſti A. M. 5506. vel 5507. Pag. 483. *ex eodem Petavio lib. VII. Auctarii cap. 1.*

27. Methodus Epactarum, & Novilunii inveſtigandi ratio, qva utitur auctor Chronici Paſchalis pag. 483. ſeq. *Ex eodem lib. IX. Doctrinæ temporum cap. 5.*

28. Methodus ad Paſchales terminos ſive Judaica Paſchata cognoſcenda, qvâ Auctor Chronici Paſchalis utitur. pag. 484. *Ex eodem lib. VIII. Auctarii cap. 11.*

29. Laterculus Menſium Macedonicorum, qvos ſcriptor Chronici Paſchalis, ut & mediæ vetuſtutis ſcriptores Chriſtiani cum Syro Macedonicis ſeu Antiochenis confundere ſolent. pag. 485.

Hactenus Appendix ad Chronicon Paſchale Cangiana.

XXXVIII. GEORGIUS Monachus, atq; Theophane * teſte Abbas, Patriarchæ CPolitani Taraſii A. C. 806. defuncti *Syncellus* ** (qvaſi *Concellanum* dicas & domeſticum) ipſe pag. 3, & 6. ſi modo ipſe, auctor

* Theophanes initio Chron. ὁ μὲν μακαριώτατος Ἀββᾶς Γεώργιος ὁ Σύγκελλος γεγονὼς Ταρασίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, ἐλλόγιμος ἀνὴρ καὶ πολυτελέστατος, ἄλλως τε ἱστοριογράφος ἀναγνὼς &c.

** Anaſtaſius Bibliothecarus circa A. C. 870. clarus Præfat. ad Hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam: *Operæ pretium duxi ex* Georgii *ſummatim quædam &* Theophanis *Chronographia plura ſed ſuccincte carpenda: quorum prior usque ad Diocletianum, posterior vero usque ad Leonem, qui post Michaëlem imperavit, patrem ſcilicet Ignatii qui adhuc ſupereſt habenas CPolitanæ tenens Eccleſiæ, prædicti operis ſui ſtylum protraxit. Qui autem ſint iſti, breviter annotabo. Horum igitur alter electa Mona-*

2011 Ministerio de Cultura

auctor est se Chronico suo complecti velle res ab Orbe condito gestas usqve ad A. C. 800. Certe Syncellus morte præventus non ultra Diocletiani tempora pervenit, teste eodem Theophane, qvi continuavit, & Mich. Glyca, ac Georg. Cedreno, qvod & titulus operis indicat: Γεωργίε τ̃ Μοναχ̃ χρονικὴ ἱστορία δεχομένη ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ διήκυσα μέχρι τ̃ Διοκλητιανο̃. Josephus Scaliger qvi opere illo MS. usus est & ex illo pleraqve in Eusebium suum, minus licet emendata qvandoqve, ut notat Salmasius pag. 99. Epist. descripta derivavit, qveritur illud ab antiqvario qvi descripsit multis partibus mutilatum esse, & qvæ scriptor toties promittit, ea nusqvam comparere Epist. CLX. & CLXI. ad Marcum Velserum, à qvo alium codicem Venetiis afferendum exspectabat. Titulus Codicis ἐκλογὴ χρονογραφίας συνταγεῖσα ὑπὸ Γεωργίε μοναχ̃ Συγκέλλε γεγονότ@ Ταρασίε Πατριάρχε Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλ. Qvamqvam vero Jacobus Goarus contendit integrum Georgii opus ad nos perveniisse, tamen Philippus qvoqve Labbeus notis ad Glycam ex Georgio qvædam allegantem, qvæ in illo haud leguntur, annotat pag. 367. *Ex ista pericope aliisque quibusdam Lector discet, non esse integrum Georgii Syncelli Chronicon, suisque partibus omnibus absolutum, quod è Codice MS. Bibliothecæ Regio à R. P. Jacobo Goaro Ord. Prædicatorum typis Regiis prodiit, sed quædam adhuc in eo desiderari, ex aliis, si quæ forte occurrant uberioribus membranis supplenda.* Allatius qvi de Georgio Syncello multa erudite animadvertit diatriba de Georgiis, pag. 323. seq. & Possevini, Vossii atqve aliorum hallucinationem qvi cum Georgio Hamartolo, de qvo mox, confundunt, castigavit, pag. 327. & 334. memorat Codicem Mediolanensem, hoc

Monastica vita, mundoque contemto, CHristi se levi jugo & suavi sarcina mancipavit. Præterea contra hæreticos incessanti agone desudans, multis verberibus, Mundi Principibus contra Ecclesiæ ritum sævientibus, diversisque pœnis affectus est. Sic ergo stigmata CHristi in corpore suo portans, tam pro fidei suæ constantia, quam pro multarum virtutum insignibus, sanctæ memoriæ Tarasii *Regiæ urbis Præsulis* Syncellus *effectus est. Sed ne multa prosequar, sufficere arbitror ad præconium ejus, quod à sede approbatus sit Apostolica, quando scilicet vicarii ejus unacum CCCL. Patribus in Nicæa urbe secundo convenientes universalem Synodum celebrarunt: Siquidem & laus ejus in eodem septimo & sancto Concilio reperitur.* Laudat Syncellum etiam Jo. Scylitzes, Mich. Glycas, Joannicius Cartanus Allatio pag. 325. de Georgiis memoratus, aliiqve. Etiam Tzetzæ Chiliad. 2. hist. 33. Γεώργι@ ὁ χρονικὸς laudatur ante Joannem Antiochenum. De aliis Georgiis Chronicorum scriptoribus infra dicam.

2011 Ministerio de Cultura

hoc titulo: Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων, καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου μοναχοῦ καὶ Συγκέλλου. Sed in illo perinde ut in altero cujus meminit Reinesius Epistolis ad Nesteros pag. 17. & in qvo res ab Adamo ad Imperium usqve Michaelis cum Theodora matre, cujus initium cum A. C. 841. coincidit, enarrantur, lucubrationes Georgii Hamartoli & Logothetæ ac Theophanis cum Syncellianis videntur confudi. Idem Labbeus in Protreptico de Scriptoribus Byzantinis promisit Chronologiam Syncelli vulgandam ex MS. Bibl. Regiæ Paris. collato cum Vaticano qvem descripserat Holstenius & cum Mazarinianis, addita latina versione *Jo. Baptistæ Hautini*, sive *Altini*, qvem Nic. Rigaltii levirum, Syncelli molitum esse editionem, ad eundem Rigaltium Romæ A. 1630. scripsit Josephus Maria Svaresius, in Epistola qvæ legitur T. 4. Operum Sirmondi pag. 663. At neqve illa versio neqve editio Altiniana vidit lucem, sed *Goarus* Syncellum cum versione sua & notis publicavit Paris. 1652. fol. usus Codice MS Regiæ Bibl. scripto A. C. 1021. qvem Corinthi paravit Jo. Abramus A. C. 1507.

Syncelli Chronicon ab A. C. 285. (Diocletiani 1.) ad 813. (Leonis Armeni 1.) continuavit THEOPHANES Isaurus, * cujus, confessoris imaginum, vitam sive elogium à Theodoro ut videtur Studita scriptum, ediderunt Latine ad 12. Martii Lipomannus, Surius, Henschenius: Græce & latine *Franciscus Combefisius* editioni Theophanis Lupareæ præmisit, qvæ cum versione & notis postumis *Jacobi Goari* atqve ejusdem *Combefisii* animadversionibus prodiit Paris. 1655. fol. Eam V. C. *Jo. Andreas Bosius* conferens cum MS. Codice Augustanæ Bibl. deprehendit hujus ope multo emendatiorem, alicubi & pleniorem, expletis qvibus passim fœdatus est lacunis aliqvot, dare se posse, idqve se facturum promisit Exercitatione in periocham Josephi de CHristo pag. 24. additurus Syncellum & utriusqve

* Anastasius Bibliothecarius Theophanem laudat his verbis: *Porro de altero quid dicam? cum & ejus conscripta vita, qualiter videlicet amplius patrimoniis venditis crucem suam tulerit, qualiterve secutus CHristum Abbatis in Monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscaverit & Confessor obierit, satis aperteque per Byzantium, & circum quasque regiones his qui prope & his qui longe sunt clamet. Sed & studia ejus ad nos usque perlata quis vel quantus vir iste fuerit, sollertibus manifestant.* Nota porro hunc Theophanem Abbatem & Confessorem diversum longe esse à Theophane Byzantio qvi de rebus Justini II. Imperatoris A. C. 578. defuncti scripsit libros X. lectos Photio Cod. 64.

2011 Ministerio de Cultura

qve continuatorem Geneſium usq; huc ineditum. Publicandarum Boſii in Theophanem obſervationum, qvæ in publica Jenenſis Academiæ Bibliotheca MSS. aſſervantur, ſpem fecit Georgius Scubartus præfat. ad poſtumam ejus introductionem ad Notitiam Rerump. à ſe editam, ſpecimenqve illarum videre licet in Wilh. Erneſti Tenzelii Ἐπαναλήψεις Exercitationibus ſelectis pag. 315. *Joannis Buchardi* verſionem latinam memorat Lucas Holſtenius Epiſtola ad Lambecium T. 6. de Bibl. Vindobonenſi pag. 260. *Apud Puteanos fratres magnum opus Chronologicum reperies, in quo tuam exerceas induſtriam, Theophanem ſcilicet Agri* (Monaſterii in regione Sigriana) *Abbatem cum* Jo. Buchardi *hominis accurate docti verſione* * *edendum, quem nuper ex Barberina Bibliotheca ad ipſos miſi. Adjunxi etiam Anaſtaſium Bibliothecarium, antiquum ejus interpretem* (qvi præf. ad Hiſt. ſuam Eccleſiaſticam plura ex Syncello & Theophane repetiiſſe ſe innuit, uti ex eodem Landulphus Sagax non pauca transtulit in poſtremam Hiſtoriæ miſcellæ partem) *ex Caſinenſi Codice Longobardico depromtum. Præfigendum erit Theophani Chronicon Georgii Syncelli à Julio Cæſare usque ad Maximianum, cujus itidem exemplaria duo ad Vaticanos & Palatinos Codices accurate collata ibi offendes. Alia etiam Regia Bibliotheca ſuppeditabit.* De hoc Theophane conferendus inprimis Martinus Hanckius lib. 1. de rerum Byzantinarum ſcriptoribus cap. XI. Anteqvam vero de hoc Chronico dicere deſinam, apponere juvat Godfridi Henſchenii judicium ex ejusdem exegeſi prælimina-ri præmiſſa Tomo tertio Actorum Sanctorum menſis Martii edito A. 1684. in qva tabulas Chronicas Theophanis, ſaltim qvoad annos ſeriemqve Epiſcoporum in qvinqve ſedibus Patriarchalibus nulla fide dignas eſſe obſervat. *Chronographia Theophanis*, inqvit, *qualem nunc habemus ex collatione quinque Codicum MSS. Regii ſcilicet, Peireziani, Barberini, Vaticani & Palatini, duabus conſtat partibus, quarum quæ potior eſt, & vere aurea, omnique acceptione digniſſima, hiſtoriam exhibet per annos digeſtam: altera vix plumbea dici meretur, conſiſtitque in tabulis Chronologicis* (Canonia *vocat Goar*) *quibus per loculos diviſis primum annus Mundi, tum Chriſti incarnati, dein Imperatoris Romani, proximè Regis*

* Ex verſione illa locum profert Allatius pag. 324. de Georgiis, ſed is male *Jacobum Bullardum* vocat. Rectius Labbeus in protreptico ad ſcriptores Byz. edendos, *Jo. Jacobum Buccardum*. Pariſinus hic fuit, Cardinalis Barberini Romæ domeſticus, cujus laudatio funebris in Nicol. Fabricium Peireſcium & alia ſcripta qvædam referuntur in Catalogo Bibl. Barberinæ pag. 194.

2011 Ministerio de Cultura

gu Persarum , aut Ducis Arabum , rerum post Persas in Palæstina potentium, denique ex ordine , quinque Episcoporum præcipuorum seu Patriarcharum, Romani, Constantinopolitani, Hierosolymitani, Alexandrini & Antiocheni *ordo & anni continentur. Tabulas autem istas magna cum diversitate non tantum præfixas annis non suis , sed etiam mendosissimè conscriptas esse, & plurimis hiare loculis , ac portentosis prorsus annorum , præsertim Patriarchalium supputationibus scatere , cum ipsemet Goar agnoscat fateaturque : mirum est , aut ipsum , aut , qui defuncti Goaris laborem eduxit in lucem , Combefisium potuisse sibi persuadere , ab auctore Theophane esse : qui variorum autorum sententias & numeros secutos sit varios , opusque proprium urgente persecutionis necessitate non recensuerit , proindeque exigere à lectore suo possit , ut, qui dormitantem Homerum patitur , Theophanem quoque lapsum erigat, corrigatque : cum nimirum succedentes & ad invicem cohærentes numeros in sequiores transponit annos , seu etiam conjunctos annos in dissita canonia desultorie transfert : aut eidem viro nunc pauciores , mox plures diversis canoniis assignat annos : vel cum ejusdem viri pauciores anni , plura occurrant canonia : aut cum summa quæpiam ætatis æquales loculos sive Canonia quibusdam omissis non accepit : vel denique cum numero ejusdem anni repetito, confusio infertur non mediocris.* In eadem exegesi præliminari pag. X. seqq. mendas qvasdam , librariorum socordia Theophani adspersas & ab aliis non observatas Henschenius eluit.

De Theophanis continuatoribus, Leone Grammatico aliisqve dicam proximo capite, inter scriptores Byzantinos, nunc age cætera Chronica celebriora qvæ Græce lucem viderunt paucis persequamur.

XXXIX. NICEPHORI Patriarchæ CPolitani A.C. 828. defuncti Chronologiam compendiariã ab orbe condito ad suam usq; ætatem, latine jam circa A.C. 872. vertit *Anastasius Bibliothecarius*, cujus Historia Ecclesiastica ex Syncello , Theophane & Nicephoro collecta & *Joanni* urbis Romæ Diacono inscripta prodiit è Codice Vaticano latine cum notis *Car. Annibalis Fabrotti* inter scriptores Hist. Byz. Paris. 1649. fol. Ex ejusdem Anastasii versione Chronologia Nicephori legitur in Bibliothecis Patrum , Paris. 1589. 1644. & 1654. Tomo septimo : Colon. 1618. Tomo nono , & Lugd. 1677. Tomo XIV. pag. 72. cum commentario *Antonii Contii*, primum edito Paris. 1573. 4. qvem LXX. Interpre-

2011 Ministerio de Cultura

terpretibus * nimium tribuere, in expurgatorio Indice notat Jo. Maria Brasichellanus. *Latine* itidem, interprete *Joach. Camerario*, una cum ejus commentariis & diss. de Concilio Nicæno Basil. 1562. fol. & Lipsi. 1573. 4. atqve sine commentariis Basil. 1569. 8. ante Historiam qvam vulgo vocant Miscellam.

Græce in thesauro témporum *Josephi Scaligeri.* Lugd. Bat. 1606. & 1658. fol.

Græce & Latine, cum *Jac. Goari* notis, ad calcem Georgii Syncelli Paris. 1652. fol. inter scriptores Hist. Byz. Imperatorum & Patriarcharum qvorundam postremorum nomina à scriptore juniore adjecta esse, tum in Nicephori Græcis tum in Latinis Anastasii codicibus docet Seldenus II. 4. de synedriis pag. 106. sq. & Hanckius de scriptoribus Byz. pag. 245. Valentiniani qvoqve genealogiam in Codicibus qvibusdam desiderari notat Jo. Pearsonius in Vindiciis Epistolarum S. Ignatii. Vicissim in aliis MSS. diversæ continuationes reperiuntur jam ad Constantinum Ducam qvi A. C. 1067. obiit, jam ulterius etiam, usqve ad A. C. 1180.

GEORGII Monachi & Archimandritæ, cognomento qvod ipse sibi ex modestia sumsit *Peccatoris* sive *Hamartoli* circa A. C. 842. clari, qvem cum Syncello multi male confundunt, Chronicon ab O. C. ad Michaelem Theophili Imp. filium nondum integrum lucem vidit, etsi partes qvasdam illius & fragmenta habemus à Petavio, Lambecio, Gretsero, Allatio, Radero aliisqve sparsim edita. Ex hoc Chronico etiam Chronologica excerpta petita sunt qvibus Malalas ab initio suppletur; Confer Humfredi Hody diss. Malalæ præmissam §. XLI. & Allatium de Georgiis pag. 329. seq. qvi Cedrenum, Theophanem, Glycam aliosqve posteriores Chronologos ex eo profeciss̄e, atqve in Excerptis ineditis Constantini Porphyrogenneti περὶ πρέσβεων nonnulla ex hac Historia Georgii Monachi de legationibus ad Principes Ethnicos legi, p. 334. notat. Idem Allatius libro de ætate & interstitiis Ordinum apud Græcos p. 108. nonnulla ex eodem proferens, monet neutiqvam contemnendum esse auctorem, *ex quo recentiores Græcorum Historici sua fere omnia neque verbis ipsis immutatis hausere, quod ut videas, latinum fecimus, & una cum textu Græco si per tempora licuerit tibi communicabimus.*

Illa

* Confer Rich. Simonis Bibliothecam Criticam T. 2. pag. 470.

2011 Ministerio de Cultura

Illa Allatii versio & editio non vidit lucem, nisi qvod proœmium operis cum interpretatione sua, diatribæ de Georgiis inseruit. Duos Codices MSS. Regiæ Bibl. Parisiensis laudat Cotelerius ad lib. IX. recognitionum qvæ sub Clementis nomine ambulant, cap. 20. Vinbobonensem Lambecius II. p. 588. Mediolanensem & Scoriacensem Allatius de Georgiis pag. 334. Bavaricum Gretserus T. 2. de cruce & Matthæus Raderus in viridario sanctorum, notis ad vitam S. Ignatii. Baroccianum deniqve, qvi exstat in Bibl. Bodlejana, Humfredus Hody loco laudato. Bavaricus Monachiensis producitur usqve ad Imperium Constantini Leonis filii. Vide Catalogum MSS. illius Bibl. num. 189.

HIPPOLYTI Thebani qvi seculo XI. floruit, Chronicon à CHristo nato ad sua tempora, similiter nondum in lucem prodiit, exceptis fragmentis, de qvibus dixi hoc ipso libro V. Bibl. Græcæ cap. 1. pag. 212. seq.

Clemens è LXX. CHriſti diſcipulis 214. Romæ Epiſc. 250. 252.
Clemens Alex. 219. 232. 251. Gl. 228. 242. ὁ ἰσιώτατος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας γεγονὼς ἱερεὺς, ἀνὴρ δικαιότατος καὶ ὃς μακρὰν τῶν Ἀποστολικῶν γενόμενος χρόνων ἐν τῷ περὶ τοῦ Πάσχα λόγῳ. 7. ἐν τῷ πρώτῳ στρώματι 137. 145. Κλήμης ὁ συγγραφεὺς ἐν τῇ πέμπτῃ ὑποτυπώσεων 224.
Clementina. Πέτρος ὁ Ἀπόστολος εἰς τὰ Κλημέντια 28. idem opus reſpicitur 23.
Clemens Chronographus 232.
S. Cononis templum CPoli 379. 394.
Conſtantinus Patriarcha CPol. Gl. 323.
Conſtantinus Sylvanus Pauli Samoſateni ſucceſſor ὃς ἐδίδαξε μόνοις τοῖς Εὐαγγελίοις καὶ τῷ Ἀποστόλῳ προσέχειν, καὶ τούτοις διεστραμμένως Gl. 278.
Conſtantini Imp. ſtatuæ ſubjuncta inſcriptio 280.
Cornelia Veſtalis 249.
Cornelii PapæEpiſtola adFabium Antiochen. 273.
S. Coſmæ & Damiani templum CPoli 389. 397.
Coſmas Magnus auctor tetraodii qvod ſupplevit Marcus Monachus, ejusdem Monaſterii Oeconomus Gl. 374. in notis.
Coſmas Patriarcha CPol Gl. 332.
Creſcens è LXX. diſcipulis CHriſti 214. 252.
Cteſias 168.
S. Cypriani Martyrium 272.
Cyriacus Patriarcha Gl. 279.
Cyrillus Alex. 349. ſeq. Gl. 24. 69. 71. 82. 110. 116. 118. 119. 123. 124. 126. 127. 130. 132. 137. 146. 184. 185. 193. 210. 211. 218. 253. 261. 271. ad Optimum Epiſcopum, in verba *qui occiderit Cain* 241-244. ἱβ κεφάλαια 369. διάφοροι λόγοι κατὰ δυσεβῶς Διοδώρου. ibid. ἔν τινι μέρει Πτολεμαίου. ibid. ἐν τῇ Βίβλῳ τῶν θησαυρῶν Gl. 78. ἐν τῇ περὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας Βίβλῳ Gl. 159. ἐν τοῖς γλαφυροῖς. Gl. 119. ἐν τοῖς κατὰ Ἰουλιανὸν 48. Gl. 124. 129. 130. 185. 199. ἐν τῷ εἰς τὸν δημιουργίαν τοῦ ἀνθρώπου λόγῳ. Gl. 88.
Cyrillus Hieroſol. in Epiſtola ad Conſtantium Imp. de Crucis apparitione Gl. 253. 271.
Cyrillus Diaconus Heliopolitanus 295.
Cyrus Patriarcha CPolitanus 379. Joan. 381.

2011 Ministerio de Cultura

Joannes Damaſcenus. vide Joannes.
Damaſus Epiſcopus Rom. Gl. 271.
Daniel Propheta 159. &c. Gl. 101. 142. Prophetia Apocrypha 160.
Daniel Stylites Gl. 264.
Davidis Pſalmi 85. amplius trecentos collegit Eſdras, è qvibus ſolos CL. probavit Ezechias, reliqvis combuſtis Gl. 182. ſeq.
Democritus Philoſ. 146. 169. Gl. 20.
Demoſthenes 169.
Dexiphanes Cnidius, Phari Alexandrinæ architectus 192.
Diodorus ὁ σοφώτατος χρονογράφος ἐν τῇ ἐκθέσει τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ περὶ θεῶν 44. videtur Diodorus Siculus intelligi.
Diodorus Tarſenſis Gl. 80.
Diogenes Cynicus 168. Gl. 20. 112. 202.
Diogenes presbyter Meletii ſchiſma probans 296.
Dionyſius Alexandriæ Epiſc. 271.
Dionyſius Areopagita ὁ θεοφάντωρ καὶ μέγας Gl. 76. 182. 195. 208. Epiſtola ad Polycarpum 219. Gl. 219. 220. ad Timotheum Gl. 232.
Dionyſius Corinthiorum Epiſc. Gl. 235. 241.
Dioſcorides de Stratonico qvodam Siciliæ Duce pulchritudinem liberorum per imagines uxori intuendas datas promovente Gl. 56.
Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus. 319. cum Eutyche faciens Gl. 263.
LXX. Diſcipulorum CHriſti nomina 212. ſeq.
S. Dometii Martyrium 297.
Domnᵒ Antiochiæ Epiſc. 271. 317.
Dorotheus Martyr 277.
Ebionæorum hæreſis 252.
Empedocles Philoſ. 163. Gl. 202. 282.
Encratitarum hæreſis 260.
Enochi liber Apocryphus 21.
Epænetus & Epaphras, Epaphroditus è LXX. CHriſti diſcipulis 214.
Ἐπέραστος Eperaſtus à Paulo Apoſtolo de Chriſtiana religione edoctus nullus eſt, ſed Glycæ verba pag. 236. de Paulo hæc ſunt: ἐκ δευτέρου δὲ τὴν Ῥώμην ἐπιδημήσας, καὶ κατηχήσας τὸν οἰνοχόον Νέρωνος καὶ παλλακὴν αὐτοῦ ἐπέραστον *pellicem ipſi dilectam.*
S. Ephræmus Gl. 124. 125. & forte 39. Σύρος τις θαυμαστὸς ἀνήρ.
S. Epiphanius, ὁ μέγας Ἐπιφάνιος. 23. 25. 26. 30. 255. 263. 266. Gl. 46. 120. 128. 146. 158. 198. 224. 259. ἐν τοῖς πανάρίοις 23. ἐν τῇ βίβλῳ πανάρίῳ Gl. 209. εἰς τὸν ἀγκύρωτον αὐτοῦ 25. περὶ ζαθμῶν καὶ μέτρων 255.
Epiphanius presbyter ἐν λόγῳ ἐπὶ τῷ

2011 Ministerio de Cultura

τῷ γενεθλίῳ τῆς παναμώμε μητρὸς & Κυρίε Gl. 213. 290.
Eratosthenes 175.
Esaias serra lignea dissectus. Gl. 197.
Esdras γναμμαλικῆς νόμων ἱερῶν διδάσκαλος 163. libros sacros servat Gl. 182. 198. 199.
Evangelium in Circo populum allocuturus gestat Justinianus. 338.
Eudocia 312. Gl. 261. alia 384. Gl. 326.
Eudoxius Episc. CPol. 294. 296.
Eudoxus Cnidius 167. 169.
Eulogius Ethniciſmi propugnator ἄμαχος Ἕλλη in Concilio Nicæno victus & persvasus à Spyridone Gl. 250.
Eunice CHristi discipula 224.
St. Euphemiæ templum 321.
Eupolemus 64. 91.
Euripides 38. 43. 162. 166. 248. 254. 263 Gl. 202. Ejus *Danaë* 38.
Eusebius Pamphili 247. 255. ὁ πολυμαθὴς καὶ πολύϊστωρ Gl. 182. 227. 235. alius Eusebius Episcopus CPol. 286. Eustathii Antiocheni locus de die sub Ezechia Gl. 194. alius Eusebius Emesenus 296. alius Eustathius Tabularius 401.
De Eutelide formæ suæ admiratore locus Plutarchi Gl. 58.
Euthymius Patriarcha CPol. Gl. 299.
Eutychius Patriarcha CPol. Gl. 272.
Ἐξωκιωνῖται Ariani 303. 323. 327.
Euzoius Episcopus Antioch. 294. Gl. 235.
Ezechias Rex Juda 115. seq. Gl. 194. sq. Salomonis libros Medicos abolet Gl. 183. Davidis Psalmos seligit Gl. 182. seq.
Fabius Episcopus Antioch. 272.
Fasti Consulares περὶ ὑπατείας 165. 381.
Flavianus Romæ Episc. Martyr. 270.
Flavianus Episcopus CPol. 317. Gl. 263.
Flavius Episc. Antiochenus 270. 271. Psalmos alternatim concinere instituit Gl. 252.
Galenus Medicus Gl. 56. 58. 59. 96. 111. 131. 133. 228. 242. falsum esse qvod cum S. Magdalena collocutus est. Gl. 231. M. Antonini meminit libro ad Pisonem, & Commodi ἐν τῷ περὶ ἡθῶν πρώτῳ. ibid.
S. Gelasinus è Mimo Martyr 275. 276.
Genesis parva, liber Apocryphus Gl. 104. 108. 211.
Gennadius citatur Gl. 80. ubi de Angelorum creatione.
Georgius (Syncellus) Chronographus Gl. 117. 118. 121. 122. 131. 139. 140. 156. 197. 198. 245. 246.
Germanus Patriarcha CPol. 280. 281.

2011 Ministerio de Cultura

281. ἐν τῷ εἰς τὴν κοίμησιν λόγῳ. Gl. 79. 233.
Gregorius Nazianzenus Theologus 228. 353. 370. 374. ἡ Θεολόγου γλῶσσα Gl. 3. 68. 80. 93. 94. 95. 99. 107. 110. 112. 120. 129. 208. 221. 254. 256. 271. 282. ἐν τοῖς ἐμμέτροις αὐτοῦ ἔπεσιν Gl. 83.
Gregorius Nyssenus 355. ὁ θεῖα σοφός Gl. 2. 11. 28. 82. 83. 89. 92. 98. 100. 108. 109. 150. 161. 222.
Gregorius Patriarcha Antiochenus 377.
Gregorius I. Papa Rom. Gl. 240. 282.
Gregorius II. Papa ad Leonem de imaginibus scripsit Gl. 281.
Græci perfecerunt Astrologiæ disciplinam à Babyloniis cœptam ἡ τῶν Φαινομένων θεωρία παρ' Ἕλλησιν ἐτελειώθη, τῶν πρώτων τηρήσεων ἐν Βαβυλῶνι γενομένων 127. seq.
Gymnosophistæ 30.
Hadrianus Imp. τοὺς θεραπευτὰς τοῦ λόγου μεγάλως ἐδέξιτο, σωζόμενος ἔχων αὐτῷ, καὶ ὃς ἤδει ἄνδρας σοφούς Gl. 240.
Hegesippus 26. 262.
Hellanicus Historicus 146.
Heraclitus ὁ σκοτεινός 146. Gl. 74. 116. 202.
Heraclitus Philosophus, Eudociæ Augustæ pater 311. (aliis Leontius.)
Hercules Tyrius inventor purpuræ 43. Gl. 140.
Hermes è LXX. CHristi discipulis 213.
Hermes Trismeg. Gl. 28. ἐν λόγοις πρὸς Ἀσκλήπιον 47. Ἄμμωνι τῷ σοφῷ Ὑπσέλλων Gl. 114.
Herodotus 47. 162. 163. Gl. 202.
Hesychius 371. citatur cum Sozomeno & Theodoreto, ubi de rebus Theodori Mopsvesteni sermo est.
Hippocrates Gl. 50. 202.
Hippolytus Martyr, Portus prope Romam Episcopus ἐν τῷ πρὸς πάσας αἱρέσεις συντάγματι 6. idem Hippolytus citatur Gl. 194. 239.
Hippolytus Thebanus Gl. 227.
Homerus 37. 46. 84. Gl. 7. 184. 195.
Jacobus Hierosol. Episcopus 203. 226. 246. 248. Gl. 228.
Jacobus Cilix Medicus 322.
Jamblichus Gl. 107. ubi de angelis sermo.
Jannes atq; Zambres Magi Gl. 156.
Jason è LXX. discipulis CHristi. 213.
Ibas damnatus in Synodo Ephesina 317.
Jeremias Propheta Gl. 237.
Jesus Siracides Gl. 203.
Ignatius Martyr 223. 252. Epist. ad Trallenses 221.
Innocentii I. Papæ ad Arcadium Imp. literæ Gl. 259. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Joannis Baptiſtæ reliqviæ. 295. 305. 320. templum CPoli 378.
Joannis Evangelii avtographum Epheſi (ubi illud ſcripſit 246.) ſervatum 5. Apocalypſin in Pathmo ſcripſit temporibus Domitiani Gl. 239.
Joannes Chryſoſtomus 233. 307. ὁ χρυσορρήμων Gl. 2. 9. 12. 18. 27. 39. 66. 67. 68. 69. 72. 77. 79. 80. 82. 83. 85. 87. 89. 92. 93. 94. 102. 104. 109. 115. 117. 118. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 131. 132. 135. 157. 189. 209. σάλπιγξ χρυσήλατος & παναγίου Πνεύματος Gl. 211. 214. 215. 220. 223. 225. 226. 229. 258. 259. 263. ἐν τῇ εἰς ἑξαήμερον τρίτῃ ὁμιλίᾳ Gl. 4. ἐν τῇ κα ὁμιλίᾳ εἰς ἑξαήμερον Gl. 81. 88. ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου Gl. 209. 210. 211. 212. 218. ἐν τῇ κατ' Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ Gl. 212. 219. ἐν τῷ πρὸς τοὺς κωλύοντας μονάζειν. Gl. 236. ἐν τῷ εἰς τὸν ἐξορίαν τοῦ Ἀδὰμ λόγῳ Gl. 91. ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἀνδριάντων Gl. 8.
Joannes Climacus Gl. 112. ὁ τῆς Κλίμακος Ἰωάννης ἁγιώτατος.
Joannes Damaſcenus Gl. 8. 15. 16. 17. 24. 32. 65. 66. 71. 78. 80. 81. 82. 93. 98. 99. 100. 103. 105. 107. 111. 208. 209. 221. 240. 351. capite XX. decretorum ſuorum Gl. 4. *in latino, nam Græca locum illum non habent.*
Joannes Scylitzes Curopalates, Joannes Xiphilinus & Joannes Zonaras, vide infra in Scylitze, Xiphilino & Zonara.
Joannes Aſtronomus ſub Conſtantino Imp. Leonis filio Gl. 300.
Jobus Gl. 146. 147.
Joſephus 23. 94. 102. 207. 209. 217. 224. 228. 230. 233. 247. 248. 249. Gl. 12. 40. 102. 119. 121. 123. 126. 127. 130. 133. 139. 143. 145. 148. 150. 155. 158. 163. 164. 174. 175. 176. 177. 179. 183. 184. 185. 187. 188. 189. 192. 198. 228. Φιλαλήθης Gl. 234. 238. ἐν τῇ κατ' αὐτὸν λόγου ἀναλογίᾳ Gl. 4. ἐν ἐννάτῳ τῆς ἀρχαιολογίας 102. Φασὶ τὸν Ἰώσηπον λέγειν 94. Neronis mortem prædicit 240. Judæum deſcribere excidium Hieroſolymæ oportuit, ne Judæi fidem narrationi derogarent Gl. 238. à Moyſe diſſidet Gl. 139.
Joſephi Patriarchæ προσευχὴ Apocrypha 171.
Jovis Epitaphium apud Cretenſes 44. adde notas Cangii p. 499.
Irenæus 250. 251. 257. 262.
Iſaacus Patriarcha CPol. 382. Iſaacus Monachus Gl. 255.
Iſocaſius Antiochenus Philoſ. 322.
Iſocrates Rhetor 167. 169.
Iſidorus Peluſiota Gl. 98. 223. 258.

Julia-

2011 Ministerio de Cultura

Julianus Apoſtata 293. 295. &c. ὁ ἀποστάφρων, Gl. 117. 128. 185. 199. 251. 253. 254.
Julianus Epiſc. Halicarnaſſenſis docuit CHriſti carnem incorruptibilem fuiſſe. Gl. 245.
Juli9 Cæſar εἰς ἄκρον ῥητορικὴν ἤσκητο 187. leges tulit, indictiones & biſextos ordinavit Gl 204.
Juſtinianus Imp. Gl. 266. 272. Codex 335. 343. edicta de fide 341.
Juſtinus Philoſophus & Martyr CHriſti, qvi Apologiam pro Chriſtianis ſcripſit 258. Gl. 4. 15. 19. 241.
Juſtus Epiſcopus Hieroſol. 253.
Juvenalis Epiſcopus Hieroſol. Gl. 232. 270. ubi de ſepultura & reſurrectione Mariæ Virginis.
Leo I. Epiſcopus Rom. Gl. 271.
Leo Sapiens Philoſophus Imp. Gl. 296. 297. 298. 299. 300.
Leo ArchiEp. Theſſalonicenſis Gl. 291. 292.
Leontius Martyr, pater Origenis Gl. 242.
Leontius Antiochiæ Epiſc. 270. alius Leo ſive Leontius Syrus ὁ ἀπὸ Σακελλαρίων 383.
Libanius Gl. 258. ubi ejus de Chryſoſtomo teſtimonium.
Licinius (Macer) Hiſtoricus 114.
Linus è LXX. CHriſti diſcipulis, 213.
Lois CHriſti diſcipula 224.
Lucas Evangeliſta 224. Gl. 236. 237. 281. Ejus reliqviæ 193. ſuſpenſus in olea Gl. 237.
Lucianus presbyter Antiochenus Ἀντιοχεῦσι χράφων 277. 279. 283.
Lucianus Samoſatenſis 240.
Lucius è LXX. Chriſti diſcipulis 214.
Lycurgus Legislator Gl. 163.
Macarius Abbas ὁ μέγας Μακάριος ἐν τῇς Ἐπιστολῇς αὐτῦ Gl. 105. 255.
Macarius Epiſcopus Hieroſol. 286.
Maccabæorum libri 175. 180.
Maccabæorum templum CPoli 392.
Macedonius Epiſcopus CPol. hæreticus 294. 304. Gl. 257. 271.
Magia à Medis ad Perſas manavit. Gl. 129. à Goëtia differt qvod hæc malorum illa bonorum ope geniorum fit. ibid.
Magiſtrianus Mauricii fatum præſagiens Gl. 274.
S. Mamantos templum 324.
Manes hæreticus 174 Gl. 82. 111. 204. è genere Brachmanum. Gl. 244.
Manichæi die Dominico jejunantes 17. abſtinentes à carnibus. 237. de anima terræ, error Gl. 48. de anima brutorum Gl. 104.
Manetho 46.
Martiani Imp. lex de ambitu Gl. 263.
Marcio Ponticus hæreticus 256. 257. 260. 263. Marcionitæ 237. 256.

2011 Ministerio de Cultura

Marcus Evangelista 224. Gl. 216. Alexandriæ Episcopus 230. 252.
Marcus Monachus, vide supra in Cosma.
Maria Prophetis 63.
Mariæ Virginis nativitas 192 Gl. 207. obitus Gl. 231.
Maria Magdalena, commentitium ejus cum Galeno colloqvium Gl. 234.
Matthæus Evangelista 213. Gl. 284. Hierosolymis scripsit 253.
Matthias Apostolus Gl. 214.
Maximus Monachus & Confessor ὁ μέγας Μαξιμος Gl. 5. 6. 25. 70, 71. 95. 110. ἐν τοῖς πρὸς Θαλάσσιον Gl. 3. 194.
Μηχανικαὶ βίβλοι. Gl. 252.
ἐκ τῆς μεγάλης χρονογραφῆς 379.
De Melchisedeco narratio Apocrypha 49. 50.
Meletius Episcopus Antioch. 296.
Melitonis Apologia pro Christianis 258. 259. ubi ex ea fragmentum.
Memnonis statua admiranda vocalis 144.
S. Menas Martyr 275.
Menander Comicus 172.
Mercurius Trismegistus 47.
S. Mercurius à qvo Julianum interfectum vidit in somnis Basilius 298. Gl. 253. 254.
Methodius Patriarcha CPol. Gl. 289. versus ejus qvibus Theodori & Theophanis Graptorum versibus respondet Gl. 289.
Metrophanes Episcopus CPol, 280.
Michaël Cerularius Monachus Patriarcha CPol. Gl. 319.
Michaël Parapinacius Imp. poëta ineptus Gl. 330.
Monotheletæ Gl 272.
Moyses literarum Hebr. repertor 64. ὁ κοσμογράφος. 238. ab Ægyptiis dictus ψὸμ-Θὸμ-Φὰνχθή. 76. contra Æthiopes strategema Gl. 149. citatur passim in Chron. Alex. & in Gl. usqve ad pag. 157. 160. 211. Moysis sepultura Gl. 158.
Musanus scriptor Ecclesiasticus. 260.
Museum Antiochenum 316.
Nectarius Patriarcha CPol. Gl. 256.
Nemesius Gl. 64. 105. ὁ Ἐμμέσης Ἐπίσκοπος Gl. 102.
Nestorianus Chronographus 48. 342.
Nestorius 314. è Germanicia Syriæ, Patriarcha CPol. hæresiarcha Gl. 245. 260. 271.
Nicander ἐν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ Gl. 56.
Nicephorus ὁ ἐν Πατριάρχαις ἀοίδιμος Gl. 137. 287. ejus Canon LI. de infantibus in casu necessitatis à Laico baptizandis Gl. 244.
Nicetas Patriarcha CPol. indignus Gl. 284.
S. Nicolai templum CPoli 397.
S. Nilus Martyr 280.

2011 Ministerio de Cultura

Novatus 271. Gl. 244.
Oenomaus Πισέων Pisensium Rex, ludorum Circensium inventor 110. seq.
Onesimus & Onesiphorus è LXX. CHristi discipulis 213. 214.
Oracula 39. 42. 46. 110. 113. 161. &c.
Origenes 163. ὁ καπέρατος 109. 162. 241. 242. 243. 270. ὁ ματαιόφρων Gl. 271. à Mammæa Alexandri Imp. Matre arcessitur 243.
Orpheus Gl. 163.
Palæphatus 44. 46.
Panaretus, Sapientiæ liber 175.
Papias Martyr 258.
Parmenides Philos. 163.
Παχάλιον, Paschale Ecclesiæ Antiochenæ 381. Paschales tabulæ in templis affixæ 9.
Patricius Prusensis Episc. de thermis (ex Orat. in S. Pionium) Gl. 17.
Patrophilus Episcopus Scythopol. 295.
Pauliciani Gl. 209.
Paulinus Eudociæ charus 311. 313. 316. Gl. 261.
S. Paulus 20. 231. &c. Gl. 136. 213. 214. 227. 228. 229. 235. 236. 237. 239. Cajani jactabant in suo ἀναβατικῷ (Epiphan. ἀναβατικῷ) contineri qvæ Paulus in tertio cœlo audivisset Gl. 120.
Paulus Samosatensis, hæreticus Gl. 244. alius Gl. 278.
Paulus Sinopensis ὁ Σινώπης (MSS. qvædam Σινίτης, pro qvo Labbeus legit Συνόπτης, conjicitqve de Paulo Silentiario) 63. ubi sermo est de rabie canum.
Pausanias ὁ σοφώτατος χρονογράφος 40. ubi de Perseo
Pelagius Patricius vir sapiens 328.
S. Peleus, Martyr 280.
Persarum Regis Καβάτου Σαδασαδασάχ, & καὶ Σειροΐου Epistola ad Heraclium Imp. 402.
Persis CHristi discipula 224.
S. Petrus Apostolus Gl. 124. 235. 236. ad Faustum scribens Gl. 26. 113. vide supra, Clementina. Cum Simone Mago disputatio Gl. 235.
Petrus Alexandriæ Episcopus & Martyr 276. ejus de Paschate 1. seq.
Pherecydes ἱστοριοποιός 144. ὁ δεύτερος ἱστοριογράφος 163.
Philemon è LXX. Christi discipulis 214.
Philippus Apostolus 229. alius è LXX. CHristi discipulis 214.
Philippus Imperator Christianus. 270.
Philo Judæus 228. 230. 249. Gl. 234.
Philonis Philosophi Ecclesiastica Historia Gl. 282. seq. ubi de vi anathematis Ecclesiastici sermo est.
Philolaus Pythagoricus Gl. 20.

Phi-

2011 Ministerio de Cultura

Philologus & Phlegon è LXX. CHristi discipulis 213.
Phlegon ὁ τὰς Ὀλυμπιάδας συναγαγών 219. 222.
Phœbe CHristi discipula 224.
Phœnices mercatores Arithmeticam invenere Gl. 128.
Photius Patriarcha CPol. Gl. 293. 297. 298.
Pindarus 161.
S. Pionius Martyr 270. supra in Patricius.
Plato Philosophus 165. 167. 168. 162. Gl. 5. 202. 234. alius Plato præfectus Urbi 167. 169. 329.
Plinius. vide supra in Apollonio.
Plotinus Gl. 70.
Plutarchus 240. Gl. 58. 131.
Poëtæ de Europa Phœnicis filia cum Chronographis non consentientes 42. legendum enim μὴ ὁμοφωνήσαντες pro καὶ ὁμοφωνήσαντες. Chronographi namq; Agenoris filiam tradunt Phœnicis sororem.
Polycarpus Martyr 257. 258.
Polyænus Athenienſis ἱστορεῖ 144. ubi de Memnonis statua vocali per Cambysen confracta
Polyevctus Patriarcha CPol. Gl. 303. 306.
Porphyrius Gl. 107. est qvoqve Porphyrius ceti piscis nomen Gl. 270.
Photinus Lugd. Episcopus 261.
Prisca CHristi discipula 224.
Priscilla & Maximilla Montani 263.
Priscus Comes excubitorum in Clericum attonsus 384.
Priscus Thrax scripsit de bello adversus Attilam & Alaricum 318.
S. Probi templum CPoli 337. Cæsareæ 327.
Prochorus è CHristi discipulis 224.
Proclus Patriarcha CPol. Gl. 260.
Proclus Onirocrites 331.
Procopius Cæsariensis Gl. 270.
Prometheus Gl. 163.
Mich. Psellus, ὁ σοφὸς τῷ ὄντι Gl. 171. 183. 328. 330.
Jacobus Cilix, urbis Archiater cognomine ψυχρισὸς 322.
Ptolemæus Astrologus Gl. 134.
Pudens è LXX. discipulis CHristi 214.
Pyron seu Πύῤῥων ὁ χρονογεάφος. Gl. 82.
Pythagoras Philos. 143. Gl. 202.
Qvadraginta Martyrum templum CPoli. Gl. 319.
Qvartus è LXX. discipulis CHristi 214.
Regnorum & Paralipomenon libri 154.
Rufus è CHristi LXX. discipulis 213.
Rufus Medicus Gl. 63, ubi sermo de Hydrophobia.
Sabellius hæreticus Gl. 243 271.
Sabbatius Monachus. Gl. 287.
Sallustius 183. 189.

Salo-

2011 Ministerio de Cultura

Salomonis Regis libri de Angelis Dæmonibus, gemmis, viribus herbarum &c. Gl. 182. 183. 184. 185.
Samaritanorum ſchiſma Gl. 243.
Scribæ in templo, qvi Ἡμερολογίῳ ſive Diurnorum more adnotabant & in acta referebant vaticinia Prophetarum 153. ab iisdem digeſti Regnorum & Paralipomenon libri 154.
Jo. Scylitzes Gl. 245. 293. 294. 297. Chronographiam ſuam ſive χρονικὴν σύνταγμα incipit à Michaële Rangaba, ubi deſiit Theophanes Gl. 246. 286.
Semeronius de rebus Aſſyriorum ἅπινα συνεγράψατο Σεμηρώνιος ὁ Βαβυλώνιος Πέρσης 38.
Senuphius vir ſanctus & thavmaturgus Gl. 257. 258.
Septuaginta Interpretes 173.
Serapion Epiſcopus Antiochenus 263.
Serapio Mathematicus ſive Aſtrologus tempore Caracallæ Gl. 243.
Sethum Syncellus tradit inveniſſe literas Hebraicas, ſigna cœleſtia, converſiones annorum, menſes, ſeptimanas, & ſideribus ac planetis indidiſſe nomina Gl. 121.
Severianus (Gabalorum Epiſc.) Gl 67.
Severus à qvo Severiani. 261.
Acephalus Gl. 271. cum Diodoro citatur Gl. 80.
Sibyllæ 108. Sibylla Æthiopum Regina verſata cum Salomone. Gl. 183. ſeq.
Silas è LXX. CHriſti diſcipulis 214.
Σίλβιος Hiſtoricus 113. lege Λίβιος & T. Livium intellige.
Simeon Epiſc. Hieroſol. 246.
Simeon Metaphraſtes Gl. 245.
Simeon Stylites. 321.
Simon Leproſus Lazari qvem CHriſtus ſuscitavit Pater. Gl. 214.
Simon Magus 256 Gl. 235. 236. ejus canis & præſtigiæ Gl. 156.
Simonides 143.
Sirachides 175. Gl. 203.
Socrates Philoſ. 162. Socratici. 168.
Socrates Hiſtoricus 371.
Sophocles 162. 166. Gl. 202.
Soſibius 192. in latino: *refert Soſibius quendam Antiochenum.* Sed in Græco eſt: λέγει ἐν τοῖς (αὐτοῖς) χρόνοις Σωσίβιόν τινα Ἀντιοχέα συγκλητικὸν &c
Soſipater & Soſthenes è LXX. CHriſti diſcipulis 213. 214.
Sozomenus 371.
S. Stephanus è CHriſti diſcipulis. 214. Stephanus protomartyr 226. 231. ejus templum CPoli 384.
Svetonius Tranqvillus ὁ σοφώτατος

2011 Ministerio de Cultura

τῶ Σβετώνι Τεράγκυλλ Ῥωμαίων ἱσοεισχεάφ 117.
Sylvanus è LXX. CHristi discipulis 214.
Sylvanus Emesenus Episc. Martyr 279.
Sylvanus Gazæ Episc. Martyr 280.
Sylvester Romæ Episc. Gl. 248.
τὰ συμβολαῖα, Acta publica 383.
Symmachus 266. Gl. 242.
Synodi septem universales Gl. 272. seq. Nicæna 8. 282. Gl. 250. CPolitana 304 Ephesina 314. λῃσεινὴ 317. Chalcedonensis Gl. 263. 319. Qvinta 344. Gl. 270 &c.
Synodus Carthaginiensis Gl. 95. &c.
Tatianus 91. 232 260. 261.
Tertullianus 229. ἀνὴρ ὁ ἀπὸ Ῥώμης λαμπρῶν Gl. 235.
Thales 115. 143. prior locus forte intelligendus de Thalete Cretensi.
Tharbis Æthiopum Regina qvæ Moysen amavit Gl. 149.
Theodoritus Cyri Episc. 371. 376. Gl. 14. 19. 33. 65. 80. 106. 132. 176. 179. 181. 187. 189. 192. 198. 211. 230. 261. 263. 270. ἐν Θεραπευλικῇ ἀυξ. Gl. 79.
S. Theodori templum CPoli. 337.
Theodorus Episc. Mopsvestenus. 360. 361. 370. 371.
Theodorus & Theophanes Grapti. supra in Methodius.
Theodosius Calligraphus Arcadii F. Imperator. Gl. 260.
Theodotus hæreticus 263.
Theognis Poëta 143.
Theophanes Confessor, & Agri Abbas, Gl. 287. Georgii Syncelli Chronicon continuavit usqve ad mortem Nicephori ἀπὸ γενικῶν Gl. 246.
Theophanes Episc. Nicænus. Gl. 290. alius Theophanes ὁ Καγοῦ cognomento χοίρινος Gl. 301. (interpreti Cæsareæ Pontifex, minus recte)
Theophilus Alexandrinus Patriarcha Gl. 257. 258. 259.
Theophilus Antiochenus 41.
Theophilus ὁ σοφώτατ 41.
Theophylactꝰ Bulgarorum Episc. Gl. 210. alius Patriarcha CPol. 301. 302.
Theotecnus presbyter Antioch. 296.
Thucydides Gl. 202.
S. Thyrsi templum CPol. 319.
S. Timothei reliqviæ 293.
Timotheus è LXX. CHristi discipulis 214.
Timotheus Cæsareæ Episc. 327.
Timotheus Patriarcha Alex. Gl. 271.
Trophimus & Tychicus è LXX. CHristi discipulis 214.
Trypho Patriarcha CPol. Gl. 301.
Tyrannio Tyri Episcopus Martyr 279.
Valens ἀνεβέστ ἀστρονόμων tempore Constantini M. ex themate Astronomico CPolin urbem

2011 Ministerio de Cultura

urbem duraturam præſagiit DCXCVI. annos Gl. 249.
Valentinus hæreſiarcha 260. Gl. 111. 142.
Virgilius 113. 184.
Vitalis hæreticus à qvo Vitaliani 296.
Volageſus Epiſc. Niſibenus 291.
Urbanus è LXX. CHriſti diſcipulis 213.
Xenophanes Philoſ. 143. Gl. 20.
Xenophon Orzylai F. 168. (lege Grylli)
Jo. Xiphilinus Trapezuntius, Monachus. Patriarcha CPol. πὰ πάνϛα ϑαυμαϛὸς λόγῳ, σοφίᾳ καὶ συνέσει καὶ ἀρετῇ Gl. 325. ſeq.
Zachariæ, qvi Jo. Baptiſtæ pater fuit, reliqviæ CPolin translatæ 309.
Zacharias Patriarcha Hieroſol. 382. 385.
Jannes & Zambres Gl. 156.
Zenobius presbyter, Martyr 294.
Jo. Zonaras Gl. 140. 294. 279. ἐν τῷ χρονικῷ αὐτοῦ συντάγματι Gl. 286.
Zoroaſter Aſtrologiæ ac Magiæ repertor 28. ejus ultima verba 37. ὁ ϑεοβόητος Περσῶν Ἀϛρονόμος Gl. 129. Aſtronomiæ Perſis inventor. ibid.

CAPUT V.

De BYZANTINÆ ſive CPOLITANÆ Hiſtoriæ Scriptoribus.

Corpus Hiſtoriæ Byzantinæ in Lupara Pariſienſi ſplendidis typis chartisque excuſi brevis conſpectus, & de nova editione illius operis, ante aliquot annos promiſſa in Belgio. Non eſſe omittendam, ſi nova curetur, per ſingulas ſummas paginas notationem Imperatorum CPol. de quibus agitur, & quantum poteſt fieri annorum CHriſti, & Patriarcharum CPol. 1. *De ſingulis ſcriptoribus accuratior notitia, Labbei Protrepticon, & excerpta de legationibus ex ſcriptoribus deperditis Dexippo, Eunapio, Petro Patricio, Priſco Sophiſta, Malcho Philadelphienſi & Menandro Protectore, nec non ex Theophylacto Simocatta qui etiamnum exſtat.* 2. *Excerpta Photiana ex ſcriptoribus deperditis Olympiodoro, Candido, Theophane, Nonnoſo: Tum ex Heſychio Mileſio ἀποσπασμάτιον, Et de Imperatoribus rebuſq; CPolitanis varia è Suida. ibid. De Procopio Cæſareenſi, atq; obiter notitia præcipuorum ſcriptorum*

2011 Ministerio de Cultura

ex Bibliotheca Seguieriana sive Coisliniana propediem vulgandorum. 3. *De Agathia.* 4. *Paulo Silentiario & Theophylacto Simocatta.* 5. *Nicephoro Patriarcha CPol. & Nicephoro Philosopho.* 6. *Joanne Cameniata & aliis scriptoribus post Theophanem* 7. *De Leone sapiente & Joanne Scylitze* 8. *Nicephoro Bryennio & Anna Comnena.* 9. *De Joanne Sinnamo sive Cinnamo & Nicetа Choniata ubi & de aliis hoc nomine & de Michaële Choniata* 10. *Georgio Acropolita, Joële, & Jo. Canano.* 11. *Georgio Pachymere,* 12. *Joanne Cantacuzeno.* 13. *Nicephora Gregora.* 14. *Laonico Chalcocondyla.* 15. *Georgio Codino, Photii Oratione in Encænia templi CPol. Joanne Anagnosta, Matthæo Jatro, & Manuele Chrysolora & Leone Grammatico* 17. *Constantino Porphyrogenneto, Simeone Magistro & Georgio Monacho.* 18. *De Duca & Anonymis scriptoribus.* 19. *De Anselmi Bandurii Imperio Orientali.* 20. *De illis qui corpori Byz. nondum sunt inserti, Zosimo.* 21. *Georgio Phranza,* 22. *Genesio MS.* 23. *De spisso Opere MS.* Βασιλικῶν ταξιδίων *de officiis aulæ CPolitanæ Constantini Porphyrogenneti, quod exstat Francofurti ad Mœnum apud Nobiliss. Virum D. Zachariam Conradum ab Uffenbach.* 24. *Scriptores quidam Hist. Byz. inediti ac deperditi.* 25. *De Combefisii fasciculo Originum & rerum CPol.* 26. *De Saracenicis Frid. Sylburgii.* 27. *De Historia Ecclesiastica Manuelis Malaxi & aliis in Martini Crusii Turco Græcia obviis* 28. *De Leonis Allatii* συμμίκτοις 29. *Caroli Cangii merita in Hist. Byzantinam & elogium.* 30. *Godfr. de Ville Hardouin & alii scriptores de urbe CPoli & rebus CPolitanis.* 31. *De CPolitanis Imperatoribus & Patriarchis Scriptores.* 32. *Martini Hanckii liber de Byz. rerum scriptoribus, Auctorisque elogium.* 33. *Catalogus Alphabeticus & Chronologicus Imperatorum CPol. cum scriptoribus qui de unoquoque egerunt,* 34. *Catalogus similis Patriarcharum CPolitanorum.* 35. *Indiculus scriptorum de quibus dictum in hoc capite.* 36.

I.

ANteqvam de singulis Byzantinæ Historiæ Scriptoribus Græcis dicere aggredior, juvat uno conspectu ac veluti in Tabella Lectori sistere succinctam omnium recensionem, qvotqvot in splendido opere Corporis Byzantini, Parisiis è typographia Regia, Græce & Latine, typis luculentis & charta regia excuso continentur. Sunt autem hæc:

1. *De*

2011 Ministerio de Cultura

1. *De Byzantinæ Historiæ Scriptoribus sub felicissimis Ludovi XIV. Francorum ac Navarræorum Regis Christianissimi auspiciis, publicam in lucem emittendis, ad omnes per orbem eruditos* Προτρεπτικόν. *Proponente Philippo Labbe, Bituricо, Soc. Jesu Sacerdote. Paris.* 1648.

Ἐκλογαὶ περὶ πρεσβειῶν. *Excerpta de Legationibus ex*

Dexippo Atheniense
Eunapio Sardiano
Petro Patr. & Magistro
Prisco Sophista.
Malcho Philadelph.
Menandro Protectore.

Theophylacto Simocatta.

Omnia è Codd. MSS. à Davide Hœschelio Augustano edita. Interprete Carolo Cantoclaro, libellorum Magistro: cum ejusdem Notis. Accedunt Notæ & Animadvers. Henrici Valesii. Paris. 1648. *fol.*

His Excerptis de Legationibus subjectæ sunt Eclogæ Historicorum de Rebus Byzantinis, quorum integra scripta aut injuria temporum interciderunt, aut plura continent ad Constantinopolitanam historiam minus spectantia. Selegit, interpretationem recensuit, notisque brevibus illustravit P. Philippus Labbe, Bituricus, Soc. Jesu Sacerdos.

2. 3. Προκοπίου Καισαρέως τῶν κατ' αὐτὸν Ἱστοριῶν βιβλία ὀκτώ. *Procopii Cæsareensis Historiarum sui temporis Libri VIII. Nimirum de bello Persico libri II. de bello Vandalico libri II. & de bello Gothico libri IV. Interprete Claudio Maltreto Anicienſi, Soc. Jesu Presbytero: à quo supplementis aucti sunt Vaticanis, & in locis aliquot emendati. Paris.* 1662.

Προκοπίου Καισαρέως περὶ τῶν τοῦ Δεσπότου Ἰουστινιανοῦ Κτισμάτων Λόγοι ἕξ. *Procopii Cæsareensis de Ædificiis Imp. Justiniani libri sex, Auctiores quam ante & emendatiores. Interprete Claudio Maltreto, Anicienſi, Soc. Jesu Presbytero. Tomi II. Pars prior. Paris.* 1663.

Προκοπίου Καισαρέως Ἀνέκδοτα. *Procopii Cæsareensis Arcana Historia. Qui est liber nonus historiarum. Ex Bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus protulit, Latinè reddidit, Notis illustravit. Recognovit, varias lectiones adjecit, & lacunas fere omnes implevit Claudius Maltretus, Anicienſis, è Soc. Jesu Tomi II. Pars posterior. Paris.* 1663.

2011 Ministerio de Cultura

Ἀγαθίε Σχολαστικοῦ περὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ Βασιλείας βίβλοι πέντε. *Agathiæ Scholastici de Imperio & rebus gestis Justin. Imperat. libri V. Ex Bibliotheca & interpretatione Bonaventuræ Vulcanii, & cum notis ejusdem. Accesserunt ejusdem Agathiæ Epigrammata cum versione Latina. Paris.* 1660.

4. Θεοφυλάκτε Σιμοκάττε ἀπὸ Ἐπάρχων καὶ Ἀντιγραφέως Ἱστορικῶν βιβλία Η. *Theophylacti Simocattæ, Expræfecti, & Observatoris Coactorum, Historiarum libri VIII. Mauritii Imperatoris res gestas continentes.* Interprete *Jacobo Pontano, Soc. Jesu. Editio priore castigatior, & Glossario Græco-barbaro auctior. Studio & opera Caroli Annibalis Fabrotti, JC. Parisiis*, 1647.

5. Παχάλιον, *seu Chronicon Paschale à Mundo Condito ad Heraclii Imperatoris annum vicesimum. Opus hactenus Fastorum Siculorum nomine laudatum, deinde Chronicæ temporum Epitomes, ac denique Chronici Alexandrini lemmate vulgatum : nunc tandem auctius & emendatius, cum nova Latina versione, & notis Chronicis & Historicis, cura & studio Caroli du Fresne, Dn. du Cange, Regi à Consil. & Franciæ apud Ambianos Quæstoris. Paris.* 1688. *De hoc dictum supra cap. 4. §. 37. pag. 143.*

6. Γεωργίε Μοναχοῦ καὶ Συγκέλλε γεγονότος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ταρασίε Πατριάρχε Κωνσταντινουπόλεως χρονογραφία ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλητιανοῦ. *Georgii Monachi, & S. P. N. Tarasii Patriarchæ CP. quondum Syncelli, Chronographia, ab Adamo usque ad Diocletianum.* Et *Nicephori Patriarchæ CP. Breviarium Chronographicum, ab Adamo ad Michaëlis & ejus F. Theophili tempora : Græce & Latinè, cum tabulis Chronologicis & annotationibus. Cura & studio P. Jacobi Goar, Ordinis Prædicatorum Congregationis Reformatæ S. Ludovici. Paris.* 1652. *De Syncello dictum supra p. 149. seq. de Nicephoro p. 153.*

7. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Θεοφανοῦς χρονογραφία. *S. P. N. Theophanis Chronographia. Leonis Grammatici Vitæ recentiorum Impp. R. P. Jacobus Goar, Ord. FF. Prædic. Congregationis S. Ludovici Vicarius Generalis, Latinè reddidit, Theophanem notis illustravit, Varias Lectiones multiplici Codd. collatione adjecit. R. P. Franciscus Combefis ejusdem Instituti ac Congregationis iterum recensuit, notis posteribus Theophanem ; integris, Leonem Grammaticum strictim discussit, exque fide Codd. auxit, emendavit Paris.* 1655. *De Theophane itidem supra pag. 151. seq.*

8. Νικη-

2011 Ministerio de Cultura

8. Νικηφόρου Καίσαρος τοῦ Βρυεννίου Ὕλη Ἱστορίας. *Nicephori Cæsaris Bryennii Commentarii de rebus Byzantinis: opera & studio Petri Possini, è Soc. Jesu. Paris.* 1661.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Πατριάρχου Κωνσταντίν. Ἱστορία σύντομος ἀπὸ τῆς Μαυρικίου Βασιλείας. *S. Nicephori Patriarchæ Constantinopol. Breviarium Historicum de Rebus Gestis ab obitu Mauritii ad Constantinum usque Copronymum. Interprete Dionysio Petavio, è Soc. Jesu, cum ejusdem notis. Paris.* 1648.

9. Γεωργίου τοῦ Κεδρηνοῦ Σύνοψις Ἱστοριῶν. *Georgii Cedreni Compendium Historiarum, ex versione Guilielmi Xylandri, cum ejusdem Annotationibus. Accedunt huic editioni præter lacunas tres ingentes & alias explетas, notæ in Cedrenum P. Jacobi Goar, Ord. Prædic. & Caroli Annibalis Fabrotti, JCt. Glossarium ad eundem Cedrenum. Item, Johannes Scylitzes Curopalates, excipiens ubi Cedrenus deficit, Græcè editus ex Bibliotheca Regia. Paris.* 1647. 2. *vol. De Cedreno dictum supra cap.* 4. §. 40. *p.* 155. *seq.*

10. Τοῦ Κύρου Μιχαὴλ Γλυκᾶ Σικελιώτου βίβλος χρονική. *Michaëlis Glycæ Siculi Annales, à mundi exordio usq; ad obitum Alexii Comneni Imper. Quatuor in Partes tributi. Philippus Labbeus Bituricus, Soc. Jesu Theologus, Græcum textum ex pluribus MSS. Codicibus primus in lucem edidit: Joannis Lewnclavii, Amelburni, interpretationem recensuit atque emendavit: indicem ex MS. Fontebraldensi præmisit, Latineque reddidit: Annotationes subjecit, in quibus, præter variantes Lectiones & Supplementa, interpretum atque aliorum plurimos errores correxit, tum præsertim Joannis Meursii, qui partem libri III. Annalium Glycæ Theodoro Metochitæ falso adtribuit, & Historiam Romanam inscripsit; quæ hic integra repræsentatur, cum notis atque indicibus necessariis. Paris.* 1660. *De hoc supra p.* 156. *seq.*

11, 12. Ἰωάννου τοῦ Ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρᾶ γεγονότος τοῦ μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς Βίγλας καὶ Πρωτασηκρήτις χρονικά. *Joannis Zonaræ Monachi, magni antea Vigilum Præfecti, & primi à Secretis, Annales. Carolus du Fresne, Dom. du Cange, Regi à Consiliis, & Franciæ apud Ambianos Quæstor, Wolfianam Editionem cum scriptis Codd. contulit: Latinam versionem recensuit, Annales Notis illustravit. Tomi II. Paris.* 1686. *De hoc supra p.* 156.

13. Ἄννης τῆς Κομνήνης Πορφυρογεννήτου Καισαρίσσης Ἀλεξιάς. *Annæ Comnenæ*

2011 Ministerio de Cultura

næ Porphyrogenitæ Cæsariſſæ Alexias, ſive de rebus ab Alexio Imperatore, vel ejus tempore geſtis, libri quindecim. E Bibliotheca Barberina nunc primum editi, & à P. Poſſino, Soc. Jeſu Presbytero, Latina interpretatione, Gloſſario & Notis illuſtrati, è quibus Gloſſarium nunc datur: Notæ mox opportunius edentur, una cum Cinnamo, continuatore Annæ, & aliis quibusdam ad Alexiadem ſpectantibus. Acceſſerunt Præfationes ac Notæ Davidis Hæſchelii, Auguſtani, ex editione anni MDCX. Pariſ. 1651.

Ἰωάννου Κιννάμου Βασιλικοῦ Γραμματικοῦ Ἱστοριῶν λόγοι ἕξ. *Joannis Cinnami Imperatorii Grammatici Hiſtoriarum libri ſex, ſeu de rebus geſtis à Joanne & Manuele Comnenis Impp. CP. Accedunt Caroli du Freſne, D. du Cange, Regi à conſiliis, & Franciæ apud Ambianos Quæſtoris, in Nicephori Bryennii Cæſaris, Annæ Comnenæ Cæſariſſæ, & ejusdem Joannis Cinnami Hiſtoriam Comnenicam Notæ Hiſtoricæ & Philologicæ. His adjungitur Pauli Silentiarii deſcriptio Sanctæ Sophiæ, Græce & Latine, cum uberi commentario. Pariſ. 1670.*

Κωνσταντίνου τοῦ Μανάσση Σύνοψις Ἱστορική. *Conſt. Manaſſis Breviarium Hiſtoricum. Ex interpretatione Joannis Leunclavii, cum ejusdem, & Joannis Meurſii notis. Accedit variarum Lectionum libellus, cura Leonis Allatii, & Caroli Annibalis Fabrotti, JC. Item Gloſſarium Græco-barbarum, ſtudio ejusdem Fabrotti. Pariſ. 1655. De hoc dictum capite ſuperiore §. 41. pag. 157.*

14. Νικήτου Ἀκωμινάτου Χωνιάτου Ἱστορία. *Nicetæ Acominati Choniatæ, Magni Logothetæ Secretorum, inſpectoris & judicis Veli, Præfecti ſacri cubiculi, Hiſtoria. Hieronymo Wolfio, Oetingenſi, interprete. Editio Gloſſario Græco-barbaro auctior, & ope MSS. Reg. emendatior. Cura & ſtudio Caroli Annibalis Fabrotti JC. Pariſ. 1647.*

Γεωργίου τοῦ Ἀκροπολίτου τοῦ μεγάλου Λογοθέτου χρονικὴ Συγγραφή. *Georgii Acropolitæ, Magni Logothetæ, Hiſtoria, Joëlis Chronographia compendiaria, & Joannis Canani Narratio de bello CP. Leone Allatio interprete, cum ejusdem notis, & Theodori Douzæ Obſervationibus. Acceſſit Diatriba ejusdem Leonis Allatii de Georgiorum ſcriptis. Pariſ. 1651.*

15. Γεωργίου τοῦ Παχυμερῆ, Μιχαὴλ Παλαιολόγου. *Georgii Pachymeris Michaël Palæologus, ſive Hiſtoria Rerum à Michaële Palæologo ante Imperium & in Imperio geſtarum. Nunc primum edita ex Bibliotheca Barberina,*

2011 Ministerio de Cultura

na, interprete Petro Possino, è Soc. Jesu. Accesserunt ejusdem Observationum libri tres, & Appendix: Specimen Sapientiæ Indorum Veterum. Romæ, Typis Barberinis, 1666.

16. Γεωργίου τοῦ Παχυμερῆ Ἀνδρόνικου Παλαιόλογου. *Georgii Pachymeris Andronicus Palæologus, sive Historia rerum ab Andronico Seniore in Imperio gestarum usque ad annum ejus ætatis undequinquagesimum. E Bibliotheca Barberina, interprete Petro Possino, è Soc. Jesu. Accesserunt ejusdem Observationum libri tres. Romæ, 1669.*

17. Ἰωάννου τοῦ Καντακυζηνοῦ Ἀποβασιλέως Ἱστοριῶν βιβλία Δ'. *Joannis Cantacuzeni Eximperatoris Historiarum Libri IV. Jacobus Pontanus Soc. Jesu Latine vertit, & notas suas cum Jacobi Gretseri, ejusdem Soc. Adnotationibus edidit. Græce nunc primum prodeunt ex codice MS. Bibliothecæ Viri Illustrissimi Petri Seguierii, Franciæ Cancellarii. Paris. 1645. 3. Vol.*

Δαονίκου Χαλκοκονδύλου Ἀθηναίου ἀπόδειξις Ἱστοριῶν Δέκα. *Laonici Chalcocondylæ Atheniensis Historiarum libri decem. Interprete Conrado Clauserο, Tigurino. Cum Annalibus Sultanorum Othmanidarum, à Turcis linguâ suâ scriptis, ex interpretatione Joannis Leunclavii. Accessit index Glossarum Laonici Chalcocondylæ, studio & opera Caroli Annibalis Fabrotti, JC. Paris. 1650.*

18. *Historiæ Byzantinæ Scriptores post Theophanem, partim nunc primùm editi, partim recensiti, & nova versione adornati, quorum Catalogum hic subjiciemus. Cura & studio R. P. Francisci Combefisii, Ordinis FF. Prædicator. Congregationis S. Ludovici. Paris. 1685.*

Auctores qui in hoc volumine continentur, à Michaële Curopalata Imperatore, in quem desinit Theophanis Chronicon, usque ad Nicephorum Phocam scripsere.

Chronici, jussu Constantini Porphyrogenneti conscripti, à Leone Armenio usque ad Michaëlem Theophili F. libri IV. Ex MS. Cod.

Idem Constantinus Porphyrogennetus de Basilii Imp. avi vita & rebus gestis. Cum nova versione.

Anonymus Continuator Theophanis, à Leone Sapiente usque ad Romanum, Constantini Porphyrogenneti F. Ex MS. Codice.

2011 Ministerio de Cultura

Orthodoxorum invectiva adversus Iconomachos. Ex MS. Codice.

Joannis Jerosolymitani Narratio de Iconomachis. Ex MS. Codice.

Joannes Cameniata, & Demetrius Cydonius, de excidio Thessalonicæ. Cum nova versione.

Symeonis Magistri ac Logothetæ Annales, à Leone Armenio usque ad Nicephorum Phocam. Ex MS. Cod.

Georgii Monachi Vitæ recentiorum à Leone Armenio, usque ad Constantinum Porphyrogennetum. Ex MS. Cod.

19. *Chronicon Orientale Latinitate donatum ab Abrahamo Ecchellensi, Syro Maronita è Libano, Linguarum Syriacæ & Arabicæ in alma Parisiensium Academia Professore Regio ac interprete. Accessit supplementum Historiæ Orientalis, ab eodem concinnatum. Paris.* 1685.

Georgii Codini & alterius cujusdam Anonymi Excerpta de Antiquitatibus Constantinopolitanis, edita in lucem opera & studio Petri Lambecii, Hamburgensis, cum Latina versione & animadvers. necessariis. Accedunt Manuelis Chrysoloræ Epistolæ tres de comparatione veteris & novæ Romæ. Imperatoris Leonis, cognomine Sapientis, Oracula, cum Figuris atque antiqua Græca Paraphrasi. Addita est etiam explicatio Officiorum Sanctæ ac Magnæ Ecclesiæ juxta eorum ordinem, interprete Bernardo Medonio Tolosate. Paris. 1655.

Georgius Codinus Curopalata, de Officiis Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ. Ex versione P. Jacobi Gretseri, Soc. Jesu, cum ejusdem in Codinum Commentariorum libris tribus, & de imaginibus non manufactis Opere. In hac Editione præter comparatum cum Regiis MMSS. Græcum textum, & reparatam Latinam versionem, accedunt inediti ex Regia & Mazarina Bibliotheca Officialium Catalogi, & ad Codini mentem lucupletes notæ. Adjunguntur recentiores Orientalium Episcopatuum Notitiæ, voces honorariæ, appellationes dignitatum indices, quibus postremis seculis Ecclesiastici vel Aulici Proceres salutabantur. Cura & opera P. Jacobi Goar Paris. Ord. Prædic. Congreg. Reform. S. Ludovici. Paris. 1648. *fol.*

Notitia Dignitatum Imperii Romani, ex nova recensione Philippi Labbe, Bituricì, Soc. Jesu Presbyteri. Cum pluribus aliis Opusculis, Indicibus ac Notis. Paris. è Typographia Regia. 1651. 12.

20.

2011 Ministerio de Cultura

20. *Anastasii Bibliothecarii Historia Ecclesiastica, sive Chronographia Tripertita. Ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ. Collata ad MS. exemplar Longobard. vetustissimum Casinensis Bibliothecæ, unde Romanum exemplar manavit. Nunc denuo ad fidem veterum librorum emendata. Accedunt Notæ Caroli Annibalis Fabrotti JC. quibus obscura quæque Anastasii illustrantur. Item Glossaria duo, quibus vocabula mixobarbara, collata cum Græco Nicephori, Georg. Syncelli, & Theophanis, exponuntur. Paris. 1649. fol.*

Ducæ, Michaelis Ducæ Nepotis Historia Byzantina, res in Imperio Græcorum gestas complectens: A Joanne Palæologo I. ad Mehemetem II. Accessit Chronicon breve, quo Græcorum, Venetorum, & Turcorum aliquot gesta continentur. E Bibliotheca Regia nunc primum in lucem edita, versione Latina, & notis illustrata. Studio & opera Ismaëlis Bullialdi. Paris. 1649.

Τοῦ ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοφυλάκτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας Παιδεία Βασιλική. S. Patris nostri Theophylacti, Archiepiscopi Bulgariæ, Institutio Regia, ad Porphyrogenitum Constantinum. Interprete Petro Possino, Soc. Jesu, Paris. è Typographia Regia. 1651. 4.

21. *Nicephori Gregoræ Historiarum libri XXIV. cum Hieron. Wolfii & Jo. Boivinii versione, notisque ejusdem Wolfii, Cangii, Claudii Caperonerii & ejusdem Boivinii. Paris. 1702. fol. 2. Volum. fol.*

22. *Historia Byzantina, duplici Commentario illustrata. Prior familias ac stemmata Imperatorum Constantinopp. cum eorum Augg. Numismatibus & aliquot Iconibus; præterea familias Sarmaticas & Turcicas complectitur. Alter descriptionem Urbis Constantinopolitanæ, qualis exstitit sub Imperatoribus Christianis. Auctore Carolo du Fresne, Domino du Cange, Regi à Consiliis, & Franciæ apud Ambianos Quæstore. Paris. 1680.*

*De Imperatorum Constantinopolitanorum, seu de inferioris ævi, vel Imperii, uti vocant, Numismatibus Dissertatio, auctore Carolo du Fresne: quæ edita est ad calcem Glossarii Latini * ejusdem auctoris, quod in lucem prodiit Paris. 1678. recusum Francof. 1681. & 1711.*

23. *Anselmi Banduri Ragusini, Presbyteri ac Monachi Benedictini è Congregatione Melitensi, Imperium Orientale, sive Antiquitates CPolitanæ in quatuor partes distributæ. Paris. 1711. fol. 2. Volum.*

Hoc Corpus integrum rarius hodie nisi in instructis Bibliothecis occurrit & vix 450. florenis Hollandicis venditur, itaqve A. 1699. Bibliopola Batavus insignis, Franciscus Halma auspiciis Viror.

* Glossarium Græcum ejusdem Cangii vidit lucem Lugd. 1688. fol.

2011 Ministerio de Cultura

Clariss. Jo. Georgii Grævii & Ludolphi Kusteri professus est novam se illius velle dare editionem, qvæ & multo minore pretio veniret, & longe tamen melior esset. Præter enim omnia hæc opera accedere debuerunt ad Procopium qvidem notæ Bonav. Vulcanii hactenus ineditæ & emendationes latinæ versionis ex versione Vulcanii selectæ: tum à Grævio suppeditati

Genesii ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ *libri V. sive Historia rerum ab initio Leonis Armenii, usque ad excessum Basilii Macedonis Imp. gestarum, jussu Constantini Porphyrogenneti Imp. ante annos quasi* 800. *conscripta. Johannes Andreas Bosius è MSS. membranis Bibliothecæ Collegii Paulini Lipsiensis descripsit A. CHristi* 1652. *Hunc Scriptorem Cl.* Ludolphus Neocorus *in linguam Latinam transferet, & notis illustabit. Quin & sperare nos jubent viri docti* Georgii Phranzæ Chronicon de ultimis Orientalis Imperii temporibus, & Sultanorum Osmanidarum origine, *cujus epitome Latine tantum prodiit Ingolstadii, cura Jacobi Pontani; ut &* Georgii Pisidae * Historiam de Heraclio & aliis Imperatoribus Constantinopolitanis, cum versione Claudii Maltreti, Presbyteri S. I. *Præterea Celeb. Grævius omnes Europæ eruditos ac Principum Bibliothecarios per literas rogabit, ut, si qua forte penes illos latent, quæ cum hoc opere conjungi mereantur, ea nobiscum communicare ne dedignentur. Jamque adeo eximia quædam & apprime huc facientia è Galliis & Germania nobis promissa fuere: quemadmodum etiam complures viri literati suam nobis operam & favorem, ad absolutam huic operi perfectionem conciliandam, prolixe polliciti sunt.*

Cura & directio totius operis incumbet Viris harum literarum peritissimis, qui suas quoque animadversiones nonnullis Scriptoribus addent, & versiones Latinas, ubi res & necessitas postulabit, emendabunt. Notæ Auctorum, quæ in editione Parisiensi ad calcem cujusque voluminis rejectæ sunt, in nostra editione ipsi textui subjicientur; nisi forte serius quædam à viris doctis ad nos missæ fuerint: illæ enim ad finem cujusque Tomi collocabuntur. Non minus etiam nostra, quam Parisiensis editio in principiis & finibus librorum elegantibus prædita erit ornamentis, inciseque æri literis majusculis; figuras vero æneas, præsertim in Cangii Familiis Byzantinis, habebit longe decentiores. Præterea totum opus

* Maltretus præf. ad Procopii Hist. testatur se beneficio Holstenii habere *Georgii Pisidæ*, magnæ Ecclesiæ CPol. Diaconi de laudibus Heraclii Imp. libros duos, de bello Persico ejusdem Heraclii tres, & de bello Avarico ad muros Urbis CPol. unum. Ab Allatio autem *Theodosii* Diaconi ἀκροάσεις qvinq; de capta à Romano Augusto Creta.

2011 Ministerio de Cultura

opus ea cura, accuratione & studio excudetur, ut spondere ausimus, editionem nostram non solum longe auctiorem, sed & emendatiorem Parisiensi fore.

Præclarum hoc Consilium gravissimis bellis Europam passim misere distrahentibus ac lacerantibus, atqve intercedente Clarissimi Grævii * fato, hactenus abjectum, vel certe dilatum est. Qvod si qvando reassumetur, magnum decus novæ editioni & magnam Lectoribus utilitatem afferet, si ubiqve in summis paginis singulorum scriptorum CPolitanæ Historiæ, consignentur nomina Imperatorum, qvorum res explicantur, atqve ubi fieri licet anni etiam Imperii, anniqve æræ Christianæ, nec minus nomina anniqve, qvantum fas, Patriarcharum CPolitanorum.

II. Magno huic operi colligendo digerendoq;, ac tam magnifica forma per Seb. Cramoisy Typographiæ Regiæ Curatorem Parisiis publicando animum primus adjecit PHILIPPUS LABBEUS S.I. qvi Eclogis Legationum Anno 1648. editis præmisit *Protrepticon* ad omnes eruditos de Scriptoribus Hist. Byzantinæ è Luparæa Typographia in lucem emittendis, in qvo continetur *Catalogus* & notitia brevis, Chronologico Ordine digesta, scriptorum Historiæ Byzantinæ qvicunqve tum temporis sive editi sive inediti memoriæ ejus se offerebant, & è qvibus illi Codicibus & qvorum virorum doctorum opera recensiti vel illustrati possint in lucem exire. Tum *Apparatus* Byzantinæ Historiæ, in tres partes dispertitus: qvarum *prima* Imperatores CPolitanos serie Chronologica, & à qvibus scriptoribus singulorum res descriptæ sint, succincte persequitur, subjunctis Carminibus duobus Græcis jambicis è Codd. MSS. Regiæ Bibl. qvorum altero Imperatores, altero Patriarchæ CPolitani, recensentur, alio item Catalogo Patriarcharum CPolitanorum CXLIX. Pars *secunda* exhibet Alphabeticam seriem & notitiam scriptorum Historiæ Byz. tam editorum qvam ineditorum ac deperditorum. Pars *tertia* Descriptionem latinam Urbis CPolitanæ per XIV. regiones, veteri incerto auctore sub Theodosii junioris ut videtur tempora claro qvem vulgarunt Gyllius sub extremum libri IV. Topographiæ CPol. Pancirollus ad calcem Notitiæ Imperii, ac ne alios jam memorem Carolus du Fresne in CPoli Christiana lib. I. pag. 63. seq. qvi etiam auctoris præfationem qvam è MS. Vindobonensi Lambecius lib. 2. pag. 950. primus vulgaverat, præmisit. Lexicon Byzantinum qvod Partis

* Obiit diem Ultrajecti 9. Januar. A. 1703.

2011 Ministerio de Cultura

quartæ loco voluit Labbeus subjungere, in aliud tempus distulit, sive aliis potius adornandum relinqvere est coactus.

Post hoc Labbei Protrepticon seqvuntur Ἐκλογαὶ περὶ πρέσβεων sive *excerpta de legationibus* jussu Constantini Porphyrogennetæ facta à *Theodosio* qvodam, cujus præfatio præmittitur, qviqve testatur se *de legationibus populi Romani ad Ethnicos horumque ad populum Rom.* excerpta collegisse *ex Petro Patricio & Magistro*, *ex Chronico Georgii Monachi*, *ex Joanne Antiocheno*, *ex Dionysii Halicarnass. Antiquitatibus Romanis*, *ex Polybio*, *Appiano*, *Zosimo Ascalonita*, *Josephi Antiquitatibus Judaicis*, *Diodoro Siculo*, *Dione Coccejano*, *Procopio Cæsareensi*, *Prisco Rhetore*, *Malcho Sophista*, *Menandro Protectore & Theophylacto Simocatta.* Subjiciuntur vero tantum excerpta * è *Dexippo* Athenienſi, *Eunapio* Sardiano, *Petro* Patricio & Magistro, *Prisco* Sophista, *Malcho* Philadelphienſi, *Menandro* Protectore & *Theophylacto* Simocatta. Hæc (exceptis illis Simocattæ) è Codice Andreæ Schotti primus Græce publicavit *David Hæschelius* Augustanus, Augustæ Vindel. A. 1603. 4. cum corollario eclogarum è libris amissis Diodori Siculi XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. & XXVI. qvas è Codice Ludovici Alemanni Florentini Richardus Thomson Anglus ad eum miserat. Notas qvoqve addere voluit Hœschelius, sed qvæ non viderunt lucem. Meminit earum in literis ad Jungermannum ** datis 1603. feria Philippi & Jacobi: *De locis in Longino suspectis suaserim Rhodomannum consulas quem habes vicinum, qui suam mihi ἀγχίνοιαν καὶ εὐστοχίαν probavit in libro περὶ πρέσβεων περὶ, quod constabit cum notas edidero, nunc enim textus quem vocant impressus est modo.* Latine illas eclogas vertit *Carolus Cantoclarus* senator Regius & libellorum supplicum Magister, cujus interpretatio additis ad calcem nonnullis notis & castigationibus prodiit Paris. 1609. 8. filiis Renato & Petro à parente inscripta. Nullo MSto Codice usus est interpres & à sensu Græcorum verborum haud raro aberrat, ut pluribus Viris doctis *** jam observatum fuit. Retinuerunt tamen ejus versionem Corporis Byzantini curatores, sed notis ejus eruditas *Henrici Valesii* animadversiones antea inedi-

* Similes de Legationibus eclogas à *Joanne* qvodam CPolitano excerptas è Polybio, Dionysio Halicarnass. Diodoro Sic. Appiano Alex. & Dione Cassio, Fulvius Ursinus Græce cum notis edidit Antwerp. 1582. 4.

** Post Epistolas Hottomannorum pag. 455.

*** Vide Valesium in notis passim, Kusterum ad Svidam in Ἁιμάτιον &c.

2011 Ministerio de Cultura

ineditas adjunxerunt. Nunc de scriptoribus ex qvibus eclogæ illæ excerptæ sunt, pauca qvædam annotare placet.

1. DEXIPPUS Dexippi F. cognomine Herennius, Athenienſis, Rhetor, ſub Valeriano, Gallieno, Claudio ſecundo & Aureliano Impp. clarus teſte Svida in Δέξιππος & Eunapio in Porphyrio extremo, ubi χρονικὴν ejus ἱστορίαν memorat. Miror itaq; alium à Clariſſ. Kuſtero putari Dexippum Eclogarum de legationibus auctorem. Si enim hæ non ex *Chronica* Hiſtoria, certe ex *Scythicis* hujus Dexippi petitæ ſunt, qvod non ab re veriſimilius videtur Voſſio de Hiſt. Gr. II. 16. & Hanckio de Rom. rerum ſcriptoribus lib. I. c. 22. licet ex Chronico excerptas malit Meurſius in Bibl. Attica, Valeſius vero id omne tanqvam rem incertam in medio relinqvit. Scythica qvoq; reſpicit Iornandes Dexippum laudans cap 22. de rebus Geticis. Eundem porro fuiſſe qvi Chronicam Hiſtoriam & qvi Scythica compoſuit, ex Photii teſtimonio perſpicue conſtat. Ducem etiam exercitus geſſiſſe & patriam Achajam adverſus Scythas defenſitaſſe Trebellius Pollio teſtatur in Gallienis cap. 13. *deinceps Achajam omnem vaſtaverunt* (Gothi) *& ab Athenienſibus duce Dexippo, ſcriptore horum temporum victi ſunt.* Scripſit qvoqve τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον *de rebus poſt mortem Alexandri Magni libris qvatuor*, qvorum argumentum refert Photius Cod. 82. Arriano in plerisqve conſpirare teſtatus. Idem ejus σύντομον ἱστορικὸν ſive *compendium Hiſtoricum* usqve ad tempora Claudii (ſecundi hoc nomine Imperatoris) commemorat, qvod Valeſius putat compendium fuiſſe *Chronicæ* ejus *Hiſtoriæ* cujus *liber decimus* laudatur à Stephano Byz. in σαμοθρᾷκαι & Conſtantino Prophyrog. lib. 2. de thematibus, themate IX. licet in Bandurii qvoqve editione editum ἐν χερρονικῷ δεκάτῳ pro χρονικῷ, liber *duodecimus* ab eodem Stephano & Etymologico Magno in ἔλαιρος. A temporibus Mythicis hoc opus perduxit ad ſuam usqve ætatem, ut Evagrius lib. V. c. ult. auctor eſt, neqve enim audiendus Caſaubonus qvi ad Lampridii Severum cap. 49. ait orſum ab Alexandro Severo: neqve Valeſius qvi apud Evagrium Σκυθικῶν, vel alius qvi Μηδικῶν legere mavult pro μυθικῶν. Ex eodem ut videtur opere (licet Scaliger ad Græca Euſebii pag. 420. non dubitat è libris de rebus poſt Alexandrum petita eſſe) Euſebius in Chronicon pag. 56. 57. & Syncellus pag. 263 334. 376. Regum Macedonicorum ante Alexandrum ſucceſſionem & alia qvædam repetunt. Etiam in Græcis Euſebii pag. 34. & apud Syncellum pag. 177. pro Ζεύξιππος ἱστορεῖ

2011 Ministerio de Cultura

ἱστορεῖ, sunt qvi legunt Δέξιππος. Citatur Dexippus à Lampridio in Alex. Severo cap. 49. Capitolino in Maximino cap. 6. 7. & in Gordianis c. 2. (ubi *etiamsi breviter, ad fidem tamen omnia persecutum scribit*) & 9. 19. & in Maximo ac Balbino c. 1. 15. 16. Trebellius Pollio in triginta tyrannis c. 32. & in Claudio secundo c. 2. Eqvidem Jo. Tzetzes Chiliad. IX. Hist. 274. huncqve secutus Meursius & Vossius eundem putant Dexippum auctorem Σκυθικῶν, cum Dexippo de cujus *libris tribus in Categorias*, latine ex Jo. Bernardi Feliciani versione Venet. 1546. 1566. fol. & Paris. 1549. 8. editis dixi lib. IV. cap. 26. §. 8. Verum ille Philosophus ætate junior, & Jamblichi discipulus fuit, ut ex eodem Tzetza & Simplicio in Categorias pag. 1. constat. De Dexippo Coo dicam infra in Medicis libro VI. Alius etiam fuit Dexippus Comicus cujus Θησαυρὸν laudat Svidas in κωμῳδοῖς, erratqve Meursius qvi in Bibl. Attica cum Historico confundit.

2. Dexippi Herennii Historiam continuavit EUNAPIUS Sardianus Lydus teste Photio Cod. 77. & *XIV. libris* produxit à Claudio secundo usq; ad sua tempora sive Honorii & Arcadii imperium. *Duas* illius operis paravit *editiones*, & licet in utraq; Christianis Imperatoribus iniqvior, Julianum utpote Ethnicus miris laudibus extulit, in νέᾳ tamen ἐκδόσει sive posteriore editione plurima in Christianos convicia & blasphemias rescidit. Eunapii historiam exscripsit Zosimus * respicit eandem, Eunapium laudans pluribus locis, Svidas, atqve ξενογραφίαν vocat in Ῥαφῖνος. Meminit & Eunapius ipse & lectores ad illud opus ablegat non uno loco in *Sophistarum Vitis* qvæ adhuc exstant. Has ex MSS. Mediceo, Barberino, Remensi qvi olim fuit Principis Lotharingii, & Regio Paris. duobusqve Mediolanensibus emen-

* Photius Cod. 98. de Zosimo: ἔιποι δ' ἂν τις ἃ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν, καὶ ὅτι ἄχρι, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἕως καὶ ἕως Στελίχωνα διασύρει. Vossius de Hist. Græcis II. 18. Ex Historia Eunapii *solum de legationibus fragmentum beneficio V. C. Andreæ Schotti lucem vidit, reliqua exstare dicuntur in Bibl. Veneta. Eo autem æquiore animo istis caremus, quod Zosimum habeamus.* Qvod in Bibl. Veneta extare reliqva Eunapii Hist. dicuntur à Vossio, incerta fide tradi videtur, & jam pridem Jo. Leunclavius in Epist. ad Henricum Stephanum scripsit in Centuria Epistolar. Philologicar. Goldasti pag. 305. *Eunapii fuere libri XIV qui nusquam exstant, ne quidem in Italia. Zosimi sex tantum. Photius stilum Eunapianum ob prolixitatem & tropas frequentiores improbat, Zosimeum laudat* ὡς σύντομον καὶ εὐκρινῆ καὶ καθαρὸν ἄδολόν τε καὶ ἀπηκριβωμένον.

2011 Ministerio de Cultura

emendatas (qvorum Varias Lectiones ex auctione Gudiana nactus ſum) jampridem recudendas dare inſtitui cum nova verſione mea & notis, uſus etiam obſervationibus Iſ. Caſauboni, atqve Variis Lect. è Codice Bodlejano, qvas benevole mecum communicavit Clariſſ. Hudſonus. Præter Codices Vaticanum, Venetosqve Geſnero memoratos, comperi etiam exſtare MSS. Neapoli in Bibl. Patrum Auguſtinianorum in Cœnobio S. Johannis de Carbonaria. Prodierunt primum Græce è *Jo. Sambuci* Pannonii Tirnavienſis Bibliotheca, typis nitidis Antvverp. ex officina Chriſtophori Plantini 1568. 8. ſubjectis ad calcem caſtigationibus *Hadriani Junii* Hornani, cujus deinde latina verſio vidit lucem ibid. 1572. 8. Ab eo tempore *Hieron. Commelinus* Eunapium ex duobus MSS. Palatinis emendavit & ſupplevit, ediditqve Græce & Latine, adjuncta Junii (licet à Græcis paſſim diſſidente) verſione Heidelb. 1596. 8. Editio Commeliniana recuſa eſt Coloniæ Allobrogum ſive Genevæ 1616. 8. atqve *excerpta de legationibus* ex Hiſtoria Eunapiana Græce ſubjuncta habet ex eodem Schotti Codice. Ex his conſtat Eunapium Rhetorem à Lydis miſſum eſſe legatum ad Julianum Imperatorem pag. 17. ſeq. edit. Pariſ. & qvum legatione cum magno ſucceſſu functus eſſet, juſſum à Juliano cauſam agere adverſus potentem adverſarium, idqve feciſſe cum *laude*, & judicibus perſvaſiſſe. Diverſus hic videtur à noſtro & ætate prior, idemqve forte cum Eunapio τῷ ἐκ Φρυγίας Rhetore, cujus meminit Svidas in Μεσώνιος. De noſtro videndus præ cæteris Hanckius lib. 2. de Romanar. rerum ſcriptoribus cap. 9. & Jonſius lib. 3. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph. cap. 17. Cui in hoc uno non aſſentior, qvod ſcribit eum viceſimo ætatis anno demum gentili religione imbutum, ſive ex Chriſtiano Ethnicum factum eſſe, idqve Eunapium ipſum teſtari in Ædeſio. En tibi ejus verba pag. 34. ὁ γὰρ ταῦτα γράφων ἐκ παιδὸς ἀκροατὴς χρυσανθίδι γενόμενος, μόλις εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἠξιώθη τῶν ἀληθεστέρων, ὅτω μέγα πρῆμα εἰς ἡμᾶς τῆς Ἰαμβλίχου Φιλοσοφίας διετάθη καὶ συμπαρέτεινε τῷ χρόνῳ. Sane Chryſanthius ille qvi à tenerisEunapium imbuit & conſobrinam ejus Meliten habuit uxorem, Ethnicus fuit non Chriſtianus: igitur & Eunapius ubiqve Chriſtianiſmi hoſtem profeſſus, non vigeſimo anno primum Ethnica ſuperſtitione imbutus, ſed tunc initiatus demum eſt arcanioribus Myſteriis Philoſophiæ & Theurgiæ, qvæ paullo ante dixe-

2011 Ministerio de Cultura

dixerat præ Constantini Imp. metu jam cœpisse diutius occuli atqve pertinaciore silentio involvi. Atqve hunc esse verborum Eunapii sensum, & per ἀληθέστερα illa intelligi mysteria Philosophiæ sublimioris, perspicue patet ex illis qvæ de Jamblicho subjungit. Matutinas horas aliis arte Rhetorica imbuendis per aliqvod temporis collocasse se refert ipse in Chrysanthio p 153. Medicæ qvoqve artis peritus fuit, ut in eodem Chrysanthio scribit pag. 156. atqve ab Oribasio Medico tetrabiblum ei suam, qvæ etiamnum latine ex Jo. Baptistæ Rasarii versione exstat, inscribente, λογιώτατ@ appellatur. Confer Photium Cod. 219.

3. PETRUS gente Illyrius, patria Thessalonicensis, Rhetor sive Advocatus CPolitanus prudentiæ & eloqventiæ laude insignis fuit, qvem Justinianus Imp. teste Procopio lib. 1. de bello Gothico cap. 3. & 4. legatum misit ad Amalasuntham Theodorici Italiæ Regis filiam, eaqve interim à Gothis interfecta, bellum Theodahado jussit indicere, qvod ille deprecans in literis ad Justinianum Imp. apud Cassiodorum X. 19. Variar. Petrum legatum vocat *virum eloqventissimum, doctrina summum, & conscientiæ claritate præcipuum.* Postea Patricium fecit etiam Justinianus, ac Magistrum officiorum, misitqve de pace ad Chosroëm magnum, ut narrat idem Procopius lib. 2. de bello Gothico cap. 22. & lib. 4. cap. 11. & Svidas in Πέτρ@, qvi testatur scripsisse Historias & περὶ πολιτικῆς κατασκέυης. Meminit hujus Petri & legationis ejus ad Persas etiam Menander Protector in excerptis de Legationibus pag. 150. Patricium & Magistrum sapientissimum vocat qvoq; Hermolaus Grammaticus, qvi sub Justiniano scripsit, in Epitome Stephani Byz. in ἀκόναι. Corippus lib. 1. de laudibus Justini minoris v. 25.

Successorque boni redivivaque gloria Petri
Hinc Theodulus adest, patria gravitate Magister.

Eundem putat Valesius intelligi qvem Vigilius Papa in Epistola Encyclica ad universam Ecclesiam *magnificum virum Petrum Referendarium* appellat, qviqve memoratur in Synodo qvinta. Sed diversum omnino putem Petrum Rhetorem (licet Clarissimo Kustero ad Svidam aliter videtur) qvem Leontius Scholasticus in lib. III. Anthologiæ cap. 30. memorat spectantem in Dionysiis collapso theatro obiisse. Non enim Rhetorem vocasset Poëta, sed Patricium & Magistrum.

2011 Ministerio de Cultura

ſtrum. Qvæ ex Petri hujus Magiſtri hiſtoriis ſuperſunt excerpta de legationibus, incipiunt à legatione Parthorum ad Tiberium Imp. neqve qvicqvam produnt recentius qvam legationem barbarorum ad Julianum Apoſtatam. Confer Hanckium lib. 1. de Romanarum rerum ſcriptoribus capite 40. Nonnulla iisdem plane verbis leguntur in eclogis legationum ex Dione Caſſio, ut Valeſio etiam notatum. Chriſtianum fuiſſe conjicio ex auctoritate qva ſub Juſtiniano principe valuit, Licet fateor argumentum eſſe non plane firmum, certumqve.

4. PRISCUS è Panio Thraciæ * opido Rhetor & Sophiſta CPol. & Theodoſii junioris ad Attilam legatus, ** ſcripſerat *Hiſtoriam Byzantinam & de bello adverſus Attilam* † libris VII. Male pro Priſco Παρίσκ@ ſcribitur apud Evagrium lib. 2. cap. 1. ut Valeſius annotavit, & Περσικὸς apud Theophanem p. 100. ut animadverſum Labbeo in protreptico, Valeſio p. 74. ad Evagrium & Martino Hankio, qvi de hoc ſcriptore bono & utili diligenter egit lib. de Byzantinis ſcriptoribus cap. 2. atqve eundem ultra annum XV. Leonis Thracis Imp. ſive CHriſti 471. ſuperfuiſſe demonſtravit. Præter illos Hiſtoriæ Byzantinæ libros, è qvibus eclogæ legationum excerptæ

* *Panitem* Svidas, *Thracem* vocant Theophanes & auctor Chronici Alex. *Sophiſta* eidem Svidæ appellatur; Evagrio I. 17. II. 1. & 5. & 16. & V. 24. & Nicephoro Calliſto in præfat. pag. 35. *Rhetor*: & ante excerpta de legationibus *Rhetor ac Sophiſta*.

** Jornandes de rebus Geticis cap. 34. *Attila Hunnorum omnium Dominus, & pœne totius Scythiæ Gentium ſolus in mundo regnator, qui erat famoſa inter omnes gentes claritate mirabilis. Ad quem in legationem remiſſus à Theodoſio juniore Priſcus* &c. Eundem Priſcum Hiſtoricum ſæpius laudat Jornandes ut cap. 24. 35. 42. 49. atqve Juvencus in Attilæ vita. De illa vero legatione ſua fuſe Priſcus ipſe in eclogis pag. 49. ſeq. edit. Regiæ.

† Apud Svidam male κατὰ Ἄτλαλον pro κατὰ Ἀτλίλαν, ut Valeſio Hankius & Kuſterus aſſentiuntur. Auctor Chronici Alex. pag. 318. cum de Attilæ & Alarici motibus & exitio retuliſſet, ſubjungit: περὶ ὃ πολέμου συνεγράψατο ὁ σοφώτατ@ Πρίσκ@ ὁ Θρᾴξ. Evagrius lib. 1. c. 17. de eodem bello: ὃν περιέργως ἢ ἐς τὰ μάλιστα λογίως Πρίσκ@ ὁ Ῥήτωρ γράφει. *Videtur autem*, inqvit Voſſius p. 488. de Hiſt. Græcis, *hodieque exſtare. Sane citat Priſcum Baptiſta Fulgoſus in Memorabilium libris; inque Bibl. Vaticana eſſe, auctor eſt Raphaël Volaterranus lib. XIII. Anthropologiæ. Supereſſe etiamnum ait in Nomenclatore ſuo Rob. Conſtantinus.* Nemo tamen fuit hactenus qvi eum in lucem protulerit, vel in Bibliotheca hodie ſuperſtite legiſſe ſe ſit teſtatus.

2011 Ministerio de Cultura

sunt & qvorum sextum laudat Stephanus Byz. in σάλωνα, memorat Svidas etiam ejus μελέτας sive *declamationes* Rhetoricas, *Epistolasque*. Christianis scriptoribus recte eum accenset Caspar Barthius in Adversariis. Historiæ Byz. scriptorem diligentissimum vocat Valesius ad Ammianum Marcellinum XXX. 2. Alius Priscus de qvo in vitis Sophistarum Eunapius.

5. MALCHUS patria Philadelphiensis a) Syrus, Sophistam egit CPoli, b) ῥητορικῆς εἰς ἄκρον ἑλληνικῶς ut de eo Photius Cod. LXXVIII. qvi Christianum etiam fuisse testatur. Scripsit eleganti Stylo Βυζαντιακὰ sive *Historiam* (ab extremis Leonis primi Imperatoris in qvibus substitit Priscus sive ab A. C. 457. usqve ad necem Julii Nepotis, occisum A. C. 480.) *libris VII.* qvorum exordio alia jam à se composita testatus est, qvemadmodum & in extremo libri ultimi plura se, si suppeteret vita scripturum promisit, itaqve integrius opus vidit Svidas, qvi memorat Malchi *Historiam à Constantino Magno ad Anastasium usque* (ab A. C. 491. per annos XXVII. Imperatorem) in qva res qvoqve Zenonis Isaurici ac Basilisci qvi post Nepotem regnarunt fusius fuit persecutus, inter alia graphice etiam descripsit ac deploravit conflagrationem publicæ Bibliothecæ CPol. & statuarum ἑξ Ἀυγουσταίου qvod incendium Basilisco imperante accidit, & ad centum viginti millia Codicum absumsit. Vide Cangii CPolin Christianam libro 2. pag. 150. Ex duobus qvæ exstant Malchi eclogis Legationum posterior è prioribus, prior è posterioribus libris petitæ esse videntur. Allegatur Malchus ubi de incendio Bibliothecæ & Palatii sermo est, à Zonara T. 2. pag. 52. Vide & Svidam in Λέων Βασιλεύς.

6. MENANDER Euphratæ Byzantini F. Herodoti cujusdam frater, imperante Mauricio ad studia literarum à qvibus ante abhor-

a) Philadelphiensem Photius fuisse testatur. Licet autem plures fuerint Philadelphiæ, tamen illam Syriæ intelligendam vel nomen Malchi docet. Et fortasse fuit hic ex posteris ejusdem gentis, è qva Malchus, qvi deinde sub Porphyrii nomine fuit inter Græcos Philosophos notissimus, de qvo supra lib. IV. cap. 24. De aliis Malchis dixi ad Eunapium. Vide etiam Rosweidum ad Vitas Patrum p. 74.

b) Hinc Sophistam Byzantium Svidas appellat.

c) Photius: ἔστι δ' ὁ συγγραφεὺς Φιλαδελφεὺς, εἴ τις ἄλλος κατὰ συγγραφὴν ἱστορίας ἄριστος, καθαρὸς, ἀπέριττος, εὐκρινὴς, λέξεων ταῖς ἀνθηροτάταις καὶ εὐσήμοις καὶ εἰς ὄγκον τινὰ ἀνηγμέναις χρώμενος &c.

2011 Ministerio de Cultura

abhorruerat, applicans animum scripsit *historiarum libros VIII.* ab anno Justiniani Imp. XXXIII. (CHristi 560.) ubi desiit Agathias, usqve ad Tiberii secundi excessum (CHristi A. 582.) à qvo auspicatur Theophylactus Simocatta. Ipse se apud Svidam in Μένανδρος testatur animum appulisse ad scribendum μὴ πω ἀποβίωσιν Ἀγαθίᾳ cum Agathias jam esset defunctus, neqve continuare ipse Historiam sum posset. Ab eodem Svida pluribus locis fragmenta ex hoc Menandro afferuntur, etiam in δοκιμάσας, Μαυρίκιος & ἀπαλίωνες qvæ loca in utroqve indice Clariss. Kusteri omissa, sed à Valesio pridem annotata sunt. Idem Svidas Menandrum vocat *Protectorem.* Qvod nomen explicat Menander ipse in eclogis legationum pag. 171. ὁ δέ γε τῶν μεθορίων λεγόμενος πρόκτωρ, δηλοῖ δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν ἐς ἕτο καταλεγόμενον ἀξίας, τὸν βασίλειον πρόσκεπασήν. Sed fuse de hac dignitate Cangius in utroqve glossario. Eclogæ illæ legationum qvæ è Menandri Historia excerptæ exstant paullo confuso ordine ac perturbato, ex duobus Codicibus Bavarico & Andreæ Schotti vulgatæ ab Hœschelio sunt, qvorum alter altero integrior fuit & diversas forte collectiones Theodosii alter, alter Joannis CPolitani exhibuit. Meminere Menandri præterea Theophylactus Simocatta lib. 1. cap. 3. Historiæ, & Constantinus Porphyrogenneta lib. 1. de thematibus cap. 2. ubi eum Procopio, Agathiæ & Hesychio illustri jungit.

7. De *Theophylacto Simocatta* è qvo & ipso excerpta Legationum in editione Regia pag. 176. seq. leguntur, dicam infra, ubi ejus Historiarum libros, qvi etiamnum exstant, recensebo.

Post hæc de legationibus excerpta Labbeus subjunxit Eclogas Photii ex *Olympiodoro*, *Candido*, atqve *Theophane* Byz. tum *Hesychii* illustris de rebus CPol. cum versione & notis Meursii, & ex *Suidæ* Lexico excerpta de Imperatoribus Orientis, aliisqve personis rebusqve CPolitanam Historiam spectantibus cum notis & animadversionibus. His addenda excerpta è *Nonnoso* Photiana.

8. OLYMPIODORUS ex Thebis Ægypti oriundus & Theodosii ad Hunnos legatus, licet à CHristi sacris Photio teste alienus, scripsit ὕλης * Historicæ sive *Commentariorum* libros XXII. de rebus ab A. C. 407. Honorio septimum & Theodosio juniore COSS.

* Ita etiam postea Commentarios suos inscripsit Nicephorus Bryennius.

2011 Ministerio de Cultura

ad A. C. 425. qvo Valentinianus III. ſecundum Conſul, renunciatus eſt Auguſtus. Argumenta librorum, qvos eidem Theodoſio Auctor dicavit, refert Photius Cod. 80. qvi ποιητὴν τὸ ἀπιτήδευμα (non *Poëtam* ut vulgo interpretantur, ſed ut Reineſius * II. 5. Var. Lect. pag. 154. ſeq. *Operatorem Chymicum*) fuiſſe, ex ipſiusmet teſtimonio refert. Ac certe ποίησιν pro operatione Chemica poni pervulgatum, ut Cangius in gloſſario Græco bene obſervavit, necmodo inter Chemicorum nomina Olympiodorus occurrit, in MS. Collectione Chemicorum Græcorum de qva libro VI. pluribus erit dicendi locus, Γίνωσκε ὦ Φίλε καὶ τὰ ὀνόματα ποιητῶν, ἀρχὴ Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Ἰωάννης ἱερεὺς, Δημόκριτος, Ζώσιμος ὁ μέγας, Ὀλυμπιόδωρος, Στέφανος ὁ φιλόσοφος, Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι &c. ſed etiam inter ſcripta ipſa Chemica habeo unum hoc titulo: Ὀλυμπιοδώρου φιλοσόφου Ἀλεξανδρέως τῆς Πετάσιον τὸν βασιλέα Ἀρμενίας εἰς τὸ κῆ ἐνέργειαν ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν ἡρμένα. Notandum tamen hunc Olympiodorum dici Alexandrinum non Thebanum, deinde ferri ejus commentarium in ſcriptum Zoſimi, cum Zoſimus Hiſtoricus Hiſtoricum Olympiodorum adeoq; eum ætate non videatur prænominetenus citet lib. V. c. 27. ceſſiſſe. Sed dicere ad hoc licet vel eodem tempore ambos ſcripſiſſe Zoſimum & Olympiodorum, qvod veriſimillimum mihi videtur, vel alium fuiſſe Zoſimum Thebanum Panopolitam (Svidæ Alexandrinum) Chymicum ab Hiſtorico, vel locum in qvo Olympiodori mentio, per gloſſema libris Zoſimi Hiſtorici inſertum eſſe, ut viſum Lambecio, qvem vide lib. VI. p. 177. ſq. 188. Certe Olympiodorus ibi fere, ubi deſinit Zoſimus, auſpicatus hiſtoriam ſuam multo qvam ille longius produxit. Prodierunt excerpta ex Olympiodori Hiſtoricis Commentariis, ne Photii editiones memorem, etiam in Tomo tertio minorū Hiſtoriæ Romanæ ſcriptorum, ſed min⁹ integra ex Bibl. Franciſci Pithœi cum verſione & notis *Frid. Sylburgii* Francof. 1590 fol. De aliis Olympiodoris, ut Peripatetico Procli præceptore, & altero juniore Alexandrino qvi vitam Platonis & commentarios in Platonis Alcibiadem, Gorgiam, Phædonem, Philebum & alia forte nonnulla ſcripſit, qvemadmodum & de Olympiodoro Chriſtiano ſcriptore & Diacono Alexandrino qvem Philoſophum & πολὺν περὶ θεῖα vocat Anaſtaſius Sinaita (qvi ſæculo VI. extremo vixit) ſub finem libri VI. in Hexaë-

* Confer Reineſii Epiſtolas ad Neſteros pag. 19. Hermanni Conringii de Hermetica Medicina pag. 49. & Olaum Borrichium de ſapientia Ægyptiorum p. 25. 34.

2011 Ministerio de Cultura

Hexaëmeron, alibi dixi. Omitto Olympiodorum λοχαγὸν sive ductorem manipuli, cujus meminit Plutarchus in Aristide pag. 327. & Olympiodorum Thessalum, Hippodromi Sophistæ Patrem, de qvo Philostratus. Olympiodori nescio cujus Rhetoris περὶ ξ λόγ. διάταξις MS. fuit inter libros Gudianos.

9. CANDIDUS Isaurus sub Anastasio ut videtur scripsit affectata ut arguit Photius dictione, *Historiarum* ab auspiciis Leonis Thracis usq; ad obitum Zenonis Isaurici *libros tres*. Idem Photius Cod. 79. ubi argumentum operis recenset, de auctore qvi Christianus fuit hæc habet: ἔστι δὲ πατρίδα μὲν Ἰσαυρίας, ὡς αὐτὸς φησι, τῆς τραχείας, ὑπτιήδευμα δ' ἔχεν ὑπογραφεύς (notarius sive tabularius) τῶν ἐν Ἰσαύροις τολεῖσον ἰσχυσάντων· τὴν δὲ θρησκείαν χρισιανὸς ἦν καὶ ὀρθόδοξος, τήνδε δὲ πατρίδα σύνοδον ἐπαίνοις στέφει, καὶ τῶν κ' αὐτῆς καινοτομούντων καθάπερ τιμωρίαις δικαίως. Fragmentum ex hoc Candido Historico habet Svidas in χειρίζω, ubi pro Κάνδιδος ἱστοριογράφος, qvem ex corrupto Svidæ loco retulit etiam Simlerus in suam Bibl. & Mallincrotus in sua de Historicis Græcis paralipomena, legendum esse Κάνδιδος, monuit Clariss. Kusterus, & ante eum Reinesius III. 2. Var. lect. pag. 366. & Valesius pag. 74. ad Evagrii II. 16.

10. THEOPHANES Byzantius à Theophane Confessore, * qvi in sua Chronicorum Syncelli continuatione & ipse res Justini utriusqve ac Justiniani attigit, diversus, eoq; multis ut videtur annis antiqvior & sub Mauritio forte Imp. clarus, scripsit præter Commentarios de rebus Justiniani Imp. qvorum libro primo meminit, *X. libros Historiarum* ab anno secundo Justini junioris (CHristi 567.) ad annum ejusdem Justini duodecimum (CHristi 577.) ita ut singulis libris singulos annos tribuisse videatur. Excerpta ex illis servavit Photius Cod. 64. plures etiam postea, qvibus decem istos continuaverit libros composuisse testatus.

11. NONNOSUS Νόννοσος, Christianus scriptor, tradidit *Historiam legationum suarum*, cujus argumentum & ex illa excerpta qvædam servavit Photius Cod. 3. Fuit autem Nonnosus hic Justiniani Imp. ad Æthiopum Auxumitarum Regem Elesbaam, ad Homeritas, Saracenos qvorum φύλαρχος Caisus erat, & ad alios Orientis populos

* De hoc supra cap. 4. pag. 151. seq. qvem *Georgium Theophanem* nescio qvo auctore vocant Vossius de Hist. Græcis pag. 285. & Reinesius de palatio Lateranensi pag. 83. 84. Ansa forte, qvod *Georgium* Syncellum continuavit.

2011 Ministerio de Cultura

los legatus, filius Abrahami presbyteri qvem Justinus Thrax & Justinianus Legatum misere ad Alamundarum & jam memoratum Caisum præfectos Saracenorum: & *Nonnosi* nepos qvi ad Aretham eorundem Saracenorum præfectum legationem nomine Anastasii Imp. obierat. Hæc è Nonnoso nepote excerpta Photiana in Labbei eclogis nescio qvomodo omissa sunt.

12. HESYCHIUS illustris, a) patriâ Milesius, Hesychii Advocati & Sophiæ Filius, scriptor (licet Svidæ b) aliud videtur) itidem Christianus, Justiniani Imp. temporibus composuit *Historiam Chronicam* sex τμήμασι c) sive Διασήμασι distinctam, qvorum 1) de rebus qvæ à Belo Assyriorum Rege bellum Trojanum antecesserunt, 2) ab Ilio capto ad Romam usqve conditam, 3.) ab Urbe condita usqve ad Consules creatos Olympiade LXVIII. 4) à Consulum initio usqve ad Julium Cæsarem. 5.) à Julio Cæsare usqve ad Constantinopolin à Constantino M. instauratam. 6) à Constantino M. usqve ad excessum Anastasii Dicori Imp. Vide Photium Cod. LXIX. & Svidam in Ἡσύχιος. Sexti τμήματος initium ad nos puto perveniisse, sub titulo: Πάτρια d) Κωνσταντινουπόλεως, qvæ adeo à Svi-

a) Ἰλλούριος non est nomen proprium, sed dignitatis, ut multi jam animadverterunt. Vide Colomesium ad Gyraldi dialogos de Poëtis pag. 145. Hanckium de Byz. Historiæ scriptoribus cap. 4. Meursium in glossar. & notis ad Hesych. ac præcipue Cangium in glossario Græco, Jonsium pag. 307. & Edmundum Chilmeadum ad Malalæ Chronicon T. 1. pag. 377.

b) Svidas Christianum non esse Hesychium, collegit ex eo, qvod in libello de viris eruditione claris Christianos scriptores non memorat. Sed aliud ejus fuit institutum, & in eo ipso libello memorat Sibyllam Chaldæam de Christo vaticinatam, Tribonianumqve tanqvam Ἕλληνα h. e. Ethnicum atqve ἄθεον perstringit. Itaqve Christianum fuisse existimant H. Stephanus, Vossius pag. 268. de Hist. Græcis, Hanckius, Caveus, aliiqve, qvibus libenter assentior.

c) τμήματα Photius appellat, διασήματα Svidas, & auctor glossarii juris in παλλματίκης ubi laudatur Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούριος ὁ φιλοσοφήσας ἐπὶ τῆς Μιλησίας ἐν τῷ ε χρονικῷ διασήματι τῆς ἱστορίας. Idem in φόλλις allegat Hesychium ἐν τῷ ς διασήματι.

d) Sic Hyasis sive Oasis urbis Libyæ τὰ πάτρια sive origines atqve Antiqvitates scripsit Soterichus Poëta teste Steph. in ὔασις: Diogenes Cyzicenus τὰ πάτρια Κυζίκου Svidæ laudata in Διογ. & eidem Stephano in Βέσβικος, atqve alibi: Claudianus τὰ πάτρια Ταρσοῦ, Ἀναζαρβοῦ, Βηρυτοῦ, Νικαίας, ut ad epigrammata Claudiani Græca annotatum in veteri Codice Allatius reperit, qvi etiam in Excerptis Rhetorum pag. 256. edidit apospasmation Callinici Sophistæ ἐκ τῶν εἰς τὰ πάτρια

2011 Ministerio de Cultura

Svida * totum opus Chronicæ Hiſtoriæ laudante haud ſingillatim memorari, minime eſt mirùm. Primus illa ſub *Georgii Codini*, qvi excerpſit ac ſervavit, nomine Græce & Latine edidit *Georgius Douſa* Jani F. *περὶ πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονογράφου*, Heidelbergæ apud Hieronymum Commelinum 1596. 8. & Genev. 1607. 8. Inde eadem integriora paullo, veluti nondum edita ad calcem libelli Heſychii de viris illuſtribus, è MS. Palatino Græce cum verſione ſua & notis ſub vero Heſychii nomine vulgavit *Joannes Meurſius* Lugd. Bat. 1613. 8. adjunxitqve *Beſſarionis* Cardinalis Epiſtolam ſcriptam Græco vulgari ſermone ad Thomæ Palæologi filiorum pædagogum Româ datam 9. Auguſt. 1465. qva eum hortatur ut cum Critopulo Medico diligentem eorum curam habeat, neqve Anconæ diutius ſubſiſtat, ſed Siciliam petat. Meurſii verſio notæqve à *Labbeo* in editione Regia una cum Græcis recuſæ ex illius editione ſunt. Nonnulla in illa editione caſtigant Allatius ad Euſtathii Hexaëmeron pag. 126. & Ampliſſimus Vir Gisbertus Cuperus lib. IV. Obſervationum cap. 14. Interpretationis Douſianæ errores notavit *Jac. Gretſerus* Obſervationibus in Codinum, lib. 3. cap. 18. ejusq; editionem è Bavarico Codice auctiorem fecit cap. 19. *Nos etiam*, inqvit Allatius diatriba de Georgiis p. 362. *ex alio MSto Codice multo hiſce plura in noſtro* ** *Variorum Antiquorum Tomo I. protulimus, adeo ut jam Lector opus abſolutum ferme habeat. Nec aliud ab hoc opus eſſe mihi autumo, quod in Bibliotheca Carthuſiæ Neapolitanæ in indice MStorum legitur* Georgii Codini Chronologia CPolitana. *Legitur etiam MS. Romæ in Bibliotheca Vallicellana D. 23. & Scoriaci in Regia. Neque alius à Codino eſt* Georgius Conſtantini *qui πάτρια* Conſtantinopolis *& librum* de Sapientia *ſcripſiſſe traditur à Geſnero, Conſtantinus enim, ni fallor, locum Codini occupavit. Errorem ſecuti ſunt Geſneriani Epitomatores Robertus Conſtantinus, & qui ſine ullo delectu atque examine omnia exſcribit Paulus Bolduanus. Liber vero ipſius* de Sapientia *nullus alius eſſe videtur, quam ea pars παρεκβολῶν quæ in exſtructione Templi CPol. S. Sophiæ enarranda impenditur.* Confer qvæ de Codino infra, ubi pleniorem Originum ejus CPolitanarum editio-

τρια Ῥώμης. Tzetzes Chiliad. 2. verſu 973. ubi de Apollonio Tyanenſi: γράφουσι ταῦτα πάτρια ἢ χρονικῶν τι πλῆθος. Conſtantinus Porphyrog. II. 12. themat. pag. 111. οἱ τὰ πάτρια συγγεγραφότες Βυζαντίου.

* Vide qvæ ſupra pag. 137.

** Non vidit lucem, qvod ſciam.

2011 Ministerio de Cultura

editionem à *Petro Lambecio* curatam recensebo. Hesychium illustrem citat Tzetzes Chiliad. 3. versu 877. atqve inter alios qvi Justiniani temporibus *Ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανῦ Βασιλείας* scripserunt, Constantinus Porphyrogenitus lib. 1. themate 2. nec non lib. 2. themate 8. ubi de Indictionum origine.

Memorat & Photius alterum Hesychii hujus opus *de rebus sub Justino Thrace & per primores Justiniani annos gestis*, qvod ulterius continuare mors acerba filii *Joannis* haud permisit.

Cæterum supereſt adhuc *libellus* Hesychii illustris *περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ βλαβαμψάντων σοφῶν*, *de his qui eruditionis fama claruerunt*, digestus ordine nominum Alphabetico, & iisdem passim verbis, qvibus utitur Laërtius, pauca qvædam de illis perstringens. Meminit ejus Svidas qvi vocat *ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν*, qvia vero subjungit *ὃ δὴ τομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον*, hoc potest ita intelligi, ut duos libros ejusdem argumenti composuerit Hesychius, unum uberiorem qvem Callimachi exemplo inscripserit *πίνακα*, & alterum qvi hodie exstat breviorem *ὀνοματολόγον* qvi fuerit prioris veluti Epitome. Eqvidem Meursius putat supplenda esse verba: *Διογένην τὸν Λαέρτιον μιμησάμενος ὃ δὴ τομή ἐστι τὸ παρὸν βιβλίον*. Sed qvanqvam plurima è Laërtio iisdem ut jam dixi verbis repetiit, Epitomen tamen Laërtii neutiqvam præstat, ne dicam Codicem nullum Svidæ MS. conjecturæ Meursii audaciori suffragari, & Hesychium multa referre de qvibus in Laërtio ne *γρί*. Nonnulla ex Hesychii libello verbotenus Svidas, non tantum in *Ξάνθος*, *Ξενοκράτης*, *Ποτάμων Μιτυληναῖος*, *Φαίδων*, sed etiam in *Ἀπολλώνιος*, *Ἀρίστας* & aliis qvamplurimis in locis. Prodiit primum Græce è Bibliotheca *Jo. Sambuci* Antvverpiæ, typis nitidis A. 1572. 8. apud Christophorum Plantinum, subjunctaqve ad calcem versio latina *Hadriani Junii* cum ejus castigationibus, in qvibus ut Hesychium è Laërtio ita Laërtium viciſſim ex Hesychio subinde emendandum demonstrat. Postea Græce & Latine prodiit cum Junii versione & notis, novisqve *Henr. Stephani* animadversionibus ad calcem Diogenis Laërtii, ex laudati Stephani officina A. 1594. 8. Illa Laërtii editio & cum illa Hesychii libellus recusus est Genevæ apud Jo. Vignon 1615. 8. Interim *Joannes Meursius* Lugduni Bat. 1613. 8. Hesychii opuscula atqve in his præsentem libellum vulgavit, castigationibusqve Junii ac Stephani notas

2011 Ministerio de Cultura

tas ſuas addidit. Junii autem verſio latina non ut ab H. Stephano Græcis ex adverſo per ſingulas paginas poſita eſt, ſed ſeparatim ad calcem voluminis, excuſa legitur.

Alii Heſychii.

HEſychius *Ægyptius* Epiſcopus, A.C. 310. vel 311. Alexandriæ paſſus Martyrium cujus meminere Euſebius VIII. 13. Hiſt. p. 308. & Martyrologia 26. Nov. Idem habetur qvi Græcam verſionem ſacrorum librorum V. T. emendavit, ut dixi lib. 3. c. 13 §. 14. Atqve eundem ſuspicor primum auctorem gloſſarii, ab aliis deinde interpolati truncatiqve qvod ſub Heſychii *Alexandrini* nomine habemus, vide ſupra lib. 4. cap. 35.

Heſychius *Alexandriæ* minoris Epiſcopus, qvi Concilio Antiocheno & Nicæno primo interfuit.

Heſychius *Apameenſis*. infra, in Juſtino Heſychio.

Heſychius *CPolitanus* presbyter, cujus λόγος qvatuor de ſerpente æneo Moyſis memorat Photius Cod. 51. Idem forte cujus meminit Philoſtorgius VI. 1.

Heſychius vir *Conſularis* de qvo Hieron. ad Pammachium Epiſt. 101. de optimo genere interpretandi: *Dudum Eſychium Virum Conſularem contra quem Patriarcha Gamaliel graviſſimas exercuit inimicitias, Theodoſius Princeps capite damnavit, quod ſollicitato notario chartas illius invaſiſſet.* Heſychium intelligo proconſulem Achajæ, ad qvem Theodoſii lex in Codice Theodoſiano l. ult. de principibus agentium in rebus. Ad Heſychium Proconſulem etiam Epiſtola Nili 292. libri 2. edit. Allatianæ. Ad hunc forte etiam Libanii Epiſt.

Heſychius qvi cum Syneſio ad *Geometriæ* ſtudium incubuit, poſtea Magiſtratu aliqvo functus. Vide Syneſii Epiſt. 92.

Heſychius *Gloſſarii* ſive *Lexici* auctor, ſupra in Heſychio Ægyptio.

Heſychius *presbyter Hieroſol.* qvem Theophanes p. 71. ad Annum Theodoſii jun. VII. ſcribit διδασκαλίας ſive literarum ſacrarum doctrina floruiſſe, ejusqve obitum refert p. 79. ad annum Theodoſii XXVI. CHriſti 433. Eundem Græci in Menologio 28. Martii ſcribunt ex hauſiſſe fontes omnes ſcientiæ & ſapientiæ & omnem Scripturam interpretatum eſſe ac perſpicue explicaſſe atqve ad multorum utilitatem propoſuiſſe. Ejusdem meminit

2011 Ministerio de Cultura

Cyrillus in Vita S. Euthymii. Confer Henſchenium Tomo 3. ad 28. Martii pag. 713. De Heſychii Hieroſol. ſcriptis non repetam qvæ erudite Labbeus, Caveusqve. Tantum notabo 1) *σιχηρὸν* ejus ſive *κεφάλαια in XII. Prophetas* Minores cum latina verſione ſua edidiſſe Conradum Rittershuſium in Aſſe fatidico, ſive XII. Prophetis Metaphraſi latina donatis, Ambergæ 1604. 8. Confer de illis *κεφαλαίοις* Richardi Simonis Epiſtolas Criticas Gallice excuſas Baſileæ p. 75. ſeq. Laudantur & ejus ſcholia *in Ezechielem* ac *Jobum* atqve Conradus Clauſerus præf. ad Procopium Gazæum in Pentateuchum: *Utinam*, inqvit, *haberemus Heſychii ſcholia in Ezechielem atque adeo omnes Prophetas. Incredibile dictu eſt, quantum lucis acceſſurum eſſet Prophetica lectioni.* Minores Prophetas cum commentariis Theodoreti & Heſychii extare in Codice Regis Pariſ. 1892. teſtatur doctiſſimus Montfauconus p. 316. Palæograghiæ Græcæ. 2) Heſychium Hieroſol. *in Pſalmos* è MS. Veneto edere promiſit C. V. Anſelmus Bandurius, & Codicis illius initio mutili meminit laudatus Montfauconus in Diario Italico pag 46. Habeo & ipſe Homilias qvasdam Græcas MSS. in Pſalmos, qvas alii Codices Chryſoſtomo, alii rectius Heſychio tribuunt. Proœmium Heſychii in Pſalmos fuit apud Jac. Sadoletum, qvi de eo ita in Epiſt. ad Eraſmum: *De Heſychio quod quæris, habueram Pſalmorum Græcorum librum vetuſtate inſignem, in eo proœmium Heſychii luculente ſcriptum in eam ſententiam, ut probare conaretur omnes Pſalmos Davidis eſſe. Is liber mihi cum cæteris omnibus periit. Reliqua ſunt apud me Græca collectanea in Pſalmos, incerto auctore ſcripta non tam copioſe quam eleganter, quibus præcipue utor: in iisdem interdum citatur Heſychius.* 3) Libri VII. Explanationum allegoricarum *in Leviticum* ad Diaconum Eutychianum latine qvidem tantum exſtant, laudati pridem Amalario, Rabano, Strabo, aliisqve, & editi Baſil. 1527. fol. Pariſ. 1581. 8. & in Bibliothecis Patrum: ſed videntur utiqve ſcriptoris eſſe Græci, Heſychii nempe, ut titulus habet, Hieroſolymitani † presbyteri, verſi latine ab interprete neſcio qvo, Heſy-

† In gloſſa Ordinaria vocatur etiam Epiſcopus, ſed non eſt tanta illius auctoritas, ut ideo non poſſit tribui Heſychio qvi presbyter Hieroſolymitanus A. C. 433. obiit & ab explanatione Scripturarum magnam ſibi celebritatem nominis paraſſe in Menologio Græcorum ad 28. Martii traditur.

2011 Ministerio de Cultura

Hesychius enim Salonitanus ut is fuerit nihil est necesse, qvi verba S. Scripturæ ex Hieronymi versione adscripsit. Confer Richardum Simonem in Censura Bibliothecæ Divinæ Hieronymianæ Gallice edita p. 35. seq. 40. seq. & in Epistolis Criticis p. 69. seq. & T. 4. Bibl. Criticæ p. 55. Salmasium de transsubstantiatione p. 57. Edm. Albertinum de Evchariſtia p. 847. Labbeum de Scriptoribus Ecclesiasticis T. 1. p. 633. seq. & Antonium Arnaldum in scripto Gallico: Tradition de l'Eglise touchant l'Evchariſtie T. 4. de la perpetuité de la foy p. 21. seq. 4) *Sermo de resurrectione* in Codice Regio Paris. fertur sub titulo Ἡσυχίου τοῦ Θεολόγου, uti Trithemius & Sixtus Senensis nescio qvo auctore Hesychium presb. Hierosol. tradunt Gregorii Nazianzeni, qvi *Theologi* nomine communiter venit, fuisse discipulum. Eadem secunda de Paschate legitur inter Homilias Greg. Nysseni, sed stylo, * ut observat Combefisius, prorsus abhorrente, qvi illam cum altera *de hora qua crucifixus est Dominus*, latine ex versione sua dedit etiam in Bibl. concionatoria. In eadem & in supplemento Bibliothecæ Patrum Paris. T. 1. pag. 821. & T. 12. Lugd. p. 190. exstat latine Carolo Fabiano interprete Oratio in *S. Andream Apostolum* de qva Photius Cod. 269. licet Thomas ibi pro Andreæ nomine legitur. Græce habuit Allatius, incipit: σάλπιγξ ἡμᾶς Ἀποστολικὴ πρὸς πανήγυριν ἤθροισε. 5) Hesychii presb. Hierosol. *Historia Ecclesiastica* ** respicitur in Chron. Alex. pag. 371. ubi Hesychius citatur cum Sozomeno & Theodorito ubi de rebus Theodori Mopsvestri sermo est. 6) *Vita Longini Centurionis* & duorum sociorum Martyrum qvæ ex MS. Vaticano 1190. pag. 117. exhibetur ab Henschenio T. 2. ad XV. Martii Græce pag. 736. & latine p. 386. non videtur ut editor voluit, Hesychii presbyteri Hierosol. illius qvi sub Theodosio juniore vixit, sed longe junioris scriptoris. Confer Tillemontium Memor. Hist. Eccles. T. 1. p. 254. 7) Allatius sub Hesychii Hierosol. nomine habuit Homiliam Hesychii Hierosol. presb. εἰς τὴν ὑπαπαντήν, incipit: Ἡ μὲν ἑορτὴ λέγεται καθαρσίων.

* Confer Rich. Simonis Hist. Crit. Novi Test. T. 3. p. 112.

** Vide supra cap. 4. §. 28. pag. 113.

2011 Ministerio de Cultura

In SS. Apostolus Petrum & Paulum, incipit: καλὸν μὲν τὸ ῥόδον τῆς ἐαρινῆς.

In S. Procopium Martyrem, incipit: Προκοπίῳ τὴν θυσίαν ὁ Χριστὸς ἐστεφάνωσεν ταῦρον αὐτὸν ἰδών.

In Lazarum quatriduanum, incipit: δεῖπνον ἡμῖν πολυτελὲς Λάζαρος αὖθις.

8. De fragmento *Homiliæ* in *Natalem CHristi* dictum supra cap. 4. p. 145.

Alius Hesychius *Presbyter* ac deinde *Episcopus Hierosolymitanus* circa A. C. 600. ad qvem Epistola Gregorii M. lib. IX. Epist. 4.

Hesychius *Episcopus* qvem cum aliis sex Episcopis missum ab Apostolis Petro & Paulo ad *Hispanos* tradunt. Vide Papebrochium T. 3. ad XV. Maji pag. 442. & Tillemontium T. 1. memor. Hist. Eccles. pag 501.

Justinus Hesychius, Apameensis, Amelii Philosophi adoptivus, cui libros suos legavit. Porphyr. in vita Plotini c. 3.

Hesychius λαμπρότατος qvi domum splendidam construxerat animi ornandi negligens ac securus, ad qvem Epistola 156. Isidori Pelusiotæ lib. 2.

Hesychius *libertus* Augusti Imp. memoratus in veteri inscriptione apud Gruterum, p. DLXIV. 2. ut alios Hesychios libertos in eodem Gruteriano thesauro obvios prætream.

Hesychios *Martyres* præter Ægyptium supra memoratum plures alios celebrant Martyrologia & Menologia ut 15. Junii, 3. Julii, 2. Septembris, 3. Octobris, 7. & 18. Nov. &c.

Hesychius *Medicus* & *Grammaticus* CPoli sub Leone I. Imp. Vide Svidam in Ἰάκωβος.

Hesychius *Monachus*, S. Hilarionis amicus de qvo Hieronymus in ejus vita qvæ inter hujus Epistolas atqve apud Surium 21. Octobr. legitur.

Hesychius *Salonitanus* in Dalmatia Episcopus, cujus Epistola una ad Augustinum & duæ ad eum Augustini exstant, num. 78. 79. 80. (in nova edit. 197. 198. 199.) Augustinus XX 5. de Civ. DEI: *Epistola quam rescripsi ad beatæ memoriæ virum Hesychium Salonitanæ Urbis Episcopum, cujus Epistolæ titulus est de fine sæculi.* Est illa Epist. 80. (in nova

2011 Ministerio de Cultura

nova edit. 199.) Epistola prima Zosimi Papæ ad hunc Hesychium data fertur Honorio XII. & Theodosio VIII. COSS. hoc est A. C. 418. T. 1. Concilior. edit. Binianæ pag. 711.

Hesychius ταχυγράφος qvem in Originibus CPolitanis citat Codinus, vereor ne idem sit cum Hesychio Milesio, licet à Codino refertur inter eos qvi instaurationi Urbis à Constantino M. factæ ἀυτόπλαι interfuerunt. Etiam Hesychium Milesium, *tabularium* vocat Barthius p. 103. ad Claudianum.

Hesychius *Viennensis* Episcopus, cui successit Alcimus Avitus.

Adde his Hesychiam fœminam, Sacerdotem Minervæ, cujus nomine studium qvietis & concordiæ svasit Oraculum Athenienssibus. Vide Plutarchum in Nicia p. 532. & libro de Pythia versibus non vaticinante p. 403.

Post Hesychii Milesii πάτρια Κωνσταντινουπόλεως Labbeus in Tomo primo Corporis Byzantini subjunxit loca ex Svida ad Historiam Byz. pertinentia, cum versione Æmilii Porti, illa nempe qvæ Svidas habet in Ἀγαθίας, Ἀγάπιος, Ἀγγέλιος, Ἀθηνᾶς, Ἀκάκιος, Ἀνασίσιος, Ἀνασίσιος σπλεντιάριος, Ἀντίοχος ὁ πραιπόσιτος, Ἀπόλλωνος ἄγαλμα, Ἀρδαβέλιος, Ἀρειανὸς, Ἄρμάπις, Ἄρματος, Ἀρτέμιος, Ἄυγυς, Ἀφυσία, Ἀφροδίτη, Βασιλικὴ, Βασιλίσκος, Βελισάριος, Βημάρχιος, Βηλίνη, Βόσπορος, Βόσποροι, Βέλγαροι, Βυζάντιον, Γενναδίος, Γενικὸς, Γεώργιος, Γέσιος, Γρατιανὸς, Δημήτης, Διονύσιος, Ἑλένη, Ἐλεύσιος, Ἑλικωνίος, Ἑρμῆν, Ἑρμόλαος, Ἑσία, Ἑσιάδες, Ἑυξεῖνος, Εὐσέβιος, Ἑυτρόπιος, Ἑυτύχης, Ἑυφημίας, Ἑυφήμιος, Ζεύξιππος, Ζεὺς, Ζήνων ὁ βασιλεὺς, Ἥρα, Ἡράκλειος βασιλεὺς, Ἡράκλειος στρατηγὸς, Ἡσύχιος, Ἰανουάριος Ἰγνάτις, Ἴλλ, Ἰοβιανὸς, Ἰουλιανὸς, Ἰουστινιανὸς, Ἰουστινιανὸς ὁ ῥινότμητος, Ἰουστῖν, Ἰωάννης Ἀντιοχεὺς, Θεμίστιος, Θεόδοτος, Θεοδόσιος, Θεόδωρος ὁ ἀπὸ ἀναγνωστῶν, Θεοφύλακτος σοφιστὴς, Κωνσταντῖνος, Κωνσάντιος, Κωνσταντινούπολις, Κυνήγιον, Κύρος Πανοπολίτης, Λεόντιος Τριπόλεως, Λεόντιος Μοναχὸς, Λέων Βυζάντιος Φιλόσοφος, Λέων βασιλεὺς, Μακεδόνιος, Μάλχος, Μάμας, Μαναΐμ, Μάξιμος, Μάρης, Μάρκελλος, Μαρκιανὸς, Μαυρίκιος, Μελαντιάς, Μένανδρος Προτίκτωρ, Μίλιον, Μιχαὴλ, Ναῖρσης, Νεσόριος, Ξηρόλοφος, Οὐαλεντινιανὸς, Οὐάλης, Ὠρεῖον, Ὦρος Ἀλεξανδρεύς, Παμπρέπιος, Πατρίκιος, Παῦπερ, Πέτρος ὁ Ῥήτωρ, Πέτρος ἔτος ἦν ὅτε Ἰουστινιανὸς, Πλάκιλλα, Πυλχερία,

2011 Ministerio de Cultura

χερία', Πρίσκος Πανίτης, Πέλσκος υἱὸς, Πρόκλος ὁ βασιλέως Ἰουστίνου Κοιαίστωρ, Προκόπιος, Προποντὶς, Ῥοφῖνος, Σαλούστιος ὁ τῆς αὐλῆς ἔπαρχος, Σεβαστιανὸς, Σέλευκος, Σώπατρος Ἀπαμεὺς, Σταυρὸς, Στήλη, Στάδιος, Τιβέριος, Τιμόθεος, Τραϊανὸς, Τελβουάλιον, Τελβουνιανὸς, Τελβωνιανὸς, Τροΐλος, Φατριά, Φῆσος, Φιλίππικος ὁ Βαρδάνης, Φιλίππικος στρατηγὸς, Φόρος. De Svida dicturus sum infra capite singulari qvod Lexicis Græcis dicavi. Excerpta qvædam de Imperatoribus Rom. & CPolitanis è Svida Græce & Latine exhibet etiam Frid. Sylburgius Tomo tertio minorum Romanæ Historiæ scriptorum.

III. PROCOPIUS ex Cæsarea Palæstinæ Rhetor a) sive causarum Patronus ac Sophista, hoc est eloqventiam professus CPoli. Hunc licet paganis adscribere non dubitant Eichelius, b) & Mottanus Vayerus: Christianum utiq; & Catholicum fuisse scripta ipsius perspicue testantur, eum vero qvi subtiles & acres de religione con-

a) Svid. in Προκόπιος. Confer Vossium de Hist. Græcis II. 22. & Hanckium de scriptoribus Byz. lib. 1. cap. 5.

b) Mottanus Vayerus in judicio de Historicis T. 1. Operum pag. 339. & Jo. Eichelius præfat. ad Procopii Anecdota §. 17 - 22. qvi tamen & ipse non potest diffiteri externa saltem professione Christianismum præ se tulisse. Qvæ vero affert ut simulatorem improbum & sub Christiani larva latescentem Ethnicum probent, ita sunt pleraqve comparata, ut prudentem potius & sanum demonstrent scriptorem Historiæ, cujus neutiqvam est tanqvam ex cathedra controversias Theologicas dijudicare. Qvod porro videtur nonnihil aliqvando tribuere ominibus & fortunæ, commune hoc ipsi est cum multis piis & Christianis scriptoribus, qvi ad DEI providentiam hæc nomina referunt. De qva luculentum hoc Procopii testimonium exstat cap. 4. Hist. arcanæ pag. 15. οὐκ ἀνθρώπων βουλαῖς ἀλλὰ τῇ ἐκ Θεοῦ ῥοπῇ πρυτανέυεται τὰ ἀνθρώπινα, ὃ δὴ τύχην εἰώθασι καλεῖν ἄνθρωποι. Miror hinc Nicolaum Alemannum, qvi præfat. ad Hist. arcanam Procopii, ubi virtutes hujus scriptoris non indiserte celebrat, eumqve aperte Christianorum fidem profiteri non semel, & hæreticos atqve Samaritas aperte aversari observat, tamen subjungit ad eos se composuisse videri, qvos *Politicos* in Gallia avorum nostrorum memoria appellabant, *sed longe verius*, inqvit, *hæresium omnium sentinas prorsusque Atheos appellarent, qui licet in speciem Catholici videantur, nullique secta nominatim addicti sint, privatis tamen rationibus vel Reip. commodis Christianam religionem pietatemque metiuntur, neque de DEO quid sentias, quidve doceas, si res ita ferat, vehementer laborant, Hæreticos autem & Astrologos aliasque ejusmodi Catholicæ fidei pestes, prout è re ac tranquillitate publica esse illis videtur, ita recipiunt & insectantur.* Non possum neqve volo statuere qvam alienus ab hypocrisi, vel qvam bona fide Christia-

2011 Ministerio de Cultura

concertationes c) neutiqvam probaret, nedum ut eas putaret Hiſtoriæ ambitioſe inſerendas eſſe: qviqve reprehendat Juſtinianum qvod hæreticos ſpoliandos bonis, & ſuppliciis d) afficiendos duxit. A Juſtino ſeniore ac Juſtiniano juſſus eſſe Beliſario e) Notarius ſive ὑπογραφεὺς, Comes ac Conſilarius, cujus etiam expeditionibus f) interfuit & bella ac res geſtas deſcripſit. Cooptatus inde in Senatorum g) illuſtriumqve ordinem, & præfecturæ etiam Urbanæ h) admotus CPoli, vitam cum morte commutavit major ut videtur i) ſexagenario.

ſtianus Procopius fuerit, ſed hoc audeo affirmare, ad tam immite de illo judicium ferendum neutiqvam idonea argumenta exſtare in ejus ſcriptis, atqve ſpeciatim in iis locis qvæ hanc in rem ab Alemanno & poſt eum ab Eichelio afferuntur. Chriſtianiſmi autem aperta & qvamplurima etiam in aliis ejus ſcriptis, ſed præcipue in libris *περὶ κτισμάτων* veſtigia.

c) Lib. 1. de bello Gothico c. 3. cum dixiſſet controverſias, qvæ tunc inter Chriſtianos magna animorum contentione agitabantur, probe qvidem perſpectas ſe habere, ſed prolixius commemorare nolle, ſubjungit: *ἀπονοίας γὰρ μανιώδες τινὸς ἡγοῦμαι εἶναι διερευνᾶσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ Φύσιν ὁποία ποτέ ἐστιν. Vesana enim puto esse insania, DEI naturam qualis sit velle perscrutari, nam humana haec ipsa, nedum DEI naturam perfecte assequi mortales haudquaquam posse existimo. Quare tutius haec ego silentio praeteribo μόνῳ τῷ* ΜΗ᾽ ΑΠΙΣΤΗΣΑΙ *τετιμημένα, quae religiosissime coluntur si modo fidem illis non detrectes*, (licet modum qvo ſunt exponere, intimasq; illorum rationes ſubtiliter expedire neſcias.) *Haec de DEO nihil ipse aliud* (in præſenti Hiſtorici operis loco) *affirmaverim, nisi quod bonus omni ex parte sit, resque universas sua potentia complectatur. De illis vero controversiis ita quisque vel Sacerdos vel privatus homo loquatur, quemadmodum ei sentire libuerit.* In his verbis qvæ ab Alemanno, Vayero atqve Eichelio tanqvam in argumentum ſingularis profanæ impietatis adducuntur, & qvæ videntur etiam Clariſſ. Caveum permoviſſe ut Procopium neqve prorſus Gentilem neqve prorſus Chriſtianum fuiſſe affirmaret, nihil video qvod non ſcribere ſanus Hiſtoriæ ſcriptor Chriſtianus potuerit, haud profeſſus Theologum, & qvæ Chriſtianis propria ſunt dogmata, in alium oportuniorem locum rejicere ſe innuens.

d) cap. XI. Hiſt. arcanæ pag. 34. ſeq. & cap. XIII. pag. 40.

e) Procopius lib. 1. de bello Perſico cap. 1. & 12. ſeq. Photius Cod. 63. &c

f) ab expeditione Vandalica qvæ contigit anno VII. Juſtiniani, (CHriſti 533.) per annos circiter triginta. Confer Hanckium de ſcriptoribus Hiſt. Byz. p. 148. ſeq.

g) Illuſtrem vocat Nicephorus XVII. 10. Hiſt. & Anonymus Chronici auctor qvem MS. in Bibl. Vaticana evoluit Alemannus. Senatorem fuiſſe ſe innuit ipſe cap. 12. Hiſt. arcanæ pag. 37.

h) Procopium Urbis præfectum anno Juſtiniani XXXVI. CHriſti 562. memorat Theophanes in Chronographia p. 201, 202.

i) Vide Hanckium pag. 153.

2011 Ministerio de Cultura

1. Exſtant ejus *octo libri Hiſtorianum*, accurate diſerte atq; elegant er ſcripti, qvorum argumentum ſuccincte lib. 1. tradit Agathias qvi Procopium continuavit. Libros hoſce in duas tetrades Auctor diſtinxit, priores qvatuor libros inſcripſit Περσικά, poſteriores Γοτθικά teſte Nicephoro XVII. Hiſt. cap. 10. qvanqvam duobus poſterioribus primæ tetradis libris titulus Περσικῶν neutiqvam convenit. Nam in primis duobus libris qvidem Procopius perſeqvitur bella cum Perſis geſta ab extremis temporibus Arcadii Imp. (qvi morti vicinus A. C. 408. Iſigerdem Perſarum Regem filio ſuo Theodoſio tutorem dedit) usqve ad annum qvartum induciarum à Juſtiniano cum Perſis initarum, obitumqve Theodoræ conjugis A. C. 459. (Juſtiniani 23.) At in duobus poſterioribus libris narrantur bella cum Vandalis Maurisqve in Africa geſta ab Alarici Gothorum Regis prima A. C. 395. facta in Imperium Romanum irruptione, usqve ad domitos per Africam Beliſarii ductu & Juſtiniani auſpiciis Vandalos A. C. 545. (Juſtiniani 19.) His itaqve duobus rectius conveniret titulus Ὀυανδαλικῶν qvem illis tribuunt editores, vel etiam Λιβυκῶν, qvo totam tetradem priorem olim videntur Codices qvidam inſigniiſſe, unde Euſtathius ad Iliad. δ. p. 452. verba qvædam proœmii libri I. adducens laudat Procopium ἐν τοῖς Λιβυκοῖς. Poſterior tetras ſive Γοτθικῶν qvatuor libri ſunt de bellis adverſus Gothos in Italia geſtis ab expeditione Theodorici A. C. 487. usqve ad victum & in prælio cæſum Tejam Gothorum Regem, pactamqve cum Gothis pacem A. C. 522. (belli Gothici 18. Juſtiniani 26.) Anachroniſmus Procopii qvo annum ſecundum & tertium belli Gothici in unum contraxit caſtigatur ab Henrico Noriſio diſſ. de Synodo V. capite VI. Libros octo Hiſtoriarum commemorat & ex duobus primis excerpta habet Photius Cod. 63.

Editiones latinæ.

Libri primores qvatuor de bello Perſico & Vandalico ex verſione *Raphaëlis Volaterrani* * Mario fratri inſcripta & Romæ 1509. fol. pridem edita, & libri de bello Gothico ex *Chriſtophori Perſonæ* k) Prioris S. Balbinæ interpretatione, cum Beati Rhenani præfat. Subjuncti

* Non Vaticano integerrimo, ſed alio lacero ac minus integro Codice MS. uſum Volaterranum notat Maltretus.

k) Librum tertium & qvartum Perſona in unum contraxit, unde in ejus verſione tres tantum libri Gothicorum numerantur. Atqve alioqvi graviter de illo interpre-

te

2011 Ministerio de Cultura

juncti Agathias ab eodem Persona latine redditus & Jornandes, atqve *Leonardi Aretini* libri IV. de bello Italico contra Gothos, qvi & ipsi, licet dissimulet 1) toti è Procopio expressi & A. 1470. primum Fulginii editi sunt. Basil. 1531. fol. & cum Zosimo Basil. 1576. fol. atqve iterum cum Agathia ac Jornande Genev. 1594. 8.

Vandalicorum libri II. & Gothicorum libri IV. ex emendatiore Codice MS. latine versi ab *Hugone Grotio*, in ejus Historia Gothorum Vandalorum & Longobardorum Amst. 1655. 8. Confer Grotii Epist. 641. 645.

Editio Græca.

Libros octo Historiarum primus Græce *David Hæschelius* vulgavit ex MS. Boico & duobus Regii Paris. apographis altero Josephi Scaligeri, altero Isaaci Casauboni, Augustæ Vindel. 1607. 8. addito libro de ædificiis Justiniani. Editionem per aliqvod tempus moratus est, qvod *Vulcanio* illum laborem detrectante, *Daniel Heinsius* Procopium edere molitus fuerat, ut disces ex Gudii Epistolis p. 290. Inde Hœschelius in Epistola ad Jungermannum (post Hottomannianas pag. 456.) *Procopius*, inqvit, *jam hîc cœptus fuisset imprimi, nisi intellexissem jam excudi Lugduni Batavorum. Adeo me non offendit, ut gratulet ἐκδοτῳ, qui in hoc studiorum genere plurimis præstat. Boni tamen viri fuisset de hoc consilio certiorem me facere, ne damno essem iis quorum ære & charta & operæ conductæ sunt.*

te conqveruntur eruditi, utpote qvi & τὰ καιριώτατα omiserit, & qvæ retinuit, pessima fide converterit, finemqve belli Gothici justo pæne volumine fraudarit.

1) Confer Mottanum le Vayer T. 1. Opp. pag. 345. seq. & Jac. Thomasium de plagio litterario §. 361. Nicolaus Alemannus præf. in Anecdota: *Leonardus Aretinus Procopii libros de bello Gothico primus omnium publicavit, sed ludum eruditus ille vir lusit nobis plane illiberalem. Nam suppressa Græca Historia & autorum nomine dissimulato, latinam quam ipse ex Græco fecerat tanquam è variis scriptoribus decerptam de bello Italico adversus Gothos prænotat, & Juliano Cæsarino nuncupatam in publicum emittit. Eandem Græce scriptam* Blondus Flavius *industria primum suâ Italiam habuisse memorat: sed is cum in Historia Procopii modo desideret quæ nos hodie minime desideramus, modo carpat quæ in vulgatis editt. bene habere videmus, antiquas Blondi membranas, vel interpretem quem ille nactus est fraudem eidem fecisse nemo non dicat, cum ea ipse notitia carere facile possit, qui se linguæ Græcæ prorsus imperitum fateatur.*

2011 Ministerio de Cultura

Editio Græco-latina.

Claudius Maltretus Anicienſis, S. I. ab Luca Holſtenio, Joanne Fayono & præceptore ſuo Petro Poſſino adjutum ſe prædicans, Græca è MS. Vaticano emendavit, lacunasqve plurimas & duabus vel tribus brevibus exceptis, omnes editionis Hœſchelianæ ſupplevit, libros capitibus diſtinxit, capita argumentis præfixis illuſtravit, verſionemqve perſpicuam, & ad calcem voluminis fragmenta & loca à Svida allegata, in altero autem volumine varias lect. & emendationes adjunxit. Pariſ. 1662. fol.

Deſcriptio Ponti Euxini ex libro IV. de bello Gothico, Græce & latine exſtat inter Gothicarum rerum ſcriptores à *Bonav. Vulcanio* recenſitos Lugd. Bat. 1597. 1617. 8.

Editiones linguis vernaculis.

Anglice libri VIII. Hiſtoriarum H. Holcroftio interprete, Lond. 1653.

Gallice libri duo priores de bello Gothico per Gvil. *Paradinum*, Lugd. 1578. 8. Libri octo Hiſtoriarum & ſex de ædificiis Juſtiniani per Fumanum. Pariſ. 1587. fol. Libri duo de bello Perſico per Leonorum de Mauger (qvi tantum uſus eſt latina verſione Baſileæ excuſa, in qva libri tres de bello Gothico numerantur & libris de bello Perſico præter Procopii mentem præmittuntur.) Pariſ. 1669. 12.

2. Κτίσματα ſive *libri VI. de ædificiis conditis vel reſtauratis auſpicio Juſtiniani Imp.* cujus operis meminit Simeon Metaphraſtes in vita S. Sabæ & Nicephorus XVII. 10 Hiſt. Perperam Rob. Conſtantinus in Lexico citat Procopium *de Juſtiniani fortunis*, qvaſi περὶ κτημάτων non κτισμάτων ſcripſiſſet. Primus *Græce* edidit è Codice Conradi Peutingeri, ſed paſſim hiantes lacunis Joannes Hervagius, ad calcem Hiſtoriarum Procopii & Agathiæ latine excuſarum Baſil. 1531. fol. Inde Pariſiis A. 1543. lucem vidiſſe teſtatur Maltretus, qvam editionem haud vidi. Neſcio an in animo ipſi fuit qvæ *Franciſco Cranenveldio* interprete cum notis *Theodorici Adamæi* Svvallenbergenſis Geldri prodiit Pariſ. apud Chriſtianum Wechelum 1537. 4. Exſtat & verſio

latina

2011 Ministerio de Cultura

latina *Arnoldi Veſalienſis*, qvæ cum Hiſtoriarum Procopii libris & Zoſimi latine editis vulgata eſt Baſil. 1576. fol. Sed Græca ex MSS. longe auctiora & emendatiora dedit *David Hœſchelius* ad calcem Hiſtoriarum, Auguſtæ Vindel. 1607. fol. cum *Vulcanius* cœptam editionem ſuam omiſiſſet. Vide Joſephi Scaligeri Epiſtolam CLXVI. Deniqve *Claudius Maltretus* Auguſtanam editionem ex Codice Segvierianæ Bibliothecæ m) cujus apographum à Philippo Jacobo Mauſſaco Tolofate deſcriptum, acceperat, ſupplevit (exceptis duabus lacunis) & emendavit, emendatumqve novâ latina veſte induit, & capitibus diſtinctum cum verſione & argumentis ſuis atqve Variis lectionibus caſtigationibusqve vulgavit Pariſ. 1663. fol. *Addo*, inqvit Maltretus, *lecturum te in his libris, quæcunque inedita retulit ex Procopio Petrus Cyllius in Topographia CPolitana. Proculdubio Codicem nactus erat vir eruditus noſtro ſimilem. Ac forte eo ipſo uſus eſt quem habet illuſtriſſimus Cancellarius* (Segvierius) *& olim habuiſſe dicitur illuſtr. ac Reverend. Cardinalis Armaniacus, cujus Bibliothecæ Gyllius præfuit.* Codices MSS. Mazarinianum & Caroli de Montchal Archiepiſcopi Toloſani Labbeus memorat. Libri primi caput primum de reſtaurato S. Sophiæ templo cum nova verſione ſua & notis, in qvibus ſubinde Maltretus caſtigatur, exhibet *Franciſcus Combefiſius* in manipulo Originum rerumqve CPolitanarum Pariſ. 1664. 4. pag. 283. ſeq.

3. Procopio etiam tribuuntur à Svida Ἀνέκδοτα ſive liber IX. Hiſt. qvem Nicephorus XVII. 10. vocat ἀντίῤῥησιν ὧν πρὸς Ἰουστιανὸν εἶρηκε δι' ἐπαί-

m) Bibliotheca Segvieriana olim, hodie Coisliniana plurimis & optimis referta Codicibus MSS. Græcis, ſed jamdiu paucorum curioſitati acceſſa, magis longe impoſterum ſtudioſis inſerviet, qvorum in gratiam à viris doctiſſimis Catalogus illius cum maxime ad præla paratur, neqve Catalogus ſolum, ſed etiam una cum ipſo publicanda Anecdota plurima monumenta præclara, & ineditorum operum prolixiorum ſpecimina, ſelecta loca vel argumenta, ut B. Lectori patebit ex hoc ſyllabo qvem nuper admodum Amicus Lutetia ad me benevole transmiſit.

Syllabus Anecdotorum prolixiorum quæ cum Bibliotheca Coisliniana Græca propediem edenda publicabuntur.

1) Severi Archiepiſcopi, Acephalorum Principis, operum Catalogus ingens, ſermonum apologeticorum aliorumqve opuſculorum, Epiſtolarum item ad Conſules Epiſcopos & alios: qvæ fere omnia ignota hactenus fuerunt; ſed jam ex variis Bibliothecæ Manuſcriptis nota evadent. 2) Inſigne prolixumqve opuſculum ejusdem Seve-

2011 Minſterio de Cultura

ἐπῳήνῳ ποιῶν, ἢ ὡς ἄν τινα παλινῳδίαν τῶν αὐτῷ μὴ καλῶς εἰρημένων, retractationem eorum quæ in laudem Justiniani dixerat, ac veluti palinodiam non recte traditorum. Agathiæ, Photio & aliis ante Svidam nusqvam memorantur, neqve videntur lecta ab illis aut visa fuisse, qvemadmodum nec ab Evagrio, licet ab illo laudari Anecdota Procopii scribit Vossius de Hist. Gr. pag. 269. atqve si qvis comparet qvanta in laudem Justiniani & Belisarii alibi Procopius scripserit, ab eodem calamo tantas tamqve acerbas criminationes, partem etiam

Severi, ubi Concordantia Evangelistarum περὶ μυροφόρων fuse probatur, & de varietate exemplarium S. Marci agitur. 3) Expositio Capitum Actuum Apostolorum auctore Pamphilo Martyre, opus genuinum. 4) Styliani Opusculum de S. Trinitate, luce dignum. 5) Michaëlis Syncelli de orthodoxa fide. 6) Theodori Episcopi Scythopolitani libellus oblatus Imperatori Justiniano, & S. S. Patriarchis Eutychio, Apollinario, Domnino & Eustochio 7) Epistola Nicænæ secundæ Synodi ad Ecclesiam Alexandrinam, egregia. 8) De scriptura Leonis metropolitæ Chalcedonensis ad Nicolaum Hadrianopolitanum circa sacras Imagines, lecta Imperatore Alexio Comneno coram tota Imperatoria aula & Officialibus Constantinopolitanis, qvorum nomina & munia fuse describuntur. 9) S. Athanasii ex sermone de fide fragmentum non editum. 10) Qvatuor tabellæ pulcherrimæ initio florum Chrysostomi; in qvarum prima Imperator Nicephorus Botaniates in cubiculo adstante Saba Anagnoste; in secunda idem Imperator & Maria Uxor à CHristo coronatur, in tertia Imperator in imperatorio solio sedens qvatuor primos aulæ imperatoriæ ministros à dextris & à sinistris habet, cultu qvemqve suo ornatum: in qvarta repræsentatur Imperator stantibus hinc & inde S. Michaële Archangelo & S. Joanne Chrysostomo, cum Jambis ad singulas tabellas. 11) Catalogus Epistolarum Theodori Studitæ numero 548. qvarum 276. nondum editæ sunt. Ex aliis autem multæ in editis mutilæ ex Coislinianis Codicibus sarciri possunt. 12) Gregorii Palamæ Archiepiscopi Thessalonicensis opera, qvinqve amplis voluminibus comprehensa: adferentur omnia librorum & capitum argumenta cum interpretatione latina; ita ut ejus doctrina & ratiocinia hinc palam conspiciantur. 13) Fragmentum insigne licet exiguum ex fine vitæ S. Gregor. Thavm. per Gregor. Nyssenum, qvod desideratur in editis & in multis MSS. 14) Vita & peregrinationes Antiochi, qvi multa ascetica scripsit, compendio descripta. 15) Præfatio Joannis Curopalatæ Scylitzæ magni Drungarii vigiliæ seu excubiarum ad Historiam Byzantinam: ubi multa optimæ notæ habentur de Scriptoribus Byzantinis, qvi ante scripserant, parum nota hactenus, & qvæ in præfatione Cedreni non memorantur. 16) Specimina prolixa ex Lexico Manuscripto num. CLXXVI. Item alia specimina ex Lexicis antiqvissimis ejusdem Bibliothecæ. 17) Ὅροι τῆς πίστεως, definitiones fidei, ubi omnes hæretici numero 29. nominatim proscribuntur. 18) Athanasii Epistola ad Agapetum Papam & ad Clerum Persanum, qvæ latine tantum cusa fuit, opus suspicioni obnoxium,

2011 Ministerio de Cultura

etiam verisimilitudine destitutas potuisse proficisci, merito mirabitur. Neutiqvam tamen assentior Francisco Gvieto non obesæ licet naris Critico, qvi Anecdota n) non à Procopio scripta, sed suppositititium atqve alienum opus esse contendebat, ut narrat Antonius Periander Rhætus in ejº vita. Qvamvis video etiam ambigere de auctore alios viros eruditos, ut Combefisium in manipulo rerum CPol. p. 292. *Anecdoton auctor siquidem ipse Procopius est, ipse sibi majorem forte quam Justiniano laudem ascivit, ac quicquid reliquæ ejus historiæ est, plurimum elevavit,* ingens ni-

mirum

noxium. 19) Fragmentum nobile prolixumqve Stephani de Urbibus, non ex Epitome ejus, sed ex ipso Stephani opere non abbreviato. Fragmentum hoc constat octo foliis membranaceis, excerptum ex libro decimi sæculi à perita manu exarato. Editum jam fuerat ex apographo Samuelis Tennulii, ad fidem hujus Codicis descripto, & multis gravissimisqve mendis respersо. Nunc prodit cum notis emaculatum & sincerum, ut in Codice CCXXVIII. Coisliniano habetur. 20) Photii Patriarchæ Constantinopolitani historia Manichæorum, suo circiter tempore renascentium, ex duobus Manuscriptis antiqvissimis. 21) Tactica & explicationes rerum bellicarum, instrumentorum, armorum, &c. opusculum longe diversum ab Arriani, Æliani, Leonis & aliorum Tacticis. Ex codice decimi sæculi. 22) Prologus ad Commentaria variorum in Aphthonii progymnasmata, ubi de progressu Rhetoricæ antiqvi & medii ævi multa præclara traduntur. In codice X. sæculi 23) Opusculum de disciplinarum & artium inventoribus antiqvi & medii ævi, & de iis qvi in singulis disciplinis floruerunt. In eodem Codice. 24) Nota insignis Codicis qvinti, sextive sæculi Epistolarum S. Pauli, qvi Cæsareæ in Bibliotheca S. Pamhili martyris collatus fuit cum exemplari ipsius Pamphili manu descripto. Hujus Codicis folia 14. in Bibliotheca Coisliniana supersunt. 25) Bibliorum sacrorum veteres in Capita distinctiones ex Codicibus Coislianis antiqvissimis & ex uno Regio. 26) Harpocrationis Lexicon ex compositione Cyrani Regis de 24 lapidibus, de avibus & piscibus ordine Alphabetico. 27) Operis perampli contra Barlaamum & Acyndinum Capita & argumenta, ubi utriusq; partis doctrina & ratiocinia conspiciuntur. 28) Opusculum in Apocalypsin ubi probatur eam esse genuinam Scripturæ sacræ partem, ex Codice decimi circiter sæculi. 29) Oecumenii Episcopi Triccæ in Thessalia opusculum, ubi probatur auctoritate Patrum, Apocalypsin esse veram Scripturæ sacræ partem. Ex eodem Codice. 30) Selecta historica ex Lexicis Coislinianis, qvæ in Lexicis Suidæ Pollucis & Harpocrationis vel non habentur, vel alio prorsus modo narrantur.

Ad hæc multo pluro alia Anecdota, breviora qvidem, sed non inferioris notæ, cum recensione singulorum Codicum Græcorum accuratissima typis edentur.

n) Anecdota sive Historiam arcanam hujusmodi plenam asperis criminationibus & invectivis lucem haud facile ferentibus in eos qvi possunt proscribere, pridem ante Procopium composuerat Theopompus, qvem imitatus Cicero II. 6. ad Atticum: *ita-*

2011 Ministerio de Cultura

mirum ſive adulator, ſive calumniator. Ita Mottanus Vayerus diſſ. de libertate Tom. 2. Opp. p. 354. *Procope, ou pour mieux dire celuy qui à fait les Anecdotes ſous ſon nom.* Fidem mereri pleraq; qvæ in hiſce Anecdotis traduntur, multis erudite pugnat *Nicolaus Alemannus* o) qvi primus illa in lucem protulit Græce ex Codice duplici Vaticano, latinamqve verſionem & doctas notas adjunxit, ac teſtimonia veterum de Procopio, & Svidæ loca ex Anecdotis hauſta diligenter conſignavit, Lugd. (non Lugd. Bat. ut habet Catalogus Petri Francii & Bodlej.) 1624. fol. & Coloniæ apud Jo. Wilh. Frieſſen juniorem 1669. fol. licet typorum nitor & elegantia alium locum impreſſionis qvam Coloniam innuit. Contra Procopium & Alemannum fama Juſtiniani aſſeritur à *Thoma Rivio* in defenſione Juſtiniani Francof. 1628. 8. tum à *Gabriele Trivorio* in Obſerv. Apologet. adverſus qvosdam JCtos & Procopii Anecdota Pariſ. 1631. 4. præcipue vero à *Joanne Eichelio* Profeſſore Helmſtadienſi, qvi anecdotis Græce cum verſione Alemanni recuſis atqve in minores ſectiones 571. diviſis adjunxit animadverſiones, in qvibus pleraqve illorum loca *συγχρόνων* teſtimoniis convincere falſitatis annitur, Helmſt. 1654. 4. *Claudius* vero *Maltretus* qvi Anecdota etiam cæteris Procopii operibus cum Alemanni verſione & notis ſubjunxit Pariſ. 1663. fol. notas nullas novas addidit, ſed Græca tantum ex Codice MS. *ἀκεφάλῳ* Segvieriano, & integriore Ambroſianæ Bibl. ſupplevit caſtigavitqve. Qvanqvam *partium* p) *videbatur docti inter-*

itaque ἀνέκδοτα qua tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo, pangentur. Idem XIV. 17. *Librum meum illum ἀνέκδοτον nondum ut volui perpolivi.* Βιβλίον *ἀπόῤῥητον* vocat Dio lib. XXXIX. pag. 96. Procopii exemplum plures ſunt inſecuti, ut auctor Chronici ſcandaloſi ſub Ludovico XI. Galliæ Rege conſignati, Varillaſius in anecdotis Florentinis, etſi nomen hoc parum illis convenire notat Vignolius Marvillius T. 2. Miſcellaneor. pag. 59. Illuſtris Leibnitius in Hiſtoria arcana Alexandri VI. Papæ, è Diario Jo. Burchardi. Walſinghamus in arcanis aulicis Eliſabethæ Angliæ Reginæ, Auctores Galli Anecdotorum Poloniæ ſub Johanne III. & Hiſtoriæ arcanæ Antonii Luſitaniæ Regis. Eſt qvi etiam virorum doctorum anecdota publicari deſideret Clariſſ. Reimannus parte 1. Hiſt. literariæ pag. 243. ſed maligna credulitas hominum facit ut anecdota à calumniis diſcernere vix opis humanæ ſit. Et malorum exemplorum jampridem copia laboramus. Scripſit Anecdota ſua Procopius anno XXXII. Juſtiniani, Vide pag. 66. 71. ipſo adhuc ſuperſtita, pag. 88. ſed Theodora jam ante novem annos defuncta. pag. 2. 47. 51.

o) Confer de eo Urbanum Gotfridum Siberum libro de claris Alemannis p. 139. ſeq.

p) Combefiſius in manipulo rerum CPol. pag. 292.

2011 Ministerio de Cultura

interpretis, ut notas Alemanni quas unas repræsentavit, cum Eichelii confutationibus seu animadversionibus conferret, ejusque vel depelleret crimina, vel quo Justiniani læsam Majestatem is recte tueatur, libratis omnibus ac æquo judicio, laudaret. Sic certe Regia dignissimum Lupara, ac in ea fere palmarium Historiæ Byzantinæ librum opusque haberemus. Jam Anno 1695. in præfat. ad libros 2. de nævis jurisprudentiæ anteJustinianeæ Vir Consultiss. Christianus Thomasius professus est novam se editionem meditari Historiæ arcanæ Procopii, conjunctis Alemanni & Eichelii dissertationibus ac notis, ac interspersis utrobiqve suis observationibus, affectus utriusqve & aberrationes à regulis verisimilitudinibus indicantibus. Sed hactenus nihil ejus lucem vidit. Neqve constat qvo pervenerint Codices MSS. Anecdotorum qvos habuere Joannes Lascaris & Joannes Vincentius Pinellus. Excerpta qvædam ex arcana Procopii Historia ab *Hugone Grotio* latine versa leguntur in ejus Historia Gothorum pag. 519 - 528.

Orationes Procopii qvas Moguntiæ Anno 1538. 8. impressas scribit Gesnerus, nunqvam vidi, suspicorqve esse ex Historiarum Procopii libris excerptas, nam & illis hic scriptor Orationes obliqvas rectasqve non uno loco inseruit, qvas Gallice versas memorat Catalogus Bodlejanus.

In Catalogo Bibliothecæ V. C. Petri Francii Amst. 1705. publica auctionis lege distractæ pag. 85. occurrit Procopius Græce ex Hœschelii editione infinitis locis emendatus à *Bonav. Vulcanio*, & aliud ejusdem edit. exemplum collatum cum MS. Vaticano & locis pæne infinitis correctum. Præterea Procopii opera latine, à Vulcanio emendata, & eorundem operum nova versio latina ab eodem Vulcanio confecta & hactenus inedita, 2. Voluminibus MSS. in folio, ac deniqve Historia Arcana ex edit. Lugdunensi, cum adnotationibus MSS. *Davidis Blondelli.* Credibile est hos libros ex auctione Francii perveniisse ad Franciscum Halmam, qvi illis in nova editione Corporis Byzantini uti voluit, ut supra §. 1. p. 228. hujus capitis dicere me memini.

2011 Ministerio de Cultura

Alii Procopii.

Procopius Anthemii Imp. frater, aliusqve Pater hoc nomine, genus ducens à Procopio Cilice, cui de Imperio cum Valente contentio. Vide Sirmondum ad Sidonium pag. 177. seq. qvi pag. 191. etiam de Procopio Anthemii filio sive genero: Valesium ad Socratem pag. 87. & ad Ammiani XXIII. 3. Adde sis qvoqve Jacobum Godofredum in Prosopographia Codicis Theodosiani pag. 380.

Procopius *Cæsareæ* ArchiEpiscopus, Photii in Synodo partes secutus contra Ignatium. Vide Allatium de Synodo Photiana pag. 148. seq.

Procopius *Chartophylax* CPol. cujus ἐγκώμιον in S. Joannem Apostolum & Evangelistam memorat Allatius p. 83. de Simeonum scriptis. Incipit: Ἀπόστολος ὁ τὴν φαιδρὰν ταύτην συγκροτήσας πανήγυριν. MS. in Codice Barocciano 240. ut notat Caveus.

Procopius CPolitanus, *Confessor* imaginum sub Leone Imp. de qvo Menologia & Martyrologia 27. Febr.

Procopius *Diaconus* haud credo à Chartophylace diversus, qvi scripsit elogium S. Marci Evangelistæ, qvod Latine ex Jo. Francisci Albani Urbinatis versione dedit Henschenius ad 25. April. p. 345. Græce in appendice pag. 48. T. 3. in Actis Sanctor. Aprilis, è MS. Vaticano. Incipit: πάλιν Ἀποστολικὴ παραβάλλει Πανήγυρις. Exstat & latine in Bibl. Concionatoria Combefisii, & Græce atqve latine ante Catenam in Marcum vulgatam à Petro Possino Rom. 1673. fol. Procopii Diaconi & Chartophylacis Encomium Angelorum Michaëlis & Gabrielis memorat Allatius pag. 81. de Simeonibus.

Procopius Edessenus, Palæstinæ præfectus sub Anastasio Imp. cujus meminit Procopius Cæsareensis περὶ κτισμάτων V. 7.

Procopius *Gazæus* Sophista Christianus sub Justino Thrace clarus, Præceptor Choricii Sophistæ qvi ei etiam successit & defunctum diserta Oratione laudavit, qvam una cum eximiis Procopii hujus Commentariis in *Octateuchum*, & *Canticum Canticorum* ex Bibl.

2011 Ministerio de Cultura

Bibl. Auguſtanæ * Codice Græco deſcriptis & verſione ac notis à ſe præclare ut ſolet illuſtratis edet amicus noſter Rev. D. Godfridus Olearius, Theologus Lipſienſis. Ἐξηγητικὰς illas σχολὰς in Octateuchum Photio pridem laudatas Cod. 206. habemus hactenus latine tantum ex verſione minus accurata Conradi Clauſeri, qvi ſcholia in Geneſin, Exodum & Leviticum vertit, & in qvibusdam exemplaribus venit nomine Claudii Thraſybuli, cætera ex verſione Hartmanni Hambergeri Tigurini, Tiguri 1555. fol. Scholia *in quatuor libros Regum & duos Chronicorum* qvæ itidem Photio lecta ſunt interpretatus eſt Lud. Lavaterus, cum cujus verſione Græce ea è Codice ſuo vulgavit, caſtigationesqve addidit Jo. Meurſius Lugd. B. 1620. 4. Ejusdem Ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομὴ *in Proverbia* extat Græce MS. in Codice Regis Chriſtianiſſimi 2436. de qvo Montfaucon. in Palæographia Græca pag. 278. ſq. Idemqve videtur cum commentario Procopii in Proverbia, qvem laudat Turrianus in defenſione Epiſtolarum Pontificum IV. 6. 17. Præclarum ejusdem Procopii Commentarium *in Eſaiam*, Photio ſimiliter laudatum, cum verſione ſua Græce vulgavit Jo. Curterius, Pariſ. 1580 fol. Qvos vero idem Photius Cod. 160. laudat Procopii λόγοι ſive *Orationes* varii generis, & *locorum Homericorum Metaphraſes Oratoriæ* in varias ideas efformatæ, haud exſtant qvod ſciam, licet Nic. Alemannus præf. ad alterius Procopii Cæſarienſis anecdota, *declamationes* Procopii Gazæi ineditas memorare videatur. De *Epiſtolis* ejus dixi lib. 2. cap. 10. §. 27. Hunc Procopium reſpicit Æneas Gazæus ejus æqvalis Epiſtola 19. ὁ ἐμὸς Προκόπιος. Iſaacum vero Voſſium, qvi reſponſo ad tertias Rich. Simonis objectiones pag. 118. ex Epiſtola 26. Procopii ad Hieronymum neſcio qvem in Ægypto commemorantem concludere voluit Procopium Epiſtolarum ſcriptorem æqvalem fuiſſe Hieronymi Stridonenſis, refellit Jo. Marcianæus T. IV. Hieronymi ſui pagina ult. & Jo. Clericus Bibl. ſelectæ Tom. 17. pag. 143. ſeq:

* Laudat illum Codicem Georg. Hieron. Welſchius de vena Medinenſi pag. 66. vocatqve perantiqvum atqve perelegantem, qvi olim Papæ Nicandri Archidiaconi fuerit, eumqve ipſum qvo uſus Claudius Thraſybulus. Et Græca præclari ſcriptoris edi merito optat Rich. Simon T. 4. Bibliothecæ Criticæ pag. 143.

2011 Ministerio de Cultura

Procopius *Martyr* Cæsareæ sub Diocletiano, de qvo Baronius ad Martyrologium VIII. Julii. Hesychii presb. Hierosol. encomium in hunc Procopium memorat Allatius pag. 108. de Simeonibus. Incipit : Προκοπίῳ τὴν θυσίαν ὁ Χριστὸς ἐστεφάνωσεν, ταῦρον αὐτὸν ἰδών.

Procopius *presbyter* qvi ex Dorotheo Tyri Episcopo circa A. C. 525. composuit commentarium de LXX. discipulis CHristi & duodecim Apostolis qvem post Cangii editionem de qva supra cap. 4. p. 145. hoc ipso A. 1713. recudendum dedi ad calcem librorum de vita Moysis, notis Gilb. Gaulmini illustratorum.

IV. AGATHIAS è Myrina a) Æolidis civitate, qvæ & aliqvibus dicta Smyrna. b) Filius Memnonii Rhetoris c) ac Pericleæ, trienni ei ereptæ & Byzantii sepultæ. Cum Juri civili Alexandriæ d) operam dedisset, professione Scholasticus, e) religione

* Agathias ipse proœmio Historiæ : Ἐμοὶ Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, Μυρίνη δὲ πατρὶς, Μεμνόνι & Πατήρ. Τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. Μυρῖνα δέ φημι, ὃ τὸ Θρᾴκιον πόλισμα, ὃδὲ ἕτις ἑτέρα κατὰ τὴν Εὐρώπην τυχὸν ἢ Λιβύην τῷδε κέκληται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ παλαὶ ὑπὸ Αἰολέων ἀπῳκισμένην ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πυθικοῦ ποταμοῦ.

b) Georgius Syncellus pag. 181. Μυρῖνα, παρά τισι Σμύρνα λεγομένη, ἐκτίσθη ἐν Ἀσίᾳ. Licet huic testimonio non valde multum tribuit Martinus Hanckius lib. de Scriptoribus Byz. pag. 176. Videtur tamen inde factum, ut in nonnullis Svidæ Codicibus in Ἀγαθίας, pro Μυρινα῀ος legatur Σμυρνα῀ος, licet Μυρινα῀ος in Codicibes optimis Vaticano & Parisiensi legi testatur Clarissimus Kusterus qvem si placet vide.

c) Agathias ipse Epigrammate in Matrem III. Antholog. pag. 332.

Ἐσσὶ δὲ τίς; Περίκλεια. γυνὴ τίνος; ἀνδρὸς ἀρίστου
Ῥήτορος ἐξ Ἀσίης ὄνομα Μεμνονίου, &c.

Habuit & Agathias sororem eruditam *Eugeniam*, qvam defunctam celebrat Epigrammate qvod legitur eodem libro pag. 334.

d) Agathias lib. 2. Hist. p. 52. edit. Regiæ

e) Falluntur qvi Smyrnæ, caussas in foro peroraſſe Agathiam colligunt ex Svidæ loco Vulcanius, Vossius, Heidenreichius. Nam licet patronum caussarum fuisse certum est, atq; ipse non uno loco hoc tradit, tamen qva in urbe id fecerit nusqvam declarat, & ex Svida etiam emendato male colligas hoc eum feciſſe Myrinæ in patria. Nihil enim aliud ille vult qvam Agathiam fuisse Myrinensem, & fuisse Scholasticum hoc est Advocati in foro egisse partibus. Suspicor Byzantii, ubi defunctam sepultamq; Matrem plangit in Epigrammate à me jam laudato, & qvo se Alexandria ubi studiorum caussa fuerat commoratus, reversum scribit lib. 2. Hist. p. 53.

2011 Ministerio de Cultura

gione Christianus f) Providentiæ Divinæ omnia moderantis, justiqve & æqvi & sectandæ in judicando modestiæ assiduus assertor, eleganti stylo Musis Gratias admiscere cupiens g) composuit post *Justiniani* Augusti A. C. 566. defuncti fata, neqve ante A. 593. edidit h) de ejus Imperio sive de rebus ipso imperitante gestis *libros V.* initio sumto ab Anno ejus XXVI. CHristi DLIII. i) ubi desinit Procopius Cæsareensis, k) usqve ad cladem Hunnorum in se ipsos instigante Justiniano arma vertentium anno ejus XXXII. CHristi DLIX. Laudat Agathiam una cum Procopio, & (qvi Agathiam continuavit) Menandro, Hesychioqve Illustri Constantinus Porphyrogennetus lib. 1. de thematihus Orientis cap. 2. & Johannes Scholasticus Epiphaniensis libro 1. Historiæ, cujus verba Procopii Anecdotis præfixit Nic. Alemannus.

f) Colligo hoc ex lib. 1. p. 13. ubi de Francis: Χρισιανοὶ γὰρ ἅπαντες τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ τῇ ὈΡΘΩΤΆΤΗΙ χρώμενοι δόξῃ. Tum longe magis id patebit ex pag. 18. & lib. 3. pag. 101. Qvin illo ipso ex loco lib. 3. pag. 77. ubi memoratur Στεφάνου τοῦ Θεσπεσίου ἱερόν, *Divi Stephani templum*, ex qvo non fuisse Christianum volunt evincere viri doctissimi Vossius de Hist. Græcis pag. 270. & Hanckius loco laudato. Nam qvod ait φασὶ, non necesse est ut ipsum vel dubitasse de rei veritate, vel per famam tantum eam accepisse velut alienum exinde concludamus, qvemadmodum illud de Moyse, *ut ferunt*, apud Chalcidium pag. 372. Adduntur enim talia à Scriptoribus qvandoqve, licet ipsis plane persvasis, ut à Flavio etiam Josepho fit interdum de rebus testatissimis scribente, præcipue ubi vident se tradere aliqvid qvod Ethnicis hominibus possit videri exosum vel incredibile. Similem ob causam Christiana religio Agathiæ dicitur ἡ ἐπὶ τῷ κρείττονι δόξα lib. 3. pag. 89. vel lib. 2. p. 69. ἡ παρὰ Ῥωμαίοις κρατοῦσα ἐπὶ τῷ κρείττονι δόξα, uti apud Eusebium IV. 8. Hist. ἡ μόνη παρὰ πᾶσι κρατοῦσα καὶ ὁμολογουμένη.

g) Agathias sub init. libri III. ἐθέλω γὰρ, εἰ ἐπ' ἐμοὶ εἴη, καὶ περιπλείσαι ποιῶμαι, τὰς Μούσας, φασὶ, τὰς χάριτας καταμιγνύναι. De hoc proverbio plura dixi ad Eunapium.

h) Evagrius Epiphaniensis Syrus qvem Anno 593. 594. scripsisse supra demonstravi, libro V. capite ultimo testatur *Johannem* popularem & cognatum suum & Agathiam eorundem Justiniani temporum Historiam tum composuisse qvidem, sed nondum in vulgus dedisse, εἰ καὶ μήπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες.

i) Ita recte Labbeus in protreptico ad Hist. Byz. p. 38. Sed apud Hanckium de Hist. Byzantinæ scriptoribus p. 182. male excusum 558. Annus duodetrigesimus Imperii Justiniani memoratur ab Agathia lib. 2. p. 66.

k) Agathias ipse in procœmio, & Svidas in Ἀγαθίας.

2011 Ministerio de Cultura

Editiones Agathiæ.

Latinè ex versione *Christophori Personæ*, (sed qvi integras hinc inde, ut in proœmio statim, periodos omisit & alioqvi passim hallucinatus est, *) Augustæ Vindel. per Sigismundum Grimmium & Marcum Wirsungum, 1519. 4. & cum Procopio ac Jornande, Sidonii Apollinaris Epistola ** de Theodorico Imp. & Leonardi Aretini libris IV. de bello Italico contra Gothos, & Chuonradi Peutingeri Augustani de Gentium qvarundam emigrationibus, præmissa Beati Rhenani præfatione, Basil. 1531. fol. apud Jo. Hervagium. Atqve cum Zosimo, ex *Jo. Leunclavii* recensione sive interpolatione & cum ejus notis. ibid. apud Petrum Pernam 1576. fol.

Excerpta è libro I. & II. Agathiæ ad Gothos pertinentia, *Hugone Grotio* interprete, in ejus Historia postuma Gothorum, Vandalorum & Longobardorum, Amstelod. 1655. 8.

Græcè primus ex unico Codice suo edidit *Bonav. Vulcanius*, & mox seperatim *latinam* suam versionem, itidemqve notas & castigationes una cum Coronide Epigrammatum Agathiæ, Metaphrasi donata à Josepho Scaligero & Jano Dousa. Lugd. Bat. 1594. 4. Vulcanii versionem bonam in plerisqve & doctam, statim in limine castigat Maltretus ad Procopium.

Græcè & Latine cum Vulcanii versione, Paris. 1660. fol. in qva editione nihil accessit præter splendorem chartæ typorumqve & qvod Græca ex adverso posita latinis sunt.

Codicis MS. Græci Historiarum Agathiæ Vaticani meminit Gesnerus, sed qvi fallitur qvando Agathiam suspicatur collegisse Apophthegmata Philosophorum, qvia in Catalogo Codicum MSS. Bibl. Vaticanæ statim post Agathiam illa sine nomine scriptoris commemorantur.

Gallice Agathiam vertit post vetustam interpretationem Paris. 1587. Heidenreichio memoratam, *Ludovicus Cousinus*, ut ipse memorat

* Vide Hadr. Junium lib. 1. animadvers. cap. 4. Vulcanium præf. & in notis passim earumqve extremo: Vossium arte Historica pag. 94. & Reinesium Var. lect. p. 416.

** Est illa libri I. Epistola secunda.

2011 Ministerio de Cultura

rat in Ephemeridibus Parisiensibus Anno 1701. pag. 570. edit. Amstelod. Videritne lucem illa versio non possum dicere, neqve enim usqvam in eam incidi.

Alia Agathiæ scripta.

De *Epigrammatibus* LXXX. qvæ leguntur in Anthologia & ad calcem editionis Vulcanianæ, nec minus de Κύκλῳ sive *στέμματι Ἐπιγραμμάτων* qvod ille ex Epigrammatibus Poëtarum sui temporis concinnavit, dixi libro III. cap. 28. pag. 690. seq. & 709. Epigramma ejus in Sophiam Justini junioris legitur etiam apud Zonaram. Epigramma nescio cujus in Butelinum Francorum Ducem à Narsete debellatum, qvod habet Agathias libro II. p. 47. occurrit qvoqve in themate secundo Thematum Occidentis sive Europæ Constantini Porphyrogeniti, sed mutilum, qvia Fed. Morellum interpretem Gallum puduit credo reddere hæc verba:

Ἡνίκα Φραγγικὰ Φῦλα κατέκτανεν Ἀυσονὶς αἰχμή.

Sed restituit illa in novissima Constantini editione clarissimus Bandurius.

Scripserat porro Agathias præter alia multa Poëtica qvæ v[illegible]at *ἀγωνίσματα* etiam opus eroticum *μύθοις πεποικιλμένον ἐρωτικοῖς*, inscriptum Δαφνιακὰ *Daphniaca* Svidæ memorata, *versu Hexametro* ut ipse in proœmio Historiæ auctor est, *libris IX.* ut idem docet hoc Epigrammate, VI. 9. Anthologiæ pag. 425.

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίᾳ ἐννεάς εἰμι,
Ἀλλά μ' ὁ τεκτήνας ἄνθετό σοι, Παφίη.
Οὐ γὰρ Πιερίδεσσι τόσον μέλω ὅσσον ἔρωτι &c.

INDEX Scriptorum ab Agathia allegatorum

aliqvot locis plenior, ad paginas edit. Paris.

Τὰ παλαιότατα τῶν Αἰγυπτίων λόγια 154.
Agathias de se 5. 52. 53. 72. 73.
Ejus Daphniaca & alia scripta 5.
Ἀλαμανικοὶ μάντεις 42.
Alexander Polyhistor Historicus 63. 64.
Alexander Medicus 149.

Anthe-

2011 Ministerio de Cultura

Anthemius Trallianus machinarum ſtructor CPoli 149. ſeq. 152.
Poëtæ de Argonautis & Colchorum regione (Apollonius Rhodius) 77.
Ariſtoteles 149. cujus ſcriptis in Perſicam lingvam translatis delectatus Choſroës 66.
Aſclepiadæ clari in Co inſula 53.
Aſinius Qvadratus, Italus de rebus Germanicis accurate ſcripſit 17.
Athenocles, Beroſus & Simacus (Symmachus) Aſſyriorum Medorumqve res geſtas ſcripſere 62.
Ὡς ἐν τῆς βασιλείοις διφθέραις ἀναγεγραμμένα 66. ἐκ τῶν Περσικῶν βιβλίων 141. βασιλικὰ ὑπομνημονεύματα ibid.
Beroſus Babylonius 62.
Bion Hiſtoricus 63.
κατὰ τὴν ποίησιν (Callimachus) 69.
Cteſias Cnidius Hiſtoricus 63.
Damaſcius Syrus Philoſophus 69.
Delphicum γράμμα, *Noſce te ipſum* 4.
Demoſthenes Thucydidis ſtudioſus 66.
Diodorus Siculus 55. 63.
Diogenes Philoſophus Phœnix 69.
Dioſcorus Medicus 149.
Epigramma in Butelinum Francorum Ducem 47. in Chæremonem ruſticum de patria, Trallibus ſingulariter meritum 55.
Eulamius Phryx, Philoſophus 69.
Eutychianus junior 5.
Ἡ Γετικὴ σοφροσύνη 2.
Hermias Phœnix, Philoſophus 69.
Herus lucerna & Leandri amores Seſtum φιλαλήτου ἐν ποιήσει καὶ ὀνομασοπάτων faciunt 155.
Herodotus 59.
Hippocrates Cous. 53.
Homericus Therſites 68.
Iſidorus Gazæus Philoſophus 69.
Iſidorus junior machinarum fabricator 152.
Jurisconſulti (νόμων ἀφηγηταὶ) Beryto terræ motu concuſſa Sidonem commigrantes 51.
Juſtiniani Novellæ 145.
Magi 135. Perſarum 65. 68.
Manichæi 62.
Marſyas 133.
Metrodorus Grammaticus 149.
Nonni Panopolitæ Dionyſiaca 133.
Olympius Jurisperitus 149.
Oraculum de homine impio non ſepeliendo 72.
Pabecus coriarius ſcientiæ ſideralis peritiſſimus 65.
Paulus * Cyrus Florus de templo Conſtantinopolitano, verſibus Hexametris 153.

Per-

* Vel Paulus Cyri F. Flori nepos.

2011 Ministerio de Cultura

Persæ Astrologi 154.
Pindarus (ἡ λύρα ἡ Βοιωτία) 72.
Plato 4. 69. 138. 147. Ejus Gorgias 69. Gorgiam, Phædonem, Parmenidem & Timæum Persice translatos legit Chosroës 66.
Priscianus Lydius Philosophus 69.
Procopius Cæsareensis Rhetor 7-10. (ubi Historiæ ejus argumentum) 56. 123. 136. (ubi ejus elog.) 138. 140. 141.
Pyrrho 68.
φυσιολογοῦντες de caussis motus terræ 52.
Sergius Persicæ lingvæ in Græcam interpres apud Regem Chosroëm, ex Regiis commentariis res Persarum & institutaRegumqve successiones Græce exposuit & cum Agathia communicavit 141.
Sextus Empiricus 168.
Sibylla 20 21.
Simplicius Cilix, Philosophus. 69.
Socrates 138.
Symmachus. supra, in Athenocles.
Uranius Syrus Medicus, Aristotelis Philosophiæ peritum se jactans 67. 68. 71. Ἐφεκτικὸς sive Scepticus 68.
Xenophon 59.
Zamolxidis νόμιμα 2.
Zeno Rhetor Byzantinus 150. sq.
Zoroastris Oromasdæ διδάγματα & νόμοι. 62. Idem Ζωρόαδος sive Ζαράδης, auctor Persis τῆς Μαγικῆς ἁγιστείας. ibid.

INDEX Scriptorum & aliorum qvorundam à Procopio memoratorum: ad paginas edit. Paris.

Soli numeri libros Historiarum, Æ præmissum libros de Ædificiis, A Anecdoca denotat.

ACacius Episcopus CPol. 195.
S. Acacii templum. Æ. 15.
Adolius Armenius Acacii F. Silentiarius τὰ εἰς τὴν ἡσυχίαν ἐν παλατίῳ ὑπηρετῶν 138.
Advocati legati ad Principes 147. 316.
Ægistus infans à capra nutritus 427. seq.
Æschyli Prometheus solutus 579.
Æneas 349. 627. 629. Anchisæ F. conditor Æni opidi. Æ. IV. 11. pag. 90.

2011 Ministerio de Cultura

Æthiopum Rex Ἐλλιοθεαῦς Christianus 60.
Alexander Logotheta cognomine ψαλιδᾶς sive forficula, qvod aureos numos circumcideret 468. A. 69. alius Alexander Senator CPol. 64. 314. seq. 324.
Ambrus Saracenus Christianus 136.
Ammonis & Alexandri M. templa Æ. 110. seq.
Anastasius Justiniani ad Chosroën legatus δόξαν ἐπὶ σωτέσει ἔχων 93.
Andreæ Apost. Lucæ Evangelistæ & Timothei reliqviæ. Æ. 14.
Andreas Ephesi Episcopus A. 9.
Antæ & Sclaveni olim dicti Spori, DEum unum colunt fulguris effectorem, tum Nymphas & flumina 498. ubi alia de illorum moribus & institutis.
Anthemius Trallianus Mechanicus. Æ. I. 1. p. 5. 7. 9. II. 3. p. 34.
Apio Ægyptius, Qvæstor exercitus, consors Imperii ab Anastasio declaratus 23.
Apollodorus Damascenus Architectus. Æ. IV. 6. p. 81.
Apostolorum templa Æ. 13. 95.
Οἱ ἀναχραψάμενοι τῶν ἱσοριῶν τὰ ἀρχαιότατα. Æ. III. 1. p. 52. IV. 1. p. 66.
Arianos in Africa Honorius ad Christianismum cogit 196. Trasimundus invitat beneficiis 197. ita Arianis opponit Christianos οἱς τὰ εἰς δόξαν ὀρθῶς ἤσκηται 227. Romani milites qvidam Ariani 236. Gelimer noluit μεταπίθεσθαι τῆς Ἀρείᾳ δόξης 256. Ariani prohibiti baptismo, festo Paschatos 269. 270. δόξα ὀρθὴ ὑποσημαινομένη τὸν Ἀρειανῶν γνώμην 320. Arborychi & Germani, Christiani non Ariani 341. Amalaricus Arianus habuit uxorem δόξης ὀρθῆς οὖσαν 345. sacerdotes Ariani Roma pulsi 486.
Arii secta, Ariani, A. 34. 53. seq. Gothi omnes τῆς Ἀρείᾳ δόξης 178. 320.
Aristoteles Euripi æstum non valens perscrutari, præ mœrore obit 579.
Ἡ τῶν Ἀρμενίων ἱσορία 15. Æ. III. 1. p. 52. τῇ Ἀρμενίων Φωνῇ 303.
Arsenius & Faustinus Samaritæ Christianos se simulant A. 78. 80.
Asclepiodotus. Vide Pastor.
Astrologi puniti à Justiniano A. 36.
Athalaricus φοιτᾶν ἐς γραμματιστὸν jussus, 311.
Athanasius præfectus 294. 298. 299. Alexandri ad Alaricum legati frater, missus à Justiniano ad Theodatum 323. 441. præfectus prætorii Italiæ ibid. sq. & 460.

Avga-

2011 Ministerio de Cultura

Avgarus Edeſſenus 117. ejus ad CHriſtum literæ 118.
Auguſtus ſacerdos in templo Sophiæ CPoli, κειμηλίων cuſtos. 170.
Auguſti hujus χῆμα indutus Joannes Cappadox, ex divinatione qvadam ſperans ſe fore Auguſtum Imp. 170. 171.
S. Bacchi templum Æ. 13.
Bacchus Salomonis Ducis frater 287.
Baptiſmus θεῖον λυτρόν. Θεῖα λόγια πεπτευόμενον, καὶ τὸ παιδίον ἐκ θείου λυτροῦ ἀξιωθέν. 299.
Βαρράδοτος Epiſcopus Conſtantienſis 120.
Bartholomæi Apoſtoli templum. Æ 31. 35.
Baſiliſcus Imp. Eutychis ſectam fovens 195.
Beliſarius poſt triumphum reſtituit templo Hieroſol. vaſa, qvæ in triumpho duxerat Titus Imp. 255.
Blemyes & Nobatæ colunt Iſin, Oſirin, Priapum. Blemyes & Soli hominem immolant. 59. ſeq.
Boëthius à Theodorico injuſte occiſus 310. ejus uxor Ruſticiana Symmachi filia 514.
Bonifacius Gelimeris γραμματεὺς Byzacenus Afer 245.
Braducio ἑρμηνεύς 162.
Byzas Byzantii conditor, Ceroëſſæ Filius Æ. 16.
Candidus Sergiopolis Epiſc. 99. 135.
Καρῆνοὶ ἢ χελσιανοὶ ἀλλὰ δόξης τῆς παλαιᾶς 120.
Catholicus dici ſolitus Epiſcopus Perſarmeniæ regionis Δυβίε 149.
Chalcedonenſe Concilium A. 78.
Chriſtianos Catholicos hæreticis oppoſitos vocat δόξης ὄντας ὀρθῆς A. 34. πιστὸς A. 35. εἰς μίαν ὁμοῦ τῷ χελσῷ δόξαν A. 40. ſub Juſtiniano ἡ πίστις πρὸς θεὸν ἀσφαλὴς ἡ δόξα. id. 41. πολυθεΐα vel αἵρεσις δόξης σὺν ὀρθῆς multis ſub eodem cauſa ſupplicii. A. 57. Chriſtianorum DEus irreligentes plectit, cultores protegit 198. Miles ἄρτι βεβαπτισμένος καὶ ἐκ χελσιανῶν ὀνόματος μεταλαχών. 207.
Chryſes Alexandrinus μηχανοποιὸς Æ. II. 3.
De cometis variæ doctorum ſententiæ 95.
Conſtantinus qvæſtor, legum non imperitus ſed malus A. 59.
SS. Coſmæ & Damiani templum Æ. 17. 49.
S. Cypriani templum & feſtum Carthagine 226. circa illud oriri ſolita

2011 Ministerio de Cultura

lita tempestas κυπελιανά. ibid. & 224. Cyprianus in somno visus Christianos solatur 227.
Cyprianus dux 205. 240. 251. 369. 442. 493. 525.
Cyrus opidum à Judæis conditum in honorem Cyri à qvo libertati restituti ex Medorum in Assyriam captivitate Æ. II. 11. p. 49.
S. Cyrilli castellum Æ. 83.
Cyrillus dux 36. 204. 231. 275. &c.
Datius Mediolanensis ἱερεύς 406.
Demetrius Philippensium in Macedonia Episc. supra in Hypatius. Alii duo Demetrii. 480.
Demosthenes Senator CPol. A. C. 12.
Dianæ Tauricæ fanum 48. in templum Christianum mutatum 49.
Diogenes ἀνὴρ ἀσεβὴς A. 48.
Ecclesia, templi nomen Antiochiæ 110.
Ἑλληνίζοντες Ῥωμαῖοι 165.
Elpidius Medicus Theodorici 311.
Ephræmius Antiochiæ ArchiEpisc. 103.
Epiphanius Episc. CPol. 207.
Episcopus svadet bellum Vandalicum, dissvadente Jo. Cappadoce præfecto Prætorii 203.
Ἐπισκόπους δόκησίντε καὶ ὄνομα ἐσβεβλημένους 441.
Epistolæ Avgari & CHristi 118. Amalasunthæ ad Justinianum 315. Antalæ ad Justinianum 290. Auximitanorum obsessorum ad Vitigem 450. Belisarii ad Gothos 247. ad Justinianum 370. 492. ad Justum 139. ad Mirrhanem 39. ad Narsetem 438. seq. ad Theodebertum Francorum ἡγούμενον 449. ad Totilam de Roma non excidenda 517. Cabadæ ad Justinum de adoptando Chosroë 30. Gelimeris ad Justinianum 201. ad Pharam 250. ad Tzatzonem 232. seq. Godæ Gothi ad Justinianum 204. 275. Gothorum ad Belisarium 247. ad Vitigem 445. seq. Joannis ducis ad eundem 426. Justiniani ad Amalasuntham 315. ad duces 431. ad φράγγων Francorum ἡγεμόνας 320. ad Gelimerem duæ 200. ad Principes Gothorum 324. ad Vandalos 217. ad Theodatum 323. Justi ad Belisarium 137. Martini ducis ad Belisarium 437. Maurorum ad Salomonem ducem 258. Mermerois Persarum ducis ad Gubazen Regem Lazorum 612. Mirrhanis ad Beli-

2011 Ministerio de Cultura

Beliſarium 39. ſeq. Pharæ ad Gelimerem 249. Præjectæ ad Juſtinianum 301. Salomonis Rom. ducis ad Mauros 258. ſeq. Theodati ad Juſtinianum 322 Theodoræ ad Beliſarium A. 14. ad Zeberganem A. 9. Totilæ ad Senatum Rom. 485. ad Juſtinianum 516. Tzatzonis ad fratrem Gelimerem 230. Valeriani ad Joannem ducem 630. Vitigis ad Auximitanos 450. Usdrilæ Gothi ad Valerianum 646.

Ἑρμῆ νεὼς, opidum in Africa 192.

Eruli πολὺν πινα νομίζοντες Θεῶν ὅμιλον 419. ſenes interficiunt, & ad mortui mariti tumulum uxor vitam finit laqveo 419. ſub Juſtiniano Eruli facti Chriſtiani 421. ſed perfidi & nefandæ libidinis 422.

Ethnici, θρησκείαν τῆς πολυθείας ἐνόσων. Æ. 110. τὴν Ἑλληνικὴν καλου-μένην ἀθείαν id. 113. παλαιὰ δόξη ἣν νῦν Ἑλληνικὴν καλεῖν νενομίκα-σιν 76. 375.

Per Evangelia juratum 289. A. 18.

Evangelius Cæſarienſis Rhetor A. 86.

Evaris qvi templum S. Michaëlis condidit 113.

Eudubius Epiſcopus Perſarmeniæ 148.

Eugenius Martyr Æ. 62.

Euſebius Cyzici Epiſcopus 78.

Eutychis ſecta. vide in Baſiliſcus.

Fabula de hirco & leone 10.

Fauſtinus Samarita. vide Arſenius.

Feſtum Paſchatos 269. πρώτη τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ ἣν μεγάλην καλοῦσι 270. ante Paſcha jejunium 53.

Ἐπινίκιος ἑορτή 262.

Fidelius præfectus prætorii ἐυξόμενος εἴς τινα νεὼν ὕσατος ἔμεινε, inde à Gothis occiſus 416.

Fœminas fatidicas Mauri conſulunt 253.

Franci, Chriſtiani licet, πολλὰ τῆς παλαιᾶς δόξης φυλάσσουσι 448.

Georgius ξυνετώτατος καὶ τῶν ἀπορρήτων τῷ Βελισαρίῳ κοινωνῶν 133. 162.

Georgii Martyris templum. Æ. 58.

2011 Ministerio de Cultura

Gothici belli anno XV. respondet Justiniani XXIII. & qvartus induciarum qvinqvennalium cum Persis, pag. 566.
Gothici belli 1 Justiniani 9 CHristi 535. Procopii Hist. p. 326.
2 — 10 — 536 — — — 393
3 — 11 — 537 — — — 417
4 — 12 — 538 — — — 442
5 — 13 — 539 — — — 464
6 — 14 — 540 — — — 470
7 — 15 — 541 — — — 478
8 — 16 — 542 — — — 482
9 — 17 — 543 — — — 487
10 — 18 — 544 — — — 491
11 — 19 — 545 — — — 501
12 — 20 — 546 — — — 523
13 — 21 — 547 — — — 533
14 — 22 — 548 — — — 550
15 — 23 — 549 — — — 559
16 — 24 — 550 — — — 625
17 — 25 — 551 — — — 639
18 — 26 — 552 — — — 666

Γραικοὶ pro convitio A. 69.
Γεγράμματα πολὺ κεχώρισαν ἀνδρείας, Gothorum judicio 312.
Hebræorum Pascha A. 81. seq. ἡ Ἑβραίων γραφὴ *Vanitas Vanitatum*, qvam in ore habuit Gilimer 256. Hebræum divinandi arte clarum consulit Theodatus 330.
Hephæstus Rhetor & præfectus Alex. A. 77.
Hermogenes officiorum Magister 35. seq. A. 51.
Herodotus Halicarnassensis, libro qvarto Histor. 578. 579.
Himerius Thrax, Dux 291.
Homerus 6. 337. 628. & *præf. de Ædif.*
Homeritarum Rex Ἐσιμιφαῖος Christianus 60. alius Abramus ibid.
Hypatius in templo Sophiæ CPoli obtruncatus A. 29.
Hypatius Ephesi & Demetrius Philippensium in Macedonia Episcopus veniunt ad Episcopum Rom. δόξης ἕνεκεν ἦν χειστιανοὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἀντιλέγουσιν ἀμφαγνοοῦντες 314.

Jaco-

2011 Ministerio de Cultura

Jacobus Eremita in Syria 20.
S. Iæ templum, τῆς ἁγίας Ἴας. Æ. 22
De Jani templo locus insignis 375.
Iberes optimi Christiani 33.
ΙΗΣΟΥΣ ὁ ΘΕΟΥ παῖς Æ. 104. ejus cum Samaritana colloqvium, ibid. ἀνθρωπῳ ἥπερ ἐβούλετο γογονὼς ὁ Θεὸς καὶ γενεαλογεῖται ἐκ μητρός Æ. 12. particula crucis CHristi Apameæ 115. qvotannis solenniter πανηγυρίζεται. ibid. Epistola CHristi ad Avgarum 118. ab illo Edessam defensam putat Procopius, licet Epistolam ab eo scriptam dubitat 118. 152. CPoli templum τοῦ μεγάλου ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ, vocant Byzantii templum Σοφίας, διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα τῷ Θεῷ πρέπειν τὴν ἐπωνυμίαν ἡγούμενοι 193.
Inscriptio navis Agamemnonis, qvam Geresti Euboeæ opido Tenechus dicavit Dianæ Bolosiæ sive Lucinæ 629.
Joannes Byzantius Machinarius Isidori Mechanici nepos. Æ. II. 18.
Joannes Cappadox ex Præfecto Prætorii presbyter, Petri adscito nomine 78.
Joannis Ducis sepulchrum annuo χρημάτων πανσόδῳ decoratum 244.
Joannes Episcopus CPol. A. 21.
Joannis Theologi templum Ephesi Æ. lib. 5. cap. 9. A. pag. 9.
Joannis Baptistæ templum Æ. 21.
Josephius τῶν Βασιλείων Φυλάκων γραμματεὺς 272.
Josua 257. 258. ubi inscriptio: ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ Φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ.
Jovis Capitolini templum Romæ 189. Jupiter Casius 629.
S. Irene, infra in Sampson.
Irenæus dux 34. Irenæus cujus defuncti opes Justinianus occupat. A. 83.
Isidorus Milesius, Mechanicus. Æ. 5. 7. 9. 34. 44.
Judæi Neapoli. 329. 335.
S. Juliani templum Antiochiæ 111.
Julianus ἀπορρήτων γραμματεύς 103.
Junilius Afer qvæstor latine peritus non Græce. A. 59.
Justiniana prima, ArchiEpiscopi Illyriorum sedes Æ. IV. 1. p. 67.
Justiniani Imp. icon. A. cap. 8. ἀμφὶ τὰ χειρίστων δόγματα ἐν τῷ πρὸ πολλοῦ διατριβὴν εἶχεν ἐν διαθέσθαι τὰ ἐν σοφίσιν ἀντιλεγόμενα ἀποδαίζων τε καὶ διατεινόμενος μάλιστα. 549. περὶ ἐργῳ ἀμφὶ τῇ τοῦ Θεοῦ

2011 Ministerio de Cultura

Θεῦ φύσει. A. cap. 18. pag. 55. Sacerdotibus indulgentior A. 49. & Ducibus ac Præfectis peccantibus 601. Leges ſuas refixit ipſe A. 43. 61. 80. neqve ſecundum eas judicare penſi habuit. A. 41. per biduum interdum cibo abſtinens A. 25. præſertim ante Paſcha A. 41. ἀνοήτους ejus οἰκοδομίας perſtringit Procopius A. 33. 57. 76. Juſtiniani annus *quartus* memoratur in Hiſt. pag. 47. *annus* VII. 207. *annus* X. 269. XIII. 94. 97. XVII. 287. XIX. 305. XXII. qvo obiit Theodora & XXIII. 170. 566. XXV. 608. (ubi male XV. in latino) XXVI. 660. XXXII. qvo Procopius ſcripſit ἀνέκδοτα A. 66. 71.

Juſtinus (Senior) Imp. ἀναλφάβητος A. 101. 102.

SS. Laurentii, Priſci & Nicolai templa. Æ. 17.

Lazi Chriſtiani 161. Colchi à Lazorum Epiſcopis Sacerdotes accipiunt 568.

Leontius Referendarius 450. A. 51.

Lex ſive mos communis νόμος ἀνθρώπων κοινός. 621. κοιναὶ νόμιμα πάντων ἀνθρώπων A. 8.

Lege Romana ante Juſtinum non licebat Senatori ducere meretricem A. 30. Lex de præſcriptione triginta annorum 182. Lex Perſarum ne hoſtem licet victum in ditione hoſtili eqvis perſequantur 14. Lex Cabadæ Regis Perſ. de promiſcuo concubitu 14. Lex Perſica de Magiſtratibus hereditariis 19. de Rege creando qvi integer & nullo vitio corporis fœdus eſſet 30. 60. 590. alia de non humandis ſed ante volucres projiciendis humanis cadaveribus 32. 33.

Liberius ἀνὴρ καλὸς κἀγαθὸς Δαφερόντως 318.

Λογγιβάρδαι Chriſtiani 420.

Lucas Evangeliſta. Vide Andreas.

Lyſippus Sicyonius ſtatuarius. Æ. lib. 1. cap. 11. ejus bos æneus Romæ 626.

Magi Perſarum à Regibus conſulti 10. ſeq. 16. 21. 98. 120. 147. 157. Magicum artificium qvo Magi explorant Arſacis Armeniæ Regis fidem 16.

Manichæi & οἱ καλούμενοι πολύθεοι A. 35. Magiæ ſtudioſi A. 65.

Marcellus δικαίως Πτιμελητὴς ἀκεφαλὴς, καὶ ὃ ἀληθὲς Δαπυρώταται ἕρπης 540.

Mariæ

2011 Ministerio de Cultura

Mariæ Θεοτόκου templa 592. Æ. 11. 12. 17. 21. 49. 58. 102. 105. 107. 111. 112. 114. 117. A. 11. & in latino 71. (perperam id qvidem, vide A. p. 216.) ἐν ᾧ Θεὸς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Μητέρα ἱτέου 11.
Qvadraginta Martyres Legionis duodecimæ. Æ. 18. seq.
Mauri φοινικοῦν ἔθνος. Æ. lib. 4. cap. 3. pag. 112.
Mebodes Cabadæ Persarum Regis testamentum scripsit 63.
Megas Episcopus Berrhoënsis 101. seq.
SS. Menæ & Menæi templa. Æ. 22.
Michaëlis Archangeli templa 113. Æ. 20. 21. 22. 49. 99. A. 48.
Mimi A. 28. & ὀρχησαὶ apud Vandalos. 248. Græci nihil sibi visum ajebant in Italia qvam tragœdos, mimos & piratas 358.
S. Mocii templum. Æ. 15.
Monachi visum. A. 38. seq. Monachi τῶν χριστιανῶν σωφρονέστεροι 21. seq. οἷς τὰ εἰς τὸ θεῖον ἀκριβῶς ἤσκηται. 298. Monachi ex Serinda Romanos docent rationem conficiendi serici. 613.
Monasterium, μετάνοια dictum, è lupinari. Æ. 21. sq. adde A. 49. sq.
Monasteria S. Thalelæi & aliorum Æ. 107. Qvadraginta qvinqve Sanctorum. Æ. 58.
Montanistæ, Μοντανοὶ A. 34. ἐν Φρυγίᾳ id. 35.
Mopsus vates, Mopsvestiæ conditor. Æ. lib. 5. cap. 5.
Moses 257. Æ. lib. 5. cap. 8.
Οἱ τῶν Μουσικῶν ἔργων τεχνῖται. 122. Vandalis ἀκούσματα συχνὰ καὶ θεάματα ὅσα μουσικάτε καὶ ἄλλως ἀξιοθέατα. 248. sq. μουσικοῖς ὀργάνοις χρῶντες ante portam in obsidione & excubiis cum canibus. 374. sq.
Myronis statuarii βοΐδιον Romæ 626.
Neapolis Christianos incolas jam olim (ἄνωθεν) habuit. 332.
S. Nicolaus. Vide Laurentius.
Ante Numam menses decem in anno Romano. 372.
Oraculum Oresti & Iphigeniæ datum 48. aliud de Palladio 349.
Osiris DEus Ægyptiorum in Taphosiri opido sepultus. Æ. lib. 6. cap. 1.
Παλαιστέρων τινὶ γεγραπται de populis ad Euxinum Pontum, sed minus accurate 566.
Palladis simulacrum καὶ τὸ λόγιον Æneæ à Diomede datum 349. sq. ubi plura de Palladio, uti de Palatio à Pallante qvodam dicto 225.
S. Pancratii porta Prænestæ & Romæ 357. seq. 381.
S. Panteleemonis templum. Æ. 22.

2011 Ministerio de Cultura

Paſtor & Aſclepiodorus, Rhetores Neapoli 328. 329. 336.
Pauli Apoſtoli porta Romæ 551. & templum 396.
Paulus Adrumetinus Sacerdos ἐφεσήκει τῇ τῶν νοσούντων ἐπιμελείᾳ 292.
Paulus Epiſcopus Alex. A. 78.
Paulus ἑρμηνεύς, ὃς γεγραμμασῦ παρ' Ἀντιοχεῦσιν ἐφοίτησεν 102. 106. 153. 159.
Paulus Romanus 440. alius Paulus Cilix 551. ſeq. alius 649.
Pelagius Diaconus Rom. ad Totilam legatus 501. ſeq. Totilæ in templo Petri Romæ occurrit, τὰ δ' ΧΡΙΣΤΟῦ λόγια ἐν χερσὶ φέρων. 513. Archidiaconus, Vigilii Epiſcopi Rom. nomine miſſus Alexandriam. A. 79.
Perſarum πυρεῖον ſanctiſſimum habitum, in qvo ignem æternum fovebant Magi. 147. Solem orientem adorant qvotidie 11. Sal per qvem pejerat Perozes Perſarum Rex, ab Hunnis in acie devexillo ſuſpenſus, atqve inde victi Perſæ. 12. vide & infrà in Lex.
Petri δ' τῶν ΧΡΙΣΤΟῦ ΑΠΟΣΤΌΛΩΝ κορυφαίου ſepulchrum & porta Romæ, antea Aurelia 359. muri pars Romæ in Apoſtoli tutela 368. τὸν τὸν ΑΠΟΣΤΟΛΟΝ σέβοντας Ῥωμαῖοι καὶ τιθῆπασι πάντων μᾶλιστα 368. Petri templum Romæ 367. 409. 513. 552. A. 76. Gothis etiam in honore 396.
Petrus Juſtini Imp. γραμματεύς, inde Dux 124. στρατηγὸς ſub Juſtiniano 34. 55.
Petrus Barſames, Syrus, ex numulario præfectus prætorio. A. 63.
Petrus Theſſalonicenſis, Rhetor Byz. legatus in Italiam ad Amalaſuntham 316. 317. 318. 319. 321. 322. 323. 324. 441. atqve inde Magiſter officiorum 442. A. cap. 16. & 24. legatus ad Choſroën Perſarum Regem 591.
Phidias Athenienſis ſtatuarius 626. Æ. lib. 1. cap. 11.
Φιλοσόφων τις ἐκ Περιπάτου. A. cap. 8. pag. 26. ejus dictum: ὡς καὶ τὰ ἐναντιώτατα ἐν ἀνθρώπου φύσει ξυμβαίνει εἶναι ὥσπερ ἐν τῶν χρωμάτων μίξει. id.
Οἱ Φοινίκων τὰ δεξιὰ ὁπόσα ἀναγραψάμενοι 257. Phœnicum lingva utuntur Mauri 258.
Photius Beliſarii privignus 319. 333. 356. A. 5. Conſularis A. 6. Monachus A. 11.
S. Platonis templum Æ. 15.

Poëta-

2011 Ministerio de Cultura

Poëtarum fabulæ de Scylla & Charybdi 326. 530. de Prometheo vincto. 566. Mysos ἀγχεμάχους appellant. Æ. lib. 4. cap. 7.
Porphyrius ceti piscis nomen 532. (al. Πορφυρίων) centum & qvinqvaginta amplius annorum, triginta fere longi cubitos, lati decem. id.
Praxiteles statuarius. Æ. lib. 1. cap. 11.
Πεγκίπιος, Πισίδης τὸ γένος 831.
S. Priscus. vide Laurentius.
Priscus Justiniani Imp. Ἐπισολογράφος. A. cap. 16. à Theodora cogitur Monachus fieri. id. p. 47.
Priscus Emesenus falsarius. A. cap. 28. pag. 80 seq.
Proclus Justini Imp. qvæstor. 30. A. cap. 6. & 9.
6) Νικηφόρου ὁμολογητοῦ *Canones Ecclesiastici XVII.* in libro secundo Juris Orientalis ab *Enimundo Bonefidio* Paris. 1583. 8. editi pag. 18. Græc. & Lat. p. 105. Atq; in Græcolatina *Marqv. Freheri* editione Francof. 1596 fol. p. 195. seq. tum T. 7. Concilior. Labbei p. 1297. & latine in appendice ad Bibl. Patrum Paris. 1579. & tomo VI. edit. Paris. 1654. Cæterum apud Zonaram, ubi illos exstare scribit Caveus, & qvi Catalogum Bibl. Barberinæ concinnavit, reperire haud potui. Ex his 2. 3. 4. 9. 12. & 16. non comparent inter *canones* illos *XXXVII.* qvos Græce & Latine edidit *Cotelerius* T. 3. monument. Eccles. Græcæ pag. 445. seq. à qvo pag. 451. seq. alias adhuc *novem* Διατάξεις Ἐκκλησιαστικὰς publicatas habes ex collectione qvæ complectebatur canones LXVI. Nam & Michaël Glycas p. 294. qvinqvagesimum primum laudat, & Cotelerio p. 652. observante ab aliis plures ab aliis pauciores clari illius Patriarchæ ac confessoris, qvo ipsis visum fuit, ordine ac modo colligi canones contigit. Eidem etiam Cotelerio debemus p. 453-463. *Epistolam* Nicephori, *responsiones ad 17. capita* ab Hilario & Eustratio proposita complexam. *Expositionem fidei* MS. memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. pag. 88.

Idem qvoq; fuerit cum nostro *Nicephorus Chartophylax* magnæ Ecclesiæ CPol. si verum est qvod notatur in Orthodoxographis, à Chartophylacis munere perveniisse ad Episcopatum Ecclesiæ CPolitanæ. At circa A. C. 560. vixisse tunc non potest, nullus enim illis temporibus Episcopus sive Patriarcha CPol. Nicephori nomine. Verum pul-

2011 Ministerio de Cultura

pulchre cum illa ſententia congruit qvod à Clariſſ. Caveo Nicephorus Chartophylax videtur claruiſſe circa A. C. 801. Patriarcham enim creatum A. 806. jam à me annotatum eſt. Sed viciſſim exſtant ad Nicephorum Chartophylacem interrogationes MSS. Maximi Monachi. Vide Lambec. lib. VI. pag. 56. Qvi Maximus ſi idem ſit cum Confeſſore A. C. 662. defuncto, etiam Nicephorum hunc ad ſæculum ſeptimum referri arq; à Patriarcha diſtingvi oportet. Utut ſit, Nicephori Chartophylacis *fragmentum ex Epiſtola ad Theodoſium* Monachum Corinthium *de ligandi ſolvendique poteſtate, latine* legitur in Orthodoxographis A. 1555. p. 936. & A. 1569. pag. 74. & ad calcem Philaſtrii, Baſil. 1539. 8. pag. 404. ſeq. atqve in qvibusdam Bibl. Patrum editt. ut Lugd. T. XII. pag. 547. & Colon. T. VII. & Pariſ. 1589. 1654. T. 3. *Epiſtolæ duæ* ad eundem *Theodoſium* de qvæſtionibus qvibusdam, Græce & Latine exſtant in jure Græco Romano Freheri pag. 341-344. & in editione Bonefidiana Græc. p. 197. & Lat. p. 233. Occurrit etiam latine in Appendice ad Bibl. Patrum Bigneanam A. 1579. & in cæteris qvas jam memoravi Bibliothecæ Patrum editionibus.

Vita Dionyſii Areopagitæ, qvæ Nicephoro CPolitano tribuitur in Catalogo Barberinæ Bibl. & exſtat in edit. Dionyſii Corderiana T. 2. pag. 204. petita eſt ex libro 2. Nicephori Calliſti Hiſt. Eccleſ. cap. 20. Qvemadmodum ſcholia in Syneſium eidem Nicephoro CPolitano adſcripta in eodem catalogo, conſtat eſſe Nicephori Gregoræ.

Alius fuit NICEPHORUS Presb. magnæ Eccleſiæ S. Sophiæ CPoli, cujus *Vita S. Andreæ* cognomine σαλοῦ ſive *ſimplicis* ſcripta poſt ſæculi decimi medium, qvæ Græce è MS. Vaticano & Mazariniano cum Conradi Janningi verſione & notis exſtat in Actis Sanctor. ad 28. Maji T. 6. & centum amplius paginas complet. Habetur & MS. in Bibl. Vindobonenſi. Vide Neſſelium parte V. pag. 173. Andreas vero iſte non fuit ſub Leone Thrace ſec. V. ſed Leone ſapiente, & deinceps, Sec. X. ut Janningus animadvertit. Allegat MS. Cangius ad Zonaram pag. 29. & alibi.

Alius qvoqve NICEPHORUS II. *Patriarcha CPolitanus* poſt Arſenium, antea Epheſinus Epiſcopus, clarus ſub Michaële Palæologo circa A. C. 1259. Incertum huic ne tribuendum *Onirocriticon*, qvod ſub Nicephori CPolitani Patriarchæ nomine verſibus jambicis fertur,

2011 Ministerio de Cultura

& ex Astrampsycho magnam partem est descriptum, de qvo dixi lib. 4. cap 13.

Alius deniqve NICEPHORUS *Philosophus* & *Rhetor* CPoli, qvi Oratione funebri celebravit *S. Antonium* cognomine *Cauleam*, Patriarcham CPolitanum, A. C. 895. defunctum. Exstat λόγος ille Πανηγυρικὸς Latine apud Surium & Bollandum ad XII. Febr. Græce MS. in Bibl. Cæsarea Vindobonensi, & fortasse in aliis.

Juvat hoc loco alios etiam referre Nicephoros, in qvibus primo memorandus loco:

NICEPHORUS GREGORAS, Byzantinus, Palamitarum strenuus adversarius, in Synodo CPol. A. 1351. à Callisto Patriarcha * cum cæteris Acyndini sectatoribus damnatus, in Monasterio consenuit, obiitqve post A. C. 1359. in qvo desinit ejus Historia. Vitam post Martinum Hanckium pag. 579. seq. de scriptoribus Hist. Byz. diligentissime descripsit Jo. Boivinus V. C. eamqve Historiæ Nicephori præmisit, elogia etiam qvamplurima præfixit & Catalogum scriptorum editorum ineditorumqve à Bernardo de Montfaucon Româ ad se transmissum, qvem hoc loco integrum inserere juvat.

Scripsit Gregoras per multa variæ eruditionis opuscula; qvorum pauca typis mandata; pleraq; autem extant Manuscripta in Codicibus Vaticanis, Cæsareis, Scorialensibus, Baroccianis, & aliis multis, ut Regios sileam: qvædam item videatur temporis longi injuria intercidisse. Eorum fere omnium notitiam dabit Index uberrimus ex R.P. D. *Bernhardi de Montfaucon* schedis, Roma ad Boivinium transmissis, & ex variis Codicum Manuscriptorum Catalogis concinnatus. Hunc tu qvæso Indicem, B. L. qvantumvis longum, totum oculis percurre. In tanta librorum copia, qvot hic videbis enumeratos, erit credo aliqvid qvod ipso argmento placeat; qvod amissum doleas; qvod ex Bibliothecarum pulvere erui cupias. Erunt etiam aliqva fortasse, qvorum jacturam facile feras. Mihi qvidem librorum Catalogos perlegisse hoc sæpe jucundum fuit, qvod ex iis intellexerim, deesse mihi multa, vel inutilia, vel etiam mala.

Opera Biblica.

1. De mensura Arcæ Noæ, ex Origene. Cod. Barocc. 48. 19.
2. Ex Prophetis majoribus & minoribus dicta excerpta, cum Prologo,

* Tomum illius Synodi edidit Combefisius in Auctario noviss. T. 2. p. 135. seq.

2011 Ministerio de Cultura

go, & commentariis. Cod. Cæsar. Vindobon. Theolog. 174. Vide & indicem Prologorum inter opuscula Rhetorica.

3. Αξίη ἔπλογὴ Θείων τινῶν ῥήσεων ϗ μακαρίου καὶ γενναίου Ἰὼβ, Συμβαλλομένη παντὶ χριστιανῷ εἰς ὠφέλειαν. Optimus delectus sacrarum qvarundam sententiarum beati, & fortis Jobi, cuivis Christiano utilissimus. Initium, καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, ϗ ἰδοὺ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παρίστηναι ἐνώπιον ϗ κυρίου Cod. Cæsar. Vindobon. Theolog. 174.

Dogmatica.

4. Antirrhetici & Steliteutici priores. Scripserat Gregoras libros in Palamam Antirrheticos, anteqvam a) Cantacuzenus Imperio potitus esset, ut ipse testatur, Historiæ libro XXV. (b) Eos decem fuisse indicat hoc programma, Codici Vaticano præfixum: πίναξ τῶν ἐκλεγέντων ἐκ τῆς καθόλου ἱστορίας Ῥωμαϊκῆς λόγων τοῦ χρηγορᾶ, καὶ συντεθέντων ἐνταῦθα τοῖς ΠΡΟΤΕΡΟΙΣ αὐτοῦ ΔΕΚΑ (c) ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΙΣ. Id est: Index librorum Gregoræ ex generali historia Romana selectorum, & cum DECEM ejus PRIORIBUS ANTIRRHETICIS hic conjunctorum. At in Colvilliano Scorialensis Bibliothecæ Catalogo d) (qvi in Mediolanensi sive Ambrosiana exstat Manuscriptus) indicantur tantum tres Stelitevticæ in Palamam, cum selectis Historiæ Romanæ decem libris conjuncti, idqve in duobus Codicibus; qvorum numeri sunt V. H. 19. & I. A. 4.

5. Antirrhetici posteriores. (e) Scripsit Gregoras libros decem Antirrheticos in Tomum Palamiticum, A. C. MCCCLIII. qvos statim post Tomum promulgatum minatus erat se editurum, ut constat ex his Agathangeli verbis: (f) ὡς ἀπειλῆς ἀνήνεγκας σχῆμα λόγοις ἀντιῤῥητικοῖς καταλύειν τὸν τόμον, ὃν αὐτοὶ νεωστὶ καὶ λάθρα συνθεῖναι πεπολμήκεσαν. Id est: Minatus es, te eorum Tomum orationibus Antirrheticis refutaturum; eum scili-

a) h. e. ante annum MCCCXLVII.
b) Eorundem meminit Hist. lib. 18. c. 7. f. 2. lib. 23. p. 697. lib. 24. p. 708. & 713.
c) Ita Cod. Vaticani titulus. At illi libri in Codice ipso desiderantur.
d) Cujus partem ex MS. Bibliothecæ Ambrosianæ Codice descriptam, cum Boivinio communicavit Nobiliss. Vir Friedericus Rostgardius.
e) de qvibus Boivinius in Gregoræ Vita,
f) qvæ apud Gregoram leguntur, Hist. lib. XXV.

2011 Ministerio de Cultura

cet Tomum, qvem noviſſime & clanculum ii componere auſi fuiſſent. In Colvilliano Catalogo hi qvoqve Antirrhetici indicantur g) (ſed octo tantum) cum hac inſcriptione: λόγοι ἀντιῤῥητικοὶ κζ' ξ' Παλαμικοῦ τόμου. Orationes antirrheticæ contra Tomum Palamicum. Additur, ὁ ϗ δεσμοφύλακας ἐνταῦτα λαθὼν, καὶ εἰςελθὼν καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ Ἀγαθάγγελος, τῶν πάλαι φοιτητῶν καὶ φίλων ἐστὶν εἷς, περὶ οὗ πλατυτέρως εἴρηται ἐν τῷ κδ. λόγῳ τῆς ἱστορίας αὐτοῦ. Agathangelus autem ille, qvi clam cuſtodibus ingreſſus cum eo in his Dialogis colloqvitur, veterum diſcipulorum, & amicorum unus eſt, de qvo fuſius diſſeruit Hiſt. lib. XXIV. In hos poſteriores Antirrheticos Philotheus Patriarcha libros duodecim edidit, qvi exſtant in Bibliotheca Regia. N. 1996.

6. Dialogus, cujus titulus: Τίνα δήποτε ἄρα θεὸς τὸν Ἄνθρωπον τλὴ δέχεω ἐποίησεν, ἢ τὸν θνητὸν, ἢ τὸν ἀθάνατον; Qvem initio DEus honem creaverit, mortalemne, an immortalem. Biblioth. Cæſar. Vindobon. Cod. Theolog. 174. Lambec. V. p. 288.

7. Qvæſtio ſoluta: Græce inſcribitur Περὶ ἧς τὸν αὐτὸν χάριν ὁ ὑμνῳδὸς ἐνδοξότεραν τῶν Σεραφὶμ τλὴ θεοτόκον ὑμνήσας, μετὰ τῆς προσθήκης ταύτης ϗ ΑΣΥΓΚΡΙΤΩΣ, ἀσύγκριτον τὸ συγκεκριμένον ἐποίησε. καὶ πρὸς τίνα ἢ δόξαν ὁρῶν, τοιύτῃ τὸν ὕμνον ἐξύφηνεν. Qvare auctor Hymnodiarum, poſtqvam Deiparam Seraphinis glorioſiorem cecinit, addito deinde adverbio INCOMPARABILITER, incomparabile eſſe ſtatuit id, qvod comparatum cum alio fuerat: it. ad qvam opinionem reſpexerit, cum hunc Hymnum compoſuit. Eodem Codice Cæſar.

8. Dogmaticæ diſputationes variæ, paſſim in Hiſtoriæ Byzantinæ libris dogmaticis.

Euchologica.

9. Εὐχαὶ, ſeu Precationes.

a) Ad CHriſtum, & ad Beatam Virginem. Biblioth. Cæſar. Vindobon. Cod. Theolog. 174.

b) Πρὸς τὸν βαζιλέα, ὡς ἀπὸ μητροπολίτου ἄρτι χειροτονηθέντα. Ad Imperatorem, * ex perſona Metropolitani recens inaugurati. Initium, ὁ μέγας, ϗ ὑψηλὸς ..... Cod. Vatic. 1086. fol. 214.

c) Ὡς

* Vel: *de Imperatore*.

2011 Ministerio de Cultura

c) Ὡς ἀπὸ μητροπολίτου, ἅρπ πρῶτον εἰσερχομένου εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν μητρόπολιν. ex persona Metropolitani, eam qvæ ipsi obtigit Metropolin primum intrantis. Initium, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θεὸς ἡμῶν. Ibid. fol. 215.

d) Εἰς βασιλέα, ὡς ἀπὸ μητροπολίτου, ἅρπ χειροτονηθέντ@ ad Imperatorem, vel de Imperatore, ex persona Metropolitæ modo electi. Initium ὁ Θεὸς ὁ μέγας κὴ ἰσχυρὸς &c. Ibid. fol. 216.

e) Ἐκφωνηθεῖσα, ἐπὶ τῇ εἰς τὴν Ἔφεσον εἰσόδῳ ἡμῶν. * pronuntiata super auctoris in urbem Ephesum ingressu. Initium, ὁ θεὸς ὁ αἰών@ &c. Biblioth. Cæsar. Vindobon. Cod. Theolog. 174.

f) Ἐπὶ θεμελίῳ οἴκου κὴ πόλεως. In jaciendo fundamento domus, vel urbis. Initium: Κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν γεῖραν &c. Ibid.

Philosophica.

10. Σύνταγμα συνοπτικὸν Φιλοσοφίας. Philosophiæ Compendium. Non liqvet an sit Nicephori Gregoræ. Catalogus Bibliothecæ Vaticanæ Morellianus qvi in Bibl. Reg. asservatur. fol. 5. 6.

11. Dialogus inscriptus, ΦΛΩΡΕΝΤΙΟΣ, ἢ περὶ σοφίας. *Florentius*, s. de Sapientia. Initium, πόθεν ἡμῖν ὁ καλὸς Φλωρέντιος; Cod. Reg. 3284. It. Vat. 1086. De eo Dialogo Gregoras ipse Hist. Byzant. Lib. XI. cap. 10. sect. 2. Lambec. V. p. 289.

12. Ὅτι οἱ περὶς ὁποτέραν σοφίαν ἐσχολακότες οὐ δικαίως ἂν ζοφοὶ λέγοιντο. ὑπακουσταὶ δ' μᾶλλον τῇ ἀληθείᾳ τῆς ὄντως ζοφίας. Qvi alterutri (sacræ & profanæ scil.) sapientiæ studuerint, eos non jure sapientes dici, sed potius imitatores reipsa ejus, qvæ vere sapientia est. Initium: μέγα μὲν ἀνθρώποις σοφία. Cod. Cæsar. Vindobon. Theolog. 174.

13. Περὶ τῶν μὴ καλῶς καὶ νέων καὶ παλαιῶν σοφῶν. ** De illis, qvi recentiores & antiqvos sapientes non rectè reprehendunt. Initium, λόγ@ ἐξαναστάντας τινὰς τῶν, ὡς δὴ τοῦτό φασι βρενθυόμενοι, τῶν (an τὰ?) πάντα εἰδότων. Eod. Cod.

16. Ad

* Videndum, utrum ea precatio sit Gregoræ, an Ephesi Metropolitæ.

** Incertum utrum Gregoræ, an Maximi Planudæ.

2011 Ministerio de Cultura

14. Ad eos qvi Fatum ſtatuunt. Indicatur à Poſſevino in Apparatu ſacro. Fortaſſe ea eſt Oratio, qvæ exſtat libro XXVIII. Hiſt. Byzant. cap. penult.
15. Ad Logothetam de magno piſce, & aliis animantibus. Poſſevin. in Apparatu ſacro.
16. Utrum bruta ſint ratione prædita. Catalog. Biblioth. Barocc. N. 48.
17. Viſionem non fieri extra mittendo. Ibid.
18. Aerem non eſſe natura frigidum. Ibid.
19. De fluviis & mari. Ibid.
20. De ſole, an ſit natura calidus. Ibid.
21. Utrum * anima ſit immortalis ſecundum Ariſtotelem. Ibid.
22. Relata eſſe ſimul natura. Ibid.
23. Terram eſſe natura ſiccam, & ſphæricam. Ibid.
24. Numerum ſeptenarium multis nominibus ſacrum eſſe. Ibid.
25. Dialogus *Φιλομαθὴς, ἢ περὶ ὑβριστῶν.* Vide Indicem Miſcellaneorum, infra num. 84.

Aſtronomica.

26. *Πρός τινα Φίλον, περὶ τῶν ὑβριζόντων τὴν ἀστρονομίαν.* Ad amicum qvendam, de iis qvi Aſtronomiæ inſolenter obtrectant. Ita Catalogus Bibliothecæ Vaticanæ Morellianus. At in Codice Vatic. 1086. fol. 128. Epiſtola extat, *τῷ μητροπολίτῃ Ἄπρῳ, περὶ τῶν ὑβριζόντων τὴν ἀστρονομίαν.* Initium, *τί τε ἄλλα διαπορθμεύουσι* &c. Vide indicem epiſtolarum, infra.
27. Epiſtola *ἀνεπίγραφος*, Initium, *Ὅιον Εὐωδίας περὶ τὸν ἀέρα χειθέσης.* Cod. Vat. 1086. fol. 204. Vide indicem Epiſtolarum.
28. Epiſtola, *πρὸς τὸν μέγαν Λογοθέτην τὸν συγγραφέα τῆς βίβλου, Παρακλητικὴ περὶ ἀστρονομίας.* Ad Magnum Logothetam ſcriptorem libri, exhortatoria, (an conſolatoria,) de Aſtronomia. Epiſtolam hanc, ut indicatur in Catalogo Morelliano, operi Aſtronomico Theodori Metochitæ, Magni Logothetæ præfixam fuiſſe apparet. Exſtat Hiſt. Byzant. lib. VIII. cap. 7. oratio ad Magnum Logothetam hoc titulo, *συμβουλὴ μὴ παρακλήσεως.* Atcadem in Cod. Vat. 1086. fol. 123. inſcribitur, *τῷ μεγάλῳ Λογοθέτῃ Παρακλητικὴ περὶ ἀστρονομίας.* Initium utrobiqve, *εἰ μὲν ἐπίσης*

* Gregoras, teſte Poſſevino, ſcripſerat qvædam in Ariſtotelem.

2011 Ministério de Cultura

σης ἅπαζιν ἅπαντα &c. Fortasse hæc oratio eadem est, atqve illa indicata à Morello Epistola.

28. Adde Epistolam, τῷ χρυσολωρᾷ, qvæ & ipsa est de Astronomia. Vide infra, in indice Epistolarum.

29. Πῶς δεῖ κατασκευάζειν ἀστρόλαβον. Qvomodo Astrolabum construi oporteat. Catal. Morell. fol. 26. It. Cod. Reg. 2737.

30. Πῶς δεῖ * κατασκευάζειν τλὸ ἐν ἀστρολάβῳ ἀραχνην. Qvomodo Aranea in Astrolabo construenda sit. Ibid. it. Cod. Reg. 2737.

31. Περὶ τῆς ἐν ἐπιπέδῳ καταγραφῆς τ ἀστρολάβε, προοιμιακὸς λόγ@ πρός τινα φίλον. De Astrolabi † in plano delineatione, præfatio ad amicum. Ibid. fol. 27. It. Cod. Reg. 2737. fol. 105.

De Paschate & Calendarii Correctione.

32. Πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσὴφ, περὶ τ πάσχα. Ἀπόδειξις ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων, κὴ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τλὼ τόπου διόρθωζιν. Adreverendum Josephum, de Paschate, ut jampridem in eo erratum sit, & qvomodo corrigi debeat. Initium, ἐπειδή μοι φίλος ἐῖ τῶν πάνυ. a) Exstat in Cod. Vatic. 1086. fol. 57. & editus est Hist. Byz. lib. VIII. cap. 13.

33. Ad eundem, ut videtur, de eodem argumento. Initium, αἱ δεύτεραί πως Φροντίδες, Εὐριπίδης Φησί που, σοφώτεραι. Cod. Vatic. 1086. fol. 79.

34. Τὸ διορθωθὲν πασχάλιον ὑπὸ Νικηφόρου Φιλοσόφου τ Γρηγορᾶ περὶ οὗ κὴ ὁ Ἄργυρος ἐν τῇ ῥηθείσῃ μεθόδῳ μνημονεύει. Paschalion à Nicephoro Gregora Philosopho correctum; de qvo Argyrus in methodo supra dicta b) loqvitur. Exstat in Uranologio Petaviano. Vide & Catalog. Morel. fol. 26.

* Recensetur à Ph. Labbe, in Bibliotheca nova, Nicephorus in Ptolemæi libros, cum Aristoxeno & aliis, sed is, ut puto Nicephorus Bryennius est, non Gregoras.

† Nicephori Astrolabus latine ex interpretatione Georgii Vallæ prodiit Paris. 1557. 8.

a) Idem est initium Dialogi, qvi inscribitur διάλογ@ δεύτερ@. Vide Miscellaneorum indicem infra.

b) Nempe opusculum illud subjunctum est Isaaci Argyri libro.

2011 Ministerio de Cultura

Historica, & Vitæ Sanctorum ac Virorum illustrium.

35. *Libri duodequadraginta Historiæ Byzantinæ*, in qvibus nonnulli merè dogmatici. Ex iis Libri undecim * priores editi sæpius.

36. *Oratio* encomiastica, prolixa & elegans, *in Imperatorem Constantinum Magnum*; dignissima (inqvit Nesselius) ut supplemento corporis historiæ Byzantinæ aliqvando inseratur. Cod. Cæsar. Hist. 104.

37. Ex Eusebii Historia Ecclesiastica. Cod. Cæs. Theolog. 174.

38. De vita, & moribus, & conflictu S. Patris *Michaëlis Syncelli*. Initium, νόμος οὗτος ἤνθησε πάλαι παρ' Ἕλλησι, καὶ μέγα τῷ χρόνῳ τὸ κράτος εἰλήφει. Leo Allat. de Symeon. pag. 100. (& de Synodo Phot. p. 542. ubi etiam Martyrium *S. Quadrati* à Gregora. scriptum laudat.)

39. Βιός καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας Βασιλίσσης. Vita & disciplina *S. Basilissæ* seu Reginæ. Initium, Νικομήδεια πόλις ἐστὶ Βιθυνίας. Cod. Vatic. 1086. fol. 197. Adnotat R. P. D. Bernhardus, eam Βασίλισσαν virginem & martyrem fuisse.

40. Vita *Johannis*, Heracleæ Ponticæ Archiepiscopi, qvi avunculus fuit auctoris. Indicatur ab ipso Gregora. Hist. Byzant. lib. IX. cap. 7.

41. Vita *Antonii* Patriarchæ Constantinopolitani, *Cauleæ* dicti. Initium, εἰ ἦ καὶ θνητῷ φύσιν, (an ἔχει?) ὁ χρόνος, καὶ πάντων ἐστὶ πατὴρ, ὁπόσα φθορὰ καὶ γένεσις βόσκει. Leo Allat. de Symeon. pag. 87. Exstat apud Bollandum ad diem 12. Febr.

Grammatica.

42. Τεχνολογία γραμματικῆς, *Ars Grammatica*. Indicatur à Morello, in Catalogo Biblioth. Vatic. fol. 5.

43. Παραπολουθήματα καὶ ζητήματα γραμματικά. Incertum an Gregoræ. *Enarrationes* (an glossæ?) & *quæstiones Grammaticæ*. Catalog. Morell. ibid.

44. Περὶ κανόνων ἀστασίας. *De instabilitate Regularum*. Exstat in Cod. Reg. Fortasse ii sunt κανόνες ὀνομάτων, indicati à Morello, fol. 5. Catal. Bibl. Vat.

45. Περὶ

* Libri XXIV. exstant in Boiviniana editione. De hoc opere Historico accuratius dicturus sum infra ad calcem hujus Catalogi.

2011 Ministerio de Cultura

45. Περὶ ὀρθογραφίας. Initium, τὸ ἀ δασύνεται. Catal. Bibl. Barocc. N. 48. Incertum an Gregoræ.

46. Περὶ ἀντισοίχων, ſ. *de vocibus, quæ variè ſcriptæ, varia ſignificant*, ut, ἁγνὸς, purus; ἄγνως, ignotus. Idem Catal. ibid.

Rhetorica, & Panegyrici.

47. Μελέτη πρεσβευτική, Declamatio Legatorum. Initium ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι &c. Argumentum ſumtum ex *Thucydide*. Lacedæmonii cum Thebanis Platæam exercitu infeſto petebant. Ad eos legati Platæenſes veniunt, & ut ne bellum inferant, petunt. Cod. Vat. 1086. fol. 167.

48. Συμβουλευτικὸς εἰς τὴν θείαν, καὶ ἱερὰν σύνοδον. Svaſoria ad ſacroſanctam Synodum. Initium, ἐμοὶ μὲν οὕτως ἔχειν πρὸς τὸν παρόντα ἀγῶνα &c. Exſtat hæc oratio in fine libri decimi Hiſtoriæ Byzant. Exſtabat etiam in MS. Cod. Vatic. 1086. Sed hodie ſuperſunt tantum primi duo verſiculi: cætera abſciſſa, nempe eo qvod hæc oratio in Latinos ſcripta ſit.

49. Παραινετικὸς τῇ Βασιλίσσῃ ἐξ αὐτοσχεδίου συντεθειμένος ἐπὶ τελευτῇ τῆς φιλαδελφείας κυροῦ θεολήπτου. Ad Imperatricem, de obitu Dom. *Theolepti*, Philadelphiæ (Epiſcopi,) paræneticus ex tempore compoſitus. Initium, Βασίλισσα, τὸ μέγα ἐν γυναιξὶ, καὶ πρᾶγμα, καὶ ὄνομα. Βασίλισσα, τὸ ἱερὸν ἔσχατον κειμήλιον. Cod. Cæſar. Vindobon. Theolog. 174.

50. Ἔκφρασις τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ. *Chriſti reſurrectionis depictæ enarratio.* Initium. πάνυ μοι δοκεῖ τῶν ἀτοπωτάτων εἶναι, παῖδας μὲν Ἑλλήνων φιλοτιμεῖσθαι τῆς κακοδαίμονος αὐτῶν πλάνης ἑορτάς τε, καὶ θέατρα Cod. Cæſar. Theol. 174.

51. Λόγος εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Μερκούριον. Oratio in ſanctum & Magnum Martyrem *Mercurium*. Initium, καὶ κυβερνήτης μὲν πρὸς a) ἄνεμον σφαλλόμενος b) βίον Cod. Vatic. 1086. Leo Allat. de Symeon. pag. 97.

52. Εἰς τὴν ὁσίαν θεοφανὼ τὴν βασιλίδα. In S. *Theophanonem* Imperatricem (Leonis ſapientis uxorem.) Initium, πολλοί μοι πολλάκις τῶν ἀρετῆ, καὶ σωφέσει διαφερόντων πεφύκασιν ἄλλοτε ἄλλοι παραινοῦντες, καὶ συμβουλεύοντες. Cod. Cæſar. Theolog. 279. Allat. de Symeon.

a) forte ἀνέμων. b) forte βίαν.

2011 Ministerio de Cultura

Symeon. pag. 107. Cod. Vatic. 1086. fol. 23. Notandum, qvod ait Gregoras in exordio, se multorum Sanctorum vitam, & Martyrum certamina descripsisse.

53. Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, Δαλαμβάνων τὴν γέννησιν, καὶ τὴν εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἴσοδον, καὶ ἀνατροφήν. *De sanctissima Virginis* DEI *matris nativitate, ingressu in Sancta Sanctorum, & educatione.* Initium, ἀκούω Μωσέα τὸν μέγαν, τὸ ξένον ἐκεῖνο θαῦμα τῆς βάτου πάλαι. ☞ Εἰσερχέσθω δέλτα. Cod. Cæsar. Histor. 104. Vatic. 1086. fol. 179. Allat. de Symeon. pag. 82.

54. Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου. *In Annuntiationem sanctissimæ DEI matris.* Initium, ἐμοὶ (vid. Histor. Byz. lib. XIII. cap. 1. s. 4. & lib. XXII. pag 662.) δὲ τῶν ζωγράφων πολλάκις ἐκείνους ἐπῄει θαυμάσαι, καὶ τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Cod. Vatic. 1086. fol. 131. Cod. Cæsar. Hist. 104. Allat. de Symeon. pag. 88.

55. Τῇ παναγνῷ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ εὐχαριστήριος, ὡς ἐκ τῆς βασιλίδος Εἰρήνης. *Castissimæ DEI matri gratiarum actio, ex persona Irenes Augustæ.* Cantacuzenus Byzantio potitus est post Festum Purificationis, proximè subsequta nocte. Idcirco ejus uxor Irene rogavit Gregoram, ut sibi orationem scriberet, ad agendas B. Virgini gratias: qvæ oratio, cum accurate esset ab illo lucubrata, Cantacuzeno valde displicuit hac ratione, qvod victoria non Imperatoris prudentiæ, sed tota DEI-matri accepta ferretur; qvasi hæc Cantacuzenum, ligneo feretro impositum, in Urbem mortuum importasset; ὥσπερ ἂν εἰ νεκρὸν ἄρχοντα κεκόμικε, φησὶν, αὐτὸν ἐκείνη μὴ ξυλίνου τινὸς κραββάτου. Gregoras Hist. Byzant. lib. XXVI.

Orationes in laudem Sanctorum à Gregora cōpositæ, legebantur in ecclesiis vivo auctore. Id ex libro Historiæ XXIV. discimus; ubi duo Palamitæ, Cabasilas & alter qvidam, illi sic minantur: τῶν μὲν σῶν λόγων, ὅσοι ἐπ' ἐκκλησίαις ἐν ταῖς τῶν ἁγίων ἀναγινώσκονται μνήμαις, τὺρ δαπανήσει πολέμιον, καὶ ἀντίθετον ἅπαντας ἐν βραχεῖ ποιήσαντος τοῦ βασιλέως. οὐ γὰρ ἄπωθεν γενὼν ἔξω που ῥιφήσῃ τῆς πόλεως. *Quotquot orationes tuæ per Ecclesias leguntur in Sanctorum commemorationibus, eas omnes flamma inimica, & infesta jussu Impe-*

2011 Ministerio de Cultura

*Imperatoris brevi absumet. Tu vero, cum obieris, aliquo extra urbem projiciere * insepultus.*

56. Ἐγκώμιον εἰς τὸν βασιλέα. *Oratio in laudem* ** *Imperatoris.* Initium, ἔστι τις λίθος τοῖς τραπεζίταις. a) Amabat Imperator opera *Platonis.* Gregoras eam dicendi materiam nactus, ostendere conatur Imperatoris facta cum Platonis dictis congruere. Cod. Vatic. 1086. fol.

57. Εἰς τὸν βασιλέα, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν ἐκ Μακεδονίης Φασὶν &c. *In laudem Imperatoris, Jonica dialecto.* Initium, Ἀλέξανδρον τὸν ἐκ Μακεδονίης Φασὶν &c. Cod. Vatic. 1086. 159.

58. Εἰς τὴν Φρόνησιν τοῦ βασιλέως. b) *De Imperatoris prudentia;* Initium, εἰ μὲν ἦν μοι ὁρᾶν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ. Edita est hæc Oratio, Byzant. Hist. lib. VIII. cap. 8.

59. Εἰς τὸν βασιλέα περὶ ἑαυτοῦ. *Ad Imperatorem, de seipso.* Initium, Περὶ μὲν ἐμαυτοῦ, καὶ ὡς οὔπω μοι καίρια. Ea est oratio, qva oblatam sibi ab Imperatore *Chartophylacis* dignitatem accipere recusavit. Edita est, Hist. Byz. lib. VIII. cap. 9. In Cod. Vatic. 1086 male inscribitur, εἰς τὸν βασιλέα, περιάρχειν αὐτὸν ποιῆσαι βουλόμενον. In laudem Imperatoris, qvi Patriarcham eum facere volebat.

60. Προσφωνητικὸς εἰς τὸν μέγαν αὐτοκράτορα τῶν Ῥωμαίων Ἀνδρόνικον Δοῦκαν Ἄγγελον Παλαιολόγον, περὶ τῆς ἐνούσης τούτῳ φιλανθρωπίας, ἡνίκα καὶ

* Hoc factum postea, testatur ac dolet Jo. Cyparissiota serm. IV. Palamiticarum transgressionum serm. 4. cap. 1. *Spectandum illud corpus magni fidei veræ præconis diu ludibrio habitum & circumlatum, ejus nempe viri quo nec inter Philosophos quisquam excellentior, nec inter Ascetas disciplinæ observantior, nec in obeundis pro religione certaminibus, nec in iis quibus tentatores eum vexarunt persecutionibus, contumeliis, carcerisque angustiis tolerandis constantior fuit, admirandi inquam illius* Nicephori Grægoræ, *de quo per utramque appellationem nihil DEus aliud significavit, nisi eum animo vigili & exporrecto victorias ab hostibus veritatis reportaturum.* ** Cantacuzeni.

a) ὁ παρὼν λόγος ἀφορμὴν εἰληφὼς τὸν τοῦ βασιλέως πρός τι τοῦ Πλάτωνος ἔρωτας πειρᾶται δεικνύειν, καὶ συγγενῆ τὰ τούτου πράγματα πρὸς τοὺς ἐκείνου λόγους.

b) In Cod. Vatic. fol. 54. inscribitur εἰς τὴν Φρόνησιν καὶ τὴν ἐνγλωττίαν τοῦ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου.

2011 Ministerio de Cultura

τὸ ἡμέτερον τῇ νόσῳ ϛαλαιπωρέμενον ἐπεσκέψατο. ὃν ὕπω καθαρῶς ἀπαλλαγέντες τ πάθους, αὐτίκα ἀμειβόμφοι κ δύναμιν, κὴ τὸν παρόντα λόγον εἰς εὐχαριστίαν ἐκπεπονήκαμφ. *Prosphoneticus ad magnum Imperatorem Romanorum, Andronicum Ducam Angelum Palæologum, de ejus humanitate, qua factum est, ut & nos ægrotantes inviseret. Nos autem morbo nondum plane levati, pro virili eum statim remunerantes, hac oratione gratias egimus.* Cod. Cæsar. Theol. 174.

61. Εἰς τὸν βασιλέα κῦρον Ἀνδρόνικον τὸν νέον. *Ad Imperatorem Dom. Andronicum Juniorem.* Initium. ὡς λίαν ἡδὺς κὴ φαιδρὸς ἡμῖν ἐπανήκεις ἐκ τῶν τροπαίων. Gratulatoria. Cod. Vatic. 1086. fol. 33.

62. Encomium Patriæ tribuitur Gregoræ in Catalogo Bibliothecæ Baroccianæ num. 116. At est Luciani.

63. Εἰς τὴν ἀμυγδαλῆν. In Amygdalam. Est encomium ejus arboris. Subjuncti sunt Senarii Jambici decem. Cod. Vatic. 1086. fol. 46.

Prologi & Proœmia.

64. Πρόλογ@ εἰς τὸ κ Σωσάνναν διήγημα. *Præfatio in narrationem de Susanna.* Initium, οὐκ ἔμελλεν οἰμαι ἐδὲ τὸ τῶν γυναικῶν φῦλον χωρὶς ὑποδείγματ@. Cod. Cæsar. Theol. 174.

65. πρόλογος ἐγκωμιαστικὸς εἰς τοὺς θεσπεσίους, κ μακαρίους προφήτας, ἢ τῇ παρ' ἡμῶν σὺν θεῷ φιλοπονηθείσῃ τῶν καιριωτάτων αὐτῶν ῥήσεων συλλογῇ, μ τῆς προφερούσης αὐτὰς ἐξηγήσεως. *Præfatio encomiastica, de divinis & beatis Prophetis, accommodata operi, in quo eorum dicta Deo juvante collegimus, addita interpretatione convenienti.* Initium, πάντων μὲν ἐγὼ θείων λόγους ἀνδρῶν. Cod. Cæsar. Theol. 174.

66. πρόλογ@ Διὰ βραχέων ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν Ὅμηρον, ὅπως τε, κὴ μεθ' ὅσας τῆς γνώμης τὰ κ τὸν Ὀδυσσέα ἐπραγματεύσατο. *Præfatio brevis encomiastica, de Homero, quomodo, & quo consilio Odysseam composuerit.* Initium, ποιηταὶ μὲν, κὴ ῥήτορες, κὴ ὅσοι τὸν φιλόσοφον εἵλοντο βίον. Cod. Cæsar. Theolog. 174.

67. προοίμιον εἰς πατριαρχικὸν σιγίλλιον. *Exordium Patriarchalis Diplomatis* sive Bullæ. Initium, εἰ ἦ κ πάντα μαραίνεται. Cod. Vatic. 1086. fol. 211.

68. Aliud

2011 Ministerio de Cultura

68. Aliud. Ibid. fol. 213. Initium. ἐπειδήπερ ἐν κρίσει.

69. προοίμιον χρυσοβούλλου. *Exordium bullæ aureæ.* Initium: πολλῶν ὄντων ὁπόσα τλὼ C. Ibid. fol. 216.

70. προοίμιον εἰς Διαθήκλω. *Exordium Teſtamenti.* Initium, γῆ εἰ, καὶ γὴ εἰς γλῶ ἀπελεύσῃ. Ibid. fol. 213.

Teſtamenta.

71. Διαθήκη, ὡς ἀπὸ πατριάρχου Ἰωάννου τ Γλυκέ@. τὰ ἔσχατα πνέοντ@. *Teſtamentum, tanquam Patriarchæ Johannis Glyceos, extremum Spiritum efflantis.* Init. καὶ πᾶσι μὲν ἀνθρώποις θανάτου μεμνῆσθαι. Eſt Exordium Teſtamenti, non Teſtamentum ipſum; & editum exſtat, Hiſtor. Byzant. lib. VIII, cap. 2. Exſtat etiam in Cod. Vatic. 1086. fol. 210.

72. Διαθήκη ὡς ἀπό τιν@ μοναχοῦ, *Teſtamentum, tanquam alicujus Monachi.* Initium, εἰ μὲν ἦσαν ἡμῶν αἱ ψυχαί &c. Ibid. fol. 213.

73. Διαθήκη, ἀπὸ τ Πελοποννησίου μεγάλου πρωτοσυγκέλλου. *Teſtamentum, tanquam magni Protoſyncelli Peloponneſii.* Init. εἰ μὲν ἀθανάτων ὁ παρὼν ἐτύγχανε βί@. Ibid.

74. Ὡς ἀπό τιν@ πρὸς τὸν βασιλέα * *Tanquam alterius cujuspiam, Imperatorem alloquentis.* Initium, πολλακις αἰτήσας, καὶ πολλάκις &c. Cod. Vatic. 1086. fol. 213.

Monodiæ.

75. Ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ μεγαλωτάτ βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, ſeu τ βασιλεως Ἀνδρονίκου τ γηραιοῦ. *In obitum Maximi Imperatoris Andronici Palæologi*, Senioris ſcilicet. Initium, τὸ μὲν τῆς συμφορᾶς μέγεθ@. Edita exſtat. Hiſt. Byzant. lib. X. Exſtat etiam in Cod. Vatic. 1086. fol. 208. it. in Cod. Colbert. 4950.

76. Ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ σοφωτάτου μεγάλου Λογοθέτου. *In obitum ſapientiſſimi viri, Magni Logothetæ.* Initium, ἐμοὶ δὲ, ὦ παρόντες, ταυτὸν π Edita exſtat eodem Hiſt. Byz. libro It. in Cod. Vatic. 1086. fol. 208. & in Cod. Colbert. 4950. (Vulgavit etiam Græce & Latine ad calcem Hiſtoriæ qvam, cum pars Annalium Glycæ eſſet, Theodoro Metochitæ perperam tribuit Jo. Meurſius

* Incertum, an Epiſtola, an Teſtamenti exordium,

2011 Ministerio de Cultura

sius Lugd. Bat. 1618. 4. Subjicitur etiam cum Meursii versione Annalibus Glycæ ex edit. Labbei, Paris. 1660. fol. p. 384. seq.

77. Εἰς τὸν βασιλεά νέον Ἀνδρόνικον. *In obitum Imperatoris Andronici Junioris.* Initium, ἡμεῖς δὲ, ὦ παρόντες, Πινικίους ᾄδειν. Edita est, Hist. Byz. lib. XI. Exstat etiam in Cod. Vatic. 1086. fol. 188.

78. Ἐπὶ τῷ χούμνῳ κυρῷ Ἰωάννῃ, ἀποτεταμένη πρὸς τὴν θειοτάτην Βασίλισσαν, μετ' Βραχείας τινὸς παραινέσεως παραμυθουμένη τὸ ἄλγος. *In obitum Dn. Joannis Chumni, ad Divam Imperatricem;* a) cujus dolorem hæc Monodia solatur, adjuncta brevi b) admonitione. Init. ἀθλητὰ μὲν καὶ πύκτας, καὶ παιδοτρόμους. Cod. Cæsar. Theolog. 174.

79. Ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Φιλτάτου Καλλιέργου. *In obitum clarissimi Calliergæ.* Init. ὦ θετταλῶν πόλις, τίνα μὲν Ῥωμαίων κοινῇ πρότερον, καὶ νῦν δὲ κατ' ἐμοῦ τὴν ἔχθραν ἀνηρημένη. Eod. Cod.

80. Παραμυθητικὸς εἰς τὸν Βασιλέα, ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. *Ad Imperatorem consolatoria, de obitu Matris.* Initium, σὲ δὲ ὦ μέγιστε καὶ θειότατε Βασιλεῦ, πολλάκις. Edita, Hist. Byz. lib. X. cap. 6.

Philologica & Miscellanea.

81. Ἐξηγήσεις τῶν εἰς τὸ γελοιωδέστερον τοῖς παλαιοῖς ἐρρημένων. *Eorum, quæ à veteribus obscurius* c) *dicta sunt, enarrationes.* Indicantur ab ipso Gregora, Histor. lib. XVIII. cap. 7. sect. 2.

82. *Commentarius in librum Synesii de insomniis;* cum præfatione ad Magnum Logothetam. Exstat MS. in Codicibus Regiis; & in lucem editus est à Petavio cum operibus Synesii. Latinus vero interpres *Pichonius* Gregoram in libri inscriptione Patriarcham Constantinopolitanum fecit.

83. Ἀντιλογία πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι οὐκ ἔστι ταπείνωσις ἐν ἀνθρώποις. *Adversus eos, qui dicunt, Humilitatem apud homines locum non habere.* Initium, ἔχω σοί τι διηγήσασθαι, ὦ Φίλε Ξενόκρατες. Cod. Vatic. 1086. fol. 49.

84. Φιλομαθὴς, ἢ περὶ ὑβρεισῶν, Διάλογος, *Philomathes, seu de contumeliosis, Dialogus.* Init. ἐπειδή μοι Φίλος ἐξ ἀγορᾶς. Personæ collo-

a) Evlogiam, ut opinor: de qva lib. Hist. Byzant. 29.
b) vel adhortatione. c) *Facta* Græc. Sed legendum fortasse εἰρημένων.

2011 Ministerio de Cultura

colloqventes, Aristobulus & Philomathes. Cod. Vatic. 1086. fol. 60. Fortasse is est Dialogus indicatus in Catalogo Morel. fol. 21.

85. Opusculum initio mutilum; Cujus auctor narrat commissam versus Peloponensum navalem pugnam, fratrem vero suum vulneribus confossum, & paucis post diebus extinctum lamentatur. Cod. Vatic. 1086. (ante fol. 22.)

Poëmata.

86. Codici Vaticano 1086. præfixus est hic titulus: τῶν ϛ Νικηφόρου γρηγορᾶ ποιημάτων βιβλίον δεύτερον. Ea inscriptione qvidam decepti putaverunt, Gregoræ Poëmata exstare in Biblioth. Vatic. sed eo loco ποιήματα non carmina significat, sed qvælibet scripta sive opera. Versus paucissimos à Gregora conditos fuisse existimo. Exstat in * Codice Vaticano 1086. fol. 46. post Orationem εἰς τὴν ἀμυγδαλήν, Jambicum de amygdala arbore Decastichon. Init. Ἀμυγδαλῆς ἤνθησεν ἡμῖν ἡ Φράσις. Exstat etiam Tetrastichon, in obitum Theodori Metochitæ, initio Codicis Regii 2541. & est minime modulatum.

Epistolæ.

87. ΑΓΓΕΛΩ. Initium, Οἱ ϛ νομίζοντός σοι τὸ γράμμα γενήτορες. Cod. Vat. 1086. fol. 218.

Ἁγιωτάτοις τριτὴν ϛ &c. πρὸς οὓς ἔσειλε καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ. Initium: Τὸ τῆς Φιλαλληλίας χρῆμα καὶν τοῖς &c. memorat qvosdam libros ab se conscriptos, iisdem missos. Cod. Vatic. fol. 92.

ΑΘΑΝΑΣΙΩ (ἁγιωτάτῳ ΑΘΑΝΑΣΙΩ, τῷ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΩ.)

Σὲ δὲ θαυμάζειν οὐ χρή. Cod. Vatic. fol. 91.

ΑΚΙΝΔΥΝΩ,

Ἐγένετό τις ἀνὴρ, Κλεόδημος ὄνομα. Familiaris Cod. Vatic. fol. 120.

ΑΝΔΡΟΝΙΚΩ, τῷ ΖΑΡΙΔΗ.

Οἵμης μὴ ἀνεγκλήτους καθάπαξ. De itinere, & qvæ in via sibi acciderint. Cod. Vatic. fol. 141.

* Tamen, ut Poëta laudatur à Lampeno Tarchaniota Epist. ad Gregoram.

2011 Ministerio de Cultura

Καὶ Πλάτων ὁ Αρίσων & ὁυ μιᾶς. Philologica. Cod. Vatic. fol. 168.

Εἰσὶν οἵ σε Φασὶ, καὶ αὐτὰ δὴ ἤδη. Philologica. Cod. Vatic. fol. 172.

ΒΕΚΩ, (τῷ μεγάλῳ οἰκονόμῳ.)

Λόγ& τοὺς Πυθαγορείους οὕτω πι. Philosophica. Cod. Vatic. fol. 178.

ΓΑΒΡΑ,

Οἶδα τὸν ὁυ πολλῶν. Cod. Cæsar. Theolog. 174.

ΓΕΩΡΓΙΩ (τῷ ΛΑΠΙΘΗ) De Ecclesia Constantinop. in errorem lapsa. Desideratur ea epistola; de qva Cantacuzenus Hist. lib. IV. cap. XXIV.

ΓΛΑΒΑ, (τῷ μεγάλῳ διοικητῇ)

Λέγεται πρὸς ἄλληλα στοιχεῖα πωθέσθαι. Philologica. Cod. Vatic. fol. 126.

ΓΛΑΒΑ, (τῷ μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης.)

Οὐκ οἶδ' ὅ, τι τις ἂν ἐν τῷ βίῳ νοῦν ἔχων. Cod. Reg. 2257. fol. 265.

ΓΛΥΚΕΙ, (τῷ ἡγῷ τοῦ πατριάρχου.)

Ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον ὁ σὸς ἐντέτηκε πόθ&. Familiaris. Cod. Vatic. fol. 175.

ΔΕΜΗΤΡΙΩ. (τῷ ΚΑΒΑΣΙΛΑ, κυρῷ ΔΗΜΗΤΡΙΩ.)

Ἔπεισί μοι γυναῖε θαυμάζειν. Philolog. & Philosoph. C.V. f. 148. Vide & & infra, in K.

ΖΑΡΙΔΗ. Vide supra, in ΑΝΔΡΟΝΙΚΩ.

Θείῳ (τῷ θείῳ τοῦ βασιλέως) Vide infra, τῷ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΗΝΩ.

ΘΕΟΔΟΤΛΩ, (τῷ σοφῷ ΘΕΟΔΟΤΛΩ, τῷ μαγίστρῳ, εἰς Θεσσαλονίκην.

πολλοί μοι τὸν σὸν ἐμήνυσαν. Philologica. Cod. Vatic. fol. 108.

πρότερον μὲν ἡμῖν ἐδέησε λόγων. Cod. Vatic. fol. 109.

ΙΩΣΗΦ (τῷ Φιλοσοφωτάτῳ.)

Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου, καὶ ὅσοι. Philosophica. Cod. Vat. fol. 99.

Ἐστὶ πόλις παράλι& Ἕλλησὶ &c. Σινώπη. Philologica. Cod. Vatic. fol. 155.

ΚΑΒΑΣΙΛΑ.

Ὅσα μὲν δὴ ἕτερα πρόσειται. Agit de scriptis suis Imperatori nuncupatis. Cod. Vatic. fol. 177.

Ἥκει τις ἡμῖν ἐκ βασιλέως πρόσειται σουδῆ, τοὺς ἐμοὺς ἐξαιτούμε& λόγους. Ejusdem argumenti, brevissima. Cod. Vatic. fol. 178.

Τῷ

2011 Ministerio de Cultura

Τῷ καθολικῷ κελτῇ Vide ſupra ΑΓΓΕΛΩ.

ΚΑΛΟΕΙΔΑ, (τῷ σεβαςῷ.)

Τὸν πυθαγόραν ἐκεῖνον τὸν Σάμιον. Philologica, Cod. Vatic. fol. 94.

Τὴν ἀλώπεκα τοῖς λαγῳοῖς. Philologica. Cod. Vatic. fol. 204.

ΚΑΡΒΩΝΗ.

Ὁρῶν τοὺς πολλοὺς, ὦ βέλτιστε, πῆς. Philologica. Cod. Vatic. 176.

Τῷ Κρήτης (Μητροπολίτη.)

Η μὲν δὴ βίβλος. Cod. Cæſar. Theol. 174.

ΛΑΜΠΗΝΩ. (ἀμοιβαία εἰς τὸν πρωτονοτάριον τὸν ΛΑΜΠΗΝΟΝ.)

Ἔθνος ἐστὶ Περσικόν. Philologica. Cod. Vatic. fol. 103.

ΛΑΠΙΘΗ vid. ſupra in ΓΕΩΡΓΙΩ.

ΛΕΟΝΤΙΩ.

Τὴν μὴ Ἐπικτήτου κτῆσιν κτήσασθαι. Philologica. Cod. Vatic. fol. 193.

ΛΕΠΕΝΤΡΗΝΩ.

Δυοῖν τῶν ἡγεμονικωτέρων ὑσῶν διαθήσεων. Philologica. Cod. Vatic. fol. 157.

ΛΟΥΚΙΤΗ, (τῷ πρωτοβεσιαρίῳ τῆς Τραπεζοῦντος.)

Παρεκάθηντό μοι τῶν ἐλλογίμων πολλοί &c. Philologica. Cod. Vatic. fol. 110.

ΜΑΞΙΜΩ (τῷ ὁσιωτάτῳ καθηγουμένῳ τῆς μονῆς τοῦ Χορταΐτου.)

Οἶδε καὶ μόλις ὥσπερ ἐκ βαθέος. Conſolatoria. Cod. Vatic. fol. 121.

Ὅσα τῶν ἐν τῇ ψυχῇ γινομένων παθῶν. Conſolatoria. Cod. Vatic. fol. 128.

Αλέξανδρόν φασιν ἐκεῖνον τὸν Μακεδ. Cod. Vatic. fol. 140.

Θαλῆν τὸν Μιλήσιον ἔγωγε. Philologica. Cod. Vatic. fol. 145.

ΜΑΞΙΜΩ, (τῷ μαγίςρῳ.)

Πολλάκις κατ' ἐμαυτὸν ἐπῄει τεθρυλλακότι. Familiaris & Philologica. Cod. Vatic. fol. 126.

ΜΑΤΘΑΙΩ, (τῷ Ἐφέσου.)

Ἤρετό ποτε κοιλοιὸς ἀηδόνα. Philologica. Cod. Vatic. fol. 130.

Μεγάλῳ Διοικητῇ (τῷ ΓΛΑΒΑ.) Vide ſupra, in Γ.

Μεγάλῳ Δομεστίκῳ.

Κύρος ἐκεῖνος ὁ Καμβύσου. Philologica. Cod. Vatic. fol. 84.

Αἰσώπου τοῦ Φρυγὸς οὐκ ὀλίγοι τὸν βίον. Philologica. Cod. Vatic. fol. 99.

2011 Ministerio de Cultura

Ἐπειδή σε πρᾶξιν ὁρῶμεν ἅπασαν. Philologica. Cod. Vatic. fol. 103.
Γινώσκοντες οἱ πολλοί με φιλοῦντα. Laudat bellicam ejus virtutem, Cod Vatic. fol. 107.
Οἱ πολλοί με τὰ μέγιστα δύνασθαι πρὸς σοί. Commendatitia. Cod. Vatic. fol. 190.
Ἐγὼ δὲ τὸν Ὁμηρικὸν &c. Philologica. Vatic. Cod. fol. 219.

Μεγάλῳ Δρουγγαρίῳ.

Μακρὸς ἤδη ὁ χρόνος, ἐξότου σοι. Encomiastica. Cod. Vatic. fol. 111.
Ὁ μὲν κοινῇ τῇ τῶν ἀνθρώπων. Encomiastica. ibid. ἐν πάθοις ἀνθρώπων ἐδούλευεν ἅδης. Encomicastica. Cod. Vatic. fol. 113.

Μεγάλῳ Λογοθέτῃ

τὸν μὲν ἐμὸν εἰς τὸν ὁμώνυμον ἔρωτα. Philolog. Cod. Vatic. fol. 125.
Τοὺς τῶν Αἰγυπτίων ἱερογραμματ. Philolog. Cod. Vatic. fol. 164.
His addenda epistola ἀστρονομικὴ περὶ ἀστρονομίας, de qva supra, in opusculis Astronomicis. Cod. Vatic. fol. 123.

Μεγάλῳ Οἰκονόμῳ vide supra, in ΒΕΚΩ.

Μεγάλῳ Πρωτοβεστιαρίῳ

πάλαι μὲν ἤνεγκεν ἡ τὰ μέγιστα πάλαι. Philog. Cod. Vatic. fol. 162.

Μητροπολίτῃ Ἄρτης, περὶ τῶν ὑβελιζόντων τὴν ἀστρονομίαν. Vide supra inter Astronomica.

Μητροπολίτῃ Θεσσαλονίκης. Vide supra in ΓΛΑΒΑ.

ΜΗΤΡΟΦΑΝΗ.

Ἀπαλλάξαντι Ἀλεξάνδρου πάλαι. Philologica, & de Imperatore carptim. Cod. Vatic fol. * 113. & fol. 196.

ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΩ, Vide supra, in ΑΘΑΝΑΣΙΩ.

ΠΕΠΑΓΩΜΕΝΩ (ΝΙΚΟΛΑΩ.)

περὶ τῶν ἐλθουσῶν αὐτῷ τεραπολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζοῦντος, τῶν δὲ κάτωθεν, ἐξ Ἰταλίας. Edita exstat, Hist. Byz. lib. IX. cap. XI. Exstat etiam in Cod. Vatic. fol. 17. Initium: ὁπόσα τῶν λεγομένων νοῦν ἡγεμόνα προβάλλεται.

Οσον εὐφραίνεις χαριζόμενος μὴ ζημιοῦσι. Familiaris. Cod. Vatic. fol. 129.

Πρωτοβεστιαρίῳ.

Διὰ χρόνου σὺ πρὸς ἡμᾶς πέμπων γράμματα. Familiaris. Cod. Vatic. fol. 122.

Πρωτοβεστιαρίῳ (τῆς Τραπεζοῦντος, τῷ ΛΟΥΚΙΤΗ.) Vide supra in ΛΟΥΚΙΤΗ.

πρω-

2011 Ministerio de Cultura

πρωτονοταρίῳ vide ſupra, in ΛΑΜΠΗΝΩ.

πρωτοσεβάσῳ.

Σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, ταυτὸν ποιεῖς τὸν μὴ ὑβρισὴν &c. Philolog. Cod. Vat. fol. 81.

Τῷ Σακελλίου τῆς Θεσσαλονίκης.

Ἐγὼ δέ σοι πλέον τῶν ἄλλων θαῤῥήσας. Familiaris. Cod. Vat. fol. 106. manu recentiori.

Σεβασῷ, Vide ſupra, in ΚΑΛΟΕΙΔΑ.

Σοφωτάτῳ.

Τὸν Νικοκλέα φασὶν ἐκεῖνον τὸν Νεοκλέους. Philologica. Cod. Vat. fol. 193.

ΣΥΝΑΔΗΝΩ.

Εἰ παλαιὰ παροιμία Philologica. Cod. Vat. fol. 102.

ΣΩΤΗΡΙΩΤΗ. (τῷ πρωτονοταρίῳ Θεσσαλονίκης.)

Ἐξ ἡμισείας μοι φαίνῃ χρηστός. Cod. Reg. 2257. fol. 265.

Τῷ ὑπὶ τραπέζης.

Σὺ μὴ, ἄρης' ἀνδρῶν, ἐγκωμίοις. Philolog. Cod. Vat. fol. 97.

Τῷ ὑπάτῳ τῶν φιλοσόφων.

Εἰ σὺ μὴ ὁ τοσοῦτος ἐν ἀνθρώποις ἥρως.

ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΗΝΩ (τῷ θείῳ ϗ βασιλέως.)

Αὐτάρ ἐμοὶ καρδίη χ' θυμὸς ἐνὶ στήθεσιν ἰάνθη. a) Cod. Vat. fol. 84.

Τοῦτο ἐκεῖνο τοῦ Ξενοκράτους. Philologica. Cod. Vat. fol. 96.

φιλοσοφωτάτῳ. Vide ſupra, in ΙΩΣΗΦ.

ΧΡΥΣΟΛΩΡΑ.

Τὴν b) μὴ παροιμίαν, ἀεί τι λιβύη. De Aſtronomia. Cod. Vat. fol. 190.

Exſtant præterea Epiſtolæ aliqvot, ad Anonymos ſcriptæ. Earum hæc ſunt initia:

Ἄλλῳ μὴ ἴσως πρὸς τὰς νῦν ἀποβλέψαντι τύχας. Breviſſima. Philolog. Cod. Vat. f. 154.

Εἰ ὅσα τῇ φύσει πρότερα. Philolog. Cod. Vat. fol. 105.

Ἐμοὶ δὲ εἴ τις φιλίαν ὄυσαν. Philolog. Cod. Vat. fol. 95.

Ἑτέροις δόναν τρυφᾶν, ἡμῖν δ' ἄνθρακας τοὺς θησαυροὺς ἀποφαίνειν. Cod. Vat. fol. 195.

a) Laudat illum, qvaſi Inſulæ alicujus Servatorem. An Cretæ?

b) Idem eſt initium atqve orationis ab Irene Auguſta habitæ apud Matthæum filium. Hiſt. Byz. lib. XVI.

2011 Ministerio de Cultura

Ιδού σοι καὶ ἕτερος ἥκει Δράκων. Cod. Vat. fol. 206.
Ὁ ἀριθμὸς τῶν στίχων δυοῖν στιχ. Cod. Vat. fol. 154.
Οἷον εὐωδίας περὶ τὸν ἀέρα χεθείσης a) Cod. Vat. fol. 204.
Ὁ παρὼν οὗτος, ὥσπερ ἐφόλκιον. Cod. Vat. fol. 206.
Ὅτι δὲ τῷ λαμπροτάτῳ τοῦ βασιλέως υἱῷ b) Cod. Vat. fol. 217.
πένης ὁ παρὼν καὶ δυνάμεως. Brevissima, Cod. Vat. fol. 194.
Σὺ δ' ἐγχώριον ὄιμαι τῇ Δανόᾳ. Philologica. Cod. Vat. fol. 98.
Τὸ μὲν πρὸς ἄνδρα. Cod. Cæsar. 174.
Τὸ μὲν ὑπὲρ τοῦ παρόντος λέγειν. Brevissima Cod. Vat. fol. 206.
His addatur Epistola, περὶ στρατηγοῦ τινος Φαύλου, κακῶς c) τῆς πόλεως Δαπτόντος. Cod. Cæsar. Theolog.

In eodem codice Cæsareo exstant Epistolæ duæ, scriptæ à Gregora; qvarum Nesselius nec inscriptiones, nec initia declaravit.

Hactenus Catalogus operum Gregoræ Boivinianus. Nunc *Historiam* ejus *Byzantinum* paucis adhuc lustrare juvat. Totum opus Ρωμαϊκῆς, ut ipse inscripsit, ἱστορίας constat *libris XXXVIII.* Ex his primos *XI. libros* à capta per Venetos & Balduinum A. C. 1204. CPoli & Theodoro Lascari Imperium Nicææ auspicato, usqve ad Andronici Palæologi junioris A. C. 1341. defuncti obitum, latine vertit *Hieronymus Wolfius*, qvi interpretationem suam A. 1559. dicavit Antonio Fuggero, sed qvæ usqve ad A. 1562. apud typographum hæsit, unde non est ut ex præfationis scriptæ tempore cum viro Nobilissimo editionem Græcolatinam Gregoræ A. 1559. factum suspicemur. Primum enim Græce ex Fuggeri Codice cum laudati Wolfii versione vidit lucem Basil. ex Jo. Oporini officina A. 1562. fol. Falliturqve Clarissimus Boivinus, qvi hanc editionem latinam appellat, cum sit *Græcolatina.* Certe est mihi hæc scribenti Græcolatina illius anni in manibus: nescioqve an præterea latine separatim eodem anno ex Wolfii versione viderit lucem, cum Catalogus qvoqve Bigotianus p. 56. latinam Anni 1562. fol. memoret. Addidit vero Wolfius præter

a) Vide supra, inter Astronomica.
b) Significat se semper erga filiam Imperatoris probe affectum fuisse: cujus rei signa erant tot Proœmia operum suorum, eidem nuncupata.
c) Legendum τὰ τῆς π.

2011 Ministerio de Cultura

ter paucas p. 271. 272. castigationes suas, etiam latine excerpta qvædam ex Pachymeris Historiarum libris XIII. nec non Laonici Chalcocondylæ decem libros integros ex Conradi Clauseri versione. Eandem putat esse editionem Hanckius p. 599. qvæ rescissis primo & ultimo foliis, novisqve in eorum locum suppositis profitetur lucem vidisse Coloniæ Planicianæ 1616 fol. cum cæteroqvi per omnia eadem sit cum Basileensi, & easdem mendas referat. Ab eo tempore una cum Zonara, Annalibus Nicetæ Choniatæ, * &Chalcocondyle prodierunt *latine* Paris. 1567. fol. Francof. 1568. & 1587. fol. tum Græce & latine Genev. 1615. fol. *Italice* interprete *Ludovico Dulci*, accurante Augustino Ferentilli, Venet. 1569. 4.

Post Wolfium felicibus auspiciis animum ad expoliendum Gregoram, Cangio hortante, appulit laudatus *Joannes Boivin*, qvi Paris. 1711. fol. è typographia Regia non modo libros illos undecim priore tomo longe dedit meliores, sed etiam posteriore alios tredecim antea ineditos adjunxit, qvæ Historiam producunt usqve ad A.C. 1351. Græca librorum priorum XI. recensuit & supplevit è Codice 2558. Bibl. Regis Christianissimi, ante captam à Turcis CPolin scripto, & Pachymeris qvoqve Historiam complectente, sed eo qvo Wolfius est passim integriore, atqve tum alia tum tria illa fragmenta complectente, qvæ *Dionysius Petavius* à Frontone Ducæo accepta primus vulgavit & Nicephori Patriarchæ breviario Historico subjunxit Paris. 1616. 8. *Rursus*, inqvit Clariss. Boivin, *in eo ipso Codice hoc notatu dignissimum est, quod quæ Gregoras libris quatuor postremis plurima inseruit, variis temporibus à se elucubrata, ea fere omnia ibidem desint, sic autem suis quæque locis recisa fuerint, ut narrationis contextus nullo hiatu abruptus sit, sed omnibus partibus apte cohærentibus integer & continuus procedat. Id Gregoræ ipsius judicio factum velim: neque à vero abhorret, eum primo editionis amore refrigerato suum opus recognovisse, ac ea quæ ostentandi ingenii causa asserat, monodias, orationes, aliaque idgenus resecuisse. Vereor tamen, ne & gloriæ paulo avidior eos pannos, in prima scriptione omissos, repetito deinde opere*

* Zonaram & Nicetam, antequam Gregoræ libris manum admoveret, idem Wolfius latine transtulit, ut ipse in Epistola ad Antonium Fuggerum: *Sed cum è Zonara velut salebris eluctatus in Niceta Acominati Choniatæ planicium & quasi variis floculis vernantia prata pervenissem, - - Quo opere absoluto - - ecce præter omnem exspectationem à te offertur Nicephorus Gregoras.*

2011 Ministerio de Cultura

opere intertexuerit. Idem præterea usus Codice Regio 2078. qvem libros primos qvatuor complexum ait parũ ab editis differre nisi qvod in librorum & capitum divisione discrepat. Monodias libri decimi initio, castigavit ex Codice Colbertino 4950. *cujus*, inqvit, *nobis copiam fecit Vir quam doctus tam amabilis Stephanus Baluzius.* Lectiones è Codice Vaticano descriptas accepit à Nobilissimo Viro Frid. Rostgaardo. Exstant qvoqve inter MSS. Græcos Codices Bibl. Segvierianæ libri XI. primores ex Nicephori Syntaxi Historiæ Romanæ. Sed negat Boivinus sibi tunc aditum patuisse ad illam Bibliothecam, qvæ hodie est illustrissimi Ducis Coislini, Episcopi Metensis, & liberius aditur neq; amplius pro thesauro abscondito jacet occlusa usibus & desideriis eruditorum. Latinam Wolfii versionem passim emendavit & ad Græca diligentius * exegit, libros capitibus & minoribus sectionibus divisit, capitibus præfixit argumenta, nomina Imperatorum de qvorum rebus sermo est & Annorum CHristi in ora libri vel summis paginis annotavit, notasqve breves ubi opus fuit adjecit, uberioribus ad calcem Tomi secundi subjunctis.

Libris sive λόγοις illis undecim absolvitur prima pars, sive ut in Codice MS. Vaticano appellatur πρῶτον βιβλίον, nam in illo habentur libri ab XVIII. usqve ad XXXVIII, & liber XVIII. inscribitur δευτέρᾳ βιβλίᾳ λόγῳ ζ'. *Libros vero tredecim*, hoc est *XII. usque ad XXIV.* de rebus per decem annos à 1341. ad 1351. sub Imperio duorum Principum Palæologi & Cantacuzeni gestis, primus idem doctissimus

* Boivinus in præfat. *Gregoræ multijugæ eruditionis & artis Rhetoricæ ostentator, sæpe aberrat à proposito, & ad ea quæ parum aut nihil ad rem pertinent, digreditur. In iis παρέργοις mirum est quam sit verbosus. Ea Wolfius rebus magis quam verbis intentus breviora facere instituit. Itaque & luxuriantia compescuit, & quæ omnino redundabant, suppressit. Ego vero facturum me operæ pretium putavi, si auctoris Græci vestigiis inhærerem, atque ejus verba lectoribus si minus annumerarem, saltem religiose & fideliter appenderem, quæ ut opinor optima est ratio interpretandi. In quibusdam etiam à vero sensu deflexisse mihi visus est interpres doctissimus, aut sententiam auctoris obscure & contorte expressisse. Nihil dico de minoribus vitiis, quibus nullum opus, quantumvis tersum & limatum, carere omnino potest: quæ quidem vitia ut plerumque nos in lucubrationibus nostris fallunt, ita in alienis vix unquam fugiunt. Equidem eos nævos corpori alioquin egregio insperses, ut eximerem sedulo operam dedi: nec me ea re injuriam Wolfio fecisse arbitror, sed de eo bene meruisse ajo & contendo. Nec enim quia illum identidem lapsum corrigo, idcirco me vel doctiorem statuo, vel diligentiorem; neque ei propterea* detrahere ausim Hærentem capiti multa cum laude coronam.

2011 Ministerio de Cultura

mus Boivin Græce cum verſione ſua vulgavit è duplici Apographo Codicum Vaticanorum, uno Bibl. Regiæ 2079. emendatius ſcripto, qvi ſex libros (XII. nempe usqve ad XVIII.) continebat, altero ſeptem cæterorum librorum à Jo. Vivantio Româ Lutetiam allato valdeq; mendoſo, ſed de cujus locis plerisq; dubiis Codices Vaticanos à viris doctis Zaccagnio & Delmiro conſuli curavit. *Diſputationem Gregoræ cum Nic. Cabaſila & Anonymo de Palamæ erroribus*, qvæ A. C. 351. poſt Synodum Palamiticam habita eſt, & in hoc opere ab initio libri XXII. usq; ad XXIV. fere medium exſtat, exhibet cum verſione latina & notis *Claudii Capperonerii*, Licentiati Theologi Pariſienſis. Præter annotationes porro ſuas in qvibus inedita varia, Boivinus etiam Cangii notas poſtumas addidit ad libros Gregoræ ſeptendecim.

Librum XII. & qvinq; deinceps continuos, ſæviente in Acindynianos perſecutione ſcripſit Gregoras, nondum tamen domo incluſus, imo ut editori videtur, ante habitam A. 1351. Synodum Palamiticam. Librum XVIII. & novem deinceps continuos jam domi manere juſſus & Monachis cuſtodibus obſeſſus compoſuit Julio & Auguſto menſibus Anni 1352. tanta celeritate ut vix dies qvadraginta ei ſcriptioni impenderit, qvemadmodum in illius vita Boivinus obſervat, qvi præterea pollicitus eſt *tertio Tomo* edere libros operis reliqvos qvatuordecim à XXV. usq; ad XXXVIII, Hiſtoricos qvidem octo, in Anno 1357. ineunte deſinentes, & dogmaticos ſex, ex apographo Codicis Vaticani, qvos recepta jam libertate, variis temporibus videtur condidiſſe, ut eidem Boivino monitum in notis pag. 783.

Tomus quartus, præter Poëma ingens Græcobarbarum de bello ſacro, item de Conſtantinopolitanis, Peloponneſiacis, & Neapolitanis Francorum expeditionibus, ſelecta variorum opuſcula continere debet, ea ſcilicet qvæ Nicephori Gregoræ Hiſtoriam poſſunt illuſtrare, in qvibus erunt

1) Narratio *Nicetæ* Choniatæ de ſtatuis CPolitanis, qvas Latini capta Urbe confractas, in monetam conflaverunt. Cujus narrationis ex Codice Bodlejano deſcriptæ copia Boivino à Viro Clariſſ. Jo. Erneſto Grabio *facta eſt*.

2) *Theodori Laſcaris* Orationes duæ, Encomium Patris ejus Joannis Ducæ Imp. & Laus Urbis Nicææ, ex Codice Regio.

3) Teſtamentum *Arſenii* Patriarchæ, editum à Cotelerio. T. 2. monument. p. 168.

2011 Ministerio de Cultura

4) *Athanasii* Patriarchæ ad Seniorem Andronicum Epistolæ & relationes selectæ, ex Codice singulari qvem Bibliothecæ Regiæ cum aliis multis nuper donavit C. Maur. Tellerius, ArchiEpiscopus Dux Remensis.

5) *Manuelis Philæ* Poëma Historicum de Michaëlis Glabæ rebus gestis, ex alio Cod. Regio (olim Telleriano) descriptum.

6) *Tomus Pseudo Synodi Palamiticæ*, editus à † Combefisio.

7) Excerpra ex scriptis *Nicephori Blemmydæ*, *Gregorii Cyprii*, *Theoduli* Rhetoris, *Nicephori Chumni*, *Barlaami*, *Acindyni*, *Palamæ*, *Nicolai Cabasilæ*, *Philothei* Patriarchæ, *Medici Taronitæ*, *Cantacuzeni*, *Demetrii Cydonii*, ipsius *Gregoræ* & aliorum, omnia pauciſſimis exceptis anecdota.

Fuere & nonnulla falso adscripta Nicephoro Grægoræ ut *somnium Propheticum*, qvod ex Philothei Patriarchæ antirrhetico XII. Cod. Reg. 1996. fol. 279. Græce & Latine Boivinus vitæ Nicephori inseruit.

Gregoræ vitia, inqvit idem vir doctissimus, (*neque enim ejus scriptoris tam inepte sum fautor, ut nulla habuisse eum contendam*) *maxime conspicua hæc fuerunt: Asper, austerus, pertinax, Principes æque ac privatos linguæ petulantia offendit. Philosophus, animo haud imperavit. Historicus, partium affectum non exuit: gloriæ denique cupiditate & amore sui ipsius nimio laboravit. Plura in stilo reprehendenda: inprimis κακοζηλία, seu ambitiosa elegantiæ affectatio; poëtica verborum luxuries, figuræ insolentes, hyperbata; crebræ non modo verborum sed & sententiarum repetitiones. Quod si conferendum exemplum est, in libris ejusdem argumenti Historicis Cantacuzenus longe præstat. In Chronologia tamen Gregoras diligentior, immo apud Cantacuzenum ferme nulla. Cantacuzenus quædam videtur consulto omisisse, quæ Gregoras haud prætermisit - - Cantacuzenus solas quodammodo res Byzantinas, noster etiam externas Historia sua complexus est. Uterque igitur legendus, & alter ex altero supplendus.*

Elogia ab editore Tomo primo præmissa, maximam partem constant Græcis ineditis antea monumentis, ut sunt Epistolæ *Georgii* * *Lapithæ*, *Lampeni Tarchaniotæ* protonotarii, *Demetrii Cydonii*, *Athanasii Lepanthreni*, *Bryennii* sacello præfecti, *Zaridæ*, *Theodori Cutulæ*, *Balsamonis* & *Acindyni* ** ad Gregoram Epistolæ è Codd. Vaticanis, ejus-

† Auctar. noviss. T. 2. p. 135.

* è Cypro. Confer Allatium de Georgiis p. 343. seq.

Nicephorus è Monacho, *Mileti* Episcopus, circa A. C. 900. cujus Vitam MS. habuit Raphaël du Fresne & Franciscus Combefisius.

NICEPHORUS *Monachus* circa A. C. 1100. clarus, si credimus Petro Possino, qvi λόγον ejus *de custodia cordis*, περὶ φυλακῆς καρδίας Græce & Latina in thesauro suo Ascetico edidit pag. 404. Paris. 1684. 4. Et hic & alter Nicephori Monachi λόγος priori subjunctus περὶ προσοχῆς *de attentione*, MS. exstat in Bibl. Vindobonensi. Neqve fortassis Nicephorus iste diversus à Nicephoro Blemmida, de qvo supra. Vide & infra, Nicephorus Studita.

Nicephorus *Palæologus* & Nicephorus *Synadenus* pro Alexio Comneno pugnantes cæsi à Roberto Calabriæ Duce. Anna Comnena III. Alexiados pag. 117.

* Habentur lib. 3. juris Græco Rom. pag. 213. seq.

2011 Ministerio de Cultura

NICEPHORI *Paſchalei* de jejuniis Græcorum libellum lingva eorum vulgari ſcriptum memorat Allatius de libris Eccleſiaſticis Græcor. pag. 91.

NICEPHORUS *Patriarcha* CPol. ab A. C. 806. & alter circa A. 1259. De utroqve dictum ſupra p. 295. 299.

Nicephorus Patricius, Geometriæ ludo præfectus ſub Conſtantino Porphyrogenito. Vide ſcriptores poſt Theophanem p. 278.

Nicephorus *Petinenſis* Martyr in Iſtria. Vide ſupra, Nicephorus Antiochenus.

NICEPHORUS *Philoſophus* & Rhetor CPoli, de qvo ſupra p. 300. Videndum, idemne cum Nicephoro Gregora.

Nicephorus Phocas, Bardæ Phocæ magni Domeſtici filius circa A. C. 1091. occiſus, de qvo Cangius p. 151. famil. Byz.

Nicephorus *Phryx* Diaconus, Hiſtoriæ ſcriptor Cedreno & Joanni Scylitzæ laudatus.

Nicephorus ex Evnucho Imperatoris Conſtantini VIII. Monachus *Studita* A. C. 1035. de qvo Cedrenus p. 738.

Nicephorus *Synadenus*. Vide ſupra Nicephorus Palæologus.

NICEPHORUS URANUS, Magiſter ſive Rhetor Antiochenus, à qvo deſcripta Vita S. Simeonis junioris Stylitæ (qvi A.C. 597. Mauritii 15. ætat. 75. obiit) Græce & Latine exſtat in Actis Sanctor. 24. Maji T. 5. pag. 307-401. cum latina verſione Conradi Janningi S. I.

Nicephorus Xanthopulus, idem cum Nicephoro Calliſto.

VII. Venit jam recenſendum Volumen *ſcriptorum poſt Theophanem*, ſive qvi Hiſtoriam Byzantinam ab Leone Armenio Mich. Curopalatæ Imperatoris, in qvo deſinit Theophanis Chronicon, ſucceſſore produxerunt usqve ad Nicephorum Phocam Imp. & ex MSS. Codd. recenſiti atqve verſione donati ſunt à *Franciſco Combefis* Ord Prædicatorum Congregationis S. Ludovici, ſed lucem demum viderunt poſt ejus fata, * Pariſ. 1685. fol. unde etiam annotationes, qvas in hos ſcriptores vir doctus parabat, deſiderantur. Scriptores ipſi in illo Volumine hoc ordine leguntur:

I. *Ano-*

* Obiit Combefiſius Pariſiis A. 1679. 23. Jun. ætatis 47. De ejus vita conſulendi Carolus Peraultus in viris Seculi XVII. illuſtribus qvi in Gallia claruerunt, Tomo 2. pag. 48. & Lud. Elias du Pin in Bibliotheca ſcriptorum Eccleſiaſticorum T. XVIII. pag. 99.

2011 Ministerio de Cultura

1. ANONYMI, qvem incerta conjectura *Leontium Byzantinum* vocari video à Labbeo in protreptico p. 14. & 46. *Chronicon*, Theophani continuando *Constantini Porphyrogenneti* jussu conscriptum *libris IV.* * de totidem Imperatoribus: lib. 1. de *Leone Armenio* qvi A.C. 813. cœpit imperitare, lib. 2. de *Michaële Balbo*, lib. 3. de *Theophilo* Michaëlis, & lib. 4. de *Michaële* Theophili filio qvem nece sublatum scribit 24. Sept. Anni Græcorum 6376. h. e. CHristi 868. Græca Combefisius vulgavit ex apographo Barberiniano Codicis MS. Vaticani, qvod Holstenius Româ transmiserat. A Constantino Porphyrogenito, vel ejus nomine verba qvædam inserta videntur lib. 2. ubi de Creta à Saracenis liberanda sermo, p. 51.

2. CONSTANTINUS *Porphyrogenitus* Imperator A. C. 959. extinctus de vita avi sui *Basilii Macedonis*, qvi Michaëli Theophili Filio A.C. 868. successit, qvemq; notat cum illo decessore suo Michaële annum unum habenas Imperii gessisse, deinde vero alios annos undeviginti solum rerum summam præclare administrasse, usqve ad Annum nimirum 888. Vita ista jam lucem viderat, cum *Leonis Allatii* versione, in ejus *συμμίκτοις* A. 1653. 8. divisa in sectiones sive capita LXX. Sed Combefisius Græca ad jam memoratnm apographum Barberinianum recensuit, novam adjunxit versionem, & sectionibus CI. aliter atqve Allatius dispescuit, qvæ diversa capitum distinctio crucem solet figere citantibus scriptorem, vel citata loca inqvirere cupientibus. Qvod in titulo legitur: ἱστορικὴ διήγησις ἧς βίος καὶ τῶν πράξεων Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως, ὃν Κωνσταντῖνος Βασιλεὺς ἐν Θεῷ Ῥωμαίων ὁ τούτου υἱωνὸς, φιλοπόνως ἀπὸ διαφόρων ἀθροίσας διηγημάτων τῷ χάρτῃ παρεσανέθετο, per τὸν χάρτην intellige auctorem qvatuor præcedentium librorum, qvibus hanc vitam bona venia Imperatoris subnexuit, & qva testatur se deterritum esse, ne & ipse vitam Basilii scriberet, ita enim Anonymus ille Chronici scriptor in præfat. ad eundem Constantinum, cujus jussu ad Theophanem continuandum accessisse se profitetur: εἰ καὶ ἧς τοῦ ἀοιδίμου σου πάππου, τοῦ ἐν βασιλεῦσι εὐκλεοῦς βασιλέως τὰ ὅλα σοῦ ἱστορούμενα, καὶ μετὰ πάσης σαφηνείας καὶ λόγου εὐκοσμίας καὶ τὸ τῶν γενομένων ἀληθὲς καὶ εἰλικρινὲς εἰς τὸ φανερὸν ὅλα τῆς σῆς πλυμαθεστάτης εἰδήσεως ἐξαγορευθέντα, πρεπτὸν ἂν εἴη ἀδοπεῖν διηγήσασθαι. Labbeum qvi hanc vitam non à Constantino ipso sed ab alio ejus jussu scriptam est suspicatus, refellit Martinus Hanckius de Hist. Byz. scri-

* Librorum distinctionem ab ipso auctore esse patet ex pag. 108.

2011 Ministerio de Cultura

ptoribus p. 473. atq; ſolus ille, Hanckio nec viſus ſcriptoris anonymi locus (nondum eum prodierat) ſufficit ab Labbei & qvi eum ſeqvitur Cavei (ubi de Leontio Byz. Chronographo agit ad A. C. 920.) conjecturam elidendam.

3. *Anonymus* (alius ut videtur & ſuccinctior qvam qvi priorum qvatuor librorum eſt auctor) de rebus *Leonis* Philoſophi, qvi Baſilii filius & ſucceſſor fuit, pag. 217 - 232. de *Alexandro* Leonis fratre pag. 233. 234. de *Conſtantino* Porphyrogenito Leonis F. qvi puer ſeptennis pervenit ad Imperium, & primos ſeptem annos ſub Nicolao Patriarcha & aliis tutoribus, matre Zoë, annos ſex & viginti cum *Romano* Lacapeno, ſocero, ac deniqve ſolus annos qvindecim rebus præfuit, atq; ita per annos LV. vixit dignitatemqve Imperatoris geſſit: pag. 235 - 292. Et de *Romano* juniore Conſtantini Porphyrogeniti filio pag. 293 - 300. Plura promittit ille ſcriptor de Theophili Urbis præfecti p. 275. & de aliorum ſummæ in aula CPol. auctoritatis virorum moribus: qvæ non exſtant, certe lucem non viderunt.

4. *Anonymi* * *Diſſertatio ſtelitevtica contra Iconomachos*, & Synodum Copronymianam ſcripta circa A. C. 745. atqve adeo ante ſeptimam Synodum ſive Nicænam ſecundam, p. 303 - 311.

5. JOANNIS *Monachi Hieroſolymitani, narratio de origine motuum Iconoclaſtarum* p. 312. 313. Idem hic Johannes (forſitan Hieroſolymæ urbis poſtmodum Epiſcopus) cujus λόγον ἀποδεικτικὸν de ſacris imaginibus ad Conſtantinum Cabalinum ſive Copronymum edidit Combefiſius T. 2. auctarii novi, ſive in Hiſtoria Monothelitarum pag 665. & qvam Codices alii tribuunt *Joanni Damaſceno*. De Codice Regio ex qvo duo hæc opuſcula Combefiſius deſcripſit, & in qvo etiam leguntur teſtimonia Patrum qvæ pro imaginibus in Synodo Nicæna ſecunda afferuntur, videnda Clariſſ. Montfauconi Palæographia Græca p. 65. 66. *Videri autem poteſt*, inqvit Combefiſius, *præclarus ille Codex quaſi ὁπλοθήκη univerſalis, collecta habens præcipua quæque Catholicorum adverſus hæreticos (CHriſti maxime Myſterium impugnantes) munimenta. Ex illo illuſtris Petrus de Marca* ** Vigilii Confirmationem V. Synodi *pridem produxit, tametſi non omnibus ejus fidem fecit. Ipſe certe qui librum*

* Inſcribitur *Dialogus*. Sed nihil habet qvod Dialogum referat.

** In diſſ. de Epiſtola Vigilii, Pariſ. 1642. & ad calcem Operis de Concordia Sacerdotii & Imperii inter diſſertationes varias Petri de Marca pag. 207. 227. ſeq. Vide & Baluzium ad lib. V. de Concordia Sac. & Imp. cap. 12.

2011 Ministerio de Cultura

librum composuit, tantaque in eo Patrum ac Conciliorum digessit, de hac confirmatione quasi non plane illi exploratæ veritatis, ac nutantis fidei, scripsit repertam esse inter Acta qvintæ Synodi. - - - *Habet hic Codex* Leontium de Sectis, *longe editis emendatiorem, & auctoritatibus quæ illic desiderantur, auctiorem.* Ὁδηγὸς *plura capita, (quem omnem pluraque ejus complectitur) nova ex illo facere liceat, sic editis laborantia, ut nec ipse* Anastasius *sua agnosceret, etsi omnia decoquit vulgator & interpres.*

6. *Ex narratione de miraculis S. Demetrii* * *Martyris,* ἐκ τῶν ζ ἀθλοφόρου Δημητρίου ἐν μερικῇ διηγήσει θαυματουργιῶν, fragmentum de revelata ab ipso excisione ac direptione Thessalonicæ p. 314-316.

7. JOANNIS CAMENIATÆ Thessalonicensis narratio diserta & elegans A. C. 904. scripta *ad Gregorium Cappadocem, de Thessalonicæ excidio* cui scriptor ipse interfuit, & qvam illo ipso anno (Leonis Philosophi XIX.) cepit Leo Tripolites Agarenorum dux. Hæc prius cum *Allatii* versione prodierat in ejus συμμίκτοις, vulgatis à Bartoldo Nihusio 1653. 8. Sed Combefisius iterum recensuit, & novam interpretationem suam adjunxit, divisitq; in capita LXXIX, cum in Allatiana editione dispescatur in sectiones XLV. Hic Cameniata patre Exarcho Helladis natus, fuit ex Clericorum ordine Lector, & Ecclesiæ Thessalonicensis Cubuclesius, h. e. qvi Metropolitano in publicum procedenti pedum Archiepiscopale præferret. Dicitur etiam τῶν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλείων πεπαγμένων εἷς. Vide cap. 55. edit. Combefisianæ (Allat. 30.) & Hanckium lib. 1. de scriptoribus Hist. Byz. cap. 22.

8. DEMETRII CYDONII, Thessalonicensis *Monodia* sive comploratio Περὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεσοῦσι, *de civibus qui* in dissidiis seditione ac tumultu intestino *Thessalonicæ* A. C. 1343. sub imperio Joannis Cantacuzeni *perierunt.* p. 385-392. De illo tumultu Gregoras XIII. 10. & Cantacuzenus III. 94.

9. Pars *ex vita Basilii junioris* Anachoretæ CPol. A. C. 944. vel 952. extincti scripta à *Gregorio* ejus discipulo, de Constantini Ducæ clade & interitu, qvem Constantino Porphyrogenito adhuc puero ad Imperium vocare Nicolaus a) Patriarcha & alii qvidam instituerunt. pag. 394-399. Vitam illam Basilii Anachoretæ integram vul-

* De hoc Demetrio vide Baronium ad Martyrolog. 8. Octobr.

a) Vehementer eo nomine in Nicolaum scriptor hic invehitur, vocatqve eum per ignominiam p. 398. ἀγχικόλαον, & p. 399. ἡτλίλαον.

2011 Ministerio de Cultura

vulgavit Henſchenius Tomo 3. Act. Sanctor. ad 26. Martii p. 668. latine ex verſione Combefiſii, & Græce ad calcem voluminis pag. 24. ex MS. Codice Mazariniano. Antvverp. 1684. fol.

10. SYMEONIS *Magiſtri & Logothetæ Annales à Leone Armenio usque ad Nicephorum Phocam*, pag. 401 - 498. ex Codice MS. Raphaëlis Tricheti du Freſne, ex cujus libris, ipſo defuncto, in gazam Regis Chriſtianiſſimi eſt perlatus. Scripſit Symeon iſte ſimiliter *Annales ab Orbe Condito*, qvi hactenus lucem non viderunt, extantqve in altero ac majori Regio Codice qvi in Leone Armenio deſinit, videturqve in illa priore parte, leviore opera auctor perfunctus, & in multis Theophani conſonat, qvem & ipſum conſtat deſinere in Leone Armenio. Confer ſi placet qvæ ſupra p. 158. ubi etiam de Codice Scoriacenſi ac Meſſanenſi. *Adſcriptum majori illi Codici Regio* inqvit Combefiſius, *alia manu, paulloque recentiori*, Hic eſt Metaphraſtes; *cujus tanti viſi ſunt Annales & Chronica Hippolyto Thebano, ut ea omnibus anteponat.* Vide Hippolyti verba apud Allatium de Simeonum ſcriptis p. 34. qvi Simeonem Metaphraſten Magiſtri & Logothetæ curſus primum, tum etiam generalis Logothetæ dignitatem geſſiſſe pluribus diſputat. Exſtant etiam hi Simeonis Annales in Bibl. Cæſarea, in qvam illos intulit Busbeqvius, ut notatum Lambecio lib. 2. pag. 588. Qvoniam tamen in Codice Raph. Tricheti du Freſne, Chronico huic poſtremum inſerta *Mich. Pſelli Hiſtoria*, Combefiſius T. 1. Bibl. Patrum Concionatoriæ ſuſpicatur alterius eſſe Simeonis, qvam Metaphraſtæ, & fortaſſe illius qvi Orationes XXIV. collegit ex operibus S. Baſilii: qvippe Metaphraſtes paullo ante Pſellum in vivis eſſe deſiit. *Ni ipſe Pſellus, Symeonis illi Chronologiæ ex IX. Hiſtoricis, ſe decimum adjunxit, ſive alii addidere: opus certe à Theophane ad explendam Hiſtoriam Byzantinam ſummè neceſſarium. - - Pſelli Hiſtoria lucis plurimum accipiat, ex ejus Epiſtolarum lecta manu ad Imperatores, Cæſares, ſummosque ſæculi Principes ac Magiſtratus, ad Patriarchas, Metropolitas, Eccleſiarum Antiſtites ac Præſides, ne Mich. Cerularii pro Synodo accuſationem dicam, ejusdemque ac Conſtantini Lichudis qui illi ſuffectus eſt, nec non Xiphilini Ἐπιτάφιος, luculentiſſimas ſcilicet in eos laudationes, viros nimirum qui utraque militia CPoli egregie fulſerunt, ac illo dicente, qui ipſe publicarum curarum iis ſocius, ac πολιτευόντων fere ſummus, Conſtantino præſertim Monomacho Imperatore, ad quem & politici ſcripti non ſpernendi tractatus.* Præter Mich. Pſelli Hiſtoriam etiam *Leonis Diaconi*

2011 Ministerio de Cultura

coni similem lucubrationem edere Combefisius altero statim Volumine constituit, sed morte prævento viro illo maxime industrio, nemo fuit hactenus qvi literarum studiosos hoc beneficio obligaret. In Codice Regis Galliæ 1837. præter *Mich. Pselli* Φιλοσόφων ὑποθετίμε Epistolas & de casu templi S. Sophiæ atqve in Joannem Patricium Monodias, exstat ejus *Varia Chronographia à Basilio & Constantino Porphyrogenitis ad Michaëlem Ducam.* In alio Codice ejusdem thesauri Regii occurrit *Leonis Diaconi Historia ab excessu Constantini Porphyrogeniti ad Joannem Tzimiscem* sub qvo scriptor ille vixit. Λέοντ@ Διακόνε ἱστορία δεχομένη ἀπὸ τῆς τελευτῆς ☧ αὐτοκράτορ@ Κωνσταντίνε μέχρι τῆς τελευτῆς ☧ αὐτοκράτορ@ ☧ Τζιμισχῆ. Utroqve & Psello & Leone Diacono MSS. usus in Glossario suo Græco concinnando & in aliis scriptis suis præclarus Cangius. Ex Chronico MS. continuatoris Theophanis, & altero itidem MS. Simeonis Logothetæ nonnulla de XLII. Martyribus Amorienſibus per Saracenos circa A.C. 841. occisis referuntur ab Henschenio T. 1. Act. Sanctor. Martii p. 466, 467. & Græce pag. 894. seq.

11. Deniqve collectionem Combefisianam scriptorum post Theophanem claudunt *GEORGII Monachi* Βίοι τῶν νέων * Βασιλέων, *Vitæ Imperatorum Leonis Armenii & qui post eum rebus præfuerunt* usqve ad Romanum Lacapenum, cum jam Constantinus Porphyrogenitus solus imperitaret, defunctum A.C. 948. Diversus est hic Georgius à *Georgio Hamartolo* cujus Chronicon ab exordio Mundi ad Michaëlem Theophili filium, sub qvo ipse vitam agebat, adhuc MS. delitescit in variis Bibliothecis. Vide qvæ supra p. 154. seq. Utriusq; & tertii insuper Georgii Monachi Chronicon sive Historiam MS. evolvisse se testatus est Raderus in Viridario Sanctor. notis ad vitam Ignatii Patriarchæ CPol. scriptam à Niceta Paphlogone: *Præter ea quæ passim ad oram notavi, placuit quædam enotare ex Georgio Hamartolo, qui diversus est à Georgio Syncello Tarasii, quamvis in fronte nomen Syncelli præferat: diversus item à Georgio Monacho qui Chronicon scripsit, quod à Panvinio laudatur, tametsi Chronicon illud Georgii nomen præscriptum non habeat. Tres enim diversos Georgios Monachos manuscriptos partim ex Palatina Bojorum, partim ex Augustana Bibliotheca, ineditos omnes nec translatos hactenus mecum habeo, conferoque.*

* Hinc apparet non diu post vixisse. Cæterum pag. 528. annotatum: ἕως ὧδε τὸ χρονικὸν Γεωργίε, καὶ ἀπὸ τῶν ὧδε τῦ Λογοθέτε.

2011 Ministerio de Cultura

INDEX SCRIPTORUM & aliorum qvorundam in Scriptoribus poſt Theophanem memoratorum,

ad paginas edit. Pariſienſis.

ABrahamitæ Monachi pro imaginum cultu Martyres tempore Theophili Imp. 63.
Agarena mulier Pythonico obſeſſa ſpiritu, à Theophilo Imp. conſulitur 75. 421.
Alexander Nicææ Metropolita, Rhetorum ludo præfectus à Conſtantino Porphyrogenito 278.
Alexius Cæſar Monachus 68. 419.
Ameramnunes Saracenorum dux, Geometriæ & aliis diſciplinis deditus 116.
Amorienſis Martyres, Theodorus Craterus, Theophilus ac Babutzicus 78. 83. XL Martyres 81.
Anargyrorum templum (Coſmæ & Damiani) 37.
Anaſtaſius è Monacho, Thomæ Tyranni ſocius 37. 43. 44.
Anaſtaſius Heracleenſis Metropolita 273.
Ancilla Michaëlis Imp. per intervalla vaticinans 14.
Andreas Apoſtolus aram ponit S. Michaëli 14. 455. S. Andreæ templum 141.
Andronicus fidei ejurator & ad Saracenos profugus 230. 561.
S. Annæ Oratorium à Leone Imp. exſtructum 90.
Anthemii Monaſterium 68 419.
Antonius Sylæi Epiſcopus. infra, Conſtantinus.
Antonius Cauleas Patriarcha CPol. 220. 224. 462.
Apollonius alter 520. ejus Magia 457.
Apoſtolorum templum majus, & minus *ſepulchra*, CPoli. 120.
Areopago & Heliæâ ſanctius judicium in διπήματι χαλκῆς 161.
Arianica rabies Inonomachorum 515.
Aſyli jus ad Mariæ Theophili Imp. filiæ tumulum 67. 418.
Athenogenes Martyr in Olympo cultus 289.
Athingani, cui ſectæ deditus Michaël Balbus Imp. Circumciſionem ſervant & Hebræum hominem domi alunt 27. Athinganicujusdam vaticinium de Michaële 29.

Avga-

2011 Ministerio de Cultura

Avgarus 505.
Aurea bulla Michaëlis Balbi 45. Lèonis, Basilii F. 230.
Bardanius Tyrannus Monachum induit 6. seq.
Βάρκα, convicium 12.
Basilius Anachoreta 394.
Basilii Macedonis Imp. studia & pietas 193. seq. preces 206. tota ejus progenies literis imbuta 205. S. Sophiæ ædem & alia templa instaurat 198. seq. tænia coccinea in capite, portendit ipsi Imperium 135. alia præsagia 136. 139. seq. 434. siglis uti in rationum libellis vetat 162.
Belisarius alter 265.
Βιβλία τακτικὰ καὶ Βασιλικά 88.
Biliotheca ἐν παλατίῳ 427. Βασιλικὴ 454. Imp. Constantini Porphyrogeniti in χρυσοτριχλίνῳ 89. Patriarchica ἐν τῷ Θωμαΐτῃ in S. Thomæ pluteis 65.
Bogoris Bulgarorum princeps in baptismo vocatur Michaël. 101. 102.
Boiditzæ ad Amorienses obsessos literæ inter missilia jactæ 81.
Brumalium 284
Bulgari ad CHristum conversi 440. 210. 101.
Carbeas Manichæus perduellis 103. 110.
Χαλκροπρόσωπος 445.
Chiron μιξάνθρωπος Achillis præceptor 137.
Christophorus Gangrensis Metropolita 265.
S. Clementis Martyris Oratorium 203.
Cometas Grammaticæ Græcæ Doctor sub Michaële Theophili F. CPoli 118
Κωμικὴ παννυχὶς in Tragœdiam desinens 156.
Constantinus ὑπηρετῶν τῷ Πατρικίῳ καὶ τῶν ἐν λόγῳ γραφήν 82.
Constantinus presbyter, νομικὸς, postea dictus Antonius, Sylæi Episcopus 403. seq.
Constantino Magno dicata ædes 207.
Constantinus καθηγητὴς τῶν φιλοσόφων 283.
Constantinus Porphyrogenitus Imp. pietatis ac literarum fautor & Patronus 277. sq. S. Chrysostomi admirator 285. vitam Basilii Macedonis avi sui scripsit 2. Theophanis Chronicon jubet continuari. ibid. omnium ante se Imperatorum & belli ducum Byzantinorum res scripto tradere voluit 132. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Coſmas Magiſter ſapiens & νομομαθής 276. 591. alius melodus, infra in Marcus.
Cretenſes decem Martyres 48.
Crucis adoratio 309. 338. 240. 402. 569. Chriſtianorum in bellis armatura 338. Feſtum exaltationis Crucis 381. reliqviæ Crucis 38. ſignum fronti impreſſum 126. Pæan, σαυρὸς νενίκηκε 170. 408. νικοποιὸς 205.
Cyri matris ſomnium 139. Cyri bonus animus erga ſubditos 387.
Cyrillus Gortynæ Epiſcopus Martyr 48. Ejus ſepulchrum ſangvine ſtillans. ibid. 414.
Dæmones ſilvam inhabitantes 191.
Dalmatæ ad CHriſtum revocati 180.
Damalidis Epitaphium Epigramma 479.
Δανηλὶς, Danielis uxor 142. 194. ſeq.
Demetrius Martyr 314. ſeq. 319. 324. 326. ejus templum 335.
Dictum ſapientis: ἐυμήχανόν ἐστιν ἅπαν τὸ πιεζόμενον 333.
Diomedis Martyris Monaſterium 139. 194. ſeq. de Baſilio Macedone Imp. viſum 140.
Dionyſius Areopag. 63.
Adverſus divinationes 29.
Docetarum hæreſis objecta Iconoclaſtis 305.
Eliæ Prophetæ ad matrem Baſilii Imp. viſio 139. templum in palatio 203. Baſilii Imp. erga Eliam religio 460. 548.
Elias & Michaël interceſſores apud Deum 169.
Evangeliorum liber ab igne intactus 211.
Euphemiæ Monaſterium 164.
Euphroſyna Monialis, 417. Mich. Balbi uxor 49. à Theophilo privigno retruſa in Monaſterium 54.
Euſebii Hiſt. Eccleſiaſtica 506.
Euthymius Monachorum ἡγούμενος 444.
Euthymius Sardenſium Epiſcopus, Martyr imaginum 31. 405. 500.
Euthymius Syncellus, Patriarcha CPol. 228. 231. 233. 467. 501. 569. 563.
Feſtum Aſcenſionis CHriſti 122.
Gazarenus carmine proditus 45.
Georgius τὰς ῥαπτικὰς δέλτους ἐπειλημμένος 76.
Imaginis Gregorii Theologi miraculum 30. 416. Orationis exordium

2011 Ministerio de Cultura

dium in ſancta Lumina: πάλιν ἰησοῦς ὁ ἐμός. ibid. Theologus 510. ex ejus ſtelitevt. in Julianum 520.
Gregorius Aſtronomiæ Doctor CPoli ſub Conſtantino Porphyrogenito 278.
Gregorius Asbestas Epiſc. Syracuſ. 443. 445.
Gryllus, Patriarcha per jocum dictus à Michaële Theophili filio, una cum XI. Metropolitis 152. ſeq. 124. ſeq. 436. alio nomine Theophilus 437.
Hæmorroiſſæ à Chriſto ſanatæ ſtatua 506.
Hebræorum Tiberiadenſium θεηγέτης Φαρμακομάντις Serantapechus imagines tollendas Saracenorum principi ſvadens 313.
Ἡ παρ' Ἑβραίοις ἐλπιζομένη μονάσρια ἢ τὸν Ἀντίχεισον μέλλσα πίκτειν 442.
Hebræus Magus Photio perſvadet Crucem ejurare, ut eruditione ſæculari excellat 443. ridicula calumnia.
Hercules 490 Hylam qværens 290.
Jo. Hexabulii conſilium 11. non audiendos hoſtes, qvando amicos accuſant 44.
Hieroſolymitana Latinorum peregrinatio 315.
S. Hierotheus 63.
Hilarion confeſſor 442.
Hiſtoricus inutilis qvi cauſas rerum non aperit 14. 104. qvi rebus non interfuit, recte diverſas ſententias commemorat 32. 69.
Homerus 175. 216. 388. 464. 478.
Homericus Therſites 57.
Jacobus Maximinæ Monaſterii præfectus 442.
Icaſiæ πολλὰ συγγράμματα 415. tetraodium Magni Sabbati &c. 514.
Iconoclaſtæ 305. 312. ſeq. 504. Vide, Docetæ, Ariani, Marcion & Manichæi. Perſecutionis auctor contra imaginum cultores Jo. Syncellus, 93.
Ignatius οἰκουμενικὸς διδάσκαλος 88.
Ignatius Patriarcha CPol. 13. 64. 120. 121. 126. 152. 153. 163. 168. 171. 434. 438. 439. ſeq. 441. 447. Eccleſia S. Michaëlis ſive ἀρχιστρατήγου ab eo condita in Satyri emporio 544. Monaſterium 454.
Imago CHriſti Edeſſena CPolin allata 268. 491. 493. 505. 590. Mariæ imago, Lyddæ 505.
Imaginum cultus 12. 56. 57. 100. 176. 309. 404. adverſus Iconomachos 508. ſq.

2011 Ministerio de Cultura

Invectivæ in Mich. Balbum ſcripto traditæ memorantur 32.
Joannes Apoſtata 300.
S. Joannicius 442.
Jo. Baptiſtæ imago 65. 112. Oratorium 63. 64.
Jo. Theologi Oratorium 207. imago in ſcutis depicta 112.
Jo. Cameniata ſcriptor de ſe & Patre ſuo ac familia 362. 383.
Jo. Chryſoſtomus. Vide Conſtantinus Porphyrog. & Polyevctus.
Johannes Hagiopolita 218. 549.
Joannes Aſtronomus 486.
Joannes Grammaticus 403. Lecanomantæ F. id. Leoni Armenio favens contra Imaginum cultum 20. Monachus 74. Syncellus 419. Theophili Imp præceptor 96. legatus ad Syriæ Principem 60. ſeq. 64. Patriarcha CPol. 75. 76. 403. 421. auctor perſecutionis contra Imaginum cultores deponitur 93. 94. 96. 97. 98. Joannes 520. vide & 426. 428. 449. 430.
Joannes Monachus, victoriam præſagiens Petronæ 112. 114.
Joannes Ἡσυχαστής 444.
Joannes Παπᾶς 233.
Jobus Patriarcha Antiochenus 35. al. Jacobus.
Joſephus Monachorum ἡγούμενος 444.
Irenæus 63.
Iſaaci Hieromonachi de Baſilio Macedone vaticinium 150.
Judæorum procurata converſio 210. 455.
Juſtiniani triclinium 91. 208. magna Eccleſia 441.
Lauſiaci Triclinium 91. in eo diſputationes de religione imaginum 65.
Lazari Monaſterium, Evnuchis conſtructum CPoli 224. 556.
Lazarus pictor Monachus, confeſſor imaginum 64.
Leonis Armenii edictum de abolendis imaginibus 18. 20. 62.
Leo Mathematicus 122.
Leo Philoſoph⁹ 426. 554. ex Epiſcopo Theſſalonicenſi Doctor public⁹ in XL. Martyrum æde CPoli ſub Michaële Theophili F. 115. ſeq. 117. reſtituus in Epiſcopatum 118. iterum dejectus 119. 424. Ejus aſtronomica obſervatione depulſa ſterilitas, 118. Hæreſeos cauſa gradu motus 424. 523. de Baſilio Imp. præſagium 145. Περὶ παντοδαπῆ σοφίᾳ πεπιστευκώς. ibid. Mamumi Saracenorum Prin-

2011 Ministerio de Cultura

Principis ad eum Epistola 177. ad Imperatorem de illo ad scribendo 118. Vide & pag. 446. 447. 450. 523. 537.
Leo Sapiens Imp. ob qvartas nuptias excommunicatur 228. διενοεῖτο νόμου πονηρὸν εἰσθεῖναι ἔχειν γυναῖκας ἄνδρα τρεῖς καὶ τέτταρας, πολλῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν εἰς τοῦτο αὐτῷ συνεργούντων. ibid. σοφώτατος 214. 216.
Leo Tripolita ex Christiano Apostata & sævus pirata 317.
Leges à Basilio Imp. reformatæ & restitutæ 163.
Lex Persarum ne qvis rex posset fieri nisi ex regia stirpe 69. Lex Theophili qva libera esse jussit Persarum cum Romanis connubia 70.
Λοδοίχου τὸν Ῥηγα Φεραγγίας 181.
S. Lucas Deiparæ imaginem penicillo & coloribus expressit 63. 505.
Lycurgus legislator 137.
B. Magdalenæ corpus 224. 556.
S. Mamantis palatium 150. 152. 158. templum 122. 123. Monasterium 577.
Μάνα 57. 58.
Manetis, Valentini, Marcionis charybdis 510. Manichaicus furor Iconomachorum 515.
Manichæi 103. 168. 172. Iconoclastarum antistites & prodromi 527.
Manuelis versus super Theoctisti cæde 106.
Manuel Adrianopoleos Episcopus in Bulgaria & Martyr 135.
Marciani περίδρομοι 204. 206.
Marcion hæreticus 510.
Marcus Monachus qvi magni Cosmæ tétraodium hymnum magni Sabbati absolvit, Leoni Imp. præsagit longius Imperium 225. 464. 557.
Μαρζάνα, convitium 445.
Martinaces Monachus 75.
Matutini hymni 24.
Mercaturam exercere Imperatori & Augustæ ignominiosum 56.
Methodius Patriarcha CPol. 31. 72. 94. 95. 96. 98. seq. 120. 425. seq. 431. 534. 526. 527.
Methodius Monachus pictor judicium extremum repræsentat apud Bogarin Bulgariæ Principem 440. 102.
Michaël Balbus negavit Diabolum, qvod Moyses ejus non meminisset 31. edictum ejus contra imagines 62.

Michaël

2011 Ministerio de Cultura

Michaël Theophili F. ſe vocat Coloniæ ArchiEpiſcopum 152. 437.
Euripidis jambi qvibus Baſilicinum adoptat & præfert Baſilio 156. 129. 451. ejus aurea platanus, ὁλόχρυσον ὄργανον &c. 160. 107.
Michaël Chriſtophori Imp. filius detractis Imperialibus calceis clericus 593.
Michaël ὁ Σινάϊδ 442.
Michaël Eccleſiæ Hieroſol. Syncellus, confeſſor pro cultu Imaginum 66.
Monachus Baſilio præſagit Imperium 142. alia 196. ſeq.
Monaſterium ἐν Νοσιαῖς 469. S. Phocæ 97. Satyri & Orientis 13. Gaſtriorum 56. 108. Sergii & Bacchii 96. μετανοίας 427.
Mos Romanorum Principum abſolvendi reos eum inaugurantur 8.
Natalis CHriſti religio 22.
Neronis Eros 156.
Nicephorus Patriarcha CPol. 402. 404. 502. 18. 19. ſq. ejus Epiſtola ad Mich. Balbum 31.
Nicephorus Patricius, Geometriæ ludo præfectus CPoli ſub Conſtantino Porphyrogenito 283.
Nicetas Chriſtophori Imp. ſocer, Monachus 258. 545.
Nicolai Mathematici vaticinia 474.
Nicolai ὃς ἐν ἱεραρχαις πρωτεύοντος templum 200.
Nicolaus Myſticus, Patriarcha 224. 228. 229. 233. 234. 235 236. 238. 242. 243. 244. 245. 246. 251. 252. 253. 254. 394. 396. 398 399. 403. 470. 556. 563.
Oraculum de Mich. Balbo 52. 413. Proconneſiis datum 272.
Orthodoxiæ Dominica, pro reſtituto imagg. cultu 96. 99. 429. 432. 528.
Pantaleo Metropolita 469.
Papa Romæ 181. ejus τοποτηρηταὶ in Synodo contra Ignatium 121.
Pauli Orphanotrophium 15. Oratorium à Baſilio Imp. conditum 91. 203.
Pauliciani 103.
Paulini templum 37.
Petri, monaſterii Athenogenis præfecti vaticinium de Leonis Imp. liberis 289.
Πέτριον monaſterium Virginum 171.
Pharus, Oratorium CPoli 13. 20.

Mona-

2011 Ministerio de Cultura

Monachi in Philomelio vaticinium, Bardanio impertitum 5. 15. 16. 21. 30.
Photius Patriarcha CPol. 109. 121. 122. 171. 215. 218. 438. 439. seq. 441. 456. 460. 535. 544. 549. incredibiles de illo calumniæ 442. sq. opinio de duplici hominis anima 445. Λεβέφας, δυνατὸς βελιάρ, ὑπουργὸς δὲ Φωτίου 444. liber ab Photio confictus 454.
Photinus Protospatharius 48.
Polyevctus Patriarcha CPol. 269. 493. 495. 592. alter Chrysostomus 277.
Proverbia: *Hercule fortior, Peleo castior, Themistocle sagacior* 387. *pertusum invas* 39. *omnem funem movere* 61. δεύτερος ὧλος 133. *petras seminare, littus alloqui* 155. *lavare Æthiopem* 155. 210. συνοργιασαί. ibid. *aquilâ pernicior* 291. *Thessalica Tempe* 315. *aspidis in morem obdurare aures.* ibid. *Mysorum præda* 85. *Agonothetæ more* 198. *res ἐπὶ ξυροῦ in novaculæ acie constituta* 128. λιθίνη καρδία 157. ἀπὸ γραμμῆς. 160. τὸ τῆς Νεμέσεως φθονερόν 177. 178. Punica fraus 182. Γίγαντες ἀπάρτοι 130. Διονύσου θιασῶται 124.
Reliqviarum sacrarum venerátio 495. Mariæ vestis 38. 252. 445. 484. 536. 579.
Rhodii notarii liber famosus in Leonem Imp. 469.
Romanus Lacapenus Imperator, ὀρθοδοξότατος 259. ejus aurea bulla 479. lectorem ad mensam adhibuit 488.
Russi ad CHristum conversi 211. ἐκ γένους τῶν Φεράγγων 262.
Sabbatis jejunare præcipit Mich. Balbus 31.
Sabbatius Monachus ab imaginum cultu Leonem Armenium avocans 403. 17.
Salomo sub Justiniano in bello Vandalico celebris 265.
Samonæ liber famosus in Leonem Sapientem 469.
Santabarenus Monachus 214. 457. Theodorus Monachus Santabarenus Evchaitarum ArchiEpiscopus 218. seq. 550. 547.
Σάρκελ, significat λευκὸν ὄικημα 76.
Sergius Abbas, Photii ἀνεψιός 269. 492. 591. 592.
Sibyllinum Oraculum in qvodam libro Imperatoriæ Bibliothecæ repositum, qvo non solum nuda oracula, verum etiam eorum qvi Imperio potituri essent figuræ formæqve coloribus expressæ continebantur 22. 406.

2011 Ministerio de Cultura

Soldanus in rotarum gyratione inconſtantiam fortunæ ridens 182.
Solon 137.
Sphenodæmon, Clericus Palatinus 454.
Stephanus Amaſenus Evnuchus, Patriarcha CPol. 254. 486. 581. 583.
Stephanus Baſilii Imp. Filius 164. Patriarcha CPol. 218. 220. 394. 549. Monachus qvidam ἀπὸ τῆς Στουδίου 40. 92.
Symbolum 308.
Synodus Copronymiana 304. 503. 504. 510. Leonis Armenii contra Imagines 501. 504.
Synodus ſeptima confirmata 163.
Synodus contra Ignatium 121. pro reſtituendo Ignatio Patriarcha ibid.
Templum S. Sophiæ 159. 168. 198. JEſu CHriſti 203. ἀρχιστρατήγων & Eliæ 190. 200. 196. SS. Apoſtolorum 198. S. Mariæ templa. ibid. 126. Platonis Martyris aliorumqve Martyrum & Sanctorum 199. 204. 206. 207. 208. 209. Mariæ ad Blachernas 97. 75. ſolenniter ab Imp. Theophilo freqventatum 55. πρίνοχχον 63. 86. ſeq.
S. Theclæ protomartyris feſtum 452. Oratorium 91.
Theodorus Monachus cognomine Cuphara 101. 439.
Theodoræ præſagium de Baſilio Macedone 145.
Theodegius Aſtronomiæ Doctor 119.
Theodorus Geometriæ doctor, Leonis Sapientis diſcipulus 119.
Theodorus Craterus Apoſtata 83.
Theodorus Crithinus, ArchiEpiſcopus cultor imaginum, malehabitus 419. 517.
Theodori Studitæ Confeſſio pro SS. imaginibus 512.
Theodotus Caſſiteras, Patriarcha CPol. 18. 402. 502.
Theognoſtus qvi de Orthographia ſcripſit ſub Mich. Balbo, Hiſtoriam illorum temporum de Siculo tumultu condidit 51.
Theophanes 18. ſq. 432. & Theodorus Grapti Confeſſores pro cultu imaginum 65. 405. 100. Verſus Jambici Theophili Imp. qvibus compunctæ ac deſcriptæ ipſorum frontes 66. 425. 524.
Theophanes Smyrnenſis Epiſc. 100. pro Nicæno.
Theophanis τοῦ μαναείτου Chronographia 2.
Theophylactus Patriarcha CPol. 261. 489. 587. 593.
Theophilus Imp. imaginibus infeſtus 57. 62. ejus Cantica ſacra 66. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

66. seq. lex de capillis non alendis 67. ultima Concio 85. edictum contra imagines 519. seq.
Theophili Imp. duo magna ὄργανα ὁλόχρυσα 416.
S. Thomæ Apostoli sepulchrum Edessæ 284. templum 218. festum 229.
Thomas Logotheta τῷ δρόμῳ, in Philosophia summus 143.
Thomas presbyter depositus ob impertitam benedictionem Leoni Imp. qvartas nuptias celebranti 559.
Thomas apostata & perduellis 33. ejus supplicium 44. Morothomas 296.
Trajanus alter 265.
Trypho Patriarcha CPol. 258 487. 585.
Valentinus hæreticus 510.
Vaticinium de Adrata à Constantino capienda 147. Alia vaticinia, vide Agarena, Ancilla, Diomedes, Elias, Joannes Monachus, Oracula, Petrus, Philomelium, Sibyllinum.
Xerxes mare virgis cædens 111.
Zelicum hæresis extincta 100. 433. Confer de hac Joachimum Camerarium ad Nicephori CPol. Chronographiam p. 125.
Zoës urnæ inscriptum ex Ps. 136. 8. *filia Babylonis misera* 223. 463. 585.

VIII. LEO VI. Basilii Macedonis Filius & Constantini Porphyrogeniti ex qvarta conjuge Zoë pater, à Photio qvem Præceptorem habuit, omni genere scientiarum imbutus, Imperator CPol. à Calendis Martii A. C. 889. usqve ad XI. Maj. 911. de cujus vita videndi Continuator Theophanis, & Simeon Magister, Georgius Monachus, Jo. Scylitzes, & Annalium scriptores Cedrenus, Zonaras, Glycas & Constatinus Manasses, atqve è recentioribus qvotqvot Annales sæculi noni & Imperatorum vitas condiderunt, nec non Hanckius de scriptoribus Historiæ Byz. parte 1. cap. 23. qvi etiam *Sapientem* & φιλοσοφώτατον nuncupatum observat è Constantino Porphyrogenito, Jo. Zonara, Mich. Glyca & Constantino Manasse.

Huic Imperatori vulgo tribuuntur XVII. *Oracula*, Græcis versibus Jambicis edita, & figuris sive iconibus appositis expressa de futuris Imperatoribus, Patriarchis, rebusqve CPolitanis. Ex his postremum de restitutione CPoleos Græce & Latine edidit *Jo. Leunclavius* ad calcem Constantini Manassis, Basil. 1573. 8. Cætera sedecim Græce & Lati-

2011 Ministerio de Cultura

Latine cum castigationibus nonnullis vulgata sunt à *Jano Rutgersio* cum versione *Georgii Dousæ* (qvi Græca CPoli secum attulit) lib. V. variar. lect. capite 8. Lugd. Bat. 1618. 4. *Versiones*, inqvit, *quæ ex Italia prodierunt, tales sunt, ut quod vulgo dicitur, neque cœlum neque terram tangant. Iconas studio omisimus, quod eæ sæpius jam recusæ sunt.* Respicit *Francisci Patricii* Dalmatæ, * ejusdem qvi discussionum Peripateticarum, Novæ de universis Philosophiæ & aliorum præclarorum operum editione sibi nomen comparavit, interpretationem illorum oraculorum latinam & vulgari Italo sermone editam *esposizione delli oracoli di Leone Imperatore* Brixiæ 1596. Versionem Leunclavii in postremo illo, & in cæteris Dousæ à Rutgersio alicubi castigatam servavit *Petrus Lambecius*, qvi oracula hæc Græce & Latine cum iconibus luculenter descriptis ære, notisqve suis, & cum *paraphrasi prosaria* ultimorum undecim Oraculorum Græce primum vulgata è Codice MS. Amstelodamensi, nec non cum Patricii latina interpretatione excudi curavit ad calcem Codini de antiqvitatibus CPolitanis, Paris. 1655. fol. Eadem prodierunt Germanice cum figuris in æs incisis à Jo. Theodorico & Joanne Israële de Bry, Francof. 1597. 4. in appendice Historiæ de vita & rebus gestis Muhamedis. Johannes Meursius præterea in Glossario suo Græcobarbaro laudat *Rhuzani* cujusdam Paraphrasin Græcobarbaram vaticiniorum CPolitanorum, nec non explicationem *Scholarii* qvæ exstat in Bibliotheca Vaticana: De utrisqve Lambecius lib. V. Bibl. Vindob. pag. 15. seq. ex qvo discces *Joannem Ryzanum* vertisse Græce alia oracula *Theophili* presbyteri & clerici Romani: *Gennadium* vero *Scholarium* exposuisse oraculum qvod fertur repertum singulis scriptum literis in sepulchro Constantini M. cujus ibi specimen affert. Cangius qvoqve ad Glossarium suum Græcum condendum testatur se usum Leonis Sapientis ænigmatis cum explicatione, hoc titulo: αἴνιγμα λέξεων Λέοντος τοῦ σοφωτάτου συμβολικῆς ἐν Βυζαντίῳ λεχθέν. Liber scriptus lingva Græca vulgari ex Codice Colbert. 5104.

Utrum auctor oraculorum illorum sit Leo Imperator, dubitare licet, neqve veteres scriptores qvorum loca Lambecius præfixit, & in qvibus Oraculorum mentio est, illa Imperatori Leoni diserte tribuunt: at ex locis aliis à Lambecio præteritis etiam apparet, oracula ejusmodi in aula Byzantina jactata fuisse diu ante Leonis Sapientis

* Vide Bælii Lexicon in *Patrice*.

2011 Ministerio de Cultura

pientis ætatem. Nam continuator Theophanis lib. 1. in vita Leonis Armenii cap. 22. demonſtrat illius mortem, qvi ſeptuaginta fere annis ante Leonis Sapientis Imperium occiſus eſt, oraculo ejusmodi præſignificatam. ὁ δὲ χρησμὸς ἦν Σιβυλλιακὸς ἔν τινι βίβλῳ εἰς τὴν βασιλικὴν Βιβλιοθήκην ἐναποκείμενος. ὁ χρησμὸς μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ μορφὰς καὶ σχήματα ἔχοντα τῶν γενησομένων Βασιλέων, διὰ χρωμάτων. *Oraculum vero Sibyllinum erat in quodam libro Palatinæ Bibliothecæ repoſitum, quo non ſola nuda oracula, verum etiam eorum qui Imperio potituri eſſent figuræ formæque coloribus expreſſæ continebantur.* Eadem habet Simeon Magiſter in Annalibus, qvi oraculum ipſum ad Leonem Armenium ſpectans pluribus etiam exponit pag. 406. ἦν γὰρ αὐτῷ ἔκτυπος Σιβυλλιακῆς βίβλου ὁ ἀναγρέσιμος χρόνος μεμυημένος. Εἶχε δὲ γραφὴν τοιαύτην. Λέοντος εἰκόνα θηρίου ὁλόκληρον, ἐν μὲν τῇ κεφαλῇ ἔχουσαν χ γράμμα, ἐν δὲ τοῖς ὄπισθεν Φ, καὶ μέσον δ' θηρίου πρὸς αὐτὴν τὴν ψόαν ξίφος, ἥγουν πάλην ἐμπεπηγμένην καὶ ἡμαγμένην, ἣν ὑποδείξας Στεφάνῳ ᾧ ἐπίκλην Καπετωλίνης, ἔφη πρὸς αὐτόν· τί δηλοῖ ταῦτα; ὁ δ' ἔφη, ἄφες Δέσποτα, μὴ ἴδω καὶ τὴν γραφήν. Ὁ δὲ ὑπεδέξατο. Συλλογισάμενος ἂν ὁ Στέφανος λέγει τῷ Βασιλεῖ· ὅτι ὁ Λέων εἰς πρόσωπον τῆς βασιλείας κεῖται, καὶ μέσον δ' χ γράμματος καὶ δ' Φ κακόν τι συμβαίνει αὐτῷ. Καὶ ὁ Βασιλεύς, τί ἐστι τὸ Φ καὶ τὸ χ; ὁ δέ φησι, μέσον τῆς Χριστοῦ γενέσεως καὶ τῶν Φώτων. *Noverat enim ex quodam Sibyllinorum Oraculorum libro, quo illi tempore, ut nece tolleretur, fatis indictum eſſet. Nempe illo expreſſa erat figura hujusmodi: Leonis figuram ex integro referebat. Capiti litera χ. inſcripta erat, à tergo vero litera Φ. mediæ beſtiæ ad ipſa Ilia impactus cruentus enſis hærebat. Hac Imperator Stephano cognomento Capitoliges oſtenſa, ex eo ſciſcitabatur, quid hæc ſibi vellent. Cui ille: apage Domine ut nec oculis figuram uſurpem. Is enimvero nihil acquievit. Tunc igitur Stephanus ſecum ipſe reputans, Imperatori inſit: Leo iſte in Imperii ſignum poſitus eſt; ac inter literam χ & Φ malum aliquod imminet. Tum Imperator: quid vero ſibi volunt χ & Φ? Ait ille: inter CHriſti Natalem & τῶν Φώτων diem,* (Epiphaniorum ſcilicet atqve luminum) intra qvod tempus Leo Armenius eſt non diu poſt obtruncatus. Allatius de Georgiis pag. 351. memorat Oracula cum figuris picta *Methodii* Epiſcopi Patarenſis, Viſiones *Danielis* Prophetæ, & *Choſroæ* Regis Perſarum, & *Theophili* presbyteri Romani translata Græce à *Georgio Zegabeno*, prætereaqve Leonis Philoſophi & Imperatoris. Idem pag. 404. notat Oraculum de Turcarum Imperio & fine ejus cum *Gennadii Scholarii* expoſitione

2011 Ministerio de Cultura

editum à Dorotheo Monembasiæ Metropolita in fine Chronici sui Venet. 1637. 4. & Matthæo Cigala Cyprio post novam variarum Historiarum synopsin, ibid. 1637. 4. Additqve se Vaticinium hoc inseruisse primo Variorum antiqvorum Tomo in Antiqvitatum CPolitanorum auctario cum aliis Leonis, Methodii Patarensis, Theophili Romani, Danielis Monachi & aliorum vaticiniis. Sed Tomus ille lucem hactenus non vidit. Confer interim qvæ de oraculis illis & Gennadii Scholarii Patriarchæ CPol. & *Joannis Capistrani* Ord. Fratrum minorum, qvi A. C. 1456. obiit, expositione Lambecius lib. 6. Bibl. Vindob. pag. 167. De aliis apud Græcos & Saracenos sub Danielis nomine jactatis ὑφάσεσι, qvibus fata Imperatorum descripta fuisse testatut Luitprandus, vide si placet qvæ dixi im Codice Pseudepigrapho Veteris Testamenti pag. 1137. & de Methodii (non Episcopi Patarensis sed CPolitani Patriarchæ) revelationibus supra cap. 1. hujus libri p. 258. Cæterum oracula Leonis Combefisius non ad Leonem sapientem Imperatorem, sed ad Leonem Byzantium * Joannis Patriarcæ CPol. nepotem è stirpe Morocharzaniorum, cognomento Philosophum, à Michaële Psello in Antro Insula disciplinas varias edoctum refert haud inverisimiliter. Ita enim ille in Tomo 1. Bibl. Concionatoriæ, ubi de variis scriptoribus differit: *Leo Imperator non dicitur* sapiens *antiquis, Leoni Grammatico, Continuatori Vaticano, aliisque ejus ævi scriptoribus, ac nec Cedreno: sed magis recentioribus in quibus Zonaras, si ejus est quo illi ejus rerum tractatus prænotatur. Et ab his sapiens dicitur ob pietatem in DEum potius* & variam doctrinam editaqve ingenii monumenta *quam ob divinandi peritiam. Sed fuit & alius Leo sapiens, insignis ille conjector & Astronomus, cujus discipulus Theophilo Imp. Amorium nunciavit biduo post capiendum, quemque idem Theophilus CPolitano ludo præfecit, & qui postea Thessalonicensis Metropolita fuit. Ejus malim esse Oracula cum figuris, pro tanta illa ejus Astrologiæ judiciariæ ac ἀποτελεσματικῆς facultate, quam Leonis Imp. qua is non adeo excelluisse videtur, etsi*

* Hunc Leonem Philosophum Pselli discipulum ab Imperatore Leone sapiente distingvere docet Allatius diatriba de Psellis pag. 2. seq. De eodem plura Scylitzes, Cedrenus, & qvæ ex scriptoribus post Theophanem supra p. 359. sq. Video etiam à Cangio laudari Leonis Philosophi (aliis Theophili) de Regno & Principibus (de Imperio & Imperatoribus) librum Astrologiæ judiciariæ ex Cod. Reg. 2730. & Colbert. 2079. & Leonis Philosophi ac Medici (qvem diversum esse non dubito) Synopsin Jatricæ sive Medicinæ libris VII. ex Cod. Reg. 3511. qvam in Bibl. Vindobonensi etiam exstare Græce MS. testatur Lambecius VI. p. 98.

2011 Ministerio de Cultura

etsi gentis vitio ac ætatis fatidicos homines plusculum coluerit. Vel certe antiquiora erant illa oracula, cum iis designatam mortem Leonis Armenii, ipsi infe-rendam ipso Christi natalis die, auctor Zonaras sit.

Alia Leonis Sapientis Imp. scripta.

1. *Orationes* XXXIII. in Bibl. Vaticana Cod. 106. & 803. exstare MSS. notavit, singularumqve titulos adscripsit *Baronius* ad A. C. 911. n. 3. ex his unam ibidem edidit latine ex *Fed. Metii* Termularum Episcopi versione. Alias novem Græce & Latine vulgavit *Gretserus* Ingolstad. 1600. 4. ex Bibl. Bavarica, una cum Nysseni tractatibus duobus in inscriptiones Psalmorum: decimam item in Opere de Cruce T. 2. pag. 142. Ingolst. 1600. 4. Alias insuper tres una cum primis Gretserianis septem, brevibusq; notis *Combefisius*, in Auctario novo Paris. 1648. fol. T. 1. pag. 1605. Harum orationum singularum titulos vide si placet apud præstantiss. viros, Labbeum, Caveumqve. Orationem *de S. Nicolao* Myrensi Episcopo Græce & Latine vulgavit *Petrus Possinus* Tolosæ 1654. 4. non 1644. ut habent Labbeus & Caveus. Alia *in S. Chrysostomum*, ex vita ejusdem qvam Georgius Alexandrinus scripsit, maximam partem delibata, Græce in Operibus Chrysostomi T. 8 Savilianæ edit. pag. 267. & Latine apud Surium 28. Januar. & ante editionem Chrysostomi operum latinam Antvverp. 1614. fol. Alias à se versas è Codice Naudæano & Mazariniano, latine exhibet laudatus Combefisius in Bibl. Concionatoria. Nimirum *in S. Joannis decollationem* & *in omnes Sanctos* & in *S. Nicolaum* Myrensem Episcopum, qvæ una cum aliis undecim, & illa qvam à Baronio editam dixi, & altera in S. Chrysostomum latine leguntur in editione Lugdunensi Bibl. Patrum T. XVII. pag. 22. seq. Orationem *in S. Tryphonem* allegat Allatius contra Hottingerum pag. 168. & *duas in S. Demetrium* pag. 170. Longe plures libro de Simeonum scriptis, ut *in S. Clementem Ancyranum* pag. 81. *in Præcursoris diem Natalem* p. 83. *in transfigurationem CHristi*, p. 91. 106. *in CHristi Nativitatem* pag. 96. *in principium jejuniorum* (tres orationes hujus argumenti qvemadmodum & in transfigurationem Baronius memorat) pag. 96. 114. *in Eliam Prophetam* pag. 97. *in Protomartyrem Stephanum* pag. 100. *in Templi consecrationem* 101. *in sancta Theophania* 108. *Magno Sabbato* pag. 116. His accedunt à Baronio memoratæ, atqve adhuc qvantum

2011 Ministerio de Cultura

tum sciam ineditæ, *in Spiritum S. quod propria auctoritate adoptionem filiorum DEI largitus est : in Paulum Apostolum : in S. Thomam*, discipulum Domini, *duæ orationes :* & deniqve, *Quando domus Imperatoris fuit consecrata.* Spectant huc etiam Hippolyti Maraccii Lucensis Mariale, Rom. 1651. 8. & ejus Cæsares Mariani 1658. 8. in qvibus libellis reperies orationes Leonis Imp. in B. Virginem, latine versas à *Jo. Matthæo Caryophilo* Cretensi.

2. *Epistola ad Omarum Saracenum* de fidei Christianæ veritate & Saracenorum erroribus, ex Chaldaico versa à Sebastiano Champerio Lugdunensi A. 1509. atqve in Bibliothecis Patrum sæpius latine edita ut Colon. 1622. T. 15. & Lugd. T. 17. p. 45.

3. *Canticum Compunctionis ex meditatione extremi judicii*, ex Codice Bibl. Bavaricæ vertit & latine edidit Jac. Pontanus S. I. Ingolstad. 1603. 4. cum Simeone juniore de fide, aliisqve scriptis qvæ recenset B. Ittigius libro de Bibliothecis Patrum pag. 611. Recusum inde in Bibliotheca Patrum Colonienſi 1618. T. XI. & in supplemento Paris. 1639. T. 1. pag. 861. & in Bibl. Patrum Lugd. 1677. T. XXII. pag. 747.

4. *Carmen Jambicum de misero Græciæ statu*, qvod cum versione Francisci Lucidi edidit Leo Allatius de consensu Ecclesiæ Occidentalis & Or. pag. 854. Idem Allatius edidit Græce *versus* Leonis Imp. *retrogrados* sive καρκίνους XXVII. post Excerpta Rhetorum ac Sophistarum Rom. 1641. 8. pag. 398. & ex *Carminibus Jambicis in Clementem Ancyranum* nonnulla, libro contra Hottingerum pag. 173. *Hymnos* Leonis in Bibl. Bavarica exstare MSS. scribit Possevinus in Apparatu sacro, nescio an alios viderit qvam Canticum illud Compunctionis, de qvo jam dixi.

5. Τῶν ἐν πολέμοις Τακτικῶν σύντομος ἔκδοσις, *Constitutionum Militarium Breviarium*, qvod primus è Græco à se versum latine edidit & Regi Angliæ Henrico VIII. inscripsit *Johannes Checus*, Cantabrigiensis, Basil. apud Mich. Isingrinium 1554. 12. Ad illam interpretationem concinnandam usus est codice Gr. MS. Anglicano, qvem vidisse optat *Johannes Meursius*, qvi ex tribus MSS. Regis Angliæ, Palatino & Pistoriano lacunas sibi invicem supplentibus Græcum

2011 Ministerio de Cultura

cum textum versioni adjecit, subjectisqve aliqvibus castigationibus suis vulgavit Lugduni Batavorum A. MDCXII. 4. qvæ ipsa editio cum novo titulo præfixo adjuncta est Æliani Tacticis à Sixto Arcerio illustratis ibid. 1613. 4. Falliturqve præstantissimus Caveus, qvi Leonis Tactica cum versione & notis Sixti Arcerii prodiisse scribit. Porro Leonis Tactica Italice vertit & notis non contemnendis illustravit *Philippus Pigafetta*, Venet. 1541. 4. 1586. 4. 1602. 8. *tratta-to dello schierare in ordinanza gli Eserciti, & dell' apparechiamento della guerra.* Hunc non semper vim hellenismi perspexisse, uti Checum qvandoqve nebulæ cyathum propinare lectoribus notat Rigaltius ad Onosandrum p. 17. Versionem Checi in non paucis reprehendit Antonius Possevinus libro V. Bibliothecæ selectæ capite 7. (edit. Romanæ lib. 1. cap. 24.) ubi & qvædam loca ex antiqvissimis qvæ vocat MSS. profert, (Bavaricum Codicem innuens) qvæ apud Meursium pag. 59. & 418. &c. longe minus emendate ac integre leguntur. Sed & Bibliotheca illa selecta aliqvot ante editionem Meursianam annis prodierat, qvam non viderit Meursius oportet, nam ex ea aliqvot qvæ dixi loca restituere ac supplere potuisset. Isaacus qvoqve Casaubonus qvi anteqvam Meursius Leonem ederet, Æneam * cum versione notisqve doctissimis publicavit, aliqvoties græca verba allegat ex Leonis *de re militari*, seu, ut Checus vertit, *de apparatu Bellico* constitutionibus. Neqve unum hic MStum vidisse se profitetur, refert enim qvosdam Codices hanc inscriptionem præ se ferre, qvam ex Meursii etiam editione paullo ante adscripsi: Τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις. Alios autem eosqve optimos παρασκευὰς πολεμικὰς designari. Prioris generis titulus exstat Wiennæ in Augustissimi Cæsaris Bibliotheca codice Philosophico CXIV. probæ notæ chartac. in folio; uti indicat Petrus Lambecius libro VII. de Bibliotheca Vindobonensi pag. 213. qvod MStum alioqvi non mediocriter ab editione Meursii differre testatur. Inscriptio posterioris generis & in Possevini MStis fuit, & Lambecio teste apparet in codice CXVI. chartac. mediocriter antiqvo in 8vo. ubi habetur πολεμικῶν παρασκευῶν διάταξις περὶ ἐφοδῶν ἀδοκήτων, qvæ in editis Leonis Tacticis est septima decima constitutio. Ibidem duodevigesima qvoqve sed sine

* Prodiit cum Polybio Casauboni Francofurt 1609, fol. ut dixi lib. 3. cap. 30.

2011 Ministerio de Cultura

lemmate comparet. Undevigesima περὶ ναυμαχίας reperitur in codice Medico XXV. chartaceo bonæ notæ in 4to qvemadmodum idem refert libro VI. de Bibliotheca Cæsarea pag. 121. Eam & in Vaticana exstare memorat Gabriel Naudæus Bibliographiæ militaris pag. 63. sive lib. 2. de studio militari pag. 521. *Leonis*, inqvit, *constitutiones quædam & fragmenta etiam ex Naumachicis* * *exstant in Palatina, quæ Vaticanæ non itapridem adjuncta fuit: sed non puto quicquam in illis diversum esse ab ejusdem Imperatoris Tacticis, quæ Meursius in lucem protulit. Nam & in illis decima nona constitutio tota de navali prælio est. Quamobrem pluris nunc facienda sunt BASILII Patricii Naumachica, quæ ex Regio & Palatino Codice forsan integra proferri in lucem possent, nam Pinellianus mancus erat in fine.* Reliqvorum Codicum inscriptiones, qvoniam principio carent, nullæ à Lambecio adduci potuerunt. Nam in codice philosophico CXIII. chartaceo in fol. & proœmium integrum & plus qvam dimidia à fine pars desideratur. Optimus etiam codex CXV. membranaceus in 4to paginis 249. constans & Scholiis Græcis marginalibus illustratus, qvem Busbeqvius (seu, ut alibi Lambecius scribendum docet, Busbeekius) CPoli comparavit, incipit à verbis proœmii editionis Meursianæ pag. 7. δι' αὐτῆς ἡ Ρωμαίων πολιτεία ἐυμοίρησε. Desinens in verba pag. 364. vers. penult. καὶ γὰρ οἴδασιν ὡς ἐὰν μὴ σερρῶς καταξάντες. Hunc codicem non dubitat Lambecius Leonis ætate exaratum fuisse, invisum autem Meursio & penitus incognitum, ex qvo ejus editio plurimis in locis, qvorum unum in medium affert, corrigi perficiqve possit. Et plurimis in locis corruptam esse Meursii editionem notavit etiam Arcerius ad Ælianum pag. 169.

Plagii ** Leonem postulant Rigaltius in limine notarum ad Onosandrum, Allatius notis ad Hexaemeron Eustathii Sidetæ, Antiochiæ

* Leonis Tactica fuere etiam MSta in Bibl. Scoriacensi. Vide Maderum de Bibliothecis pag. 118. Et Naumachica inter Codices MStos Gudianos. De qvibus plura infra. Tacticorum atqve Strategicorum editionem atqve in his Leonis qvoqve paravit olim è Palatinis Godd. Gruterus, ut ex Josephi Scaligeri Epistolis pag. 420. didici, deinde post Gruterum Salmasius, ut Madero pag. 122. & Naudæo pag. 523. de studio militari notatum.

** Ab hoc plagii objecto crimine absolvendum esse Leonem, demonstravi pridem in Decade Decadum sive Plagiariorum & Pseudonymorum Centuria, qvam admodum juvenis edidi Lipsiæ 1689. 4.

2011 Ministerio de Cultura

tiochiæ Episcopi pag. 6. & Naudæus, cujus verba adscribam ex lib. 2. de studio militari pag. 526. *Omnes vero*, inqvit, *illæ Leonis constitutiones Tacticæ magna parte succum traxerunt ex Onosandri strategico, cujus tamen auctoris nomen ingrato silentio bellus ille homo semper obruit, ita ut illius nullibi meminerit nisi semel, cum ejus carpere vellet sententiam. Dignumque illud insuper observatione mihi videtur, quod hujus & Mauricii Imperatoris plerumque eadem, aut parum diversa sunt verba, ut quemadmodum Galenum ex Paulo Ægineta aut Aetio, sic non difficile sit alterum ejusmodi auctorum ex alio auctiorem facere.* Verum à plagii crimine Leonem absolvere videtur, qvod non tantum in proœmio dicit, se in veterum recentiorumqve militaribus commentariis non perfunctorie versatum, optima qvæqve ex iis delibasse, & ὡς ἄλλον πεῖχειρον νόμον * Hypostrategis suis tradere voluisse, sed & pag. 320. & 432. fatetur in hoc libro ea se collegisse, qvæ ex veterum commentariis accedente mediocri experientia sua edoctus fuisset. Atqve si ab auctore sunt Scriptorum nomina, qvæ in codice illo membranaceo Busbeckiano constitutionib⁹ præfixa fuisse Lambecius testatur, longe magis à furto literario alienus nobis habebitur, qvi cum Plinio majore ingenue per qvos profeciisset, voluerit indicare. Ait autem Lambecius majusculis literis adscripta se offendisse nomina APPIANOY, AILIANOY, ΠΕΛΟΠΟΣ, ONHΣANΔPOY, MHNA (forte AINEIA) ΠΟΛΙΑΝΟΥ, ΑΙΛΙΑΝΟΥ, ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ. Ex qvibus tres tantum in Tacticis Leonis allegatos reperio, Ælianum qvidem pag. 62. 90. 91. Arrianum p. 90. Onesandrum pag. 215. Eqvidem p. 431. memoratur qvoq; Πτολεμαίου πεῖχειρος κανὼν & πετραβίβλος, item Aratus in phænomenis & Joh. Lydi ** diurna ac menstrua observatio. Sed non hos citat tanqvam iis ad Tactica concinnanda usus Imperator fuisset, sed qvod Astronomiæ studiosis hosce potissimum auctores commendandos arbitraretur. Cæterum alium hujus militaris argumenti librum à Leone scriptum fuisse recte colligitur ex verbis pag. 27. Ἔξεστι δέ σοι τῆς τε παρ' ἡμῶν ἰδίᾳ ἐκπεθείσαις γνώμαις ἐν τούτῳ τῷ συντάγματι καὶ πεῖ-

* Notari hic locus potest adversus Barthium, qvi negat Leonem in hisce Tacticis loqvi tanqvam Imperatorem: conf. pag. 10. 15. 23. 27. 32. 50. 176. &c. ubi non monet tantum sed jubet.

** De hoc Lydo vide præter Meursium in notis, ac Vossium de scientiis Mathemat. qvæ notavi supra lib. III. cap. 20. Cangii gloss. latin. in *silentium*, & Jo. Boivinum ad Gregoram pag. 789.

2011 Ministerio de Cultura

ωεθσέπι τῆς κζ' ωλάτ@ σωνηθροισμέναις ἡμῖν ἐν τῇ ωδελλήλῳ τ' Τακτικῶν μονοβίβλῳ τὴν ἐκεῖθεν τ' ζητεμένων ωλείονα καὶ ἀρκοῦσαν σωναγαγεῖν ὠφέλειαν. Qvem etiam innui puto pag. 200. Verba hæc ſunt: Περὶ ἧς τῆς πεζικῆς καὶ τῆς συμμίκτε εἴδη ἐρῶμεν ἅπερ ἀναγκαῖα κζ' τ' ξ' ωολέμε χρέος νομίζομεν. Περὶ ὧν ἀκριβέστερον ἡμῖν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ωεθωέλεσαι.

6. Ἡ γεγονυῖα Διατύπωσις ωδὲ ξ' βασιλέως Λέοντ@ ξ' σοφε, ὅπως ἔχσι τάξεως οἱ θρόνοι τῶν Ἐκκλησιῶν, τῶν ὑωοκειμένων τῷ Πατριάρχῃ Κωνσαντινεπόλεως: *Dispoſitio facta per Imp. Leonem ſapientem, quem ordinem habeant Throni Eccleſiarum, Patriarchæ CPolitano ſubjectarum.* Græce & Latine cum Joh. Leunclavii verſione in jure Græco Romano, qvod ab eodem Leunclavio collectum, Marqv. Freherus edidit Francof. 1596. fol. libro ſecundo pag. 88 - 102.

7. Epigramma εἰς τὸ μονημέριον, in ſpectaculum unius diei, legitur in Anthologia lib. 1. cap. 1. pag. 3. edit. Wechel.

8. De novellis Leonis conſtitutionibus, ωεχείρῳ νομικῷ & Baſilicis qvæ ejus auſpiciis digeſta feruntur, dicam accurate libro ſexto, ubi JCtos Græcos recenſebo. Nunc autem juvat cum Lectore communicare Leonis *Naumachica*, ſive potius ea, qvæ de hoc argumento in Tacticis Meurſianæ editionis cap. XIX. leguntur, ſupplere ex Codice Gudiano, cujus Apographum benevole mecum communicavit amicus noſter ingenii & doctrinæ laude clariſſimus Michael Richey, Hamburgenſis.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ
Ναυμαχικά.

Περὶ ναυμαχίας βελόμεθα Διατάξαθαι, ωερὶ ἧς εἴδεν μὲν ἐν τοῖς παλαιοῖς Τακτικοῖς κεκανονισμένον ἕυρομεν. ἀφ' ὧν ἢ ωροεφάνη &c. ut in editis p. 321. edit Meurſianæ, niſi qvod pro Διὰ μετρίας ωείρας legitur δι' ὀλίγης πείρας eodem ſenſu: & ωλοίμων ἡμῶν ςρατηγῶν pro ωλωΐμων qvod utrumqve rectum eſt & præfectos navales denotat: Deinde παθόντων pro πεπονθότων, & ἀφορμὴν δῶναι pro ἔμφασιν δῶναι.

Διάταξις Α'. (in Meurſii edit. 2.) Πρῶτον μὲν ὧν, ὦ ςρατηγὲ, &c. eadem qvæ in editis, niſi qvod verba ſubinde aliter collocata ſunt, & Ὑποσημειώσεων legitur pro σημασιῶν.

B. 3. Καταςκευαθῆναι δὲ δεῖ καὶ δρόμωνας, pro δρόμωνας. Sed utrumqve promiſcue poſitum reperio.

2011 Ministerio de Cultura

Pag. 322. pro κὴ τῶν σῶν τὰ ἐκείνοις ἀντιμάχεσθαι, in Codice Gudiano plenius & emendatius legitur: χ τῶν σῶν ποιήσασθαι τὴν κατασκευήν, δυνατὴν πρὸς ἅπαντα ἐκείνοις ἀντιμάχεσθαι, qvomodo etiam in suo Checum reperisse, ex ejus versione apparet.

Γ. 4. Ἡ δὲ τῶν δρομόνων κατασκευὴ μήτε πάνυ ἔχω παχεῖα &c. deinde ἐξειργασμένη pro ἐξεργασμένη, & ταχέως pro ῥᾳδίως, & συγκρύσεως pro συναράξεως (leg. συρράξεώς) τε κὴ κρούσεως. Scribitur etiam Δμαλύεσθαι qvod non erat à Meursio mutandum in Δμαλύηται, neqve enim illa ætate post ἵνα semper utebantur conjunctivo, uti mox sequitur ἵνα μὴ λίαν ἐσὶν ἀργός, & pag. 332. ἵνα μὴ βαρῶνται. Sic p. 336. ὅταν ἐλπίζεται.

Δ. 5. Ἐχέτωσαν ὁ κὴ πάντα &c. mox κάρυα pro κάροια, sed legendum, ni fallor, καραΐβια. Pro πλέτρα Meursius legit πρέτρα cum forte Leonis ætate πέλετρον pro altero dixerint. In MS. autem ejus vicem invenio τρυπάνα, qvod eandem rem significat.

Ε. 6. Pro Δι' ὃ τοῦτο ἐσκευασμένων, rectius in MS. δι' ὃ τὸ ἐσκευασμένον πῦρ κ τῶν ἐναντίων ἀκοντίσει.

Pag. 324. τῆς πολεμίας νηὸς pro νεώς.

ς'. 7. σίδηρα βαρέα pro βαρεῖα. & mox μαξία ξιφοειδῆ pro μάζας ξιφοειδεῖς. Mox: ἢ ἐμπεσῆσαι τὴν ναῦν τῶν πολεμίων δυνάμενον, ἢ τὰς ἐν αὐτῇ διατῶσαι.

Ζ. 8. Ὁ δὲ ἕτερος ὁ τὰς ἀγκύρας βάλλων κ ἁλάσασαι ἦγεν τὰ σίδηρα.

Pag. 325. In MS. κράβατος pro κρέββατος, & mox ἀφωρισμένον δεικνύων τὸν ἄρχοντα.

Η. 9. Κατασκευαζέσθωσάν σοι & mox ἢ πολέον τούτων ἢ ἔλαττον κ τὴν χρείαν τὴν δέουσαν, deniqve ἄνω ἑστῶτες ἅπαντες ἔνοπλοι &c.

Θ'. 10. Γοργοτάτους pro δρομικωτάτους & γαλέας κὴ μονήρεις pro γαλαίας ἢ μονήρεις & ταχέας χρείας pro ταχινάς.

Ι'. 11. deest ὁιονεί.

Pag. 333. Ιβ. 13. ταχίτας κὴ ῥιπίδεια. Et paucis interjectis: ἐκεῖθεν οἱ στρατιῶται λάβωσι, pro πείσονται, & καταδαπανώμενα ἐν ταῖς μάχαις pro Δι' ὃ τὸ ὀλιγεῖσθαι αὐτοὺς ἐν ταῖς μάχαις, eodem sensu. Post illa verba incipit Διάταξις Ιγ', à verbis ἐκτὸς δὲ τῶν στρατιωτῶν, ἤτοι τῶν ἄλλων

2011 Ministerio de Cultura

ἄλλων ἑλατῶν, ita MS. pro τῶν ἄνω ἑλατῶν, de qvibus vide infra. Διατάξει 19. Mox iterum ῥιπιάελα pro ῥικτάελα. Et εἰ καὶ μὴ ὄπιθεν, ἀλλὰ πάντως ἔμπροσθεν πέπαλα ἔχοντα καστίδας &c. unde hiatus in Meursii edit. supplendus. Paullo post, νευρικὰ ἄπερ ἀπὸ διπλῶν κεντύλκων, & καὶ λίθους δὲ δυναμένους ἀπὸ χειρῶν ῥίπτεσθαι pro χειροπλήθους. Et οὐκ ἔλαττον τῶν ἄλλων ὅπλων αὐτοὺς καταβλάψουσιν.

Pag. 334. Ιδ'. 15. ὥστε τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐν τούτοις - - εἶτα τῶν βελῶν πληρωθέντων. Mox μεναύλοις recte pro μὲν ἄυλοις. Pro verbis autem qvæ mox seqvuntur: καὶ ὥσπερ ἀκμαιότεροι τῇ ἀθρόᾳ κινήσει in MS. est: Καὶ ἀκοπίατοι & deinde καὶ τοῖς κεκοπιακόσι στρατιώτας ὑπηθέντες - - καὶ εὐκόλως αὐτοὺς καταπολεμήσουσι. Sententia semper eadem.

Ιέ. 16. Προσβολαῖς pro συμπλοκαῖς. Ις'. 17. δύναμιν pro ἀκμήν. Cæterum male in eodem MS. Διαφυλάττειν pro διὸ φυλάττειν & βυλὰς pro βολάς.

Ιζ. 18. Φροντίσας. Pag. 335. pro ὑπὸ τῆς πάνος, leg. πάνης, uti in MS. τῇ πάνει τῶν ἀναγκαίων ἀναγκαζόμενοι. A verbis εὐαγγελίης δὲ καὶ τοῖς ἄρχουσιν incipit in MS. Διάταξις Ιή.

Ιθ' 19. ἀναπληρώσεις.

Κ'. 20. τῶν ὑπό σε στρατιωτῶν & εὐκαίρους.

Pag. 336. Κά. 21. καθὼς ἂν σωειδῆς δέκτα πρὸς τὴν παρεμένην ἐγκράτειαν. Διάταξις Κβ' incipit à verbis καὶ παρόντι, εἴγε χρεία τοιαύτη καλέσει, καὶ ἵππους ἐν τοῖς ἱπαγωγοῖς παρεπιῤῥίπτειν, ὥστε κ' τῆς πολεμίας ἔχειν καβαλλαρίους, καὶ ἀπλῶς πάντα ἀπαρτίσας ὁδοιπορήσεις δεόντως. Ita hæc Constitutio legitur in MS.

Κγ'. 22. Διαλαλήσεις - - παρθυμοποιήσεις τὸν στρατὸν, ὑπομνήσεις, ὑπηδείους ἀνέμους πνεύσαντος.

Κδ. 23. Οὐχ ὡς ἔτυχεν ἁπάντων &c.

Κέ. 24. Καὶ τὰ παγγέλματα δέξονται, & pag. 337. παγγέλμασιν ὑπακούσουσιν.

Κς'. 25. τοῖς πρώτοις χρόνοις pro τοῖς ἄνω. & καὶ ὕτω καλυμένη.

Κζ'. 26. ποτὲ ἢ κ' πλείονας, ὥστε κατέναντι ἀλλήλων ἐπέρχεσθαι, pro qvo male in editis ὥστε ἄν τις ἀλλήλων. Postea Διὰ καμάκων σιδηρῶν

2011 Ministerio de Cultura

ρῶν - - διὰ τὰς ἀφέυκτους καὶ ἀναγκαίας κινδύνους. Inde incipit διάταξις Κή. à verbis καὶ ἑτέρως ἢ γυμναζέσθωσαν, ὡς ἂν νοῇ ἡ σὴ ἐνδοξότης πρὸς κζ' τῶν ἐναντίων &c. - - ὥσπερ δόξῃ ἐπὶ πᾶσα ἐρχόμενοι.

Pag. 338. κθ'. 27. καὶ ἐν ταῖς ὁρμησίαις pro ὁρμήσεσι. & καταγέτωσαν rectius pro καταγεώτων.

λ. 28. Δεῖ δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀνέμου ἐπιφοράν - - καὶ πρὸς πύτιδων καὶ τὸν τόπον τῆς ὁρμησίας ἐκλέξασθαι. Καὶ εἰ μήτις κατεπάγῃ ἀνάγκην - - ἀλλ' ἐφορᾶσθαι τὰς λεγομένας τῶν ναυτικῶν ὥσπερ σημασίας τῶν ἄστρων, pro qvo minus integre in editis, ὥσπερ τῶν ἄστρων.

λά. 29. εἰ μὴ μηδένα φόβον ἔχεις pro ἔχῃς.

λβ. 30. Εἰ πολεμίους παρεῖναί τι ἐλπίζεις, πάντως χρή σε - -

Pag. 339. πολλαὶ δ' αἱ τῶν πολεμίων ἐπιβολαὶ recte pro ἐπιβουλαί. Deinde εὑρήσουσιν pro εὑρέσουσιν.

λδ. 32. κατὰ τὰς τάξεις ἑκάστων διῃρημένων, pro ἑκάστην διῃρημένως. Deinde καὶ ἐπιῤῥώσεις αὐτοὺς καὶ ἐνισχύσεις.

λέ. 33. Δεῖ δέ σε μᾶλλον &c. ut in editis.

Pag. 348. in Meursii edit. num. 62. Græca, qvæ ibi desiderantur, ita sunt supplenda:

ξβ'. 62. Δυνατὸν ἢ καὶ ὁλόκληρον τὴν ναῦν ἀνατρέψαι τῶν πολεμίων, ἐὰν πλαγίαν πλαγίαν δήσας αὐτὴν τῷ δρόμωνι, καὶ τῶν πολεμίων ἐπὶ ἓν μέρος, ὡς ἔθος ἔχειν πρὸς τὴν ἐκ χειρὸς μάχην συμβαλλόντων καὶ δοκούντων ἐπανευμβίζειν τὸ ἑαυτῶν πλοῖον τῷ δρόμωνι, ἐπέλθῃ μὴ ἑτερόδρομος τῆς πλευρᾶς τῆς ἐν τῇ πρύμνῃ τῆς πολεμίας, καὶ τοῦτον ὠθήσει σφοδρῶς τῇ ζυγκρούσει. Καὶ ὁ μὲν δρόμων δυνηθῇ λύσας ἑαυτὸν τῷ δεσμῷ ὑποχωρῆσαι μικρὸν, ὥστε μὴ εἶναι ἀνάμβισμα τῆς πολεμίας, βαρήσει ὁ ἕτερος δρόμων πάσῃ δυνάμει καὶ πάντως ἀνατρέψει σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι τὴν πολεμίαν ναῦν. Δεῖ δὲ κα-

62. Integram hostium navem * evertes, si latus navis tuæ hostium lateri adjunxeris, & hostibus unam in partem, ut solent, ad conserendas manus concurrentibus, & triremibus illorum in nostras triremes innixis, invadat eos alia triremis ad latus puppis hostilis, & impulsu vehementi illam conqvasset. Triremis autem nostra tum seipsam solvens paulum retrocedat, ut ne ullo stabilimento hostium triremi sit, & hostilem triremem alia omnibus viribus deprimat, atqve adeo ipsis cum viris integram navem evertet. Providendum autem est, ut ne

* male Checus, *classem*.

2011 Ministerio de Cultura

ne vinculum omnino æqvale fiat, sed ad hostilis navis puppim nuda aliqvantum latera relaxet, qvibus irruens triremis hostium navem, usqvedum deprimatur, invadet.

νονίσαι τὸν δεσμὸν, μὴ πάντως κατ' ἰσότητα χωρεῖσθαι, ἀλλὰ μικρὸν ἀφεῖναι γυμνά τινα τῶν πλευρῶν καὶ τὴν πρύμναν τῆς πολεμίας, δι' ὧν ἐμπεσὼν ὁ δρόμων ὠθήσαι πρὸς τὸ ἀναστρεπτὸν τῶν πολεμίων τὴν ναῦν.

Ξή. Ad hæc præterea excogitemus, ut ab inferiore remorum ordine, remigibus per foramina hastas longas emittentibus, hostes interficere possint, qvod in primis necessarium esse videtur.

Ξή. Πρὸς τούτοις καὶ τὸ νῦν ἡμῖν ἐπινοηθὲν, ὥστε ἀπὸ τῆς κάτω ζ δρόμωνος ἐλασίας διὰ τῶν ὀπῶν ἤτοι τρυπημάτων τῶν κωπίων ἐκφερόμενα μέναυλα, καταφάττειν τοὺς πολεμίους τῶν πάνυ μοι ἀναγκαίων δοκεῖ.

Ξθ'. 63. Sed & aliud hoc magis necessarium est, si qvis operas idoneas habeat per inferiores triremis remorum ordines efficere, ut hostium navis aqva compleatur.

Ξθ'. 63. Ἀλλὰ καὶ ἕτερον τούτου ἀναγκαιότερον, εἴγε χειρῶν εὐφυῶν ἐπιτύχῃ, τὸ διὰ τῆς κάτωθεν ζ δρόμωνος ἐλασίας τῇ ὑποδειχθείσῃ μεθόδῳ δι' ὀπῆς σκευάσει πληθῆναι ὕδατος τὴν ναῦν τῶν πολεμίων.

ό. 64. Sunt & alia qvædam bellica consilia ab antiqvioribus in navali prælio excogitata, & plura etiam qvæ excogitari possunt, qvæ in præsentia propter longitudinem minime perscribenda sunt: qvædam vero etiam commemorare hoc loco inutile est, ne hostibus divulgentur, & illis adversus nos hostes utantur. Nam hæ moditiones bellicæ si semel usurpatæ fuerint, facile aliqvid contra eas susci pi & excogitari ab hostibus potest. Qvocirca unumqvodq; inventum usqvedum geritur, occultandum & secreto tenendum est.

ό. 64. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα τοῖς δεξιοῖς ἐπινοηθέντα ἐν τῷ πολέμῳ πολέμῳ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἔτι δὲ ἐπινοηθῆναι δυνάμενα, ἅπερ ἐν τῷ παρόντι γράφειν διὰ τὴν συντομίαν ἀνοίκειον ἡγησάμεθα. Τινὰ δὲ καὶ ἀσύμφορα διὰ τὸ μὴ φαυλίζεσθαι τοῖς πολεμίοις, καὶ μᾶλλον ἐκείνοις χρῆσθαι αὐτοῖς καθ' ἡμῶν. Τὰ δὲ σφετερισμένα ἀπαξ καινοηθέντα δύναντα ἀντιστρατηγεῖσθαι καὶ καταμεθοδεύεσθαι ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀλλ' ἕκαστον τὸ ἐπινοηθὲν μέχρι τῆς πράξεως ἔχειν ἐν μυστηρίῳ.

οβ'.

2011 Ministerio de Cultura

οβ'. 65. Ἐν δὲ τῷ βιβλίῳ τῶν ἀρχαίων Τακτικῶν καὶ στρατηγημάτων ζητῶν τις εὑρήσει καὶ τὰ τούτων πλείονα. Οὐ γὰρ δυνατὸν, ὡς εἰρηται, πρὸς ἅπασα τὰ ἐμπίπτειν μέλλοντα, διὰ τὸ ἄπειρον αὐτῶν γράφειν, ἀλλὰ τὰ ἱκανά.

οβ.65. In aliis libris qvæ de conſiliis factisqve Imperatoriis ſcribuntur, permulta qvis hujusmodi atqve iis etiam plura inveniet: neq; enim fieri poteſt, ut de omnibus rebus qvæ cadere in bello poſſunt verba faciamus, qvæ ipſo genere immenſa infinitaq; ſunt.

ογ'. 66. Πλὴν κεφαλαίοις εἰπεῖν, ἔστωσαν οἱ δρόμωνες ἐξωπλισμένοι πλέως ἀπότε στρατιωτῶν ἀνδρείων, καὶ ἐκ χειρὸς μάχεσθαι δυναμένων, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς παραδείγματι * τῶν μηρῶν καὶ πεπαιδευμένων, καὶ γεγυμνασμένων. Οὗτοι δὲ ἔστωσαν κατωπλισμένοι ὅπλοις, οἷς καὶ ὁ ἐν τῇ ξηρᾷ στρατιώτης ὁπλισθῆναι διώρισται, δῆλον, ὅτι καταφράκτοι. Καὶ ἄτω πάντες οἱ τῆς ἄνω ἐλασίας ὁπλισθήσονται.

ογ. 66. Ad ſummam autem ſint triremes inſtructæ viris fortibus ac ſtrenuis, qvi cominus conſertis manibus pugnare poſſint, & qvi alacri incitataq; mente ſint, & omnes in partes exercitati. Armis autem talibus exerceantur, qvalibus qvivis terreſtri in prælio miles armatur, iiqve potiſſimum qvi in ſuperiore remorum ordine conſiſtunt.

οδ'. 67. Πρὸς δὲ τὴν τῶν ἐχθρῶν ποιότητα καὶ πλῆθος τῶν πλοίων, καὶ αὐτὸς ὢ στρατηγὲ διασκευάσεις τοὺς δρόμωνας καὶ καθοπλίσεις, ὅπως μὴ ἐλάττονα στρατὸν ἔχῃ ὁ ἡμέτερος δρόμων τὸ πολεμίων, ὅσις μάλιστα εἰς ἴσην μάχην ἐλθεῖν ἑτοιμάζεται (Meurſ. elegantius: εἰς ἰσόπαλον ἐλθεῖν ἐυτρεπίζεται μάχῃ,) διὰ δὲ εἰς ἀλλήλους δεσμοῦ, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, καὶ πλείονα. Ἀμφοτέρων δὲ ἀνδρείως, εἰ τύχοι, μαχομένων, οἱ πλείονες περιέσονται (Meurſ. ὑπερνικήσουσιν.)

ód. 67. Pro hoſtium viribus numeroq; navium tuam claſſem Imperator inſtrues, ut ne minorem numerum navium nos hoſtium claſſe habeamus, ſedæqvalem potius, ut cum hoſtibus claſſe juncta pugnemus, aut majoremetiam, ſi fieri poteſt. Nam ſi utriq; fortiter ac ſtrenue dimicent, qvi plures fuerint prævaleant neceſſe eſt.

οε. 68. Pro ἐσιώζεις (qvod habet etiam MS.) interpres legiſſe ſe innuit ἐξισώσεις. Pro καταζήσεις mox in MS. eſt ἐξοπλίσεις & ἰσχυροτάτων pro ἀλκιμωτάτων qvid idem eſt. Deniqve pro ἐμβιβάσῃς & ἐπιλέξῃς habet ἐπιβιβάσεις & ἐπιλέξῃ.

* f. παρασήματι.

2011 Ministerio de Cultura

Video præterea in Codice MS. etiam hæc ſeqvi de eodem argumento, qvæ in Meurſiana editione incaſſum qværes, ego itaqve in hoc loco cum verſione mea, Lectoris ut ſpero veniâ, ſubjeci.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΥΡΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ τῦ βασιλέως.

Ἰσορήσω σοι ἔτι καὶ ἕτερον ναυτικῆς στόλου στρατήγημα. Ὅταν μὲν εἰς τόπους λιμένας μὴ ἔχοντας καὶ ψαμμώδεις τὴν ἀπόβασιν μέλλῃς ποιήσασθαι, ἐὰν ὕτω τύχει ἐν καιρῷ ναυτικῆς στρατηγίας, σάκκους πολλοὺς γεμίσας ἄμμου, καὶ τοῖς κοινίοις σχοινίοις, ἀπὸ ἑκάστου δρόμωνος ἐκκρεμάσεις τοὺς ἀγκύρας, καὶ ὕτως τὸν λεγόμενον πελαγολιμένα ποιήσας, εὐκόλως κατὰ τὸν τόπον νυκτὸς ἐπελθὼν, τῷ βεβυθισμένην σοι καταδρομὴν ποιήσεις.

Aliud præterea navalis expeditionis ſtrategema tibi commemorabo. Qvando veneris ad importuoſa & arenoſa loca, voluerisqve ibi excenſionem facere, ſi ita contingat navale bellum gerenti, ſaccos multos arena replebis, funibusqve qvantum eorum ſatis eſt ſuſpendes veluti ancoras, ex ſingulis triremibus, atqve ita qvem vocant portum pelagium componens facile ad locum qvem cupis de nocte accedes excenſionemq; qvam voles facere poteris.

Πολεμίου ποτὲ ναυτικὸν στόλον μετ' οἰκείας δυνάμεως ναυτικῆς ὑποχωρῶν στρατηγὸς μηνοειδῆ παράταξιν ποιούμενος ὑποστρεφέτω πρὸς τὰς πρύμνας, καὶ ὕτως βουλευέσθω ἀποχωρεῖσθαι τῶν πολεμίων. Καὶ γὰρ οὐ φεύγων ἀλλὰ φυγομαχῶν ἑτοίμους ἕξει τὰς ναῦς καὶ πάλιν ἐπελθεῖν τοῖς πολεμίοις κατὰ πρῴραν, εἴγε καὶ τοῦτο χρεία γένηται, καὶ τὰς πρῴρας ἔχειν πρὸς αὐτούς. Καὶ γὰρ οὐδὲ θαρρήσουσιν ἐν τῷ κοιλώματι εἰσελθεῖν, μὴ κύκλωσιν ὑφορώμενοι.

Si hoſtium claſſi dux cum cōpiis ſuis maritimis ſubducere ſe voluerit, in lunæ ſpeciem navibus diſpoſitis puppim verſus illas propellet atq; ita recedere ab hoſtibus conabitur. Ita enim non fugientis ſed inter receptum pugnantis inſtar paratas habebit naves ad hoſtes prora invadendos ſi res ita tulerit, & proras hoſtibus ſervabit obverſas. Neqve illi facile in lunatam claſſem immittere ſe audebunt, veriti ne circumveniantur.

Clam

2011 Ministerio de Cultura

Clam habere te oportet in qvæ loca vel ad qvas urbes classem emittere constitueris, ut nemo præscire possit, qvo tendat navium excursio. Mandatum igitur consignabis scripto, illudqve bene obsignatum constituto à te illarum præfecto trades, qvod in mare delatus demum aperiat & qvorsum cursus instituendus sit cognoscat. Ita enim consilium tuum hostibus latebit.

Ὧν ἕνεκα ἢ τόπων ἢ πόλεων ἐκπέμπειν μέλλεις ναυτικὸν σόλον, κρύπτειν σε δεῖ καὶ τὰς τόπους καὶ τὰς πόλεις, ὥστε μηδένα προγνῶναι, πᾶ μέλλει γίνεσθαι ὁ κατάπλους. Ἔνταλμα δὲ γράψας, καὶ σφραγισάμενος αὐτὸ ἀσφαλῶς ἔπιδος τῷ καθισταμένῳ προς ἐπὶ ναυαρχίᾳ, ἵνα κατὰ τὸ πέλαγος ἐξελθὼν, τότε λύσῃ τὴν σφραγίδα, καὶ μάθῃ πᾶ μέλλει πορεύεσθαι. Οὕτως γὰρ ποιήσας λάθῃς τοὺς πολεμίους.

Bonum classis ducem perspectas habere oportet diversas qvibus adversus gentem qvamlibet uti convenit belli gerendi rationes. Qvando autem classis adversus hostem ducenda est, naves bene dispositas tutas conservabit à periculis, ventorum gnarus, & à tergo custodiam recte curabit, ne vel à natura loci, vel maris tempestate, vel ab hostibus afflicta detrimentum capiant.

Τῷ δὲ ἀγαθῷ στρατηγῷ χρέος ἐστὶ πρὸς πᾶν ἔθνος ἁρμοζομένῳ διαφόρους πρὸς ἕκαστον τὰς στρατηγίας ἐπινοεῖσθαι. Εἰδέποτε καὶ ναυαρχίας καιρὸς ἐπιῇ, ἀκίνδυνον τὴν ἐκ σόλου τάξιν διαφυλάξει, ἔμπειρος ὢν τῆς τοῦ ἀέρος κινήσεως, καὶ τὰς θαλασσίας δὲ, ἤτοι τοὺς ὀπισθοφύλακας εὐτάκτως σωζειν, ἵνα μὴ ὑπὸ τόπου, ἢ ὑπὸ ζάλης θαλασσίας, ἢ ὑπὸ πολεμίων ἀναγκαζόμενοι φθείρωνται.

Navali prælio congrediendum, qvando hostes vel naufragium fecerunt, vel à tempestate misere affecti laborant.

Ἐν ταῖς ναυτικαῖς * μάχαις σωζάπτονται, ἢ ὅταν οἱ πολέμιοι ναυαγήσωσιν, ἢ ὅταν ὑπὸ χειμῶνος ταλαιπωρωθῶσιν.

De aliis LEONIBUS, *qui Græce scripserunt.*

Cum Leonis Allatii diatriba de Leonibus non viderit lucem, age jacturam illam ex parte saltim levare, & de præcipuis hujus nominis, qvi Græcis literis claruerunt, paucis agere juvat.

* Idem jubet Leo pag. 346. edit. Meursii, n. 50. unde reliqva supplenda.

2011 Ministerio de Cultura

Leo Academicus, cui tribuitur dialogus *Alcyon*, qvi inter Platonis scripta legitur, ut dixi lib. 3. cap. 1. §. 41.

Leo Ægyptius de qvo Augustinus 1. de consensu Evangelistarum c. 23. *Numquid & Leo Ægyptius Poëta vel Academicus fuit, qui Macedoni Alexandro diversam quidem à Græcorum istorum Deorum originem, verumtamen ita prodit, ut eos homines fuisse declaret.* Leonis hujus opus respicitur à Clemente Alex. qvando ab illo laudatur Λέων ὁ τὰ περὶ τῶν κῆ τὸν Ἄιγυπτίου Θεῶν πραγματευσάμενος. 1. Strom. pag. 322. Hyginus pag. 304. *Sed de Hammonis simulacro Leon qui res Ægyptias conscripsit.* Tertullianus cap. 7. de Corona: *Si & Leonis Ægyptii scripta evolvas, prima Isis repertas spicas capite circumtulit.* Idem videtur qvi ab Arnobio Leo Pellæus vocatur, & qvi cum Cosma Ægyptio citatur à Scholiaste Apollonii IV. 262. Λέων ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς τὸν μητέρα. & cujus *periplum* laudat idem II. 297.

Leo Alabandensis, Rhetor. scripsit Svida teste Καρικῶν libros IV. Λυκιακὰ libris II. Τέχνην sive artem Rhetoricam, & qvæ etiam inter Leonis Byzantii monumenta refert, de statibus Rhetoricis, & de bello sacro adversus Bœotos ac Phocenses.

Leo Armenius Imperator ab 11. Julii 813. ad 25. Dec. 820. cujus edictum de abolendis imaginibus memoratur in scriptoribus post Theophanem pag. 18. 20. 62.

Leo Asianus, sive *Leo Car* (ὁ ἐκ Καρίας) inter scriptores Historiæ Byz. laudatur à Jo. Scylitze ac Cedreno, idemqve videtur cum *LEONE Grammatico*, cujus χρονογραφία τὰ τῶν νέων βασιλέων περιέχουσα, *ab initio Leonis Armenii Imp. ad Romani Lacapeni mortem* sive ab A.C. 813. ad 949. (non 1013. ut scribit Caveus) subjecta fuit Codici Regio Theophanis, ex qvo illum descripsit *Jac. Goarus*, & post ejus mortem Græce & latine una cum Theophane edidit notasqve suas addidit *Franciscus Combefisius*, Paris. 1655. fol. Idem jam observavit Leoni huic vix qvicqvam esse commune cum Anonymo illo continuatore Theophanis, qvatuor librorum ante Basilii vitam auctore de qvo supra p. 349. dixi, in reliqvis continuatoribus pleraq; affinia, plerumq; etiam iisdem verbis concepta,

2011 Ministerio de Cultura

cepta, aut ex aliis alia facta, tantisper mutatis vocibus, ut alterum alterius usum laboribus necesse sit. Codicis MSti subscriptio * testatur absolutum volumen esse Anno mundi 6521. hoc est CHristi 1013. ut recte Hanckius pag. 679. de Historiæ Byz. scriptoribus observat contra Vossium qvi male retulerat ad A. C. 1321. Recentiore manu eidem Codici adscriptum Combefisio teste: Λέων πρόεδρος καὶ Δὸξ τῶν Κιβυραιωτῶν ὁ Τζικάνδαλος, καὶ οἰκεῖος ἄνθρωπος τοῦ κραταιοῦ καὶ πρώτου ἡμῶν βασιλέως. *Leo Præfectus atq; Dux Cibyræotarum* ** *qui & Tzicandalus, potentissimique ac primi nostri Imperatoris* (Constantini Porphyrogeniti) *domesticus.* Addidit etiam ex eodem Regio Codice & Leoni Grammatico præmisit Combefisius ANONYMI Commentarium sive συγγραφὴν χρονογραφικὴν extrema parte mutilam *de rebus Leonis Armenii*, Bardæ F. in cujus persecutione adversus Imaginum cultores, atqve Synodo adversus Imagines A. C. 814. habita desinit. pag. 428-442.

Leonis Bardæ, Protoasecretis versus Jambicos MSS. memorat Labbeus pag. 134. Bibl. nova MSS. Ejusdem Oratio ad Imp. Andronicum Palæologum juniorem qvi A. C. 1341. obiit, MS. in Bibl. Vindob. unde de hujus Leonis ætate constat.

Leo Bulgarorum ArchiEpiscopus, Latinorum acer adversarius, de cujus scriptis Caveus ad A. C. 1051. qvi recte *Achridenum* sive *Acridanum* appellat, † auctoritate Sigeberti Gemblacensis cap. 147. de Scriptoribus Ecclesiasticis, qvia Bulgarorum ArchiEpiscopi circa id temporis Achride sedem habebant. Vide qvæ supra pag. 284. & 286. de Theophylacto. Contra hunc Leonem Acridanum scripsit Leo IX. Papa.

Leo, Leonis F. Byzantinus, Rhetor, Platonis discipulus, de qvo Philostratus in vitis Sophistar. lib. 1. cap. 2. Plutarchus in præceptis Politicis pag. 804. Athenæus XII. pag. 550. Hesychius in Originibus

* à librario ut videtur, non ab auctore.

** *Cibyra* Plinio Cariæ est, etsi aliis Phrygiæ, qvæ sunt regiones vicinæ. *Combefisius.*

† Leo Acridanus à Leone ArchiEpiscopo Bulgariæ male distingvitur in Indice Nesseliano MSS. Bibl. Vindob.

2011 Ministerio de Cultura

nibus CPol. pag. 49. ſeq. & Svidas, qvi Ariſtotelis qvoqve diſcipulum à qvibusdam traditum commemorat. Et fuit ſane Leo qvidam Byzantius Ariſtotelis diſcipulus, cujus filii Melantes & Pancreon heredes à Theophraſto inſtituuntur teſte Laërtio V. 51. 53. 54. 55. 56. Sed idemne ille cum altero, an duos Leones in unum confuderit Svidas, non facile dixerim. Idem refert ejus ſcripta: 1) τὰ πρὸς Φίλιππον καὶ τὸ Βυζάντιον libris ſeptem: 2) Τευθρανικὸν ſive Τευθραντικόν, de rebus Myſorum. 3) περὶ Βησαΐδος, ita enim rectius in MSS. Pariſ. qvam Βησάλδος, fuit enim de Beſæ oraculo de qvo Ammianus XIX. 12. 4) τὸν ἱερὸν πόλεμον de bello qvod Philippus geſſit adverſus Phocenſes, qvi oraculum Delphicum expilaverant, de qvo Juſtinus VIII. 2. Hoc opus mox inter ſcripta Leonis Alabandenſis Svidas memorat. 5) περὶ στάσεων qvod vertunt *de ſeditionibus*, cum fuerit liber Rhetoricus de formandis ſtatibus qvæſtionum, atqve iterum ſtatim à Svida inter ſcripta Rhetoris Alabandenſis poſt τέχνην ſive artem Rhetoricam commemoretur. 6) τὰ κατ' Ἀλέξανδρον, qvod non de rebus Alexandri Magni, (ante enim ejus imperium, Philippo adhuc ſuperſtite mortem ſibi conſciviſſe Svidas ſcribit) ſed de Alexandro proavo Philippi, Xerxis æqvali accipiendum eſſe conjiciebat vir eruditiſſimus notis ad Philoſtratum p. 485. Cum vero de Alexandri illius antiqvioris rebus vix usqvam exſtet memoria, veriſimilius videtur Alexandrum M. innui, ſed junioris cujusdam Leonis ſcripta priſco illi Byzantino Svidam parum in hujusmodi accuratum tribuiſſe.

Leo Car. Vide ſupra Alabandenſis, & Aſianus.

Leonis Centuripini Oratio in S. Jacobum Zebedæi F. Apoſtolum memoratur ab Allatio p. 113. de Simeonib⁹. Incipit: ὑλικὴ μὲν ἀγάθησις.

Leo Deſpota (neſcio an Leonem Imp. CPol. hoc nomine deſignent) Λέοντος δ δεσπότης εἰς τὴν Παρεφαγίαν Θεοτόκον. MS. Lambec. III. pag. 36. Leonis Deſpotæ alphabetarium de futuro judicio. Labbeus pag. 196. Bibl. nov. MSS.

LEO *Diaconus*, Hiſt. Byantinæ ſcriptor de qvo ſupra pag. 353. Hujus *Orationem ad Baſilium*, Imp. qvi Joanni Tzimiſci ſucceſſit, MS. haberi in Bibl. Bodlejana teſtatur Caveus. Incipit Ἔδει μὲν τὸ.

Leo Grammaticus. Vide Leo Aſianus, & Siculus.

LEO

2011 Ministerio de Cultura

LEO * *Magentenus*, Metropolita Mytilenensis ** scripsit ἐξήγησιν *in Aristotelem* περὶ ἑρμηνείας, commentarium maximam partem collectum ex *Ammonio*, qvem magnum appellat. Laudat etiam aliqvoties *Alexandrum* (Aphrodiseum) atqve uno loco *Jamblichum*. Prodiit hic Commentarius Græce apud Aldum Venet. 1503. minore folio, ad calcem Ammonii in eundem Aristotelis librum, adjunctam habens Mich. Pselli Paraphrasin & Ammonium in Categorias. Latine vertit hunc Magenteni commentarium *Jo. Baptista Rasarius*, cujus versio sæpius excusa cum Ammonio latine translato, Paris. 1544. Venet. 1547. Lugd. 1547. fol. Altera versio *Hieronymi Leustrii* Veronensis, itidem Paris. 1554. fol. cum Ammonio per Barthol. Silvanium verso lucem vidit.

Alter Magenteni Commentarius *in priorum Aristotelis Analyticorum libros* Græce prodiit ad calcem Jo. Philoponi in eosdem libros, Venet. 1536. f. apud Barthol. Zanettum Casterzagensem. Latina *Jo. Baptista Rasarii* versio seperatim primum excusa Venet. 1544. f. apud Hieron. Scotum, & deinde Lugd. 1547. f. cum Ammonio in qvinq; Voces, Pachymeris Epitome in universam differendi artem, & Nilo de ratiocinationibus. In hoc commentario laudatur subinde ut stat. p. IIII. ὁ ἐξηγητὴς, qvo nomine *Alexander Aphrodiseus* intelligitur. *Joanne Philopono* Magentinus † junior est, qvem allegat pag. XXIV. ὡς μὲν τῷ Φιλοπόνῳ ὁ συλλογισμὸς ἐν δευτέρῳ σχήματι ἀνελύθη, ὡς δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐν πρώτῳ. *Proclum* & *Marinum* inter τὸς παλαιὸς refert pag. XXXI. ubi eos in Aristotelis Analytica scripsisse innuit. De Pythagoricis substantias συμβολικῶς numerorum nomine appellantibus videndus Magentinus pag. VII. b. & pag. XXXVIII. De Hippocrate Geometra pag. XXXXI. ὁ Ἱπποκράτης νάυκληρος ὢν καὶ λησευθεὶς τὴν νᾶυν, συλλαβόμενος τὸς λησὰς ἀπήνεγκεν Ἀθήνησι δώσοντας δίκην. Κατὰ τύχην

* Leonis nomen in editionibus Magentini omittitur, neqve exstat in Codd. MSS. ut in iis qvos habet Bibl. Cæsarea: mirum itaqve unde illud habuit Labbeus in conspectu Interpretum Græcorum Aristotelis & Platonis, qvem seqvuntur Lambecius lib 7. Cod. 29. & 92. Philosoph. & Nesselius.

** Male Nicænum Metropolitam vocat Kœnigius in Bibl.

† Hinc patet errare eos, qvos Kœnigius refert Magentinum referre ad sæculum à nato CHristo sextum.

2011 Ministerio de Cultura

τύχλω δὲ ἐνέτυχε Γεωμέτρῃ, καὶ ἔρων ἔσχεν Γεωμετρίαν μαθεῖν, καὶ μαθὼν ταύτλω, καὶ τῶν ἀπόρων ἐψηφίσατο Ζητημάτων.

Leo Magiſter & Leo Peganius ab Allatio memorantur inter Melodos ſive ſacrorum Hymnorum auctores, qvibus Eccleſia Græca utitur. Etiam Leonis Sapientis Imp. qvod ſupra in ejus ſcriptis notare neglexi, προπάρεια ἑωθινὰ undecim leguntur in Octoecho. Leo Magiſter idem cum Leone Patricio de qvo mox.

Leo Mathematicus Byz. & alter *Medicus*, de qvo ſupra p. 358. 366.

Leo Metapontinus, Pythagoricus, Jamblicho memoratus. Hic videtur eſſe Leo cui Φυζικὸν ſuum λόγον inſcripſit Alcmæon Crotoniata. Laërt. VIII. 83. Idem forte etiam Leo, Neoclidis diſcipulus, qvem στοιχεῖα Geometrica ſcripſiſſe teſtatur Proclus in Euclidem lib. 2. pag. 19.

Leonis Patricii & Caniclei præfecti compendioſam expoſitionem MS. Græcam in Exodum allegat Allatius de Eugaſtrimytho capite 20. & expoſitionem ſimilem in 1. librum Regum, capite 9. Exſtatqve integra hujusmodi expoſitio è Patribus & Theodorito potiſſimum in Octateuchum & qvatuor Regum libros, nec non in Evangelia SS. Matthæi & Lucæ & in Epiſtolam S. Jacobi, MS. in Bibl. Vindobonenſi. Λέοντος Μαγίστρου, ἀνθυπάτου, Πατρικίου, & Μυστικῆς ἀποτομῆς &c. Lambec. V. pag. 61. & IV. pag. 147. ſeq. Vide & ſupra, Leo Magiſter.

Leo Peganius. Vide ſupra, Leo Magiſter.

Leo Pellæus, qvi de Diis ſcripſit. Arnobius IV. p. 147. *Et poſſumus quidem hoc in loco omnes iſtos nobis quos inducitis atque appellatis Deos, homines fuiſſe monſtrare, vel Agragantino Evhemero replicato, cujus libellos Ennius, clarum ut fieret cunctis, ſermonem in Italum transtulit: vel Nicagora Cyprio, vel* Pellæo Leonte, *vel Cyrenenſi Theodoro, vel Hippone ac Diagora Meliis* &c. Idem hic Leo Pellæus cum Ægyptio de qvo ſupra. Dicitur autem Pellæus qvod in Macedonia verſatus cum Pellæo juvene, Alexandro Magno.

De *Leone Philoſopho* Byz. dictum ſupra pag. 366.

Leo, Platonis diſcipulus qvi cum Chione & Euxenone interfecit Clearchum Heracleæ tyrannum, ut narrat Memnon apud Photium Cod. 224. c. 1. Alius de qvo ſupra in Leo Byzantinus.

Leo

2011 Ministerio de Cultura

Leo cujus collectio præcipuarum prædictionum Vet. Test. de CHristo MS. in Bibl. Vindob. Ἔρανος καὶ ἐκλογὴ ἐκ διαφόρων βίβλων καὶ προφητειῶν, φιλοπόνως ἐρανισθεῖσα παρ' ἐμοῦ τοῦ ἀδαμινοῦ Λέοντος, ὅσα περὶ χριστοῦ γέγραπται. Incipit: Ὅτι Θεὸς ὁ χριστός. Ἱερεμίου. Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Lambec. IV. pag. 206.

LEO I. ab 8. Sept. A. 440. ad 30. Octob. A. 461. Episcopus *Romanus*, cognomento *Magnus*, non qvidem Græce scripsit, sed à me hoc loco non est prætermittendus, qvoniam nonnulla ejus Græce è Latino versa feruntur. *Epistolam dogmaticam ad Flavianum* CPol. Episcopum, hæresia Eutychetis oppositam, & lectam in Concilio Chalcedonensi, Græce & Latine edidit Jo. Leunclavius ex Jo. Sambuci Codice, Basil. 1578. 8. cum legatione Man. Comneni ad Armenios. Hinc Gerardus Vossius Tungrensis ad calcem operum Gregorii Thavmaturgi, Mogunt. 1604. 4. Prodiit deinde separatim cum Nic. Glaseri præfatione & Thavmaturgi doctrina de SS. Trinitate, Hamburg. 1614. 8. Idem Vossius præterea ex Sirleti Codice Græce & Latine adjunxit *Epistolam ad Leonem Thracem Imp.* contra hæreses Nestorii & Eutychetis, & *testimonia SS. Patrum de Mysterio incarnationis Domini*, à Leone Papa collecta. Cæterum omnium qvæ latine exstant Leonis operum duas præstantissimas editiones debemus V. C. Paschasio Qvesnello, qvanqvam * Indice expurgatorio proscriptas, Paris. 1675. 4. duobus Volum. & alteram Lugd. 1700. fol. De Leone ipso consulendi præter editores & qvi Pontificum vitas, atqve Annales Ecclesiæ condiderunt, Tillemontius Tomo XIV. memor. Eccles. Henschenius ad XI. April. T. 2. p. 14. seq. ne dicam de Lud. Maimburgii Historia pontificatus S. Leonis, qvæ Gallice prodiit Hagæ Comitis 1687. 12.

* Vignolius Marvillius Miscellan. Historico literar. T. 1. p. 75. seq. *Le S. Leon du Pere Quesnel a été mis à Rome dans l' indice des livres defendus, à cause de quelques observations qui ont blessé la delicatesse de cette Cour. Quand le P. Quesnel aprit cette nouvelle, il en écrit au Cardinal* François Barberin, *qui l' honoroit de son amitié, & s' en plaignit comme d' injustice, qu'on lui faisoit. Cette Eminence lui repondit en deux mots pour l' apaiser:* Ne vous fâchez pas, mon Pere, la censure de Rome ne gâte pas vôtre livre.

2011 Ministerio de Cultura

Leonis II. ab A. C. 682. 19. Octob. ad 684. 23. Maj. Episcopi *Romani*, *Epistola ad Constantinum* Pogonatum, Imp. Græce versa legitur in Actis Synodi VI. sive Trullanæ, actione 18. sive ultima, T. VI. Concilior. edit. Labbei. De hoc Leone videnda Acta Sanctor. Tomo V. ad diem XXVIII. Junii pag. 374. seq. uti de *Leone III. Papa* Tomo II. ad XII. Junii pag. 572. sq. Hujus Leonis III. (qvod annotare omisit Clarissimus Caveus) Epistolas decem ad Carolum Magnum (latine illas qvidem ut cætera ejus non Græce exaratas) primus è MS. Codice Helmstadiensis Academiæ edidit notisq; illustravit Hermannus Conringius, Helmst. 1647. 4.

Leo Scholasticus Byzantinus cujus librum de divinis & reprobis exstare in Italia scripsit Gesnerus.

LEo *Siculus*, *Grammaticus*, cujus *laudationem in Nectarium Patriarcham* CPol. (cui Jo. Chrysostomus successit) laudat Allatius libro contra Hottingerum pag. 174.

LEO Styppiota Patriarcha CPol. cujus mortem commemorat Nicetas pag. 58. in Manuele Comneno, qvi imperare cœpit A. C. 1143. Hic est Patriarcha Στυπῆ, cujus ψήφισμα de nuptiis non prohibitis cum ea qvæ fratris uxor fuit, memoratur in Enimundi Bonefidii jure Orientali l. 2. pag. 59. & in jure GræcoRom. Leunclavii lib. 3. p. 217.

Atqve de Leonibus hactenus. Nunc scriptores Historiæ Byzantinæ recensere perseqvamur.

JOANNES SCYLITZES, patria Thracesius * sive ex Asia minore, varias in aula CPolitana dignitates obiit, ut Protovestiarii, inde Magni Drungarii Vigiliæ, sive præfecti Excubiarum, ac deniq; Curopalatæ: clarusqve adhuc circa A. C. 1081. in qvo desinit posterior pars ejus Historiæ.

1. Sunt qvi eum ajunt *Synopsin Historicam* scripsisse *ab Orbe condito usque ad initium Alexii Comneni*, ita enim Nesselius parte V. p. 64. testatus eam MS. esse in Bibl. Vindobonensi. Sed Lambecius II. p. 580. de eodem loqvens Codice, docet qvidem ante Scylitzæ Historia

* Constantinus Porphyrog. lib. 1. de thematibus sive provinciis Imperii CPol. cap. 3. τὸ δὲ νῦν καλούμενον Θρακησίων Θέμα πάλαι μὲν καὶ κατ' ἀρχὰς Ἀσία μικρὰ ὠνομάζετο, καὶ ὁ ταύτης ἀνθύπατος Ἀσιάρχης ἐλέγετο. Meminit idem Constantinus alibi, & in Basilii Imp. vita c. 15. 16. Anna Comnena p. 429. Cinnamus lib. 2. Hist p. 40. edit. Tollii.

2011 Ministerio de Cultura

ria præfixam esse æqve antiqva manu in septem foliis membranaceis exaratam Syllogen Chronologicam à creatione Mundi usqve ad initium Imperii Alexii Comneni (cujus adminiculo Chronographia S. Nicephori Patriarchæ CPol. * & antiqva ejusdem latina versio qvæ exstat in Anastasii Bibliothecarii Hist. Ecclesiastica, multis locis emendari possint & suppleri) sed Joannem Scylitzem esse auctorem ejus Sylloges neutiqvam tradit, qvin potius innuit illam esse Nicephori Patriarchæ, à Scylitza forte continuatam.

2. Protovestiarius cum adhuc esset Scylitzes, scripsit *Compendium Historiarum, quod incipiens à Nicephori Imperatoris à Genicis* (hoc est qvi è generali Logotheta Imperator factus est) *obitu* sive ab A. C. 811. *ad initium Imperii Isaaci Comneni* A. C. 1057. ** Hanc priorem Scylitzæ ἔκδοσιν vidit legitqve & maximam partem in suum Compendium Historiarum retulit atqve in eodem tempore nimirum A. C. 1057. desiit æqvalis ejus Georgius Cedrenus, † plagiariis tamen ideo non anumerandus, qvia in limine operis inter scriptores qvos secutus est, diserte Joannem Thracesium, Protovestiarium nominat. Hæc prima ἔκδοσις Græce nondum vidit lucem, sed exstat latine ex versione *Jo. Baptistæ Gabii*, Venet. 1570. fol. (In Cavei Hist. literaria male excusum 1670.) apud Nicolinum. Rarius obvia est hæc editio, inscribiturqve hoc titulo: *Joannis Curopalatæ Scillizzæ Historiarum Compendium, quod incipiens à Nicephori Imp. à Genicis obitu ad Imperium Isaaci Comneni pertinet.* Ille vero Gabius nescio qvare Jo. Baptista Gautorejus dicitur in Actis Eruditorum Lipsiensibus A. 1699. p. 160.

3. Ab eo tempore, & cum Cedrenus opus suum jam vulgasset, ac Scylitzes interim auctus esset Magni Drungarii Vigiliarum & Curopalatæ dignitate, Historiam suam iterato edidit, atqve *ad Alexii Comneni initia* h. e. ad A. C. 1081. continuavit. Hæc secun-

* Speciminis loco ibi Lambecius ex illo codice emendatam exhibet Genealogiam Valentiniani Magni.

** Non 1067. ut bis legitur excusum apud Hanckium pag. 490. & 491. de scriptoribus Hist. Byz.

† Fabrottus præf. ad Scylitzen & Henschenius in Commentario de Theodora Imperatrice n. 90. & 97. in Actis Sanctor. ad XI. Febr. Scylitzen è Cedreno sua mutuatum contendunt. Casaubonus uter horum alterum exscripserit, dubius hæsit. Sed libenter assentior Allatio, Lambecio, Vossio, Jac. Thomasio, Hanckio, Caveo, aliisqve viris doctis, qvi Cedrenum non dubitant ex Scylitze profeciisse. Qvod etiam certum est omnino, siqvidem Jo. Thracesius Cedreno laudatus nullus alius est à Joanne Scylitze.

2011 Ministerio de Cultura

da editio tum in aliis Bibliothecis Galliæ & Italiæ, tum in Bibl. Cæsarea Vindobonensi occurrit manu exarata hoc titulo: Ἰωάννου Κυροπαλάτου καὶ γεγονότος Δρουγγαρείου τῆς Βίγλης καὶ Σκυλίτζου ἐπιτομὴ ἱστοριῶν, ἀρχομένη ἀπὸ τῆς τελευτῆς Νικηφόρου Βασιλέως καὶ ἀπὸ Γενικῶν, καὶ τελευτῶσα εἰς τὴν ἀναγόρευσιν Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. Hujus secundæ editionis sola pars posterior, ab initio Isaacii Comneni sive ab illis temporibus, in qvibus Cedrenus & prior Scylitzæ editio desierat, vulgata est ad Cedreni calcem ab *Carolo Annibale Fabrotto* Græce & Latine cum versione *Jo. Baptistæ Gabii* hinc inde emendata & *Jac. Goari* notis, Paris. 1647. fol. Hanc posteriorem partem respicit Joannes Zonaras ubi de rebus Isaaci Comneni agens Thracesium laudat lib. XVIII. Annalium cap. 18. Præmisit Scylitzes Historiæ suæ præfationem qvam à Fabrotto adjungi fuisset operæ pretium, & qvam propediem edendam exspectamus à Clariss. Montfaucono in Notitia librorum MSS Bibl. Segvierianæ sive Coislinianæ. In illa præfatione Scylitzes laudat scriptores †† qvos ante se ait in Historia Byz. explicanda desudasse. Τὴν ἐπιτομὴν τῆς

†† Ut lector conferre cum hoc loco possit Catalogum similem scriptorum qvos ante se in simili argumento versatos profitetur Cedrenus, verba ejus adscribam, præcipue cum insigne Joannis Thracesii sive Scylitzæ nostri elogium complectantur. Πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν φιλοθέων ἀνδρῶν καὶ φιλιστόρων τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἐπραγματεύσαντο &c. *Multi ante nos religiosi atque cognitionis rerum gestarum studiosi viri in compendium historias contrahere aggressi sunt. Nam* & Georgius Monachus idemqve Syncellus *ab initio Mundi usque ad Maximianum & Maximinum Tyrannos rem perduxit, & quo is loco desiit, inde principium sumens* Theophanes Confessor, *obitu Nicephori qui de generali Logotheta Imperator fuit factus, Historiam suam finiit. Post hunc etiam alii idem opus in manus sumserunt, ut* Siculus *ille & honoratissimus* Psellus, *ac præter hos alii. Caterum isti accuratam atque exactam temporum rationem non tenuerunt, neque aliud præstitere, quam quod nuda Regum enumeratione exposita quis cui in Imperio successisset docuerunt. Nam* Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlago, *ac reliqui Byzantii, tum* Nicephorus Diaconus Phryx, Leo è Caria, Theodorus Sida *oriundus alterque* Theodorus Sebastenus, Demetrius *item* Cyzicenus *ac* Joannes Monachus: *horum quivis peculiari sibi proposito argumento (verbi gratia laudationem alius Imperatoris, alius Patriarchæ vituperationem, alius amici prædicationem) procul à nominatorum virorum sententia aberrarunt, ipsique inter se dissenserunt.* Ὁ δὲ Πρωτοβεστιάριος Ἰωάννης ὁ Θρακήσιος τὸ ἐπώνυμον, συντομωτέραν ἐνδιδόναι κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφέων ἱστορίας ἀναλεξάμενος, καὶ ἐγκατάσκευον ποησάμενος τὴν γραφήν, ἀπὸ τοῦ τέλους ἤρξατο τοῦ ἀπὸ γενικῶν Νικηφόρου, καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιεπόμπησε, γυμνήντες τὴν ἱστορίαν παραδέδωκεν. ἡμεῖς

2011 Ministerio de Cultura

τῆς ἱστορίας ἄλλοι μετὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπεραγματεύσαντο &c. *Historiam per compendium post veteres illos quam optime tradiderunt* Georgius (Syncellus) *ab orbe condito facto initio in tyrannos Maximianum ejusque filium Maximinum desiit.* Theophanes *vero illius fine sibi proprio instituto principio reliquisque temporibus breviter descriptis, cum ad Nicephori Imperatoris* (ὃς ἀπὸ Γενικῶν, cui Michaël Rancabes A. 811. successit) *obitum perveniſſet, ibi suæ finem imposuit narrationi. Deinde vero qui tali se studio dediderit, inventus est nemo. Aggressi quidem certe sunt aliqui munus hoc, ut* Siculus Magister, *& nostra ætate Philosophorum Princeps & amplissimus vir* Psellus, *& item alii, qui languidius in opere versati, & ab accurata rerum serie exciderunt. Nam* Daphnopates Theodorus, Nicetas Paphlago, Josephus Genesius, & Manuel Byzantius, Nicephorus Diaconus Phryx, Asianus Leo, Theodorus *qui fuit* Sides præses, *ejusque* Nepos, *atque ejusdem cognominis illius Ecclesiæ quæ est in Sebaste præfectus, & una cum his* Demetrius Cyzici & Joannes Monachus Lydus, *proprio sibi quisque proposito argumento - - longe ab illorum quos diximus mente aberrarunt.* Hæc præfatio legitur latine in versione Gabii, Venetiis excusa, de qva jam dixi. Laudatur Scylitzæ Historia sæpius à Mich. Glyca ut supra pag 217. notavi, nec non à Theodoro Balsamone ad Concil. VI. in Trullo habitum can. 62. qvi χρονικὴν ἱστορίαν appellat, & à Manuale Calcea libro IV. contra Græcos T. XXVI. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 446. & 450. Hic est de qvo in Gesneri Bibl. *Joannes Scylax Constantinopolitanus, scripsit de Imperatoribus CPolitanis. Raph. Valaterranus. Citatur etiam in scholiis Cuspiniani.*

4. In Jure Græco Romano Leunclavii Francof. 1596. fol. libro II. pag. 132. seq. exstat hujus Joannis Scylitzæ *notoria & consultatio de sponsalibus dissidendis, ad Imp. Alexium Comnenum*: ὑπόμνησις τοῦ Κυροπαλάτου

ἡμεῖς δὲ τὰς τούτων ἐπελθόντες βίβλους τὰ εἰκότα συνελέξαμεν, προσθέντες καὶ ὅσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. *Jam* Joannes Protovestiarius cognomento Thracesius *compendiosiorem eorum quæ diversis evenerunt temporibus notitiam tradere conatus, supra commemoratorum scriptorum historiis accurate perlectis indeque in suos commentarios quæ ad rem facerent collatis, ab exitu Nicephori qui de generali Logotheta Imperator factus est, initium cepit, repudiatisque quæ ex animi commotione aut in gratiam alicujus scripta fuerunt, nudam historiam tradidit. Nos autem evolutis horum libris, indeque iis quæ ad rem faciebant collectis, adjectis etiam quæ cum non essent scripta, ab antiquis hominibus tradita didiceramus* &c.

2011 Ministerio de Cultura

λάτε καὶ μεγάλε Δρουγγαρίε τῆς Βίγλης Ἰωάννε ᾧ Θεσσαλονίκε μιᾷ τῶν περὶ μνηστείας νεαρὰν γενομένη πρὸς τὸν αὐτὸν βασιλέα Κύριον Ἀλέξιον, περὶ πυρὶ ἀμφιβολίας πρὸ ταύτης ἀναφυείσης.

IX. ANNA COMNENA Porphyrogenita & Cæsariſſa, ſoror Joannis Comneni, * Alexii Comneni Imperatoris & Irenes primogenita filia, nata A. C. 1083. atqve extincto ante nuptias qvi ipſi deſponſatus fuerat Conſtantino Duca, uxor NICEPHORI BRYENNII Cæſaris A. C. 1137. defuncti de cujus libris' qvatuor commentariorum de rebus Byz. ſupra p. 343 dicere me memini. Aviæ ſuæ Annæ Dalaſſenæ ſapientiam & eloqventiam prædicat lib. III. p. 86. ipſa utroqve illo nomine celebranda merito, & laudata à Jo. Zonara lib. XVIII. c. 26. Annal. p. 305. qvi etiam γλῶσαν ἀκριβῶς Ἀττικίζουσαν *linguam exquiſite Atticiſſantem* ei tribuit. De eadem Nicetas in Joanne Comneno cap. 3. ἥτις τῆς τῶν Ἑλληνικῶν πασῶν ἐπόχε φιλοσοφίας ἐδείκνυτο μέλημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐρρύθμιτο μάθησιν *quæ omnium diſciplinarum parenti Philoſophiæ dedita & omnibus artibus erudita erat.* Hinc & locum illi qvem debebat inter mulieres Philoſophas libenter dedit Ægidius Menagius, † alii hanc licet fœminam non dubitant ** præferre viris tantum non omnibus, qvorum ſtylo Hiſtoriam Byz. conſcriptam habemus. Exſtat ejus *acri profecto ſupra ſexum judicio ac ſingulari elegantia conſcriptum* †† opus *Alexiados*, ſive de rebus Alexii Comneni Parentis

* Hic Joannes poſt Alexium Patrem præfuit Imperio, qvod Alexius cogitaverat Nicephoro genero & filiæ Annæ tradere. Sed Nicephorus Annæ maritus placido & qvieto Vir ingenio, noluit facere qvod alius cupidine regnandi inflammatus feciſſet, & Anna vehementer optaſſet qvidem adeo, ut multum expoſtularet etiam cum Natura, qvod ſe fœminam, Nicephorum virum creaſſet. Vide Nicetam lib. I. pag. 8. † In Hiſtoria Mulierum Philoſopharum pag. 39.

** Vigneul Marville, Melanges d'Hiſt. & de litterature T. 3. p. 56. *l' Hiſtoire Byzantine à ſon defaut, & un defaut tres incommode au lecteur, lequel conſiſte en ce, que plus de la moitié des Auteurs de ce vaſte recueil ne meritent pas d'être lûs, excepté en quelques endroits aſſez rares, ou ils ne ſe copient pas les uns les autres.* Procope *eſt presque le ſeul de ces Hiſtoriens qui ait de la dignité, & qui ſe ſoit formé ſur les anciens, qu'il a judicieuſement pris pour modéles. L'Alexiade* d' Anne Comnene *à ſon merite particulier. C'eſt une Hiſtoire polie, & qui va de pair avec l'Hiſtoire d' Alexandre le Grand écrite par Quinte Curce.*

†† Cangius præf. ad Cinnamum. Confer Hanckium de ſcriptoribus Hiſt. Byz. lib. I. cap. 29. qvi inter alia notat Jo. Micrælium, virum cætera eruditum & de Hiſtoria ſacra atqve externa meritiſſimum, cui ex Bodini verbis male intellectis, viri & ſcriptoris nomen fuit *Annas Alexias*, præf. ad ſyntagma Hiſt. §. 44.

2011 Ministerio de Cultura

tis ſui, *libri* (non XX. ut numerat Bodinus cap. 10. de methodo Hiſtor. ſed) *XV.* abſoluti Manuele Comneno imperitante circa A. C. 1148. annum ætatis 65. ut conſtat ex lib. XIV. p. 447. ſeq. ubi teſtatur ſe uſam commentariis virorum fide digniſſimorum, qvi Patris olim ſecuti militiam, poſtea Monaſticam vitam ſunt amplexi, neqve tamen ex iis ſolis, qvæ referret hauſiſſe, ſed diligenter cum iis qvæ ipſa videndo & audiendo compererat, contuliſſe. Libris primo & ſecundo de rebus ante Imperium ab A. C. 1069. ab Alexio geſtis, libro tertio ad decimum qvintum ab initio ejus imperii A. 1081. ad obitum usqve 18. Cal. Sept. A. 1118. differit, in illo enim Hiſtoriam finiiſſe, verſiculi qvoqve Græci adſcripti docent:

Λῆξεν ὅπῃ βιότοιο Ἀλέξιος ὁ Κομνηνός,
Ἔνθα καλὴ θυγάτηρ λῆξεν Ἀλεξιάδος.

Finit ubi vitam Comnenus Alexius, illic
Nata quoque illuſtris finit Alexiadem.

Libros octo primores *Græce*, lacunoſos admodum ex Codice Auguſtano vulgavit cum notis ſuis *David Hæſchelius*, Auguſtæ Vindel. 1610. 4. Totum vero opus, omnes nimirum qvindecim libros è MS. Vaticano, & Barberino qvem Holſtenius cum Mediceo contulerat, Græce deſcripſit *Petrus Poſſinus* S. I. & cum verſione ſua & gloſſario, Hæſcheliiqve notis vulgavit Pariſ. 1651. fol. Hinc Poſſinus præfat. ad Nicephorum Bryennium A. 1661. editum refert inſpiciendum ſibi poſt editam Alexiadem datum Codicem librorum Comnenæ, qvem à Jac. Cujacio qvondam acceperat Petrus Faber Sanjorianus, non paucis locis diverſum ab eo exemplari ex qvo editionem ſuam curavit, ut non modo lacunas ſupplere omnes, ſed & diverſas lectiones facile bis mille in ora libri ſui notare potuerit. Hujus Codicis non potuiſſe compotem fieri Toloſæ cum Alexiadem ad prælum concinnaret, qveritur in præfat. ad Annam Comnenam, ubi & notas promittit & Comnenæ vitam è veteribus collectam manumentis, & notas in Alexiadem, & *panegyricum Alexii* coram à *Theophylacto* dictum, Alexiadis elegans compendium. *Subjicietur*, inqvit, *Abacus Chronologicus, & iidem libri quindecim partim univerſi recenſebuntur ope Codicis Optimi, cujus recentiſſime nobis inopinata oſtentata ſpes eſt* (Cujaciani nimirum) *partim in locis obſcurioribus collatione aliorum ſcriptorum illuſtrabitur.* Illæ Poſſini notæ

&

2011 Ministerio de Cultura

& lucubrationes nunqvam viderunt lucem, uti nec *Jo. Frid. Gronovii* doctissimi Viri, qvi A. 1643. ad Georgium Richterum * scripsit se Alexiadem Annæ Comnenæ doctissimæ & Atticissantis Principis nactum esse triplo auctiorem qvam Hœschelius edidit: & ex cujus lucubrationibus MSS. Jacobus Gronovius filius præf. ad Parentis opus de sestertiis, pro solita humanitate & elegantia sua scribit *se cum ægritudine observasse multis in locis satis absurde tractatam à Possino.* Vossius qvoqve lib. de Philologia cap. 2. §. 3. cum dixisset Annam Comnenam libris qvindecim de gestis Alexii Comneni patris sui, doctrinam & facundiam suam pariter comprobasse, addit: *atque hoc magis patebit, ubi integrum opus ediderit Joh. Fridericus Gronovius.* Cæterum bene est qvod exstant eruditæ in Alexiadem notæ Historicæ & Philologicæ *Caroli du Fresne* sive *Cangii*, licet nullo MSto Codice, ad qvem textum castigaret, usi, qvæ prodierunt ad Joannis Cinnami calcem Paris. 1670. fol. Possini editioni præmissum breve Annæ Comnenæ elogium ex Lud. Jacobi à S. Carolo Bibliotheca illustrium fœminarum qvæ scriptis claruerunt. *Jac. Gretseri* refutatio alogiarum Annæ Comnenæ contra Gregorium VII. Papam, prodiere Ingolstad. 1611. 4.

ALEXII COMNENI versus politicos ad ἀνεψιὸν suum *Alexium Spaneam* MStos memorat Labbeus in Bibl. nova MSS. pag. 132. hinc constat de tempore qvo Alexius Spanea vixit, qvem inter scriptores dubiæ ætatis refert Clariss. Caveus, διδασκαλίαν ejus θεολογικὴν Venetiis à Christophoro Zanetto, sine anni notatione editam memorans.

Alexii Comneni *Novella de electione Episcoporum* Græce è MS. Bibl. Regis Christianissimi, cum Cotelerii versione prodiit in ejus Tomo II. monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 178-199. Paris. 1681. 4. *Norum Rationarium Imperii*, in Tomo qvarto eorundem monumentorum sive in Analectis Græcis post Cotelerii obitum per Monachos Benedictionos editis ibid. 1692. 4. pag. 367-392. *Aurea Bulla* † *de donandis & rebus sacris* non temere contrectandis nec in alios usus vertendis

* Vide Epistolas Georgii Richteri p. 242.

† Ejusdem argumenti auream bullam à Manuele Comneno promulgatam memorat Jo. Cinnamus lib. 6. p. 161. qvam Cangius in notis pag. 486. monet editam Anno ejus imperii XV, CHristi 1158.

2011 Ministerio de Cultura

tendis legitur Latine in Bibliothecis Patrum edit. Paris. 1575. T. V. & 1589. & 1654. T. 3. & Colon. 1622. T. XV. & Lugd. T. XIX pag. 957. & apud Baronium ad A. C. 1082. n. 10. sq. Græce vero & Latine in Jure Græco-Romano lib. 2. pag. 124. ubi & aliæ constitutiones occurrunt Alexii Comneni qvidem pag. 123-147. ISAACII COMNENI pag. 120. JOANNIS COMNENI pag. 147. MANUELIS COMNENI p. 149-167. ALEXII COMNENI Secundi pag. 167.

De *Isaacii Comneni* scholiis in Homerum, characteribus Ducum Trojan. & paralipomenis Homericis dixi lib. 2. cap. 7. §. 9. & lib. 4. cap. 30. pag. 413.

Manuelis Comneni Legatio missa A. C. 1170. *ad Norsesin* * *Catholicum sive Generalem Episcopum Armeniorum* ab Eutychis secta ad Synodi Chalcedonensis doctrinam (qvæ res successu etiam non caruit) reducendum, exposita à legato *Theoriano*, in Διαλέξει sive Colloqvio qvod de religione cum Catholico illo habuit, qvodqve primus Græce ex *Jo. Sambuci* Codice descripsit & cum latina versione sua edidit *Jo. Leunclavius*. Basil. 1578. 8. adjunctis Leonis M. Epistola ad Flavianum, Damasceno contra Manichæos & Leontii ac Constantini Harmenopuli de sectis, ejusdemqve Harmenopuli & Augustini atqve Hilarii fidei confessione Græce & Latine. Recusum postea hoc Theoriani colloqvium latine in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. XXII. pag. 796. Græce vero & latine in Auctario Bibl. Patrum curante Frontone Ducæo Paris. 1624. T. 1. pag. 439.

ANDRONICI COMNENI, qvi ab mense Novembri A. 1183. ad Septembrem A. 1185. CPoli imperitavit, ** Isaaci Comneni Filius, Alexii nepos, Διάλεξις κ τῶν Ἰουδαίων, *Dialogus contra Judæos*, latine è Codice Sirleti versus à *Jo. Livinejo*, distributusqve in capita LXIV. & à Petro Stevartio (cui Andreas Schottus eum transmisit) in tomo singulari Antiqvæ Lectionis vulgatus Ingolstad. 1616. 4.

* Theorianus in legatione: καὶ χαιρετίσαντες τὸν Καθολικὸν τὸν Ἀρμενίων κύριν Νορσέσιν. Hic Caveo nescio qva ratione *Narsesen* appellatur, Allatio pag. 668. de consensu utriusqve Ecclesiæ, *Nosesses*. Nescio idemne Theorianus Philosophus, cujus Epistolam ad sacerdotes montana loca incolentes de jejunio Sabbati, Divina communione, conjugio Sacerdotum & non radenda barba allegat Allatius lib. de purgatorio pag. 690. 822.

** Vide Comnenorum tabulam Genealogicam in Cangii familiis Byz. pag. 169. seq. (de Anna Comnena pag. 176,) & ad Cinnamum pag. 189. seq. & apud Lambecium lib. V. pag. 170.

2011 Ministerio de Cultura

atqve inde in Bibliotheca Patrum T. XIV. edit. Colon. 1618. & T. XXVI. edit. Lugd. pag. 39. Græce MS. in Bibl. Vindob. ut teſtatur Lambecius lib. V. pag. 169. ſeq. ubi refellit Sirletum qvi hunc Dialogum putavit non ab ipſo Andronico ſcriptum, ſed juſſu ejus compoſitum ab Euthymio Zigabeno. Sanè in verſibus Græcis Codici MS. præmiſſis diſerte legas opus ſcriptum ab Andronico, & Nicetæ Choniatæ teſtimonio conſtat Andronicum fuiſſe *γραμμάτων ἔμπειρον, καὶ ἀνὰ στόμα φέροντα ἀεὶ τὸν Πευκαπορήτορος Παύλου τὰ Ἐπιστόλια.* Porro Livineji argumentum qvo dialogum hunc A. C. 1327. ſcriptum diſputat, & qvo moti fuerunt viri docti ut Andronicum Palæologum ejus crederent eſſe auctorem, facile refellitur. Ait nempe Livineji ſcriptorem annos Judaicæ captivitatis computare 1255. qvibus ſi addas 72. à CHriſto nato ad Titi triumphum, fiunt 1327. Sed Andronicus c. 41. Judaicam captivitatem non numerat ab exciſis per Titum Hieroſolymis, ſed ab captis à Pompejo, & ab Ariſtobulo in triumphum ducto, ut patet ex capite 39. *Nam regnante Ariſtobulo Judæorum Principe Romani & ſacram Urbem corrupere, & Iſraëlitarum Gentem una cum Principe Ariſtobulo & liberis, mancipio cepere. Ex quo tempore Vaticinium omne & regnum atque Pontificium peſſum iit, Herode extraneo Iſraëlitis ab Romano Rege impoſito, & auguſta veſte amicto.*

INDEX Scriptorum & aliorum quorundam in Alexiade Annæ Comnenæ memoratorum.

ad paginas editionis Pariſienſis.

Alexandrinus Ægyptius Genethliacus 164. infra, Elevtherius.
Alexii Comneni χρυσόβουλον ſive aurea bulla Matris auctoritatem confirmans 83.
Amphion & Zethus, Epidamni reſtauratores 99.
Ariſtotelis libros & dogmata interpretatus Italus Philoſophus 145. 147.
Armenii in Synodo CPol. damnati 270.
Baſilius Bogomilorum anteſignanus. 487. ſeq. lapidatus à Satanicle & aliis dæmonibus. 489.
Baſilius Byzantii præfectus, de cometæ ſignificatione ab Alexio Comneno conſultus. 355.
Blæſus Manichæus. 157.
Blanchernita in Synodo CPol. damnatus. 270.

Bogo-

2011 Ministerio de Cultura

Bogomilorum hæreſis, Manichæorum & Maſſilianorum dogmatis ſubſcribens. 486. ſeq.
Nicolaus Callicles, Medicus Imperatoris. 496. 497.
Catananges Aſtrologus. 165.
Elevtherius Alexandrinus Aſtrologus. 164. 165.
Chalcedonenſis Synodus. 31.
S. Demetrii Theſſalonicenſis templum & ungventum ſcaturiens. 60.
Demoſthenes Rhetor. 76.
Didymus tametſi cœcus, perſpicacia mentis Muſicam & Geometriam ad plenum didicit. 266.
Enthuſiaſtæ. 270.
Eudoxus ἀστρονομικώτατος. 164.
Euripidis Alceſtis. 8. ejus dictum εἰδὼς ἄξιον τυραννίδος. præf.
Euthymii Zygabeni panoplia dogmatica juſſu Alexii Comneni ſcripta 490.
Gregorium Geneſium, Annæ Dalaſſenæ aviæ ſuæ ab Epiſtolis, memorat Anna Comnena III. p. 88.
Homerus præf. & p. 159. 191. 271. 292. 353. 381.
Jamblichi dogmata expoſuit Italus Philoſophus. 147.
Jaſitæ, Itali Philoſophi diſcipuli. 147.
Joannes Italus 143. Mich. Pſelli diſcipulus. 144. Dialectices peritus. id. ὑπατος τῶν φιλοσόφων CPoli. 145. Ariſtotelis & Platonis libros interpretatus eſt. 145. Porphyrii, Jamblichi, Procli 147. Falſa ejus dogmata percuſſa anathemate. 149.
Leo Chalcedonenſis Epiſcopus. 16. 129. 130. 199.
Manetho Apotelesmaticus. 164.
Georgius Manganes, Alexii Comneni ſcuriba. 60. 63.
Manichæi. 131. vide Bogomili, & Pauliciani.
S. Maximi Philoſophi & Martyris ſcriptorum lectione delectata Irene Auguſta. 147.
ὁ Μελωδός (forte Coſmas) 492.
Michael Pantechnes, Medicus. 497.
Nicephori Bryennii Commentarii. præf. & pag. 9. 191. 271.
Nicephori Diogenis, excœcati ſtudium in libris ac præſertim in Geometrica diſciplina poſitum. 266.
Nicolaus Patriarcha CPol. 273.
Nilus Itali Philoſophi erroribus ſubſcribens. 269. ſeq.
(*Paraſceviotes.* 489.

2011 Ministerio de Cultura

Pauliciani Manichæorum veſtigiis inſiſtentes. 154. dicti à Paulo qvodam Callinices filio. 451.
Petrus cui revelata lancea qva Domini latus perfoſſum. 326.
Pholus Manichæus. 457.
Piſanus Epiſcopus, (Dagobertus) 335.
Plato Philoſophus. 164. 451. Ejus libros & dogmata interpretatus Italus Philoſophus. 145. 147.
Polemonis Rhetoris ῥοῖζος ſire ſtridor in dicendo. 271.
Porphyrii dogmata expoſuit Italus Philoſophus. 147. ejus περὶ ἀρχῶν 451.
Procli dogmata expoſuit Italus Philoſ. 147.
Mich Pſellus. 144. Itali, ingrati diſcipuli Præceptor. ibid. poſt detonſionem Byzantio egreditur, cui Italus in dignitate ὑπατ τῶν φιλοσόφων ſuccedit. 145.
Ῥαίκτωρ, Monachus. 28.
Salomo Ioannes, Itali Pphiloſopi diſcipulus, 147. 361, 362. 379.
Sappho. 490.
Serbliæ, Itali Philoſophi diſcipuli. 147.
Sethus Aſtrologus. 163.
Ξύμπασα Στοὰ καὶ Ἀκαδημία εἰς τοῦτον συνελήλυθεν 271.
Tragœdia. præf. reſpicit Sophoclis Ajacem flagelliferum & Euripidis Hecub. v. 518.
Jo. Xiphilinus Patriarcha CPol. 75.

IX. JOANNES CINNAMUS a) (ita enim rectius qvam à Labbeo *Sinnamus* ſcribitur) Grammaticus βασιλικὸς, hoc eſt nota-

a) Cinnamum vocat Codex Vaticanus, & Nicetas Choniates Κίναμον Ἰωάννην in Andronico Comneno lib. 2. cap. 5. ubi refert in Imperatoris hujus præſentia qvædam eum dixiſſe de verbis CHriſti Joh. XIV. 28. *Pater major me eſt*, qvæ Andronicus ægerrime tulit. Aliis porro Cinnamis qvos Cangius & Hanckius commemorant, ut ſunt 1) Cinnamus tonſor apud Martial. VII. 63. idem ut volunt de qvo Juvenal. I. 24.

Patricios omnes opibus quum provocet unus;
Quo tondente gravis juveni mihi barba ſonabat.

2) Cinnamus de qvo inſcriptio vetus apud Gruterum p. DCIX. 9. RELIQVIÆ CINNAMI, TI. CÆSARIS AUG. FAUSTIANI. 3) Cinnamus, Imperialis Spatharius & Judex Juvenaciæ, pater Pandonis Clerici, cujus mentio in diplomate Joannis

2011 Ministerio de Cultura

notarius b) in aula CPolitana ſcripſit poſt Manuelem Comnenum A. C. 1180. extinctum c) *Ἐπιτομὴν τῶν κατορθωμάτων τῷ μακαρίτῃ βασιλεῖ καὶ Πορφυρογεννήτῳ Κυρίῳ Ἰωάννῃ τῷ Κομνηνῷ compendium de rebus geſtis Joannis Comneni* (qvi ab A. C. 1118. ad 1143. imperitavit) *libro I.* Deinde *ἀφήγησιν τῶν πεπραχθέντων τῷ ἀοιδίμῳ ἐμῷ αὐτοκράτορι τῷ βασιλεῖ καὶ Πορφυρογεννήτῳ Κυρίῳ Μανουὴλ τῷ Κομνηνῷ, uberiorem enarrationem de imperio & rebus geſtis, quibus auctor ipſe magnam partem interfuit* d) *Manuelis Comneni, Joannis F. libro II. III. IV. V. & VI.* Tot enim in Codice Vaticano qvi

tem-

nis Archiepiſcopi Barenſis circa A. C. 851. apud Ferdinandum Ughellum in Italia ſacra, in Epiſcopis Juvenacenſibus. 4) Cinnamus ſacrarum largitionum Comes de qvo Jo. Cantacuzenus III. 36. Hiſt. 5) Cinnamus Myſticus, ex principibus aulæ, & Iſaaci Panhyperſebaſti Collega, de qvo idem III. 89. 95. & 97. Mich. Pſellus apud Allatium de Simeonibus pag. 150.

Τοῖς ἐν πνέυσι καὶ συνεσταλμένοις
Συγκλητικοῖς, ἄρχουσι τῆς Ἐκκλησίας,
Βάρδαις, Προκοπίοις τε Κινναμοις πλέον &c.

His inqvam Cinnamis plures alii addi poſſunt ex Gruteriano Inſcriptionum opere: nec non Leo Cinnamus Calligraphus A. C. 1276 de qvo Combefiſius ad ſcriptores poſt Theophanem pag. 301 Montfauconus in Palæographia Græca pag. 65. 66. & Boivinus ad Gregoram pag. 804. De eodem Petrus de Marca in diſſ. de decreto Papæ Vigilii pro confirmatione qvintæ Synodi § 1. ubi male vocatur Leo Cinnomus, in editione certe Francofurtenſi, qvæ mihi jam ad manus. *Cinnamorum*, inqvit Allatius, *familia ad hæc usque tempora, non contemnenda in Græcia agnoſcitur, Sinnamorum nulla eſt: quæ etiamſi eſſet, cum illa Hiſtoria Cinnamum præferat auctorem, fruſtra operam ludunt qui aliter proferunt, poſterioris exſcriptoris incuria decepti.*

b) Vide Hanckium lib. 1. de ſcriptoribus Hiſt. Byz. cap. 30. Cangium præf. ad Cinnamum, atqve in utroqve gloſſario, voce Grammaticus. Ita hoc vocabulum etiam accipiendum ſupra in Leone Grammatico.

c) Hoc Cinnamus ipſe perſpicue innuit, qvi lib. 1. cap. 1. teſtatur ſe ſcripturum rēs geſtas à dnobus Imperatoribus, *quorum alter* (Jo. Comnenus) *nobis necdum natis decesſerat, alter* (Manuel Comnenus) *noſtra ætate & floruit & extinctus eſt, filio* (Alexio) *adhuc impubere, imperii herede relicto.* Ὧν ὁ μὲν ἔφθη πρὸ τῆς εἰς τὸν βίον ἡμῶν προόδου τὸ ζῆν ἀπολιπών. ἄτερος δὲ ἡμᾶσέ τε ἐφ' ἡμῶν, καὶ ἀπῆει τοῦ βίου τὴν βασίλειαν ἀνήβῳ λιπὼν τῷ παιδί.

d) Eodem loco Cinamus refert ſe vixdum adoleſcentem Manueli Comneno operam ſuam addixiſſe, & ſuſceptis ab eo plurimis in utramqve continentem (occidentem & orientem) expeditionibus præſentem adfuiſſe. Τὰ μὲν τοῦ Μανουὴλ οὐκ οἶδα εἴ τις ἐμοῦ κάλλιον ἐξισορῆσαι ἔχει. Ἐπεὶ καὶ ὅπως μειρακίῳ γε ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν εἰς ἤπειρον ἑκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν.

2011 Ministerio de Cultura

tempore captæ à Turcis CPoleos ſcriptus eſt, & in editione Pariſienſi numerantur, qvanqvam Tollius in ſua editione ex tribus poſterioribus libris unum, tres priores mole etiam excedentem fecit. Liber qvintus incipit pag. 207. edit. Tollii à verbis ὀλίγῳ ϑ' ὕστερον. Liber ſextus pag. 207. à verbis ἤδη ϑ' καὶ Ἰωάννης ὁ Δάκας. Hic ſextus ſive poſtremus extrema parte mancus eſt, nec conſtat ſeptimum tantum cujus initium in MS. legi Allatius teſtatur, an plures etiam libros Cinnamus adjunxerit, Hiſtoriamqve, ut eſt perqvam ſimile veri, ad obitum usqve Manuelis Comneni, hoc eſt ad A. 1180. perduxerit, qvæ enim exſtat ejus Hiſtoria, deſinit in apparatu ad obſidendam Iconium A. C. 1176.

Poſt Alexiadem voluit Cinnamo qvoqve edendo operam ſuam addicere *Petrus Poſſinus*, ut ex Simonis Wagnereccii literis 1648. 29. Maji datis apud Allatium pag. 139. de Simeonibus didici. *Cinnami*, inqvit, *editionem Poſſinus noſter nunc adornat.* Sed & *Allatius* ipſe libro de Pſellis A. 1634. edito pag. 24. ſcripſerat *in Cinnamo vertendo illuſtrandoque diu ſeſe exercere.* Nec Poſſini tamen nec Allatii editio prodiit, licet Cinnamum curante Poſſino editum tradat Kœnigius in Bibl. Sed primus *Cornelius Tollius*, qvam præfatione ad Palæphatum A. 1649. de Cinnamo vulgando dederat fidem exſolvit, illumqve ſcriptorem ex apographo *Iſ. Voſſii*, qvi ex Codice Vaticano * deſcripſerat, Tollioq; ut ederet donaverat, Græce cum verſione ſua notisqve vulgavit Trajecti ad Rhenum 1652. 4. Poſtea *Carolus du Freſne* Tollii editionem recenſuit, opus non in qvatuor, ſed ex MS. Codicis fide (qvem tamen ipſe non videtur inſpexiſſe, neqve in Græcis ad illum caſtigandis operam poſuiſſe) in ſex libros digeſſit, libros capitibus diſtinxit, Tollii verſionem pluribus in locis caſtigavit, notisqve ejus omiſſis qvod nihil fere ad Hiſtoriæ Cinnamicæ illuſtrationem aut locorum difficilium emendationem contineant, novas ipſe Hiſtoricas & Philologicas adjunxit, & cum notis ſuis ad Nicephorum Bryennium & Alexiadem, & cum Pauli Silentiarii deſcriptione templi S. Sophiæ Græce & Latine edidit è typographia Regia Pariſ. 1670. fol.

Dictio hujus ſcriptoris ab omnibus celebratur pura ac terſa, & Xenophontis, qvem initio operis laudat, æmula. Meritoqve Reineſius in Epiſtolis ad Boſium pag. 119. ait eum ſe probare *non tantum ob ſtylum qui gravis, purus, terſus, & ſæculi quo vixit auctor, plane inſolens, ſed & ob res: tangit enim ſubinde geſta Imperatorum Occidentis, quæ apud Hiſtoricos*

* Meminit Voſſius pater lib. IV. de Hiſtoricis Græcis pag. 492.

2011 Ministerio de Cultura

ricos ejus temporis sive Italos sive Germanos frustra quæras. Loca qvædam in illo scriptore illustrat pag. 126. sq. ubi addit optime feciſſe Tollium, ſi Chronologiam ſuo ſcriptori addidiſſet & Genealogiam illuſtrium Perſonarum, qvarum facit mentitionem. Prius illud etiam in Pariſienſi editione deſideratur, etſi illud jam ſi qvis aggredi velit, facile illud qveat perficere ex præclariſſimi Cangii obſervatis. Scriptores nullos allegat Cinnamus niſi Procopium lib. V. pag. 127. (edit. Tollii 237.) videturqve illum præ cæteris imitatus, non modo dictione ſed etiam ſententiis, in qvibus eſt qvod Divinæ providentiæ, qvam ſtolidi mortales fortunam appellant, omnia non uno in loco * tribuit, & qvod lib. VI. p. 150. (edit. Tollii 278.) ubi controverſiam Theologicam à *Demetrio* Lampeno motam enarraverat, ſubjungit ſibi ſemper ita viſum, naturam DEI ** curioſius inqvirere nefas utiqve eſſe mortali. Ἐγὼ δὲ ἐκεῖνο περὶ τῶν τοιούτων ἀεὶ φρονῶν διατετέλεκα, ὅτι δὴ φύσιν θεοῦ πολυπραγμονεῖν ἀνθρώπῳ ὄντι ἄκων ἀνέγκλητον. Ad ea qvæ de Monacho *Niphone* Bogomilo narrat lib. 2. pag. 36. ſeq. conferendus Allatius de conſenſu utriusqve Eccleſiæ pag. 669 ſeq. qvi pag. 683. ſq. exhibet etiam ſententiam de Patriarcha CPolitano Coſma depoſito A. C. 1144, qvod cum Niphone faceret.

Manuelis Comneni Imp. ἀγχίνοιαν ſingularem, qva abſtruſiſſimas controverſias & ex Ariſtotele propoſita argumenta promte diſſolverit, & difficilima S. Scripturæ explanarit, laudibus effert lib. VI. pag. 148. & pag. 169. 170. ubi & τὸν Σιλέντιον ejus λόγον celebrat, hoc eſt Orationem ſacri argumenti, cum ſilentio in conſeſſu Optimatum auſcultatam, de qva plura Cangius in notis & in utroqve gloſſario. Nicetas de eodem Manuele lib. VII. cap. 5. καὶ ὁ βασιλεὺς τοιγαροῦν ἔστ' εὐγλωττίαν εὐτυχηκὼς &c. *Hic quidem Imperator natura facundus & ſuavis ſermonis affluentia ornatus, non elegantes tantum Epiſtolas ſcripſit,* ἀλλὰ καὶ κατηχητηρίους ᾠδινε λόγους, ὅς φασι σελέντια, καὶ εἰς κοινὴν ἀνέπτυσεν ἀκοήν, *ſed & catecheticos elaboravit ſermones, & publice recitavit.* Teſtatur etiam Cinnamus lib. IV. cap. ult. ſe vidiſſe Imperatorem manu ſua venas ſecantem & medicamenta præbentem ægrotis, additqve multa Aſclepiadarum ſcientiæ antea incognita ab ejus ſtudio & inventione acceſſiſſe, qvæ in Noſocomiis publicata ab omnibus deinceps poſſint cognoſci. Deniqve inducit illum adverſus tota

* pag. 23. 155. 232. edit. Tollii.

** Confer qvæ è Procopio notavi ſupra pag. 249.

2011 Ministerio de Cultura

tota hoſtium agmina pugnantem ſolum & vincentem lib. 2. pag. 28. ſeq. 34. ſeq. & lib. 5. pag. 112.

Lib. IV. pag. 102. mentio de Baſilio Diacono, qvi hæreſeos calumniam leviſſima de cauſa viris præſtantiſſimis impegit, atqve inter alios Michaëli Evangeliorum in templo Sophiæ interpreti & Nicephoro Baſilacio * Rhetori: qvi viciſſim Baſilii dogmata reprehendenda captarunt, ipſumqve & ſuffragantem illi Soterichum Pantevgenum ** Epiſcopum Antiochenum deſignatum & ſingulari libro, qvo Platonis in Dialogis ſimilitudinem referebat, dogma ſuum propugnare auſum Sacro munere depulerunt.

Pontificis Romani arrogantiam graviter perſtringit lib. V. pag. 127. ſeq. indigne ferens eum ſibi vendicare poteſtatem creandi Imperatores, & Majeſtatis eorum tam exignam rationem habere. Οἷον γὰρ, inqvit, οἷον ἡ Ῥώμης ἀρχὴ &c. *Qualem enim quantamque rem, Romæ principatum ſcilicet, barbari fœdaque mancipia cauponantur, eoque illic à multis tempeſtatibus neque Pontifex maximus, neque Auguſtus fuit. Iſte enim, qui imperatorio nomine ſuperbit, præter decorum tantæ perſonæ, pedes ipſe ponvetificem equitantem propter curſitat, & tantum non equi ejus curator eſt: hic vero iſtum talem imperatorem vocat, & pari cum principibus noſtris honore vult cenſeri. Lepidum caput, quomodo & unde tibi jus factum eſt Imperatoribus Romanis*

* Ἦν τις Λευϊτῶν ὃς διακόνους καλοῦμεν &c. *Erat quidam Levitarum quos nos Diaconos vocamus, nomine Baſilius. Hic ad explicandum plebi in omnibus ubicunque cœtibus Verbum Divinum conſtitutus, tum alios qui vel tantillum offenderant, in illis concionibus novarum & ambiguarum ſententiarum arguere,* καὶ δὴ καὶ Μιχαὴλ καὶ Νικηφόρον, ἐπίκλησιν Βασιλάκιον, ὧν ὁ μὲν Ῥητορικῆς εἰς τόδε καιρὸς κατηχητὴς ἐτύγχανε ὤν, ὁ Μιχαὴλ τὰ ἱερά τε ἐπὶ τοῦ τῆς Σοφίας ἱεροῦ διεξηγεῖτο τῶν Εὐαγγελίων ῥητά. Ἄτερος δὲ εὐδοκίμως ἄλλατε τῶν ἐν λόγοις ἦν, καὶ δὴ καὶ λόγων ἀγαθὸς δημιουργός, ἀμέλει γοῦν καὶ πολλὰ τῶν κατὰ Ῥητορικὴν μεμελέτητο αὐτῷ δεξιῶς. *tumetiam Michaëlem & Nicephorum cognomento Baſilacium, Rhetorices ea tempeſtate doctorem. Michaël ſacros Evangeliorum ſermones in Sophiæ templo interpretabatur, alter vero celebris inter eruditos & orationum inſignis artifex, adeoque multa in Rhetoricen erat egregie commentatus.* De hoc Nicephoro Baſilacio ſive Baſilaca dixi ſupra lib. IV. cap. 30. pag. 411.

** Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος ἡ ἐπίκλησις ἦν, ἀνὴρ κατ' ἐκεῖνον τὸν Χρόνον σοφίᾳ καὶ λόγων δεινότητι τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλων, ὃς καὶ τῆς Ἀντιόχου τὸν θρόνον λαχὼν ἔπω ἔτι κεχειροτόνητο. Ὁ τοίνυν Σωτήριχος οὐκ ἀπὸ γλώσσης μόνον καὶ σόματος δόξῃ τῇ ἐκείνων παρίσατο, ἀλλὰ δὴ καὶ καλόν τι χρῆμα λόγου συντάξας, οἷος ἐκεῖνος ἐξαισίαν τινὰ πρὸς Πλάτωνα ἐν διαλόγοις ὁμοιότητα ἴσχων, πολλὰ ἐν τούτῳ δὴ τῷ λόγῳ συνεφόρησεν ἄτοπα, δι' ἅπερ αὐτόστε τὴν τοῦ θρόνου καθαίρεσιν ὑπέσχη. Confer Allatii præfat. ad excerpta Rhetorum.

2011 Ministerio de Cultura

*manis pro ſtratoribus utendi? ſed cum neutiquam id usquam acceperis, & tu Pontificem, ille Imperatorem, mentimini. Tu enim, qui Byzantinum Augustum ſolium differis eſſe ſolium Romanum, dic mihi, quo tandem auctore * Papæ dignitatem ſortitus es? Ilnus eſt, qui hæc ſtatuit ac decrevit, Conſtantinus, primus inter Imperatores Chriſtianus. Qui ergo alterum quidem inſtitutum ejus libens accipis (thronum dico & dignitatis inter epiſcopos excellentiam) alterum vero conculcas & rejicis? Aut utrumque accipe, aut etiam altero cede. Sed meum eſt, inquit, Imperatores creare ac deſignare. Sane, quatenus manus imponis, quatenus conſecras: hæc autem ſpiritalia ſunt: ſed non eſt tuum, imperium Imperatoribus abrogare, & iſtiuſmodi res novas moliri. Nam ſi veſtrum erat transferre imperium, quare non olim de illo, cum Romæ eſſet, aliter ſtatuiſtis? ſed alterius id facientis invitus atque ingratiis conſtitutioni acquievit iſte, qui tunc temporis veſtræ Eccleſiæ præſidebat. Tu vero incurris offendisque in te ipſum, & neſcis te tibi ipſum eſſe contrarium. Quorum enim non multo ante, Imperatori gratificatus, ne alloquia quidem & appellationes accipiebas, quod neque licebat; quos ſtratoribus accenſueras; eos nunc neſcio quo pacto facis Auguſtos: & illum, de quo & per quem & ſub quo thronum nactus es, non dico barbaro, ſed tyranno, ſed ſervo homini parem ponis. Sed, ais, tyrannide opprimor, ſed vi cogor. Non habet locum prætextus. Heri & non multo ante Imperatori Manueli ſcis quæ pactus ſis; & ſi inficias iveris, at libelli prædicant, qui literas tuas paginis exceperunt. Cæterum vernilitas hæc eſt, ratioque agendi indecens atque illiberalis, & cothurni inſtar adaptas te viciſſitudinibus fortunæ, & cum temporibus mutaris. Verum hæc longius, quam chronicis convenit commentariis, exſecuti ſumus.*

NICETAS ACOMINATUS, Coloſſenſis ſive Choniates

(Coloſſæ enim Phrygiæ Civitas ſeqvioribus temporibus Chonæ dictæ ſunt)

* Infra pag. 132. οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ ὅτι μὴ βασιλεῖ Ῥωμαίων ἀρχιερέα προβεβλῆσθαι τῇ Ῥώμῃ ἐφεῖται. Τοίνυν καὶ ἐξότε ὀλιγωρία τῶν ἐν Βυζαντίῳ βασιλέων τὸ τοιοῦτον ἀπεσβήκει ἔθος, οὐδεὶς οὐδένα ἐν Ῥώμῃ ἀρχιερέα καθίση, ἀλλ' Ἐπισκοπικῶν συνόδων καὶ τοῦ κατὰ τὴν Ῥώμην Ἀρχιερατικοῦ ταῦτα ἐτελεῖτο. *Nullus alius niſi Romanus Imperator creandi Romæ Pontficis jus habet. Ex quo igitur Byzantinorum Imperatorum contemtus morem eum ſolvit, nemo quenquam Romæ conſtituit Pontificem, ſed is per Epiſcoporum & Romani cleri Antiſtitum Concilium creabatur.*

2011 Ministerio de Cultura

ſunt) magnis dignitatibus a) in aula CPolitana functus eſt, verum capta à Latinis A. C. 1204. CPoli Nicæam cum uxore gravida liberisqve profugus ibi diem obiit ſupremum non ante annos poſtremos Henrici Græcorum Imperatoris, defuncti A. 1216. Vitam hujus Nicetæ ſcripſit frater Germanus majorqve natu ſed illi ſuperſtes *Michaël Acominatus* b) Metropolita Athenienſis in Monodia ſive lamentatione ſuper ejus obitum, qvæ Græcè c) nondum prodiit, latine vero exſtat ex *Petri Morelli* verſione una cum libris Hiſtoriarum edita Pariſ. 1566. fol. & in Corpore Hiſt. Byzantinæ Zonaram, Nicetam, Nicephorum Gregoram & Laonicum Chalcondylem latine complectente Francof. 1568. fol. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugdunenſis T. 25. pag. 180. Aliud ut videtur Encomium Nicetæ Cho-

a) De illis fuſe & accurate Hanckius. Pleræqve exprimuntur in titulo Operis Hiſtorici: τῦ λογοθέτυ τῶν σεκρετῶν, καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεως, γεγονότ@ δὲ καὶ ἐφόρυ καὶ κριτῦ τῦ βηλῦ, καὶ προκαθημένυ τῦ κοιτῶν@ κυρίυ Νικήτα τῦ χωνιάτυ ἱςορία ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τῦ βασιλέως Κυρίυ Ἰωάννυ τῦ Κομνηνῦ τῦ ὑῦ Κυρίυ Ἀλεξίυ. Confer qvæ infra in Indice ſcriptorum à Niceta laudatorum.

b) Hujus qvoqve Michaëlis Choniatæ *Hiſtoriarum fragmentum* Græce in folio Codice antiqvo chartaceo XXVI. Hiſtorico Bibliothecæ Vindobon. folia qvinqvaginta ſeptem implens memorat Neſſelius parte V. p. 55. Ejusdem Choniatæ *Homiliam in ramos palmarum* è MS. Bibl. Mazarinianæ latine vertit ediditqve Combefiſius in Bibl. Concionatoria, Tom. III. *Tractatus de Cruce & Oratio qua Athenas ſuæ ætatis longe diſſimiles ab priſca illa Athenarum urbe demonſtrat*, Græce MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſ. teſte Labbeo Bibl. nova MSS. pag. 74. & 135. In Bibl. Bodlejana inter Codices Baroccianos n. 131. habetur Michaëlis Metropolitæ Athenienſis *protheoria*, incipit φιλολόγ@ ὁ τῦ βιβλίυ. *Oratio habita Athenis*, qvæ incipit: τὸν μὲν δὴ προσήκοντα. *Catecheſis prima*, initium: τὺς τὰ. *Sermo in mediæ Quadrageſimæ*, init. καὶ ὁδοιπόρ@ ὀρθίαν. *In feſto Palmarum* (eadem qvam à Combefiſio verſam dixi) incipit: ὁ μὲν προφητικώτατ@ ἐν βασιλεῦσι. *Alloquium Nicephori Prætoris*, init. τίς λαλέσει τὰς δυναςείας. *Sermo cum primum inviſeret Euripum Euboicum.* init. οἱ μὲν πολλοί. *Homilia de creatione hominis*, init. ἀσπάζομαί σε. *Contra reprehendentes quod ægre adduceretur ad ſpecimen ingenii ſui edendum.* Oratio *in Iſaacium Angelum* (Comnenum) *Imperatorem* (qvi imperavit ab A. C. 1185. ad 1195.) incipit: εἰ ἡ βασίλισσα μὲν νόμυ. *Oratio funebris in Neophytum Monachorum Athenienſium Archimandritam*, init. εἰ Σαλομὼν ἔφη τι γνωμοτεύων. *Monodia in Euſtathium Theſſalonicenſem* incipit: ὦ συγγνὸς αἰών. Ejusdem *Epiſtolæ* qvamplurimæ. In eodem Codice habetur etiam Oratio Rhetoris cujusdam in Michaëlem Patriarcham, incipit: ἔξι τι.

c) Locum Græce producit Allatius contra Hottingerum p. 197. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Choniatæ à Michaële ſcriptum qvod incipit : *κωφὸς μὲν ἀνὴρ*, exſtat in Bibl. Bodlejanæ Cod. Barocc. 131. Vide Catalogum MSS. Bibl. Bodlej. p. 15. E recentioribus conſulendi de hoc Niceta Petrus Morellus in præf. ad Monodiam, & qvi diligentiſſime in hoc argumento verſatus eſt Martinus Hanckius lib. 1. de Hiſt. Byzantinæ ſcriptoribus cap. 31.

1. Exſtant ejus Hiſtoriæ Byzantinæ libri XXI. libere & eleganter ſcripti:

1. De Joanne Comneno ab A. C. 1118 ad 1143. libro I.
2-8. De Manuele Joannis Fil. Comneno — 1143—1180. libris VII.
9. De Alexio Manuelis Fil. Comneno — 1180—1183. libro I.
10.11. De Andronico Comneno — 1183—1185. libris II.
12-14. De Iſaacio Angelo — 1185—1195. libris III.
15-17. De Alexio Angelo Iſaaci fratre — 1195—1203. libris III.
18. De Iſaacio Angelo qvi excœcatus pridem à fratre, poſt illius fugam Imperator iterum cum Alexio filio ſalutatur. A. 1203. lib. I.
19. De Alexio Duca, Murzuflo ſive ſupercilioſo A. 1204. lib. I.
20. De rebus poſt expugnatam à Latinis 12. April. A. 1204. CPolin geſtis. lib. I.
21. De Imperio Balduini Flandri ab A. 1204. ad 1206. lib. I.

Hos libros ex Codice qvem Antonius Fuggerus CPoli per Joannem Dernſchuvan ab Alexandro Chartophylace * Diacono CPol. comparaverat, collatis aliis duobus MSS. Græce edidit, verſionemqve ſuam & notas ſive caſtigationes adjunxit *Hieronymus Wolfius*

* Huic Wolfius tribuit verſus in Codice MS. ad præf. Nicetæ, ubi perſpicuitatem ſuam ille jactat, adſcriptos: *Οὐκ οἶδα τί φῄς ἐνθάδε χωνειάτα, Σοφὸν τὸ σαφὲς συγγράφων εἶναι λέγεις, εἶτα γριφώδη κἀβαθρώδη γράφεις. Quid iſtuc eſt? quid Choniata vis tibi? Orationis lucidum probas decus, Tenebricoſus inſtar ipſe tartari.* Addit Wolfius, non ſine cauſa hoc dici, præſertim in proœmio, ubi Homericæ dictionis æmulatione in ſalebras incidit. *Quod ſi totam*, inqvit, *hiſtoriam ſimili oratione involviſſet, in latomias ire quam moleſtiis converſionis conflictari maluiſſem.*

2011 Ministerio de Cultura

Oetingenſis Baſil. 1557. fol. Ab eo tempore altera qvoqve Græco-Latina editio lucem vidit Genev. 1593. 4. qvæ in hoc illa priore præſtat, qvod præterea Chronologiam operi præmiſſam, breviaria ſingulis libris præfixa, notasqve ad marginem morales ac politicas exhibet curante S. G. S. hoc eſt *Simone Goulartio* Silvanectenſi, eodem qvi Flacii Catalogum teſtium Veritatis interpolavit. Huic Goulartianæ in Regia Græco-Latina Pariſ. 1647. fol. nihil aliud acceſſit qvam Gloſſarium Græcobarbarum à *Carolo Hannibale Fabrotto*, eiqve ſubjectæ paucæ è Codice Regio Variæ Lectiones ne unam qvidem paginam implentes, tum index rerum & verborum accuratus & locuples. Latina Wolfii verſio recuſa ſæpius eſt una cum Zonara, Nicephoro Gregora & Laonico Chalcocondyla, Pariſ. 1567. fol. Frf. 1568. & Baſil. 1587. f. Wolfii verſionem aliqvot locis caſtigat Allatius præf. ad excerpta Rhetorum. Eſt qvoq; in manibus verſio Hiſtoriarum Nicetæ qvam vulgari Italo ſermone condidit *Joſephus Horologgi*, Venet. 1562. 4. adjunctis itidem de Græco verſis alterius ſcriptoris *libris VI. Annalium* de vitis Imperatorum CPol. à Conſtante qvi imperium auſpicatus eſt A. C. 634. usqve ad Leonis Armeni initia A. C. 813. atqve *Itinerario & flore Hiſtoriarum Orientis ſive de Tartaris & Paſſagio terræ ſanctæ*, deſcripto ab *Haitone* Armeno, Regis nepote, qvi A. C. 1307. menſe Auguſto Pictavii juſſu Clementis V. Pontificis Hiſtoriam illam Gallice dictavit, exceptam latine à Nicolao Salconi * & præter editiones Moltherianam, Hagenoæ 1529. 4. Baſileenſem inter novi Orbis ſcriptores 1532. fol. & Reineccianam Helmſt. 1585. 4. (in appendice ad Hiſt. literariam Cavei memoratas) vulgatam Berolini 1671. 4. ad calcem M. Pauli Veneti de regionibus Orientalibus librorum III. & Andreæ Mulleri Greifenhagii disqviſitionis de Chataja.

Non omittendum qvod in Bibl. Bodlejana inter libros MSS. Thomæ Roe, num. 22. poſt Nicetæ theſaurum (de qvo ſtatim dicturus ſum) pag. 423. occurrit pars poſterior Hiſtoriarum ejus, diviſa in libros duos, qvæ non modo qvoad diſtinctionem librorum, ſed qvoqve in phraſi hinc inde, atqve libro præſertim poſteriore etiam in rebus diſcrepat, dignusqve adeo eſt Codex, qvi ſi nova aliqvando curanda

* Hic in appendice ad Hiſt. literariam Clariſſ. Cavei perperam vocatur Nicolaus Falconius.

2011 Ministerio de Cultura

randa hujus Scriptoris eximii editio ſit, cum editis conferatur. Liber prior incipit à capite octavo libri tertii Alexii Comneni, p. 345. edit. Pariſ. (Genev. p. 582.) à verbis: Ἀλλὰ μέχρι μεν. Liber poſterior à verbis capitis primi lib. de CPolis ſtatu pag. 377. a. edit. Pariſ. (Genev. pag. 634.) εἶχε μὲν δὴ ὅτω ποῦτα. Inter alia qvæ Codex ille ſuppeditat in impreſſis deſiderata, ut de Encomio Athenarum à Mich. Choniata Nicetæ fratre, & de Tempe Theſſalicorum deſcriptione, occurrit locus qvem una cum verſione mea ſpeciminis cauſſa, ut ex adverſariis C. V. Jo. Langbænii eſt à Jo. Chriſtophoro Wolfio, Collega & amico meo conjunctiſſimo excerptus, adſcribam de Urbis direptione & de ſtatuis ac monumentis poſt captam per Latinos CPolin everſis & conflatis, inſerendum ſub extrema capitis 3. lib. de Balduino Flandro.

Ἐκ πρώτης δ' ὅ φασι γραμμῆς τὸ ἐθνικὸν ἐνδεικνύντες φιλόχρυσον, καινόν τι λῃστηρίου τρόπον καινόντε ἅμα καὶ λαθόντες ξύμπαντας ὅσοι πρὸ τοῦ τὰς βασιλίδα πόλιν ἐσκύλευσαν. Τὰς γὰρ τῶν βασιλέων θήκας ἀνοίξαντες, ὁπόσα ἔνεστι τῷ ἡρῴῳ τῷ περὶ τὸ μέγα τέμενος ἱδρυμένῳ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν, λωποδυτοῦντας νυκτὸς ἀπασάς καὶ πᾶν ἀθεμίτως ἐγκολπίζοντας. Εἴ τις χρύσεος κόσμος, ἢ μαργάρων φόρημα, ἢ λίθος διαυγὴς καὶ πολύτιμος ἀδιάφθορος εἰσέτι τούτοις ἐνέκειτο. Εὑρόντες γὰρ καὶ τὸν νεκρὸν Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως τοῖς μακραίωσιν ἀπαραλύμαντον ἔτεσιν, τὸ μὲν ὀφθὲν ἐν θαύματι ἔθεντο, τῶν δὲ νεκροταφίων ἀμφὶ αὐτὸν ὅλως ἀπέσχοντο. Ἔστιν ἓν εἰπεῖν, ὡς ὅτε τῶν ἔτι ζώντων, ὅτε μὴ τῶν ἀπελθόντων οἱ ἐκ γενεῶν τῶν εὐσεβείων ἐφείσαντο, ἀλλ' ἐκ θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων δεξάμενοι, πᾶσαν ἐπὶ πᾶσιν ἀδιαφορίαν καὶ ἀσέβειαν

A prima ſtatim qvod ajunt linea inſitam genti avaritiã ut demonſtrarent (Latini), genus excogitant rapinæ novum & omnibus hactenus Reginæ urbium direptoribus incognitum. Imperatoriorũ enim vaſorum thecas qvotqvot ſunt in Heroo prope magnum SS. Chriſti diſcipulorum templum, univerſas de nocte exſpoliãt, & præter omne fas in ſinum ſuũ rapiunt qvicqvid usqvam aurei mundi vel margaritarum, cryſtallive aut gemmarum adhuc incolume ſervatum in illis condebatur. Invento etiam cadavere Juſtiniani Imperatoris, qvod per tot ætates inviolatum manſerat, primum qvidem illud oculis objectum admirati ſunt, à monumentis tamen mortuorum manus neutiqvam continuere. Sed vere affirmare licet, qvod nec ſpirantibus nec defunctis gentes Oc-

2011 Ministerio de Cultura

ἐπεδείξαντο. Μετ' ὀ πολὺ δὲ καταπατῶσι καὶ τὸ ἔ μεγίστ νεὼ καταπέτασμα, εἰς μυρίας πολλάκις δραχμὰς μνᾶς ἀριθμούμενον, καὶ τοῦτο εὑροιζόπουν παντὸς, καὶ εἰς βάθος πυκαζόμενον. Ἐπεὶ ὃ χρημάτων καὶ ὅτως ἐπλάνιζον, (ὀδὲ γὰ φιλοπλουτίας κόρος ἄτε δὴ τὸ βάρβαρον ἴσασι) τοῖς χαλκοῖς ἐποφθαλμίζουσιν ἀνδριάσι, καὶ ἐπιδιδόασι τοῦτους πυρί. Ἥτε ἓν ἐν τῇ Κωνσταντίνου ἀγορᾷ ἱσταμένη πολύχαλκος ἥρα νεία ἀγορᾷ ἱσταμένη πολύχαλκος ἥρα κέκοπται εἰς σωτῆρας, καὶ χωνεία ἐπιδίδοται, ἧς ἡ κεφαλὴ μόγις τέτρασι βοῶν ὑποτρόχοις ζεύγμασι εἰς τὸ μέγα παλάτιον ἀποκεκόμισται. Καὶ ἐπ' αὐτῇ ὁ Πάρις Ἀλέξανδρος τῆς βάσεως ἀνατέτραπται, σὺν ἧς Ἀφροδίτῃ, καὶ χρυσέῳ μῆλον τῆς Ἔριδος. Τὸ ὃ τετράπλευρον χαλκοῦν μνημα μετέωρον ἀναβαῖνον, καὶ μικρᾷ τοῖς τῶν κιόνων μείζοσιν εἰς τὸ ὕψος ἀνθαμιλλώμενον, ὅσοι πολλαχῇ τῆς πόλεως ἀνεσήκασι, τίς ὃν ἂν ὀφθαλμὸν ἐκείνῳ βαλὼν τῆς ποικιλίας ἐθαύμασε; ἅπας μουσικὸς ὄρνις τὰ ἐαρινὰ μελῳδῶν ἐκεῖ συνετύπωτο, γεωπόνων ἔργα καὶ αὐλοὶ, καὶ ποιμένων βάτων βληχήματα, καὶ δένδρων σκιρτήματα ἐξεικόνιστο. Φηπαλῶντο καὶ θαλάττιον πέλαγος, καὶ νεπόδων ἀγέλαι καθηρῶντο, οἱ μὲν ζωγρούμενοι, οἱ δὲ τὰ

cidentales pepercerunt, verum à DEo & ejus servis facto initio in omnibus promiscua usi sunt impietate. Paullo post in magno templo detrahunt velum illud multis pridem millibus minarum argenti æstimatum, qvod in toto illo promtissimum ad direptionem esset & densum aureum limbum haberet. Cum vero nec ita expleti essent pecuniis, neq; enim avaritiæ barbarorum horumce qvicqvam est satis, in statuas æneas conjiciunt oculos easqve flammis tradunt. Itaq; Juno maxima ex ære qvæ in Constantini foro stabat, ad stateres cudendos concisa & ad conflandum data est, cujus caput vix à qvatuor jugeribus boum in magnũ palatium duci potuit. Præterea eversus à fundamentis suis Alexander Paris una cum Venere cui pomum aureum Eridis porrigebat. Illud vero æneum qvadratum monumentum ejusq; varietatem qvotus qvisqve qvi illud spectavit non est admiratus, qvod in maximam altitudinem assurgebat & cum altissimis columnis qvæ passim in urbe exstant certare poterat, in qvo sculptum omne genus avium vernos concentus modulantium, tum opera rustica & tibiæ ovesqve balantes & lascivientes agni spectandi erant. Expositum qvoqve pelagus navigabile, & piscium

dix-

2011 Ministerio de Cultura

δίκτυα τυφαννῦντες καὶ κατὰ βυθὸν πάλιν ἀνέτως φερόμενοι. Οἱ δ' ἔρωτες σύνδυο καὶ σύντεχνοις ἀλλήλοις ἀνθοπλιζόμενοι, γυμνοὶ τοῦ βλήματος ἐβάλλοντο μήλοις καὶ ἔβαλλον, γλυκεῖ τοῦ βλασταίνοντι γέλωτι. Τὸ δὲ πᾶν τετράπλευρον εἰς ὀξὺ χῶμα κατὰ πυραμίδος τελευτῶντος, ἀπῆρτο ἄνωθεν γυναικόμορφον ἄγαλμα, καὶ ταῖς πρώτοις τῶν ἀνέμων κινήσεσι τοῦ ἰσοβέμνον, ὁπόθεν ἀνεμόδουλον ἐπεκέκλητο. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ τοῦ ἀναλλέκτου ἔργον τοῖς χωνευταῖς παρέδοσαν, ὥσπερ καὶ τὸν ἐν τῷ ταύρῳ ἵππον * τετραπεζώδους βάσεως ἔφιππον ἰσέμνον ἄνδρα τὸν ἡρωϊκὸν τὸ εἶδος, καὶ τὸ μέγεθος ἀξιάγαστον. Ἕνιοι δὲ ὅτι ἐλέγετο τοῦτο μὲν ἐνίοις † Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, τεκμαιρομένοις τὸν ἄνδρα τῇ τοῦ ἡλίου ἐκτάσει τῆς χειρὸς, ἤδη τῆς τοῦ δύειν πορείας ἐχόμενον, καὶ τὸν κατὰ Γαβαὼν στῆναι οἱονεὶ ἵππασον· τὰ δ' ὡς δὲ ἐδόκει τοῖς πολλοῖς, ὁ ἐν τῇ νήσῳ ὑπὸ Πέλοπος γεννηθεὶς καὶ τραφεὶς Βελλεροφόντης Πηγάσῳ ἵππῳ καθήμενος, ἦν δὲ ὁ ἵππος ἀχαλινος, ὅτι ὁ Πήγασος τοῦ χαλιδίου, ἄνευ χρυσίων καὶ πεδίων, καὶ πάντα ἐυδοξῶν ἀναβάτου ὡς πτηνὸς ἅμα καὶ πεζὸς φερόμενος. Ἀλλὰ

greges videre licebat alios vivos capi, alios retia perrumpere & impune altum iterum repetere. Jam Amores bini terniqve nudi ab indumentis, qvi certabant invicem malisqve petebant ac petebantur & dulci concutiebantur riſu. Huic qvadrato monumento qvod in pyramidem deſinebat, in ſuprema parte impoſita erat mulieris imago qvæ ad primos qvosqve venti motus facillime circumagebatur, unde & ventorum miniſtram vocare ſolebant. Hoc itidem longe pulcherrimum opus conflatoribus tradiderunt, qvemadmodum & virum eqvo inſidentem heroica forma & ſpectandæ magnitudine, qvi in Tauri foro qvadratæ baſi inſiſtebat, & à qvibusdam creditus eſt Jeſus filius Nave, cujus rei eſſe voluerunt ſignum, qvod manum verſus Solem jam ad occaſum vergentem extenderet, ac veluti juberet in Gabaone conſiſtere. Plurimi vero putarunt eſſe inſidentem pegaſo Bellorophontem qvi in Peloponneſo educatus eſt, erat enim eqvus effrænis, ut Pegaſũ ferunt, proterveq; campum ungula qvatiens, & qvi omnino decorabat ſeſſorem ſuum, nec pedibus magis incedebat qvam volabat. Fuit & antiqva fama delata usqve ad nos & omni-

καὶ

† Confer Nicetam lib. ult. cap. 10. pag. 696. edit. Genevenſ.

* Qvæ de hac ſtatua Bellerophonteâ ſeqvuntur, Nicetæ verba ex MS. Vaticano Græce edidit Lambecius ad Codinum pag. 165.

2011 Ministerio de Cultura

καὶ Φήμη παλαίφατος καὶ εἰς ἡμᾶς διαβαίνουσα τῆς τῶν ἁπάντων ἐνέκειτο σόμαζιν, ἐν τῷ ἐμπεδοθίῳ ξ ἵππου τόδη λαιᾷ χηλῇ ἀνδρείκελον κεύθεσθαι, ποὶ μὲν ἐκ ξ τῶν Βενετίων εἶναι φασιδιδόμενον, ἄλλοις δ' ἑτέρου τῶν μὴ ἐναντίων Ῥωμαίοις Ἑσπερίων ἐθνῶν, ἢ καὶ τῶν Βουλγάρων ἑνός. Πολλάκις δ' ἡ τῆς χηλῆς ἐπεπονήθη ἀσφάλισις εἰς τὸ πάντα ἀφώρατον ὧν ἤδετο κρύπτειν ἔνδοθεν. Κατατεμμαχισθέντος δὲ ξ ἵππου, καὶ σὺν τῷ ἀναβάτῃ φασπεμφθέντος τῷ πυρὶ, εὑρηται καὶ τὸ τῇ ὁπλῇ ξ ἵππου ἐντυμβευόμενον χαλκῆρες ἴνδαλμα, καὶ ἦν φεικείμενον χλαίναν ὁποίαν τῶν θρεμμάτων τὰ ἔρια φλέκουσιν. Ὀλίγα δὲ τῶν ἐπ' αὐτῷ πεφρασμένων οἱ Λατῖνοι φρονήσαντες, πυρὶ καὶ ξ τὸ ἐνέβαλον. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν τῷ ἱππικῷ ἱσταμένων ἀγαλμάτων καὶ ἄλλοίων θαυμασῶν ἔργων τὸν καταστροφὸν παρῆκαν οἱ ξ καλῷ ἀνέρασοι ξ τοι βάρβαροι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα κενόφασιν εἰς νομίσματα, ἀνταλλασσόμενοι μικρῶν τὰ μεγάλα, καὶ τὰ δαπάνας πονηθέντα μεγίστας ὑτιδανῶν ἀντιδιδόντες κερμάτων. Κατήρειπτο ξν Ἡρακλῆς ὁ τελέστερος * μέγας μεγαλωστὶ κοφίνῳ ἐνιδρυμένος, τῆς λεοντῆς ὑπερρωμένης ἄνωθεν, δεινὸν ὁρώσης καὶν τῷ χαλκῷ καὶ μικρῷ βρυχαθμὸν ἀφιείσης καὶ διαθρούσης τὸ ἐφεσέμενον ἐκεῖσε ξ πλήθος ἀπάλαμνον. Ἐκάθητο ὃ μὴ γαυρωτὸν ἐξημμένος,

um jactata ſermonibus, ſub anteriore læva eqvi ungula imaginem latere viri, qvem ex Venetis aliqvem referre ſunt qvi tradiderunt, alii alium ex gentibus Occidentalibus Romanæ imimicis, vel etiam Bulgarum. Sæpius itaq; in obducenda firmiter & obduranda illa elaboratum eſt, ut nullo pacto poſſet deprehendi qvid eſſet qvod ſub ea latere conſtaret. Conſciſſo autem eqvo & una cũ ſeſſore in ignem miſſo, reperta etiam eſt in ungulâ eqvi condita imago, induta chlænam qvalem ex oviũ lana conficere ſolent: cæterum Latini utpote parum qvid illa ſignaret curantes, & ipſam in flammas conjecerunt. Sed nec alias in Hippodromo ſive Circo ſtatutas imagines & alia opera admiranda perdere intermiſere barbari illi, qvi nihil pulchrum amarenorunt, verum & illa conflarunt in numos, exiguo pretio permutantes res maximas, & qvæ imẽnſis ſumtibus conſtiterunt, pro viliſſima pecunia profundentes. Everſus itaq; etiam eſt ab illis trinox * Hercules, magnus magnifice ſtratus ſuper vimine, leonis pelle ſuperjecta qvæ torvum tuebatur & in ære etiam tantum non rugiebat, otioſamq; qvæ circumſtaret conterrebat plebem. Sedebat nec pharetram indutus, neq; arcum

μὴ

* Vide Tzetzen ad Lycophron. verſ. 33.

2011 Ministerio de Cultura

μὴ τόξον τῇν χεροῖν φέρων, μὴ τὸ ῥόπαλον ωεοβαλλόμενος, ἀλλὰ τὴν μὲν δεξιὰν βάσιν ἐκτείνων ὥσπερ καὶ αὐτὴν χεῖρα ἐς ὅσον ἐξῆν· τὸν δ' εὐώνυμον πόδα κάμπτων εἰς τὸ γόνυ, καὶ τὴν λαιὰν χεῖρα ἐπ' ἀγκῶνος ἐρείδων, εἶτα τὸ λεῖπον τῆς χειρὸς ἀνατείνων, καὶ τῷ ωλατεῖ τοὐτῃς, ἀθυμίας ωλήρης, καθυποκλίνων ἠρέμα τὴν κεφαλήν, καὶ τοὺς ἰδίους ὕτω τύχας ἀποκλαόμενος, καὶ δυχεραίνων τοῖς ἄθλοις ὅσους αὐτῷ Εὐρυσθεὺς ὁ κὴ χρείαν, κὴ ἧ φθόνον μᾶλλον ἡγωνοθέτει, τῷ τῆς τύχης ωεισόντι φυσαώμενος. Ἦν δὲ τὸ στέρνον εὐρὺς, τοὺς ὤμους ωλατεῖς, τὴν πρίχα ὅλος, * τὰς πυγὰς πίων, βριαρὸς τοὺς βραχίονας, καὶ εἰς τόσον ωροέχων μέγεθος, ἐς ὅσον οἶμαι καὶ τὸν δρχέτυπον Ἡρακλῆν εἰκάσειν ἂν ἀναδραμεῖν ὁ Λύσιπ-ος **, ὁ πρῶτον ἅμα καὶ ὕστατον τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν πανάριστον φιλοτέχνημα τοῦτον χαλκουργήσας, καὶ ὕτω μέγιστον, ὡς τὴν ωρελθοῦσαν τὴν ἑαυτοῦ ἀντίχειρα μήριν θον ἐς ἀνδρεῖον ἰωσῆρα ἐκτείνεσθαι, καὶ τὴν κνήμην ὅσον ποδὸς ἐς ἀνδρόμηκες. Τοιοῦτον δ' ὄντα τὸν Ἡρακλῆν ὁ παρῆλθον ἀκαθαίρετον οἱ τὴν ἀνδρείαν τῶν

tenens manibus, neq; clavam habens appositam, sed dextro pede qvemadmodum dextra manu qvoq; qvantum poterat protensa, sinistrum pedem flectebat in genu, & sinistra manu in cubitum innitebatur, cæteraq; ipsius erectæ in volam plenus ægritudine, caput leviter reclinabat, propriam fortunam ita proseqvens lacrymis, & indignatus labores qvales Eurystheus ipsi, non qvod opus esset sed potius per invidiam injunxerat, secunda fortuna sua inflatus. Erat porro amplo pectore, latis humeris, crispo crine, clunibus pingvibus, robustis lacertis, & tanta magnitudine eminebat, qvanta opinor verum Herculem fingeret, si in vitam rediret Lysippus, ** qvi primum & ultimum operum suorum artificiosissimumq; Herculem ex ære fecit: Ea inqvam magnitudine, ut funis pollicem ejus ambiens viro ad cingendum corpus sufficeret, & crus ipsius staturam viri æqvaret. Talem tantumqve Herculem evertere non intermiserunt illi qvi fortitudinem, qvam sibi vin-

* In his verbis desinere fragmentum Nicetæ in Codice Vaticano, testatur Lambecius ad Codinum pag. 167.

** In MS. scribitur Λυσίμαχος, sed Lysippi nomen restituendum, de cujus Herculе epitrapezio pedalis magnitudinis vide Franciscum Junium in Catalogo pictorum pag. 112.

2011 Ministerio de Cultura

σωνόμων ἀρετῶν διϊσάντες, καὶ παύτην ἑαυτοῖς οἰκειῶντες καὶ πολὺ πλείστῳ πθέμψοι. Τούτῳ δὲ συγκαθεῖλον καὶ τὸν σεσαγμένον καὶ σὺν ὀγκηθμῷ σελλόμψον ὄνον, καὶ τὸν τούτῳ ἐφεπόμενον ὀνηγὸν, ὃς ἐν Ἀκτίῳ ἔσησε Καίσαρος ὁ Αὔγουστος†, ὅ ἐστιν ἡ καθ' Ἑλλάδα Νικόπολις, ἡνίκα νυκτὸς ἐξιὼν τὸ τοῦ Ἀντωνίου κατασκέψασθαι στράτευμα, ἀνδρὶ ἐνέτυχεν ὄνον ἐλαύνοντι, καὶ πυθόμενος, ὅστις εἴη, καὶ ἔνθα πορεύεται, ἤκουσεν ὡς καλοῖμαι Νίκων, καὶ ὁ ἐμὸς ὄνος Νίκανδρος, ἐφικνεῖσθαι δὲ πρὸς τὸν τοῦ Καίσαρος στρατιάν. Οὐδὲ μὴν τῆς ὑαίνης ἀδὲ λυκαίνης τὰς χεῖρας ἀπήγαγον, ἃς Ῥώμῳ καὶ Ῥωμύλῳ ἐθήλασαν. Σταμήρων δὲ βραχέων καὶ τούτων χαλκῶν τὰ παλαιὰ σεμνόταται τὸ γένος ἀπέδοσαν, καὶ καθῆκαν αὐτὰς εἰς τὸ χωνευτήριον. Ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ἄνδρα τὸν παλαίοντα λέοντι, καὶ τὸν ἵππον τὸν Νειλῷον, ἐς δέρμαιον ἀκανθωμένοις λεπίζι τὰ ὄπισθεν τοῦ σώματος λήγοντα, καὶ τὸν σείοντα τὴν προνομαίαν ἐλέφαντα, τὰς σφίγγας ὑπὸ τούτοις τὰς εὐειδεῖς ὡς γυναῖκας τὰ

dicabant scilicet & faciebant plurimi, à cognatis virtutibus sejunxerunt. Sed & asinum sustulere, & à qvo rudens ille atqve onustus agebatur asinarium qvos Cæsar Augustus apud Actium sive Nicopolin in Græcia posuerat, qvod de nocte egressus speculatum Antonii castra, incidisset in virum cum asello qvem agebat, & sciscitatus qvis esset & qvo tenderet, tulisset responsum ipsi esse Niconis nomen, asino Nicandri, & ad Cæsaris se exercitum tendere. Ne ab hyæna qvidem sive lupa illa abstinuere manus, qvæ Romum Romulumqve lactaverat, sed pro paucis numis etiam hæc antiqva & veneranda gentis suæ monumenta tradiderunt & in conflatorium miserunt. Similiter virum cum leone certantem, & Hippocampum * Nili incolam cum postica corporis parte in caudam sqvamis horridum desinente, nec minus elephantem cum versatili proboscide, & Sphinges ** ab anteriore parte fœminas forma conspicuas, posterius bestias horribiles, tantoqve admirabiliores qvod pedibus incedebant & simul alis levi-

ἔμασθ.

† Confer notas ad Svet. August. c. 96. ubi asini nomèn non est Nicander, sed Eutyches.

* Vide Hippocampi imaginem in notis Rev. Olearii ad Philostratum p. 729. Videtur autem Nicetas Hippocampum confundere cum Hippopotamo, animali qvadrupede cum qvo Nilus pingitur, & qvi neutiqvam in caudam sqvamosam abit.

** Vide Sphingis imaginem apud Ez. Spanhemium de præstantia numism. & de Scylla Harduinum ad Plin. T. V. pag. 219.

2011 Ministerio de Cultura

ἔμπροσθεν, καὶ Φέρητας ὡς θηρία πρὸ ὄπισθεν, καινοτέρας ἢ ὡς καὶ πεζῇ βαινούσας, καὶ νώφως τῷ πτερῷ φερομένας καὶ διαμιλλωμένας τοῖς τῶν ὀρνίθων μεγαλοπτέρυξι, καὶ τὸν ἀχάλινον ἵππον ὀρθιάζοντα τὸ δὲς καὶ φερμάσοντα. Ταῦρόντι καὶ ἐυήνιον προπιζοντα, καὶ τὸ δεχαῦον κακὸν τλιὸ Σκύλλαν μέχρι μὴ ἰξύος γυναικεῖον εἶδος προφέρουσαν. Καὶ τοῦτο προπτερνὲς καὶ ὑπερμαζῶν καὶ μεσὸν ἀγριότητος, τὰ δ' ἔκποτε διεχισμένον εἰς ἥβας ἐμπηδῶντας τῇ ὀδυσσέως νηΐ, καὶ συχνὸς τῶν ἑταίρων καταβροχθίζοντας. Ἦν δ' ἐν τῷ ἱππικῷ καὶ χαλκοῦς ἀετὸς ἀνακείμενος, ὃν ἐκ Τυάνων Ἀπολλωνίου καινὸν μεδόδευμα, καὶ τῆς ἐκείνου γοητείας μεγαλοπρεπὲς μαγγάνωμα. Παραβαλὼν γάρ ποτε Βυζαντίοις, παρεκλήθη τοῦ τῶν ὄφεων κατευνάσαι δείγματος, ὑφ' ὧν ἔπασχον ἐκεῖνοι κακῶς, ἀμέλει καὶ συνεχέσθαις τῆς ἀῤῥητουργίας χρησάμενος, ὧν ὑφηγηταὶ δαίμονες καὶ ὅσοι τούτων προσβέυουσιν ὄργια. Ἐπὶ σήλης ἀνίσησιν ἀετὸν, ἡδονὴ ἐνσείσαν ψυχῆς ὄρεγμα, καὶ πεῖθον χρονοτριβεῖν τοὺς αὐτῇ θέας καταυγαζομένους, ὡς τοὺς ὑπεχόντας ἀκολουθὰ τῶν Σειρήνων δυσαρόδευτα μελῳδήματα. Διῆρκε μὴν δὴ ὡς εἰς πῆσιν τὰς πέρυγας, ὄφις ἢ τοῖς ποσὶν ὑποκείμενος καὶ λοβόμενος εἰς ὀλκὸς ἀπεῖργεν αὐτὸν τῆς ἀναφορᾶς, οἷα τοῖς ἀκροις τοῦ σώματος ὡς πρὸς δῆγμα ἐγχρίμπτων τῆς πέρυξιν. Ἦνυε ἢ ὁ ἰοβόλος οὐδέν, τῆς δὲ τῶν

ter ferri videbantur, qvibus maximas provocabant volucres. Tum effrenem eqvum, arrigentem aures, & frementem. Nec minꝰ Taurum frenorũ patientem progredientemqve, & vetus malum Scyllam, fœminæ formam referentem lumbotenꝰ, protenso capite, prægrandibus mammis, plenæ immanitatis: postrema diductam in bestias insultantes navi Ulyssis, & non paucos ex ejus sodalibus vorantem. Erat in Hippodromo etiam aqvila posita ex ære, mirum Apollonii Tyanensis artificium & præstigiarum ejus nobile monumentum. Is nimirum cum versaretur aliqvando Byzantii, rogatus est ut serpentium morsus prohiberet, à qvibus incolæ male vexabantur. Igitur administris nefariis artibus suis, qvas dæmones illum, harumq; Mysteriis initiati docuerant, in columna posuit aqvilam, cum voluptate videndũ spectaculum, & prætereuntibus facile persvadens ut diutius illud contemplando velut Sirenio qvem ægre præternavigare licet cantu se oblectarent. Alas ut jam volatura extendebat, Serpens vero pedibꝰ ejꝰ substratus volutusq; in spiras prohibebat eã in sublime ferri, summumq; caput velut ictum intentaturus alis ejus admovebat: nihil vero venenata hæc bestia valebat ipsi nocere, siqvidem ungvium acumine impetus ejus supprimebatur

2011 Ministerio de Cultura

ὀνύχων ἐμπεροιηθεὶς ἀκωκαῖς, ἔσβεσο πλὴ ὁρμιὴ, καὶ ὑπονώτιον μᾶλλον ἐδόκει ἢ γῦν ποῖς καπιπάλαισιν ἔ ὄφιι- θ῀ τοῖς ἐκείνε προσφύεσθαι πλέρυξιν. Καὶ ὁ μὲν ὄφις ἔτω πνέων τὸ λοίσθια, καὶ τὸν ἰὸν εἶχεν ἑαυτῷ συναπνήσκοντα. Ὁ δ' ἀετὸς χαῦρον ὁρῶν καὶ μονονυχὶ κλάζων τὸ ἐπινίκια, ὥρμα συνεξάραι τὸν ὄφιν καὶ ἅμα οἱ δι' ἀέρ῀ φέρεσθαι, τεκμαίρεσθαι τῦτο διδὺς τῷ χαροπῷ ἔ βλέμματ῀, καὶ τῇ νεκρώσει ἔ ὄφεως, ὃν εἶπε τις ἂν εἰδὼν ἐπιλελησμένον τ῀ ἑλίξεων, καὶ τῦ δάκνειν εἰς ὄλεθρον, καὶ τὺς λοιπὺς Βυζαντίυς ὄφεις τῶν καθ' αὑτὸν λιμοβεῖν ὑποδείγματι, καὶ πείθειν τῆς χρείας συμπειρᾶσθαι καὶ φυγαβύεσθαι. Οὐ μόνον δὲ, καθ' ὅσα εἰρήκαμεν, ἀξιάγασον λῶ τῦτο τὸ ἀέρτειον εἴκασμα, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ὡρολόγια τμήματα διὰ τῶν ἐν τῆς πλέρυξι κεχαραγμένων γραμμῶν, ὧν δυοκαίδεκα, τραπόπατα ὑποδήλυ τοῖς πὰς ὄψεις ἐκείνῳ, σὺν λόγῳ ποσοβάλλυσιν, ἵνίκα μὴ νεφέλαις ἐγνοφῦτο πὰς αἰκτῖνας ὁ ἥλι῀. Τί δ' ἡ λευκώλεν῀ Ἑλένη, καλλίσφυρός τε ἡ δολιχόδειρ῀; ἡ τὸ πανελλήνιον εἰς Τροίαν ἀθροίσασα, καὶ καθελῦσα Τροίαν, ἐκ ἧ πάντης ποσωνείλαζε Νείλῳ, κἀκεῖθεν αὖθις ἐς ἦθη τὰ Λακώνων ἐπαναλύσασα χρόνι῀. ἆρ' ἐμείλιξε σῦν δυσμειλίκτυς; ἆρ' ἐμάλθαξε σῦν ζιδηρόφρο-

batur ita ut ſopito ſimilis eſſe videretur potius coluber, qvam ex. ſuperaturus aqvilam alis ejus ſe admovere. Itaqve extremum ducebat ſpiritum, & extinctum ſecum una commoriente gerebat virus. At Aqvila ferociter vultu victoriam & tantum non clangore teſtabatur, tentabatq; ſerpentem ſecum tollere in ſublime ac cum illo per auras ferri, qvod ſignificabat lætabundo intuitu & ſerpentis cæde, qvem ſpirarum ſuarum & exitioſi morſus jam oblitum dixiſſes, aliosqve Byzantios tum moleſtos ſerpentes exemplo ſuo repellere, atq; illos ut aufugerent & ſibi conſulerent ſvadere. Nec propter hæc tantummodo qvæ jam commemoravi dignum illud ac memorabile ſpectaculum erat, ſed ideo qvoq; qvod diligentius intuentibus, ſi radios ſolis nubium caligo non obduxiſſet, obſervare licebat ſegmenta horarū duodecim diei, ductis per alas aqvilæ lineis perſpicue deſignari. Qvid de Helena dicam niveis brachiis, decoris pedibus, egregio collo, qvæ ad Trojam omne Græcū nomen congregavit, Trojam evertit, inde applicuit ſe Nilo, atq; hinc ad mores iterum Laconicos poſt aliqvod temp⁹ reverſa eſt. Nū vero mitificare inexorabiles hæc potuit, aut ferreos homines mollire? Nihil profecto minus, licet ſpe-

νας;

2011 Ministerio de Cultura

νας; ὁ μὲν ἦν ὅδε ὅλως πειθοῦπι δεδωίητας ἡ πάντα θεατὲω τῷ κάλλει δελαγωγήσειεν, καίπερ ἐσαλμένη θεατρικῶς, καὶ δροσώδης ὁρωμένη καὶν τῷ χαλκῷ καὶ ὑγραινομένη πρὸς ἔρωτα, τῷ χιτῶνι, τῷ κρη-
δέμνῳ, τῇ στεφάνῃ καὶ τῷ πλοκ-
μῷ τῶν τριχῶν. Ὁ μὲν γὰρ ἀέρα χνίων λεπτότερος ἦν, τὸ ἦ δαιδάλεον * ἐπιέ-
κειτο, ἡ δὲ διέδει τὸ μέτωπον χρυσῷ καὶ πμαλφῶν λίθων ὑποκεινομένη διάυγειαν. Ὁ ἦ τὸ τῆς κόμης κεχυ-
μένον καὶ διασοβέμενον πνεύμαζιν ὀπιθίῳ δεσμένματι ἐπιέσφιγγεν, ἕως κνημῶν ἐκτεινόμενον. Ἦν δὲ ἡ τὰ χείλη καλύκων δίκην ἠρέμα ἀνοιγόμενα, ὡς καὶ δοκεῖν ἀφιέναι φωνήν. Τὸ ἦ χάεσεν μειδίαμα εὐθέως ἐπουπαν-
τῶν καὶ χαρμονῆς πιμπλῶν τ' θεώ-
μενον. Καὶ τὸ ἐξ βλέμματος χαρο-
πὸν, καὶ τὰς ἀψίδας τῶν ὀφρύων καὶ τ' λοιπὴν εὐφυΐαν ἐξ σώματος ὅτι μὴ ὁ ποῖα μὴ διαχεάψαι λόγῳ καὶ ἐξαίσιον τοῖς ἔπειτα. Ἀλλ' ὦ Τυνδαρὶς Ἑλέ-
νη, κάλλος αὐτόθεν καλὸν, Ἐρώτων μόχθημα, Ἀφροδίτης τιμαλφὲς χνημα, παντάρκεσον φύσεως δώρημα, Τρώων καὶ Ἑλλήνων βεβαίωμα. Πῆ σοι τὸ νηπενθὲς καὶ κακῶν ἁπάντων ἐπίληθες φάρμακον, ὃ Θῶνος σοι ἐξαίρετος ** ἐχαρίσατο; Πῆ ἦ τὰ ἄμαχα φίλτρα; πῶς ὅτι ἐχρήσω τύποις ὡς

* al. ἐπανέκειτο.

** Polydamna Odyſſ. δ. 228.

ſtatorem qvemcunqve pulchritudine ſua duceret, ac theatralem in modum comta eſſet, in ære etiam roſcidæ ſimilis madentisqve ad amores, tunicâ, redimiculo; corona, criniumq; nodis. Tunica telas aranearum tenuitate vincebat, vitta dædaleam artem ſpirans, ambiebat caput, corona impoſita auri & gemmarum referebat ſplendorem, comas effuſas & á ventis agitatas retro conſtringebat ligamentum ad tibias usq; demiſſum. Labella roſæ inſtar leviter aperta jamjam emiſſura vocem videbantur, & lenis riſûs amœnitas obverſata ſtatim ſpectanti, hilaritate eum perfundebat. Amabilem vero obtutum oculorum, ſuperciliorum arcus & cæteram corporis formam ac pulchritudinem nemo verbis deſcribere & ad verum tradere poſteris qveat. At tu Tyndari credita filia Helena, per te tota pulcherrima, Amorum opus, Veneris curatio, donum naturæ præſtantiſſimum, præmium victoriæ Græcis propoſitum & Trojanis. Ubi tibi Nepenthes & remedium omnem luctum longe propellens, qvo Thoni uxor * te pridem donavit? Ubi inexſuperabilia philtra? qvî illis uſa jam non es perinde ut pridem? Sed fati opinor neceſſitate

 πάλαι,

2011 Ministerio de Cultura

b) obiit Berolini A. 1713. nec ſine merito laudatur à B. D. Abrahamo Hinckelmanno præfat. ad Alcoranum Arabice primum Hamburgi editum in qvo edendo Hinckelmannum juvit, Arabica prius ab eo edoctus. Debemus huic Starckio præterea, ut orationes qvasdam & præf. ad Andreæ Mulleri Greifenhagii Alphabeta omittam, Catalogum MSS. maximam partem Orientalium, laudati Hinckelmanni: ſpecimen verſionis Coranicæ, & verſionem Germanicam libri Jo. Lockii de liberorum educatione, nec non Biblia Hebraica forma mimima & typis minutiſſimis excuſa Berolini, qvibus immortuus eſt. Nam Photio contra Manichæos, Hiſtoriæ Alexandri Magni Hebraicæ qvam Ptolemæo Lagi Codex MS. tribuit, & aliis qvæ moliebatur, fata viri docti interceſſerunt.

c) Nomina hæc duo Thoum, qvæ ſect. 1. & 2. loqventes inducuntur. Θῶες genus animalis vulpi ſimile & in Aſia atqve Africa non infreqvens, de qvo Bochartus III, 8. & 12. Hieroz. p. 794. 801. ſeq. 804.

d) Saphadius commentario ad carmen Tograi, apud Hydeum prolegom. ad lib. de ludis Oriental. d. 3. *tria ſunt quibus excellant Indi, quibusque reliquos homines prævertant. Liber Culcila & Dimna, ludus Shatrangi, & novem figuræ numerariæ.*

* Vide Herbeloti Bibl. Oriental. in *Nouſchirvan.*

e) Simeon Sethi præf. Confer B. Tentzelii **Monatl. Unterredungen** Anno 1695. pag. 710. & A. 1697. p. 572.

f) Ebed Jeſu in Catalogo, cap. 161. auctorem Syriacæ verſionis libri Calaileg & Damnag ex Indico factæ laudans Bud Peridiotam.

g) Arabicam verſionem MS. in Bibl. Mazariniana memorat Abraham Ecchellenſis notis ad Catalogum Ebed Jeſu p. 87. atqve ex Iſmaëlis Schiahinſciah Hiſtoria gentium narrat librum Clilah & Damnah compoſitum eſſe ab Iſamo qvinto Indorum Rege, Arabice autem redditum ex Indico trecentis ante Alexandrum Macedonem annis. Habuit etiam Arabice ſed ex recentiori longe verſione B. Hinckelmannus noſter & Clariſſ. Hydeus. Veriſimile enim eſt in hiſce codicibus, qvemadmo-

2011 Ministerio de Cultura

& iterum *Perſice* h) ex Arabico, tum ex Arabico *Turcice* i) atq; ut dixi *Græce* qvæ interpretatio in Codice Bibl. Vindobonenſis refertur

admodum & in Mazariniano exſtare verſionem Arabicam factam è Perſico, juſſu Califæ Abjafari Almanzoris.

h) Hanc forte ex oriente ſecum attulit Chriſtianus Ravius, in cujus ſpolio Orientis Centur. 1. num. 20. *Liber Ethicus & Politicus titulo Clilæ & Dimnæ, Perſice!* Ravii Codicem exſtare in Bibl. Berolinenſi teſtatur Starckius præf. ad Sapientiam Indorum, qvi præterea notat occurrere Perſice MS. Vindobonæ in Bibl. Cæſarea n. 137. & Uratislaviæ & Lugduni Batavorum, fuiſſeqve inter libros Golianos. Alterius etiam meminit interpretationis Perſicæ Huetius de fabulis Romanenſibus pag. 22. *Califam Abjafarum Almanzorem deinde ajunt hunc librum ex idiomate Perſico Arabice reddi juſſiſſe: alium ex Arabico in Perſicum denuo verſiſſe, poſtque has interpretationes Perſicas aliam elaboratam eſſe à ſuperioribus diverſam, ad quam tamen Gallica* (Gaulmini, ſub titulo fabularum Pilpæi) *interpretatio ſit exacta.* Herbelotus Bibl. Orientali p. 118. *Anvar Sohaili* les lumieres de Canopus. *C'eſt le titre d'un livre fort fameux dans tout l'Orient, que* Haſſan ben Sohail, *Vizir du Khalife Almamon traduiſit du Perſien en Arabe; c'eſt pourquoi il lui donna ſon nom: car Sohail en Arabe ſignifie l'Etoile de Canopus. Cet ouvrage eſt originalement écrit en Indien, & a porté premierement le nom de* Teſtament de Houſchenk *ancien Roy de Perſe de la premiere dynaſtie, & celui de* Gianvidan Khird, *c'eſt à dire la ſageſſe de tous les Siecles. Il fut premierement traduit de la langue* Indienne *en la langue* Pehelevienne, *qui eſt celle des anciens* Perſans, *par Buzrovieh Medecin du Roy Coſroes ſurnommé Nouschirvan, que ce Prince avoit envoyé exprés aux Indes pour recouvrer ce livre. Cette traduction porta le nom Perſien de* Humaioun Nameh, *livre auguſte. Aboul Mauli mit cette traduction en langue* perſienne moderne: *mais ſon travail fut retouché & enrichi par Houſſain Kaſchefi, & porta depuis le titre de* Calilah u Damnah, *auſſi-bien que celle qui a été faite en langue* Turqve *pour le Sultan Soliman. Car c'eſt un dialogue entre deux animaux, ausquels on à donné ces deux noms propres. Ces animaux s'appellent du nom de leur eſpece Schacal, & nous n'avons rien dans ces pays-cy qui en approche plus que le renard, ſoit pour la figure, ſoit pour l'inſtinct.* Idem pag. 245. *Kondemir dit que le libre* Caliláh u Damná *fut compoſé en faveur de Baharam Schah penultieme Sultan de la Dynaſtie des Gaznevides, Prince d'un tres grand merite, & qui favoriſoit beaucoup les gens des lettres. L'auteur du Lebtárikh* (confer Schickardi Tarich p. 144 ſeq.) *écrit dans la vie de ce méme Prince qu'il aimoit extrememente les lettres & ceux qui en faiſoient profeſſion: que l'on lui dédia pluſieurs beaux ouvrages, & entr' autres celui de* Kalilah & Damnah, *compoſé par Naſvallah, fils d' Abdelhamid en l'état que nous le voyons aujourd'hui dans la langue* Perſienne en proſe, *& que ce fut le Poëte Roudeki qui le mit depuis* en vers. *C'eſt ce méme livre lequel a été traduit en langue* Turqve, *& qui porte le titre d'* Anvár Sohaili, *les lumieres de Sohail, ou de l'aſtre qui porte le nom de Canopus.*

i) Perſicæ & Turcicæ interpretationis bina ſibi exempla MSS. ad manus fuiſſe teſtatur præf. ad Lexicon ſuum Franciſcus à Meſgnien Meninski, illa ſcilicet qvæ in Bibl. Vindobonenſi aſſervantur. Turcicam ſub titulo *Humajun Name* ſive Speculum

2011 Ministerio de Cultura

tur ad Secundum k) Philoſophum, qvam alii Codices, ut Auguſtanus, Florentinus, Bodlejanus, Leidenſis, Holſtenianus & Allatianus aliiqve referunt ut jam dixi ad Simeonem Sethum. l) *Hebraicam* verſionem Rabbi Joëlis memorat Germanica & Italica: & neſcio qvis Starckio ſpem ejus fecerat membranâ eleganter ante aliqvot ſæcula deſcriptæ & multis imaginum ornamentis conſpicuæ. *Latinam* vidi apud Jo. Philippum Palthenium τὸν μακαρίτην, Gryphisvvaldenſis Academiæ cum viveret decus & à multis annis mihi junctum amicitia, qvi editionem ejus parabat, & dediſſet haud dubie ni morte ab hoc & majoris momenti aliis præclaris conatibus excluſus, vel potius tot & tantis qvæ patriam ejus ab eo tempore vexarunt calamitatibus præreptus fuiſſet. Vidi autem excuſam ſine anni nota in forma folii, hoc titulo: *Directorium humanæ vitæ, interprete Johanne de Capua.* Vidi etiam duplicem *Italicam* m) verſionem diverſo tempore excuſam, & tum inter ſe tum à Græco mire differentem. Differt itidem à Græco plurimum licet fabulas & apologos multos eosdem habet *Gallica* verſio Gilberti Gaulmini, ex Perſico Naſrallæ Ben Muhammed A. 1644. compoſita & Pariſ. 1698. 12. atq; in Belgio recuſa ſub titulo *les fables de Pilpay* n) *Philoſophe Indien*, atqvé inde in hac urbe qvo-

qve

culum Principum habuit etiam Golius & notis illuſtravit, ut in Catalogo ejus MSS. annotatur. Catalogum Codicum Orientalium Bibl. Vindobonenſis idem Meninskius concinnavit, ubi num. 145. verſio illa à ſingulari elegantia commendatur.

k) Vide Lambecium lib VI. pag. 119

l) id. Lambecius lib. V. pag 241 Starckius præfat. §. 23. Poſſinus in præf. ad Sapientiam Indorum & gloſſario T. 1. Pachymeris voce ἰχνηλάτης, Allatius de Simeonibus pag. 183. ſeq. & de Georgiis pag 345. ubi Georgii Ceramei Jambica in Simeonis Sethi Stephaniten & Ichnelaten commemorat.

m) Titulus unius eſt: *la Moral Philoſophia del Doni tratta da gli antichi Scrittori, o vero la Philoſophia de' Sapienti antichi ſcritta da* Sendebar *moraliſſimo Philoſopho* Indiano *& tradotta nella lingua Toſcana da gli Academici Peregrini; Venet.* 1552. 4. additis figuris ſive iconibus qvæ in editione Ferrar. 1610. 8. deſiderantur. Altera verſio illa ipſa qvam Allatius inſpexit, lucem vidit Ferrariæ A. 1583. 8. *Lelo Demno* (ita male, pro Caliláh u Damnáh) *del Governo de regni, ſotto morali eſſempiati animali ragionanti tra loro, tratti prima di lingua Italiana.*

n) In Catalogo Bibl. Leidenſis pag 301. & in Herbeloti Bibl. Orientali pag. 206. & 456. vocatur *Bidpai*, qvod nomen interpretantur Medicum miſericordem. Sed Herbeloti verba adſcribenda ſunt: *Homaioun Nameh, ou Humaioun Nameh*, le livre Royal, *ou* Auguſte. *C'eſt la traduction* Perſienne *du livre intitulé Kalilah*

ve

2011 Ministerio de Cultura

qve Hamburgi A. 1707. 12. cum Æsopi fabulis subjecta prælo. In his recentioribus editionibus, judicio viri eruditissimi, dum Gallica elegan-

ve Damnah. Ce livre qui n'est qu'un tissu d' Apologues & de fables tirées des proprietez des animaux, fut composé par un Philosophe Indien nommé Bidpai, *pour un Roy des Indes, qui portoit le nom de Dabschelim. Il est rempli de preceptes moraux & politiques. Nouschirvan Roy de Perse envoya son Medecin nommé Buzrvieh* (hic in Græca versione vocatur Περζωέ) *exprés pour recouvrer ce livre, qui étoit gardé soigneusement dans la Bibliotheque des Roys des Indes, & l'ayant entre les mains, il le fit traduire de l' Indien en langue* Pehelevienne, *qui est l' ancien* Persien, *& lui donna le nom de* Humaioun Nameh. *Abougiafar Almansor, second Kalife des Abbassides le fit ensuite traduire de l' ancien Persien en* Arabe *par l'Imám Abulhassan Abdallah ben Mocannâ sous le titre de* Kalilah & Damnah. *Quelque tems aprés le Sultan Nasser ben Ahmed de la dynastie des Samanides, le fit encore traduire de la langue Arabique en* Persien *plus moderne, par un Docteur inconnu, & cette version fit mise aussi tôt en* vers *par le celebre Poëte Persien nommé Roudeki. Baharam schach fils de Massoûd Sultan de la dynastie de Gaznevides, non content de cette version, fit travailler Nasr allah Aboulmâala, le plus eloquent homme de son tems, sur le texte Arabique de Mocannâ, & c'est cette version* Persienne *que nous avons aujourd'huy sous le titre de Kalilah ve Damnah. Ce livre a acquis une si grande estime dans l' Orient, que dans la fin du neuvieme siecle de l' Hegire l'Emir Sohaili Generalissime des armées de Houssain ben Mansour, ben Baicarah ou Baicra Sultan de Khorassan, qui étoit de la posterité de Tamerlan, entreprit d'en faire faire une nouvelle version* (en langve Arabiqve sur l'ancien texte Persien) *par le Docteur Hussain Vaêz dit al Kaschefi, laquelle surpasse toutes les autres en élegance & en clarté. Cette nouvelle version porte le nom d'* Anvar Sohaili, *les splendeurs, ou les lumieres de Canopus, à cause qu'elle fut faite à l' instance de l' Emir, qui portoit le nom de cette constellation: & a été traduite en langue* Turqvesqve en prose & en vers. *Gemali l' a mise* en vers *pour Bajazeth second du nom, Sultan de la race des Ottomans.* Idem pag. 399. *Giavidan Khird,* la sagesse de tous les tems, *c'est un livre de Philosophie Morale, composé par Huschenk, ancien Roy de Perse, lequel a été traduit plusieurs fois, & en plusieurs langues. - - Une partie de ce livre a été traduit en* François *par David Said d' Ispahan & imprimé à Paris* 1644. *sous le titre* de livre de lumieres *ou* la conduite des Roys. *Le traducteur dit dans sa preface, que ce livre fut traduit de Persien en Arabe par Abulhassan Abdalla, par ordre d' Abugiafar Almansor, un des Khalifes Abbassides, mais il se trompe: car ce fut Hassan Vizir d' Almamon qui en fit la traduction.* Idem p. 206. Bidpai & Pilpai, *Philosophe Indien, Vizir de Dabschelim, ancien Roy des Indes est l'auteur* du Testament de Huschenk, *second Roy de Perse de la premiere dynastie. Ce livre qui a changé plusieurs fois de nom, est le méme que* Giavidan Khird, Homaiun Namé, Kalilah ve Damnah, & Anvar Sohaili. Idem pag. 465. *Il est encore aussi peu vraisemblable, que ce Prince* (Huschenk Roi de Perse) *soit l' auteur d'un livre intitulé* Giavidan Khird, *la sagesse eternelle ou de tous tems, auquel on a donné aussi le nom de* Testament de Huschenk; *mais l' ancienneté & la reputation de ce Monarque ont fait emprunter son nom pour donner plus d' autorité à cet ouvrage, qui est d' ailleurs fort estimable, & lequel est parvenu jusqu' à nous sous le titre de* Humaion Nameh.

2011 Ministerio de Cultura

elegantiora dare voluerunt, de veteris præstantia non parum detrivere: *on a gaté l' ancienne version en la mettant en meilleur françois.* Cæterum jampridem V. C. Antonius Gallandius spem fecit plenioris longe Gallicæ editionis videndæ, siqvidem is nactus est *Turcicam* versionem editis Pilpæi fabulis qvarto tanto ampliorem atqve adeo integram ejusdem libri factam è Persico, cui titulus *Humajoun Naméh* hoc est *liber Imperialis* sive *Regius*, qvoniam artem imperandi libro illo contineri Orientales sunt persvasi. *Castellana* sive *Hispanica* versio in præfatione ad Italicam memoratur, *Germanica* vero qvæ ex latinâ Joannis à Capua composita esse traditur auspiciis Eberhardi I. Ducis Wirtenbergici, sæpius lucem vidit, atq; à Starckio memorantur editiones Ulm. 1483. fol. Beyspiel der alten Weisen von Geschlecht zu Geschlecht & Argentor. 1525. fol. das Buch der Weißheit / darin erlernet wird der Welt-Lauff / & sine loci notatione 1548. 4. der alten Weisen Exempel / Sprüche und Unterweisungen: & Francof. 1565. 8. das Buch der Weißheit der alten Weisen von Anbegin der Welt von Geschlecht zu Geschlecht.

Alia Pachymeræ scripta edita.

Præter Historiam Byz. de qva dixi, & de cujus editione Possiniana consuli etiam potest Jo. Gallæsius in Ephemeridibus eruditorum Paris. 6. Dec. 1666. & 2. Martii 1671. exstant non minus typis exscripta, eodem Georgio Pachymere auctore:

1. *Paraphrasis operum Dionysii Areopagitæ*, ad Athanasium Patriarcham tum Alexandrinum, in qva Maximum fere semper secutus est, ita ut Pachymerem *non magis Dionysii quam Maximi fidissimum Paraphrasten* vocet Combefisius T. 1. auctar. novissi pag. 496. Et qvando τὸς παλαιὸς laudat, Maximum præcipue intelligit, qvi τῶν παλαιῶν τις à Pachymere appellatur, T. 2. edit. Dionysii Corderianæ p. 64. Prodiit primum Græce apud Gvil. Morellium Paris. 1561. 8. hoc titulo: Τ̃ λογιωτάτ κὰ σοφωτάτ ἱερομνήμον τ̃ς ἁγιωτάτης Τ̃ Θεᾶ μεγάλης ἐκκλησίας ΓΕΩΡΓΙΟΥ Τ̃ ΠΑΧΥΜΕΡΗ παράφρασις εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Διονύσιον τὸν Ἀρεοπαγίτην, ἐκ προτροπῆς Τ̃ ἁγιωτάτ Πάπα κὰ Πατριάρχ Ἀλεξανδρείας κύρ ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ, ἐκδιδομένη τῇ Κωνσταντίν, πρὸς ὃν κὰ τὸ προοίμιον. Præter illam editionem (non cum Dionysii

2011 Ministerio de Cultura

nysii operibus, ut ex Simlero scribit Allatius p. 367. de Georgiis, sed separatim excusam) prodiit hæc Paraphrasis etiam Græce, juncta scriptis S. Dionysii in editione Græcolatina operum hujus Lansseliana Paris. 1615. fol. nisi qvod paraphrasi in Epistolas Dionysii, versionem suam *Petrus Lansselius* S. J. addidit. Totam latine vertit Græceq; & Latine cum Dionysii operibus & Maximi scholiis edi curavit *Balthasar Corderius*, S.I. Antvv. 1634. fol. *Godfridi* qvoqve *Tilmanni* * Carthusiani versionem Possevinus memorat, & aliam *Vincentii Marinerii* Allatius, sed typis non exscriptam.

2. *De processione Spiritus Sancti, πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι διὰ τοῦτο λέγεσθαι πνεῦμα υἱοῦ διὰ τὸ ὁμοούσιον, ἢ διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ τοῖς ἀξίοις, Adversus eos qui dicunt propterea dici Spiritum Filii, quod ejusdem cum eo substantiæ sit, vel quod ab eo dignis suppeditatur*, Græce & Latine exstat in Tomo I. Græciæ Orthodoxæ, una cum editoris Allatii interpretatione, Rom. 1652. 4. pag. 390-399.

3. *Ἔκφρασις τῶν Αὐγουστέων, Augustalis in templo Sophiæ CPolitano descriptio*, Græce edita à Clariss. Boivinio ad Gregoram pag. 764. è Codice Regio 3119.

4. Ex *Paraphrasi in totam Aristotelis Philosophiam* qvæ libris XII. titulis 47. & capitibus 435. comprehensa in Bibliothecis qvibusdam integra adhuc Græce asservatur, prodiit ** α) *Epitome Logices Aristotelis* Γεωργίου Διακόνου πρωτεκδίκου καὶ Διπλοφύλακος τοῦ Παχυμερῶν ἐπιτομὴ τῆς Ἀριστοτέλους Λογικῆς, Latine interprete Jo. Baptista Rasario Paris. apud Vascosan. 1547. 8. & Græce ibid. 1548. 8. & Græce atqve Latine Ed. Bernhardo curante Oxon. 1666. 8. In hac Epitome sub initium statim leguntur qvæ *de sex definitionibus & divisione Philosophiæ* ediderat Græce Joach. Camerarius Lipsiæ in 8. sine anni nota, una cum Archytæ libello de decem Categoriis & cum aliis qvibusdam

qvæ

* Reprehendit Possevinus Tilmannum, qvod Pachymerem Athanasii σύγχρονον scripsit. Ac sane non fuit æqvalis Athanasii illius antiqvi Arianorum sæculo IV. mallei, attamen non minus certum est etiam Pachymeræ ætate fuisse Patriarcham Alexandrinum nomine Athanasium, cujus plus simplici vice ille in Historia sua Byz. meminit, & cui paraphrasin suam Dionysianam svadente ipso compositam inscripsit.

** Vide Allatium de Georgiis pag. 366. 367.

2011 Ministerio de Cultura

qvæ ſupra lib. 2. cap. 13. in Archyta recenſui: latine vero Oporinus Baſil. 8. cum Porphyrii qvinqve vocibus & Ariſtotelis prædicamentis à Joach. Perionio verſis. Et qvæ Græce atqve latine cum Jacobi Foſcareni verſione prodierunt Pachymeræ *de ſex Philoſophiæ definitionibus & de quinque vocibus ac decem prædicamentis.* Venet 1532. addita Pſelli & Nicephori Blemmidæ compendiis in Logicam Ariſtotelis. β) *περὶ ἀτόμων γραμμῶν de lineis inſecabilibus* libellus ſæpe utraqve lingva in Ariſtotelis operibus editus & Ariſtoteli ipſi à multis, antequam errorem notarent Camotius & H. Stephanus, perperam adſcriptus. Latine vertit Jac. Schegkius. Vide ſi placet qvæ dixi lib. 3. cap. 6. §. 28. γ) *Epitome* deniq; ipſa *Philoſophiæ* latine ex interpretatione Philippi Bechii, Philoſophi ac Medici, Baſil. 1560. fol. cum Syneſii orationibus. Hanc Epitomen *Eumoro* cuidam auctor dicavit, ut patet ex his Pachymeræ ad eum verſibus:

Δέχνυσο * ἡμετέροιο πόνε ἐρεύνιον ὕφος.
Ἤυμορ' ἐμῶν ϖροπόλων πολέων κυδέσσατε ** ϖασῶν
Πλεῖ' ἐυήτριον ὄρμ Σταγείρης νήματ' ἔνεικε
Ταρφὰ καὶ ἐυφυέως ξυγκερκίσαι ἤθελον αὐτὸν
Ὥσκεν ἐϋπλοκίης, μηδ' ὅσον τυφλὰ λίποιτο,
Καί κεν ἀεικελίης μεταμώλια νήματ' ὄλωνται·
Ἔμπης δ' αὖτε καθ' ἡμέτερον νόον ἔπιγ' ἔλειψεν,
Ἔργον ὅπως πυκάσσαιμι ὑπέρτερον ἀχολίης τευ,
Ἐντὸς ἀπασσοσύνης ἱερῶν τελεσμένον εἰδῶν
Πρώτῃ τῇ δε μεταγραφίης μάλα νηΐδι δέλτῳ,
Τῷ καὶ ὅσον τύχε σωτηλίης δόμα ὑψόθεν ἔσω,
Ὅσσον δ' αὖτ' ἀπέκυρσεν ἁμαρτάδος ἦεν ἐμοῖο.

Hoc eſt Philippo Bechio interprete:

EUMORE, & affines inter ſacrosque Miniſtros
Maxima cura mihi, noſtrorum carpe laborum
Eximia telam non utilitate carentem,
Rite quidem textam, complexam at cuncta Stagiræ

* *Ferreus ipſe ſum*, inqvit Allatius de Georgiis p. 372. *ſi quid eſt hiſce carminibus in tota Antiquitate durius. Chalybs ipſe & incus & ſi quid eſt in rerum Natura aſperum ac perverſum, præ his carminibus mollius eſt & tractabilius.*

** Neſſelius edit κηδέσατε *chariſſime.*

2011 Ministerio de Cultura

Fila tamen, volui ingenii quæ texere & ipse
Pro ratione mei, ne de tam ſtamine claro
Fors quid omittatur, pereant ſi marcida fila
Diſſimilis telæ. Tamen ut ſententia nobis
Firma ſtat, haud quicquam linquetur ſive peribit.
Nempe tuis ut opus ſtudiis inſigne pararent,
Per pia confectum ſacri jejunia luci,
Quod fragili inſcriptum huic tabulæ tranſcribere primum,
Deinde errata mihi quoque tu dignare notare
Perfectum quoad ut fuerit, tibi cœlica dentur
Dona quoad judicis, mihi crimen id omne putetur.

In Caſaubonianis p. 21. laudatur Georgii Pachymeris *Vita Chryſoſtomi*, de qva nihil usqvam legere me memini. Qvam enim habemus ſcriptam à Georgio Chryſoſtomi vitam, qvod Caſaubono ignorare minime potuit longe antiqvioris eſt, & Photio jam laudati Georgii Alexandrini Epiſcopi, de qvo prolixe Hanckius de ſcriptoribus Byz. part. 1. cap. 10. Sed Caſauboni verba adſcribam: *Georgii Pachymeris de Vita Chryſoſtomi liber eſt eximius & propter argumentum & nonnihil etiam propter ſcriptorem ipſum: pura eſt hujus oratio*, (at in Georgio Alex. ſtylum reprehendit Photius) *neque omni artificio nudata, & cura dictionis: ἐπιχύσεις αἰτιατικὰς quales in Hiſtoricis obſervabamus, frequentiſſimæ.*

Pachymeræ ſcripta inedita.

Præter *Paraphraſin in univerſam Ariſtotelis Philoſophiam*, de qva jam dixi & cujus major pars Græce adhuc in Bibliothecis atqve integra in Vindobonenſi * delitescit, ſervantur in Bibl. Regis Galliæ Cod. 3117. Pachymeris μελέται εἰς τὰ προγυμνάσματα καὶ εἰς τὰς στάσεις. *Exercitamenta Rhetorica in Progymnaſmata & ſtatus.* Singulorum titulos & initia exhibet Allatius de Georgiis pag. 369 370. 371. in qvibus eſt etiam ἔκφρασις τῶν Αὐγούστων, qvam Boivini beneficio habere

* Codici MS. Vindobonenſi hæc ſua manu adſcripſit Jo Sambucus: *Philippus Bechius, Medicus Baſileenſis convertit Baſileæ & exeudit Epiſcopius cum Frobenio A. 1560. Verum hic Codex longe duobus, quibus uti Interpreti tunc licuit, integrior & probior eſt. Bechius ſæpe nec verba apprehendit, nec ſenſus reddidit. Sambucus hunc emit octo coronatis, miſſum ex Italia A. 1583.*

2011 Ministerio de Cultura

bere nos jam monui. *Epistolas* qvas in Bibliothecis Italiæ latere scripsit Gesnerus, nunqvam reperire se potuisse, licet anxie perqvisitas testatur idem Allatius & dolet. *Eas enim, inquit, elegantissimas futuras, & dicendi antiquo nectare, præterquam quod eo ævo scriptores sueverant, plenas suspicor; cum minus aliis in eloquendo Pachymerius, quod ex Historia, & aliis ejusdem tractationibus colligi potest, ineptiat.* Refert autem nactum se Pachymeræ opusculum *περὶ κατασκευασίας καὶ ἐξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων de apparatu & constructione argumentorum*, cujus initium: *πᾶν κατασκευάζειν δι' ἔξ.* Ait etiam Pachymeræ *libellum de quatuor Mathematicis* scientiis exstare MS. in Bibl. Regis Galliæ, sed dubitat idemne sit qvi sub Pselli nomine editus est, & de qvo Allatius libro de Psellis cap. 37. Sane idem scriptum Arsenius cum primum Romæ edidit, dubitavit Euthymium ne an Psellum haberet auctorem, licet Psello à pluribus tribuatur: Labbeus vero in Bibliotheca nova MS. pag. 117. tanqvam diversa memorat *Georgii Pachymeræ de quatuor Mathematicis Arithmetica*[1], *Musica*, *Geometria & Astronomia* (qvo ipso ordine etiam disciplinæ illæ in Pselliano libello pertractantur) *in Codice Regio 859. & de iisdem Euthymii Pselli in Codice 891. De iisdem incerti Codice 381.*

Τὰ κατ' ἑαυτὸν *Carmina de vita sua* memorat Pachymeres & ex illis versus qvosdam Hexametros adducit lib. X. Historiæ Byz. cap. 14. & 15.

XII. JOANNES CANTACUZENUS, Cantacuzeni Peloponneso præfecti & Theodoræ Palæologinæ, Imperatoris Andronici Palæologi amitæ filius, a) distingvendus 1) à Joanne Cantacuzeno Manuelis Comneni progenero qvi adversus Servios & Hungaros fortiter pugnavit & in bello adversus Turcos circa A. C. 1174. cecidit. 2) à Joanne Cantacuzeno Cæsare, qvem oculis privavit Andronicus Comnenus, & 3) à Joanne Cantacuzeno qvi Despotæ dignitate usus fuit sub Joanne Palæologo circa A. C. 1356. Ab his inqvam distingvendus Joannes Cantacuzenus Imperator, literis humanioribus perinde ac sacris egregie excultus b) & prudentia

a) Vide qvæ de Cantacuzenorum stemmate Cangius in familiis Byz. pag 258. seq. De Cantucezeno Gregoras, Ducas, Phranza, atqve imprimis Cantacuzenus ipse.

b) Boivinus ad Niceph. Gregoram pag. 797.

2011 Ministerio de Cultura

tia in rebus gerendis, reiqve militaris peritia & animi virtute conſpicuus. Hic ſub Andronico Palæologo ſeniore præfectus ſacri cubiculi, ſive magni Papiæ munere inſignis, c) deinde donatus Magni Domeſtici dignitate ab Andronico Juniore Imperatore, cui à teneris peramatus & familiaris atq; adeo charus fuit, ut Imperii Collegam ſibi adſciſcere cogitaverit, conſtanterqve renuentem hoc ægre tulerit, & moriens A. C. 1341. filiis ſuis impuberibus Joanni novem annos nato, Theodoro & Manueli delegerit tutorem. Cantacuzeni qvum tutorio nomine imperium cœpiſſet adminiſtrare, intercedentibus variis cum Anna qvam viduam Andronicus reliqverat diſſenſionibus, per calumnias inſidiasqve æmulorum compulſus eſt ad bellum, qvod Didymotichi A. 1342. appellatus & cum conjuge Irene à Lazaro Patriarcha Hieroſol. coronatus Imperator, adverſus Annam filiumqve ejus Joannem per qvinqvennium geſſit. His poſt captam 8. Jan. 1347. proditione CPolin, nihil mali intulit, ſed iterum reconciliatus filiam ſuam Helenam Joanni qvod prius Anna æmulis Cantacuzeni ſuffragata ferre noluerat, deſponſavit, atqve iterum ſolenniter CPoli proclamatus 8 Febr. Imperator, coronatusq; in Blachernarum templo eſt à Patriarcha CPol. Iſidoro 13. Maj. conſorte Imperii adſcito Johanne illo Palæologo qvindecim tum annos nato, ita tamen d) *ut junior ſeniori potiores deferret in omnibus, ac propter ætatem nondum firmatam, decem annos adminiſtratione cederet, quibus exactis æquali autoritate cum eo imperaret.* Sed non diu poſt recrudeſcentibus diſſidiis res iterum devenit ad bellum, in qvo ſuperior Joannes CPolin cepit A. 1355. Jo. Cantacuzenus ceſſit Imperio, & non diu poſt in Manganorum Monaſterio Monachi habitum & JOASAPHI nomen induit, ut Irene uxor delituit in Marthæ Monaſterio, Eugeniæ appellatione adſcita. Per longum tempus in monaſtico ſeceſſu ac qviete vixiſſe Cantacuzenum ſcribit Ducas, e) ſed plane ætatem produxiſſe usqve ad A. C. 1411. 20. Nov. Lambecius ad Codinum pag. 210. obſervat ex nota Demetrii cujusdam Leontarii, qvi Codici MS. Tacticor Græcor qvi eſt in Bibl. Barberina annotavit filiam ſuam

c) Cangius famil. Byz. p. 260. Hanckius de ſcriptoribus Byz. lib. 1. c. 36. Henr. Warthoni Appendix ad Cavei Hiſtoriam literariam ſcriptorum Eccleſ. ad A. C. 1342. Jacobus Pontanus in Cantacuzeni Vita, Hiſtoriæ ejus præmiſſa.

d) Cantacuzenus lib 3. cap. ult.

e) Ducas Hiſt. Byz. cap. 11.

2011 Ministerie de Cultura

ſuam Laſcarinam Leontariam natam eſſe A. 6919. (CHriſti 1411.) ἡμέρᾳ δευτέρᾳ μ῀ τὸν θάνατον τ῀ ἀοιδίμου βασιλέως τοῦ διὰ τ῀ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθέντος Ἰωσὴφ μοναχοῦ, *die ſecunda poſt obitum inclyti Imperatoris, qui in habitu Monachali nomen Joſephi ſuscepit.* Sed tum centenario proprior vel major etiam Cantacuzenus fuerit. Et addit ipſe Lambecius hoc forte rectius intelligi de Joanne Palæologo Andronici junioris filio, qvem perinde ut Cantacuzenum & factum eſſe Monachum & Joſephi nomen poſt annos duos & dimidium Imperii adſumſiſſe Codinus f) ſcribit. Cantacuzenum porro qvem certe adhuc A. C. 1375. ſuperſtitem fuiſſe Cangius obſervavit, non minus inter milites, Ducesqve bellicos & Imperatores ſub Cantacuzeni, qvam inter Monachos Joaſaphi nomine omnibus ſæculis celebrandum canit Simon ArchiEpiſcopus Thebanus g) hiſce verſibus:

Θρυλλοῖτο νῦν δὲ τοῖς ἀπείροις τῶν χρόνων
Ὁ σρατιώτης, ὁ σρατηγὸς ὁ βρέμων
ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΣ ὡς ἄναξ ΙΩΑΝΝΗΣ,
Σεπτοῖς τε συζῶν ἁγίοις ΙΩΑΣΑΦ,
Τάξει πάσῃ δ' ἐξέλαμψεν ἐλλόγως.

Exſtant ejus *Hiſtoriæ Byz. libri IV.* de rebus ſua ætate geſtis à morte usqve Michaëlis Palæologi 15. Octob. A. C. 1320. extincti, usqve ad Philotheum Patriarcham CPol. anno circiter 1357. conſtitutum à Joanne Palæologo Andronici junioris filio. Argumentum operis ipſe exponit his verbis lib. IV. cap. ult. pag. 910. ἃ μὲν ἂν συμβέβηκε Ῥωμαίοις ἐφ' ἡμῶν ἔντε τοῖς ἄνω χρόνοις, ἡνίκα τῶν βασιλέων Ἀνδρονίκων ὁ πρὸς ἀλλήλους ἐκινήθη πόλεμος, καὶ ὕστερον ὁ μεταξὺ τ῀ βασιλίδος Ἄννης καὶ Καντακουζηνοῦ τοῦ βασιλέως ἀνερρίπισθη, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, ὅσα βασιλεὺς ὁ νέος Ἰωάννης πρόσθε τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ματθαῖον διηνέχθη, καὶ βασιλέα τὸν κηδεστὴν, τοιαῦτά ἐσιν. *Quæ igitur à Romanis noſtro ævo à pluribus retro annis geſta ſunt, quando inter Andronicos* (avum ac nepotem) *bellum viguit, & poſtea inter Imperatricem Annam* (viduam relictam ab Andronico Palæologo juniore) *& Jo. Cantacuzenum accenſum eſt: & poſtremo, quæ juniore Imperatore Johanne* (filio Andronici nepotis) *ab uxoris* (Helenæ Jo. Cantacuzeni filiæ) *fratre* (Matthæo Cantacuzeno) *& ſocero* (Joanne Cantacuzeno) *diſſidente contigerunt, hæc ſunt.* Præmiſſæ ſunt

f) Codinus Orig. CPol. pag. 82.
g) apud Allatium de Simeonibus p. 203.

2011 Ministerio de Cultura

sunt operi *binæ Epistolæ* sub fictis *Nili* h) & *Christoduli* nominibus. Nilus Christodulum h. e. Cantacuzenum rogat ut qvæ sua ætate k) Imperatoribus Byzantinis acciderint, velit consignare scripto, qvod Cantacuzenus sub Christoduli nomine illi pollicetur, laudatqve eum qvod à se potissimum hoc reqvirat, qvo nemo melius id præstare valeat, & deinde subdit Imperatorum CPol. genealogiam ab Alexio Angelo usq; ad Michaëlem Palæologum A. C. 1320. extinctum.

Reprehenditur Cantacuzenus, l) qvod paulo fusior sit in narrandis rebus suis & in laudando se modum excedere, vicissim ea qvæ gloriæ & famæ officiebant silentio præteriisse videatur. Neqve qvæ tamen ideo fidem ei temere detraxerim in iis omnibus, ubi aliter qvædam narrant Gregoras, Ducas, Phranzes qvibus universis, etiam ipso Gregora est plerumqve accuratior, ne de stylo dicam cujus dignitatem & elegantiam omnes prædicant. Palamæ nimium faviisse arguit Allatius II. 17. 2. de consensu utriusqve Ecclesiæ p. 830. *Et mentitur palam Cantacuzenus, qui narrat Barlaamum veniam ob stulte dicta petiisse - - tacens contra Palamam pœnas à Synodo constitutas, ne etiam ipse in posterum aliquid de dogmate pertractaret. Sed Cantacuzenus, dummodo suum tueatur Palamam, omnia invertit.* Qvicqvid vero sit de Palama, saltem Imperium neqve per injuriam rapuisse, neqve per tyrannidem administrasse videtur, qvi oblatum pridem ab Andronico juniore accipere tam constanter recusavit, & tot testatissima alias dedit moderationis æqvitatisq; suæ specimina: Potius credibile est qvæcunq; graviora fecit, fecisse coactum æmulorum injuriis, Annæqve.

Opus Cantacuzeni è Codice MS. Bavaricæ Bibliothecæ descripsit vertitqve *Jacobus Pontanus* S. I. cujus versio latina cum ipsius argumentis librorum capitumq; & notis in totum opus atq; explanatione dignitatum aulæ & Ecclesiæ CPol. nec minus adjunctis annotationi-

h) Confer Jac. Pontani præf. ad Cantacuzenum, & Allatium de Nilis p. 85. nostræ editionis, qvi observat inde factum esse, ut à qvibusdam Nilus Historicus pro Cantacuzeno, & pro Cantacuzeni, Nili Historia celebretur.

k) Interpres Pontanus p. 3. habet: *qua superiore & hac nostra ætate.* Sed in Græco tantum est ἃ τοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων συνέβησαν ἐφ' ἡμῶν. Nihil certe scribit Cantacuzenus qvod ætatem ipsius antecedat. Itaqve & p. 910. idem Pontanus male: *qua nostro ævo & superiore gesta sunt*, pro: *qua nostro ævo à pluribus retro annis sunt gesta.*

l) Vide judicia de Cantacuzeno apud Vossium, Bonam, Hanckium, Thomam Pope Blount &c.

2011 Ministerio de Cultura

tionibus Hiſtoricis *Jacobi Gretſeri*, S.I. prodiit Ingolſtadii 1603. fol. Deinde Græca ex Codice MS. Bibliothecæ Petri Segvierii, Franciæ Cancellarii adjuncta ſunt in ſplendida editione Regia Græco-latina Pariſ. 1645. fol. tribus Voluminibus, qvorum *primo* Vita auctoris, explanatio dignitatum & duo priores libri, *ſecundo* tertius & *tertio* qvartus, Gretſeriqve ac Pontani notæ una cum duplici Indice comprehenduntur.

Alia Cantacuzeni ſcripta.

Apologiæ IV. ſive aſſertio *pro Chriſtiana Religione* adverſus Muhamedanos, & *IV. λόγοι* ſive *libri adverſus Mahometis errores*, qvibus varia Alcorani capita confutantur. Hoc opus Cantacuzenus in Monaſterio ſcripſit in gratiam amici ſui *Achæmenidis*, qvi è Mahomedano Chriſtianus Monaſticæ vitæ & ipſe nomen dedit & *Meletius* dictus eſt. Eum Muſelmanus *Sampſates* Iſphachanes Perſa literis ſcriptis ad deſerendam Chriſtianam fidem ſollicitaverat, qvas confutaturus Cantacuzenus non ſatis habuit reſpondere ad objectiones, ſed plurima etiam addidit ad fidem religioni noſtræ faciendam, & Mahometis explodenda commenta. Duos hujus operis Codices Græcos MSS. qvorum alterum *Emanuel Zycandyla* exaraſſe ſe ſubſcriptione fuit teſtatus, *Theodorus Bibliander* communicavit cum *Rodolpho Gvalthero* Tigurino, qvi illud latine vertit ediditqve Baſil. 1543. fol. & Græca ad calcem voluminis ſubjunxit. Notat Gvaltherus, multos Judæorum errores qvos nempe cum Mahometanis communes habent, ſimul à Cantacuzeno refelli, unde ſuſpiceris libros Cantacuzeni *adverſus Judæos* Simlero memoratos ab his non diverſos eſſe. Certe editi hactenus alii nulli ſunt. Sed tamen *novem ſermones* Chriſtoduli Monachi adverſus Judæos memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 1354. Alia qvoqve ejus monumenta inedita adhuc ſervantur in Bibliothecis, ut reſponſio duplex *ad Prochorum Cydonium* de lumine in monte Thaborio & de eſſentia atqve operatione divina, in Bibl. Vaticana m) & Regis Galliæ Cod. 1999. ex qvo locum produxit Clariſſ. Boivinus in elogiis præmiſſis Nicephori Gregoræ Hiſtoriæ.

Adverſus Iſaacum Argyrum, & de dogmate Barlaami & Acindyni *adverſus Paulum* è Latinis Patriarcham CPol. Utrumqve ſcriptum

m) Vide Allatium de Nilis pag. 61. edit. à me curatæ.

2011 Ministerio de Cultura

ptum in Bibl. Cæsarea & Regis Galliæ. Vide Lambecium V. p. 206, & Labbeum p. 86. Bibl. novæ MSS.

Epistolæ sex ad eundem *Paulum* cum duabus Pauli responsoriis, in Bibl. Regis Galliæ & Oxonienſi Bodlejana.

Edictum pro tomo Synodico A. C. 1347. factæ excommunicationis Joannis Calecæ Patriarchæ CPol. Barlaamo & Acindyno * faventis, una cum Tomo ipso, in Bibl. Cæsarea. Vide Lambecium VI. p. 29.

Paraphrasis Ethicorum Aristotelis, Simlero memorata & Labbeo pag. 113. seq. Bibl. novæ MSS.

MATTHÆI Asanis CANTACUZENI, n) qvi Joannis Cantacuzeni filius, ab eo pronunciatus Imperator coronatusqve à Philotheo Patriarcha A. 1354. sed proximo anno captus à Joanne Palæologo, Imperatoris titulum exemplo svasuqve Patris deposuit, in montem Atho secessit & Monasticam vitam amplexus patre superstite decessit, *Commentarius in Canticum Canticorum* Græce & Latine cum notis *Vincentii Riccardi* prodiit Romæ 1624. fol. De ejus lucubrationibus *in Sapientiam Salomonis* & *monitis salutaribus* qvas collegisse vel dictasse traditur, nihil reperi.

XIII. NICEPHORUS GREGORAS, de qvo abunde dictum supra p. 300. seq.

XIV. LAONICUS sive ut Simlero & aliis NICOLAUS (idem enim nomen est, ut Theophilus & Philotheus, Demonicus & Nicodemus) CHALCOCONDYLES, Καλκοκονδύλης (decurtato nomine *Chalcondyles* à plerisqve dictus) Athenienſis, clarus circa A. C. 1470. Nam ad Annum 1490. vel ultra perduxisse ætatem, nescio qvo auctore Vossius scribit. Exstat tradita ab eo *historia de origine atque rebus Turcorum & Imperii Græcorum interitu libris X*, ab A. C. 1298. atqve Ottomanni I. initiis ad 1462. sive Imperium adultum Mohamedi secundi. Appendix brevis usqve ad A. 1565. recentiorem auctorem agnoscit, & in editionibus qvibusdam desideratur. Unde nec

* Subscripsit etiam Cantacuzenus tomo condemnationis sectatorum Barlaami & Acindyni, promulgato A. C. 1351. Vide Lambecium V. p. 202.

n) Vide Cangii CPolin Christianam pag. 161. & Rob. Geri appendicem ad Hist. literariam Cavei ad A. 1354.

2011 Ministerio de Cultura

nec illius rationem habuit D. David Chytræus, qvi argumenta librorum decem Chalcocondylæ exhibet in ſua Chronologia. Laonicus ipſe ſcriptor minime contemnendus, unde in Vignolii Marvillii Miſcellaneis Hiſtorico literariis T. 3. p. 56. legas hoc de eo judicium: *Comme on a joint Calcondyle, qui a traité l'Hiſtoire des Turcs, aux Auteurs de la Bizantine, on peut aſſurer qu'il ne les desbonore pas de ſe trouver à leur ſuite. Il a le don de reveiller notre attention, en nous donnant de la curioſité, & de ne nous pas laiſſer dormir ſur ſon livre.*

Laonici Chalcocondylæ editiones.

Latinè ex verſione *Conradi Clauſeri* Tigurini Baſil. 1556. fol. apud Oporin. Atq; collata cum *Philippi Gundelii* (haud edita) verſione, caſtigataq; à Clauſero ipſo & alio viro docto, ibid. 1562. fol. ad Nicephori Gregoræ Græcolat. calcem, & Francof. 1568. fol. ad calcem editorum latinè Zonaræ, Nicetæ ac Nicephori Gregoræ. Mentio apud Voſſium etiam verſionis qvam molitus *Dionyſius Coroneus*, Profeſſor Regius Pariſienſis, ſed illa nunqvam lucem vidit.

Græce & Latinè cum ejusdem Clauſeri verſione in tribus Hiſt. Byz. ſcriptoribus junctus Nicephoro Greg. & Georgio Acrop. Genev. 1615. fol. atqve iterum ſeparatim, ſed notulis Clauſeri marginalibus omiſſis, ex typograph. Regia Pariſ. 1650. fol. in qva editione præter Varias lectiones è duobus Codicibus Regiis, è qvibus Græca paſſim emendata, & gloſſarium *Caroli Annibalis Fabrotti* JCti in Chalcocondylam & Ducam, adjuncti ſunt Annales Sultanorum Othmanidarum, ab A. C. 1289. ad 1550. qvos è Turcica lingva Germanice verterat edideratqve Johannes Gaudier dictus Spiegel, latine vero transtulit & Francof. 1596. fol. vulgavit Jo. Leunclavius nobilis Angrivarius, qvi & ſupplementum ab A. 1550. ad 1588. Oſmanidarumqve genealogiam & pandectem Hiſtoriæ Turcicæ ſive explicationem & deſcriptionem variarum rerum nominumqve ad illuſtrandos Annales adjecit. Laonici Hiſtoriam tribus in Codicibus Bavaricæ Bibliothecæ manu exaratam exſtare Græce, teſtatur Gretſerus. Locum qvo Germaniæ deſcriptio continetur ex libro ſecundo, Græce & Latine cum notis exhibet Freherus inter ſcriptores rerum Germanicarum.

2011 Ministerio de Cultura

Gallicè hic ſcriptor cum commentario prodiit *Blaſio Vigenerio* interprete Pariſ. 1577. 1584. 4. & cum *Thomæ Arti* continuatione ad A. C. 1612. ibid. 1612. 1620. 1650. & *Mezenei*, usqve ad A. C. 1661. ibid. 1663. fol. recherche ſur l' Hiſtoire de Chalcondile, & illuſtrations de la meſme Hiſtoire.

Ipſe Laonicus, inqvit Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſ. *non caret narrationibus falſis, quas temere credidit rerum noſtrarum ignarus.*

Nonnulla Laonici Chalcocondylæ loca reprehendit Jacobus Gaddius in elogio Hiſtorico & T. 1. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis p. 119. ſq. atqve Caſp. Barthius ad Claudian. p. 338. Cæterum fallitur Henricus Warthonus V. C. qvi in appendice ad Hiſt literariam doctiſſimi Cavei ſcribit Chalcocondylam prodiiſſe latine ex Clauſeri verſione Pariſ. 1550. Præter rem qvoqve in catalogo librorum à Joanne Oporino excuſorum, qvi vitæ ejus ſubjicitur, memorari videas Laonici libros Græce & Latine in fol. editos, nam latine tantum illos Oporinus vulgavit, conqveſtus etiam in præf. ad edit. poſteriorem Anni 1562. Græcum Codicem ſibi defuiſſe. Hunc Laonicum propinqvitate attigit *Demetrius Chalcocondylas* circa A. C. 1510. octogenario major defunctus Mediolani, de qvo in Grammaticis dicere me memini.

XV. GEORGIUS CODINUS, ampliſſimo in aula CPolitana munere Curopalatæ pridem functus, poſtremis Palæologorum * temporibus claruit, & Imperio ipſi ſuperſtes fuit, ſiqvidem libellum de Imperatoribus CPolitanis claudit ** commemoratione captæ ab Agarenis ſive Turcis urbis A. 6961. hoc eſt CHriſti 1453. Ex ejus ſcriptis exſtant: 1. Περὶ

* Confer Allatium de Georgiis pag. 361. Hanckium de Byz. rerum ſcriptoribus cap. 10. Warthonum appendice ad Hiſt. literariam Cavei ad A. C. 1461. & Petrum Lambecium in brevi diſſ. de Codini vita & ſcriptis, qvi negat ſe Curopalatæ nomen in MSS. Codicibus ſex qvos vidit, offendiſſe, putatqve impoſitum potius ideo, qvod de officiis Palatii ſcripſit, qvam qvod ipſe dignitate Curopalatæ functus fuerit. Cum tamen nomen hoc Curopalatæ invenerint Junius & Gretſerus, non video qvare incredibile videri debeat dignitatem Curopalatæ geſſiſſe. Qvia autem in aliqvibus Codicibus omittitur, hinc apparet eſſe nomen dignitatis neutiqvam vero proprium, qvod non eſt qværendum aliud qvam Codini.

** p. 82. edit. Lambecii. ἐπὶ τούτῳ (de Conſtantino Palæolo ultimo Imp. loqvitur) ἐγένετο, ὄιμοι, ἡ ἅλωσις τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἐν ἔτει ϛυιξά. καὶ ἐγένετο, δορυάλωτος ἡ πρὶν βασιλὶς πασῶν τῶν πό-

2011 Ministerio de Cultura

1. Περὶ τῶν ὀφφικιαλίων τ παλατίυ Κωνσταντινυπόλεως βασιλέων καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, *De officiis & officialibus Aulæ Imperatorum & magnæ * Ecclesiæ CPolitanæ.* Agit etiam Codinus *de festis plerisque & de Imperatoris Coronatione, inauguratione Patriarchæ*, aliisqve, unde in altero Bavarico Codice MS. titulus prioris partis conceptus est sic: τὰ ὀφφίκια τ παλατίυ. ἔτι ὢν καὶ τὰς τάξεις τὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλάτιον, καὶ πῶς τὸν βασιλέα στέφεσθαι δεῖ, καὶ ὡς εὐλογήσεως Διακόνου καὶ Πατριάρχυ, καὶ ἐθῶν γινομένων ἐν τῷ παλατίῳ. Hunc librum è Codice *Julii Pacii* descripsit, & Græce cum versione sua, notis & indicibus amplissimis primus edidit *Franciscus Junius*, latens sub nomine *Nadabi Agmonii*, A. 1588. apud Joannem Marescballum ** Lugdunensem, 8. Postea hæc eadem editio additis aliqvot pagellis novoqve titulo, in qvo Franciſci Junii nomen, exposita est in Commelini officina 1596. 8. Qvanqvam Jacobus Gretserus Junium reprehendit *quod novam editionem non adornarit & à se pleno sacco sparsos errores non correxerit, adjutus Codicibus Bibliothecæ Palatinæ, & Raphaëlis Seileri exemplari, quod erat apographum Codicis optimi Augustani, nam Codicem olim fuisse in Bibliotheca inclytæ Reipublicæ Augustanæ, testis est Hieron. Wolfius præfatione ad Nicetam, & ipse Seilerus, qui inde Græce descripsit & Latine vertit, tametsi versionem suam in vulgus exire nunquam permisit. Dico olim fuisse, jam enim non est, sed amissus est, ut ante aliquot annos ex Amplissimo Domino Marco Velsero, Duumviro Augustano intellexi: nescitur cujus negligentia vel fraude perierit. Tot ergo subsidiis* (à Frehero cui A. 1596. librum dicavit) *instructus Junius, præsertim* translatione Seileriana, *debebat Codinum à capite ad calcem recognoscere, plurima & gravissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum Lectori proponere.* Ab eo tempore nonnulla satis acerbe ut solet castigavit ac reprehendit in

πόλεων, ὃς καὶ ἀπεκτάνθη παρ' αὐτῶν ἐν τῇ γενομένῃ Χαλάσρᾳ αὐτόστε καὶ πάντες οἱ λογάδες σχεδὸν, καὶ ἐκομίσατο τὸν τῦ μαρτυρίυ στέφανον, μὴ θελήσαι προδῶναι τοῖς ἀνόμοις τὰ βασίλεια, μήτε μὴν θελήσας τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν, δυνατῦ ὄντος.

* Primum statim caput de officialibus magnæ Ecclesiæ, Goaro non videtur esse Codini, & in duobus Regiis MSS. Codicibus atqve in uno eorum qvos è Bibl. Bavarica Gretserus evolvit, desideratur. Deinde ordo etiam Capitum in diversis Codicibus diversus. Vide Goari præfat. & notas p. 20.

** Francofurti prodiisse hanc editionem scribunt Hanckius & Warthonus. Sed puto Heidelbergæ potius, licet Francofurtensi Senatui sit ab editore, qvi Francofurti ad Mœnum illo tempore versabatur, dedicata.

2011 Ministerio de Cultura

Junii versione & annotationibus idem *Gretserus* notis ad Tomum secundum operis de Cruce, Ingolstad. 1600. 4. editum p. 577. 587. seq. 599. sq. 606. sq. 609. sq. 613. sq. &c. Idem A. 1602. 8. Ingolstadii edidit notas & Varias lectiones in Codinum ex duobus MSS. Codd. Bibliothecæ Bavaricæ & uno Lautherianæ, ad calcem commentariorum Mureti in Aristolis Ethica, Oeconomica, Platonis de Rep. libros duos & Xenophontis *ἀνάβασιν* Cyri. Deinde ejusdem Gretseri facula Codino accensa prodiit ibid. 1604. 8. una cum Mureti notis ad Sallustium & qvinqve primores Annalium Taciti libros. Deniqve totum Codini opus ad tres illos Codices castigatum cum nova versione sua, & tribus Commentariorum, Observationum & emendationum libris, & dissertatione de imaginibus non manufactis Gretserus vulgavit Paris. 1625. fol. ex officina Seb. Cramoisii. Qvanqvam vero multa recte Gretserus in Codino vidit, multa etiam Meursiano Glossario † Græcobarbaro adjutus potuit rectius ioterpretari, non minus tamen spicilegium & ipse sat amplum *Jacobo Goaro* præbuit qvi in editione Codini nova Regia Parisiensi 1648. fol. Græca ad duos Codices Bibl. Regiæ & tertium Allatianum emendavit, versionem per singulas paginas castigavit, novasqve pereruditas notas suas in qvibus & Junius aliqvando (ut p. 76.) vindicatur, * addidit. Adjunxit etiam ineditos ante, Officialium Ecclesiæ & aulæ CPolitanæ Catalogos ex MSS. Regiis p. 5. 7. 36. & ex Mazarinianis MAT-

† Goarus in præf. *Quam infeliciter Junius in elucidanda verborum quibus usus est Codinus, obscuritate desudaverit*, Meursii *in pluribus locis demonstrat emendatio, & instituta per Gretserum versio, ac in amplis disertisque commentariis ejusdem Codini illustratio: sed cum ea qua Gretserus ætate vivebat voces illa neotericæ Græcia nondum in occiduas partes essent allatæ, propterea venia dignus est vir sane de re literaria bene meritus - - Non enim ille solus est qui ad scopulos quos* Meursii glossarium *ex potiori parte ὁλοβάρβαρον exponit, allidat: Is enim cum germanam Græcarum, ac vulgarium vocum mentem non sit assecutus, sequacibus foveam fecit, in quam ipse prior lapsus, nisi à recentioris Græcanicæ linguæ bene perito corrigatur, illustretur, ac infinitis propemodum, quæ possent addi, dictionibus* (uti à *Cangio* postea feliciter & docte præstitum est) *augeatur, facilem adhuc sequaturis præbebit lapsus occasionem*.

* Non pauca etiam, qvæ pro Junio, socero suo posset reponere, habere se professus est Vossius lib. III. de Historicis Græcis p. 368. testatus insuper præf. ad libros de Historicis latinis Junium novam fuisse molitum Codini editionem solo typographi consilio suppressam, in qva magnam partem erepturus fuisset Gretsero occasionis ita in eum debacchandi.

2011 Ministerio de Cultura

MATTHÆI. † *Presbyteri Monachi & Medici* (Μοναχὸς ἰατρὸς καὶ θύτης) opusculum versibus scriptum politicis περὶ τῶν ὀφφικίων καὶ παλλατίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως pag. 8. 38. & alterius ANONYMI, versibus Jambicis p. 40. nec non ex Allatianis p. 9. Præterea Græce & Latinè *Græcorum Episcopatuum* Διατύπωσιν ante octingentos annos à *Leone Sapiente Imp.* digestam & in Caroli à S. Paulo Geographia Ecclesiastica pridem editam, sed per Goarum ad alium codicem castigatam p. 337 - 362. 2) ἀνακεφαλαίωσιν Πατριαρχῶν καὶ συναξίθμησιν τῶν Ἀποστολικῶν θρόνων pag. 363 - 381. qvam idem Carolus à S. Paulo è Codice Vaticano dederat: 3) τάξιν καθεδρίας τῶν ὑπὸ τὸν Ἀποστολικὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως τελούντων Μητροπολιτῶν καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν Ἐπισκόπων p. 381-399. ex editione Gretseri ad Codini calcem, p. 113. collata cum MS. Regio & cum jure Græco Romano Freheri p. 90. sq. 4) Ἔκθεσιν Βασιλέως Κύρ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου τοῦ γέροντος, ὅπως νῦν ἔχουσι τάξεως αἱ ὑποκείμεναι μητροπόλεις τῷ Πατριαρχικῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως p. 400-409. Hanc *Andronici Senioris Palæologi Imp.* expositionem primus ad Codini calcem Junius, p. 219. & illius exemplo Gretserus p. 117. ediderat. 5) Ἔκθεσιν νέαν ὅπως νῦν χρὴ φέρεσθαι ὁ Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχης τῷ Πάπᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς Πατριάρχαις καὶ Ἀρχιεπισκόποις, καὶ μὴν καὶ τοῖς καὶ Μητροπολίταις καὶ τοῖς κοσμικὰς ἀρχὰς διϊθύνουσιν. *Expositionem novam, quomodo CPolitanus Patriarcha ad Papam, reliquos Patriarchas & ArchiEpiscopos, sed & Metropolitanos, cunctosque sæculares dignitates moderantes nunc scribat.* p. 410-419. 6) *Parthenii* Patriarchæ CPol. Epistolam formatam qva prosecutus est Philippum de Harlay Comitem de Cesy, legatione functum Regis Christianissimi ad Turcarum Imp. & *Urbani* VIII. Papæ Romani Epistolam ad eundem Harlæum p. 420. seq. Ut ad Codini librum revertar, illius MSS. Codices præter eos qvos jam laudavi etiam Vaticanum, Scoriacensem & Sfortianum memorat Allatius de Georgiis p. 362. notatqve stylo incomto ac barbaro & qvi ea ætate in populi plebisqve usu erat scripsisse, *Præter enim*, inqvit, *rerum ac nominum difficilem intelligentiam, sæpe etiam ipse modo loquendi agresti & duro sententiam obturbat & obcæcat, quem etiam exscriptorum errata, dictionesque exteræ loco propriarum, doctorum incuria intrusæ reddunt obscuriorem.* *Pleraque ex Cantacuzeno, aliisque recentioribus Historicis prope verbatim exscripsit, ut inter alios adnotarunt Pontanus * & Gretserus.* 2.

† Matthæum hunc post Alexii Angeli tempora scripsisse notat Hanckius II. 8. p. 680. de scriptoribus Byz.

* Jac. Pontanus ad Cantacuzeni lib. 1, cap. 41, pag 991, Gretserus ad Codinum III. 12, p. 270. edit. Cramoisianæ.

2011 Ministerio de Cultura

2. Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου ⁊ χρονικῆς περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *Excerpta ex libro Chronico de Originibus CPolitanis.* Librum Chronicum intellige *Hesychii* illustris de qvo dixi supra pag. 241. ubi & de variis hujus libri editionibus, ex illo enim pleraqve verbotenus Codinus expressit, cæteris ut Lambecio notatum additis è Glycæ Annalibus, Chronico Alexandrino & alio hactenus non edito Julii Pollucis, Christiani scriptoris qvi antiqvo illo Polluce cujus Onomasticon Commodo Imp. dedicatum habemus, aliqvot sæculis est recentior. Prodiere hæ Codini παρεκβολαὶ primum cum *Georgii Dousæ*, Jani F. versione Heidelbergæ apud Commelium 1596. 8. & additis *Jo. Meursii* notis Genev. 1607. 8. deniqve cum versione & eruditis notis *Petri Lambecii* Paris. è typographia Regia 1655. fol. Hic Lambecius longe locupletissimam Codinianorum excerptorum editionem dedit, in qva longe plura Græce & Latine exhibentur, collatis Codicibus MSS. compluribus, duobus Holstenianis, qvorum unum Holstenius Lambecii avunculus à Peirescio acceperat, alterum è Vaticano Codice descripserat, tertio Is. Vossii ex Codice Britannico: qvarto Jac. Sirmondi, qvinto Regio Paris. & sexto deniqve Romano è Bibl. Vallicellana. Inde in Lambeciana editione post illa de Originibus CPol. sequuntur περὶ τῆς σχηματογραφίας τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *de forma & ambitu Urbis CPolitanæ.* pag. 11. Περὶ Ἀδιαβήνης *De Adiabene* regione Asiæ ultra Tigridem fluvium, in qva Naphtha provenit. p. 13. Περὶ ἀγαλμάτων, ξηλῶν καὶ θεαμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *De signis, statuis* * *& aliis spectatu dignis CPoli. ibid.* Qvæ in Lambeciana editione leguntur pag. 19. B. à verbis Εὐφημίας τῆς γυναικὸς usqve ad p. 21. D. ⁊ περαστάτου, ea Græce è Codice Bavarico vulgaverat Gretserus lib. 3. Observationum ad Codinum de officiis cap. 19. qvemadmodum & illa qvæ pag. 23. B. à verbis περὶ ⁊ κίονος ⁊ Φέρου usqve ad verba p. 28. C. τὸ αἰδοῖον Φανῆναι μοιχευθείσης. Cæterum qvæ de signis sive simulacris Gentilium Codinus hic narrat, desumsit è Phornuto & Jo. Lydi Philadelphiensis libro necdum edito de Mensibus, è qvo Svidas etiam, ut Lambecio observatum eadem hausit. Reliqva de statuis & rebus in urbe spectatu dignis, ad verbum fere descripsit ex Anonymi collectaneis Antiqvitatum CPol. qvibus titulus Διηγήσεις σύντομοι χρονικαὶ, qvas primus è Codice Regis Galliæ Lambecius cum notis suis ad calcem Codini pag. 85 - 105. vulgavit Græ-

* Pleraqve hujus partis vulgaverat etiam G. Dousa.

2011 Ministerio de Cultura

Græce, obſervatq; excerptas eſſe è Theodoro Lectore, Papia, Euſebio, Socrate, Marcello Lectore & compluribus aliis ſcriptoribus. Anonymi collectanea eadem longe emendatius ab illo tempore Græce & Latine cum verſione ſua & notis dedit *Franciſcus Combefiſius* in faſciculo rerum CPolitanarum, ad calcem Allatii de Simeonibus, Pariſ. 1664. 4. Cumqve Lambecium in notis illis non raro perſtringat, Lambecius ei reſpondere voluit in nova qvam pollicitus eſt Codini editione, qvam ſupplemento Corporis Hiſt. Byzantinæ ex Bibl. Cæſarea potiſſimum inſtruendo inſerere voluit. Vide lib. 3. commentar. de Bibl. Vindobon. p. 126. Sed illud ſupplementum nunqvam lucem vidit. Seqvitur in prima illa & ultima Lambeciana Codini editione ejusdem ſcriptoris περὶ κτισμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *de* templis monaſteriis & aliis *ædificiis CPolitanis* pag. 37-64. & περὶ τῆς οἰκοδομῆς τ̃ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας, *De ſtructura Templi S. Sophiæ* & SS. Apoſtolorum pag. 64-74. qvæ pars etiam in Georgii Douſæ editione legitur, ac deniqve περὶ τῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐτῶν μέχρι τῆς βασιλείας τ̃ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων ἐν αὐτῇ τῇ βασιλίδι τ̃ πόλεων, μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς ἀπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν ταύτης ἁλώσεως. *De annis ab orbe condito usque ad Imperium Conſtantini Magni: & de iis qui* à Conſtantino Magno *in ipſa urbium regina regnarunt, usque dum ab Agarenis* (A.C. 1453.) *capta eſt.* pag. 75-83.

INDEX Scriptorum & aliorum qvorundam, qvi in Codini & alterius Anonymi (qvæ à num. 171. incipunt) Excerptis de Antiqvitatibus CPol. memorantur.

ad numeros marginales editionis Lambecianæ.

Acatus Diaconus Eutychianus 68.
Acuntius Philoſophus, Idolorum Antiſtes 191.
Ἀγγελιανὸς ſive Αγγελιανὸς χρονογράφος ἐν τῇ δεκαλόγῳ αὐτ̃ 78. 168.
Ἀλεξάνδρου συγγράμματα 206. Anaſtaſius 78. 175.
Apollonii Tyanenſis teleſma ciconiarum 7. alia ejus apoteleſmata 62. ſeq. 77. 129.
Arii mors 45.
Ariſtides Philoſophus 190.
Aſclepiodorus Philoſophus 65. 205.

2011 Ministerio de Cultura

Appianus 63.
Ἀπολλιναρίου καὶ Ἀλεξάνδρου συγγράμματα 206.
Ἀστρονομικὸν ὄργανον, locus CPoli 32.
Basilius Camaterus Patriarcha CPol. 164.
Canonaris Philosophus 198.
Chronographi 189. ὁ χρονικός 56. Clemens 205.
Constantini M. pœnitentia super Crispo filio interfecto 71.
Constantinus Epistolographus 17.
Cranus Philosophus 64. 205. unus è septem Philosophis qvi Eudociam comitati sunt. Cæterorum nomina : Carus, Pelops, Nerva, Silvanus, Apelles & Curvus. ibid.
Cyprus vel potius Cyrus Rhetor 73. 176. Cyrus Smyrnæ Metropolitanus 113. Cyriacus Patriarcha CPol. 111.
Codini τὰ περὶ πασμάτων 26.
Demosthenis συγγράμματα 183.
Δίων ὁ τὰ Ῥωμαϊκὰ ἱστορήσας 63.
Elevsius Diaconus Philosophus 17.
Epigrammata 9. 10.
Eusebius Pamphili 196. 206.
Eutropius Sophista. 17. Eutychius Patriarcha CPol. 138. 146.
Eutychianus Grammaticus Protoasecretis 17.
Galenus 47. 189.
Gregorii Theologi vaticinium 95.
Heliodorus Astrologus, Leonis Isauri tempore 113.
Hero Philosophus μαντευόμενος 176. Hiero dicitur 15. 73.
Herodotus Chronographus 71. 173. Herodion. 202.
Hesychius ὁ ταχυγράφος. 17. Hierotheus Astrologus 144.
Himerius chartularius 36. 182.
Hippolytus Chronographus 71. 173. χρονικὸν Ἱππολύτου 173.
Homerus 29. πλοῖ τῶν ἰσοελικῶν 128. 145.
Joannes Antiochenus 119. Icasiæ κανόνες & σιχηρά. 128.
Joannes Historicus 205. ὁ διακεκονόμενος 196. 199.
Joannes Philosophus (Astrologus) 36. 183. Josephus Studita κανόνων ποιητής 104.
Οἱ τόμοι τοῦ Λέοντος τοῦ μεγάλου 205. vide & 195.
Ὁ Λιγυρίος Astronomus 68. 205. Marcus Metropolita Ephesi 169.
Marcellus ὁ ἀναγνώστης 171. Maximianus Astrologus 144.
Menander Cretensium vates 74. 177.

Μιλί-

2011 Ministerio de Cultura

Μιλίχιος ὁ χρονογράφος 206.
Modestus Patriarcha Hierosol. 70. Nectarius Patriarcha CPol. 116.
Oracula 1. 9. 108. 123. 176. 180. (123.
Panodorus Ægyptius 91. Paulus Patriarcha CPol. 123.
Τὰ Παπίου συγγράμματα 194. videndum num per papiam (qvod dignitatis nomen est) intelligat Jo. Cantacuzenum.
Οἱ τὰ πάτρια τῶν Βυζαντίων συγγραφόμενοι 4. Paulinus 117.
Philippus ἔπαρχος 201. 202. at verba Φίλιππος ἱστόρησεν nolim cum Combefisio reddere *scripsit*, sed *retulit*.
Φιλόδωρος vel Φιλόχορος ὁ λογιστὴς, 67. 211.
Phorton & Marcion Philosophi Romani 12.
Plumbatus Philosophus 210.
Plutarchus Πατριολογράφος Justiniani Imp. 134.
Proclus Patriarcha CPol. 25. discipulus S. Chrisostomi 99.
Προμάντιος Alexandrinus Historicus 206.
Romani Imp. Novellæ 157. (130.
Secundi Philosophi ἐλεγεῖαι 38. 210. Sergius Patriarcha CPol.
Socrates 197.
Sozomenus 205. 206. Synodus II. CPol. 123.
Doctores παραδόσιος CPol. 89. 92. Tarasius Patriarcha CPol. 121.
Theodoretus 74. 176. 206. Theodosius Patriarcha Antioch. 163.
Theodorus ἀναγνώστης 36. 182. 183. 190. 206. alias Studita 104.
Theodorus ὁ Δεκαπολίτης 157. Vide infra p. 489.
Thedorus Thebanus Philosophus 91. Theophilus Philosophus 122.
Troilus Rhetor 17. alius protovestiarius 93. cubicularius Justiniani 139. 143.
Versus Poëtæ 187. emendati in Combefisii edit. p. 16.
Vigilius Astronomus 54.
Urbicius de re militari scripsit tempore Anastasii Dicori, A. 180. post conditam CPolin n. 84. alius protovestiarius. 73.
Zacharias Patriarcha Hierosol. 70.

Subjicitur in calce voluminis ἑρμηνεία τῶν ὀφφικίων τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας ἃ διερμηνεύθησαν κατ' τάξιν. ANONYMI explicatio Officiorum S. ac magnæ Ecclesiæ CPol. juxta eorum ordinem: qvam *Bernardus Medonius* Tolosas è MS. Codice Caroli Monchalli ArchiEpiscopi Tolosani primus edidit, latinamqve versionem suam & glossarium, atqve in margine notulas adjunxit.

2011 Ministerio de Cultura

Exſtat qvoqve, ſed qvam Lambecius merito omiſit, ab eodem Codino verſa Græce *Miſſa Gregorii I. Papæ*, qvam cum illa Græca interpretatione (utraqve lingva, non Græce tantum ut Warthonus ſcribit) Pariſ. 1595. 8. edidit Fed. Morellus, qvocum illam communicaverat Joannes à S. Andrea, Eccleſiæ Pariſienſis Canonicus. In Bibliotheca Barberina memoratur præterea editio Pariſ. 1583. 8. qvam non vidi. Exſtat & Græce & Latine in Frontonis Ducæi Auctario Bibl. Patrum Pariſ. 1624. fol. T. 2. pag. 125. *Scias Lector*, inqvit Allatius de Georgiis pag. 362. *hanc eandem Miſſam multo auctiorem & perfectiorem legi in Bibl. Barberina Cod. 75. quæ tamen dicitur ab EMANUELE CHRYSOLORA eſſe in Lingvam Græcam converſa.* Λειτουργία μεταγλωτισθεῖσα ἀπὸ Λατινικῆς διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλληνικὴν, ὑπὸ κυροῦ Μανουὴλ τοῦ χρυσολωρᾶ. Initium idem eſt qvod in illa qvæ Codino tribuitur: ὁ μέλλων ἱερουργήσειν ἱερεὺς &c.

Prodiit etiam cum Codino Lambeciano ejusdem EMANUELIS CHRYSOLORÆ * Epiſtola ad Joannem Palæologum Imp. qva σύγκρισις ſive comparatio veteris ac novæ Romæ continetur pag. 107-126. Græce & Latine, cum ejusdem Lambecii verſione. Seqvuntur deinde ſed Græce tantum binæ ejusdem Emanuelis jam ὁμογέροντος Epiſtolæ ad Johannem Chyſoloram & Demetrium Chryſoloram Româ ſcriptæ & Græciæ abſentiam Romæ laude ſolantes.

In

* Hic eſt qvi ex Græcia à Turcis opprimi cœpta, virisq; ejus nobilibus & eruditis inter primos Græcas literas in Latium reduxit & in Italia ipſe ſubſtitit, cum Johannis Palæologi nomine legationem pro auxilio adverſus hoſtes impetrando obiiſſet. Docuit Græcas literas Venetiis primum, deinde Florentiæ & Romæ ac tandem Ticini, atqve è vita deceſſit Conſtantiæ A. C. 1415. Ejus Epitaphium Lambecius Epiſtolis præmiſit, qvod etiam legitur in Hiſtoria Concilii Conſtantienſis, qvam viro præſtantiſſimo Hermanno ab Hardt debemus T. 1. pag. 10. ſeq. Addes ſi vis Jovii elogia pag. 41. Martinum Cruſium lib. V. Germano Græciæ p. 234 (ubi etiam de Johaanne Chryſolora Franciſci Philelphi ſocero, viro itidem doctiſſimo) Iſaaci Bullartii Academiam ſcientiarum T. 1. pag. 265. Hanckium de ſcriptoribus Byz. lib. 1. cap. 37. Kœnigium in Bibl. Pauli Freheri theatrum virorum illuſtrium &c. Hujus Emanuelis Chryſoloræ *Erotemata Grammatica* prodierunt Græce Argentor. 1516. 4. Venet. 1549. 8. & cum latina verſione Pariſ. apud Wechel. Cæterum non dubito librum Chryſoloræ *de antiqua & nova Roma* qvem Geſnerus Græce refert exſtare in Bibl. Medicea, illam ipſam Epiſtolam prolixiorem eſſe qvam Lambecius Græce & Latine edidit. Ejus *de proceſſione Spiritus* S. contra Græcos qvod laudat Allatius contra Creygthonum, miror non editum eſſe in ejusdem Græcia Orthodoxa. Incipit: Ρωμαίοις γράφων.

2011 Ministerio de Cultura

In notis ad Codinum pag. 187. Lambecius Græce publicavit ineditam ante *Orationem* habitam à PHOTIO CPolitano Patriarcha *in Encæniis novæ Eccleſiæ* * B. Virginis à Baſilio Macedone poſt A. C. 879. qvo reſtitutus eſt Photius, in Imperatorio palatio CPolitano Calendis Maji dedicatæ. Titulus eſt : Φωτίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἔκφρασις τῆς ἐν τοῖς Βασιλείοις νέας Ἐκκλησίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ὑπὸ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος οἰκοδομηθείσης. Incipit : Φαιδρὸν ὁρῶ τῆς παρούσης ἡμέρας τὸν σύλλογον. Eandem orationem Græce & Latine cum verſione ſua dedit Franciſcus Combefiſius in manipulo rerum CPolitanarum, ad calcem Allatii de Simeonum ſcriptis Pariſ. 1664. 4. pag. 304. ſeq. De Photii Bibliotheca & aliis ſcriptis infra, ſuo loco.

De LEONIS Imp. Oraculis, qvæ à Lambecio ad calcem Codini ſubjuncta ſunt, vide ſi placet qvæ dicta ſunt hoc ipſo capite pag. 364. ſeq.

De LEONE Grammatico dictum ſuperius pag. 380.

Ex ſcriptis qvæ ad id temporis inedita idem Lambecius in notis ad Codinum laudat vel profert, ſunt notanda *Fragmentum de turribus vocalibus Byzantii*, qvod è MS. Bibl. Regiæ Pariſ. affert n. 4. Aliud fragmentum *de promontorio Chalcedonenſi* ἠρῴῳ qvod deinde corruptelæ ἠρίου dictum eſt. num. 122. *Anonymus Chronographus Græcus* qvi in Bibl. Regia aſſervatur. num. 9. 18. 46. *Acta Græca Sylveſtri primi*, *Papæ* num. 14. 56. 57. 68. *Aſclepiodoti* τέχνη τακτική. num. 65. *Anonymi de ſeptem Synodis brevis narratio*, qvam poſt Codini libellum περὶ κτισμάτων in duobus Vaticanis MSS. reperit & num. 78. integram Græce edidit Lambecius. *Julii Pollucis Chronicon* è qvo prolixus locus de Conſtantino M. & inſtauratione Byzantii affertur num. 12. *Joannis Lydi* Philadelphienſis περὶ πολιτικῶν ἀρχῶν num. 154. & περὶ μηνῶν. n. 26. 27. 28. 29. 31. 32. 63. *Lexicon antiqvum Græcum* ex Bibl. Segvieriana n. 18. *Manuelis Philæ Epigramma in B. Virginem* n. 116. *Nicetæ Rhetoris Oratio de paſſione S. Stephani, & corporis ejus inventio* n. 99. *Nicephori Calliſti ſyntagma de miraculis ad fontem templi S. Mariæ editis & de*

* In vita Baſilii ſcripta á Conſtantino Porphyrog. n 55. templum illud ſive νέα βασιλικὴ ἐκκλησία condita traditur in honorem CHriſti, Michaëlis Archangeli & Eliæ Thesbitæ.

2011 Ministerio de Cultura

ejus templi ſtructura, MS. in Bibl. Vaticana memoratur n. 116. *Procli in Cratylum Platonis.* n. 27. & *in Parmenidem.* n. 65.

XVI. JOANNIS ANAGNOSTÆ Theſſalonicenſis, de occupata & erepta Venetis A. C. 1430. per Muratem II. Turcarum Principem Theſſalonica, ad amicum ſcripta aliqvot poſt urbem captam annis, ſæpius illo id deſiderante, narratio exhibetur Græce & Latine in Allatii *συμμίκτοις* p. 318-380. Confer Hanckium de Hiſt. Byz. ſcriptoribus lib. 1. cap. 38.

Ex NICOLAI Patriarchæ Monodiâ de excidio Theſſalonicenſi A. C. 904. facto nonnulla affert Allatius notis ad Acropolitam p. 248. De illo excidio ſupra pag. 351.

XVII. De *Vita Baſilii Macedonis*, qvam nepos ejus Imperator doctrinæ omnis cultor inſtauratorqve locupletiſſimus CONSTANTINUS *Porphyrogenitus*, Leonis Sapientis F. ſcripſit, dixi itidem ſupra p. 349. Nunc cætera ejus ſcripta recenſere juvat, nam qvæ de Imperatore ipſo qvi ab 6. Jun. A. 912. ſub tutoribus vel cum matre Zoë aut Romano ſocero, & ab A. 946. ad 959. ſolus præfuit, dicenda ſunt, ex Annalium ſæculi decimi ſcriptoribus rectius Lector petet, ſive veteres illi ſint Zonaras, Cedrenus, Glycas aliiqve, & continuatores Theophanis, Simeon Magiſter, Georgius Monachus, Leo Grammaticus, Jo. Scylitzes &c. ſive recentiores Baronius, Spondanus, Antonius Pagi &c. & qvi de Imperatoribus copioſos commentarios edidere Jo. Cuſpinianus &c. & qvi Conſtantini hujus vitam ſingulariter compoſuit Martinus Hanckius de ſcriptoribus Hiſt. Byz. lib. 1. cap. 25.

1. Exſtant igitur ejus ad filium Romanum (à qvo deinde veneno impie ſublatus eſt) *de adminiſtrando Imperio liber* ſcriptus (ex parte * ſaltem) A. 6457. (CHriſti 949.) indictione ſeptima, & A. 6460. (CHRISTI 952.) indictione decima. Hunc primus è Codice Palatino, qvi prius Baptiſtæ Egnatii fuit, edidit *Joannes Meurſius* cum verſione ſua & caſtigationibus Lugd. Bat. 1610. 8. Deinde aliis Con-

* Cap. 27. εἰσὶ δὲ μέχρις τῆς σήμερον, ἥτις ἐστὶν ἰνδικτιῶν ἑβδόμη, ἔτη ἀπὸ κτίσεως κόσμου σύνζ. ἀφ' ἧς ἐμερίσθη ἡ Λογγοβαρδία, ἔτη ϛ'. & cap. 45. μέχρι τῆς σήμερον, ἥτις ἐστὶν ἰνδικτιῶν ί, ἔτη ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛνξ. ἐπὶ τῆς βασι-

2011 Ministerio de Cultura

Conſtantini hujus ſcriptis præmiſſum Lugd. Bat 1617. 8. Noviſſime eundem librum recudi curavit V. C. *Anſelmus Bandurius* Tomo priore Imperii Orientalis, addita verſione paſſim à ſe interpolata & emendata, ſuppletisq; in ea integris capitibus 23. & 24. de Iberia & Hiſpania, qvæ utpote nimis corrupta interpretari Meurſius non fuerat aggreſſus. Græca Bandurius caſtigavit ex MS. membranaceo Bibl. Regiæ 2661. ſcripto annis abhinc qvingentis, cujus ope qvam plurimas mendas ſuſtulit, eruditas & copioſas addidit notas, præmiſitqve tabulam Geographicam Imperii Orientalis, concinnatam à Geographo celeberrimo Gvillelmo Inſulano (*de l'Isle*), qva facies ejusdem qvalis fuit ſub Conſtantino Porphyrogenito & ejus prædeceſſoribus, apte repræſentatur.

2. *Tactica* ſive Βιβλίον Ταχτικὸν, τάξιν πολέμου τῶν ἐξ θαλάσσαν καὶ γῆν μαχομένων. liber Tacticus, mari terraq; pugnantium ordinationem continens. Primus edidit ſed Græce tantum & caſtigationibus ſuis illuſtravit idem *Jo. Meurſius* ex Codice Bibl. Palatinæ, cum aliis Conſtantini qvæ jam recenſeo ſcriptis Lugd. Bat. 1617. 8. Palatinus ille Codex deſcriptus fuit è Vindobonenſi, de qvo Lambecius VII. pag. 201.

3. Περὶ Θεμάτων *de Thematibus* ** *Imperii Orientalis & Occidentalis libri II.* Ex his librum priorem de thematibus Imperii Orientalis primus è codice Tho. Clementis Angli, Medici Mechlinienſis edidit & verſionem ſuam notasqve addidit *Bonav. Vulcanius*, Lugd. Bat. 1588. 8. apud Franciſcum Raphelengium. Liber poſterior de thematibus Occidentis ſive Europæ, qvem & ipſe editurum ſe Vulcanius receperat notis ad Agathiam p. 4. primus *Fed. Morellus* vulgavit cum verſione ſua & notis Pariſ. 1609. 8. Utramqve Vulcani & Morelli

Βασιλείας Κωνσαντίνε καὶ Ῥωμάνε τῶν Φιλοχρίσων καὶ πορφυρογεννήτων Βασιλέων Ῥωμαίων. Romanum intellige non ſocerum Conſtantini ſed filium, illum ipſum cui liber inſcribitur πρὸς τὸν ἴδιον υἱὸν Ῥωμανὸν τὸν Θεοσεφῆ καὶ Πορφυρογέννητον Βασιλέα. De Porphyrogeniti elogio videndus præter Cangium & alios Seldenus lib. 1. de titulis honorum cap. 5.

** Θέματα velati *impoſita* præſidia, vocatæ ſunt legiones militum. Hinc eodem nomine denotatæ ſunt Provinciæ ipſæ in qvibus Legiones in præſidiis locatæ fuerunt. Atqve eo ſenſu vocabulum iſtud Conſtantinus accipit etiam in libro de adminiſtrando Imperio ut c. 27. περὶ τῦ Θέματος Λογγοβαρδίας.

2011 Ministerio de Cultura

relli editionem Meursius conjunxit & cæteris Constantini scriptis addidit Lugd. Bat. 1617. 8. Novissime hos duos libros *Anselmus Banduriius* paullo ante mihi laudatus, ex Codice Regis Galliæ 2431. in charta bombycina ante annos 500. exarata castigavit, versionem novam, sive ex veteri plurimum interpolatam adjunxit, præmisitqve *Gvilelmi Insulani* tabulam Geographicam, qvæ Imperium CPolitanum qvale ab Heraclii ævo fuit per Θέματα digestum exhibet. Prodiit Bandurii Imperium Orientale, cujus Tomo priore, libri Constantini Porphyrog. ut posteriore editoris notæ continentur, Paris. 1711. fol. Non minus in his duobus libellis pulchram provinciarum & populorum qvi Imperio CPolitano parebant notitiam, eorumqve origines, & antiqvitates Constantinus complectitur, qvam libro de administrando Imperio de aliis etiam gentibus qvæ adjuvare illud vel lædere bello atqve infestare possent, qvemadmodum & earum origines, mores & instituta pacis belliqve exponit, unde non immerito librum illum tanqvam thesaurum servare se scripsit Egnatius, * cujus Codex MS. deinde pervenit in Bibl. Palatinam, ex qvo ipso Codice librum de administrando Imperio Meursius vulgasse se testatur.

4. *Novellæ constitutiones XIII.* cum versione & castigationibus *Jo. Leunclavii* ex ejus jure GræcoRomano T. 1, lib. 2. pag. 103. seq. & T. 2. in libro Novellarum pag. 139. seq. Francof. 1596. fol. α) *de alienatione fundorum*, cujus constitutionis Cedreno etiam memoratæ duo

* Jo. Baptista Egnatius Venetus, libro 2. de Principibus Romanis, ubi de Constantino Porphyrogenito: *Hic à litteris optimisque disciplinis non abhorrens, quas pæne extinctas ab interitu vindicavit; librum Romano filio reliquit, in quo summam totius Imperii, sociorum omnium fœdera, hostium vires, rationes, consilia explicuit, quem nos in Bibliotheca nostra, tanquam thesaurum, servamus, in quo multa de Venetis etiam ipse disserit.* Aliud exemplar hujus libri MS. qvod in Bibliotheca Reip. Venetæ diligentissime custodiri memorat Gyraldus dialogo V. de Poëtis pag. 282. *Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano filio reliquit, in quo summam totius Imperii, sociorum fœdera, hostium vires quæ & quantæ essent, aliaque omnia* ad *Imperium spectantia complexus est, quem librum hodie Venetorum Resp. in sua peculiari Biliotheca diligentissime custodiri facit.* Codicem Regis Galliæ, qvo usus Banduritus, laudavit Casaubonus præf. Polybio præmissa ad Henricum IV. *Servatur in locupletissima illa Tua, DOMINE, & vere Regia Bibliotheca, Constantini Augusti Porphyrogeniti liber - - Dignum opus quod Majestatis Tuæ jussu publicam aliquando lucem adspiciat.* Vide ibi, si placet, plura in ejus libri commendationem.

2011 Ministerio de Cultura

duo exempla paululum diversa una cum synopsi ejus à Mich. Attaliata composita afferuntur. β) *de potentibus in prædia pauperum* * *succedentibus* γ) *de militibus*, δ) *de restitutione pretii militarium prædiorum*, ε) *de fuga mancipiorum*, hujusqve Novellæ argumentum ς) *de non deferendo judicio ab iis qui actionem instituunt, & de his qui ad tres menses vel annum absunt.* ζ) *de eo quod judices civiles nihil accipere debeant* η) *de sportulis περὶ ἐκταγιατικῶν.* ϑ) *de consvetudinibus.* ι) *de testamentis aperiendis.* ια) *de consvetudinibus scribæ.* ιβ) *De his qui cædes committunt gladio, vel magnis fustibus, vel lapidibus, idque consulto.* ιγ) *De secundis, tertiis & quartis Nuptiis.* Duodecimam constitutionem ediderat etiam sed capite mutilam *Enimundus Bonefidius* in juris Orientalis libro I. p. 19. (Paris. 1573. 8.) qvem vide etiam pag. 15. ubi de alia Constantini hujus constitutione *περὶ τὸ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς δισγάμους καὶ μυλταμείους.* Constitutio XIII. *περὶ πολυγάμων*, adversus qvartas nuptias, eodem loco legitur pag. 16. seq.

Hisce in Meursiana Constantini opusculorum editione Lugd. 1617. 8. (post p. 252.) IV. *constitutiones Novellæ* subjiciuntur qvas è Codicibus Regiis edidit auctiores melioresq; *Carolus Labbeus* cum nova versione & castigationibus Paris. 1606. 8. α) *περὶ στρατιωτικῶν de militaribus fundis, quam dictavit Theodorus* Patricius & Qvæstor Decapolitanus. β) *De fundis Armenicis aliorum & homicidarum.* γ) *de sportulis, de aperiendis testamentis, & de eo quod certus ac definitus consvetudinum modus esse debeat.* Hanc dictavit *Theophilus* Patricius & Qvæstor. δ) *De sportulis, qua abrogatur superior constitutio,* permittens judicibus & scribæ sportulas accipere. Hanc dictavit *Theodosius* (idem qvi antè *Theodorus*) Patricius & Qvæstor Decapolitanus.

5. Leonis Sapientis & Constantini Filii *ἐκλογὴ τῶν νόμων, Delectus Legum compendiarius* ex MS. Palatino & Jo. Sambuci descriptus, & cum latina *Leunclavii* versione editus in jam laudato ejus jure GræcoRomano T. 2. pag. 79-134. Numerus anni qvo publicatus hic delectus fuit, corruptus est, & pro ϛτμζ legendum ϛϕμζ qvi respondet Anno CHristi 939. qvo Constantinus delectum Legum à Patre Leone fieri cœptum promulgare potuit.

De *Basilicis*, Basilii Macedonis & Leonis sapientis auspicio digestis, & à Constantino Porphyrogenito recognitis, dicendi lo-

* Meminit Codinus Orig. CPol. n. 157. edit. Lambecii.

2011 Ministerio de Cultura

di locus erit infra libro VI. ubi etiam de operis illius Synopsi & aliis Græcis JCtis.

6. Διήγησις περὶ τῆς πρὸς Ἄυγαρον ἀποσταλείσης ἀχειροποιήτου θείας εἰκόνος ΧΡΙΣΤΟΥ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. *Narratio de Imagine CHristi ab ipso ad Avgarum Edessæ Regem missa & Edessâ CPolin translata A. C. 944.* Latine legitur apud Aloysium Lipomannum atq; inde apud Surium ad 16. Augusti. Græce ex Regio Codice una cum nova versione sua notisqve primus vulgavit *Franciscus Combefisius* in fasciculo Originum & antiqvitatum CPol. pag. 75-101. Paris. 1664. 4. Conjecturam Lipomanni & Baronii (ad A. 944. n. 14.) qvi narrationem hanc Constantino Romani filio tribuunt, refellit præter Combefisium Hanckius de scriptoribus Hist. Byz. pag. 475. seq. & Antonius Pagi in Critica Baroniana ad A. C. 944. n. 5. seq. Exstat etiam hæc narratio MS. in Bibl. Vindobonensi, vide Lambecium VIII. pag. 195. seq.

7. *Orationem MS. de translatione reliquiarum S. Chrysostomi* laudat Allatius de purgatorio pag. 71. ad Georgium Acropolitam pag. 201. & de Simeonibus pag. 111. Incipit: Τί τερπνότερον καὶ νῦν ὁρωμένου θεάματος, ἢ τί λαμπρότερον τῆς παρούσης ἡμέρας; Titulus est: Λόγος εἰς τὴν ἁγίαν τὸ καὶ χρυσόστομον ἱερὸν σκῆνος ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐν τῇ βασιλιδι τῶν πόλεων ἀπετέθη.

8. *Theophanis Historiam* Constantini jussu *continuatam* memoravi supra pag. 349.

9. Supereſt præcipunm opus, qvod non ab ipso Constantino qvidem elaboratum, at egregio consilio ejus atqve auspiciis per varios viros peritos digestum est, κεφαλαιώδων ἐκθέσεων sive *Collectanorum* & *Excerptorum* Historico Politicorum & Moralium sub capitibus sive titulis LIII. * dispositorum, conqvisitorumqve ex probatissimis qvi-

* Auctor præfationis, singulis Excerptorum titulis præmissæ: Ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χρισιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέσερον πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανόησιν διακείμενος, καὶ δρασήριον ἐσχηκὼς νοῦν, ἔκρινε βέλτισον εἶναι καὶ κοινωφελὲς, τῷ τε βίῳ ὀνησίφορον, πρότερον μὲν &c. *Constantinus Porphyrogeneta Imperator omnium qui unquam fuerunt rectæ fidei tenacissimus & Christianissimus, ingenio præditus ad rerum pulchrarum perceptionem acutissimo, ea denique præstans intelligentia, ut facile quidvis ad effectum perduceret, illud primo fore optimum est ratus & vulgo omnibus utile, ut libros undique ex omnibus Orbis partibus doctri-*

2011 Ministerio de Cultura

qvibusqve Hiſtoricis omnis ætatis monumentis. Ex tribus hiſce & qvinqvaginta titulis non niſi duo, neqve illi integri plane ad nos pervenerunt, vigeſimus ſeptimus περὶ πρεσβειῶν, *de legationibus*, & qvinqvageſimus περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, *de virtute & vitio*. Tituli de legationibus alteram partem à *Johanne* qvodam *Politano* digeſtam ex Bibl. *Antonii Auguſtini* ArchiEpiſcopi Tarraconenſis vulgavit *Fulvius Urſinus* Græce Antvverp. 1582. 4. cum notis. In hac parte exſtant παραβολαὶ excerpta è *Polybio* pag. 1-228. è *Dionyſio* Halicarnaſſeo p. 295-312. è *Diodoro Siculo* p. 313. - - 333. ex *Appiano* p. 334-372. & è *Dione Caſſio* pag. 373-447. Alteram partem ejusdem tituli de legationibus, ex recentioribus paullo Hiſtoricis excerpta complexam & ab *Davide Hæſchelio* pridem vulgatam recenſui ſupra p. 230. ſeq. nunc tantum ex proœmio adſcribam catalogum ſcriptorum è qvibus illa Collectaneorum pars concinnata fuit: Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν. α', Πέτρου Πατρικίου καὶ Μαγίστρου, β', Γεωργίου μοναχοῦ χρονικῆς, γ', Ἰωάννου Ἀντιοχέως. δ' Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. ε', ς' Πολυβίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀππιανοῦ, ζ', Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου, η', Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, θ' Διοδώρου Σικελιώτου, ι' Δίωνος Κοκκιανοῦ, ια', Προκοπίου Καισαρέως, ιβ', Πρίσκου Ῥήτορος, ιγ', Μάλχου Σοφιστοῦ, ιδ', Μενάνδρου προτίκτορος, ιε', Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως τοῦ Σιμοκάττου.

Tituli de virtutibus & vitiis qvi in toto opere fuit qvinqvageſimus, priorem partem ex Inſula Cypro nactus *Nic. Fabricius Peireſcius* communicavit cum *Henrico Valeſio*, qvi ex eâ qvæ digna luce videbantur

doctrina varia refertos conquireret, deinde vaſtam illam librorum molem, qua lectores enecabat, cum præſertim moleſta plerisque omnibus & tædii plena ea res videretur, in partes minutas putavit diſtribuendam, & luculentam utilitatem quæ poterat inde percipi, oculis hominum exponendam. Adeo ut hoc delectu habito majori attentione & aſſiduitate lectioni incumbere ſtudioſi queant, & ſermonis facundiam altius ac penitius animo imprimere. Hoc amplius Imperator magno & felici conatu opus univerſum in ὑποθέσεις διαφόρους tractatus *diverſos numero* tres & qvinqvaginta *cenſuit diſtribuendum, in quibus* ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία, *quicquid magnificum habet Hiſtoria, incluſum continetur, neque ineſt quicquam Hiſtoriæ inſertum, quod partitionem hanc in hoſce tractatus effugerit. Neque vero ob diviſionem ſententiarum ſeries operis totius ullo modo corrumpitur, verum ſervat hæc ſynopſis, vel ut verius dicam hæc rerum cognatarum οἰκείωσις ſive adunatio in ſingulis partibus concinnandis unicuique tractatui convenientem rationem.*

2011 Ministerio de Cultura

ſelegit & cum verſione ſua notisqve doctiſſimis & fragmentis Polybii, Nic. Damaſceni & Dionis ſingulari ſtudio à ſe collectis vulgavit Pariſ. 1634. 4. In his excerptis (qvæ vulgo appellantur Peireſciana) leguntur ſelecta loca ex *Polybio* pag. 9-197. *Diodoro Siculo* pag. 221-413. ex *Nicolao Damaſceno* περὶ τῶν ἰδίων βίων καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαγωγῆς p. 414-489. ex *Dionyſio Halicarnaſſeo* pag. 529-545. ex *Appiano* pag. 465-567. ex *Dione Caſſio* pag. 569-769. ex *Johanne Antiocheno*, Monacho pag. 778-853. Excerpta cæteroqvi erat hæc collectaneorum pars ex ſcriptoribus qvatuordecim, qvi pag. 5. ſeq. hoc ordine recenſentur: Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν α', Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας, β', Γεωργίου Μοναχοῦ, γ', Ἰωάννου τοῦ Ἀντιόχου Μαλάλα χρονικῆς, δ', Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς ἱστορίας, ε', Διοδώρου Σικελιώτου καθολικῆς ἱστορίας, ς', Νικολάου Δαμασκηνοῦ καθολικῆς ἱστορίας, ζ', Ἡροδότου Ἁλικαρνησέως. η', Θουκυδίδου, θ' Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας καὶ ἀναβάσεως Κύρου καὶ Παρυσάτιδος. ι' Ἀρριανοῦ Ἀλεξ - - - ιά Διονυσίου Ἁλικαρνησσέως Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας, ιβ, Πολυβίου καὶ Μεγαλοπολίτου Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. ιγ, Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῆς τῆς Ἑπτὰ βασιλικῆς, ιδ, Δίωνος Κοκκιανοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Additur: καὶ οἱ ἑφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἑπιγράψονται. *Sequentes auctores in altero* (hujus nempe tituli) *volumine recenſebuntur.* Unde patet non integrum titulum de Virtutibus & vitiis, ſed priorem tantum ut dixi ejus partem in manus Valeſii incidiſſe, qvi ea libertate uti non dubitavit ut in his eclogis & ordine ſcriptores alio poneret, & ea qvæ vel jam edita exſtarent, vel indigna eſſent editione, omitteret ac reſcinderet.

Ex deperditis hujus operis titulis primus fuit, ut in præfatione diſerte traditur, περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως, *de Imperatorum Regumque renunciatione.* Cæterorum ultra viginti ab Hœſchelio & Valeſio obſervatorum hæc eſt notitia, literarum ordine à me deſcripta:

Περὶ ἀναλήψεως ἥττης *De reſtitutione exercitus victi.*
περὶ ἀνδραγαθημάτων *De fortiter factis.* p. 442. edit. Valeſii. & 473.
περὶ γάμων *De Nuptiis.*
περὶ γνωμῶν *De ſententiis.* pag. 258. edit. Valeſii & 225.
περὶ δημηγοριῶν *De Concionibus ſive Orationibus* id. pag. 87.
περὶ ἐθνῶν *De Gentibus.*
περὶ ἠθῶν *De moribus.*
περὶ ἐκκλησιαστικῶν *De Eccleſiaſticis rebus, perſonisque.*

περὶ

2011 Ministerio de Cultura

περὶ ἐκφράσεως *De deſcriptionibus.* Suid. in σάμβυκες.
περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας *De Hiſtoria Græca* (*Gentili.*)
περὶ Ἐπιβοῶν *De imploratione auxiliorum.*
περὶ Ἐπιβουλῆς *De inſidiis.*
περὶ Ἐπιστολῶν *De Epiſtolis.*
περὶ κυνηγεσίας *De venatione.*
περὶ νίκης *De victoria.*
περὶ οἰκισμῶν *De coloniarum deductione.*
περὶ παραδόξων, *De miris & inopinatis.* pag. 121. edit. Valeſii.
περὶ πολιτικῶν διοικήσεως, *De rerum civilium adminiſtratione.*
περὶ στρατειῶν *De expeditionibus militaribus.*
περὶ στρατηγημάτων *De ſtrategematis* pag. 34. & 42. edit. Valeſ. & 437.
περὶ στρατῶν *De exercitibus.*
περὶ συμβολῆς, *de prœliis.*

10. Conſtantini qvoq; hujus juſſu *Theophanes* qvidam *ſynopſin* totius *artis Medicæ* ex Oribaſii potiſſimum ſcriptis collectam ſeptem libris, ſive capitibus 296. digeſſit, & eidem Conſtantino inſcripſit. Incipit proœmium: πὰς παραταγείσας ἅπτομαὶ παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεῦ Αὐτοκράτορ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κ᾽ τὸ δυνατόν &c. Exſtat hoc opus aliqvoties Græce MS. in Bibl. Cæſarea Vindobonenſi. vide Lambecium lib. VI. pag. 114. 116. 157.

11. Eidem Conſtantino debemus *Collectionem Hippiatricorum* ſive *de Veterinaria Medicina libros duos*, capitibus 129. diſtinctos, ex ſcriptoribus pluribus hujus generis collectos & è Græco *Latine* verſos editosqve Pariſ. 1530. fol. interprete *Joanne Ruellio* Sveſſionenſi, qvi rei veterinariæ nomenclaturam & brevem Diodori de ponderibus & menſuris tractationem ſubjunxit. *Græce* hi primum vulgati ſunt à *Simone Grynæo*, Baſil. 1537. 4. MS. Codex plenior & alio ordine digeſtus fuit in Bibliotheca Cardinalis Seripandi atqve inde in Wittiana. Inſignis etiam codex ac vetuſtus membranaceus exſtat Cantabrigiæ in Bibl. Collegii Emanuelis, qvo uſum ſe teſtatur V. C. Petrus Needhamus in luculenta ſua, de qva mox, Geoponicorum editione. *Italice* etiam lucem viderunt Venet. 1543. 8. & Gallice per *Johannem Maſſeum* Campanum Pariſ. 1563. 4. Sed en tibi indicem Auctorum è qvi-

2011 Ministerio de Cultura

è qvibus Græci libri de veterinaria Medicina collecti ſunt, qvorum aliqvos, Abſyrtum, Chironem & Pelagonium laudat etiam P. Vegetius digeſtorum artis Mulomedicinæ latinus ſcriptor, de qvo dixi in Bibl. Latina lib. III. cap. 12.

INDEX Scriptorum è quibus Græci Hippiatricon ſive veterinariæ Medicinæ libri juſſu Conſtantini Porphyrogeniti collecti, & qui in illis memorati ſunt.

concinnatus á me ad paginas editionis Græcæ Baſileenſis.

Achaicus Nicænus, ad qvem Abſyrti ſive Apſyrti Epiſtola pag. 38.
Ælianus ad qvem ſcribit idem Apſyrtus pag. 110. Δέσποτα Αἰλιανέ.
M. Æmilius Hiſpanus, Decurio, ad qvem ſcribit Apſyrtus p. 175.
Africanus p. 268. *caput ϱ κ'δ. petitum ex Africani ceſtis f. 293. b. edit. Pariſ.*
Agathocles Hippiater ad qvem Apſyrti Epiſtola p. 98.
Agathotychus 7. 18. 109.
Ammonius Hippiater, Alexandrinus 33. ad qvem ſcribit Apſyrtus pag. 33. 129.
Anatolius 7. 55. 58. 144. 149. 192.
Antipater Alexandrinus, Hippiater, ad qvem Apſyrti Epiſtola 151.
Apellas Laodicenſis Hippiater ad qvem ſcribit Apſyrtus p. 86.
Apion Alex. ad qvem idem ſcribit p. 42.
Apolloniades Hippiater ad qvem ſcribit idem pag. 158.
Apollophanes amicus Apſyrti ad qvem ejus Epiſtola pag. 246.
Apſyrtus (Pruſæenſis vel Nicomedienſis Bithynus, qvi Conſtantini M. ætate ἱπποιατρικὸν βιβλίον teſte Svida ſcribit) ad Sabinum pag. 10. 1. 21. 29. 33. 37. 38. 41. 50. 53. 57. 60. 62. 64. 65. 70. 71. 72. 80. 82. 84. 85. 86. 87. 88. 90. 94. 97. 98. 100. 108. 110. 122. 139. 148. 151. 152. 166. 167. 177. 179. 180. 184. 190. 195. 196. 210. 213. 214. 217. 220. 223. 224. 232. 239. 244. 249. 256. 257. 281. 288. 290. 294. 296. 297. 298. 299. 300.

Ejus Epiſtola ad Hippiatrum qvendam. p. 146. ad Achaicum, Ælianum, Æmilium, Ammonium, Antipatuum, Apellam, Apionem, Apolloniadem, Apollophanem, Arcaditem, Arun-

2011 Ministério de Cultura

Aruntium, Aſclepiaddem, Bebium, Cajum, Celerem, Chæream, Damam, Damnatum, Degmium, Deman, Demetrium, Dionyſium, Dium, Epiphanium, Eudoxum, Frontones, Gallum, Hegeſagoram, Himerium, Herodionem, Juſtum, Q. Lollium Marullium, Marcum, Marium Decurionem, Memnonem, Menecratem, Numenios, Orionem Marcellum, Papiam, Paſicratem, Poſidonium, Poſtumium Ducem, Rufum Octavium, Sabinum, Secundum, Sennam, Getulium Severum, Statilium Stephanum, Tiberium Claudium Heraclidem, & Valentem. Vide ſingula hæc nomina ſuo loco.

Arcadiites ad qvem ſcribit Apſyrtus 70.

Archedemus 284.

Οἱ ἀρχαῖοι 53. παλαιοτέροις εἴωθε 156. ταῦτα μὲν ἐκείνοις εἴρηται μεγάλοις ἀνδράσιν 120. ἵνα ᾖ μὴ δίξωμεν τῶν περὶ ἡμῶν μεγάλων ἀνδρῶν ἐκβάλλειν τὰς ἀφορισμούς 121.

Archelaus 275.

Ariſtophanes Byzantius Hiſtoriam Ariſtotelis de animalibus in compendium miſit 4.

Ariſtoteles 173. ejus περὶ Φύσεως ζώων 4.

Armeniorum antidotus 185.

Arſipus ad qvem Pelagonii Epiſtola pag. 145.

Artemas τομεὺς ad qvem ſcribir Apſyrtus pag 164.

Aruntius Corinthius, ad qvem Apſyrti Epiſtola p. 147.

Aſclepiades ad qvem Epiſtola Apſyrti pag. 1. & 133.

Aſtrampſychus librum veterinarium de aſinorum curatione ſcripſit, teſte Suida.

Avxano, Αὐξάνων Hippiater 130.

Azanites 299.

Baſſus ad qvem ſcribit Hierocles p. 2.

Bebius Decurio ad qvem ſcribit Apſyrtus p. 222.

Beretius inter Veterinarios Medicos laudatus à Tiraquello.

Cajus Hippiater Alexandrinus, ad qvem Apſyrti Epiſtola p. 243.

Caſſius 28. idem forte cujus exſtant problemata.

Celer ad qvem Epiſtola Apſyrti 270. Δέσποτα Κέλερ.

Celſus 177.

Chæreas Alexandrinus ad qvem Apſyrtus ſcribit pag. 138.

Chiron 7.

Cimon vide infra, Simon.

Cleo-

2011 Ministerio de Cultura

Cleodamus Achnæus ὁ περὶ ἱππικῆς, καὶ παλοδαμαστικῆς γράψας. Stephanus.
Byz. in Ἄχναι.
Cleomenes Libycus 80. 94.
Cleomenes Lindius inter Veterinarios laudatus à Tiraquello.
P. Coccejus Juſtus. vide Juſtus.
Damas Laodicenſis, Hippiater, amicus Apſyrti cujus ad eum Epiſtola p. 65. 240.
Damnatus τομεὺς ad qvem ſcribit Apſyrtus p. 64.
Degmius, πλασικὸς ad qvem idem p. 60.
Demetrius Apſyrti avus, Hippiater, ad qvem ſcribit p. 41.
Democritus.
Didymus.
Diophanes.
Dioclis ὑγιεινὰ παραγγέλματα ad Regem Antigonum 235.
Dionyſius τομεὺς ad qvem ſcribit Apſyrtus pag. 29.
Dioſcorides 191.
Dius Hippiater, ad qvem civem ſuum ſcribit Apſyrtus p. 156.
Elenus, vide Helenus.
Epicharmus Syracuſanus pecudum medicinas diligentiſſime conſcripſit teſte Columella VII. 3.
Epiphanius Hippiater ad qvem eſt Apſyrti Epiſtola, p. 88.
Eudoxus τομεύς, ad qvem Epiſtola Apſyrti p. 238.
Eumelus Thebanus 12. Hippiater 38. 7. 27. 29. 40. 44. 47. 59. 61. 63. 82. 100. 107. 141. 142. 160. 166. 184. 189. 202. 217. 244. 248. 249. 254. 257. 264. 274. 289. 294. 300. 301. bis 302. bis.
Euripides 2.
Julius Fauſtus. Vide Julius. Florus, Φλῶρος p. 177.
Fronto Epheſius, Hippiater, ad qvem ſcribit Apſyrtus p. 197. alius Julius Fronto, Centurio ad qvem p 200. alius Cariſtanus Fronto ad qvem p. 53. alius Valerius Fronto ad qvem idem p. 183.
Gajus Alexandrinus. Vide Cajus.
Gallus ad qvem Apſyrtus ſcripſit. Δέσποτα Γάλλε. p. 252.
Georgius Gemmyngenus Germanus, quem inter veterinarios refert Tiraquellus c. 31. de Nobilitate p. 404.
Getulius Severus. Vide, Severus.
Gregorius 75. 307.

Hege-

2011 Ministerio de Cultura

Hegesagoras Medicus (κρατὶς ἰατρὸς) ad qvem exstat Apsyrti Epistola pag. 186.
Helenus Hippiater 207.
Hemerius sive Himerius potius 31. Apsyrti ad eum Epistola 140. Hippiater. ibid.
Heracleon Chiliarchus ad qvem scribit Apsyrtus 182.
Tiberius Claudius Heraclides. Vide, Tiberius.
Herodion Alexandrinus Hippiater ad qvem Apsyrti Epistola p. 211.
Herophilus equarius Medicus apud Valerium Max. IX. 15. 2.
Hesiodus 172.
Hierocles * 2. 13. 27. 34. 38. 40. 43. 52. 58. 61. 62. 63. 65. 67. 70. 80. 81. 83. 84. 85. 86. 87. 91. 94. 97. 99. 101. 105. 114. 121. 130. 132. 133. 136. 139. 140. 142. 144. 145. 148. 151. 152. 153. 155. 156. 157. 159. 164. 165. 167. 170. bis. 171. 172. 174. 178. 179. 182. 184. 187. 190. 192. 195. 196. 197. 198. 199. 201. 204. 205.

* Jo. Pearsonius præf. ad Hieroclem alterum, qvi in aurea carmina scripsit: *In XVI. Geoponicorum libro tria capita sunt quæ* Φερεκλέες *nomen præ se ferunt: sed cum liber ille ad rem veterinariam pertineat*, Ἱεροκλέους *legendum esse ostendunt Hippiatrica. Binos autem libros scripsit Hierocles* περὶ τῆς ἵππων θεραπείας, *hoc est*, de Morbis eqvorum curandis, *ut ipse testatur in Proœmio ad secundum Hippiatricorum capite sexagesimo; eosque à Basso rogatus cum confecisset, eidem postea dedicavit. Suntque hi duo libri quasi fundamenta Collectionis Veterinariæ, ad quorum formam methodumque reliquorum Epistolæ aut* ἀποσπασμάτια *redigi videantur. Fuit autem Hierocles ille non* ἱππιατρὸς, *aut inter equites Cæsarianos in armis versatus, ut Absyrtus, & Thecomnestus, sed Jurisprudentiam coluit, & causis agendis in foro operam dedit. Locuples ipse mihi testis in Operis Proœmio.* ἀλλ' εἰ καὶ καταλέειν ἡμᾶς ἑτέρων νῦν ἐχρῆν, ἔν τε δικασηρίοις παρέχειν χρείαν τοῖς δεομένοις, καὶ σπουδὴν περὶ ταύτας ποιεῖσθαι τὰς διατριβάς· οὐκ ἀτιμαστέον γε ὅμως τὴν σὴν ἀξίωσιν, ὦριστε Βάσσε. Etiamsi nos alios potius audire hoc tempore oporteat, & in judiciis copiam nostri postulantibus præbere, atqve hisce exercitiis operam dare; non tamen negligendum fuit optime Basse, qvod tu requiris. Ethnicum fuisse constat ex his ejus verbis pag. 3. κεκλήσθω δὲ ἡμῖν συμφορεῖς τῷ λόγῳ τῷδε Ποσειδών τε ἵππειος, ἀνθρώπων γένους σωτὴρ Ἀσκληπιῷ ὦ πάντως που καὶ ἵππων μέλει· εἰ δεῖ τι χείρωνι τῷ Κενταύρῳ καὶ τῶν ἐν Πηλίῳ διατριβῶν ἀξίως μεμνῆσθαι. Hippiatrica sub Hieroclis nomine edidit Jo. Masseus, *l'art veterinaire ou grande mareschalerie d'Hierocles auteur Grec, contenu en trois livres, par Jean Masse Champenois* Paris 1563. 4. Hieroclis Epistolam ad Titum de signis & notis eqvorum MS. in Codice Regis Galliæ 195, teste Labbeo pag. 100. Bibl. novæ MSS.

2011 Ministerio de Cultura

205. 209. 210. 212. 213. 214. 216. 217. 218. 219. 220. 222. 223. (ἐν δευτέρῳ βιβλίῳ 97. primi libri finis p. 171. ἐν συντάγμασι Φαρμάκων 205. 213.) 224. 232. 235. 239. 241. 243. 257. 270. 274. 285. 289. 291. 294. 297. 298. 300. 303. bis 304. ἐν τῷ δευτέρῳ μὲ βιβλίῳ 52.
Hieron 21.
Hieronymus 67. Libycus 13. 84. 86. 122. 204. 205.
Himerius vide Hemerius.
Ἱππασὸς Ἠλεὶς σύνταγμα, Hippasi Elei compositio 303.
Hippocrates mulomedicus 21. 28. 41. 59. 74. 85. 86. 109. 125. 131. 148. 155. 161. 167. 199. 204. 206. 221. 242. 245. 264. 270. 285. 297. 301. 303.
Ad Hippocratem Hippiatrum Apsyrti Epistola p. 70.
Julius Faustus Decurio, ad qvem scribit Apsyrtus p. 163.
Laurentius Rusius, &
Leontius Tiraquello inter Veterinarios memorati.
Litorius Beneventanus 26.
Q. Lollius Marullius ad qvem scribit Apsyrtus p. 150.
Lucius ad qvem scribit Pelagonius 279. 293.
Macedonum ὀστέοπαθον 181.
Mago Carthaginiensis 95.
Orion Marcellus. Vide Orion.
Verus Marcellus. vide Verus.
Marcus Hippiater ad qvem scripsiit Apsyrtus 90. 260. Alius Marcus Marius decurio ad qvem p. 253.
Mecco, Μήκων ὁ παλαιὸς 173.
Memnon Hippiater, ad qvem scribit Apsyrtus p. 156.
Menecrates Clazomenius ad qvem Epistola ejusdem Apsyrti p. 226.
Nephon 18.
Sextus Numenius ad qvem Apsyrti Epistola p. 39.
Numenius Hephæstionis F. Callipolites ad qvem scribit Apsyrtus pag. 119.
Numenius Alexandrinus ad qvem idem scribit pag. 153.
Rufus Octavius ad qvem Epistola Apsyrti pag. 228.
Orion Alexandrinus ad qvem scribit Apsyrtus pag. 8. Orion Marcellus, ad qvem Apsyrti ejusdem Epistola p. 226.
Osantri & aliorum Hippiatrica memorat Labbeus p. 122. Bibl. nova MSS.

Orion

2011 Ministerio de Cultura

Pamphilum, sæpe allegari in Hippiatricis scribit Clariss. * Needhamus qvod ægre mihi persvadeo, licet inter scriptores Veterinarios refertur etiam à Tiraqvello de nobilitate c. 31. p. 405. & in Catalogo Hippiatricis Græcis Basil. edit. præmisso. Mihi qvidem ne unus qvidem in illis occurrit locus è Pamphilo repetitus.
Papias Hippiater Antiochenus ad qvem Epistola Apsyrti p. 237.
Palicrates Alexandrinus Hippiater, ad qvem Apsyrti Epistola p. 247.
Pelagonius 8. 22. 23. 24. 31. 42. 56. 75. 82. 89. 90. 95. 100. 107. 126. 136. 143. 154. 155. 167. 176. 178. 185. 191. 207. 215. 216. 221. Ἀρίπῳ ἰδίῳ χαίρειν 145. ad Lucium Epistola p. 279. 293.
Pindarus 3.
Pistorius sive Πιστήριος Siculus 24.
Posidonius ad qvem scribit Apsyrtus pag. 134.
Ad Postumium Ducem, Apsyrti Epistola 259. Ποστουμίῳ δαὶ (leg. δαὶ) χαίρειν.
Qvintiliorum Georgica 4.
Qvintus Lollius Marullius. Vide Lollius.
Rufus Octavius ad qvem Apsyrti Epistola p. 228. *Alius Jordanus Rufus Calaber miles, cujus liber de cura equorum MS. in Codice Thuaneo 431.*
Sabinus ad qvem Apsyrtus scripsit pag. 10.
Sarmatarum mos castrandi eqvos 67.
Julius Saturninus. Vide Julius.
Secundus Hippiater ad qvem Epistola ejusdem Apsyrti p. 71. 94.
Sennas centurio, Hippiater ad qvem scribit Apsyrtus p. 156.
Getulius Severus, ad qvem Epistola p. 263.
Simon. Τά τε Σίμωνος ἀκόλουθα καὶ παλαιὰ τῆς ἱπποπαθείας αὐτῷ τρόπους ἐν τῷ παρ' Ἀθηναίοις ἐλευσινίῳ χαραξάντος καὶ σημήναντος ἐν τοῖς χήμασι. 3. Athenienfis 173. 261. Male *Cimon* hic dicitur apud Svidam in Ἄψυρτος & Κίμων ubi ἱπποσκοπικὸν ejus βιβλίον θαυμάσιον commemorat. Et apud Tzetzem Chil. IV. versu 483. ἱπποτροφία Μεγακλῆς καὶ Κίμων Ἀθηναῖοι. Rectius Simon in Hippiatricis hisce, tribus locis & apud Svidam in τρίλλη, & apud Clementem Alex. VII. Strom. pag. 761. Plinium XXXIV. 8. Julium Pol-

* Testatur notis ad Geoponica se usum vetusto Codice MS. Hippiatricon è Bibl. Collegii Emanuelis Cantabrig.

2011 Ministerio de Cultura

Pollucem II. 4. sect. 12. & antiqviorem his omnibus Xenophontem libro de eqvitatu.
Statilius Stephanus Medicus, ad qvem scribit Apsyrtus p. 143.
Stratonicus 202. 220
Tarentinus (Heraclides) 4. 220.
Theomnestus 16. 31. 45. 69. 73. 81. 84. 85. 92. 99. 106. 108. 123. 130. 141. 143. 167. 185. 190. 205. 215. 229. 236. 237. 250. 254. 268. 297. 302.
Tiberius 20. 27. 72. 90. 96. 101. 137. 168. 169. 191. 208. 227.
Ad Tiberium Claudium Heraclidem Clazomenium Epistola Apsyrti p. 258.
Titus ad qvem scripsit Hierocles. Vide supra in Hierocle.
Tyrannius Varro, ad qvem Apsyrtus scribit pag. 37. Τυραννίῳ Βάρωνι χαίρειν.
Valens Decurio ad qvem scribit Apsyrtus p. 131.
P. Vegetius, latinus Mulomedicinæ scriptor, Græcos hujus argumenti auctores consuluisse se non diffitetur, sed paucos laudat de nomine. Ita vero in præfatione: Licet proxima ætate & *Pelagonio* non defuerit & *Columellæ* abundaverit dicendi facultas, verum alter eorum (*Columella*) cum rusticæ rei præcepta conscriberet, curas animalium levi admonitione perstrinxit: alter (*Pelagonius*) omissis signis causisqve morborum, qvasi ad doctissimos scriberet, tam magnæ rei fundamenta neglexit. *Chiron* vero & *Absirtus* diligentius cuncta rimati, eloqventiæ inopia ac sermonis ipsius vilitate sordescunt. *Citatur Chiron Centaurus ab eodem Vegetio lib. I. cap. 17. lib. IV. cap. 8. & 13. 14. 27. Pelagonius IV. 13. 27. & Absirtus IV. 13. 14. 22. 27. Alios Mulomedicos sive κτηνιάτρους scriptores de nomine ab eo allegari non memini. E latinis Columellam laudat & præf. Celsum III. 4. p. 42.*
Verus Marcellus ad qvem Apsyrti Epistola p. 57.
Xenophon Atheniensis, Grylli F. περὶ ἱππικῆς p. 3. 261.

12. Deniqve certum est *Geoponica* etiam jussu & auspiciis *Constantini* hujus *Porphyrogeniti* collecta fuisse, ut eos fugerit ratio, qvi de *Constantino Magno*, vel ut Cornarius de *Constantino Pogonato* cogitarunt. Certe Constantino nostro Leonis Sapientis filio soli & ex asse competit elogium, qvod auctor hujus συναγωγῆς in præfatione ad Constantinum scripta ait eum omne genus doctrinæ & omnes

2011 Ministerio de Cultura

omnes disciplinas summo studio instauraſſe, vocatqve eum τερπνὸν τῆς πορφύρας ἀπάνθισμα, qvibus verbis ad Porphyrogeniti appellationem aperte alludit. Ecqvis vero Constantini hujus jussu qvem etiam XX. 6. verbis, ὦ τιμιώτατε, alloqvitur auctor, collectionem ipsam composuerit, atqve opus hoc in *XX. libros* distributum, (qvorum primores duodecim sunt de agricultura, octo postremi de cura rei pecuariæ) ex variis scriptoribus ita digesserit, * adhuc puto esse incertum. Cum enim plures ante illam ætatem de agricultura non modo ipsi scripserint, sed etiam collectanea ejusmodi ex aliis scriptoribus composuerint, facile factum est ut illis adscriberetur hoc opus, qvi recte nominari potuere inter eos è qvibus ipsum est congestum. Sic *Cassio Dionysio Uticensi* fuerunt qvi hos libros tribuerent, qvoniam nimirum XX. libros de re rustica ex XXVIII. libris Magonis Carthaginiensis Punice scriptis contractos & Græce compositos Varro lib. 1. de re rustica commemorat. Alii ut Joannes Harduinus ad Plinium suspicantur *Vindanionium Anatolium Berytium* esse auctorem, qvoniam Photius ejus συναγωγὴν γεωργικῶν ὑπομνευμάτων commemorat Codice CLXIII. qvam ait libris XII. digestam esse ex Democrito, Africano, Tarantino, Apulejo, Florentino, Valente, Leone, Pamphilo ac Diophane, & in qvibus hi dissident, in illis Leoni plurimum tribui. Non dubium est primoribus duodecim Geoponicorum qvæ exstant libris fundi loco hos duodecim libros Vindanionii fuisse, qvi in illis jam sub Vindanionii, jam Anatolii jam Berytii nomine allegatur, at hujus qvam habemus Georgicon collectionis auctor non possit esse ille Vindanionius scriptor Photio antiqvior, nedum qvi tot sæculis eum anteceſſit Dionysius Uticensis, cum Geoponica qvæ habemus, Constantini Porphyrogeniti tempore, hoc est centum amplius post Photium annis collecta esse constet. Supereſt *Cassianus Bassus* Scholasticus, à qvo γεωπονικὰς hasce ἐκλογὰς congestas esse multi viri docti sibi persvaserunt, MStorum ut videtur Codicum auctoritate persvasi. Itaq; Basso eas tribuunt Erasmus adagio *alauda in nido*, Hadr. Junius lib. 1. cap. 20. & lib. 6. cap. 1. Animadversionum & in adagiis p. 164. & 288. Nicolaus Rigaltius ad Artemidorum p. 30. & præfat. ad Demetrii ἰεροσκοόφιον, Barthius XXI.

* Varias sententias recensui pridem in Decade Decadum edita Lipsiæ A. 1689. 4. capite ultimo sive centesimo. Videnda etiam C. V. Petri Needham prolegomena Geoponicis præmissa & Placcii τῦ μακαρίτυ theatrum Pseudonymorum n. 716.

2011 Ministerio de Cultura

23. Adversar. Tho. Gatakerus p. 33. Adversar. & ad Antoninum pag. 86. Bodæus à Stapel notis ad Theophrastum de plantis passim, qvo in opere non pauca Geoponicon loca erudite illustrat, & Salmasius qvi novam illorum editionem ex Codicibus Palatinis adornare voluit, libro de annis climactericis p. 839. & proœm. ad Solin. & p. 1269. & ad Theocriti syringem p. 214. & ad jus Atticum p. 370. atq; alibi in suis scriptis. Pridem etiam in Bibliothecæ Gesnerianæ continuatione scripsit Simlerus, *Cassiani Bassiani* (leg. *Bassi*) *librum vetustissimum MS. dici apud Monachum quendam in Italia latitare, putarique eundem esse qui nunc Constantini Cæsaris nomine de agricultura circumfertur.* His adde qvod V.C. Petrus Needhamus testatur in Codice MS Barocciano Geoponicon libro 2. præfigi hunc titulum: ἐκ τῶν περὶ Γεωργίας ἐκλογῶν Κασσιανοῦ Βάσσου σχολαστικοῦ βιβλίον δεύτερον περιέχει τάδε. Marqvardus qvoq; Gudius qvi editionem Basileensem cum tribus Codicibus Bibliothecæ Palatinæ collatum nactus fuit (è qvo Geoponica post scriptores latinos de re rustica à se editos, emendatius vulgare constituerat Commelinus) & postea eandem A. 1669. contulit cum MS. Chartaceo in 4. Bibliothecæ Gottorpiensis Ducis Sereniſſimi Holsatiæ, titulum operis ita concipit: Γεωπονικὰ ἐκ τῶν περὶ γεωργίας Ἐκλογῶν Κασσιανοῦ Βάσσου σχολαστικοῦ. Sed ex hoc ipso titulo suspicari potius licet Bassum hunc non ipsum esse Geoponicon auctorem, sed ipsum etiam referendum inter eos, è qvibus Geoponica qvalia hodie exstant aliqvis post eum Constantini Porphyrogeniti tempore collegerit. Nam qvod ajunt hunc esse illum Bassum ad qvem scripsit Hierocles Hippiater, ut non pugnem verum esse, contra illorum sententiam militat Hierocles enim iste, ut supra notavi, Ethnicus scriptor & Porphyrogeniti ævo superior fuit, neqve ipse Hippiatrica collegit. Deinde Cassianus si esset Geoponicorum qvalia hodie habemus auctor & collector, atqve se ipse de nomine allegasset, certe allegasset freqventius qvam bis, siqvidem de eodem argumento scripsisse se voluisset ostendere, & majoris momenti observationes è libro suo produxisset. Itaqve suffragari non dubito Mausaco qvi A. 1615. ad Plutarchum de fluminibus p. 194. *Nec adhuc constitutum est*, inqvit, *quis Geoponicorum verus auctor. Nam de Cassiano Basso quod dicunt, non est verum, licet Hierocles Medicus veterinarius adeum scripserit. Multo minus quæ de Vindanionio Anatolio Berytio* &c. Minus etiam verisimilis eorum sententia, qvi *Florentino* hos libros institutionum Agriculturæ tribuunt, est enim Florentinus inter

2011 Ministerio de Cultura

inter eos è qvo Vindanionium ſua collegiſſe Photius ſcribit, atq; idem ni fallor, qvi in Hippiatricis decurtato nomine Φλῶρ@ appellatur. Neqve ita intelligendus vir præſtantiſſimus Franciſcus Redi in libro de generatione inſectorum p. 74. *Sed Juba Libyæ Rex apud Florentinum libro decimo quinto Inſtitutionum Agriculturæ, attributarum Conſtantino Pogonato Imperatori*, ac ſi Florentinum is librorum horumce auctorem habuiſſet, ſed allegat tantum Florentini locum libro XV. Geoponicon capiti 2. inſertum, in qvo Juba citatur. Primoqve loco ponitur hic Florentinus inter eos, è qvibus etiam Geoponica qvæ habemus collecta traduntur in argumento libri 1. qvod in MS. Gottorpienſi inſcribitur : Ἐπιγραφὴ τῶν ὀνομάτων τῶν ἀφ' ἡς γεωργίας συγγραψάντων. Sunt autem nomina hæc : σωσίλεκτος ὁ ἐκ τῶν Φλωρεντίνου καὶ Οὐινδανιωνίου, καὶ Ταραντίνου, καὶ Ἀνατολίου, καὶ Βηρυτίου, καὶ Διοφάνους, καὶ Λεοντίου, καὶ Δημοκρίτου καὶ Ἀφρικανοῦ Βασσῶν, καὶ Παμφίλου καὶ Ἀπσυλήου, καὶ Βάρων@ καὶ Ζωροάστρου, καὶ Φρόντων@, καὶ Παξάμου, καὶ Δαμιγέρουτ@ * καὶ Διδύμου καὶ Σωτίων@ καὶ Κυντιλίων. Ne objectet qvis Caſſiani Baſſi nomen in his non fore omiſſum niſi ipſe Caſſianus collectionis hujus eſſet auctor, nam ex indice ſcriptorum infra ſubjiciendo apparebit longe plures ſcriptores eſſe in hoc proœmio non nominatos, ex qvo plurima tamen Geoponicis inſerta ſunt. Viderit porro Colomeſius, qvi in Gallia Orientali pag. 194. pollicitus eſt ſe de Geoponicis plura dicturum fuiſſe in Critico Gentili. Certe auctor collectionis hujus gentilis non fuit ſed Chriſtianus, ut jampridem in Decade Decadum Lipſiæ ſub Jo. Alberti Fabri nomine edita ** annotavi. Qvanqvam vero

* Ita hoc nomen ſcribitur in qvatuor Codd. MSS. non Δαμογέρουτ@.

In Volumine secundo Bandurius Historiæ Byzantinæ lucem insignem affundit partim tabulis æneis nitide in æs incisis, partim eruditis notis & commentariis in scripta priore tomo comprehensa.

Tabulæ æneæ qvatuor præmissæ urbem *CPolin* repræsentant pro vario urbis statu per varia tempora, 1) qvalis ab Anonymo Latino describitur divisa in XIV. Regiones tempore Theodosii junioris: 2) qvalis describitur ab Anonymo Græco qvi Alexii Comneni tempore vixit, divisa in partes tres. 3) qvalis fuit sub Joanne Palæologo, penultimo CPol. Imperatore, ex Christophori de Bondelmontibus Florentini libro de Insulis Archipelagi, MS. in Bibl. Regia Paris. qvem ad Cardinalem Jordanum de Civitate Rhodi misit A.C. 1422. 4) qvalis hodie cernitur, atq; à Grelotio delineata est. Similiter *Anaplus Bosphori Thracii* duabus Tabulis repræsentatur, 1) uti ex Dionysio Byzantio, sive qvi hunc secutus est Petro Gyllio pridem à Gvil. Sansonio descriptus fuit. 2) ex delineatione Domini de Combes. Deniqve exhibetur singulari tabella *prospectus Propontidis atque Hellesponti.*

Numismatum Byzantinorum tabulas septem post p. 456. sive qvæ Byzantina veteri Rep. adhuc florente, sive qvæ sub Imperatoribus cusa sunt, magnam partem è Gazophylacio Regis Christianissimi, reliqva è Fucaltiano Bandurius depromsit.

Specimen diptychi eburnei *Consularis* p. 492. qvale dederat Sirmondus notis posterioribus ad Sidonium lib. VIII. Epist. 6. Tom. I. Operum pag. 1060.

Columna Historiata qvam CPoli Arcadius Imp. pridem è marmore erigi curavit, & in qva Theodosii Patris gesta, nec non ædificia ab utro-

* Videtur ille locus de Theophanis prosapia & de Constantino Porphyrogenito additus ab alio, non ab ipso Constantino.

2011 Ministerio de Cultura

utroqve Augusto exstructa repræsentantur, Tabulis XIX. per partes pulchre descriptam exhibet post p. 508. Confer qvæ de eadem Cangius in CPoli Christiana lib. 1. pag. 78. & Claudius Franciscus Menetrerius S. I. qvi eandem columnam ære depingi curavit & copiose descripsit Paris. A. 1703.

Pag. 632. è Codice Regio charactere unciali noni sæculi scripto, (in qvo Opera Nazianzeni exstant) in una tabella exhibentur *Ordinatio S. Nazianzeni*, *Victoria Constantini M. contra Maxentium* & *inventio S. Crucis* per Helenam Constantini M. Matrem.

Post pag. 664. *Circi* sive *Hippodromi CPolitani* à Constantino M. exædificati reliqviæ, qvales adhuc superfuere centum ante captam CPolin annis, ex Onufrii lib. 1. de ludis Circensibus.

Pag. 667. *Anaglypha* in latere septentrionali stylobatæ *Obelisci*, qvi ex lapide Thebaico in medio Hippodromo CPol. erectus erat, descripta ex Jac. Sponii & Georgii Wheleri Itinerariis. Præterea *Tripus æreus Apollinis*, qvi in eodem Hippodromo fuit, & *Columna* marmorea *Marciano* Imp. à Tatiano qvodam posita, alteraqve Porphyretica, qvæ etiamnum CPoli visitur.

Pag. 745. Ichnographia *Templi Sophiæ* CPol. Ejusdem prospectus exterior septentrionalis & occiduus qvalis hodie cernitur p. 752. atqve meridionalis pag. 756. Prospectus interior versus altare pag. 758. & prospectus altari adversus, versus ostia pag. 762. omnia ex *Josephi Grelotii* accurata descriptione ex ejus Itinerario CPolitano qvod Gallice prodiit Paris. 1680. 4. atqve inscribitur: *Relation nouvelle d'un voyage de Constantinople*, * *enrichie de plans levez sur les lieux, & de tout ce qu'il y a de plus remarquable de cette ville*.

Pag. 790. *Naturæ multimammæ imago* ex pyla marmorea antiqva Romæ obvia qvam repræsentavit Lambecius lib. 2. p. 738.

Pag. 937. *Imago Synodi CPolitanæ* universalis adversus Macedonium & Apollinarem habitæ, imperante Theodosio Magno, deprompta ex Codice MS. noni sæculi operum Nazianzeni, ex qvo Bandurius pag. 632. alias icones exhibuerat, & de qvo consulendus

* Hujus libri lectione vehemens sæpe desiderium CPolis adeundæ sibi injectum testatur V. C. Hadrianus Relandus, lib. de religione Muhamedica p. 151.

2011 Ministerio de Cultura

Montfauconus in Palæographia Græca pag. 250. ſeq. & Franciſcus Louvard in Conſpectu Operum Nazianzeni. Obſervare licet in hac imagine Synodi, in medio ſummo loco poſitum thronum, cui non inſidet ſed proximus ante Epiſcopos aſſidet Imperator: in throno poſitum eſt magnum volumen explicatum, Sacræ Scripturæ videlicet, ad cujus oracala exigi omnia oportet.

Pag. 991. Imagines Joannis Baptiſtæ, Conſtantini M. Matrisqve Helenæ, Manuelis & Joannis Palæologorum, & Joſephi Patriarchæ CPol. qvi Florentiæ obiit, è Codice Regio 3058. complexo Antiqvitates CPolitanas, qvas primis qvatuor libros Bandurius edidit.

Poſt pag. 1007. Tabulæ ſex celebriorum ædificiorum CPoli ab Imperatoribus Mahumetanis conditorum qvæ hodie ibi ſuperſunt, 1) Ichnographia & proſpectus templi Sultani Achmed. 2) Proſpectus Solimaniæ ſive ſuperbi Templi à Solimanno exſtructi. 3) Ejusdem Ichnographia. 4) Proſpectus Templi cui nomen Validea. 5) Clauſtri pro Gynæceo Imperatorio (Grand Serrail) & Palatii proſpectus. & 6) Clauſtri porta ſive introitus. E Grelotio ſupra laudato, una cum ejus deſcriptione, lingva Gallica.

Deniqve in notis ad Conſtantinum Porphyrog. pag. 118. & 119. exſtant varia Alphabeta Slavonica.

De Scriptoribus ineditis, qvorum fragmenta inſignia, vel opuſcula integra Bandurius Commentariis ſuis in Antiqvitates CPol. inſeruit.

ATHANASII Macedonis, qvi ab XIV. Octobr. A. C. 1289. ad XVI. Octobr. 1293. atqve iterum ab 3. Auguſt. A. 1304. ad 1310. Patriarcha CPol. fuit, (de qvo plura Pachymeres ipſi infeſtus, & non minus amicus illi Gregoras) ſcripta pleraqve ſive memorat ſive ipſa exhibet Bandurius, è qvo & Clariſſ. Boivinii notis ad Nicephorum Gregoram pag. 755. ſeq. licebit notitiam illorum hoc loco tradere.

In Codice Chartaceo qvem Regiæ Bibl. Pariſ. donavit ArchiEpiſcopus Dux Rhemenſis, Carolus Mauritius Tellerius habentur.

2011 Ministerio de Cultura

tur hæ Athanasii illius Epistolæ & Opuscula, qvæ descripsisse se & in latinum sermonem vertisse testatur Bandurius p. 962.

Πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα, *Ad Imperatorem* (Andronicum Palæologum juniorem) χάρτα sive Epistolæ 1. περὶ τῶν ἀρχιερέων τῶν εὐσεβουμένων ὧδε, *de Episcopis CPoli degentibus, cum deberent ad Ecclesias suas redire.* Confer infra, 10. & 52.

2. *De incursibus circa urbis muros & portas, neque permittendum esse quempiam cum armis urbem introire.*

3. *De expellendis qui nefaria agunt, nec differenda illorum pœna, præcipue in circuitu S. Sophiæ.*

4. περὶ τῆς ὀρθῆς δόγματος, *de recta fidei doctrina.*

6. *De legitimo connubio.*

8. *De eleemosyna, & rogatio consilii circa captivos.*

9. *De non committendis per nuncios certis negotiis, sed coram significandis.*

10 13. 15. 16. 17. 31. 44. 45. *de residentia Episcoporum, & quod non debeant plus sex mensibus à suis Ecclesiis abesse, uti legibus & canonibus statutum est, & ne habitent in Regia urbe.* adde 1. 52. 63. 75. Ex his Epistolis *tres* latine vertit ediditqve Franciscus Turrianus ad calcem libri de residentia Pastorum. Florent. 1551. Addidit etiam Latine alias *quinque* hujus Athanasii Epistolas ejusdem Argumenti ad Episcopos, qvæ in Codice Regis Galliæ non exstant.

12. *Propter Chrysobulla*, ubi de rebus temporalibus monasteriorum administrandis.

14. & 22. *Ut justitia, temperantia, veritas & misericordia immutabiles serventur.*

20. *Ut instituat liberos & subditos omnes secundum DEI bene placita.* Græce occurrit apud Bandurium pag. 614.

21. *De conversione ad DEum, & ut cognoscat unusquisque privata & publica, & de strepitu facto.*

23. *Ne bona facere Imperator differat.*

24. Περὶ τῶν θεοκτόνων Ἰουδαίων *de Deicidis Judæis, ut ex urbe discedant.* Græce apud Bandurium p. 614.

25. 26. *Quantam subditorum curam Imperatores gerere debeant.* In principio sanctor. Jejuniorum Indict. IV. & V.

27. De

2011 Ministerio de Cultura

27. *De festo Nativitatis CHristi, rogans venerandum emitti decretum, ne quis à vespera Sabbati & Regiæ Festivitatis in balneum aut tabernam ad bibendum intromittatur.*

28. 39. *Adhortatio in festo Dormitionis S. Deiparæ.*

29. *Exhortatio ad misericordiam.*

30. *Quod ii qui cum Imperatore in Catechumeneis conveniunt, non ad preces sed ad voluptates respiciant.*

32. *Ne per dilationem illa parva delicta quæ referuntur, sine remedio maneant, neve litteræ solum in sorulos immittantur.*

33. *De domibus privatis quæ templis conjunctæ sunt, & hoc grave esse delictum. Adde infra, 49.*

34. *Ut commisereatur iis qui Paxen (τὴν Παξῆ) è carcere eduxerunt.* Idem forte qvem κατζίμπαξιν Pachymeres appellat.

37. 38. 55. *Adhortatio ad sepulturam Salvatoris concelebrandam.*

40. *De asserenda in libertatem Ecclesia CHristi.*

41. *Quod non ex humanò affectu, sed tantum charitatis causa hæc referat.* adde 64.

42. *De iis qui sitiunt populum DEI devorare sicut escam panis, & quod ipse condoleat plus quam amici & cognati de ærumnis quæ accidunt.*

43. *Ne omittat pro dono sibi collato conferenti DEO dignos referre fructus.*

46. *Ut Oenæotæ beneficium impertiat.*

47. *Quæ merces ei danda, qui in S. DEI Ecclesia Synodicum retulerat.*

48. *Contra turpis lucri cupidos, & de privilegiis Ecclesiæ.* Græce & Latine apud Bandurium p. 983.

49. *De honorandis & exornandis Divinis Templis, quod neminem deceat in Catechumeneis habitare, neque domos quorundam Divina Templa contingere par sit.*

50. *Ut ne cuivis loquenti aurem præbeat Imperator, nec colonos ab agris colendis coërceat.*

51. *De impudentibus, sanguinariis, & in malitia locupletibus.*

52. *Quod ii quibus gladius à DEo traditus est, non ad tradentis placitum illo utantur, & ut Tyrius & Alexandrinus Episcopus ex Urbe discedant.*

53. *Relatio Patriarchæ Athanasii & congregatæ apud eum Synodi ad Andronicum Palæologum Imp. de quibusdam juris capitibus, per modum νεαρᾶς sive* No-

2011 Ministerio de Cultura

Novellæ *quam Imperator approbavit.* Locum ex ea profert Boivinius ad Gregoram p. 757.

56. 57. 58. *De fame qua populus laboravit, ac ne inscio Patriarcha frumentum væneat, vel pretium augere liceat.*

60. *Quod ii qui amore ducuntur DEi, placita suggerant & magna vi perficere nitantur, id sibi lucro esse rati.*

61. *Quod Orthodoxis recte statutum sit ut Divina Templa excitent, iis qui in diversis locis ad hoc deputati sunt, concedenda, ut divini Canones enunciant.*

62. *Ut curet combustibilia ligna suppeditari, quo possit Patriarcha pulmentum pauperibus coquere.*

63. *Ut quisque Episcopus in sua Ecclesia resideat, Et de Clericis qui officiorum & rogæ causa (ὀφφικίων καὶ ῥογῆς ἕνεκεν) contumaces sunt.*

64. *Quod ea quæ ad Imp. refert, non amicorum, cognatorum, munerum aut gloriæ causæ referat. adde 41.*

66. *Adhortatio ut Ecclesiam componat, & subditos ad vitam secundum Leges deducat.*

67. *De Despota Joanne Palæologo, Imperatoris filio.*

69. *Quod Augusta graviter succenseat filio suo felicissimo Despotæ, (παιδὶ τυχερωτάτῳ Δεσπότῃ.)* Hortatur ut Imperator permittat Filio Matrem adire ad hujus dolorem leniendum.

70. *De Despota & filio Imperatoris Joanne, ut pro sumtibus & pro dignitate necessaria ipsi subministrentur.*

71. *De publicorum negotiorum administratore qui quendam induxit ut sacri imaginem Salvatoris percuteret ac dejiceret, ac de eo qui frumentum abripere ausus est.* Accusat impietatis qvendam Operum publicorum redemtorem, qvi imaginem Salvatoris, Templi fastigio impositam dejecerat.

72. *De iis qui nolebant festum Divorum Apostolorum celebrari: & quod ipse Imperator non passus sit ut id prætermitteretur, & sacræ liturgiæ in donum miserit pretiosam ac pulchram tunicam talarem.*

73. *De Domino Niphone, Cyziceno Episcopo, & de accusationibus ipsi objectis.* Græce apud Bandurium p. 984.

74. *Gratiarum actio, quod cum in tanta Mundi cura constitutus sit Imperator, non alteri primas detulerit in reducenda ove quam periisse audierat.*

2011 Ministerio de Cultura

76. *Ut post DEum sive in dextris sive in siniſtris à ſpiritalis Patris nutu pendeat.*

77. *Ut provideat fructuum & panis venditionem juſtam eſſe*, ubi de Dermociata, de fame, & de Latinis Byzantiorum pecunia ditatis.

Hactenus Epiſtolæ πρὸς τ̃ Αὐτοκράτορα ad Imperatorem Andronicum.

78. Γράμμα διεγερτικὸν βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας. καὶ πᾶν τὸ ὑπήκοον πρὸς μετάνοιαν καὶ μετάνοιαν, *Epiſtola qua Imperatores, Principes & omnes ſubditi ad converſionem & pœnitentiam excitantur.*

5. *Epiſtola ad eum qui librum dono, χάριν καινισηΐας miſerat, cui poſtea remiſſus fuit.*

7. *De congregandis in Choræ Monaſterium Pontificibus, ut ad Imperatorem communis utilitatis cauſſa ſimul conveniant.* Græce apud Bandurium pag. 615.

11. *Ad magnum Diœcetam, ut per injuriam ablata reſtituat.*

16. *Epiſtola ne quis Paſtor ovile deſerat.*

18. Πρὸς τὸν βασιλέα, *ad Imp. Dominum Michaëlem, ut inter ſexcentas curas etiam de iis quæ in Baptiſmate promiſimus ſolliciti ſimus.*

19. *Epiſtola ad Dominam Mariam Armenam Auguſtam*, ſcripta ſtatim poſt adventum ejus ex Armenia, de qvo Gregoras. VI. 8. Hiſt.

35. 36. *Quod oporteat omnes ad Salvatoris ſepulturam celebrandam concurrere.*

54. Γράμμα συγκαλῶν βασιλεῖς τε καὶ ἄρχοντας, ἱερεῖς τε καὶ μοναζοντας &c. *Epiſtola qua cohortatur Imperatores, Principes, Sacerdotes & Monachos, ut nudis pedibus cum divinis Imaginibus proceſſionem obeant.*

59. *Ad Auguſtam, quod oporteat eam cum Conjuge concordem eſſe.* Pertinet ad diſſidia qvæ fuerunt inter Andronicum Imp. & uxorem ejus Irenem, de qvibus Gregoras.

65. Γράμμα σηλιτευτικὸν, *Invectiva qua perſtringitur* Johannes *quidam* Drimys, *qui execrandam ſibi ſocietatem conciliarat contra gregem CHriſti, contra Eccleſiam & à DEo coronatum Imperatorem.* Græce & Latine apud Bandurium p. 970. ſeq.

67. Πρὸς ποιμένας *ad Paſtores, ne Monaſteria ſubdita quaſi propriam poſſeſſionem ſibi attribuant aut vendant, aut aliis tradant, niſi prout Canonice ſtatutum eſt.*

75.

2011 Ministerio de Cultura

75. *Epistola de Monachis qui arbitrio suo sacros Canones conculcarunt, & à Monasterio suo aufugerunt.*

79. *Abdicatio prioris Patriarchatus* A.C. 1293. de qva Pachymeres II. 23. & III. 24. Hist. & Nicephorus Gregoras VI. 7. Eam Græce è Codice Regio exhibet Jo. Boivinius notis ad Gregoram pag. 757. qvamvis per errorem typographi vocatur παραίτησις τῆς δευτέρας πατριαρχείας. Græce & Latine Bandurius pag. 968.

80. *Posterior Patriarchatus abdicatio* A. C. 1310. de qva Gregoras VII. 9. Illam Græce exhibet Boivinius in notis jam laudatis p. 762. Græce & Latine occurrit apud Bandurium p. 976. seq.

81. *Sanctissimis DEI Præsulibus, gloriossimo Senatui, & honoratissimis è Clero Sacerdotibus & Monachis, iis etiam qui militiam exercent, ac Civibus divitibus, pauperibus, viris & mulieribus.* Græce & Latine apud Bandurium, ibid.

82. *Ad Magistrum libellorum supplicum, de electione qua creatus Patriarcha fuerat Episcopus Cyzici,* Nipho. A. C. 1310. Græce apud Bandurium p. 985.

83. Γράμμα ἀνεπίγραφον seu *fragmentum in quo accusatus Athanasius provocat ad Synodum, ut si crimina objecta vera esse putent, deponatur & ignominose ejiciatur: sin minus, delatores puniantur.*

84. *Quomodo & quare prima & secunda Patriarchatus abdicatio facta sit.* Græce & Latine apud Bandurium p. 978. seq. Etiam Græce pars legitur in notis Boivinii ad Gregoram p. 763.

EUDOCIÆ sive EUDOXIÆ *Macrembolitissæ*, Augustæ qvæ Constantini Ducæ primum deinde ab A.C. 1068. *Romani III. cognomento Diogenis* Imp. conjux fuit, eoq; post qvadriennium capto, excœcato & extincto in Monasterium relegata est, opus ineditum * Ἰωνιὰ *Violarium* sive collectio spissa varii argumenti digestaqve ordine Alphabeti-

* Scripsit præterea πλόκαμον Ἀριάδνης, *Filum Ariadnes*, versibus Heroicis, & τὰς τῶν γυναικῶν χρείας, *de mulierum officio*, & τί δεῖ τὰς βασιλίδας ἀσκεῖν *qua in re Imperatrices exerceri debeant*, soluta oratione, & περὶ διαίτης Μοναζόντων

2011 Ministerio de Cultura

betico, ad Romanum Diogenem Conjugem. Titulus est: Εὐδοκίας τῆς Μακρεμβολιτίσσης βασιλίδος Κωνσταντινουπόλεως Ἰωνιά * (ita malim cum Cangio legere, qvam ut in Clariss. Montfauconi Palæographia Græca pag. 298. semel iterumqve excusum est Ἰώνια) ἤτοι συναγωγὴ Θεῶν, ἡρώων τε καὶ ἡρωϊκῶν γενεαλογίας, καὶ τῶν περὶ αὐτὰς μεταμορφώσεων, μύθων τε καὶ ἀλληγοριῶν τῶν παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐυρισκομένων, ἐν ᾗ καὶ περὶ διαφόρων σοφῶν, πρὸς τὸν Φιλόχριστον καὶ εὐσεβέστατον βασιλέα Ῥωμανὸν τὸν Διογένην, νικητὴν, προπαιδχον. *Eudociæ Macrembolitissæ Imperatricis CPolitanæ Violarium, sive collectio de Genealogia Deorum, Heroum, Heroinarum, & de metamorphosibus ad ipsos spectantibus, de fabulis & allegoriis quæ apud veteres reperiuntur. Ubi etiam de variis sapientibus & eruditis viris, ad CHristi amantem & piissimum Imperatorem Romanum Diogenem, victorem & tropæis ornatum.* MS. exstat in Bibl. Colbertina, recenti charactere exaratum, & freqventer laudatur à Cangio in Glossario Græco. Indicem vero capitum dedit V. C. Anselmus Bandurius notis ad Antiqvitates CPol. pag. 818. seq. qvem hoc loco subjungere, qvoniam plurimorum scriptorum Græcorum memoriam continet, operæ pretium dixi. Numeros capitum & latinam versionem ipse addidi.

Πίναξ τοῦ παρόντος βιβλίου. *Index hujus libri.*

1. Περὶ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ περὶ τῶν ἐπωνυμιῶν καὶ ἰδεῶν αὐτῆς. De Minerva & ejus cognominibus & formis. 2. Διὰ τί Ἀθηνᾶ, καὶ τινὲς τῶν ἄλλων Θεῶν οἱ μὲν τοῖς Ἕλλησιν, οἱ δὲ τοῖς Τρωσὶ συμμαχοῦσι; Qvare Minerva & qvidam ex cæteris Diis, alii Græcos alii Trojanos juverunt? 3. Περὶ τοῦ πῶς ἡ Ἀθηνᾶ παρθένος ὂσα τίκτει δράκοντα; De eo, qvo-

σῶν de vita Monialium, qvæ qvidem in Proconnesi sive Marmaræ Monasterio asservantur, ut in margine procemii Codicis Colbertei annotatum esse Montfauconus & Cangius testatur. Atqve hic etiam p. 48. ad Zonaram monet in Codice altero Colbertino, qvemadmodum & in Codice Regio 2977. fieri Clariss. Kusterus me monuit, ad hanc Eudoxiam referri Homerocentra. Εὐδοξίας τῆς ἀδελφῆς τῆς κυρᾶς Ζωῆς Ὁμηροκέντρα. *Homerocentones*, inqvit Montfauconus, *qui jamdiu editi fuerunt, scripsisse creditur Eudocia Macrembolitissa, cujus opusculi Codex habetur in Bibliotheca Collegii Ludovici Magni.* Notum tamen est à Jo. Zonara T. 3. p. 37. & Jo. Tzetze Chil. X. vers. 57. & 89. Homerocentones referri ad Eudociam antiqviorem, Theodosii junioris conjugem, Leonis sive Leontii Philosophi filiam, de qva dixi lib. 2. c. 7. §. 4. De illa etiam agunt Socrates VII, 21. Evagrius I. 20. Theophanes p. 72. ibiqve Jac. Goar in notis pag. 569. Chronicon Alex. p. 312. seq &c.

* Sic Mich. Apostolius scripsit Ἰωνιὰν de qva dixi lib. IV. cap. 9. §. 9.

2011 Ministerio de Cultura

qvomodo Minerva cum virgo esset, pepererit Draconem. 4. De Apolline. 5. De Apolline & Diana. 6. Qvare Diana Ἐλαφηβόλῳ, à cervis petendis dicatur? Et de Actæone. 7. Περὶ τῦ αἵματος τῦ ἐπιβαιμίυ. De sangvine super aram effuso. 8. De Marte. 9. Περὶ τῦ Ἄρεως τρώσεως, καὶ τῆς ἐν τῷ χαλκοκεράμῳ τύτυ κατακλείσεως. De Martis vulneratione, ejusqve inclusione in æneo carcere. 10. Περὶ τῦ ᾅδυ de orco sive inferis. 11. Περὶ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τῶν αἰσχρῶν μυςηρίων αὐτῆς. De Venere ac turpibus ejus Mysteriis. 12. Περὶ τῦ τῆς Ἀφροδίτης ἐραςῦ. De Veneris amasio. 13. Περὶ τῦ Ἀπιδῶ φάτνης. De Apidis præsepi. 14. De Æolo. 15. De Minya Æoli F. 16. De Æsculapio. 17. De Æsculapii liberis. 18. De Atlante. 19. De Æaco. 20. De Antæo. 21. Περὶ Ἀντιόπης καὶ τειχισμῦ Θηβῶν. De Antiopa & Thebis muro cinctis. 22. De Amphione. 23. De Alcmæone. 24. De Actæone. 25. Περὶ Ἀβάριδῶ ὄϊςυ. De sagitta Abaridis. 26. De Atalanta & Melanione. 27. De Alcestide. 28. Περὶ Ἀλκμαίωνῶ τῦ ἐξ Ἀμφιάρεω. De Alcmæone Amphiarai F. 29. De Amphiarao. 30. De Agamemnone. 31. De Agenore. 32. De Ancæo. 33. De Adonide. (Infra c. 51.) 34. Περὶ Ἀδώνιδῶ κήπων καὶ δένδρων Ταντάλυ. De hortis Adonidis & Tantali arboribus. 35. De Athamante. 36. De Acmone. 37. De Ajace Locrensi. 38. De Ajace Telamonio. 39. De Ægæone. 40. Περὶ Ἀιγιόχυ Διός. De Jove scutigero. 41. Περὶ αἰγίδος τῆς Διός. De scuto Jovis. 42. Περὶ αἰγοκέρωτῶ. De capricorno. 43. Περὶ αἴδῶ κυνέης. De orci galea. 44. De Æeta. 45. Περὶ Ἀισήμυ. De Æsemo. 46. De Acasto. 47. De Acrisio. 48. Περὶ Ἀκτοριώνων. De Actoris filiis. 49. De Alectryone. 50. De Alexandro Paride. 51. De Adonide. (Supra c. 33.) 52. Περὶ Ἀλετρίδων. de molitricibus. 53. De Alcimeda. 54. Περὶ Ἀλκυονίδων ἡμερῶν. De diebus Halcyoniis. 55. Περὶ Ἀλιτηρίων. De iis qvi molas Athenis diripuerunt. 56. Περὶ Ἀλοσύδνης. De Halosydna. 57. Περὶ Ἀλωϊάδων. De Aloidis. 58. Περὶ Ἀμαδόκων. De Amadoco utroqve, Patre & filio. 59. De Amazonibus. 60. Περὶ Ἀμαλθείας καὶ τῦ κέρατος αὐτῆς. De Amalthea & Amaltheæ cornu. 61. De Amymone. 62. De Amphidromiis. 63. De Alpheo fluvio. 64. Περὶ ἀνιπλοπόδων καὶ χαμεύνων. De illis qvos Homeros Iliad. π. 235. illotis pedibus & humi cubantes vocat. 65. Περὶ τῦ ἀςρονομεῖν καὶ ἀριθμὸν καὶ λογισμὸν ἑυρεῖν, καὶ θύειν καὶ γεωμετρεῖν καὶ περὶ ὀνειρομαντείας καὶ οἰωνιςικῆς. De Astronomiæ

2011 Ministerio de Cultura

miæ ſtudio, & numeri ac computi inventione, nec non de Sacrificiis, Geometria, divinatione è ſomniis, auſpiciisqve. 66. Περὶ ἀλυργίδος, ἤτοι τῆς πορφύρας βαφῆς ἱσορία, καὶ πῶς τὴν ἀρχὴν ἐυρέθη ἡ πορφύρα. Καὶ πῶς τὰ ζῶα νῦν οἱ Φοίνικες θηρῶνται. De purpuræ infectione narratio, & qvomodo primum inventa fuerit, & qva ratione Phœnices muricem piſcentur. Confer Cangii appendicem gloſſarii Græci in κογχυλευταί. 67. Ὅτι Αἰγύπτιοι διάφορα τῶν ζώων ἐσέβοντο. Qvod Ægyptii varia animalia coluerunt. 68. De Anthemocrito. 69. De Anticlea. 70. De Antinoo. 71. De Amphinomo. 72. De Alcinoo. 73. De Antiphato. 74. De Admeto. 75. De Amphictyone. 76. De Æſimo. 77. De Aërope. 78. Æneæ Genealogia, & Aſtyanactis atqve Emathionis. 79. Abantis Genealogia. 80. De Antilocho. 81. Περὶ Ἀπύγων καὶ Μελαμπύγων. De Apygis & Melampygis. 82. De Ægypto ejusqve liberis. 83. De Ambrace. 84. De Ammone. 85. De Acrone Medico. 86. De Agapio. (Infra c. 102.) 87. De Apollonide Hiſtorico. 88. De Acuſilao. 89. De Anaximandro. 90. De Antipatro. 91. De Apollonio Aphrodiſienſi. 92. De Alexandro Myndio. 93. De Adriano Rhetore. 94. De Athenodoro. 95. De Æſchine. 96. De Abante. 97. De Anaximene. 98. De Alexandro cui cognomen πηλοπλάτων, qvaſi luteum Platonem dicas. 99. De Alcmæone Philoſopho. 100. De Anaxarcho. 101. De Anaxagora. 102. De Agapio (ſupra c. 86.) 103. De Anaximandro. 104. De Anaximene. 105. De Antiſthene. 106. περὶ Ἀκύλα de Aqvila (Rhetore ni fallor) 107. De Alexandro Ægæo. 108. De Alcidamante. 109. Περὶ Ἀμμωνίου τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου, de Ammonio qvi etiam dictus Alexander. 110. De Apollonio Tyanenſi. 111. De Rhetore Antipatro. 112. De Apollonio Athenienſi Rhetore. 113. De Antiocho Rhetore. 114. De Andocide. 115. De Andromacho. 116. De Androtione. 117. De Antiphonte. 118. De Androclide. 119. De Apollonio Archebuli. 120. De Agathia Scholaſtico. 121. De Alexide Comico. 122. De Alcæo Tragico. 123. De Alcæo Comico. 124. De Alcmane Lyrico. 125. De Anacreonte. 126. De Anaxandride. 127. De Anaxippo. 128. De Antimacho. 129. De Antiphane. 130. De Apollodoro. 131. De Apollonio Solenſi. 132. De Apollophane 133. De Apollodoro Tarſenſi. 134. De Ara-

2011 Ministerio de Cultura

Arato. 135. De Abrone Grammatico 136. De Alexandro Mileſio. 137. De Alexandro Ætolo. 138. De Anterote. 139. De Apione. 140. De Apollodoro Grammatico. 141. De Apollonio Dyscolo 142. De Ariſtarcho. 143. De Ariſtonico. 144. De Ariſtophane (Grammatico) 145. De Arcadio Grammatico. 146. De Archibio. 147. De Aſclepiade. 148. De Aſtyage. 149. De Ariſtogene Medico 150. De Ariſtogene Cnidio. 151. De Archigene. 152. De Apſyrto. 153. De Ariſtide Rhetore. 154. De Ariſtogitone. 155. De Apollonio Naucratita. 156. De Ariſtocle. 157. De Harpocratione. 158. De Aſpaſio. 159. Περὶ Ἀφαρεώς de Aphare. 160. De Apſine. 161. De Æſopo Sophiſta. 162. De Ariſtæneto. 163. De Arriano Poëta. 164. De Arione. 165. De Ariſtæo. 166. De Ariſtomene. 167. De Ariſtonymo. 168. De Archedico 169. De Aſtydamante Tragico. 170. De Archippo. 171. De Aſtydamante juniore 172. De Auguſto Cæſare. 173. De Augea Comico. 174. De Achille Poëta. 175. De Avtocrate. 176. De Achæo Tragico 177. De Ænico. 178. De Æſchrione. 179. De Arceſila, Academico Philoſopho. 180. De Arriano Philoſopho. 181. De Arignote. 182. De Ariſtocle. 183. De Ariſtippo. 184. De Ariſtoxeno. 185. De Arnuphi. 186. De Æſchine, Socratico. 187. De Archelao. 188. De Harpocratione Platonico. 189. De Africano. 190. De Anacharſide. 191. De Artemidoro. 192. De Archimede. 193. De Archyta Tarentino. 194. De Androclide. 195. De Ariſtandro vate. 196. Περὶ Ἀπατυρίων de feſto Apaturiorum. 197. Περὶ τὸ ἄπαγ' εἰς μακαρίαν λεγομένυ, de eo qvod dicitur, abi in Macaream inſulam. 198. Πόθεν Αὐσονες οἱ Ἰταλοὶ λέγονται; unde Itali Auſoniorum nomine appellentur. 199. Περὶ τῆς Αἰνείυ ἀρχῆς καὶ τῆς τότυ εἰς Ἰταλίαν ἀπόπλυ de principatu Æneæ & ejus navigatione in Italiam. 200. Arceſilai genealogia. 201. De Atreo. 202. De Antigona. 203. De Harmonia Cadmi uxore. 204. De Ariadne. 205. De Agenore. 206. Περὶ Ἄργυ de Argo centoculo. 207. Περὶ Ἀργῦς de Argo navi. 208. Περὶ Ἀπίδων de Apidis. 209. Περὶ ἀςρῶυ ἄρκτυ, de urſa ſidere. 210. De Arne Nympha. 211. De Harpyjis. 212. De Aſtarte. 213. De Aſteria. 214. De Aſtyanaſſa. 215. De Aſtydamia. 216. De Aſtyoche. 217. De Aſphalione. 218. De Au-

2011 Ministerio de Cultura

Augia. 219. De Acheronte. 220. Unde Græci Achæorum nomen acceperint. 221. De Artibio Persa. 222. Genealogia Achillis. 223. De Apsyrto Æetæ F.

224. De Baccho. 225. Περὶ Βριμῶς De Brimone, Cereris cognomento. 226. De Bellerophonte. 227. De Coma Berenices. 228. De Belo ubi etiam de Babylone. 229. De Borea. 230. De Briareo. 231. De Brizone. Περὶ Βριζῶς. 232. De Biante. 233. De Bronto. 234. De Bacidis. 235. De Batto. 236. De Vero περὶ Βήρω. 237. De Basilico Sophista. 238. De Bacchylide Lyrico. 239. De Battone. 240. περὶ Βαίρῶς. 241. De Bolo Democritio. 242. De Biante. 243. De Bolo Pythagoreo. 244. De Bione. 245. περὶ βωθοίνα Ἡρακλέως de Hercule boves mactante.

246. περὶ Γάγγω τῦ δεκαπήχεως. De Gange Æthiopum Rege, statura decem ulnarum. 247. De Ganymede. 248. De Gargitta (Γαργίτω) cane. 249. περὶ γεωργίας πῶς εὑρέθη, qvomodo agricultura inventa sit. 250. De Geryone. 251. De Glauco Athenienſi. 252. De Glauco Minois. 253. De Glauco marino. 254. περὶ Γιγάντων τῶν σπαρέντων καὶ φυέντων αὐθημερῶν, de Gigantibus satis & eadem die nascentibus. 255. De Gorgonibus. 256. De Gyge. 257. De Gesio Jatrosophista. 258. De Gajano Rhetore. 259. De Genethlio. 260. De Gorgia. 261. De Glaucone.

262. De Dædalo. 263. de Idæis Dactylis. 264. περὶ τῆς Δαιμόνων λιχνείας, de gulositate Dæmonum. 265. de Danaë. 266. de Dardano. 267. de Daphne. 268. de Danao. 269. Δελφίνιος διὰ τί ὁ Ἀπόλλων; qvare Apollo dicatur Delphinius? 270. περὶ τῦ δέρατος τῦ χρυσομάλλυ de aureo vellere. 271. de Deucalione. 272. περὶ δημάρχων de principibus populorum Atticæ. 273. de Delphico tripode. 274. περὶ Δήμητρος, de Cerere 275. περὶ Δήμητρος καὶ ἑστίας, de Cerere & Vesta. 276. de Didone. 277. περὶ δικασηρίων τῶν ἐν Ἀθήναις de judiciis Athenienſium. 278. de Diomede. 279. de Dionyso sive Baccho. 280. de eo qvod Dionysus fuerit androgynus sive Hermaphroditus. 281. περὶ τῶν κομμένων καὶ διεσπασμένων τὸν Διόνυσον, de iis qvi Bacchum conſciderunt & distraxerunt. 282. de Dioscuris, Castore & Polluce. 283. περὶ διμήτορος de bimatre Baccho. 284. de Durateo eqvo Trojano. 285. περὶ δρυὸς τῆς Δωδωναίας καὶ τῦ λέβητος de qvercu Dodonæa & delebe-

2011 Ministerio de Cultura

lebete. 286. de Dorippe. 287. de Damaſte Chronographo. 288. de Democrito Hiſtorico. 289. de Demetrio Ilei (ὁ Ἰλεως) 290. de Damoſtrato. 291. de Didymo. 292. de Dictye. 293. de Diodoro. 294. de Dionyſio Mileſio. 295. de Dionyſio Rhodio. 296. de Dione. 297. de Doride. 298. de Dexippo Medico. 299. de Dioſcoride. 300. de Dracone. 301. de Damiano Sophiſta. 302. de Dexippo. 303. de Dinarcho. 304. de Dionyſio Mileſio. 305. de Demade. 306. de Dionyſio Halicarnaſſeo. 307. de Dione Pruſæo. 308. de Dinolocho Comico. 309. de Damoxeno 310. de Dicæogene. 311. de Diogene Oenomao. 312. de Diocle. 313. de Dionyſio Mytilenæo. 314. de Dionyſio Byzantio. 315. de Dionyſio Corinthio. 316. de Dexippo. 317. de Daphida Grammatico. 318. de Demetrio Ixione. 319. de Didymo. 320. de Dicæarcho. 321. de Diogeniano. 322. de Dionyſio Grammatico. 323. de Dracone. 324. de Damaſcio Philoſopho. 325. de Damophilo. 326. de Democrito. 327. de Didymo. 328. de Dicæarcho. 329. de Demetrio Phalereo. 330. de Diodoro Valerio. 331. de Diodoro Crono. 332. de Dionyſio Tyranni filio. 333. de Dionyſio Metathemeno. 334. de Dione. 335. de Diagora. 336. de Diogene Phyſico. 337. de Dione Pruſæo ſive Pruſaënſi. 338. de Domnino Philoſopho. 339. de Diogene Cynico.

340. Περὶ εἰρεσιώνης, de ramo olivæ ex qvibus primitias fructuum Athenienſes ſuspendebant. 341. περὶ τῦ ἐς Κυνόσαργες λεγομένυ de Cynoſarge, Athenis. 342. de Hecuba. 343. de Hecate. 344. περὶ τῶν ἑκατονταχείρων de centimanis Gigantibus. 345. De Elara, Tityi matre. 346. περὶ Ἐλεγείδος τῆς καὶ Πειρῦς. de Elegiide Pirone. 347. De Idothea 348. Qvare Minerva dicta Ἐλλωτίς. 349. de Helle & Phrixo. 350. de Empuſa. 351. de Endymione. 352. διὰ τί ἐνόρχης ὁ Διόνυσος; 353. de Ennyone. 354. de Epeo. 355. de Epicrate. 356. de Epimenide. 357. de Erechtheo. 358. de Erinnybus ſive Furiis. 359. de Helena. 360. de Hermete ſive Mercurio. 361. de Erote ſive Cupidine. 362. de Erichthonio. 363. de Heſperidis. 364. de Eveno 365. de Evmæo. 366. de Eurybato. 367. de Eriphyle. 368. de Eurypylo. 369. de Euryto. 370. de Europa & Agenore. 371.

2011 Ministerio de Cultura

de Eſcheto. 372. de Hecatæo Hiſtorico. 373. de Hellanico Mileſio. 374. de Hellanico Mytilenæo. 375. de Evagora. 376. de Ephippo. 377. de Euſtathio. 378. de Ephoro. 379. de Hermagora Rhetore. 380. de Evodiano. 381. de Epiphanio Sophiſta. 382. de Heliconio Byzantio. 383. de Hermogene. 384. de Eudemo. 385. de Euſebio Arabio. 386. de Euſtochio Sophiſta. 387. de Epigene Comico. 388. de Epimenide. 389. de Epicrate. 390. de Epinico. 391. de Epicharmo. 392. de Eripho. 393. de Hermippo. 394. de Evthycle. 395. de Eumolpo. 396. de Evodo. 397. de Eupolide. 398. de Euphorione. 399. de Euphorione Chalcidenſi. 400. de Euphrone. 401. de Epaphrodito Grammatico. 402. de Helladio Grammatico. 403. de Hermolao. 403. de Eugenio. 404. de Eudæmone. 405. de Irenæo. 406. de Hecatæo. 407. de Empedocle. 408. de Empedotimo. 409. de Epicteto. 410. 411. de Eratoſthene. 412. de Epicuro. 413. 414. de Hermagora. 415. de Epicharmo. 416. de Epaminonda. 417. de Hermia. 418. de Eudoxo.

419. De Zamolxide. 420. De Zeuxippe. 421. De Jove. 422. περὶ Διὸς πάντα γινομένυ διὰ τὰς γυναῖκας. De Jove mulierum cauſa in omnes formas mutato. 423. περὶ τῦ νεφεληγερέτυ Διὸς πρὸς τὴν Ἥραν. De Jovis ſermone ad Junonem. 424. περὶ τῦ ἐμπεσόντ@ φόβυ τῷ Διΐ. de Jovis timore. 425. περὶ τῆς σωνένυσεως τῶν ὀφρύων καὶ συγκινήσεως τῶν τῦ Διός. de nutu Jovis & motu capillorum. 426. περὶ τῦ ἐν Κρήτῃ τάφυ τῦ Διός. de Jovis ſepulchro in Creta. 427. ποσαχῶς ὁ Ζεὺς, ἤτοι περὶ τῶν ἐπωνυμιῶν αὐτῦ. Qvotmodis dicatur, ſive de Jovis cognominibus. 428. περὶ τῦ γάμυ τῦ Διὸς καὶ Ἥρας, de Jovis & Junonis nuptiis. 429. de Zetho & Amphione. 430. de Zeto & Calaide. 431. de Zopyro Babylonio. 432. de Zenobio Sophiſta. 433. de Zoilo. 434. de Zoſimo. 435. de Zenodoto Grammatico. 436. de Zenodoto Epheſio. 437. de Zonæo. 438. de Zenone Eleate Philoſopho. 439. de Zenone Sidonio. 440. de Zenone Tarſenſi. 441. περὶ Ζήνων@ τῦ Μυασέως. 442. de Zenone Citieo. 443. de Zoroaſtre. 444. de Zoromaſdre, περὶ Ζωρομάσδρυ. 445. de Zoſimo.

2011 Ministerio de Cultura

446. De Hebe. 447. de Eetione. 448. περὶ Ἡλίου καὶ τῶν παίδων αὐτῆς, de Sole ejusqve liberis. 449. de Junone. 450. περὶ τῆς Ἥρας ἐν τῷ αἰθέρι καὶ ταῖν νεφέλαις κρεμαμένης σιδηροδέτου. De eâdem vincta ferreis catenis & in æthere atqve nubibus ſuſpenſa. 451. περὶ τοῦ τῆς Ἥρας ἐν τῷ Ἄργει ἱδρύματος, de Junonis monumento in Argo. 452. de Hercule. 453. de Heroibus apud Græcos. 454. de Elyſio campo. 455. πόσοι καὶ τίνες οἱ Ἀργοναῦται Ἥρωες, καὶ τίνων καὶ πόθεν; Qvot & qvinam Heroës Argonautæ, qvibus ex gentibus & unde? 456. τίνες οἱ Ἥρωες οἱ τὸν καλυδώνιον συῶν κτείναντες; qvinam Heroës Calydoniæ ſuis interfectores? 457. de Vulcano. 458. De Vulcani anathematis, Venerisqve & Dianæ, Mercurii & Amorum.

459. περὶ Θεογονίας de Deorum generatione ac genealogia. 460. de Thetide. 461. de Thamyride. 462. de Therſite. 463. de Theſeo & Pirithoo. 464. de Theognide Tyranno. 465. de Thraſybulo. 466. de Thalete ſapiente, περὶ Θαλοῦ τοῦ σοφοῦ. 467. de Theanone. 468. de Theæteto Aſtrologo. 469. de Theodoſio Tripolita. 470 de Theophraſto. 471. de Theone Alexandrino & aliis. 472. de Theodecte Rhetore. 473. de Theodoro Sophiſta 474. de Theodoro Gadareno. 475. de Theocrito Rhetore. 476. de Theopompo. 477. de Theone Sophiſta. 478. de Theramene Athenienſi. 479. de Thraſymacho. 480. de Thalete Poëta. 481. de Theogneto. 482. de Theognide. 483. de Theodoro. 484. de Theocrito. 485. de Theopompo. 486. de Theophilo. 487. de Theſpide. 488. de Themiſtogene Hiſtorico. 489. de Theſeo. 490. de Thucydide.

491. De Januarii imagine. 492. de Jaſione. 493. de Idæis Dactylis. 494. 495. περὶ Ἰάσονος καὶ πῶς ἀπέκειτο αὐτῷ κληρονομῆσαι τὸ χρυσόμαλλον δέρας de Jaſone & qvomodo ipſi contigit aureum vellus ſortiri. 496. de Ida. 497. de Idmone. 498. de Ilaone. 499. de Inone. 500. de Ixione. 501. de Icario, parente Penelopes. 502. de Hippodamia. 503. de Hippodamo. 504. de Iſide. 505. de Iſtiæa. 506. de Itye. 507. de Iphigenia. 508. περὶ Ἰκαρίου τοῦ παρὰ Διονύσου λαβόντος τὸ τῆς ἀμπέλου κλῆμα καὶ φυτεύσαντος, καὶ τῆς Ἠριγόνης τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς, καὶ ὅτι παρὰ χίοις πρώτοις ἐγένετο ὁ μέλας οἶνος. De Icario qvi à Baccho ramum vitis accepit plantavitqve, & de Erigone

2011 Ministerio de Cultura

gone ejus filia, & qvod apud Chios primum natum est vinum nigrum. 509. de Iphicle. 510. de Jone. 511. de Jamblicho Philosopho. 512. de Jasone. 513. de Hierocle. 514. de Hipparchia. 515. de Hipparcho. 516. de Hippoboto. 517. de Histiæo. 518. de Jasone Historico. 519. de Hippye. 520. de Istro. 521. de Hippocrate & aliis. 522. de Hippia Rhetore. 523. de Isæo. 524. de Isocrate. 525. de Iphicrate. 526. de Ibyco Poëta. 527. de Idæo. 528. de Jophonte. 529. de Jone. 530. de Hipparcho. 531. de Hipponacte. 532. de Cadmo. 533. διὰ τί καίειν τὺς νεκρὺς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐποίυν, qvare apud priscos cadavera combusserint? 534. de Cæneo. 535. διὰ τί τὴν κώμην ἔτρεφον οἱ Ἕλληνες, qvare comam Græci aluerint? 536. περὶ Καρνέων, ἑορτῆς τῦ Ἀπόλλωνος, de Carneis, festo Apollinis. 537. de Castalia. 538. de Cecrope. 539. qvare Diana vocetur Celadine. 540. de Centauris. 541. de cornu Amaltheæ, 542. de Cerbero. 543. de Ceramicis. 544. περὶ Κερδώυς Θεῦ, de Deo Cerdoo sive lucri præside. 545. de Ceto Trojano. 546. περὶ κολάσεων τῶν παρ' Ἕλλησι δοξαζομένων de pœnis ac suppliciis apud Græcos olim receptis. 547. περὶ κολοιῦ καὶ τῶν πτερῶν αὐτῦ de grue ejusqve alis. 548. de Cotto & Briareo. 549. de Crono sive Saturno. 550. de Callistone. 551. de Cephalo. 552. de Ceyce. 553. de Cepheo. 554. de Circe. 555. de Clymene. 556. de Cœsyra. 557. de Conna. 558. de Corydalo. 559. de Cretheo. 560. de Crio. 561. de Ctimene. 562. de Cydone. 563. de Cyclopibus. 564. de spuriis in Cynosarges abjici solitis. 565. de Cylone. 566. de Cyro Parasatidis F. 567. qvare Venus appelletur Colotis. 568. de Cadmo Historico. 569. de Capitone. 570. de Cleoxeno. 571. de Clemente. 572. de Critone. 573. de Ctesia Medico. 574. de Callinico Rhetore. 575. de Castore. 576. de Cæcilio. 577. de Cephalione. 578. de Cephalo. 579. de Cephisodemo. 580. de Corace. 581. de Callimacho Poëta. 582. de Cantharo. 583. de Carcino. 584. de Cæsare Tiberio. 585. de Corinna. 586. de Cephisodoro. 587. de Cæcilio. 588. de Claudiano. 589. de Cleophonte. 590. de Clitagora. 591. de Colutho. 592. de Corinno. 593. de Cratete Comico 594. de Cratino 595. de Creophylo. 596. de Cyro. 597. de Carneade Philosopho. 598. de Callippo. 599. de Cebete. 600. de

2011 Ministerio de Cultura

de Celsino. 601. de Cleanthe. 602. de Cleobuline. 603. de Cleombroto. 604. de Cornuto. 605. de Crate. 606. de Critone.

607. de Ladone. 608. de Lacratide 609. περὶ Λακωνικῶν ἐφήβων τῶν ξαινομένων μάστιξι, de Laconicis juvenibus qvi flagellis cædebantur. 610. de Lamia. 611. de Lampetia. 612. de Laodamia. 613. de Lapithis. 614. de Levcothea. 615. de Levcosia. 616. de Leone, sidere. 617. de Leda. 618. de Latona. 619. de Latona. 620. περὶ τῶν Λιτῶν de Deabus supplicationum præsidibus. 621. de Locro. 622. de Lygdamide qvi Dianæ templum exussit. 623. de Lynceo. 624. qvare Apollo dicatur Lycegenes. 625. 626. de Lyra sidere. 627. de Lacharete Rhetore. 628. de Leone Alabandensi. 629. de Leona. 630. de Luciano. 631. de Lolliano. 632. de Lycurgo. 633. de Lysia. 634. περὶ Λεσχίδα τὸ ποιητὸ, de Leschide Poëta. 635. de Leucone. 636. de Lino. 637. de Lysimacho. 638. de Lysippo. 639. de Luperco Grammatico. 640. de Lynceo 641. de Leone Philosopho. 642. de Lesbonacte. 643. de Longino. 644. de Lampria Historico. 645. de Lyco.

646. περὶ Μακαρίας τῆς τοῦ Ἡρακλέους, de Herculis filia Macaria. 647. περὶ τῆς τῶν Μάγων θυτικῆς προγνώσεως, de Magorum ex extis divinatione. 648. περὶ Μαίρας de Mæra sive cane sidere cœlesti. 649. de Mariandeno. 650. de Marpessa. 651. de Marsya. 652. de Mausolo Care. 653. De Megara Herculis. 654. De Melampode. 655. de Meleagro. 656. de Medusa. 657. de Memnone. 658. de Menœceo. 659. de Merope & Clæothera. 660. de Metabo. 661. de Medea. 662. περὶ Μίδα τοῦ χρυσομανοῦς, de Mida aurum insano modo sitiente. 663. περὶ Μίθρα κολάσεως de Mithræ pœna. 664. de Milone Crotoniata 665. de Minoë. 666. de Mormone περὶ Μορμοῦς. 667. de Molionidibus. 668. περὶ τῶν Μοιρῶν, de Parcis. 669. de Musis. 670. de Mysteriis Elevsiniis Atticæ. 671. de Myrmidonibus. 672. περὶ Μύρρας, de Myrrha. 673. de Marsya Historico. 674. de Menæchmo. 675. de Menandro. 676. de Marcello Medico. 677. de Menecrate. 678. de Metone. 679. de Menæchmo. 680. de Maximo Tyrio. 681. de Maximo Epirota. 682. de Marino. 683. de Musonio. 683. de Myrone, περὶ Μυρῶς. 684. de Majore, Rhe-

2011 Ministerio de Cultura

Rhetore. 685. de Malcho. 686. de Marcello. 687. de Marpsia. 688. de Melesermo. 689. de Melito. 690. de Menandro. 691. de Metrophane. 692. de Minuciano. 693. de Magnete Comico. 694. de Melanippide. 695. de Menandro. 696. de Menelao. 697. de Menippo. 698. de Mesimede. 699. de Metagene. 700. de Mimnermo. 701. de Mnesimacho. 702. de Morsimo. 703. de Musæo. 704. de Myia. 705. de Myrone, *περὶ Μυρῶνος*. 706. de Myrtilo. 707. de Mythæco Grammatico. 708. de Moscho.

709. De Nannaco. 710. de Narcisso. 711. *περὶ τῆς γενομένης τιμῆς τῷ Νείλῳ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων*, de cultu qvo Nilum Ægyptii afficiunt. 712. de Neoptolemo. 713. de Neleo. 714. de Nereo. 715. de Nereidibus. 716. de Niobe. 717. de Nymphis. 718. de Neocle Philosopho. 719. de Nicolao Peripatetico. 720. de Nicomacho Stagirita. 721. de Numenio. 722. de Nicandro Medico. 723. de Nicomacho Medico. 724. de Nymphide Historico. 725. de Neanthe Rhetore. 726. de Nicagora. 727. de Nicolao Rhetore. 728. de Nicolao Sophista. 729. de Nicostrato. 730. de Nausicrate Comico. 731. de Neophonte. 732. de Nestore. 733. de Nicomacho. 734. de Nicostrato. 735. de Nicophrone. 736. *περὶ Νικοκράτους*. 737. de Nonno. 738. de Nicanore Grammatico.

739. De Ulysse. 740. de Oedipode. 741. de Oenomao. 742. de Oenone. 743. *περὶ τοῦ ὀϊστοῦ τοῦ ἐν οὐρανῷ*, de sagitta, sidere. 744. de Omphale. 745. *περὶ ὀνειρομαντείας* de divinatione è somnis. 746. *περὶ οἰωνιστικῆς* de auspiciis sive divinatione ex avibus. 747. *διὰ τί ὁ ὄνος ἐν τῷ οὐρανῷ τιμᾶται* qvare asinus in cœlo colatur? 748. de Oreste. 749. *περὶ ὄρνιθος τοῦ ἐν οὐρανῷ*, de Avi sidere in cœlo. 750. de Orpheo. 751. de Osiride. 752. *περὶ Ὀφιούχου* de Ophiucho sidere. 753. *περὶ Ὀρφέως τοῦ Νικολάου καὶ τῶν ἄλλων*. 754. *ὅτι ὁ Ὅμηρος Αἰγύπτιος, καὶ περὶ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτῆς αὐτοῦ*. Qvod Ægyptius patria sit Homerus, & de eodem in Arcadia defuncto.

755. De Palamede. 756. de Palladio. 757. de Pallade. 758. de Pane. 759. de Pandare. 760. de Pandaro. 761. de Pandione. 762.

2011 Ministerio de Cultura

762. de Pandora. 763. de Virgine ſidere in cœlo. 764. de Paride. 765. de Paſiphaë, 766. de Patroclo, 767. qvare Jupiter & Apollo vocetur πατρῷος? 768. de Pelope, 769. de Periclymene, 770. de Perſeo, 771. de Perſephone, 772. de Pegaſo. 773. de Peleo, 774. de Plejadibus, 775. de Polyboto, 776. de Polygnoto, 777. de Polyzelo, 778. de Polyxena, 779. de Polyphemo, 780. de Neptuno, 781. de Priamo, 782. de Priapo, 783. de Procne. 784. de Procride. 785. de Prometheo, 786. de Prylide, 787. de Proteo, 788. de Pythia, 789. de Pirithoo & Theſeo, 790. de Palæphato hiſtorico, 791. de Pauſania, 792. de Polemone Ilienſi, 793. de Polybio. 794. περὶ Πυλάδου τῆς Ἰταλικῆς ὀρχήσεως εὑρετοῦ, καὶ περὶ ὀρχήσεων, καὶ διὰ τί οἱ ἐρῶντες μετὰ χεῖρας ἄνθη καὶ μῆλα φέρουσιν. De Pylade ſaltationis Italicæ inventore, ac de ſaltationibus, & qvare ab amantibus flores & mala manibus geſtentur? 795. de Palladio Rhetore, 796. de Pancratio Sophiſta, 797. de Paulo Tyrio, 798. de Paulo Germino, 799. de Pauſania Sophiſta, 800. de Pericle, 801. de Petro Magiſtro, 802. de Polemone, 803. de Polluce, 804. de Polyæno, 805. de Polycrate, 806. de Poſidonio Olbiopolita. 807. de Potamone, 808. de Pollione, 809. de Polo, 810. de Priſco, 811. de Proæreſio, 812. de Procopio, 813. de Protagora Abderitano, 814. de Pythio, 815. de Palamede. 816. de Palæphato Poëta, 818. 817. de Pamprepio, 819. de Panolbio, 820. de Panyaſi, περὶ Πανυάσιδου, 821. de Parthenio Nicæno, 822. de Parthenio Chio, 823. de Piſandro, 824. de Pigrete, 825. de Pindaro, 826. de Platone Comico, 827. de Polyevcto, 828. de Polyzelo, 829. de Poſidippo, 830. de Ptolemæo Cytherio, 831. de Palamede Grammatico, 832. de Palæphato Grammatico. 833. de Pamphilo Grammatico, 834. de Pollione, 835. de Ptolemæo Grammatico, 836. de Pamphile Philoſopha, 837. de Pamphilo Philoſopho, 838. De Panætio, 839. de Pappo Alexandrino, 840. de Parmenide, 841. de Paulo Philoſopho, 842. de Periandro, 843. de Perſæo, 844. de Pittaco, 845. de Platone, 846. de Platone, 847. de Plutarcho, 848. de Plotino, 849. de Polemone, 850. de Pollete, 851. de Porphyrio, 852. de Poſidonio, 853. de Poſidonio, 854. de Potamone, 855. de Prodico, 856. de Proclo Stoico, 857. de Pro-

2011 Ministerio de Cultura

Proclo Lycio, 856. περὶ Πτολεμαίου τοῦ Κλαυδίου, ἐν ᾧ καὶ περὶ καταγωγῆς τῆς ἀρχῆς τοῦ γένους τοῦ Πτολεμαίων, καὶ διαδοχῆς τῶν βασιλευσάντων. De Claudio Ptolemæo, & de origine atqve genealogia Ptolemæorum Regum Ægypti, eorumqve succeſſione. 857. de Pythagora & fabis Pythagoricis, 858. de Pyrrhone.

859. περὶ τῆς Ῥέας καὶ τῶν Κορυβάντων, καὶ τῶν ἐκτομιῶν τῶν Φρυγῶν. De Rhea & Corybantis, Phrygumqve exſectionibus, 856. de Rheſo, 857. de Rhœone περὶ Ῥοιοῦς, 858. de Rhegino Grammatico, 859. de Rhiano Grammatico, 860. de Rufo Medico.

861. περὶ Σαλμωνέως καὶ τῶν ἐκ βύρσης βροντῶν, de Salmoneo & fulminibus è corio, 862. de Sardanapalo, 863. de Sarpedone, 864. de Sirenibus, 865. de Semele, 866 de Seſonchoſide, 867. de Sibyllis, 868. de Sinope, 869. de Siſypho, 870. de Scedaſo ejusq; filiabus, 871. περὶ Σκύλλης, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν ἀλλοκότων θηρίων, de Scylla & monſtroſis animalibus, 872. de Stymphalidibus avibus, 873. de Styge, 874. de Sphinge Cadmea, 875. de Strattide Hiſtorico, 876. de Sabino Rhetore, 877. de Salluſtio Sophiſta, 878. de Serapione Alexandrino, 879. de Sibyntio, 880. de Siricio, 881. de Scopeliano, 882. de Sopatro, 883. de Salluſtio Medico, 884. de Sorano Medico, 885. de Sannyrione Comico, 886. de Sapphone, 887. de Sibylla Erythræa ac reliqvis, 888. de Simonide, 889. de Sophocle, 890. de Sopatro, 891. de Soſicle, 892. de Sotade Cretenſi, 893. de Sotericho, 894. de Sophilo, 895. de Sophrone, 869. de Spintharo, 897. de Steſichoro, 898. de Strattide, 899. de Stratone, 900. de Seleuco Grammatico, 901. de Sereno 902. de Semo περὶ Σημοῦ, 903. de Simmia Rhodio, 904. de Soſibio, 905. de Soteride, 906. de Sexto Philoſopho, 907. de Silvano, 908. de Simmin Thebano, 909. de Solone, 910. de Stilpone, 911. de Strabone, 912. de Stratone, 913. de Syneſio, 914. de Syriano, 915. de Sophrone, 916. de Socrate, 917. de Sotade Athenienſi.

918. De Tantalo, 919. περὶ τῆς Ταύρων ξενοκτονείας de Tauris hoſpites mactantibus, 920. περὶ Ταύρου τοῦ καταστερισθέντος, de Tauro inter ſidera relato, 921. de Telamone, 922. de Tenno à qvo

2011 Ministerio de Cultura

qvo Tenedus, 923. de Telebois, 924. de Telemacho, 925. de Telepho, 926. de Titono, 927. de Titanibus, 928. de Tityo, 929. de Tleptolemo, 930. περὶ τράγων τῶν Μενδησίων de Mendesiiis capris, 931. de Triptolemo, 932. de Tritone, 933, περὶ Τρωὸς ἐξ οὗ ἡ Τροία ἐπωνομάθη, καὶ περὶ τῆς ἁλώσεως αὐτῆς, καὶ τῆς τῶν Τρώων γενεαλογίας, καὶ τῆς τῶν καταλελοιπότων καταντήσεως, ἐξ ὧν κατάγεται καὶ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχή. De Troe à qvo Troja denominata, & de urbis ejus excisione, ac de genealogia Trojanorum, & excisioni superstitum fatis, à qvibus etiam Resp. Romanorum. 934. Τῶν Τρώων βασιλέων γενεαλογία, καὶ καταγωγὴ τῶν Ῥωμαίων, Trojanorum Regum genealogia, & qvomodo Romani inde descendant, 935. De Troilo, 936. de Trophonio, 937. de Tyrone περὶ Τυροῦς, 938. περὶ Τυφωέως τοῦ γίγαντος, ἀφ' οὗ ἡ ὁ τὸν χρυσῆν δέρας Φυλάσσων δράκων ἐγεγόνει. De Typhoë Gigante, à qvo Draco custos aurei velleris.

939. De Nymphis Hyadibus, 940. de Hyacintho, 941. de Hydra, 942. de Hyla.

943. De Phaëtusa, 944. de Phaëthonte, 945. Unde & qvomodo Phæaces nati fuerint, 946. de Phædra, 947. de Phalaride, 948. περὶ Φαλλῶν de Phallis, 949. de Phanete, 950. de Phaone, 951. de Pherecle, 952. de Philœtio, 953. περὶ Φιλοξένου τοῦ δολιχοδείρου de Philoxeno gruis collum sibi optante, 954. de Phemio, 955. de Phineo, 956. de Phœnodamante, 957. de Phorcyno ejusqve filiabus, 958. de Phormione, 959. περὶ Φρίξου, ἐν ᾧ καὶ ἡ γενεαλογία αὐτοῦ τε καὶ πάντων τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς ῥίζης ἀναβλαστησάντων ἡρώων. De Phrixo, ubi etiam genealogia illius & omnium Heroum qvi ex eadem stirpe propullularunt. 960. de Phrynide citharœdo, 961. de Phrynonda, 962. de Phrygum exsectione 963. de Phyleo, 964. de Phylaco, 965. de Pherecyde Historico, 966. de Philippo, 967. de Phlegonte περὶ Φλεγώνου, 968. de Phylarcho, 969. de Philippo Rhetore, 970. de Philisco Milesio, 971. de Philostrato, 972. de Philisto Naucratita, 973. de Phrynicho Bithyno, 974. de Phileta Grammatico, 975. de Philisco Ægineta, 976. de Philoxeno,

2011 Ministerio de Cultura

977. de Philone, 978. de Philagrio Epirota, 979. de Phædone Philoſopho, 980. de Pherecyde, 981. περὶ φιλοσόφε de Philoſopho (confer Svidam in φιλόσοφος.) 982. de Philone, 983. de Phocylide, 984. de Pherecrate Athenienſi, 985. de Philetæro, 986. de Philemone Syracuſio, 987. de Philippo Comico, 988. de Philiſco, 989. de Philiſtione, 990. de Philocle, 991. de Philoxeno Lyrico, 992. de Philonide, 993. de Philyllio, 994. περὶ Φόρμε de Formo, 995. de Phrynicho Tragico, 996. de Phœnicide.

997. De Chaldæorum Aſtronomia, 998. περὶ χάρητος τὸ τὸν Κόλοσσον κατασκευάσαντος, καὶ τίς καὶ πότε αὐτὸν καθεῖλεν ; De Charete qvi Coloſſum fecit, & qvis eundem everterit, ac qvo tempore? 999. περὶ τῶν χαρίτων, de tribus Gratiis, 1000. de Charicle & Philyra, 1001. de Charybdi, 1002. de Chirone centauro, 1003. de Chimæra, 1104. de Chryſeide, 1005. περὶ χρυσῆς σειρᾶς, de aurea catena, 1006. περὶ τὸ χρυσομάλλε δέρατος, de aureo vellere, 1007. de Chryſe, 1008. περὶ τῶν χρυσῶν μήλων de malis aureis, 1009. de Charone Lampſaceno Hiſtorico, 1010. de Charone Carthaginienſi, 1011. de Charone Naucratita, 1012. de Chæremone Comico, 1013. de Chionide, 1014. de Chriſtodoro Poëta, 1015. de Chriſtodoro Thebano, 1016. de Choerilo Athenienſi, 1017. de Charace Philoſopho, 1018. de Chryſippo, 1019. de Chirone Medico.

1020. De Pſammyticho.

1021. De Ogyge, 1022. de Oceano 1023. de Horis, 1024. περὶ Ὠρίωνος, 1025. de Orithyia, 1026. de Orione 1027. de Oto & Ephialte.

Operæ pretium eſſet inſigne hoc Eudociæ opus qvod ex unico Colbertino Codice accurate exſcribendum ſe curaſſe Bandurius pag. 590. teſtatur, ſi non integrum in lucem edere, certe cum Svida, in qvo multa iisdem verbis leguntur, nec non cum Phornuto atqve aliis Mythologis diligenter conferre, & qvæ ſingularia in eo leguntur, cum Lectoribus communicare. Allegat Eudociam Bandurius pag 449. 590. 818. 829. 830.

Præte-

2011 Ministerio de Cultura

Præterea Bandurius pag. 662. seq. Græce & Latine velut ineditum exhibet *Anonymi* scriptoris *apospasmation de Hippodromo*, sive *Circo*, cujus nomen & originem à Circe Auctor ridicule repetit. Petitum hoc est ex Volumine MS. qvantivis pretii & varia præclara * variorum scriptorum & non unius argumenti monumenta complexo, qvod Antonius Eparchus ** Corcyræus pridem Regiæ Bibliothecæ Parisiensi legavit, in qva hodie est n. 3502 (pridem 2216.) Sed non meminit doctissimus Bandurius hoc ipsum de Hippodromo breve scriptum ex eodem MS. Codice jam bis editum fuisse Græce & Latine in Variis sacris Stephani le Moyne T. 1. pag. 503. Lugd. Bat. 1685. & 1694. 4.

Pag. 453. seq. Bandurius ex Catalogo Boiviniano MStorum Regiæ Bibliothecæ tradit notitiam duorum Codicum & variorum scriptorum qvæ in utroqve illo comprehenduntur præter Origines CPolitanas qvibus in hoc opere ipse usus est. Alterum Originum illarum CPol. auctorem Cangius in Addendis ad CPolin Christianam illas allegans pag. 194. existimavit vixisse sub Constantino Duca: sed Bandurius pag. 455. observat scripsisse sub Andronico Comneno Palæologo, & ea qvæ de Duca velut Imperatore ætatis suæ tradit, ex antiqviore auctore transcripta operi suo inseruisse.

GEORGII (postea induto Monastico habitu GREGORII) *Cyprii*, ex Lectore Prot Apostolario Patriarchæ CPol. à die Palmarum sive XI. April. A. 1283. usqve ad Jun. 1289. qvo abdicare † se fuit coactus, de qvo Pachymeres & Gregoras & è recentioribus Allatius de Georgiis pag. 420. seq. & de consensu utriusqve Ecclesiæ

* Contenta hujus Voluminis MS. ex apographo Sarraviano exponit Stephanus le Moyne in Variis sacris T. 1. p. 517. seq. sed longe accuratius p. 517. seq. Bandurius qvi etiam ex hoc ipso Codice seriem Patriarcharum CPol. à Nicephoro CPol. concinnatam produxit.

** De illo Antonio Eparcho, qvi circa A. C. 1543. ad Melanchthonem Venetiis scripsit, videndus Martinus Crusius in Turco Græcia p. 94. seq. & in appendice pag. 543. seq. Lambecius lib. V. p. 118 & Stephanus le Moyne præfatione ad Varia sacra. Hunc Antonium aliqvot Polybii libros nondum aut Græce aut Latine evulgatos in Latinum sermonem vertisse scribit Antonius Sanderus libro de claris Antoniis pag. 169.

† Formulam abdicationis vide apud Pachymerem in Andronico Palæologo lib. 2. cap. 9.

2011 Ministério de Cultura

pag. 766. 768. 771. & 775. seq. & Vindiciis Synodi Ephes. cap. 60. & 63. Possinus ad Pachymeris Andronicum p. 565. seq. & 606. seq. & Bandurius pag. 939. seq.

1. *Tomus* sive *expositio de fide contra Joannem Veccum* Patriarcham ἔκθεσις τοῦ τόμου τῆς πίστεως κατὰ τοῦ Βέκκου, Græce è Cod. 3442. Bibl. Regiæ Paris. apud Bandurium pag. 942-949. Incipit: ἔσχε μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα. Contra hunc Tomum videnda qvæ Veccus T. 2. Græciæ Orthodoxæ Allatii.

2. *Confessio* ὁμολογία γεγονυῖα ὁπότε ἡ ἐπισύστασις γέγονε κατ' αὐτὸν παρὰ τῶν κληρικῶν ἢ τινῶν ἀρχιερέων διὰ τὸ γράμμα τοῦ ἐξ Ἐβραίων, μᾶλλον δ' Ἰούδα Μάρκου. Græce pag. 949-952. Incipit: μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει.

3. *Apologia pro Tomo.* Ἀπολογία πρὸς τὴν κατὰ τοῦ τόμου μέμψιν ἰσχυροτάτη. Græce pag. 952-961. Incipit: ἀεὶ μὲν ἐγὼ πρότερον.

4. Πιττάκιον sive *Epistola ad Imperatorem Andronicum* Ducam Angelum Comnenum Palæologum, Græce p. 961. in qva injuriam sibi à *Marco* illo (qvem cum Marco Ephesio in Florentini Coucilii Actis celebri perperam nonnulli confundunt) & à *Joanne Chila* * Ephesi Metropolita factam deprecatur. Incipit: κρῖνε, θεοπρόβλητε.

5. Ejusdem Gregorii Cyprii alia scripta edita sunt: ἐγκώμιον εἰς τὴν θάλασσαν εἴτουν εἰς τὴν τοῦ καθόλου τοῦ ὕδατος Φύσιν. *Encomium maris* sive *aquæ*, qvod cum Pauli Silentiarii carmine in Thermas Pythias Græce edidit Bonav. Vulcanius Lugd. Bat. 1591. 8. seperatim & ad calcem Aristotelis de Mundo.

6. *Proverbia*, ordine Alphabeti, Græce ad calcem Mich. Apostolii proverbiorum, p. 273-281. à Petro Pantino Lugd. Bat. 1619. 4.

7. *In Georgium Martyrem Oratio.* Græce & Latine in Actis Sanctor. XXIII. April. T. 3. Incipit: ἔθος τοῦτο τῶν λόγοις ἀγωνιζομένων.

8. *Sententiæ* seperatim excusæ Colon. 1536. 8.

9. Ex *encomio in Georgium Logothetam Acropolitam* qvem διδάσκαλον suum Gregorius in Epistolis suis appellat, apospasmation dedit Græce & Latine Theodorus Dousa ante Georgii Acropolitæ Chronicon CPol. Lugduni Bat. 1613. 8.

Inedita ejusdem sunt: 1. λόγος ἀντιρρητικὸς τοῦ Βέκκου βλασφήμων δογμάτων, scriptus anteqvam Gregorius Patriarchatum iniret. Incipit: Οὐκ ἔγωγε θαυμάζω φιλότης. MS. in Bibl. Vindob.

Epi-

* Hujus *Joannis Chilæ* Epistola ad eundem Imperatorem Græce à Bandurio exhibetur pag. 949. Incipit; τὴν ἐκπόρευσιν ἀκίνητον.

2011 Ministerio de Cultura

2. *Epistolæ CXCI.* cum Auctoris encomio. MS. in Bibl. Vindobonensi. Vide Lambecium VIII. pag. 511. seq. ubi inscriptiones & initia. Testatur Lambecius in illo Codice subjungi ἀπόφασιν sive decretum Synodale pro Gregorio Cyprio, & formulam solennem, qva Adversarii testimonium illi dant innocentiæ & ὀρθοδοξίας. Hanc integram edidit Lambecius pag. 522. Epistolas etiam publicaturum se pollicitus in supplemento qvod paravit Corporis Byzantini. Allatius verò p. 423. de Georgiis monet in Bibl. Mediolanensi Ambrosiana exstare Epistolas CLXVI. in Bibliotheca vero Antonii Augustini fuisse CCIII. & in Bibl. Lolliana & Monachiensi Electoris Bavariæ. Epistolas Gregori Cyprii è Codice Ballesdensii descripsisse se testatur Combefisius T. 1. Auctarii noviss. Bibl. Patrum pag. 478. & qvædam ex illis profert p. 485.

3. *Responsiones ad varias quæstiones* in Codice 2180. Regis Christianissimi exstare notavit Naudæus in nova Bibl. MSS. p. 104.

4. *Fabulæ* in Bibl. Bavarica Monachii Cod. 66. & in Bibl. Vindob.

5. *Descriptio & Encomium Urbis CPol.* qvam habuit Bonav. Vulcanius, extat hodie inter alias Gregorii Cyprii *Orationes* sive *declamationes* in Bibliotheca Lugd. Bat.

6. *In Imperatorem Andronicum* & in *Michaëlem Palæologum* declamationes Panegyricæ, nec non *in Dionysium Areopagitam*, in *Marinam* Martyrem, & in S. *Euthymium* Episcopum Madytenum memorantur ab Allatio pag. 423. de Georgiis.

Ut à Gregorio Cyprio ad Bandurium iterum revertar, ex monumentis ineditis ab ipso laudatis nihil hoc loco præterea memorandum venit qvam ANONYMI *Catalogus duplex urbium quæ nomen mutarunt*, Ὅσαι τῶν πόλεων μετωνομάσθησαν εἰς ὕστερον, qvi paulo diversus qvam Codino de officiis magnæ Ecclesiæ in edit. Paris. p. 404. subjectus est, è Codice recenti MS. Baluziano integer Græce exhibetur in notis ad Constantinum Porphyrogenitum p. 10 seq. Confer qvæ περὶ ἐπωνυμίας πόλεων καὶ τόπων edidit è MS. Veneto Allatius ad Acropolitæ cap. XXIV. p. 241. atqve inde Clarissimus Hudsonus in appendice Tomi IV. Geographorum Græcorum minorum p. 43.

XXI. ZOSIMUS Comes & Ex-Advocatus fisci à Photio Cod. XCVIII. & in MSS. Codicibus qvos Leunclavius, H. Stephanus & Sylburgius inspexerunt, Κόμης καὶ ἀποφισκοσυνήγορος. Filius fortasse fuit Zosimi illius, ad qvem novæ Epiri præsidem leges Valentiani & Valentis A. C. 373. latæ extant in Codice Theodosiano. Scripsisse vide-

2011 Ministerio de Cultura

videri possit non post Eunapium modo, sed *Olympiodorum Thebanum* qvoqve (adeoq; post A. C. 425.) qvem lib. V. cap. 27. allegat ubi de Ravenna urbe differit, qvanqvam locus ille glossema videtur Lambecio VI. p. 188. & vide si placet, qvæ de Olympiodoro notavi supra pag. 238. Laudat præterea Herodotum obiter IV. 20. & *Quadratum* Historicum V. 27. ac *Pisandrum* V. 29. qvi libris LX. scripsit ἡρωϊκὴν Θεογαμίαν, poëmate illo Heroico omnem propemodum historiam complexus, male enim Zosimi interpres verba ὁ τῇ τῶν ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν ἐπιγραφῇ πᾶσαν ὡς εἰπεῖν ἱστορίαν περιλαβών, vertit: *qui Heroicarum divarumque nuptiarum titulo totam hanc propemodum historiam complexus est.* Etiam pro Ἡρωϊκῶν apud Zosimum legendum Ἡρωϊκῶν, ex Svida, tum ex Macrobio potissimum apparet lib. V. cap. 2. Saturnal. ubi ait Virgilium pleraqve libri 2. Æneidos pæne ad verbum transscripsisse à Pisandro, *qui inter Græcos poëtas eminet opere quod à nuptiis Jovis & Junonis incipiens universus Historias quæ mediis omnibus sæculis usque ad ætatem ipsius Pisandri contigerunt, in unam seriem coactas redegit & unum ex diversis hiatibus temporum corpus effecit, in quo opere inter Historias cæteras interitus quoque Trojæ in hunc modum relatus est.* Patet Ἡρωϊκὴν appellatam qvod à Junonis cum Jove nuptiis opus inciperet, Ἡρωϊκὴ certe vocari non potuit, qvia Jupiter & Juno neutiqvam in Heroum classe sed Deorum. Et Ἡρωϊκὴ dictum ut Ἑρμαϊκὴ στοὰ & alia similia. Qvod vero Pisandrum à Virgilio exscriptum putavit Macrobius, fortasse fefellit eum ratio. & Pisandrum antiqvissimum illum poëtarum Camiræum habens in animo non cogitavit hunc alterum longe fuisse Virgilio juniorem, qvippe qvi floruit sub Alexandro Mammææ, Filius Nestoris Larandensis Severo Imp. clari, ut duobus locis diserte affirmat Svidas. Cæterum ut ad Zosimum sermo noster revertatur, *Polybii* plus semel mentionem facit & l. 1. c. 57. testatur se perinde ut Polybius in suo Historiarum opere exposuit qva ratione imperium per exiguo tempore non totis certe LIII. annis Romani adqvisi verint, similiter indicaturum qvomodo hoc idem Romani iterum temporis non magni spatio ignavia ac sceleribus suis corruperint perdiderintqve. *Eunapii* qvanqvam nusqvam meminit, tamen Historiam strenue exscripsisse Photius animadvertit. Εἰποι δ' ἄν τις ὡς γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ σωτόμῳ μόνον διαφέρουσαν. Ea vero qvæ de Constantino Tyranno habet libro VI. & qvæ de Alarico ac Stilicone scribit libro qvinto, cuncta ferme ex *Olympiodoro* mutatum

2011 Ministerio de Cultura

tum esse notat Henr. Valesius ad Sozom. p. 170. Qvoniam porro Olympiodorus Historiam suam usqve ad Valentiniani III. sive Placidi imperium produxit, qvod cœpit A. C. 425. hinc constat Zosimum nostrum non ante id tempus Historiam suam composuisse. Post Arcadii & Honorii tempora rejicit etiam Evagrius III. 41. caussatus eum de Constantino Magno falsa tradidisse, commentatum ὅτε ἀκοὴν ὅτε ἀλήθειαν, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐπὶ Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου, ἢ ἐξ μετ' αὐτοὺς γεγονότα.

Ætatem tulit ejus ΙΣΤΟΡΙΑ sive ΙΣΤΟΡΙΚΟΝ, νέας ἐκδόσεως, λόγοις ς', *Historiæ libri VI*, ex nova sive altera auctoris editione. Argumentum operis & de stylo judicium à Photio rectissime mutuabor. Σύντομος δὲ καὶ τῷ φράζειν εὐκρινής τε καὶ καθαρός, οὐδὲ ἓν ἡδέος ἀπῳκισμένος. Ἄρχεται μὲν κ. τ. λ. *Succinctus est, dictione perspicuus ac purus, nec suavitatis expers. Incipit historiam velut ab Augusto, sed Imperatores universos ad Diocletianum usque percurrit, nudam quasi commemorationem atque successionem singulorum tradens. De potitis imperio post Diocletianum copiosius tractat libris quinque. Nam primus Imperatores ab Augusto ad * Diocletianum usque recenset. Libro sexto finem imponit, in iis desinente temporibus quibus Alaricus Romam iterum obsidens civibus ad inopiam redactis obsidionem solvit eisque dixit Imperatorem Attalum, quem deinde rursus abdicavit Imperio, quod regnum sibi traditum adversus Honorium Augustum parum recte administrare videretur. Sarus autem simultates adversus Alaricum exercens, cum trecentis quibus præerat ad Honorianas partes accedens & belli societatem pollicitus, Alarici rebus impedimentum injecit.* Gesta hæc sunt in qvibus desinit Zosimi Historia, Anno CHRISTI 410. Honorii Imp. 16. Theodosii junioris 3. Atqve ex isto Photii loco patet, Historiam Zosimi qvam ipse legit non longius productam fuisse qvam in nostris codicibus exstat, qvanqvam Vossius lib. 2. de Hist. Græcis cap. 20. verisimile putavit paullo ulterius progressum. *Nam quædam in fine deesse, nemini*, inqvit, *puto esse obscurum.* Hoc tanto minus mihi persvadeo, qvod alteram editionem Zosimi evolvisse se Photius testatur, atqve ita intelligendum qvod in MSS. Codd. ἱστορία νέα inscribitur, non eqvidem respectu antiqviorum temporum Romani Imperii ab aliis scriptoribus memoriæ proditorum, ut Sylburgio visum, sed respectu antiqvioris editionis qvam Zosimus ante hanc in lucem & manus homi-

* Hodie postrema pars libri primi, ea nempe qvæ à Probo usqve Diocletianum, desideratur.

2011 Ministerio de Cultura

hominum emiserat. In Arcadii & Honorii temporibus illum substitisse Evagrius qvoqve annotatum reliqvit lib. V. c. ult. περὶ δὲ τῶν ἐξῆς χρόνων (post Arrianum & Asinium Qvadratum) Ζωσίμῳ ἱστόρηται μέχρις Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν βασιλέων. Librum certe septimum usqvam extitisse præter Sigonium nemo affirmavit.

Vetus nec injusta qverela est Zosimum Ethnicum scriptorem Christianis Imperatoribus, Constantino M. inprimis & Theodosio iniqviorem se præbuisse. Hoc jampridem ei exprobarunt, ne de recentioribus * jam commemorem, idem Photius, tum Evagrius III. 40. & 41. & Nicephorus XVI 41. seq. Eqvidem Jo. Leunclavius vir doctissimus Apologiam adversus hos Zosimi, qvi ipsi omnia debet obtrectatores, scribere non dubitavit, neqve adeo negaverim Christianis Principibus etiam illis qvos nominavi fuisse qvæ nec taceret & merito reprehenderet cordatus & nulli partium studio deditus Historiæ scriptor: Confirmat qvoqve nonnulla Zosimo tradita Jo. Andreas Bosius de Pontificatu Maximo Imperatorum Christianor. cap. 6. T. V. thesauri Antiqv. Rom. Græviani p. 301. 302. & ante eum Jacobus Gothofredus notis ad Cod. Theodos. T. 6. p. 257. 258. ut qvod Christianus licet haruspices Constantinus consuluit. Sed cum non Christiani tantum testentur scriptores, sed etiam ex ipsis Ethnicis Praxagoras Athenienſis, qvi Photio teste cod. XLI. Jonica dialecto libros duos de Constantini Magni vita scripsit, eundem qvemadmodum idem Photius cod. LXII. auctor est, ita prædicet ut omni virtute non minus qvam prosperis successibus omnes ante se Imperatores affirmet superasse, ὅτι πάσῃ ἀρετῇ καὶ καλοκαγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχήματι πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκρύψατο, hinc mirum mihi videtur & malignum eorum judicium Christianorum ** qvi cum apud Eusebium illorum temporum scriptorem (& qvi post jam defunctum Imp. vitam ejus edidit, ne hoc auribus ipsius datum esse putes) cum apud sexcentos scriptores Christianos legunt aliqva in laudem Constantini, iis omni studio detrahunt fidem: at cum unus

* Vide apud Tho. Pope Blount in Censura scriptor. Hanckium de Scriptoribus Rom. Caveum Hist lit Jo. Andream Bosium diss. de periocha Josephi de CHRISTO pag. 30. Barthium ad Claudian. p. 553. b. 560. a.

** Vide Hallenses Observationes selectas T. 1. Obs. 22. seq. & Godfridum Arnoldum in Apologia hæresium lib. IV. c. 2. cui respondit M. Jo. Frid. Corvinus in examine corpori Doctrinæ subjecto c. 15. p. 222. seq.

2011 Ministerio de Cultura

unus Zosimus post centenos amplius annos Constantino atrocissima qvæqve impingit crimina, hæc arripiunt protinus, & verissima esse profitentur ideo, qvia hoc qvi narrat fuit à Christiano nomine alienus. Qvemadmodum vero ipse Zosimum à Leunclavio recte in multis defensum esse haud nego, ita non possum tamen non probare Mottani Vayeri de illo judicium * qvod ex Gallico latine interpretabor: *Ut verum fatear, etsi eruditissimus Leunclavius Zosimum in non nonpaucis bene tuetur, docetque parum æque sensisse eos qui Historicum Ethnicum qualis ille fuit aliter quam præse fert animatum esse voluerunt, vel non potuerunt ferre quòd uitia primorum Christianorum Imperatorum tetigisset quorum de virtutibus non siluit: negari tamen nequit locis infinitis ab illo proditum animum Christianismo infestiorem quam leges Historiæ permittebant. Nam largiamur sane eum non præter rem reprehendisse impositum à Constantino Chrysargyri tributum, quod Anastasius deinde sustulit: recte etiam improbasse luxum Imperatoris & prodigalitatem, & quod uxorem Faustam hypocausti æstu suffocarit, filiumque Crispum Zelotypia ac si cum matre consvesset incensus interfecerit. Fieri enim potest ut Eusebius Constantino ipso vel saltem Constantio filio imperante non ausus sit talia commemorare, ut videmus accidere iis omnibus qui scribunt de rebus Principes suos spectantibus. Sed & aliunde quoque constat multa alia reprehendenda Constantinum commisisse. Quo sorori Constantiæ gratum faceret, ab exilio revocavit hæresiarcham Arium, & S. Athanasium magno Catholicorum dispendio Treviros relegavit. Non potest tamen in Zosimo ferri quod universas Constantini actiones quantum valuit in malam partem est interpretatus. Hunc si audias ideo Christianorum sacra amplexus Constantinus fuit, quod Paganorum nullæ lustrationes essent expiandis ejus sceleribus, itaque ab Ægyptio nescio quo persvasum religioni Christianæ nomen dedisse, quippe quæ criminum quorumcumque veniam promitteret. Perinde ac si Zosimus intima mentis Constantini, & omnia consilia ejus fuisset scrutatus, aut perspectum habuisset quo gratiæ lumine anima ejus benignitate Numinis illustrari potuerit. Cum narrat controversias quæ cum affine suo Licinio ipsi interceserunt, omnis culpa est penes Constantinum † cui nulla fides pietasque. Nec satis est affirmare Licinio Constantini jussu gulam laqueo fractam Thessalonicæ contra fidem conjugi ejus datam, addit*

* Mottanus Vayerus judicio de Hist. Græcis Tom. 1. Opp. pag. 336. seq. Adde pag. 674. seq.

† Libanius Orat. 3. Tom. 2. p. 106. diserte testatur Constantinum vicisse, sed Licinium τὰς συνθήκας κινῆσαι *pacta violasse*. Confer qvæ Jo. Andreas Bosius diss. de periocha Flav. Josephi de CHristo c. 2. §. XIV.

2011 Ministerio de Cultura

enim Zosimus solenne hoc fuisse Constantino fidem fallere ac pejerare, neque ullam omittit ipsi obtrectandi eumque lacerandi occasionem. Neque in solo Constantino animum ejus Christianismo infestum videre licet. Nam decrementum Imperii Romani contemtui avitæ religionis Ethnicæ tribuit, & singillatim omissis Diocletiani ætate sæcularibus ludis. Calamitatum quæ Gratiani tempore acciderunt hanc ait fuisse causam, quod ille ut Christianus noluerit Pontificis Maximi Ethnici a) *insignibus ac titulo uti, licet hoc nec ipse sibi Constantinus religioni duxerit. Quando Theodosius monuit Senatum Romanum de omittendo cultu Idolorum, professusque est se nolle amplius sumtus ad sacrificia & hostias præbere, Zosimus Senatum* b) *inducit respondentem, neutiquam esse consentaneum ut deserant patrios ritus quibus observatis jam mille & ducentos annos rebus prosperis usi fuissent, atque in eorum locum amplectantur religionem expertem rationis, ad eamq; compelli se patiatur. Nec minus animum ejus parum æquum & iram ostendit injuriosa ordinis Monachorum descriptio,* c) *quos ait omnium fere bona ad se rapere sub prætextu eleemosynarum inter pauperes dilargiendarum. Hypocrita & malus ipsi est Olympius* d) *auctor interitus Stiliconis, non minus quod hujus semper conatur tueri innocentiam, quam quod ille magni fuit inter Christianos nominis, ut apparet vel ex Epistolis quas Augustinus* e) *ad eum exaravit. Cæterum nemo, opinor, Zosimo habebit fidem, quando non modo Joannem Chrysostomum* f) *pro seductore populi traducit, sed etiam Innocentium primum quem πόλεως Ἐπίσκοπον* Urbis Episcopum *appellat, ait permisisse Ethnica sacrificia pro salute Romæ fieri,* g) *cum Alaricus eam obsideret.*

Minus porro mirabimur ita adversum sacris nostris & ab iis abhorrentem Zosimi animum fuisse, si quantum idem superstitionibus Idololatricis quibuscunq; tribuerit, consideraverimus. Hinc plures narrat fabulas quas Historia indignas pronunciarem, nisi consimiles etiam reperirentur in iis qui cum summa laude in hoc genere scribendi sunt versati. Primo statim libro h) *post captam ab Aureliano Zenobiam refert Oracula, & prodigia persequitur, quæ Palmyrenorum Zenobiæ parentium interitum antecesserunt. Idem famis tempore prope Rhenum narrat pluisse frumento* i) *unde panis coqueretur alendo exercitui Probi qui inde victoriam ab hoste retulit. Fabula de Valesio per vocem divinam monito* k) *ut Cereri ac Proserpinæ sacra faceret, libro secundo occurrit. In quarto libro legas* l) *Athenas totamq; terram Atticam immunem præstitam à magno terræmotu per sacra Achilli facta*

a) lib. IV. c. 36. b) IV. 59. c) V. 23. d) V. 32.
e) Augustin. Epist. 124. & 129. f) V. 23. g) V. 41.
h) lib. I. c. 57. i) lib. 1. c. 67. k) lib. 2. c. 1. l) IV. 18. m) V. 6.

2011 Ministerio de Cultura

facta à quodam Nestorio hierophanta. Libro quinto eædem Athenæ liberantur ejusdem Achillis ac Minervæ phasmate sive spectro apparente & Alarici molliente animum, quam fabulam doctissimo Baronio n) *explodendam relinquo. Jovis etiam & Minervæ simulacrum in incendio quod Arcadii Imp. temporibus CPoli accidit per miraculum servata* o) *commemorat. Denique malorum omnium quæ Stiliconem ejusque familiam afflixerunt, causam ait fuisse diras Virginis cujusdam Vestalis,* p) *quæ male imprecata fuerat Serenæ Stiliconis conjugi quod mundum collo simulacri Rheæ circumjectum sibi temere applicuisset, & eam ipsam ob causam quod illum collo suo applicuit, hanc impietatem strangulatione punitam fuisse, Serenamque laqueo cervicem illam præbuisse elidendam qua divæ mundum injecerat.*

Errores qvosdam Zosimi perstringit Anton. Possevinus in Apparatu Sacro, & Baronius passim in Annalibus. Johannes qvoqve Tristanus T. 2. operis præstantissimi qvo vitas Imperatorum è numis illustravit pag. 656. *Zosime*, inqvit, *que je trouve tousjours le plus fautif de ce peu d' Historiens que nous avons.* Temporis notas qvod nusqvam fere addit, defectus est illi cum pluribus aliis scriptoribus communis.

Editiones Zosimi

Latina

Jo. Leunclavio interprete, Basil. 1576. fol. cum Procopio, Agathia, Jornande.

Græcolatinæ post primores duos libros ab *H. Stephano* una cum *Jo. Leunclavii* (licet auctoris nomen dissimuletur) versione ad calcem Herodiani A. 1581. 4. atq; inde Lugd. 1611. 8. editos, additis brevibus Stephani castigationibus sive notulis. A Leunclavio Græca etiam H. Stephanus acceperat, ut patet ex centuria Epistolarum Philologicarum à Goldasto editarum Epist. 72. p. 305.

Libri sex integri, à *Frid. Sylburgio* Veterensi ad duos MSS. Codices Thuanum & Palatinum recensiti, cum versione ex secundis *Jo. Leunclavii* curis, adjectis ejusdem Apologia pro Zosimo adversus Evagrii, Nicephori Callisti & aliorum acerbas criminationes, Sylburgiiqve castigationibus: Inter Romanæ Historiæ scriptores Græcos minores. Francof. apud heredes A. Wecheli 1590. fol.

n) ad A. C. 395. n. 16. o) Zosimus lib. V. c. 24. p) lib. V. c. 38.

2011 Ministerio de Cultura

Cizæ 1679. 8. Libri duo primores primum, deinde universi sex cum versione Leunclavii ex edit. Wechel. & Apologia pro Zosimo & cum notis H. Stephani, ac Sylburgii curante *Christophoro Cellario*, Smalcaldiensi qvi & ipse animadversiones suas adjunxit. Dicata est hæc editio capitibus primum distincta, V. C. Joanni Georgio Grævio. Recusa hoc ipso anno 1714. Jenæ, 8.

Oxon. 1680. 8. cura *Thomæ Smithi*, typis nitidis.

Gallica, *Ludovico* * *Cousino* interprete, Paris. 1678. 4. & Amst. 12, una cum Xiphilino & excerptis è Zonara.

Alii Zosimi

Zosimus eruditus Plinii junioris libertus, qvem laudat libro V. Epist. 19. *Est homo probus, officiosus, litteratus & ars quidem ejus & quasi inscriptio Comœdus, in qua plurimum facit. Nam pronunciat acriter, sapienter, apte, decenter etiam, utitur & cithara perite ultra quam Comœdo necesse est. Idem tam commode orationes & historias & carmina legit, ut hoc solum didicisse videatur.*

Zosimus Gazæus vel Ascalonites Sophista temporibus Imp. Anastasii clarus, teste Svida scripsit Lexicon Rhetoricum, (in limine Svidæ memoratum inter libros qvibus ipse plurimum usus) & Commentarios in Demosthenem (qvos in Vaticana Bibl. adhuc suo tempore supersesse MSS. scripsit Gesnerus) ac Lysiam. Sunt qvi hunc cum Historico nostro confundunt, ut Antonius Riccobonus lib. de Historia pag. 5. Interfectum à Zenone Imp. refert Cedrenus pag. 291.

Zosimus, Thebanus Panopolita teste Photio Cod. CLXX. (Svidæ Alexandrinus, fortasse qvoniam Alexandriæ vixit) qvi ad sororem Theosebiam scripserat ordine litterarum *libros XXVIII.* χυμευτικῶν, *Commentariorum Chemicorum.* Fallitur A. Schottus qvi hunc Zosimum cum historiarum Scriptore eundem habuit (probante licet Balth. Bonifacio in judicio de Historicis & Petro Lambecio lib. VI. comment. p. 177. seq.) & χυμευτικὲς λόγες vertit *libros frigidos*; tum à Photio Thebanum Panopolitam existi-

* Obiit Cousinus, Curiæ Monetalis præses, cui præter alia scripta Gallicam versionem scriptorum qvorundam Hist. Byz. & multos annos Ephemeridum litterariarum Parisiensium debemus, A. 1706. mense Martio. Vide illas Ephemerides A. 1708. mense Januario sub init. & Nova literaria Hamb. 1707. p. 149. seq.

2011 Ministerio de Cultura

existimavit haberi non Zosimum istum, sed auctorem cujus opus Photius ibi recenset qvi CPoli post Heraclii tempora versatus Zosimi istius testimoniis usus est. Οὐ μόνον ἢ ὑπὸ τῶν προειρημένων ἀγνοίᾳ καὶ σωπήσει τὰς μαρτυρίας, ἀλλα καὶ ὑπὸ τῶν χυμευτικῶν (male editum χειμευτικῶν) Ζωσίμου λόγων. Θηβαῖος δ' ἦν ὅτος Πανωπολίτης, ὃς δὴ ἐφείσατο τὰ αὐτὰ κατασκευάζειν, ἐν οἷς καὶ Ἑβραϊκῶν λέξεων ἐκτίθεται σημασίας, καὶ τῶν Ἀποστόλων ἕνας ἔνθα τὸ σωτήριον ἐκήρυξε μάθημα, καὶ ἐν ᾧ τρόπῳ τῶν ἀνθρωπίνων πόνων ἀνεπαύσατο. Ex hoc loco patet Zosimum istum fuisse Christianum: neqve tribus sæculis ante CHRISTUM natum floruisse, ut in Lud. Morerii Lexico legas. Atqve exstant in MSS. Codicibus adhuc inter Chemicos Græcos Zosimi magni Panopolitæ Thebani fragmenta de qvibus dicturus infra sum libro VI. Jam in transcursu liceat notare hallucinationem Labbei, qvi in Bibliotheca nova MStorum velut duos diversos Chemicos scriptores laudat Zosimum Panopolitam atqve Zosimum Thebanum. Svidas ait illud opus à nonnullis etiam inscriptum χειρόκμητα, sive χειροτεχνήματα, ita enim cum doctissimo Borrichio verbum illud apud Svidam vel lego vel interpretor. De Democriti χειροκμήτοις diversi plane generis problematis dixi lib. 2. cap. 23. de qvibus confer Menagium ad Laërt. IX. 49. Ex eodem Svida constat hunc Zosimum, *Platonis* etiam *vitam* composuisse, unde Platonis eum Scholæ faviisse suspiceris.

Zosimus presbyter, cujus & Maronis vitia passim perstringit & ad qvem sæpius scribit Isidorus Pelusiota in Epistolis. Libro IV. Epist. 170. ad eundem Zosimum verba λαθὼν δὲ λίθον ἀκοντίσαι κἂν ἐξ ἀλόντος verte: *& modo latuerit aliquis, lapidem possit in eum qui deprehensus est peccator, projicere.* Perperam enim ibi eruditus interpres: *quasi clanculum lex lapidem contra deprehensum in ejusmodi peccato projecisset.*

Zosimus βιβλιοφόρος ad qvem idem Isidorus lib. III. Epist. 86. ubi monet eum ut amico accurate indicet τὸν στίχισμὸν τῶν βιβλίων, hoc est non, ut interpres, *seriem atque ordinem librorum*, sed *numerum στίχων* sive *versuum*, è qvibus de mole ac pretio librorum constabat.

Zosimus Thasius Epigrammatum Græcorum scriptor, è qvibus nonnulla supersunt in Anthologia p. 105. 565, 566. edit. Wechel.

2011 Ministerio de Cultura

Zosimus Tharasæ in Numidia Episcopus, qvi Concilio Carthag. de rebaptizandis hæreticis cum S. Cypriano interfuit A. C. 255.

Zosimus Episcopus Neapolitanus in Campania ab Arianis suffectus in locum Maximi, de qvo Baronius ad A. C. 359. n. 57. seq.

Zosimus Martyr cujus meminit in Epistola S. Polycarpus: ne dican de aliis Martyribus hoc nomine apud Baron. in Martyrolog. Rom. & Possevinum in Apparatu.

Zosimus Papa qvi in Episcopatu Ecclesiæ Romanæ Innocentio I. successit A. C. 417, mortuus A. 418. 17. Sept. Ejus duæ Epistolæ ad Africanos de caussa Pelagii, editæ primum è MS. Vaticano à Baronio ad A. C. 417. n. 19. licet à Marco Antonio Capello, Franciscani ordinis Monacho & aliis qvibusdam in dubium vocantur, Zosimo recte vindicatæ & emendatius descriptæ exhibentur à Jo. Garnerio T. 1. Operum Marii Mercatoris pag. 201. seq. Adde Paschasium Qvesnellum ad Opera Leonis M. p. 453. seq. & 511. seq. Epistolæ Encyclicæ qva Pelagiani condemnantui fragmenta extant apud Augustinum & Prosperum & T. 2. Concil. edit. Labbeanæ pag. 1613. Alias Zosimo huic tributas Epistolas spurias esse docet Lauunojus parte altera opusc. de duobus Dionysiis, neq; qvicqvam à Natali Alexandro pro illis allatum est, qvod non idem Launojus jam confutavit in iterata editione qvæ vindicias adversus Menardum continet. Adde B. D. Reiseri Launojum Confessorem p. 803. seqq.

Zosimus novæ Epiri Præses sub Valentiniano & Valente ad qvem A. C. 373. datæ leges lib. VI. cod. Theodos. tit. 31. de stratoribus & lib. XII. tit. 10. de præfectianis. Hunc Zosimum Historici nostri parentem fuisse suspicatur Jacobus Gothofredus T. 4. pag. 572.

Zosimus sive Zosimus Abbas cujus Λογισμὸς edidit Petrus Possinus in thesauro Ascetico p. 279. Antiqviorem Joanne Moscho & circa A. C. 432. clarum in Palæstina Ascetam celeberrimum fuisse editor contendit.

Zosimus Monachus & Anachoreta, ad qvem Photii Epistolæ.

Zosimæ Apocalypsin rejicit Nicephorus Homolegeta in jure Græco-Romano Freheri T. 1. pag. 196.

Zosima servæ nomen in veteri Epigrammate Græco Anthol. f. 341.

Zosima

2011 Ministerio de Cultura

Zosima Tigranis Armeniæ Regis uxor, à Pompejo in triumpho ducta. Plutarch. in Pompejo pag. 643.

In veteribus inscriptionibus freqventissimum Zosimorum & Zosimarum nomen. Vide præter indices Gruteri Reinesium p. 615. Inscript. Sponii itinerarium pag. 88. b. & 108. edit. Germanicæ, Clariss. Montfauconi Diarium Italicum pag. 118. & 70. Thomasinum de Donariis Vett. c. ult.

XXII. GEORGIUS PHRANZES a) illustri genere & Imperatorem ipsum b) per affinitatem contingente natus est CPoli 30 August. A. C. 1401. c) Parentibus A. 1417. pestilentia correptis & extinctis inter Imperatoris Manuelis Palæologi cubicularios d) & biennio interjecto inter secretarios receptus, tum eidem Manueli, tum filiis illius Joanni (cui à moriente Patre singulariter commendatus e) fuerat) & Constantino charus, varias legationes pro illis obivit, consilio atqve opera utriqve adfuit, Glarentzam in Peloponneso recepit, Constantinam ad Patras A. 1429. objecto corpore suo exemit hostibus, & pro eo capi se f) passus est. Restitutus interjecto tempore *Protovestiarii* g) munere A. 1432. & præfectura Spartana A. 1446. h) auctus fuit, cumqve ad firmandam Constantino post Johannem fratrem A. 1448. extinctum successionem in Imperium adversum fratrem illius Demetrium i) adfuisset, & ad magni Logothetæ k) dignitatem ab eo fuisset evectus, non diu post capta à Turcis A. 1553. CPoli & ipse cum omnibus suis venit in potestatem l) Turcarum. Inde venditus

a) Vide Allatium de Georgiis p. 425 seq. Martinum Hanckium de Scriptoribus Hist. Byz. part. 1. cap. 40. pag. 645. seq. Henr. Warthonum appendice ad Hist. literariam scriptor. Eccles. ad A. C. 1414. & Jac. Pontanum prolegom. ad Phrauzam.

b) Soror Phranzæ nubsit Gregorio Palæologo Mamonæ, Magni Ducis Mamonæ filio, ut ipse testatur libro 1. cap. 38. Illum Gregorium genti Augustæ Palæologorum accenset Cangius in familiis Byz. p. 254. Uxorem qvoqve Phranza duxit A. 1438. Helenam Alexii Palæologi Examplaconis filiam ex qva filios tres filiamqve unam suscepit. Vide eum II. 17.

c) Phranzes ipse lib. 1. cap. 21. d) lib. 1. cap. 38. & 41.

e) lib. 2. cap. 1. f) lib. 2. cap. 3. seq.

g) Phranzes lib. 2. cap. 10. & in procemio: *Ad hunc modum ego quoque Georgius Phranzes & Protovestiarius* &c. h) lib. 2. cap. 19. i) lib. 3. cap. 1.

k) lib. 3. cap. 6. pag. 162. seq. l) Confer Hanckium p. 661. seq.

2011 Ministerio de Cultura

ditus & in libertatem iterum assertus in Peloponneso primum apud Thomam Palæologum Despotam Constantini fratrem versatus uxorem à servitute asseruit, & Peloponneso etiam â Turcis capta in Italiam se recepit, Romaqve & Venetiis lustratis Corcyram rediit atqve Monachi habitum amplexus, pro Georgii nomine *Gregorius*, m) uti uxor ejus pro Helena Eupraxiæ nomine appellari voluit A. 1468. In hoc Monasterio à Corcyræis qvibusdam nobilibus viris rogatus scripsit *Chronicon rerum Byzantinarum libris IV.* ab A.C. 1401. ad 1477. n) qvo ipso anno die 29. Martii inopia, morbo & senectute fractum illud absolvisse se ipse in calce libri postremi auctor est. Incipit similiter ut Acropolita: *τὸ τῆς ἱστορίας χρήσιμον καὶ πρὸ ἡμῶν οἱ πολλοὶ συγγραψάμενοι.* Hoc opus Græce necdum lucem vidit. At *Jacobus Pontanus* S. I. Græcum Codicem nactus in Bibliotheca Bavarica Monachiensi, qvæ abundare ipsi aut aliena esse videbantur omisit, * cætera latine vertit, & *tribus libris* distinxit, capitulisqve subdivisit, notis etiam & explicatione dignitatum illustravit, atqve ita contractum latine edidit ad calcem Historiarum Theophylacti Simocattæ, Græce & Latine vulgatarum Ingolstad. 1604. 4. Sed Pontanam ipsum de Phranzæ opere & sua editione loqventem audiamus: Opus autem ab auctore suo hunc in modum distributum est, "Primo libro de qvatuor (tot enim fecit) sex Imperatores Palæolo- "gos complectitur, qvorum princeps est Michaël, qvem Comne- "num cognominat (fuerunt qvippe Palæologi materno genere Com- "neni, ut ex initio historiæ apparebit) is, qvi Constantinopolim per "annos sexaginta, plus minusve à Latinis obtentam recuperavit. "Ultimus illorum sex est Manuel, in qvo liber finitur. Secundo res "Joannis filii Manuelis persequitur. Genuit autem filios senos, Joan- "nem, Andronicum, Theodorum, Constantinum, Demetrium, "Thomam. Tertium fratri & successori Joannis Constantino dat: "qvo imperante, & qvidem pauciſſimis annis, Constantinopolis vi & "armis devicta, in Turcarum impiorum ditionem concessit. Qvar- "tum, eundemqve postremum in dissidiis, & intestinis duorum fratum,

m) Phranzes ipse in procœmio & lib. 3. cap. 29.

n) non 1457. ut legitur in Vossii Hist. Græcis lib. 2. cap. 30.

* Allatius de Georgiis pag. 426. *Pontanus in aliis laudem nec contemnendam promeritus, à nonnullis reprehenditur, primum quod Græce non ediderit, secundum, quod opus obtruncatum ac in epitomen redactum, non integrum emiserit.*

2011 Ministerio de Cultura

trum Palæologorum, Demetrii puta, & Thomæ bellis in Peloponneſo, & Mahometis II. qvi Conſtantinopolim ſublegit, fraudibus ac rapinis ibidem deſcribendis potiſſimum ponit, univerſamqve narrationem paulò ſupra annum Chriſti MCCLIX. qvo Michaël Palæologus imperium inivit, exorſus, ad annum MCCCCLXXVII. producit, atq; ita annos minimum CCXVIII. comprehendit, tantillo libro, chartis tribus: utinam vero etiam ita doctis & laboriosis utis, de qvo iſtud poëta Veronenſis cum admiratione affirmavit."

At enim qvoniam ſcriptor iſte παρεκβάσεων ſeu digreſſionum refertior eſt, & earum multæ ad hiſtoriam ipſam prorſus nihil pertinent, qvin potius ejus gravitati & dignitati officiunt: ac proinde non ſine jactura modo, verum etiam commode, & utiliter abeſſe poſſunt, conſilium fuit, iis prætermiſſis, totum corpus (tametſi per ſe haud ita magnum) compendio qvodam cogere, qvæq; libro qvarto inſigniora, magisq; memorabilia reperiuntur, ea tanqvam acceſſionem ad ædes cum tertio conjungere, & hac ratione ipſum tertium cumulatiorem efficere. Qvem enim, obſecro, ſecta Mahometana ex *Joannis Cantacuzeni* contra eandem ſectam Orationibus tot paginis deſcripta & reprehenſa delectet? Odio plusqvam Vatiniano Mahometismum odit Protoveſtiarius, atqve hoc propter Turcas. Ideo ſe tenere non potuit, qvin repertorem illius, & ſane pluries exagitaret. Ejus genealogiam, mores, incrementa, dogmata inſectaretur. Sed nunc non erat his locus, ait Flaccus. De cometa viſo cum agit, qvid illic complura meteora, ut fulgur, fulmen, tonitru, terræ motum, ipſorum cometarum generationem, elementorum qvoqve rationem, philoſophica inqvam, ὃ πάνυ Φιλοσόφως explicare attinet? Res ſuas, eaſqve minutas ſæpe, & qvas magnopere ſcire nullus cupiat, freqventius, & ambitioſus adducit. Non ſchiſma, & defectionem Græcorum ab Eccleſia Romana (qvod tamen toti occidenti eſt perſuaſiſſimum) ſed peccata, ut Ninivitarum, aliorumqve populorum, & oraculum de Ismaelitarum (unde Turcæ ſint propagati (imperio augendo, qva de re ſcriptum eſt in Geneſi, hæc, inqvam, in cauſa fuiſſe cur perierint, Latinosqve à Græcis potius, qvam Græcos à Latinis deſciviſſe, longa diſputatione contendit. De qvatuor monarchiis, etiam ex Prophetis Daniele, & Zacharia fuſius diſſe-

2011 Ministerio de Cultura

"differit. Symbolum item Nicænum, ſecundum ſingula verba è
"Scriptura ſacra tam novi, qvam veteris Teſtamenti contextum &
"conflatum demonſtrat. Tandem capita qvædam fidei profitetur,
"qvod ſollemne fuit ad monachorum ordinem ſeſe aggregantium, in
"qvibus ipſis qvædam non Romana, & Catholica cernuntur. Hæc
"& hujus farinæ alia ad hiſtoriam nihil facere, lectoriqve moleſtiam
"magis creatura, qvi non videt, nihil videt. Porro qvæ libro primo
"de Osmanidarum Imperatorum origine, ſucceſſione, rebus geſtis,
"de inſula Creta, & adverſum barbaros propter eam perpetratis diſ-
"ſeruntur, ac præterea alios qvosdam locos, etſi hiſtoriæ minus pro-
"prios, minus tamen ab ea alienos, nec inutiles, & graves reliqvi.
"Nec vereor, ne qvis factum hoc meum ſecus interpretetur, qvi
"clariſſimos utriusqve lingvæ hiſtoricos, aliosqve ſcriptores egre-
"gios ſimiliter ob ſolam longitudinem in epitomas contractos
"non ignorat, qvos in præſentia nominare nihil neceſſe eſt. Qvod
"lib. 3. ex narratione ſenis cujusdam de rebus Indicis parum cre-
"dibilia refert, ſciendum apud Plinium & Diodorum Siculum haberi
"ſimilia. Ad hæc qvædam obſcura & intricata, ſcribæ, an auctori
"vitio danda, detraxi, nullo rerum notabili detrimento, in qvorum
"intelligentia, ut qvis diu ſe torqveret, operæpretium non eſt viſum.
"Prudenter enim Nicetas in veſtibulo, ſeu præfatione operis ſui,
"qva hiſtoriam eximie, ſi qvisqvam alius, commendavit: *Quidquid*
"*enim non apertum eſt, atque in promptu poſitum, hiſtoria abominatur: quidquid*
"*ſimplex & naturale eſt, & intelligentiæ obvium, libenter admittit.* Protove-
"ſtiarius ipſemet undecim libros Nicephori Gregoræ in ſex prima
"capita libri primi, qvaſi in anguſtiſſimum carcerem nimia prope-
"modum brevitate coarctata compegit. Qvæ ipſa capita, qvod
"erant longiuſcula, nos in multa diduximus: & alioqvi in capitum
"numero longitudineqve per totos libros conſtituenda ac defini-
"enda noſtro judicio paruimus. Et qvoniam epitomen conficie-
"bamus, adhuc alia qvædam omiſimus, cum præſertim involutiora
"eſſent, de qvibus ſuo loco. Ter, qvater libro primo ad ſupple-
"mentum, pauxillum verborum ex Gregora & Laonico aſperſimus.
"Atqve hic te, lector, monitum volo, ad ea qvæ libro jam nominato
"traduntur, uberius cognoſcenda, lectionem Gregoræ, nec hujus
"tantum, ſed & Joannis Cantacuzeni, ſuperiore anno à nobis in la-
"tinum converſi, multaqve aliter, qvam ille narrantis magnopere
"pro-

2011 Ministerio de Cultura

profuturam." Hæc Pontanus qvi pag. 304. notis ſuis Græce inſeruit omiſſum in verſione ſive Epitome ſua *Andronici* junioris Imperatoris pro Monembaſiotis diploma ſive bullam, & pag. 309. *Beſſarionis* Cardinalis *Epiſtolam*, qvam ad Pædagogum filiorum Thomæ Palæologi, Anconam ille miſit, & Meurſius deinde Græce ác Latine ſubjunxit Heſychii illuſtris opuſculis Lugd. Bat. 1613. 8. vulgatis, ut dixi ſupra pag. 241. Deniqve pag. 317. & 325. Græce & Latine Pontanus addidit *Georgii Trapezuntii* Epiſtolam ad Joannem Palæologum, qva eum invitat ut triremibus ab Eugenio IV. miſſis Imperator in Italiam ad Synodum naviget.

De Phranzæ opere, qvod MS. Græce fuit etiam in Bibl. Regia Scoriacenſi, atqve in Ambroſiana Mediolanenſi qvemadmodum & Barberina hodie aſſervatur, ita ſtatuunt eruditi, * ut obſidionem & expugnationem Cpoleos accuratiſſime ab eo deſcriptam eſſe nemo dubitet, alioqvi multa parum ad rem facientia, parumqve accurate ab eo tradita eſſe conqveſti ſint multi. Nicephorum Gregoram ab eo, etiam ubi errat exſcribi notat Allatius ad Acropolitam pag. 220. 264. 270. confundere omnia ac mutilare pro libidine pag 250. Idem oſcitantiam ejus reprehendit libro de conſenſu utriusqve Eccleſiæ pag. 776. Ex Acropolita proœmium & qvæ ab urbe à Latinis direpta ad ipſam à Græcis recuperatam narrat, per ſummas transcripſiſſe, notat pag. 426. de Georgiis.

Græce loca è commentariis Phranzæ Hiſtoricis producit Allatius in eodem opere de conſenſu p. 4. & alibi, neqve aliunde hauſit qvæ Græca Phranzæ laudat Cangius in Gloſſario Græco. Notandum autem eſt Allatium habuiſſe opus diverſum ab eo qvod in Epitomen contractum Latine Pontanus edidit. Ita enim ille diatriba de Gregoriis, loco laudato: *Servatur penes me ejusdem Phranzæ Chronicon diverſum omnino ab edito. Incipit ab A. 1402. finit in annum 1417. neſcio an ab ipſo Auctore, ne prolixitate operis Lectorem fatigaret, in compendium poſt primum Chronicon concinnatum, an prius etiam, quam prolixum ederet, veluti memoriæ fulcrum, & materiæ argumentum præparatum fuerit. Quicquid tamen ſit, eloquio barbarum, & locutione è trivio petita, habet in ſe multa quæ aliunde non occurrent, & diſtincte omnia proſequitur: in eo tamen minime laudandum, quod minutiſſima quæque & nullius dignationis commemoret, ſatis*

* Vide Hanckium de ſcriptoribus Hiſt. Byz. pag. 667. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

in angustiis domesticis enarrandis curiosus & loquens. Sic exorditur: ὁ ἐλεεινὸς Γεώργιος Φραντζῆς καὶ Γρηγόριος τάχα μοναχὸς ταῦτα ἔγραψεν ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν καί τινων μερικῶν γεγονότων ἐν τῷ τῆς ἀθλίας ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ ἀπὸ τῆς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννέσεως αὐτά, ἔτει. *Principium:* καλὸν ἦν μοι, ἢ οὐκ ἐγεννήθην, ἢ παιδίον ἀποθανεῖν. *Contulicum MS. Codice Neapolitano Bibliothecæ SS. Apostolorum Clericorum Regularium. Et ut conjicio asservatur quoque Scoriaci in Bibl. Regia.* Γεωργίου τοῦ Φραντζῆ περί τινων γεγονότων ἐν τῷ κατ' αὐτὸν χρόνῳ.

In editione Pontani III. 29. pag. 219. testatur Phranzes se anteqvam habitum Monasticum induceret, *Confessionem fidei* edidisse, atqve in *expositione Symboli* ostendisse unde à SS. Patribus illud fuerit compositum. Illam confessionem sive expositionem utrum à Simeone † Thessalonicensi mutuatus Phranzes sit, Allatius addubitat, cæterum Pontanus in versione sua Historiæ, cui ab auctore inserta fuerat, eandem ut alia multa rescidit.

XXIII. Qvem JOSEPHUM GENESIUM viri docti appellant, is ab uno memoratur Joanne Scylitze * in proœmio Historiæ. Sed in MS. Scylitzæ Codice distingvi Josephum ac Genesium notat Labbeus, ** ita ut duo fuerint Historiæ CPol. scriptores diversi, unus Josephus Byzantinus, & alter Genesius Byzantinus. At enim ut patria Byzantium fuisse Genesium perqvam est incertum, licet Byzantinam Historiam scripserit, sic Josephum diversum à Genesio apud Scylitzen laudari ægre mihi persvadeo. Qvicqvid vero

† Simeonis Thess. duplex scriptum in Symbolum memorat Allatius de Simeonibus pag. 194. qvæ ambo in Vaticana & Bodlejana Bibliothecis continentur MSS. unum est ἑρμηνεία σωστικὴ κατὰ δύναμιν εἰς τὸ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀμωμήτου ἡμῶν πίστεως τῶν χριστιανῶν θεῖον καὶ ἱερὸν σύμβολον. Incipit: περὶ τοῦ ἱερωτάτου συμβόλου τῆς ἀληθοῦς καὶ μόνης τῶν χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως. Alterum: ἔκθεσις ἀναγκαιοτάτη περὶ τῶν τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ῥήσεων, ὅθεν συνελέγησαν, καὶ κατὰ τίνων αὐταὶ συγκείμεναί εἰσιν. *Expositio perquam necessaria sententiarum sacri Symboli, unde collectæ sunt, & adversus quos dictatæ.* Incipit: Καλὸν ἐκθέσθαι καὶ ὅθεν τὸ ἱερώτατον παρὰ τῶν θείων Πατέρων συνετέθη Σύμβολον. Citat Allatius p. 160. de purgatorio.

* Locum Scylitzæ habes supra pag. 389.

** Vide Labbeum in protreptico ad Hist. Byz. p. 41. Alius porro Genesius cujus meminit Sidonius lib. IV. Epist. 6. Alius Genesius presbyter, scriptor vitæ S. Genovefæ Virginis, ut præteream Genesios Martyres, qvorum memoriam celebrant Latini 25. August. & 11. Octobr.

2011 Ministerio de Cultura

vero sit, Lipsiæ in patria mea servatur in Biliotheca Paulina Codex antiqvus MS. membranaceus Græcus *Historiæ* Genesianæ, jussu Constantini Porphyrogeniti compositæ, & res Imp. qvinq; CPol. *Leonis Armeni*, qvi A. C. 813. cœpit imperare, *Michaëlis Balbi*, *Theophili* fil. *Michaëlis & Basilii Macedonis*, A. 889. Cal. Mart. defuncti comprehendentis. Ex hoc Codice Collegii Paulini Bibliothecæ Academicæ Lipsiensis pagi-nis LXXVII. in fol. constante vir doctissimus *Jo. Andreas Bosius* jampridem illius editionem parare se significavit in diatriba de testimonio Flav. Josephi de CHristo. *** Apographum Bosianum cum brevibus *Tho. Reinesii*, qvocum Bosius illud communicaverat, notis servatur Jenæ in Bibl. publica Academiæ, cui libros suos ille moriens legavit, ex qvo Genesii editionem deinde molitus fuit ejusdem Acad. Professor celebris *Georgius Schubartus*, ut memorant Acta Eruditorum Lipsi. A. MDCLXXXV. p. 441. Aliud Apographum cum iisdem Reinesii notulis servat Bibliotheca Amplissimi Senatus Lipsiensis: Novum etiam ac singulare studium Genesio in lucem proferendo impendit præclari Vir ingenii & magnæ, supra ætatem, doctrinæ, *Godfridus Wagnerus*, Lipsiensis, Pastor ad S. Johannis, sed illo florentibus annis extincto etiam ista spes † decollavit, ita ut palma hæc integra relicta sit Viro, cujus neutiqvam interpretis Genesium pœnitebit, præstantissimo *Godfrido Olearío*, qvi doctrinæ & exempli laude Patriam suam & Ecclesiam hodie, atqve diu, opto decorat, ac scriptorem illum ex eodem Codice Paulino descriptum & versione ac notis à se illustratum jam in scriniis habet & proxime prælis commissurus est. Versus qvibus Genesius suos qvinqve Βασιλειῶν libros Constantino Porphyrogenito offert, hi operi præfiguntur:

Τὴν ἐξ ἱστορίας τελέσας βίβλον ὡς ἐκέλευσας,
Αὐτοκράτορ, μελέτης καὶ καμάτοις μεγάλοις,
Ἐν σοὶ δῶρον ἔθηκα, ὅπως ἐγνωσμένον ᾖ
Ἐκ φιλοδεσποτίας σωτεθὲν, ἔκ τε πόθου.

*** Bosius de testimonio Flavii Josephi Jen. 1673. cap. 2. pag. 24. *Theophanis Chronographiæ Augustanum Codicem ante aliquot annos cum edito comparavimus, cujus ope eum scriptorem multo emendatiorem, alicubi & pleniorem completis quibus passim fœdatus est lacunis aliquot, una cum Georgio Syncello & utriusque continuatore* Genesio *hucusque inedito paucisque etiam eruditissimorum virorum viso notove dabimus aliquando* &c. Descripsit ille Genesium A. 1652.

† Qvemadmodum & spes editionis Genesii promissæ à *Ludolpho Kustero*, de qva supra pag. 228.

2011 Ministerio de Cultura

Hos verſus à B. Wagnero cum Clariſſ. Caveo communicatos, & ab eo vulgatos in parte altera Hiſtoriæ literariæ ſcriptorum Eccleſiaſticorum ad A. C. 940. ita utcunqve transtuli:

Hiſtoriam juſſu quam Cæſar magne tuopte
Perfeci curis atque labore gravi,
Hanc Tibi dona fero, notum ſit ut omnibus, iſta
Nutu ſcripta Tuo, Te cupiente lègi.

Leguntur & alii verſus Olympii cujusdam ad voluminis calcem, qvæ mihi non videntur ad Geneſium pertinere, ſed ad Johannem qvendam Hiſtoricum Scylitzæ itidem laudatum, & cujus Opus forte olim Geneſio in Codice Lipſienſi MS. adhærebat, poſtea ab eo ſeparatum periit.

Λώσων ἀνὴρ ἄριστος, ὡς ἐγὼ κρίνω,
Γεωργίᾳ τε Φημὶ καὶ Θεοφάνῃ
Τῶν χρονογράφων, ὁ τῆς δε τῆς βίβλου πατὴρ
Ἰωάννης σοι πάντης, Φιλοδαιμόνων
Ὁ τῶν προέδρων πρῶτος, ἀλλὰ καὶ δίκης
Διοκαισαρείας, τῆς Ἀναζάρβης πάλαι.

In optimis eſt optimus me judice
(Georgium Theophanemque intelligo
Chronographos) præſentis auctor & Pater
Libri Johannes, diligentium DEUM
Flos ille primus Præſulum atque Epiſcopus
Diocæſareæ, dictæ Anazarbæ antea.

Pro λοίσθων ſcripſi λώσων, & in qvarto verſu pro Φίλᾳ δαιμόνων vel Eduardi Bernardi * doctiſſimi viri Φίλε δαιμόνων malui Φιλοδαιμόνων. Sane virum pium nemo Chriſtianus facile vocabit Φίλον δαιμόνων, facilius Φιλοδαίμονα, pro Φιλεθέω, licet & hoc rariſſimum eſt in Chriſtianorum ſcriptis, cum dæmonum vocabulum in Novo Teſt. ſemper de malis angelis accipiatur, qvod ab Homero, Platone & aliis Ethnicis ſcriptoribus paſſim ponitur pro Diis.

XXIV. Poſt Geneſium dicere juvat de alio, itidem inedito Opere, ad res CPolitanæ aulæ & Eccleſiæ pertinente, qvod MS. exſtat Francofurti ad Mœnum apud virum Nobiliſſimum & eruditione atq; inge-

* Vide Caveum loco laudato & Acta Eruditor. Lipſienſia A. 1699. p. 160.

2011 Ministerio de Cultura

ingenio florentissimum, *D. Zachariam Conradum ab Uffenbach.* Is titulom Indicemq; Capitum pro singulari humanitate sua mecum communicavit, qvæ cum Latina versione mea præsenti loco subjungam.

ὑπόθεσις τῶν Βασιλικῶν ταξειδίων, καὶ ὑπόμνησις τῶν ἀσπλήκτων.

ὅσα δεῖ φυλάττειν, Βασιλέως μέλλοντος ταξειδεύειν.

Κωνσταντίνου ἐν Χριστῷ Βασιλεῖ αἰωνίῳ, Βασιλέως Ῥωμαίων, υἱοῦ Λέοντος τοῦ ἀοιδίμου σοφωτάτου Βασιλέως, ἀπογόνου τῆ Βασιλείου τοῦ ἀνδρικωτάτου Βασιλέως, τοῦ Ρωμανοῦ τὸν Θεοστεφῆ Βασιλέα καὶ υἱὸν αὐτοῦ.

1. ὅσα δεῖ γίνεσθαι τοῦ μεγάλου καὶ ὑψηλοῦ Βασιλέως τῶν Ῥωμαίων μέλλοντος στρατεύειν.

α Διὰ τῶν σωμήθων τῶν ἀρχόντων τῶν βασιλικῶν στάβλων τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τῶν ἔξω ἐν τοῖς στάβλοις.

β Διὰ τῶν ὀφφικιαλίων καὶ τῶν λοιπῶν.

γ Διὰ τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων.

δ Διὰ τῶν ἁγίων μοναστηρίων. ἱππάρια ρ.

ε Διὰ τῆς βασιλικῆς ὑπουργίας.

Ratio expeditionum bellicarum Imperatoris, & Memoriale pro Castris, qvænam oporteat observare, qvando Imperator expeditionem suscipere instituit.

Constantini in CHristo Rege sempiterno Imperatoris Rom. Filii Imp. venerandi ac sapientissimi Leonis, Nepotis vero Basilii fortissimi ac Nobilissimi Imp. ad Romanum à DEo coronatum Imperatorem, Filium suum.

1. Qvænam fieri oporteat, qvando magnus & sublimis Imperator Rom. castra metari constituit,

α) ab ordinariis præfectis stabulorum in urbe & extra urbem.
β) ab Officialibus, aliisqve.
γ) à Metropolitis & Archiepiscopis,
δ) à sanctis Monasteriis. *Equi centum,*
ε) à Ministris minoribus Imperatoris.

ε) à

2011 Ministerio de Cultura

ς Διὰ τ̃ μιντσρά̃ταρ , ἦγεν τῆς βαζιλικῆς κόρτης· σαγμαρια ν΄.

ζ Διὰ τ̃ οἰκειακ̃ βαζιλικ̃ βεστιαρίσ καὶ τῶν ἀπὸ τ̃ κοιτ̃ων διδομένων εἰς Φόρτωσιν τ̃ αὐτ̃ βαζιλικ̃ βεστιαρίσ, σαγμάρια λ.

η Διὰ τῶν ἀραφίων τῶν εἰς ἐθνικὰς ἀποστελλομένων , λόγῳ ξενίων.

θ Διὰ τῶν * ἐρραμένων.

ι Διὰ τ̃ εἰδικ̃ , σαγμάρια μς΄.

Εἰσὶν αἱ Φορτωσίαι ἅτως.

ια΄ Περὶ τῶν κερκέτων.

2. Ὅζα δεῖ γίνεσθαι , ὅταν ἀπὸ ἐξπεδίτ , ἢ μακρᾶς ὁδοιπορίας, ἐπανέρχεται ὁ Βαζιλεύς.

3. Ἡ ἀπὸ τ̃ Φοσσάτ μ̃ νίκης ἐπάνοδος , Βασιλείσ Φιλοχρίσ Βασιλέως ἀπὸ Τερμικῆς καὶ Γερμανίκης.

4. Ἡ ἀπὸ τ̃ Φοσσάτ ἐπάνοδος Θεοφίλ Βασιλέως , ὅτε ἐνίκησεν κατὰ κράτος , τοὺς ἀπὸ Κιλικίας στρατοπεδεύσαντας κατ' αὐτ̃ Ταρσίτας , Μοψυεστάτας , Ἀδανίτας , Εἰρηνοπολίτας , Ἀναζαρβίτας , καὶ λοιπὰς χιλιάδας κ΄.

5. Κωνσαντίνσ τ̃ Φιλοχρίσ καὶ ἐν αὐτῷ Χρισῷ τῷ αἰωνίῳ Βασιλεῖ βαζιλέως, υἱ̃ Λέοντος τ̃ σοφωτάτ καὶ αὐμενήσ Βασιλέως , σύνταγμά τι καὶ βαζιλείσ ἀσ̃δῆς ὄντως ἄξιον ποίημα.

Sequitur Præfatio in librum Imperatoris.

α΄ Ὅζα δεῖ ἀσφαλάτειν σχολένσ γινομένσ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, ἤτοι τάξις καὶ ἀκολασθία τῶν ὑσπνων καὶ σχιφανῶν σχολεύσεων ἐν αἷς οἱ βαζιλεῖς ἀπαίζιν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

β Ἄκτα τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστογέννων.

γ Ἑορτὴ τῶν Φώτων. Ἄκτα τῶν δύο μερῶν.

δ Ἄκτα τῇ ἑορτῇ τ̃ ἁγίσ πάσχα.

ε Ἄκτα τῇ ἑορτῇ δευτέρᾳ τῆς Ἀναστασίμου.

ς Ἄκτα τῇ ἑορτῇ τῇ κυριακῇ τ̃ ἀντίπασχα.

ζ Τῇ ἑορτῇ τῆς μεσοπεντηκοστῆς.

η Τῇ ἑορτῇ τῆς ἀναληψίμου.

θ Τῇ ἑορτῇ τῆς πεντηκοστῆς.

ι Ὅσα δεῖ σχολάζειν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς Ἀναστασίμου.

ια΄

* Hoc vocabulum cum ſuperiore ἀραφίων non intelligo.

2011 Ministerio de Cultura

ε) à metatore sive mensuratore Imperatorii tentorii. *Equi sagmarii L.*

ζ) à Domestico Imperatoris Vestiario, & qvæ ex cubiculo suppeditantur ad sarcinas ejusdem Imperatorii Vestiarii. *Equi sagmarii XXX.*

η) De iis, qvæ ad aliarum Gentium Principes mittuntur Xeniorum loco.

ϑ) De illis qvæ * * *

ι) De rebus privatis Imperatoris. *Equi sagmarii XLVI.* Atqve de sarcinis & impedimentis hactenus.

ια. De vigiliis sibi excubiis.

2. Qvænam oporteat fieri, qvando ab expeditione vel è longo itinere Imperator revertitur.

3. De Basilii Imperatoris CHristum amantis reditu è castris post victoriam à Tephrice opido, ac Germanice.

4. Theophili Imperatoris reditus è castris, cum potenter vicisset belligerantes adversus ipsum è Cilicia Tarsitas, Mopsvestitas, Adanitas, Irenopolitas, Anazarbitas, aliosqve ad vicies mille.

CONSTANTINI CHristum amantis & in eodem CHristo sempiterno Rege Imperatoris, Filii Leonis sapientiss. & perpetua memoria digni Imp. Syntagma & Regia industria vere dignum opus.

Post præfationem sequitur opus ipsum satis spissum, cujus hæc sunt capita:

α Qvænam oporteat observare, qvando processio fit in magnam Ecclesiam, sive Ordo & series solennium & illustrium processionum, qvando Imperatores ad magnam Ecclesiam accedunt.

β Acta festi Natalitiorum CHristi.

γ Festum Luminum. Acta utriusqve * factionis.

δ Acta festo Sancti Paschatis. (schatis.

ε Acta feria secunda in hebdomade renovationis, sive postridie Pa-

ς Acta feriæ Dominicæ post Pascha.

ζ Feria qvarta Hebdomadis qvartæ post Pascha.

η Festo Ascensionis CHristi.

ϑ Festo Pentecostes.

ι Qvæ observare oporteat postridie Paschatos, sive die secunda in hebdomade renovationis.

* Venetæ & Prasinæ intellige.

2011 Ministerio de Cultura

ιε Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ γ΄ τῆς * διακινησίμου εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον.

ιβ Ὅζα δεῖ παραφυλάττειν τῇ δ΄ τῆς διακινησίμου ,, καὶ ὅσα ἐπ' αὐτῇ πλεῖστα.

ιγ Περὶ τῆς κ̅ε̅ παρεισάρχου προσκλήσεως.

ιδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ε΄ τῆς διακινησίμου ,, κ̅ε̅ ἀποδόσεως πλουμένου ἐπὶ κ̅ε̅ χρυσοπρεσβύτου.

ιε Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ παραμονῇ τῆς διακινησίμου.

ις Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ κυριακῇ κ̅ε̅ ἀντιπάσχα ,, ἀπιόντος κ̅ε̅ Βασιλέως ἐν τῇ ἁγίᾳ Σοφίᾳ.

ιζ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ πρεσβύδι τῆς Μεσοπεντηκοστῆς ,, καὶ τῆς ἐν τῷ ναῷ κ̅ε̅ ἁγίου Μωκίου προελεύσεως.

Δεῖ εἰδέναι καὶ τοῦτο , ἀνὰ πόσων δοχῶν δέχονται αἱ μέρη ἐν ταύτῃ προελεύσει.

ιη Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀναλήψεως.

ιθ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ παραμονῇ τοῦ ἁγίου Ἠλιοῦ ,, καὶ τῇ αὐτῇ τῇ ἑορτῇ.

κ Μηνὶ Μαΐῳ α. αἱ ἐγκαίνια τῆς νέας. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τ̅ ἐγκαινίων τῆς νέας μεγάλης Ἐκκλησίας.

κα Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τοῦ ἁγίου Δημητρίου.

κβ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ κ̅ε̅ προελεύζει τ̅ ὑψώσεως τ̅ τιμίων ξύλων.

κγ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν κ̅ζ̅ σάρκα γωνήσεως.

κδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ α΄ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

κε Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ παραμονῇ τῶν ἁγίων Φώτων.

κς Ὅζα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῶν Φώτων.

κζ Ὅζα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς ὑπαπαντήσεως.

κη Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν εἰ τύχῃ ἡ ἑορτὴ τῆς ὑπαπαντήσεως τῇ β΄ τῆς ἁγίας Ἑβδομάδ̅ος.

κθ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῆς ὀρθοδοξίας.

λ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ κυριακῇ τῆς μέσης Ἑβδόμαδ̅ος τῶν νηστειῶν, ἡνίκα τὸ τίμιον καὶ ζωοποιὸν ξύλον τοῦ σωροῦ προσκυνεῖται.

λα Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ,, εἰ τύχῃ ἡ ἑορτὴ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῇ κυριακῇ τῆς μέσης Ἑβδομάδ̅ος.

λβ

* ita ſcribunt paſſim pro διακαινησίμου.

2011 Ministerio de Cultura

ιδ Qvæ obſervare oporteat die tertia ejusdem hebdomadis, ſacra S. Sergio.
ιβ Qvæ oporteat obſervare die qvarta, & qvæ in illa perficiantur.
ιγ De Patriarchæ adhortatione.
ιδ Qvæ oporteat obſervare die qvinta in hebdomade renovationis qvando ſalutatio Imperatoris celebratur in aureo triclinio.
ιε Qvæ oporteat obſervare in paraſceve renovationis, ſive die ſexta.
ιϛ Qvæ oporteat obſervare in Dominica poſt Paſcha, qvando Imperator accedit ad ſanctæ Sophiæ magnum Templum.
ιζ Qvæ oporteat obſervare qvarta feria Hebdomadis qvartæ poſt Paſcha & in proceſſione in Templum S Mocii.
Oportet noſſe etiam hoc, qvibus locis utriusqve factionis homines iu hac proceſſione recipiuntur.
ιη Qvæ oporteat obſervare in feſto & proceſſione ſacræ CHriſti adſcenſionis.
ιθ Qvæ oporteat obſervare in Vigiliâ Sancti Eliæ, ipſoqve ejus feſto.
κ Calendis Maji, Encæniа novæ Eccleſiæ. Qvænam obſervare oporteat feſto Encæniorum novæ magnæ Eccleſiæ.
κα Qvæ oporteat obſervare in feſto ac proceſſione S. Demetrii.
κβ Qvæ oporteat obſervare feſto & proceſſione exaltationis S. Crucis.
κγ Qvæ oporteat obſervare feſto & proceſſione Sacræ CHriſti DEI noſtri Nativitatis in carnem.
κδ Qvæ oporteat obſervare Calendis Menſis Januarii ſacris S. Baſilio.
κε Qvæ oporteat obſervare in Vigilia ſanctorum Luminum.
κϛ Qvæ oporteat obſervare in Feſto & in proceſſione ſanctorum Luminum.
κζ Qvæ obſervare oporteat in Feſto & in proceſſione Occurſus ſive Purificationis S. Mariæ.
κη Qvænam oporteat obſervare, qvando feſtum Occurſus incidit in feriam ſecundam ſanctæ Hebdomadæ.
κθ Qvænam oporteat obſervare Dominica Orthodoxiæ, ſive reſtitutionis Imaginum.
λ Qvæ obſervare oporteat Dominica mediæ hebdomadis Jejuniorum, qvando venerandum & vivificum lignum crucis adoratur.
λα Qvæ oporteat obſervare, qvando contingit feſtum Annunciationis S. Deiparæ incidere in Dominicam mediæ Hebdomadis.

2011 Ministerio de Cultura

λβ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ παραμονῇ τῆς Βαϊοφόρου.

λγ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσῃ τῶν Βαΐων.
λδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ἑ. καὶ ὅτι τῆς τοῦ Βασιλέως περιόδου ἐν τοῖς γηροκομείοις.
λε Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ, καὶ ὅσα ἐν αὐτῇ πολεῖται.
λς Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ Σαββάτῳ.

λζ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι προελεύσει ἐνώσεως Ἐκκλησίας.
λη Χρὴ εἰδέναι, πῶς ἀλλάσσουσιν οἱ Δεσπότης ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ προελεύσεσι.
λθ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι σεψίμῳ Βασιλέως.
Ακπλογία τῶν δήμων * ὅτι σεψίμῳ Βασιλέως.
μ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι σεφανώματι Βασιλέως.

μα Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι σεψίμῳ Αυγούστης.
Ακπλογία τῶν δήμων ὅτι σεψίμῳ Αυγούστης.
μβ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι σεψίμῳ Αυγούστης καὶ σεφανώματι.

μγ Ακπλογία τῶν δήμων ὅταν πεχθῇ παιδίον πορφυρογέννητον.

μδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι χειροτονίᾳ Καίσαρος.
Ακπλογία τῶν δήμων ὅτι χειροτονίᾳ Καίσαρος.
με Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι χειροτονίᾳ Νωβελησίμου.
Ακπλογία τῶν δήμων ὅτι χειροτονίᾳ Νωβελησίμου.
μς Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι προαγωγῇ Κυροπαλάτου.

μζ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι προαγωγῇ Μαγίστρου, εἰ κελεύει αὐτὴν ποιῆσαι, ἐν προκένσῳ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ Βασιλεύς.
μη Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι προαγωγῇ Μαγίστρου, εἰ κελεύει αὐτὴν ποιῆσαι εἰς κυελακὴν ** παγανὴν.
μθ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτι προαγωγῇ πατρικίου συγκλητικοῦ καὶ στρατηγοῦντος.

ν Ὅσα

* Si opus ipsum liceret Inspicere, forte pateret per δήμους intelligi factiones agitatorum in Circo. ** verti, ac si esset παναγίας.

2011 Ministerio de Cultura

λβ Qvænam oporteat obſervare in Vigilia Palmarum.
λγ Qvænam oporteat obſervare in Palmarum feſto ac Proceſſione.

λδ Qvæ oporteat obſervare ſancta & magna Qvinta, & de Imperatoris circuitione in Gerocomiis.
λε Qvæ oporteat obſervare in magna Paraſceve, & qvæ illa die peragantur.
λς Qvæ oporteat obſervare ſancto & magno Sabbato.
λζ Qvæ oporteat obſervare in proceſſione Unionis * Eccleſiæ.
λη Noſſe oportet qvomodo alternent Deſpotæ in feſtis ac Proceſſionibus
λθ Qvænam oporteat obſervare in Coronatione Imperatoris, Enarratio ſolennium qvæ in Coronatione Imperatoris fieri ſolent.
μ Qvæ oporteat obſervare in Imperatoris inauguratione nuptiali.
μα Qvænam oporteat obſervare in Auguſtæ coronatione. Enarratio ſolennium qvæ in coronatione Auguſtæ fieri ſolent.
μβ Qvænam obſervare oporteat in Auguſtæ inauguratione nuptiali.
μγ Enarratio ſolennium qvæ obſervantur, qvando Imperatori naſcitur filius Porphyrogenitus.
μδ Qvænam oporteat obſervare in Cæſaris inauguratione. Enarratio ſolennium, qvando Cæſar inauguratur.
με Qvæ oporteat obſervare in inauguratione Nobiliſſimi. Enarratio ſolennium qvæ fiunt qvando Nobiliſſimus inauguratur.
μς Qvæ oporteat obſervare in inauguratione Curopalatæ.

μζ Qvæ oporteat obſervare in inauguratione Magiſtri Officiorum, ſi Imperator proceſſum ejus fieri jubeat in magna Eccleſia.
μη Qvæ oporteat obſervare in inauguratione Magiſtri Officiorum ſi Imperator eam jubeat fieri in templo Sanctiſſimæ Deiparæ.
μθ Qvæ oporteat obſervare in inauguratione Patricii Senatoris & præfecti militum.

* Menſe Julio ſolenniter qvotannis prælegebatur Tomus Unionis, ſopiendo ſchiſmati de trigamia, qvod ſub Leone Philoſopho ortum fuerat, publicatus A. C. 920. Vide Cangium in ἕνωσις.

2011 Ministerio de Cultura

μ΄ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅπι προβολῆ ἀκριτίων.
Ακπολογία τῶν δήμων ὅπι προαγωγῆ πακριτίου.

να Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅπι προβολῆ ἀνθυπάτων.

νβ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῆ ζωστῆς πακριτίας.
νγ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῆ πραιποσίτου.

νδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῆ ὑπάρχου.
Ακπολογία τῶν δήμων ἐπὶ τῆς ὑπάρχου προαγωγῆς.
νε Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῆ κοιάίστωρος.

νς Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῆ Δημάρχου.
Ακπολογία τῶν δήμων ἐπὶ προαγωγῆ Δημάρχου.

νζ Ὅσα δεῖ σχολαφυλάττειν, εἰ κελεύει ὁ Βασιλεὺς σχολβάλλεσθαι δύο δημάρχους ἐν τῷ ἅμα.

νη Ὅσα δεῖ σχολαφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῆ δουπρέουντος.

νθ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ σχολαγωγῆ συμπόνων ἢ καὶ λογοθέτων.

ξ Ἐπὶ σχολαγωγῆ ἀντιγραφέων.
ξα Ὅσα δεῖ σχολαφυλάττειν Σπαθαροκανδιδάτους μέλλοντος γίνεσθαι σχολαπαραμελείας.
ξβ Ἐπιτάφιος βασιλέων.

ξγ Ὅσα δεῖ σχολαφυλάττειν τῇ αἰτήσεως πληθυμένης γενεθλίων ἡμέρᾳ τοῦ βασιλέως.
ξδ Ὅσα δεῖ σχολαφυλάττειν ἐν σχολαμονῇ δεξίμου.

ξε Ὅσα φυλάττειν τῇ δεῖ ἐπανέρχον εἰς τὸ δέξιμον.

ξς Ὅσα δεῖ σχολαφυλάττειν εἰς δέξιμον τοῦ χρυσοῦ ἱπποδρομίου, δευτέρᾳ ἡμέρᾳ μὴ τὸ ἀντίπασχα.

ξζ

2011 Ministerio de Cultura

ιδ Qvæ oporteat observare in declaratione Patriciorum. Enarratio solennium qvæ in Patricii declaratione fieri solent.

ιε Qvæ oporteat observare in declaratione Proconsulum.

ιϛ Qvæ oporteat observare, qvando inauguratur Ornatrix Augustæ Patricia.

ιζ Qvæ oporteat observare in declaratione sive inauguratione Præpositi.

ιη Qvæ observare oporteat in præfecti inauguratione. Enarratio solennium qvæ in Præfecti inauguratione fieri solent.

ιθ Qvæ oporteat observare in inauguratione Qvæstoris.

κ Qvæ oporteat observare in declaratione Principis sive primicerii factionum Circensium. Enarratio solennium qvæ in Principis factionum inauguratione fieri solent.

κα Qvæ oporteat observare, qvando Imperator jubet binos simul factionum Principes pronunciari.

κβ Qvæ oporteat observare in declaratione secundicerii.

κγ Qvæ oporteat observare in inauguratione Assessorum judicii & Logothetarum. (rum.

κδ Qvæ oporteat observare qvando inaugurantur Magistri scrinio-

κε Qvæ oporteat observare qvando Spatharocandidatus evehendus est in dignitatem Protospatharii.

κϛ Imperatorum Sepultura.

κζ Qvænam observare oporteat post finitas preces & Vota in Natalitiis Imperatorum.

κη Qvænam oporteat observare pridie exceptionis qvando in Urbem venit Imperator.

κθ Qvæ oporteat observare mane ejus diei qvo Imperator in urbem veniens excipiendus est.

λ Qvæ oporteat observare qvando excipiendus est Imperator in aureo Hippodromo postridie Antipaschatis, sive Qvasimodogeniti.

2011 Ministerio de Cultura

ξζ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν εἰς Σάξιμον ἤγουν εἰς κλητόριον.
ξη Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν δεξίμου γενομένου ἐν τῇ μυστικῇ Φιάλῃ τοῦ τριηκόγχου, χειμῶνος ὄντος καὶ βιαίων ἀνέμων καὶ μὴ συγχωρούντων γενέσθαι ἐν ταῖς ἐξέδραις Φιάλαις.
ξθ Περὶ τῆς τῶν ἀπάντων ἀρχόντων τάξεώς τε καὶ παρασάσεως ἐν ἑκάστῳ δεξίμῳ ἐπιτελουμένων ἐν τοῖς μεγάλοις Φιάλαις.
ο Περὶ τοῦ χρυσοῦ ἱπποδρομίου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελουμένων.
Περὶ τοῦ δειλινοῦ ἱπποδρομίου.

ξζ Quæ oporteat obſervare in Saximodeximo convivio.
ξη Quæ oporteat obſervare circa Imperatoris exceptionem in ſacro ſtagno qvod à tribus conchis nomen habet, qvando tempeſtas vel vehementes venti haud permittunt illud in conſvetis phialis ſive majoribus labris facere.
ξθ De iis qvæ ab omnibus Proceribus ordinibusqve fiunt qvando Imperator in majoribus lacubus ſive labris excipiendus eſt.
ο. De aureo Hippodromo ſive circo, & qvæ in illo peraguntur.
De veſpertino Hippodromio ſive decurſione eqveſtri.

Cætera Græce tantum ſubjungere placet, cum opus ipſum inſpicere mihi per locorum diſtantiam jam non ſit integrum, & eo inconſulto verendum ſit ne in vocabulis in quibus hæreo, errores pro verſione vel conjectura mea lectori obtrudam.

οα Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἱππικοῦ ἀγομένου τοῦ καταλόγου.

1. Περὶ τῆς ὄρνας πῶς δεῖ κοιλίειν.
2. Ἄκτα ἐπὶ νίκῃ τῶν ἡνιόχων.
3. Ὅσα δεῖ τελεῖν εἰς τὸ δειλινὸν ἱπποδρόμιον.
4. Ὅσα δεῖ τελεῖσθαι μικροπανίτου μέλλοντος γίνεσθαι φακτιοναρίου.
5. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν βηγαρίου ζωννυμένου.
6. Ἄκτα ἐπινικίων θριαμβευομένων ἐπὶ τοῦ ἱπποδρομίου.
7. Ἄκτα ἐπὶ μεγισάνων ἀμειρῶν ἐν πολέμῳ ἡτηθέντων καὶ ἀναιρεθέντων.
8. Περὶ ἵππου παραγωνιζομένου τοῦ ἀπὸ βαΐου, καὶ πῶς δεῖ αὐτὸν ὑπαλλάσσεσθαι.
9. Περὶ τοῦ ποτηρίτου.
10. Περὶ διβερσίου.
11. Περὶ μεριδῶν
12. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἡνίοχον ἀγομένου τοῦ βαΐου.
13. Περὶ τοῦ κρεμάσαι καὶ ἀποκρεμάσαι.
14. Περὶ ἵππου ἀπολύοντος.
15. Περὶ πρόβας.

2011 Ministerio de Cultura

οβ Μηνὶ Μαΐῳ ιε. τελεῖται τὸ ἱππικὸν τῆς γενεθλίης ταύτης τῆς Θεοφυλάκτου καὶ Βασιλίδος πόλεως, ἔτως.

ογ Ὅσα δεῖ τελεῖσθαι τῇ παραμονῇ τῆς Λαχανικῆς ἱπποδρομίης, ἤγουν τῆς γενεθλίης ταύτης τῆς Θεοφυλάκτου Βασιλίδος πόλεως.

οδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῆς Φακλαρέας τελουμένης.

1. Περὶ τῆς αὐτῆς ἱπποδρομίης, πῶς δεῖ κοιλίειν.
2. Περὶ τῶν βηγῶν, πῶς δεῖ αὐτὰς τελεῖσθαι.
3. Ἄκτα ἀπὸ νίκης εἰς τὸ αὐτὸ ἱπποδρόμιον.
4. Ἄκτα, ὅτε τρέχουσιν οἱ δρομικοὶ τῆς ἑνὸς μέρους ἀπὸ * *

6. Ἄκτα εἰς τὴν κοιλίσραν τῶν πεζῶν.
7. Ἄκτα καμινοντος τῆς μαναρίης εἰς τὸ πεζόν.

οε Περὶ τῆς βοτῆς, ὅπως δεῖ τελεῖσθαι.

ος Περὶ τῆς Μακελλαρικῆς ἱπποδρόμης τῆς λεγομένης Λυπερκάλια.

Ακτολογία τῶν δήμων εἰς τὸ μακελλαρικὸν ἱππόδρομον.

οζ Τὰ ὑπὸ τῶν Καγκελλαρίων τῆς Κοιμίσεως ἐν ταῖς προελεύσεσι τῶν Δεσποτῶν ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ ῥωμαϊσὶ ᾀδόμενα.

οη Ἔκθεσις τῶν λεγομένων ὑπὸ τῶν βεκαλίων ἐπὶ τῆς τραπέζης τῶν ιθ ἀκροβίτων.

οθ Εὐφημία ἅμα πρωὶ ὑπὸ τῆς στρατοπέδης ἐκβοωμένη.

π Εὐφημία λεγομένη ὑπὸ τῆς στρατοπέδης, ἡνίκα κατὰ πολεμίων ἐπινίκια ἄγει ὁ Αὐτοκράτωρ, ἢ σιτηρέσιον δοθείη τῷ στρατοπέδῳ, εἴτε τις ἄλλη βασιλικὴ διανομή. τὰ αὐτὰ δὲ λέγεται καὶ σελεντίης ἀγομένης.

πα Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς τρυγητ * * ἐν προκένσῳ τῆς ἱερείας.

πβ Ἄκτα ᾀδόμενα τῷ ὑπάρχῳ τῇ κυριακῇ τῆς Βαϊοφόρου, ἀπιόντι ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας μάρτυρος Ῥωμανῆς.

πγ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν εἰς τὸν τῆς δημάρχου καλημέριν, τῇ τρίτῃ τῆς Ταλιλοίας.

πδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ νυμφαγωγίῳ.

πε Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν εἰς σεφάνωμα.

πς Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν τῷ δείπνῳ τῶν ιθ ἀκροβίτων εἰς τὸ λεγόμενον Γολθικόν.

πζ Ἐκ τῶν τῆς Μαγίστρης * Πέτρου. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ κόμητος Αδμηνσιόνων, καὶ κόμητος σχολῆς καὶ κωροπαλάτου.

πη Τοῦ αὐτοῦ Πέτρου, ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅτε γένηται Αυγουσάλιος ἢ ἀνθύπατος.

Libri 5ti Pars Altera.

* Petrum intellige de qvo supra p. 234.

2011 Ministerio de Cultura

πϑ Περὶ διαφορᾶς Στρατιῶν καὶ πόθεν αὗται δίδονται, καὶ τί ἁρμόζει ἑκάστῳ σκηνίῳ, ὅσα εὑρεῖν ἠδυνήθημεν.

ρ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐὰν ὁ ἀναγορευτὴς ἐν τοῖς ἄνω μέρεσιν Βασιλέως ἀποσέλῃ πρέσβεις καὶ Λαυρεάτα, μηδέπω δεχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐνταῦθα Βασιλέως εἰς τὴν Βασιλείαν, καὶ πῶς βεβαιοῖ τὴν Βασιλείαν αὐτοῦ καὶ τοὺς πρέσβεις ἀπολύει.

ρα Ὅσα δεῖ παραφυλάττεσθαι ὅτε μέλλει δέχεσθαι τοὺς αὐτοὺς πρέσβεις καὶ βεβαιοῖ τὴν Βασιλείαν καὶ ἀπολύειν αὐτούς.

ρβ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν πρεσβύτου μεγάλου ἐρχομένου Περσῶν.

ργ Ὅσα δεῖ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις ἐπὶ τοῦ πρεσβύτου παραφυλάττεσθαι.

ρδ Ἀναγόρευσις Λέοντος Βασιλέως τοῦ τῆς Θείας λήξεως.

ρε Ἀναγόρευσις Ἀναστασίου Βασιλέως τοῦ τῆς Θείας λήξεως.

ρς Ἀναγόρευσις Βασιλέως Ἰουστίνου τοῦ τῆς Θείας λήξεως.

ρζ Ἀναγόρευσις Λέοντος τοῦ Μικροῦ.

ρη Ἀναγόρευσις τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου Ἰουστινιανοῦ.

ρϑ * Ἀναγόρευσις Νικηφόρου Βασιλέως τοῦ Φιλοχρίστου καὶ ἀνδρικωτάτου. τοῦ γεγονότος δομεστίκου τῶν σχολῶν τῆς ἀνατολῆς

ρι. Ἐπὶ προαγωγῇ προέδρου τῆς ἁπάσης συγκλήτου.

Sequitur INDEX Capitum libri ſecundi.

Πίναξ σὺν Θεῷ τοῦ δευτέρου βιβλίου.

α Ὅσα δεῖ φυλάττειν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνοίγοντος τοῦ Παλατίου καὶ τῆς καθημερινῆς ἰσαμένης προελεύσεως.

β Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν τῇ προελεύσει τῇ καθεκάστῃ κυριακῇ τελουμένης.

γ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τοῦ Βασιλέως προβαλλομένου Δομέστικον τῶν σχολῶν ἢ στρατηγὸς ἢ Δρουγγάριον τῶν πλοίων, ἢ Σκελλάριον ἢ τοῦ Σκελλίου, ἢ λοιποὺς ὀφφικιαλίους.

δ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ Ῥαίκτωρος.

ε Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ Συγκέλλου.

ϛ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὡς τὰ νῦν ἐπιτελεῖται ἡ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου ἑτήσιος μνήμη, καὶ τὰ Ἐγκαίνια τῶν ἱδρυθέντων τιμίων σταυρῶν ἐν τῷ νέῳ Παλατίῳ τοῦ Βόνου.

ζ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῶν ἁγίων πάντων.

η Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ πρώτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἐξερχομένου.

ϑ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν Βλαχέρναις μηνὸς Αὐγούστου ιέ. Ὅσα

* Hujus capitis titulo Monogramma Conſtantini præfigitur.

2011 Ministerio de Cultura

ι Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ δευτέρᾳ τῆς ἁγίας Ἑβδομάδος.

ια Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῶν τιμίων ξαυρῶν μελλόντων ἐξιέναι τῇ μέσῃ Ἑβδομάδι τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς.

ιβ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῶν Δεσποτῶν ἁπιόντων λύσασθαι ἐν Βλαχέρναις.

ιγ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ παγανῇ κυριακῇ, ἢ ἐν ἄλλῃ κοινῇ ἡμέρᾳ μελλόντων τῶν Δεσποτῶν ἁπιέναι εἰς τὰς ἁγίας Ἀποστόλους, εἶτα εἰς ἕτερον ναὸν εὔξασθαι.

ιδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ χειροτονίᾳ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

ιε Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν δοχῆς γινομένης ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ τῆς Μανναύρας τῶν Δεσποτῶν καθεζομένων ἐπὶ τοῦ Σολομωντείου θρόνου.

ις Περὶ τῆς δοχῆς τῆς γενομένης ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ ἐπὶ Κωνσταντίνου Ῥωμανοῦ τῇ παρουσίᾳ τοῦ παρὰ τοῦ Ἀμερμυῆ, ἀπὸ Τάρσου ἐλθόντων πρεσβέων, περὶ τοῦ ἀλλαγίου καὶ τῆς εἰρήνης, μηνὶ Μαΐῳ λά ἡμέρᾳ, Ἰνδικτίωνι Δ ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς τῶν Ἱσπανῶν δοχῆς καὶ περὶ τοῦ γεγονότος τότε ἱπποδρομίου, ὡσαύτως καὶ περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ Κυρίου μεταμορφώσεως, καὶ τῆς τοῦ Δελεμίκη δοχῆς, ἔτι τῆς ἡγεμόνος καὶ τῆς ἀρχοντίσσης Ἕλγας τῶν Ῥώσσων, οἵοις ταῦτα πάντα ἐτελέσθησαν.

ιζ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν προερχομένων τῶν Ἀρχόντων τῶν δ' ταγμάτων εἰς τὸν ἱππόδρομον.

ιη Ἀναγόρευσις Ρωμανοῦ τοῦ πορφυρογεννήτου υἱοῦ Κωνσταντίνου Βασιλέως.

ιθ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν Βρουμαλίου ἐπιτελουμένου εἴτε τοῦ μεγάλου Βασιλέως, εἴτε τοῦ μικροῦ, εἴτε τῆς Αὐγούστης.

κ Ὅσα δεῖ γίνεσθαι θριάμβου ἐπινικίων τελουμένου ἐν τῷ φόρῳ μετὰ λιτῆς, μέλοντος τοῦ Βασιλέως πατῆσαι Ἀγαρηνῶν μεγισᾶνα.

κα Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν θριάμβου τελουμένου ἐπινικίων ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ.

κβ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅταν τεχθῇ ἄῤῥεν παιδίον τῷ Βασιλεῖ.

κγ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ Βαπτισμῷ ἄῤῥενος παιδίου Βασιλέως.

κδ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ κουρέυματος παιδὸς Βασιλέως.

κο Ἐπὶ προαγωγῇ κουβικουλαρέας.

κς Ἐπὶ προαγωγῇ κουβικουλαρίου.

κζ Περὶ τῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς συμβάντων γενέσθαι, περὶ τοῦ παλαμᾶς σωνήθης τῆς τελουμένης ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ.

κη Ὅπως Ἡράκλειος ὑπὸ τοῦ ἰδίου Πατρὸς, ἀπὸ τῆς τοῦ Καίσαρος ἀξίας ἀνήχθη εἰς τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, καὶ πῶς Δαβὶδ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ γέγονε Καῖσαρ.

κθ Περὶ προκένσου τοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ.

2011 Ministerio de Cultura

λ Πῶς ἐν ἡμέρᾳ ἱπποδρομίᾳ ἐδέξατο Ἡράκλειος τὸς τῆς συγκλήτου, παρόντος καὶ τοῦ Πατριάρχου.

λα Περὶ κηδείας Πατριάρχου.

λβ Πῶς δεῖ προσφέρειν τὸν Βασιλέα ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ ἀναθήματα.

λγ Περὶ αἰτήσεως δεξίμου τῶν δυό μερῶν ἑορτῆς παρούσης.

λδ Περὶ προαγωγῆς ἀξιωμάτων ἐν ἡμέρᾳ αἰτησίῳ * αὐτοκρατορίας καὶ σεβίμου, καὶ γενεθλίου καὶ σεφανώματος.

λε Περὶ προαγωγῆς ἀξιωμάτων ἐν ἡμέρᾳ αἰτησίῳ γινομένης, καὶ ἑτέρων τοιούτων.

λς Περὶ Σαξίμου.

λζ Περὶ εἰσαγωγῆς ἀπὸ ἐπάρχων ἐν ἡμέρᾳ ἱπποδρομίου προβληθέντος ἐν τῷ Σαξίμῳ πρὸ τοῦ αὐτοῦ ἱπποδρομίου.

λη Περί τινων ἀποσατησάντων καὶ πάλιν δυλωθέντων πῶς ἐδέχθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως.

λθ Περὶ τῆς χειροτονίας Θεοφυλάκτου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου.

μ Περὶ τοῦ Πατριάρχου ὅτι τὸ παλαιὸν, ἴδιον εἶχεν πραιπόσιτον.

μα Περὶ τοῦ, τίνι τρόπῳ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα περιβάλλονται τοὺς λώρους ὅτε Βασιλεὺς καὶ οἱ Μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι πατρίκιοι τὰ ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου κείμενα σκεύη καὶ λοιπὰ. καὶ τὰ εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον ἐν τῇ Δάφνῃ.

μβ Ὅσα δεῖ τῶν ἀπλαξίμων,

μγ ** Ὑπόμνημα ἐν συντόμῳ τῶν βασιλευσάντων Βασιλέων ἐν τῇδε μεγάλῃ καὶ εὐτυχεσάτῃ Κωνσαντίνου πόλει, ἀπὸ τοῦ μεγάλου καὶ ἐυσεβεσάτου καὶ ἁγίου Κωνσαντίνου.

μδ Περὶ τῶν τάφων τῶν Βασιλέων τῶν ὄντων ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ἐν τῷ Ἡρώῳ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσαντίνου. ἥρωον τοῦ μεγάλου Ἰουσινιανοῦ. Ἐυφημία ὑπὸ τῶν στρατοπέδων νίκης καὶ θριάμβων ἀγομένων. ἰστέον δὲ ὅτι ἡ αὐτὴ ἐυφημία ᾄδεται καὶ παρὰ τοῦ λοιποῦ στρατοπέδου, ἡνίκα φιλοτιμία τις ἢ Μαϊουμᾶς παρὰ τοῦ Βασιλέως αὐτοῖς παρασχεθῇ.
ἡ παρὰ τῶν Σάρδων ᾀδομένη ἐυφημία τοῖς Βασιλεῦσιν.

με Ἡ γενομένη ἐξόπλισις καὶ ἔξοδος καὶ τὸ ποσὸν τῆς ῥόγας καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀποσαλέντος κατὰ τῆς Θεολέσου Κρίτης † μετὰ τοῦ πατρικίου ἡμερίου καὶ Λογοθέτου τοῦ δρόμου, ἐπὶ Λέοντος τοῦ Φιλοχρίσου δεσπότου.

μς Ἡ κατὰ τῆς αὐτῆς Θεολέσου Κρίτης γενομένη ἐκστρατεία καὶ ἐξόπλισις ἐπὶ Κωνσαντίνου καὶ Ρωμανοῦ τῶν πορφυρογεννήτων, εἰς Ἰνδίκτιονα ζ.

μζ

* f. ἐτησίῳ.

** Deest hoc caput in codice, manifestis exscissionis signis existentibus. † f. κρήτης.

2011 Ministerio de Cultura

μζ Οἷς ὀφείλει ὁ Βασιλεὺς ὀνόμασι τιμῶν τοῖς μεγισᾶσιν τῶν πρώτων ἐθνῶν.

μη Οἱ τῶν ἀπὸ διαφόρων ἐθνῶν ἐρχομένων πρεσβέων πρὸς τὸν Βασιλέα χαρετισμοί.

μθ Τὰ ἄκτα τῶν εἰς τὰς Ἐθνικὰς γενομένων ἐπιγραφῶν.

ν Εἰσὶν τὰ ἐκτεθέντα δίδοσθαι παρὰ τῶν ὀφειλόντων τῶν τιμᾶσθαι ἔν τε ἀξιώμασι καὶ ὀφφικίοις καθὼς ὑπῆρχον ἐπὶ Λέοντος τοῦ Φιλοχρίστου Δεσπότου.

να Εἰσὶν αἱ κατὰ τύπον ῥόγαι τῶν στρατηγῶν καὶ κλεισουραρχῶν.

νβ Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ὅταν ἐν ὀχήματι βάλεται προελθεῖν ὁ Βασιλεὺς καὶ ἰδεῖν τὰ ὀρρία τοῦ στρατηγίου.

νγ Ἀκριβολογία τῆς τῶν Βασιλικῶν κλητορίων καταστάσεως καὶ ἑκάστου τῶν ἀξιωμάτων πρόσκλησις καὶ τιμὴ σωταχθεῖσα ἐξ ἀρχαίων κλητορολογίων ἐπὶ Λέοντος τοῦ Φιλοχρίστου δεσπότου, καὶ σοφωτάτου ἡμῶν Βασιλέως μηνὶ Σεπτεμβρίῳ Ἰνδικτιόνι γ' ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου συν ὑπὸ Φιλοθέου *

νδ Περὶ διανομῶν τῶν εὐσεβιῶν τοῦ βασιλέως ἔν τε τοῖς βρουμαλίοις καὶ σεψίμοις καὶ αὐτοκρατορίαις.

νε Ἐπιφανίου ἐπισκόπου κύπρου ἔκθεσις πρωτοκλησιῶν πατριαρχῶν τε καὶ μητροπολιτῶν, καὶ ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων.

νς Περὶ τῆς διανομῆς τῶν κομβίων τῶν σωμήθων τῶν παλατικίων, περὶ τῶν σωμήθων τῶν πραιποσίτων ὧν λαμβάνουσιν ἐν τοῖς τάγμασιν τοῦ ἱπποδρομίου.

νζ Βίος * Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, καθ' ἱστορίαν ἔχων φύλλα ϛδ'.

νη Τοῦ φυσιολόγου ἢ τῶν ἑκάστου θηρίου θαυμασικὴ ἔξις. πρόσε Θεὸν ἀναγωγὴ καὶ τῶν ἐν βίῳ εὐαρεστόντων λόγοι ν.

Codicis ipsius MS. qvem edi è re literaria utiqve esset, hanc descriptionem Nobilissimo Possessori D. Uffenbachio in acceptis refero:

Codex forma est majori, quam in Folio vocare solent, in membranas pergamenas easque firmiores, læviores atque nitidiores, quam quibus postremis, ante Typographiæ inventionem, temporibus utebantur, exaratus. Quanquam de ejus ætate certo definire non ausim, illum tamen longe ante Urbis expugnationem in ipsa Græcia scriptum esse, existimo. Summa enim cura atque dexteritate confectus, ut sphalmata, quibus recentiores ex Scribarum ignorantia atque oscitantia scatent, vel nulla vel exigua rarissime occurrant. Et licet elegantia Scripturæ tanta appareat, ac si integrum volumen non solum eadem manu, sed

* Duo postrema capita in MS. desiderantur.

2011 Ministerio de Cultura

*eodem calamo eademque die descriptum videatur ; Litterarum tamen character antiquior est & à nostro multum differt , atque ideo lectionem initio difficiliorem reddit, quæ difficultas augetur per Siglas vel Litterarum compendia, & quod voces minus distinctæ nullo plerumq; insertitio sibi cohæreant. Quod equidem notam non contemnendam antiquitatis CL. Salmasius * asserit. Accentus adjecti illam nec tollunt nec minuunt , cum ab Aristophane jamdum inventi ** & in vetustissimis atque præstantissimis Codicibus sæpe reperiantur. Externa Libri facies, involucrum nimirum ex corio bubulo Turcico constans auroque obductum atque Regum Hungariæ Insignia, quæ in utraque parte apparent, satis demonstrant, non ultimum inter celeberrimæ atque instructissimæ Budensis , heu quondam! Bibliothecæ κειμήλια locum obtinuisse. De quo infra pluribus. Sed ut ad interiora accedam. Primus Tractatus omnem apparatum bellicum omniaque ad illum necessaria exactissimè describit. Reliqui, Ritus Ecclesiasticos , Cerimonias in uno quoque festo die observari solitas prolixius enumerant. Hinc non solum quæ ad statum aulicum & Ecclesiasticum pertinent , sed multa etiam quæ ad Topographiam Urbis , Officiorum atque Dignitatum notitiam utramque, Ecclesiasticam imprimis horum Temporum Historiam , faciunt , reperiuntur , quæ alibi frustra quæsiveris. Quod luculento est indicio hoc opus nunquam prodiisse. Multa enim tam Palatii quam Ecclesiæ Officia à Codino atque Meursio omissa ex illo produci ; multa etiam illustrari possunt. Innumeræ quoque voces occurrunt , quas neque Glossaria à Labbæo , Meursio , du Cangio composita , neque Hesychius, neque Suidas habent. Quare ad Linguæ etiam peritiam haud parum conducit. Stylus cæterum satis comptus atque pro istius Seculi Barbarie sat elegans. Nunquam vero editum , imo vix cognitum hactenus optimum fuisse Codicem prorsus miror. Neque enim inter opera Constantini à Vulcanio vel ab aliis publici juris facta apparet , neque ab Hanckio , nec alio quod sciam , ulla ejus fit mentio. Verum du Fresnei Domini du Cange industriam effugisse plane demiror, quippe qui ad illustrandam Orientalis Imperii Historiam , & Glossarium suum adornandum incomparabili prorsus studio omnia rimatus est. Solus Gesnerus, † in Historia Litteraria peritissimus , ejus hisce meminit , dum inter alia Constantini Opera recenset :* Volumen Græcum magnum ex Bibliotheca Hungarica de Ceremoniis aulicis Sacris & prophanis. Videndum *pergit Gesnerus*, an forte sit idem Liber qvi Harmenopulo tribuitur in Catalogo

* Epistol. ad Cl Sarravium qvæ CLXXXIII. est in edit. Burmanni p. 186. seq.

** Idem Salmasius l. c.

† Sive Jacobus Frisius potius in Epitome Bibl. Gesnerianæ & continuatione ap. Froschov. 1583. fol. p. 173.

2011 Ministerio de Cultura

logo Bibliothecæ Regis Gallorm ; Ordo Regii Palatii. *Nullum vero mihi dubium est, aut falsò Constantino Harmenopulo inscribi aut plane diversam esse debere. Cum expressissimis verbis Imperator in omnium Tractatuum Titulis & præloquiis illos sibi ipsi vindicet ; & quem Constantino Harmenopulo tribuit Codex, de Aulicis ; meus vero de Ecclesiasticis potissimum agat. Du Cangius qui omnia Regiæ Bibl. MS. sedulo excussit, Harmenopulum non vidit, alias neglexisset minime, quare illum adesse vix credo. Si Labbei Bibliotheca MSS. * ad manus esset lubens consuluissem ; is enim Regiæ Bibliothecæ MSS. inter cætera enumerat, qualis autem sit Catalogus de quo Gesnerus, ignoro. MStum fuisse oportet. Singularem enim Regiorum MStorum Indicem unquam typis vulgatum esse, me latet. Illum vero ipsum esse Codicem qui Budensis Liberariæ supellectilis uberrimæ atque præstantissimæ quondam fuit ; Ungariæ Regum arma ut supra dixi gentilitia, quibus ex utroque latere splendet ; comprobant. In ultima Urbis Budæ expugnatione aliqua Bibliothecæ rudera recuperata ; quæ Julius à Pflugk † descripsit, sed meus Codex non memoratur ; quare longe ante evasisse oportet. Quibus autem fatis in meas tandem manus devenerit, equidem ignoro. Exiguo ære à me redemtus fuit, in magno autem pretio mihi habetur, dignus etiam qui lucem publicum videat. Quod an mea unquam opera fiet nescio, exiguam enim in Græcis notitiam meam ingenue agnosco ; neque qui hodie grassatur scribendi pruritus me tenet, ut Scriptoris vel Editoris nomen nullo Reipubl. Litterariæ commodo temere mihi arrogare velim. Interim gratus mihi labor est , quem cum Dn. Schneidero dicto Schmidt Viro Græcarum imo omnium Litterarum peritissimo, Codici impendo. Hujus industria (nam mea quam confero symbola exigua vel nulla,) prioris atq; dimidiæ etiam partis secundi Tractatus versio jam delineata. Rudis ea quidem, sed secundis curis , & si plura quam supra à me nominata Glossaria nacti erimus expolietur.*

Non dubium est qvin egregio prorsus munere rem literariam beaturi , & Historiæ Byzantinæ novem atqve insignem lucem allaturi sint viri præstantissimi , si locuples hoc atqve Imperatoriis auspi-

* In hac pag. 270. memoratur ex MSS. Bibl. Regiæ , post Harmenopoli promtuarium libris VIII. distinctum & pleraqve alia ad utrumqve jus Græcorum spectantia opuscula, *Officia Palatii & Ecclesiæ* ac sedes Patriarchæ CPol. subjectæ sub Leone Philosopho & Andronico Palæologo , & τάξις τῶν χειροτονιῶν per Demetrium Gemistum Protonotarium magnæ Ecclesiæ Diaconum , Inscriptiones Patriarchæ CPol. ad Papam & cæteros Patriarchas , ArchiEpiscopos. Sed nihil hæc ad præsens opus.

† in Epistola ad Seckendorfium qvæ extat T. II. Collectionis Madero Schmidianæ de Bibliothecis pag. 310. seq.

2011 Ministerio de Cultura

auſpiciis elucubratum opus ſtudio ac labore ſuo recenſitum atqve explicatum qvamprimum publicaverint.

XXV. ANSELMI BANDURII Conſpectus * Operum S. NICEPHORI Patriarchæ CPol., *quorum pauca hactenus edita fuerunt, edendorum propediem duobus Tomis in fol. cum interpretatione Latina, notis atque VIII. Diſſertationibus Criticis, Dogmaticis & Hiſtoricis.*

Erudito Lectori.

Inter Conſtantinopolitanos præſules, nullus ab ævo Chryſoſtomi fuit tot doctrinæ pietatisqve dotibus exornatus, qvot Nicephorus ille, qvi octavo ſæculo, omnes Iconoclaſtarum impetus excepit, ſcripta & molimina egregie repulit. Ejus opera a multis tentata, hactenusqve tamen in variis Bibliothecis latentia cum in lucem edere animus ſit, doctorum opem & conſilium expetere cogor; tum ut ſi qvid in Bibliothecis extet hoc in catalogo non expreſſum, ea de re me commonefacere non dedignentur; tum ut ſi uspiam pauca illa qvæ temporum injuria in manuſcriptis noſtris exciderunt, qvæqve ſuo loco notavimus, reperiantur, ea nobis ad publicum uſum commodare ne graventur.

Qvanti vero æſtimanda ſint iſthæc Opera, etſi res ipſa per ſe loqvatur, paucis tamen recenſere ne pigeat. Hic Iconomachorum omnes ſententiæ, impia dicta, & molitiones aperiuntur, & incredibili diligentia confutantur; qva in re nihil perfectius hucusqve in lucem prolatum eſt. Hic bene multa ad Hiſtoriam pertinentia, & ab Hiſtoricis intacta, narrantur; ac ubiq; abſoluta & varia in rebus cum eccleſiaſticis tum profanis Nicephori eruditio deprehenditur. Conſtantini Copronymi, qvem Mamonam ubiqve nuncupat, auſus in temeranda religione varii, doli, fraudesqve, furor in Chriſtianos, machinationes contra piam fidem, admixtis ſubinde rerum geſtarum monumentis recenſentur, ejusdemqve impia doctrina pro virili refellitur. Hic Euſebii Cæſarienſis dogmata, ut impia & à Chriſtianæ fidei ſinceritate aliena, confutantur: nam inter Græcorum præſantiſſimos Euſebius ut Arianus & hæreticus (nec fortaſſe injuria) ſemper ** habitus eſt: in his vero qvæ Euſebium ſpectant multa habentur hacte-

* Promiſſus à me hoc ipſo capite pag. 296.
** Vide tamen qvæ pro excuſando Euſebio ſupra pag. 32.

2011 Ministerio de Cultura

hactenus inedita & ignota, qvæ ad illorum temporum hiſtoriam apprime conducant. *Epiphanidis* item cujusdam, cujus nec ætas, nec nomen ita comperta ſunt, ſententia adfertur, ac utpote impia & lethifera profligatur. Qvodqve, meo qvidem judicio, præſtantiſſimum eſt, multa nova & inobſervata de Synodo ſecunda Nicæna profert; iis longe finceriora qvæ jam in collectione Synodorum comparent; utpote qvæ ab oculato teſte, qvi rebus etiam interfuerit, tradantur. Multa item ſanctorum Patrum vel fragmenta, vel etiam opuſcula pene integra nondum edita, hic paſſim inſerta nec ſine voluptate reperias; In his *Macarii Magnetis* vix noti ſcriptoris, qvi teſte Nicephoro primis Eccleſiæ ſæculis floruit, pretioſa ἀποσπασμάτα qvam plurima, qvibus alia ejusdem ſcriptoris fragmenta ad doctrinam Eccleſiaſticam perqvam utilia, a doctiſſimo & humaniſſimo *Joanne Boivinio* accepta, adjunximus. Nec ſine examine ille & perqviſitione, Patrum opera in medium adfert, ſed ſicubi opus περὶ γνησίτητος vel νοθείας accurate & ſagaciter ediſſerit. Non immerito igitur vir tantus paſſim à ſcriptoribus cum æqvalibus, tum ſubſeqventis ævi, à doctrina, à religione, à diſciplinarum omniũ ſcientia, laudatur: in his primas tenent Ignatius ejus vitæ ſcriptor, Theodorus Studita, Photius in Bibliotheca & alii, qvorum teſtimonia initio operum ejusdem Nicephori adferemus. Etſi vero nunc primum Nicephori opera iſthæc in lucem prodeant, non defuerunt qvi antheac ea publicare voluerint. Inter eos *Combefiſius* vir de re literaria optime meritus, ut videre eſt in Præfatione ad vitam Nicephori. At ſive aliis diſtentus negotiis, ſive morte præoccupatus; aliis rem dimiſit; cujus promiſſa ſi expleamus, nos pergratum literatis omnibus facturos confidimus. His diſſertationes criticas, dogmaticas, hiſtoricas ad operis elucidationem, ut in laterculo videre licet, adjiciemus.

Prodeunt autem iſthæc ex codicibus Regiis 1826. 1989. 2378. exqve Colbertino 364. Hiſce porro ineditis operibus, alia omnia ſubjungemus, qvæ publici juris ſunt, qvæqve ordine digeſta in fine ſeqventis laterculi reperies. Hæc omnia vero duobus in folio Tomis complectemur: niſi fortaſſe ampliorem ſegetem ex Vaticana Bibliotheca eruere liceat, ubi jam omnia ſtudioſis patent beneficio ſummi Pontificis CLEMENTIS XI. qvi ad bonum Reipublicæ cum

2011 Ministerio de Cultura

Ecclesiasticæ tum literariæ natus, & ad fastigii culmen evectus est, literis & ipse Græcis omniqve doctrinæ genere apprimè excultus.

Neqve silentio mittere licet cui hoc otium & hanc literarum colendarum facultatem, debeamus. Is est COSMUS III. Magnus Hetruriæ Dux, cujus Regia Celsitudo & nos & studia nostra fovere numqvam desistit, & progenitorum suorum qvorum opera Musas jamdiu exulantes in orbem reduces videmus, vestigiis insistens, literarum cultui & profectui animo semper Regio advigilat. Hujus magnificentiæ, si qvid ad studiosorum usum opportune dabitur, totum sive a nobis ab iis qvibus ex tenuitate nostra qvidpiam utilitatis & fructus obvenerit, acceptum referatur. Hujus item beneficio alia nos literarum monumenta in lucem emittere per otium paramus: in qvibus *Theodori* Mopsuesteni Commentaria in duodecim Prophetas: *Philonis* Carpathii in Cantica genuina Commentaria; *Hesychii* in Psalmos: qvæ omnia ex Bibliothecis eruimus; & alia qvoqve, si votis nostris faverit DEus.

Nos item multum debere profitemur V. C. *Clementi*, Bibliothecæ Regiæ custodi, qvi nobis hujusce vere Regiæ supellectilis ad nutum copiam fecit: nec minus Cl. *Boivinio* alteri custodi, qvi catalogum operum S. Nicephori ab se accuratissime concinnatum nobis perhumaniter obtulit, unde prospectum nostrum, & ex ipsis codicibus, adornavimus.

Neqve tacendus R. P. *Michaël Lequien* ex Familia Dominicanorum, vir eruditus & officio plenus, cujus item opera & consilio freqventer usi sumus. Sed nihil promeritis umqvam dicere possim de doctissimo viro nobisqve summa necessitudine conjuncto R. P. D. *Bernardo de Montfaucon*, studiorum nostrorum fautori, cujus opera, consilio, exemplo ad hæc ac pleraqve alia capessanda animum adpulimus, cujus consilio Gallicum iter suscepimus & Græcarum Musarum, qvas a puero colueramus, studio, nos totos addiximus. Hi nobis aggrediendi operis auctores fuere. Jam vero supereſt ut eruditorum consiliorum judicumqve expectemus.

Parisiis In Monasterio sancti Germani à Pratis IV. Kal. Junii M. DCCV.

Elen-

2011 Ministerio de Cultura

Elenchus Operum S. NICEPHORI
Patriarchæ CPol.

Edita aſteriſcis notantur, locusque in margine indicatur.

TOMUS I.
Præliminaria Interpretis.

PRÆFATIO generalis.
Præfatio de iis qvæ hoc volumine continentur.
Diſſertatio de Nicephoris, eorumqve ſcriptis.
Vita * ſancti Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani, deſcripta ab Ignatio Diacono ejus diſcipulo.
Oratio Theophanis presbyteri habita in translatione ejus reliqviarum.
Chronica Synopſis ſancti Nicephori Patriarchæ CP. Acta ac ſcripta ordine annorum digerens; ex ejusdem Nicephori vita, ex epiſtolis ſancti Theodori Studitæ, aliorumqve Authorum monumentis.
Veterum teſtimonia de ſancto Nicephoro Patriarcha CP.

Sancti NICEPHORI *Patriarchæ Conſtantinopolitani, pro irreprehenſibili, & pura Chriſtianorum fide,* Capita LXXXIII.

Hæc Capitum diſtinctio ſumpta eſt ex codice Colbertino antiquiſſimo: Capitum autem argumenta toto opere perlecto reſtituta ſunt.

I. PROOEMIUM. Suum eſſe cuilibet rei tempus, juxta Salomonem: Fidei autem defendendæ tempus nunc adeſſe.
II. Melius facturos homines, ſi omiſſis inutilibus qvæſtionibus futurum judicium, vitamqve æternam meditentur.
III. De fidei progreſſu à prima usqve origine: ut variè pro variis temporibus divina Providentia hominum ſaluti conſuluerit: de lege veteri: de ſalute humani generis per CHriſtum reparata. Theologiam à ſanctis Doctoribus abundè eſſe hactenus explicatam.
IV. De perverſis Iconomachorum opinionibus: eas à ſynodis jam pri-

* Exſtat Græce in Actis Sanctor. T. 2. Martii p. 704. & Latine p. 294.

2011 Ministerio de Cultura

pridem esse damnatas : easdem nunc in perniciem Ecclesiæ reviviscere.

V. Iconomachorum vitia : eos gulæ præsertim ac ventri deditos esse.

VI. Continuatio invectivæ in Iconomachos : eorum plerosqve Concilio Nicæno subscripsisse, deinde mutavisse sententiam : mox depositos, ac sacerdotio privatos turbas movisse.

VII. Ut Iconomachi lingva & manu in Ecclesiam ac res sacras grassati sint. Pathetica ac vehemens declamatio.

VIII. Iconomachi cum Judæis collati. CHristum per illos secundo ac tertio passum esse ; ejus nempe imaginibus violatis ac deformatis.

IX. Iidem collati cum ædificatoribus Turris Sennaar, item cum Janne & Mambre, cum Alexandro & Hymenæo, cum filiis Corè, ac deniqve cum senioribus Babyloniis, qvi Susannam calumniati sunt : adjunxisse sibi Iconomachos colluviem hominum vilissimorum. Qvam ob causam permiserit Deus Ecclesiam turbari & orthodoxos vexari ? Invectiva in corruptissimos sacerdotum mortes.

X. Duplex Iconomachorum blasphemia : prima, Idololatras esse eos qvi imagines colunt : altera, corpus Christi incircumscriptum esse : primum errorem conari eos testimoniis sanctorum Patrum confirmare.

XI. Alterum, Arianorum ac Manichæorum testimoniis astruere.

XII De Eusebio Cæsariensi, deqve Ariana hæresi.

XIII. Testimonia sanctorum Patrum male intellecta, ac trunca ab Iconomachis usurpata.

XIV. Invectiva in eos à qvibus schisma denuo excitatum.

XV. De persecutione ab iisdem suscitata.

XVI. De his qvi metu amittendi bona vel dignitates, hæresin amplexi sunt. Iconomachorum mores. CHristi, Apostolorum, ac Prophetarum dicta, adversus eos prolata.

XVII. Crimina Orthodoxis objecta ab Iconomachis. De Synodo seu Pseudo-Synodo Copronymiana.

XVIII. Expositio fidei Orthodoxæ.
De DEO uno ac trino.

XIX. De CHristo,

XX. De

2011 Ministerio de Cultura

XX. De CHristo seu de incarnati Verbi mysterio fusius.
XXI. De duabus in CHristo naturis, ac de unione hypostatica.
XXII. Duas esse in CHristo voluntates, & operationes duas diversas.
XXIII. De adoratione duplici: De imaginum cultu: De objecto Idololatriæ crimine.
XXIV. Qvinam sint Idololatræ. Iconomachos DEI hostes esse. Dicta Prophetarum contra DEI hostes prolata.
XXV. Episcoporum ac Sacerdotum impietas per prosopopœiam amplificata. De secunda Nicæna Synodo.
XXVI. Argumentum contra Iconomachos petitum ex iis verbis qvæ in Liturgia recitabantur, ἀποστήσας ἡμᾶς τῆς πλάνης τ εἰδώλων, &c. Id est, *cum nos ab errore idololorum revocasset*, &c.
XXVII. In illa Iconomachorum verba, *Nisi nos Constantinus* (Copronynus scilicet) *ab Idolorum insano cultu liberasset*, *CHristus nullo modo salutem nobis afferre potuisset.* Iconomachos in ipsa sacrorum mysteriorum celebratione pugnantia & dicere & facere. De religionis Christianæ progressu ab ipsa usqve origine.
XXVIII. Si CHristus Ecclesiam suam ab Idolorum cultu liberare non valuit, qvæ sequantur inde absurda?
XXIX. Argumentatio in Sacerdotes Iconomachos, dicentes se Idololatras fuisse.
XXX. Duo esse Idololatrarum genera: item diversum esse Idolorum & imaginum cultum.
XXXI. Multos coli ab Idololatris deos, habitu ac figurâ varios; unum à Christianis: Sacrificiorum diversitas.
XXXII. Alia argumentatio Ironica contra Iconomachos, dicentes serviisse se Idolis.
XXXIII. Duplex criminatio ab Iconomachis excogitata; prima in ipsam CHristi imaginem; altera in Christianos: Judæis ac Græcis pejores esse Iconomachos.

Pars Altera hujus Apologetici, in qua probatur ex sacris Scripturis omnes gentes ab Idolorum cultu virtute CHristi liberatas esse, & Ecclesiam universam errare non posse.

XXXIV. An ea qvæ Iconomachi docent congruant cum sacris Scripturis, dictisqve Propheticis? Seqvuntur Prophetarum dicta, ordine Chronologico.

2011 Ministerio de Cultura

XXXV. Davidis verba, & ad ea obſervationes ſancti CP. Patriarchæ.
XXXVI. Verba Michææ, Oſeæ, & Habacuc, cum explicatione, & obſervationibus.
XXXVII. Verba Sophoniæ & Zachariæ cum explicatione, & obſervationibus.
XXXVIII. Chriſtianos ab Idolorum cultu longiſſime abeſſe: qvæ fuerit Martyrum, qvæ Aſcetarum & Anachoretarum fid es
XXXIX. De Diis gentium ac fabuloſa Theologia. Superſtitioſum Idolorum cultum abolitum eſſe, ex qvo CHriſtus in mundum venit.
XL. Coli ab Orthodoxis CHriſtum: coli item ejus imaginem: ſcilicet Corpus CHriſti pingi potuiſſe, circumſcriptumqve & paſſibile fuiſſe.
XLI. Verba Malachiæ & Iſaiæ, cum explicationibus, & obſervationibus.
XLII. Obſervationes ad verba Iſaiæ.
XLIII. Iſaiæ verba, cum explicatione & obſervationibus.
XLIV. Alia Iſaiæ verba, cum obſervationibus & explicatione.
XLV. Verborum Iſaiæ explicatio. Alia ejusdem Prophetæ verba. Apoſtolorum Pauli, Joannis, & Petri dicta cum Propheticis congruentia.
XLVI. Iſaiæ verba cum explicatione & & obſervationibus.
XLVII. Iſaiæ & Pauli Apoſtoli verba de purificata ac ſanctificata à CHriſto Eccleſia, & ejus cum CHriſto unione.
XLVIII. Excurſio in Iconomachos. Verba Prophetica, Iſaiæ ſcilicet.
XLIX. Falſum eſt qvod Iconomachi dicebant, averſum eſſe, ac alienatum a DEo populum ejus. *Refutatio per dilemma.*
L. Id agere Iconomachos, ut CHriſtum ſua & dignitate & virtute ſpolient. Iconomachorum verba cum Evangelicis collata.
LI. Eosdem & Patri injuriam facere & Spiritui ſancto. Jeremiæ verba cum explicatione & obſervationibus.
LII. Alia Jeremiæ verba cum explicatione & obſervationibus.
LIII. Qvam dulcia ſint DEI eloqvia ac promiſſa.
LIV. Ezechielis verba.
LV. Explicato Prophetiæ præcedentis, & ad eam obſervata. Alia ejusdem Prophetæ verba cum explicatione & obſervationibus.

LVI.

2011 Ministerio de Cultura

LVI. Alia Ezechielis verba cum explicat. & obſervat:
LVII. Alia Ezechielis verba cum explicationibus & obſervationibus.

Numeri ſequentes à Cl. Boivinio reſtituti ſunt. Nam codex Colbertinus, ex quo diſtinctio capitum ſumpta eſt, mutilus eſt hoc loco.

LVIII. De Daniele Propheta : ejus verba, cum explicatione & obſervationibus.
LIX. Epilogus, ſeu concluſio Propheticorum teſtimoniorum ſupra allatorum. Excurſio in Iconomachos.
LX. Ut ab Iconomachis templa ipſa profanata ſint, ac deformata : item ſacra veſtimenta ac vaſa.
LXI. Ne ipſis qvidem libris Evangelicis eos peperciſſe : qvid diſtent picturæ à ſcripturis, ſive hiſtoriæ pictæ ab iis qvæ ſcriptæ ſunt. De præſtantia & utilitate picturæ.
LXII. Iconomachos Evangelii contemptores eſſe, ac violatores.
LXIII. Eos & CHriſto & Sanctis bellum indixiſſe. *Proſopopœia.* Judæis pejores eſſe Iconomachos.
LXIV. Iconomachi imaginem CHriſti oderunt, ut panthera hominis effigiem. Qverimonia ſeu lamentatio ob profanationem templorum.

Apologeticæ tertia pars.

LXV. Qvas rationes habuiſſe ſe dicant Iconomachi deſtruendarum imaginum : Eæ rationes refelluntur.
LXVI. Utilitas imaginum. De lege Moſaica. De Gratia, qvæ CHriſto authore Legi ſucceſſit.
LXVII. Lex & Gratia inter ſe collatæ. Non poſſe ſimul ſtare Idololatriam & Gratiam.
LXVIII. Qvantum Gratia & Veritas Legi & figuris præſtent. De Sacerdotio CHriſti. De Sacrificis ab eo inſtitutis. De tabernaculo ac cærimoniis.
LXIX. Tabernaculum vetus cum novo collatum. De mediatore ſeu miniſtro. De Pontifice, de candelabro, de menſa. De pane, de Sacrificio, de Arca ac propitiatorio.

Proœmium fuſioris disputationis de Cherubinis.

LXX. De Cherubinis aureis ipſius Dei juſſu fabricatis, & arcæ impoſitis : veneranda fuiſſe ſimulacra illa, multis de cauſis.
LXXI. Pretioſa eſſe ac veneranda ea qvæ ad DEum peculiari aliqva ratio-

2011 Ministerio de Cultura

ratione referuntur, & ad ejus gloriam pertinent. Imagines Cherubinorum cum imaginibus CHristi collatæ: Imaginum usum antiqvissimum esse, & ipsi Ecclesiæ coævum. Qvantum præstent sacra novæ Legis, veteris Testamenti sacris.

LXXII. De Templo Salomonico. De Templo post transmigrationem Babylonicam ædificato. Qvanta utriusqve gloria fuerit.

LXXIII. Illam Templi ac veterum sacrorum gloriam evanuisse, ex qvo Veritas umbræ successit. Christianorum Templa cum Judæorum Templis collata.

LXXIV. Qvantum nova sacra veteribus præstent. Judæis templi instaurationem negligentibus indignatum esse Deum; qvanto magis Iconomachis templa evertentibus?

LXXV. Si CHristus carne assumpta homines nihil juvit, necesse esse ut vel nescíverit, vel noluerit, vel non potuerit.

LXXVI. Absurdum esse primum.

LXXVII. Item secundum, ac tertium.

LXXVIII. CHristum & sciviſſe, & voluisse, & potuisse salvos nos facere.

LXXIX. De fide & incredulitate. Fidem Christianorum esse irrehensibilem.

LXXX. Qvænam verè impura & immunda sint. Non esse repudiandas imagines ob incredulitatem ac dementiam Iconomachorũ.

LXXXI. De Iconomachorum pertinacia ac duritie. Octingentos annos præteriisse, ex qvo imaginum cultus in Ecclesia vigeat.

LXXXII. Qvi per omne illud tempus vixerunt, an Idololatræ fuerint? qvam absurdum sit id dicere.

LXXXIII. Invectiva in Iconomachos. Operis totius epilogus.

Præliminaria Interpretis.

APpendix ad librum superiorem, sive selectæ sententiæ, ac fidei regulæ, ex sacris Scripturis & ex libris sanctorum Patrum excerptæ.

Præfixum est Procœmium, in qvo de Iconomachorum temeritate circa ea qvæ sunt fidei; de fugiendis vanis qvæstionibus; de fidei præstantia, &c.

Testimonia Scripturarum ac sanctorum Patrum, videlicet

Ex

2011 Ministerio de Cultura

Εκ τ̃ ξ κ̃τ Ιωάννην ἁγίᾳ εὐαγγελίᾳ.
Τοῦ αὐτ̃ ε.
Τοῦ ἁγίᾳ ἀποστόλᾳ Παύλου ἐκ τῆς πρὸς Ρωμαίᾳς ἐπιστολῆς.
Τοῦ αὐτ̃ ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίᾳς ἐπιστολῆς.
Τοῦ αὐτ̃ πρὸς Θεσσαλονικεῖς.
Τοῦ αὐτ̃ ἐκ τῆς πρὸς Εβραίᾳς ἐπιστολῆς περὶ τῶν ἀπειθούντων.
Τοῦ αὐτ̃ ἐκ τῆς πρὸς Εβραίᾳς ἐπιστολῆς.
Ησαΐᾳ προφήτου. Ἀμβακὺμ Προφήτᾳ. Ἐκ τῶν Σολομῶντ@ παροιμιῶν.
Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ιωάννᾳ τ̃ Χρυσοστόμου ἐκ τ̃ εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν λόγου.
Τοῦ αὐτ̃ ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ρωμαίᾳς.
Τοῦ ἁγίᾳ Κυρίλλᾳ Αλεξανδρείας τῆς εἰς τὸ αὐτο ῥητὸν ἑρμηνείας.
Τοῦ αὐτ̃ ἐκ τ̃ β΄. βιβλίᾳ τῶν πρὸς Ερμείαν Διαλόγων.
Τοῦ ἁγίᾳ Ιωάννᾳ τ̃ Χρυσοστόμου ἐκ τῆς πρὸς Ρωμαίᾳς ἐπιστολῆς ἑρμηνείας.
Τοῦ αὐτ̃ ἐκ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς α. ἐπιστολῆς ἑρμηνείας.
Τοῦ αὐτ̃ ἐκ τῆς πρὸς Εβραίους ἑρμηνείας, εἰς τὸ, πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμεν@, καὶ τὰ ἑξῆς.
Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ἐκ τῆς εἰς τὸν ριέ. ψαλμὸν ἑρμηνείας.
Τοῦ αὐτ̃ ἐκ τῶν κατ' Ευνομίου, ἐν οἷς καὶ πόθεν ἡ ἀπιστία γίνεται, δεικνύει.
Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τ̃ Θεολόγου ἐκ τ̃ εἰς βάπτισμα λόγου.
Τοῦ ἐν ἁγίοις Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσης ἐκ τῶν εἰς τὸ τ̃ ἀνθρώπου κατασκευήν. κεφ΄. κγ΄.
Τοῦ αὐτ̃ κεφ΄. κδ΄.
Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Διονυσίου ἐπισκόπου Αθηνῶν ἐκ τ̃ περὶ τῶν θείων ὀνομάτων λόγου δ΄. κεφ. κδ.
Τοῦ ἁγίου Αθανασίου ἐκ τ̃ λόγου τ̃ κτ̃ τῶν Φρονούντων τὰ Σαμοσατέως, καὶ περὶ πίστεως, ὅτι εἷς ὁ Χριστός.

Dissertatio de Constantini Copronymi, qui à Nicephoro Mamonas *est appellatus, vita, moribus, doctrina, ac scriptis.*

ANtirrheticus liber, seu refutatio ineptiarum, qvas irreligiosus Mamonas contra salutarem Dei Verbi incarnationem indoctè & impiè effutivit, Capitibus L.

I. Proœmium. Duplex crimen Orthodoxis objectum esse ab Iconomachis: primum qvod Idolis servirent: alterum qvod CHristi

2011 Ministerio de Cultura

Corpus, tanqvam circumſcriptum, pingerent. De primo actum ſupra: de ſecundo, actum iri in hoc & ſeqventibus Antirrheticis.

II. Invectiva in Iconomachos.

III. Eos idem cum Manete ſentire.

IV. Item cum Ario.

V. Renovari ab iis varias hæreſes.

VI Generalia concilia nihili ab iisdem facta.

VII. Argumenta eorum futilia eſſe, ac vix refutatione digna; confundi autem ab iis illas voces, ἀχρονον, & ἀπερίχραπτον.

VIII. De libro Dogmatico, cujus author Mamonas, qvo ordine, qvâ methodo ſit ſcriptus.

IX. Proœmium illius libri, ut Mamonas ſimulata pietate benevolentiam captet.

X. Ad illa Mamonæ verba: *Sancta Dei & Catholica noſtra Eccleſia*; eandem Eccleſiam ab illo & Catholicam vocari, & Idolicam ſeu Idolis addictam. De Mamonæ impietate & ſævitia.

XI. Ad illa Mamonæ verba; *Ita traditum confitetur*; traditionem Eccleſiaſticam ab eo agnoſci ſimul & repudiari.

XII. Ad illa ejusdem verba; *Non mutata Divinitate in carnem*, &c. incipere inde Mamonam ſeipſum prodere, de Incarnatione Verbi malè ſentientem.

Cap. VIII. Verba Iconomachorum ex deciſione.
Refutatio. Falſiſſimum eſſe qvod Iconomachi aſſerunt, Eccleſiam tranqvillam fuiſſe, ex qvo Copronymus Synodum ſuam habuerit.
De perſecutione atrociſſima, qvæ Copronymianam Synodum conſeqvuta eſt.
Qvæ inde clades DEo irato conſecutæ ſint.
Terræ motus, glacies, peſtis, ætherei terrores.
Cap. VIII. Verba Iconomachorum.
Invectiva in illos qvos Iconomachi viros vocant; laus mulieres Irenes Imperatricis, qvam iidem deſpiciunt.
Qvantum illa muliebris ſimplicitas ſalutaris omnibus fuerit.
Narratio hiſtorica eorum qvæ Synodum Nicænam ſecundam anteceſſerunt, eiqve convocandæ occaſionem dederunt.
De ſeceſſione Pauli Patriarchæ.
De Taraſio Patriarcha.
De Synodo Nicæna ſecunda.
Collatio hujus Synodi cum Copronymiana.
Cap. IX. & X. Verba Iconomachorum.
Qvi illi Synodo interfuere Epiſcopi, ii horum magiſtri fuerunt, & hos, à qvibus deſpiciuntur, unxerunt.
Invectivæ in Epiſcopos Iconomachos.
Laus Epiſcoporum qvi Nicæno ſecundo Concilio interfuerunt.
Laus Imperatricis Irenes.

Poſt hæc verba ἄλλ⟨ο⟩ τ̃ ϖροφητῶν ἐπικαλείτω, καὶ δὴ καὶ ἕτερ⟨ο⟩ παλαν́ζων ϖπιθρηνείτω. ἐγὼ ἐφύτευσά σε. *deſideratur folium unum vel aliud fortè, reſumitur vero ab his verbis:* ἐκείνων μεγαλοφύας ἔχοντες, ὥϖερ χύτρα ἔυθραυσης τῇ σεῤῥότητι τ̃ γενναίων οἷον λέβητι ϖροσκρουόμενοι, τὸ σώτελμμα ἐφ' ἑαυτ̃ις, &c.

Cap. XI. Verba Iconomachorum.
Refutatio. Iconomachi idem cum Manichæis & Arianis ſentiunt.
De cultu imaginum.

2011 Ministerio de Cultura

Cap. XII. Verba Iconomachorum.
Apologia pro imaginibus.
Cap. XIII. Verba Iconomachorum.
Refutatio. Qvidni imaginibus tribuatur is honor, qvem Copronymus eqvis & eqvitibus exhibuerit? Qvanta fuerit Copronymi insania circa eqvestres pompas. Copronymus eqvos unguentis delibutos publicè prosequtus est, præferentibus faces & sacra vasa clericis.
Cap XIV. Verba Iconomachorum.
Refutatio. Nec DEus circumscripto corpore circumscribitur, nec Divinitas à carne separatur.
Exempla. Solare corpus, & solis radius.
Cap. XV. Alia Iconomachorum verba.
Refutatio. De differentia γραφῆς καὶ ἐγγραφῆς. Hæc eadem alibi fusius disputata sunt ab eodem Nicephoro in prioribus Antirrheticis.
Qvosnam authores Iconomachi seqvantur. Valentini, Marcionis, Marciani, Manetis, Eusebii, & Epiphanidæ & opiniones.
Testimonia viginti, qvibus vera de circumscripto doctrina constituitur.
Cap. XVI. Verca Iconomachorum.
Refutatio. Iconomachos Epiphanidæ Manichæo ac Docetarum erroribus obnoxio, assentiri.
Imaginem CHristi non esse pseudonymam, sed veram: omnem imaginem esse archetypo similem, & ad eum relationem habere. Etymologia vocis εἰκών.
Cap. XVII. Verba Iconomachorum Refutatio. Seipsos damnant Iconomachi, cum Synodum secundam Nicænam damnant.
Cap. XVIII. Verba Iconomachorum.
Refutatio. Cultus non imaginibus ipsis, sed archetypis per imagines exhibetur.
Cap. XIX. Verba Iconomachorum.
Refutatio. De Synodo Copronymiana.
Qvoniam sint, qvorum authoritate ac testimoniis utantur Iconomachi.
Testimonia Patrum corrumpunt ac trunca proferunt.

Sacras

2011 Ministerio de Cultura

Sacras ſcripturas, in qvibus de Cherubinis agitur, irrident ac nihili faciunt.

* Conciliorum ſex Oecumenicorum præcipuæ deciſiones.

Poſt hæc autem verba: τὰ τούτοις ἑπόμενα, ὅιαν αὐτοῖς ἀναπλάττει τὴν τερατείαν, καὶ ὅιοις ἐναντι - - - - *deſunt folia duo, in quibus Iconomachorum deciſiones conferebantur cum deciſionibus ſupradictarum Synodorum: reſumitur vero ab his verbis:* - - - λεθρον ἢ δόξαν συςῆσαι βελόμενοι τῇ δικαιοσύνῃ τὲ θεοῦ ὐχ' ὑπετάγησαν καὶ τὸν, &c.

Exemplum Pantheræ, qvæ hominis imaginem ipſam odit. Habes illud exemplum integrum in alio Antirhetico.

De myſterio Euchariſtiæ, an ſit imago corporis Chriſti.

De Concilio Nicæno ſecundo. Qvæ in eo Concilio conſtituta ſunt, ea cum deciſionibus Conciliorum cæterorum congruere.

Cap. XX. Verba Iconomachorum.

Refutatio. Non conſentire Iconomachos cum ſuis magiſtris Copronymo & aliis, imo nec ipſos ſecum.

Cap. XXI. Verba Iconomachorum.

Refutatio. Si imagines malæ ſunt, cur Idola non vocantur?

Nihil in Eccleſia receptum eſſe, qvod eſſet malum.

Iconomachos non eſſe Chriſtianos, cum ab Eccleſia defecerint.

De teſtimóniis, qvibus ii utuntur ad errores ſuos defendendos. Ut corrumpant Scripturas ac teſtimonia Patrum, variis technis ac dolis.

Admonitio Interpretis ad Lectorem

Pars altera Antirrhetici.

REfutatio teſtimoniorum qvæ Iconomachi contra imagines protulerunt.

I. Teſtimonium ſumptum ex Conſtitutionibus Apoſtolorum.

Refutatio, in qva teſtimonium Evagrii pro imaginibus.

** II. Teſtimonium Aſterii Amaſeæ Epiſcopi contra imagines. Ex oratione de divite, & Lazaro.

Re-

* *Edita à Combefiſio in auct. Bibl. P. P. Gr. Tom. II. pag. 603.*

** *Tota oratio de divite & Lazaro edita eſt à Combefiſio in Auct. primo Biblioth. S. S. P. P. Gr. pag. 2.*

2011 Ministerio de Cultura

Refutatio, in qva testimonium ex eadem oratione pro imaginibus. Item Encomium mulieris, qvæ sangvinis fluxu liberata statuam CHristo erexit: eodem Asterio auctore.
Testimonium Antipatri Bostrensis de eadem muliere.
Testimonium Eusebii Cæsariensis de eadem re.
III. Testimonium Leontii contra imagines.
a) Refutatio, in qva veri Leontii, Neapoleos in Cypro Episcopi testimonium pro imaginibus, sumptum ex Apologetico Christianorum contra Judæos.
IV. Testimonium Theodori Galatæ contra imagines.
Refutatio, in qva testimonium ejusdem pro imaginibus, ex oratione in laudem Virginis, DEI matris.
Testimonia varia pro imaginibus, contra falsi Theodoti testimonium.
b) Testimonium Asterii pro imaginibus, ex ejus Oratione in laudem Euphemiæ, seu potius Ecphrasi tabellæ in qva depicta erat Euphemia.
V. Alia falsi Theodoti verba contra imagines.
Refutatio, in qva testimonium sancti Basilii pro imaginibus.
VI. Alia Pseudonymi Theodoti verba.
Refutatio, in qva testimonium Gregorii (Nazianzeni) de imagine Polemonis Philosophi.
Testimonium Gregorii Nysseni pro imaginibus.
Item Basilii Magni.
Item Joannis Chrysostomi.
VII. Alia verba Pseudonymi Theodoti.
VIII. Testimonium Pseudonymi Basilii Seleuciensis contra imagines.
Refutatio, in qva testimonium veri Basilii Seleuciensis pro imaginibus, ex Epistola ad Imperatorem Leonem.
IX. Testimonium Amphilochii Iconiensis contra imagines ex Encomio Basilii Magni.
Refutatio, in qvâ ejusdem Amphilochii verba, ex eodem Encomio proferuntur.
Testimonium sancti Chrysostomi, ad illustrandam Amphilochii sententiam.

X. Con-

a) *Editum in Concilio Nicæno II. Act. IV. pag. 233.*
b) *Editum in Concilio Nicæno II. Act. IV. pag. 207.*

2011 Ministerio de Cultura

X. Continuatio teſtimonii Amphilochiani.
Nicephori obſervationes ad Amphilochii teſtimonium.
De præſtantia Picturæ.
XI. Teſtimonium Baſilii Magni contra imagines, ex Oratione de hominis creatione.
Refutatio; in qva teſtimonium ejusdem Baſilii Magni pro imaginibus, ex ejus Epiſtola ad Amphilochium Iconii Pontificem.
XII. Teſtimonium Gregorii Nyſſeni contra imagines.
Refutatio, in qva teſtimonia Patrum Gregorii Naianzeni, Gregorii Nyſſeni, Epiphanii, ſancti Joannis Chryſoſtomi pro imaginibus.
XIII. Teſtimonium Gregorii Nazianzeni, contra imagines ex ejus Poëmate qvodam.
Refutatio, vel potius explicatio illius teſtimonii.
XIV. Teſtimonium ſancti Chryſoſtomi, ex encomio Romani Martyris contra imagines.
Explicatio illius reſtimonii.
XV. Ejusdem teſtimonium ex oratione in laudem Abraami, itidem contra imagines.
Explicatio illius teſtimonii.
XVI. Ejusdem aliud teſtimonium, ex Oratione in cuſtodem carceris.
Explicatio ilius teſtimonii
XVII. Teſtimonium Epiphanii contra imagines, ex ejus Teſtamento.
Refutatio illius teſtimonii.
XVIII. Ejusdem teſtimonium contra imagines ex oratione qvæ inſcribitur, contra eos qvi imagines Idolico ritu facere ſtudent in ſimilitudinem CHriſti, & Virginis DEI matris, item Martyrum, Angelorum ac Prophetarum.
Refutatio.
XIX. Ejusdem teſtimonium ex Epiſtola ad Theodoſium, contra imagines.
Refutatio.
XX. Ejusdem teſtimonium, ex Epiſtola ad Joannem Æliæ Epiſcopum contra imagines.
Refutatio.
Argumenta duodecim qvibus probatur non eſſe veri Epiphanii ea teſtimonia qvæ ab Iconomachis allata ſunt.

2011 Ministerio de Cultura

Opera S. Nicephori Patriarchæ CPOL. antehac edita.

PRæfatio generalis, Interpretis.

Synodus Constantinopolitana sub Nicephoro, in qva Josephum qvem defunctus Tarasius, propter conciliatas incestas nuptias Constantini Imp. filii Irenes deposuerat, in Presbyterum recepit,

Concilium Constantinopolitanum habitum contra Antonium Silæi Metropolitam à S. Nicephoro Patriarcha CP. & Episcopis CCLXX.

Sancti Nicephori CP. Canones XXXVII. ex Ecclesiasticis constitutionibus ipsius & S. S. Patrum cum eo congregatorum collecti.

Ex canonibus Nicephori sanctissimi Patriarchæ CP. œcumenici, ex ipsius Ecclesiasticis Constitutionibus Canones XVII.

Sancti Patris nostri Nicephori Patriarchæ CP. & confessoris Epistola Canonica.

Epistola Nicephori qva prolixe confessionem fidei suæ anno DCCCII. Leoni Papæ declarat; cujus titulus: Leoni Papæ antiqvæ Romæ fratri & comministro per omnia sanctissimo beatissimoqve Nicephorus DEI misericordia Episcopus CP. in Domino salutem.

Chronologia tripartita secundum rationem Græcorum olim Latine versa ab Anastasio Biblothecario; explicata à Joachimo Camerario. Eadem emendata & notis illustrata per Antonium Contium. Ac demum sub titulo brevis Chronographiæ ad varias editiones recensita, tabulisqve Chronologicis & Adnotationibus ditata prodiit Parisiis anno MDCLII. cura & studio viri de re literaria optime meriti admodum R. P. Jacobi Goar Ordinis Prædicatorum.

Sancti Nicephori Patriarchæ CP. Breviarium Historicum, de rebus gestis ab obitu Mauricii ad Constantinum usqve Copronymum, primum in lucem editum ac Latine versum opera & studio viri doctissimi ac eruditissimi adm. R. P. Dionysii Petavii è Societate Jesu, cum ejusdem Notis Chronologicis. Parisiis, MDCXVI. & ex Typographia Regia MDC. XLVIII.

Opera

2011 Ministerio de Cultura

Opera Dubia S. Nicephori Patriarchæ CPOL.

Interpretamenta ſomniorum ſecundum ordinem alphabeti, verſibus Jambicis. Edita à Nicolao Rigaltio poſt Oneirocriticon Aſtrampſychi, eodem quo Oneirocriticon Artemidori volumine. In quarto Lutetiæ, ex officinia Claudii Morelli. MDCIII.

Macarius Magnes, ſeu de Macario Magnete, authore vetuſtiſſimo, veterum ac recentiorum teſtimonia. Item fragmenta ex ejusdem libris excerpta, pleraque nunc primum è manuſcriptis codicibus depromta.

Index eorum quæ hoc libello continentur.

I. PRæfatio Joannis Boivinii, de Macario Magnete & de ejus operibus.
II. Teſtimonium Photii de Macario Magnetum Epiſcopo.
III. De verbis Macarii Magnetis, qvæ Iconomachi contra imagines ſacras protulerant, Antiſtitum Orthodoxorum diſputatio, qva continentur multa ex ejusdem libris Apocriticis excerpta.
IV. Teſtimonia recentiorum. Item Fragmenta Apocriticorum à Turriano & aliis qvibusdam Recentioribus edita.
V. Fragmenta Commentarii ejusdem Macarii Magnetis in Geneſim, ex mſ. codice Eminentiſſimi Cardinalis Ottoboni deſumpta.

HACTENUS CONSPETUS OPERUM S. NICEPHORI CPol. à V. C. Anſelmo Bandurio junctim edendorum.

Scriptores alii ad Hiſtoriam Byz. facientes inediti.

Supplementum Hiſtoriæ Byzantinæ ex MSS. Bibliothecæ Vindobonenſis concinnandum una cum nova editione Codini promiſit Lambecius pluribus locis commentariorum ſuorum de illa Bibl. ut T. 1. p. 132. T. 3. p. 56. 126. 172. 173. 174. &c.

Idem T. 1. p. 147. ſeq. Specimen exhibet hallucinationum & mendarum occurrentium in Catalogo Bibliothecarum CPolitanarum

2011 Ministerio de Cultura

rum, qvem *Antonius Verderius* * edidit, monetq; Possevinum qvæ ad calcem Apparatus sacri ex Verderio excerpsit, errores illos neutiqvam emendasse, ac simul pollicetur ex MS. Codice Bibl. Vindob. Historico XLIX. se Catalogum illum longe emendatius editurum esse Græce & Latine, intelligens ni fallor Codicem Historicum XCVIII. ordinis Nesseliani, † in qvo post Anonymi Miscellaneas Antiqvitates CPolitanas, MSti exstant Catalogi Græci Librorum *Constantini Varini*, *Antonii Cantacuzeni*, *Jacobi Marmorotæ*, *Joannis Suzi*, & *Manuelis Eugenici*.

De *Georgii Pisidæ* & *Theodosii* Diaconi scriptis ineditis huc facientibus, dixi supra p. 228. De *Leonis Diaconi* & *Mich. Pselli* p. 352. qvemadmodum & de Chronicis ineditis *Joannis Siculi*, *Georgii Acropolitæ*, *Simeonis Logothetæ*, *Simeonis Sethi*, *Theodosii Melitini*, *Georgiique Chumni*, & *Ephræmi*, pag. 158. seq. *Michaëlis Attaliatæ* Chronicon MS. sive Historiam à Mich. Balbo usqve ad Michaëlem Ducam Paranacium, qvod fuit in Bibl. Scoriacensi, memorat Labbeus in Propinacium, qvod fuit in Bibl. Scoriacensi, memorat Labbeus in Protreptico pag. 46. Idem pag. 42. ex Possevinianis Catalogis MSS. meminit *Georgii Gemisti Plethonis* Byzantii ** Epitomes Historiarum Sicularum, & Historiæ *Georgii* Monachi *Lecapeni*.

Scriptores Historiæ Byz. deperditi.

Ammonii Poëtæ Græci carmen Heroicum de Gaina Gotho tyranno per Arcadium oppresso, qvod Theodosio juniore A. C. 438. recitans vehementer placuit, ut ex Socratis VI. 6. Hist. narrat Tripartita

* Ad calcem supplementi Bibl. Gesnerianæ subjunxit Verderius *Bibliothecam CPolitanam, quâ antiquitates ejusdem Urbis & permulti libri MSS. in hac tunc exstantes recensentur.* Lugd. 1585. fol.

† Vide Nesselii Catalogum MSS. Vindob. parte V. p. 151.

** Hujus Georgii Gemisti Orationes duæ, qvarum altera de rebus Peloponnesiacis constituendis ad Manuelem Palæologum Imp. altera svasoria ad Theodorum Despotam, de eodem argumento, editæ Græce & Latine cum versione Gvil. Canteri Antwerp. 1575. fol. ad calcem Eclogarum Stobæi, plane diversæ sunt à duobus libris ejusdem Gemisti de rebus Peloponnesiacis gestis olim post pugnam Mantineam. Hi Græce viderunt lucem una cum Xenophonte Venet. 1503. fol. apud Aldum, & ad calcem Herodoti Basil. 1557. fol. Latine vertit præter M. Antonium Antimachum Basil. 1540. 4. Zacharias Orthus, Professor Gryphiswaldensis, Rostoch. 1575. 8.

2011 Ministerio de Cultura

tita X. 6. & Nicephorus Callistus XIII. 6. Ex illo poëmate videntur repetita qvæ affert Etymologici Magni scriptor in μίμαντος.

Bemarchius Cæsareensis Cappadox Sophista, cujus præter Orationes & declamationes varias, etiam libros X. de rebus gestis Constantini Magni Svidas memorat in Βημάρχιος. Constantini tempore vixisse, neutiqvam constat. Hujus an alius Bemarchii Paraphrasis in qvatuor Evangelia occurrit in Catalogo qvodam MSS. apud Lambecium lib. 1. p. 150.

Callistus Juliani ἐπιβάτης in Persica expeditione comes, de ejus rebus poëma heroicum composuit teste Nicephoro Callisto lib. X. hist. cap. 34.

Candidi Isauri Historia, de qva supra p. 239.

Capito Lycius Græce vertit Svida teste Eutropii Historiam qvæ in Joviniani obitu desinit libris X. De illa versione qvæ intercidit, qvemadmodum & de altera qvæ exstat, *Pæanii*, dixi in Bibliotheca Latina lib. 3. cap. 6. ubi de Eutropio Latino scriptore.

Constantinum Imperatori nescio cui ab Epistolis, Eutychianum Protosecretarium & Grammaticum Imperatoris Eleusium Diaconum & Philosophum, Troilumqve Rhetorem inter Historicos Byzantinos laudat Codinus in Originibus CPol. p. 17.

Demetrius Cyzicenus, laudatus à Scylitze & Cedreno, supra p. 388. 389.

Dexippi Historia de qva supra p. 231.

Eudocia Heroico nomine descripsit victorias per Romanos reportatas à Persis. Vide Socratem VII. 21. Hist.

Eunapii Historia, de qva supra p. 232.

Eusebius Scholasticus scripsit bellum qvo Arcadius Imp. Gainam Gothum vicit. Vide Nicephorum Callistum XIII. 6.

Eutychianus à Codino laudatus. Vide paullo ante in Constantino. Videtur utiqve idem esse Floridus Eutychianus, primarius Imperatorum scriba qvem ab virtute & eruditione laudat, & à qvo ad scribendam Historiam excitatum se scribit Agathias in proœmio. Valde enim falluntur, qvi omnes illos à Codino ibi & auctore Originum CPol. memoratos, Constantini M. ætate vixisse opinantur.

Heliconius Byzantius Sophista, cujus Chronicon ab Adamo ad Theodosium Magnum Svidas memorat.

2011 Ministerio de Cultura

Hermolaus Grammaticus Βυζαντικὰ sua laudat in Epitome Stephani ἐθνικῶν in Γότθοι.

Hesychii illustris Historia, de qva supra pag. 240. 242.

Joannes Antiochenus cujus Historiam laudat civis ejus & cognatus Evagrius lib. V. Hist. cap. ult. Adde III. 10. 28.

Joannis Lydi, Monachi, inter Historicos meminit Scylitzes.

Leonis Byz. antiqvi scriptoris sub Philippo Alexandri M. parente clari libros VII. de rebus veteris Byzantii Svidas memorat.

Malchi Philadelphiensis Historia de qva supra p. 236.

Manuel Byzantius, inter Historiarum scriptores à Jo. Scylitze & Cedreno laudatus. Supra pag. 388. 389. Labbeo videtur idem cum Manuele Protospathario, qvi Magistri Joannis Curcuæ res octo libris fuit complexus teste Cedreno p. 630.

Nicephorus Phryx & Diaconus, qvem iidem Cedrenus ac Scylitzes memorant.

Nonnosi Historia de qva supra p. 239.

Olympiodori Historia de qva pag. 237. seq.

Petri Patricii Historia de qva supra p. 234.

Praxagoræ Athenienſis, Ethnici scriptoris libri duo de rebus Constantini M. qvorum argumentum habet Photius, Cod. 62.

Prisci Historia de qva supra p. 235.

Sergii Confessoris Historia de rebus gestis Imperatorum Iconomachorum Constantini Copronymi & Michaëlis, laudata Photio Cod. LXVII.

Teucri Cyziceni de Byzantio liber Svidæ memoratus in Τέυκρ@.

Thalassius citatus ab eodem Svida in Θεόφιλ@.

Theodorus Sebastenus & alius *Sidæ Episcopus*, laudati à Joanne Scylitza & Georgio Cedreno, qvorum verba adscripsi p. 388. 389.

Theophanis Byzantii Historia, de qva supra p. 239.

Trajanus Patricius χριστιανικώτατ@ & ὀρθοδοξώτατ@ sub Justiniano Rhinotmeto clarus, cujus Chronicon σύντομον laudat Svidas, & ante Svidam citat Theophanes in rebus Gratiani & ex eo Anastasius Bibl. in Historia Eccles.

Troili Sophistæ CPolitani Epistolarum libri VII., ab eodem Svida laudati non pauca Historica ad res Byzantinas spectantia continuisse videntur. Confer Labbei protrepticum p. 53.

XXVI.

2011 Ministerio de Cultura

XXVI. FRANCISCUS COMBEFISIUS * ad calcem Allatii de Simeonum ſcriptis, Pariſ. 1664. 4. edidit *Originum rerumque CPolitanarum*, variis auctoribus, *manipulum*, in qvo continentur:

1) Παραξύσεις σύντομοι χρονικαὶ, de monimentis, ſpectaculis & ædificiis CPolitanis eorumqve conditoribus *breves demonſtrationes Chronologicæ*, *incerto auctore*, p. 1-39. Græce primum editæ è Codice Regio à Lambecio ad calcem Codini, cum notis, ut dixi ſupra pag. 480. ſed à Combefiſio recenſitæ, & verſione atqve animadverſionibus illuſtratæ. In his cum Lambecius qvandoqve reprehendatur, id ægerrime ferens ille paſſim ** in Combefiſium eſt invectus, pollicitusqve novam hujus ſcripti editionem, in qva notas Combefiſii confutare voluit. Sed illa nunqvam vidit lucem, & injuriam Combefiſio facit Lambecius qvod ejus manipulum ſubinde vocat plagiariam farraginem, eam nempe ob cauſam, qvod illi inſeruit qvæ-

* Obiit Combefiſius Congregationis S. Ludovici Ord. Prædicatorum Monachus Pariſiis A. 1679. 23. Jun. ætat. 74. non 47. ut ſupra p. 348. perperam excuſum eſt, Vir præclare meritus de Antiqvitate Eccleſiaſtica, nec minus de CPolitana ut tot ejus ſcripta teſtantur. Ab ejus enim induſtria habemus 1) Bibliothecam Concionatoriam Veterum Patrum. Pariſ. 1662. fol. VIII. volum. 2) Auctarium novum Bibliothecæ Patrum, Pariſ. 1648. fol. 2. Vol. qvorum poſterior præfixam habet Hiſtoriam Monothelitarum. 3) Auctarium noviſſimum. ibid. 1672. fol. 2. Vol. 4) Amphilochium, Methodium & Andream Cretenſem. Pariſ. 1644. fol. 5) S. Maximi Opera ibid. 1675. fol 2. Vol 6) S. Chryſoſtomi Homiliam de Morali Politia & in præcurſoris Decollationem ac Peccatricem, cum Vindiciis & emendationibus ſcholiorum S. Maximi ad Dionyſium. ibid. 1645. 4. 7) S. Chryſoſtomi librum de educandis liberis, & alios qvinq; tractatus Varios: Severianum Gabalorum Epiſc. de S. Cruce, Baſilium Seleucienſem de S. Stephano ejusqve reliqviis, Zachariæ Hieroſol. Epiſcopi Epiſtolam ad ſuæ plebis reliqvias è Perſide, & incerti de eadem captivitate, Urbisq; excidio. Pariſ. 1656. 8. 8) Ecclesiaſtem Græcum ſive ſermones & tractatus Baſilii Magni & Baſilii Seleucienſis. ibid. 1674. 4. 9) Baſilium Magnum ex integro recenſitum, ſive Varias Lect. caſtigationes, notas & ſupplementa in Baſilii M. opera. ibid. 1679. 8. 10) Theodoti Ancyrani de fide Concilii Nicæni, & Germani Patriarchæ CPol. in dormitionem B. Mariæ Virginis. Pariſ. 1675. 8. 11) Illuſtrium CHriſti Martyrum lectos triumphos, vetuſtis Græcorum monumentis conſignatos. ib. 1660. 8. 12) Notas in Theophanis Chronicon, de qvo ſupra pag 151. ſeq. & 13) ſcriptores poſt Theophanem de qvibus pag. 348. ſeq.

** Lambecius lib. 3. p. 126. lib. 4. p. 71. lib. 8. p. 462. &c.

2011 Ministerio de Cultura

qvædam monumenta jam ante à Lambecio vulgata, cum tamen iterum iterumqve teſtetur ſe ea ex Lambecio repetere, & qvæ Græce tantum ille dedit, Combefiſius verſione ac notis illuſtrata exponit Lectori.

2) *Conſtantini Porphyrogeniti* Imp. CPolitani διήγησις ἀπὸ διαφόρων ἀθροισθεῖσα ἱστοριῶν περὶ τῆς πρὸς Ἄνγαρον ἀποσταλείσης ἀχειροποιήτου θείας εἰκόνος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ ὡς ἐξ Ἐδέσσης μετεκομίσθη πρὸς τὴν παρευδαίμονα ταύτην καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων Κωνσταντινούπολιν. *Narratio de imagine CHriſti Edeſſena* pag. 75-101. Vide qvæ de hoc ſcripto notavi ſupra p. 490. & Lambecium VIII. p. 335. ubi loca qvædam ejus illuſtrat. De imagine vero Edeſſena CHriſti, CPolin allata mentio apud continuatorem Theophanis in Romano Imp. p. 268.

3) Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Βασιλέα Θεόφιλον περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, Orientalium Patriarcharum *Chriſtophori* * Alexandrini, *Jobi* Antiocheni, & *Baſilii* Hieroſol. aliorumqve MCCCCLV. Epiſcoporum ac Clericorum *Epiſtola Synodica* (Joanni Damaſceno perperam tributa in Codice Mazariniano) *ad Theophilum Imp. de SS. imaginibus* p. 110-145. Meminit hujus Epiſtolæ Conſtantinus Porphyrogenitus in jam memorata narratione de imagine Edeſſena p 90. (ſed male ibi Jobus vocatur Alexandrinus & Chriſtophorus Antiochenus), & Auctor MS. narrationis de Imagine B. Virginis apud Lambecium VIII. pag. 334.

4) *Nicephori* Patriarchæ CPol. πρὸς Λέοντα Βασιλέα τὸν Ἀρμένιον περὶ τ σεπτῶν εἰκόνων, *Diſputatio cum Leone Armenio, Imperatore, de SS. imaginibus*, p. 159-178. ex ejus vita ſcripta per Theodorum Graptum, & MS in Bibl. Sorbonica. Confer ſupra p. 674. ſeq.

5) *De Angelorum imaginibus* locus p. 178-182. ex ejusdem Nicephori antirrhetico ſecundo cap. 7. Vide ſupra p. 654.

6) *Theodori Grapti*, Confeſſoris imaginum, Vita incerto auctore p. 191-213. ex Codice Regio. Incipit: τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ τὼν ἀθλησιν ἑλομένων. Latine pridem ediderat Lipomannus, & ex eo Surius 26. Dec.

7) Ex libro ejusdem *Theodori Grapti*, ὑπὲρ τῆς ἀμωμήτου τῶν χριστιανῶν πίστεως, *de inculpata Chriſtianorum Fide*, p. 221. ſeq. cum latina

* Hujus Chriſtophori Alexandrini Paræneſin aſceticam & parabolicam de vita humana MS. Græce in Bibl. Vindob. memorat Lambecius VIII. p. 364.

2011 Ministerio de Cultura

na versione Joannis Baptistæ Roussel. Servatus hic Theodori Grapti locus à Nicephoro Patriarcha CPol. in cujus antirrhetico secundo cap. 3. legitur, ut supra p. 654. notatum est.

8) *Theophanis Grapti Canon sive Hymnus in fratrem Theodorum Graptum* p. 224 - - - 230. ex Græcorum Menæis 27. Dec.

9) *Germani* Patriarchæ CPol. Oratio in Encænia Templi S. Deiparæ inqve sanctas fascias Domini nostri JEsu CHristi, & in veneprationem Zonæ ejusdem S. Deiparæ p. 232-241. Incipit: Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ. Latine vulgáverat Lipomannus T. 6. & Surius ad 31. August.

10) *Anonymi* διήγησις περὶ τῆς οἰκοδομῆς ⸗ ναοῦ τῆς μεγάλης ⸗ Θεοῦ Ἐκκλησίας, τῆς ἐπονομαζομένης ἁγίας Σοφίας, Narratio de structura Templi magni DEI Ecclesiæ S. Sophiæ p. 243-264. ex MS. Raphaëlis du Fresne. De Codice MS. Vindobonensi, ex qvo hæc narratio longe emendatior edi potest, videndus Lambecius VIII. pag. 462. seq. ubi insignia hujus rei specimina.

11) *Procopii Cæsareensis* de eodem templo locus pag. 283-291. ex libro primo de ædificiis Justiniani, de qvo opere Procopiano dixi supra pag. 252. seq. qvemadmodum de aliis scriptoribus qvi magnum illud Templum CPolitanum descripserunt, p. 279-280. nongentis qvondam Sacerdotibus celebratum scribit Crusius in Turco-Græcia p. 54.

XXVII. FRIDERICUS SYLBURGIUS * ex MSS. Codicibus Palatinis Græce & Latine cum notis suis anno ante obitum edidit *Saracenica* sive *Moametica*, Heidelberg. ex Typographia Commelini 1595. 8. in qvo volumine occurrunt

1) Ἔλεγχος σαφὴς τῶν Ἰσμαηλιτῶν καὶ τῆς φλυαρίας τῶν δογμάτων αὐτῶν, *Ismaëlitarum, futiliumque ejus sectæ dogmatum perspicua confutatio*, pag. 1-34. cum Latina versione *Jo. Jacobi Beureri*, Professoris Græcæ Lingvæ in Academia Friburgensi, qvi sine nomine auctoris hoc scriptum ad Sylburgium misit, Sylburgius vero observavit esse titulum XXVIII. Panopliæ † *Euthymii* Zigabeni, circa A. C. 1112. clari κατὰ Σαρακηνῶν, contulitqve cum qvatuor Codicibus

* De præclaro hoc viro dixi lib. 3. cap. 6. §. 38. in notis.

† In Bibliotheca Patrum edit. Lugd. cujus Tomo XIX. Panoplia Euthymiana exstat ex Zini versione, Latine, est titulus XXIV. p. 228. seq.

2011 Ministerio de Cultura

MSS. Bibl. Palatinæ , & cum latina interpretatione *Petri Franciſci Zini* qvi totam Panopliam latine vertit , de qva infra in Euthymio. Jam ſufficiat notaſſe Elenchum hunc Iſmaëlitarum ex Sylburgii editione legi etiam in Auctario Græcolatino Bibliothecæ Patrum Ducæano Pariſ. 1624. Tom. 2. p. 292.

2) Περὶ τῆς ἀρχηγοῦ τῶν Σαρακηνῶν Μωάμεθ , τοῦ καὶ Μαχουμέτ. *De Saracenorum Principe Maometho* , incerti ſcriptoris , p. 54-73. cum verſione Sylburgii , qvi obſervat gemina fere legi non modo in Georgio Cedreno p. 346. ſeq. edit. Baſil. ſed etiam in MS. *Joannis Siculi* Chronico qvod in Michaële Theophili filio deſinit.

3) Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Σαρακηνῶν ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν καθαρὰν ἀληθῆ πίστιν ἡμῶν τῶν χριστιανῶν. *Ordo qui obſervatur ſuper iis, & anathematiſmi ab illis dicendi qui à Saracenis ad noſtram Chriſtianorum puram veramque fidem ſe convertunt* , p. 74-91. cum ejusdem Sylburgii verſione. *Catecheſis iſta* , inqvit , *Saracenorum ad Chriſtianam fidem accedentium è MS. Palatinæ Bibliothecæ libro ſatis vetere deſumta eſt: in quo multæ ſunt ejusmodi conſtitutiones ſive ordinationes ſuper iis qui ab Hæreſi aliqua Gentiliſmo , Judaiſmo & ſimilibus ad Chriſtianam religionem ſe aggregant.* Hoc κατηχητικὸν πυκτίον reſpicitur à Niceta Choniate in Manuele Comneno , ut jam dixi ſupra p. 437. Confer etiam anathematiſmos Saraceni qvi ex libro XX. theſauri Orthodoxæ Fidei ejusdem Nicetæ leguntur Latine in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. T. XXV. p. 186. ſq. Non omittendum deniqve qvod Sylburgius in notis p. 128. ex eodem MS. Codice Græce & Latine exhibet *Modum recipiendi Hæreticos in Eccleſia:* πῶς χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ προσερχομένους.

4) Ex *Theophanis* Monachi Chronographia , & qvi Theophanem latine vertit *Anaſtaſii* Bibliothecarii Hiſtoria Eccleſiaſtica, *narratio de Saracenicæ ſive Moamedicæ ſectæ primordiis* p. 92-105. Utrumqve, Theophanem & Anaſtaſium ab eo tempore integros vulgarunt viri eruditi , ut ſupra p. 151. ſq. dictum eſt, ſed Sylburgio eos MStos Bibliotheca Palatina ſuppeditavit. *Erunt autem fortaſſe* , inqvit , *qui & alia his addi potuiſſe dicturi ſint. Fateor. Primum enim* Joannem Damaſcenum a) *paullo poſt Saracenæ ſectæ initium vixiſſe , & contra eam ſcripſiſſe, ſed*

a) Forte reſpexit qvæ habet *Damaſcenus* ad calcem libri de hæreſibus in Cotelerii monum. Eccleſiæ Græcæ T. 1. p. 326-335. atqve inter Damaſceni opera T. 1. edit. Viri Clariſſ. Mich. le Qvien p. 110. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

sed pauca valde, incribrationis suæ prologo tradit illustris ille Cardinalis Nicolaus de Cusa, atque adeo inter Damasceni opera exstat b) *Christiani & Saraceni disputatio. Deinde Romæ in Vaticana Bibliotheca exstare dicitur* Nicetæ Byzantini Philosophi *contra Maomedem liber, & Epistolæ ab Agarenis missæ confutatio ad Michaëlem Theophili filium, Imp. CPolitanum. Sed quoniam neque illius neque hujus exemplaria Græca nancisci nobis licuit, alia eorum edendorum exspectanda fuit occasio.* Joannis Cantacuzeni c) *contra Moamedem orationes quatuor, & tres* * *Christianæ religionis contra Saracenorum hæresin Apologetici; ad hæc* Richardi Florentini d) *confutatio Corani Moamedicî*

b) Latine in antiqvis Damasceni editionibus legitur, & incipit: *Si interrogatus à Saraceno, quis sit CHristus.* In nova editione T. 1. pag. 466. Græca qvidem addita ex *Theodoro Abucara*, sed passim manca, & subjunctus p. 470. alius dialogus Saraceni Theodori, ex ore Joannis Damasceni, hoc initio: εἰπέ μοι ὦ Ἐπίσκοπε. Græca ad Jo. Aubertum miserat Allatius. In MS. autem Vindobonensi, teste Lambecio V. p. 126. prior διάλεξις MS. exstat Græce alio ordine, atqve incipit sic: Ἐρωτηθεὶς ὁ χρισιανὸς παρὰ Σαρακηνῦ, τίνα λέγεις αἰτίαν καλῦ καὶ κακῦ; Hisce scriptis jungendus *Bartholomæi Edesseni*, elenchus & confutatio Hagareni, qvam capite mutilam Græce cum versione sua edidit Stephanus le Moyne è MS. Scaligeriano in Variis sacris T. 1. p. 302-428. & alterius scriptoris κατὰ Μωαμέδ, p. 429-451. Conferenda etiam qvæ de Muhamede scribit *Constantinus Porphyrogenitus* lib. de administrando Imperio cap. 14. seq. *Gennadii* Scholarii Patriarchæ CPol. Confessio & dialogus cum Amurathe Sultano Mahomede, *de via salutis humanæ & recta fide Christianorum*, de qvibus mox ad Turco Græciam Martini Crusii.

c) Vide supra p. 473. & qvæ de *Georgio Phranza* ex his Cantacuzeni orationibus plura mutuato p. 618. * qvatuor.

d) Richardi propugnaculum fidei adversus deliramenta Alcorani prodiit latine Paris. 1511. Hispali 1520. & Venet. 1607. 4. Græca autem Demetrii Cydonii versio cum latina interpretatione Bartholomæi Piceni de Monte Arduo ad Ferdinandum Arragoniæ & Siciliæ Regem exstat in Theodori Bibliandri Syntagmate scriptorum anti Muhamedanorum Basil. 1543. fol. subjuncta Christianæ fidei exomologesi adversus Saracenos, incerto auctore, Græce & Latine. In Codice MS. Cæsareo hæc est inscriptio libri Richardi: Ἀνατροπὴ κεφαλαιώδης τῦ νόμυ Μωαμεὲθ, ὑπὸ μὲν Ῥικάρδυ τινὸς ἐκτεθεῖσα λατινικῶς, ὑπὸ δὲ τῦ Δημητρίυ τῦ Κυδωνίυ ἑρμηνευθεῖσα ἑλληνικῶς. Vide Lambecium lib. I. p. 145. & lib. V. p. 168. In Bibliandri editione ita inscribitur: Ῥικάρδυ τῦ τῷ τάγματι τῶν παρὰ Λατίνοις καλυμένων Πρεδικατόρων κατειλεγμένυ ἀναστκευὴ τῆς παρὰ τῦ καταράτυ Μαχυμεὲθ τοῖς Σαρακηνοῖς τεθείσης νομοθεσίας, μετενεχθεῖσα ἐκ τῆς Ἰταλῆς διαλέκτυ εἰς τὴν Ἑλλάδα, διά τινος Δημητρίυ. De Richardo illo, sive Ricoldo, Ordinis Dominicani Monacho qvi circa A. C. 1300. floruit, vide Ambrosii de Altamura Bibliothecam Ordinis Prædicator. p. 86. & 465. seq. De Demetrio Cydonio qvi Imp. Joanni Cantacuzeno charus fuit medio sæculo XIV. & qvam plurima scripsit, dicendi locus erit alias.

2011 Ministerio de Cultura

medici à Demetrio Cydonio *in Græcum sermonem conversa, consulto à nobis omissa, quod & recentiora essent, & prolixiora quam quæ enchiridii formæ exarari possent.*

XXVIII. MARTINI CRUSII * qvi ante hos centum annos Academiam Tubingensem doctrina atqve ingenio suo exornavit, atqve ut Græcæ lingvæ priscæ † peritissimi, sic Græcobarbaræ primi ** in Germania interpretis ac doctoris *Turco Græciæ libri octo*, qvibus Græcorum status sub Imperio Turcico in Politia & Ecclesia, Oeconomia & Scholis describitur, excusi sunt Basileæ Anno 1584. 1594. fol.

Libro

* Natus A. 1526. 19. Sept. & Professor utriusq; lingvæ ab A. 1559. in Academia Tubingensi obiit A. 1607. ætat. 81. Inter Historicos Germaniæ magna ejus laus ob editos Annales Svevicos Francof. 1595. 1596. fol. 2. Vol. Turco Græciæ vero jungenda ejusdem Crusii gratulatio ad Salomonem Schweigerum, Imperatoris Rom. ad aulam CPol. legatum, cum descriptione illius peregrinationis. Argentor. 1582. 4. & Stephani Gerlachii iter CPolitanum diu post ejus fata editum Germanice Francof. 1674. fol.

† Qvam familiaris fuerit Crusio lingva Græca, docet edita ab eo Witeberg. 1602. fol. qvatuor tomis distincta *Corona anni*, sive Homiliæ qvas & ille ex ore Theologorum Germanice verba pro concione facientium, Græce calamo excepit, atqve ita Græce & Latine edidit. His adde poëmata ejus Græca non invitis Musis scripta & Orationes Græcas Epistolasqve editas Basileæ apud Oporin. 1566. 4. itemqve alia carmine & prosa Græca, qvæ libris sex *Germano Græciæ* complexus est Basil. 1585. fol. Plures etiam Hymnos nostræ Ecclesiæ Germanicos Græca Metaphrasi donavit, qvæ adhuc MS. apud venerandum D. Val. Ernestum Lœschervm asservatur, una cum prosaria eorundem expositione sive Homiliis Hymnodicis, qvarum latinam versionem edidit Rev. Jo Christophorus Olearius, Arnstad. 1705. 8. Crusius qvoqve fuit qvi Jacobi Herbrandi compendium Theologiæ, vertit Græce, ne dicam de iis qvæ ad Patriarcham CPol. Jeremiam missa, & cum amœbæis illius Jeremiæ & Theologorum Tubingensium scriptis utraqve lingva edita sunt Witeberg. 1584. fol. Omitto Grammaticam Crusii Græcam qvam ipse puer olim didici, & Narrationem Græce scriptam de bello Smalcaldico editam inter scriptores rerum Germanicarum à Marqv. Frehero, Tomo tertio p. 429. Francof. 1611. fol. Commentarium in lib. 1. Iliados, Observationes ab Heliodori Æthiopica &c.

** Crusius ipse de se in Turco Græcia p. 185. Πρῶτος, (*absit gloriatio & invidia*) *introductor Barbaro Græcæ Linguæ in nostram Germaniam. Quod si non ubique καταρθώσω, veniam mihi* ὡς πρωτοπείρῳ *benigne dari peto. Mihi quidem hanc linguam* ἀόκνως καὶ ἀπαλέως αὐτομαθήσαντι *diu nullum adjumentum, aut certe exiguum invenienti, DEus novit quanto labore, investigatione, ratiocinatione opus fuerit.* adde p. 311.

2011 Ministerio de Cultura

Libro primo, cui effigies Imperatoris CPol. habitu priſco & inſignibus Imperatoriis ornati præmittitur, exſtat 1) *Hiſtoria Politica CPoleos ab Anno CHriſti 1391. ad A 1578.* puriore ſtylo Græce deſcripta & ad Cruſium miſſa à *Theodoſio Zygomala*, p. 1-43. Græce & Latine cum Cruſii verſione, & notis à pag. 44-68. In his ſtatim ſub initium memorat MS. Codicem qvæſtionum Grammaticarum *Manuelis Moſchopuli*, qvi pridem Reuchlini fuit, ſcriptum ante Annum CHriſti 1392. docetqve eundem eſſe qvi Baſil. 1533. prodierit ſub falſo nomine *Baſilii M. ὃ μεγάλε Βασιλείε περὶ Γραμματικῆς γυμνασίας.* Laudat etiam pag. 44. 190. 195. *Nicetæ Acominati* Choniatæ Hiſtoriam BarbaroGræce MStam in inclytæ Auguſtæ Vindelicorum Bibliotheca, ex qva præcipua BarbaroGræca Hieron. Wolfius in ſuas ad Choniatam notas transtulerit. Annæ Comnenæ ſepulchrum in templo Patriarchatus CPoli obvium deſcribit p. 46. & locum ex ejus Alexiade tunc adhuc inedita profert adverſus primatum Papæ Romani. Narrat etiam p. 48. ſe accepiſſe Damaſceni ἡσαυρὸν, & p. 53. illum *Damaſcenum Hypodiaconum & Studitam* appellat, qvi compoſuit Homilias theſauro illo comprehenſas, qvi liber in pagorum Græciæ & Thraciæ templis, ſuis Dominicis & feſtis diebus qvibus ejus λόγοι inſcripti ſunt, à Sacerdote ad populum legi ſolet. P. 68. & 210. meminit *Barbaro Græci MS. Chronici* ab exordio Mundi ad Michaëlem Botaniatam, qvod ipſi abſtulit Stephanus Gerlachius.

2) *Theodoſii Zygomalæ* de CPoleos obſidionibus & Turcica expugnatione rebusqve hodiernæ Græciæ *Epiſtola ad Martinum Cruſium* ſcripta Byzantii A. 1581. p. 74-98. cum Cruſii verſione & notis à p. 99. ad 104. in qvibus fragmenta aliarum Epiſtolarum Græcarum ad Cruſium & Gerlachium miſſarum tum ab eodem Theodoſio qvi pag. 100. Protonotarium ſe magnæ Eccleſiæ CPol. vocat, tum à Simone Cabaſila, & p. 104. Epiſtolam abſolutoriam qva Michaël Patriarcha Antiochenus Theodoſium à peccatis abſolvit. In calce Epiſtolæ hujus, qvemadmodum & aliarum paſſim in hoc opere, nomen & titulus ſcriptoris miris literarum ductibus more Græcorum recentium obſcure indicatus potius qvam expreſſus cum expoſitione à Cruſio addita legitur.

Libro ſecundo, cui effigies Patriarchæ CPol. præmiſſa eſt, exhibetur *Hiſtoria Patriarcharum CPolitanorum* qvi fuerunt à capta Anno 1453. per Mahomedem II. CPoli, qvid ſingulorum temporibus

2011 Ministerio de Cultura

gestum sit, & qvisnam fuerit auctor pescesii (ξ πεσκεσίς) sive muneris qvod Patriarcha novus Sultano dat, qvis præterea Charatzii, (ξ χαρατζίς) sive annui tributi Ecclesiastici, qvis item additionem qvôqve tempore majorem fecerit. p. 106-184. Hujus Historiæ lingva Græca vulgari scriptæ auctor est incertus, descripsit eam *Emanuel Malaxus*, Peloponnesius, à qvo Stephanus Gerlachius illam tribus thaleris redemit A.C. 1677. mense Aprili, Crusius vero qvi eam accepit à Gerlachio, latinam versionem, & à p. 185-212. notas adjunxit. Malaxus ille jam A.C. 1581. diem obierat, qvi pueros & adolescentulos Græcos sub Patriarcheio in parvula & misera casa docendo & libros describendo vitam toleravit. Qvæ ex Historia Ecclesiastica Malaxi laudat Allatius de Georgiis, leguntur in Crusii editione p. 107. seq. & 120. Sed qvæ idem habet Allatius p. 391. non memini me in illa legere, ut aliud forte exemplum ejus habuerit. Cæterum ex hac Historia hausit Henricus Hilarius, qvæ de Patriarchis post CPolin captam notavit ad Georgii Cyprii Chronicon Ecclesiæ Græcæ. In notis sub initium Crusius observat qvædam de Græcis qvi Concilio Basileensi, Ferrariam deinde atq; A. 1439. Florentiam translato interfuerunt, de qvo conferendus etiam Lambecius VIII. p. 504. sq. Addit præterea Crusius pag. 186. in Academiæ Basileensis Bibliotheca publica exstare complura Græca volumina MSS. tempore Concilii eo delata, è qvibus *scholia ex Patribus in Genesin & Exodum* memorat. P. 187. ait se apud Jo. Zygomalam inspexisse venalem librum MS. hoc titulo: ξ σοφωτάτς κὴ λογιωτάτς Ματθαίς ξ Καμαελιώτς ἐξήγησις εἰς τὰς Ἐπιςολὰς Συνεσίς, ξ σοφωτάτς κὴ Θεοφιλεςάτς Ἐπισκόπς, γεχαμένη ὀικεία χειρὶ ξ αὐτς Καμαελιώτς. Καὶ ἔτι βραχὺ ὑπόμνημα εἰς τὸν αὐτὸν Καμαελιώτλν, ὅτι ἀπὸ Θεσσαλονίκης &c. *Doctissimi viri* Matthæi Camariotæ *commentarius in Rever. Episcopi* Synesii *Epistolas*, *manu ipsius scriptus. Præterea commentariolum in eundem* Camariotam, *quomodo patria Thessalonicensis, professione Philosophus, huc CPolin venerit ultimis Imperatorum Palæologorum miseris temporibus: & hic post urbem amissam substiterit, postquam Scholarii qui postea Patriarcha fuit Gennadius, & quorundam aliorum optimatum, circa medium regni Amuratæ, præceptor fuisset.* Patriarcheii CPol. icon & descriptio exstat p. 190. Ibidem & p. 275. notat in Bibliotheca arcis Tubingensis extare MS. partem operum Basilii M. & librum pulcherrime in membranis descriptum continentem Sanctorum vitas per τρίτον τρίμηνον sive per menses Martium, Aprilem, Majum. P. 196. ubi

2011 Ministerio de Cultura

ubi de Græcorum Pſalmodia, Horisqve Canonicis, laudat vetuſtum MS. παυδέκτων καὶ λειμωναρίου Antiochi Monachi τῆς Λαύρας τοῦ Ἀββᾶ Σάβα ad Euſtathium Abbatem μονῆς Ἀταληνῆς Ancyræ in Galatia, additqve ei ſubjunctum λειμῶνα ſive λόγους καὶ βίους Διαφόρων γερόντων καὶ ἁγίων πατέρων qvod opus auctor qvisqvis fuit Sophronio cuidam inſcripſit, qvem ἱερὸν πιστὸν τέκνον appellat. Conciones ſacras à Græcis fieri p. 197. 207. notat non lingva Græcobarbara qvæ à vulgo intelligatur ſed antiqva. Ibidem nonnulla de Muſica Græcorum Eccleſiaſtica, & qvanti ſit apud Chriſtianos & Turcas Patriarchæ CPol. auctoritas. Imperatorem qvi à S. Babyla Antiocheno Epiſcopo excluſus templo fuit, ex Legenda Græca MS. 4. Sept. notat fuiſſe Numerianum. P. 198. & 200. 203. Græce affert verſ⁹ Διδασκαλίας, latine deinde editæ à Jac. Pontano (de qva dixi ſupra p. 566. ſq.) & p. 199. 205. laudat MS. Auguſtanum Codicem Hiſtoriæ *Georgii Pachymeris* (de qva ſupra p. 458.) nec minus memorat *Auguſtanam Confeſſionem* è Græco verſam in lingvam Ibericam ſive Georgianam: & *Joannicium* Hieromonachum Cartanum & magnum Protoſyncellum Cercyrorum librum varii argumenti, inſcriptum ἄνθος compoſuiſſe curas fallendi cauſa Venetiis in carcere in qvem eum Arſenius Monembaſienſis Epiſcopus compingi fecit, ſi Cartanum qvidem audimus non ob aliqvod crimen ſed ob ſtudium pietatis & veritatis. P. 200. Epigramma *Michaëlis Sophiani* Byzantii in Templum S. Georgii Venetiis A. C. 1564. ex libello Zachariæ ἱερέως σκορδυλίδος Κρητὸς τοῦ ἐπονομαζομένου Μαραφᾶ καὶ ὑπερόπτου τῆς τῆς Κωνσταντινουπόλεως οἰκουμενικῆς Πατριάρχου. Seragliæ ſive Regiæ Ottomannicæ CPolitanæ icon pag. 202. P. 203. memorat Georgium Cantacuzenum, Antonii Cantacuzeni, à qvo Hieron. Wolfius Zonaram redemit, filium in Bibliotheca ſua habuiſſe *Acta tertii, quarti & quinti Concilii, exegeſin Διαφόρων in Pentateuchum, Nilum Theologum* aliosq; libros optimos, ſed inæſtimabili pretio æſtimatos. P. 204. 250. 273. memorantur Διδαχαὶ Ἀλεξίου ἱερέως τοῦ Ῥαρτάρου καὶ χαρτοφύλακος τῆς Κερκύρας, excuſæ Venetiis A. 1560. cum præfatione Theonæ qvæ his verbis inſcribitur: ὁ ἐν ἀρχιερεῦσιν ἐλάχιστος Θεωνᾶς καὶ ἔξαρχος τοῦ παναγιωτάτου Πατριάρχου τῆς Κωνσταντινουπόλεως, τοῖς αἰδεσίμοις ἀρχιερεῦσι καὶ Φιλαρέτοις πατράσι, τῷ τε λοιπῷ τοῦ Κυρίου χειροτονήτῳ πληρώματι εὐπράττειν. Ibidem exſtat notitia de *Cyrillo* Metropolita Nicæno Anno 1675. Epheſino *Athanaſio* & Theſſalonicenſi *Joaſapho*, & de Patriarcha CPol. *Jeremia* p. 205. qvem virum humaniſſimum vocat ac veritatis ſtudioſiſſimum, perpe-

2011 Ministerio de Cultura

perpetuum in lectione Patrum & aliorum bonorum Autorum, qvantum ei per negotia Ecclesiastica & politica concessum fuit. *Nam præter Ecclesiarum*, inqvit, *curam incumbit ipsi etiam onus judicandi causas Græcorum, quas coram judice extraneo sive Turca disceptari nolunt. Cumque nemo sit qui liberales artes hodie juvenes doceat, non erubescit in virili ætate Dialectica, Rhetorica & Ethica à Rhetore suo sene Joanne Zygomala, nunc Cathedralis Ecclesiæ Scripturarum interprete audire, qui artium harum mediocrem cognitionem Patavii ante plures annos hausit. Epitomen Dialecticæ, Rhetoricæ & Ethicæ, Basileæ impressam Patriarchæ vertit. - - In tota Græcia studia nullibi florent: Academias & Professores publicos nullos habent, præter scholas triviales, in quibus pueri ὡρολόγιον, ὠκτωήχον, Psalterium aliosque libros quorum in Missa usus est, legere docentur. Qui vere eos intelligat inter presbyteros & calogeros, paucissimi sunt. Quidam Italiæ Academias adeunt, in quibus antiquam linguam, principia Philosophiæ, Patrumque Theologiam percipiunt. Hi reversi domum alios interdum erudiunt, quemadmodum CPoli in Patriarchatu medicus quidam* Leonardus è Chio (idem qvi expugnationem CPolis descripsit) *Patriarchæ aliisque Calogeris Ammonii Commentaria in Organum Aristotelis, Rhetorica Hermogenis & Hesiodum explicat.* P. 106. summum Græcorum sacerdotem & ArchiEpiscopum Venetiis Anno 1580. fuisse testatur *Gabrielem Philadelphiensem* ArchiEpiscopum. Vitam Apollonii (Tyrii) & Tarsiæ lingva Græcobarbara memorat p. 209. Michaëlem Eparchum Corcyræum διδάσκαλον καλὸν qvi Venetiis causas egit, & Andream Curcumelem p. 208. Trojæ ruinas referens multosqve adhuc ejus supereſſe muros testatus, addit majorem illam CPoli fuisse urbem p. 210. Ibidem ex *Barbaro Græco Chronico* qvod Michaëlis Cantacuzeni * fuit, affert narrationem de Trisagio, & p. 211. hosce versiculos in duodecim festa Græcorum:

Τὸ χαῖρε, γέννα, Συμεὼν, Ἰορδάνης,
Θαβώριον, Λάζαρος, βαΐα, ξύλον,
Ἔγερσις, ἄρσις, Πνεῦμα, καὶ Κόρης μόρος.

Non prætermittendum est qvod in Historia Ecclesiastica Malaxi qvam Crusius Græce & Latine exhibet notisqve illustrat, etiam inserta legitur *Confessio Gennadii Scholarii* pro veritate fidei Christianæ ad Amuratem Suldanum Muhamedem II. capitibus XX, Græce & Latine cum Turcarabica versione Achmetis qvi Berrhœæ prætor & Mahometi

* Hic strangulatus est 3. Martii Anno 1578. Anchiali in sua domo. Vide Crusium pag. 211. 274.

2011 Ministerio de Cultura

hometi Zelebi Commentarienſis pater fuit, juſſu Suldani facta, & Græcis literis deſcripta pag. 110-119. Eadem prodiit etiam Græce & Latine ad calcem Orationis Dav. Chytræi † de ſtatu Eccleſiarum in Græcia, Aſia, Africa, Ungaria, Bohemia Francof. 1583. 8. & curante Joanne à Fuchte Helmſt. ** 1611. 8. una cum ejusdem argumenti ſed prolixiore *dialogo Gennadii & Amurathis* περὶ τῆς ὁδῷ τῆς σωτηρίας ἀνθρώπων qvi Græce & Latine vulgatus eſt à Jo. Alexandro Braſſicano, Viennæ 1530. 8. atqve à Chriſtiano Daumio una cum Hieronymi Theologi Græci Dialogo de Trinitate, Cygneæ 1677. 8. Latine vero *** ex Gregorii Hermonymi Spartani verſione, Joanne Polo de Albo Caſtro curante in Hæreſiologia Jo. Heroldi Baſil. 1556. fol. p. 797. & in Bibliothecis Patrum. De Codicibus MSS. hujus Dialogi vide Allatii diatribam de Georgiis p. 402. & Euſebium Renaudotum in Gennadii operum notitia p. 83.

Libro tertio continentur variæ Græcorum inter ſe ab A. 1556. ad 1580. ſcriptæ *Epiſtolæ*, à *Theodoſio Zygomala* in Cruſii gratiam ſelectæ, cum Cruſii verſione & notis. Digeſtæ autem ſunt in partes tres hoc modo:

Prima pars complectitur Epiſtolas ſcriptas lingva vulgari, cum appoſita per eundem Zygomalam verſione Græca puriori. Scriptæ ſunt à *Joanne Maximo* Sacerdote & δευτερεύοντι ſeu Secundano: *Hermodoro Leſtarcho* Medico è Chio: *Simeone* Hieromonacho & Epiſcopatus Ephemero ſive vicario ex Andro, à *Michaële* Zygomalæ affine è Nauplio, *Manuele* ſcriba ex Anchialo, *Michaele Sbiri* è Monembaſia & *Stamatio* (Eumathio) fratre Zygomalæ ex Anchialo. Subjungitur etiam pag. 228. *Parthenii* metropolitæ Sophiæ in Bulgaria Epiſtola ad Imperatorem Rudolphum II. data A. 1580. & pag. 229. Teſtimonium Comiti Alberto Levvenſteinio datum A. 1578. Cairi à Patriarcha Alexandro *Joachimo*. Utrisqve Joachimi & Parthenii literis præter

† Hic qvoqve Chytræus Orationi illi ſubjunxit varias Epiſtolas ex Græcia ad Martinum Cruſium & alios datas, Græce & Latine.

** Notabis in Fuchtenii editione tantum extare capita duodecim, adeoqve octo poſtrema deeſſe.

*** Non Græce & Latine, ut legas in Appendice ad Hiſt. literariam ſcriptorum Eccleſ. præſtantiſſimi Cavei.

2011 Ministerio de Cultura

ſubcriptiones obſcuris circumductionibus literarum involutas, unà cum explicatione ſubjuncta ſunt etiam eorum ſigilla.

Pars ſecunda continet Epiſtolas ſcriptas lingva Græca puriori complures, qvarum primoribus decem idem Zygomala verſionem Græcobarbaram, omnibus latinam verſionem & notas Cruſius adjunxit. Qvi Epiſtolas ſcripſere ſunt *Joannes Coreſes* (Κορέσης) Medicus è Chio ad Patriarcham CPol. *Metrophanem: Hermodorus* ſupra memoratus, *Joannes Zygomala*, magnus Rhetor Magnæ Eccleſiæ CPol. (ſive Exarchus Rhetor vide p. 259.) *Joannes Deſpota* ſeu Rex Moldaviæ, *Demetrius* Deſpotæ ſcriba ad Patriarcham CPol. *Joaſaphum*, *Nicolaus* Protopapa Nauplienſis, *Manuel* è Chio, *Matthæus Monachus* è Chio, *Methodius* Hieromonachus, *Neophytus* Lariſſæ Metropolita, *Jeremias* Patriarcha CPol. *Eugenius* Epiſcopus montis Sinai & Raithi ad Imp. Maximilianum A. 1569. *Demetrius* Diaconus CPol. ad Philippum Melanchthonem qvem præceptorem ſuum appellat A. 1559. p. 263. Interpoſita etiam ſunt p. 258. ſeq. Epitaphia verſibus ſcripta in *Iſaacum* Sacerdotem Peloponneſium, & *Gratioſam* Theodoſii Zygomalæ matrem, nec non *Jo. Zygomalæ* Epigramma in Concilium Decemvirorum illuſtriſſimæ Reip. Venetæ, & preces ad Mariam Virginem à qva morbo levari exoptat.

Tertia pars habet Epiſtolas ſeptem ab Anno 1556. ad 1575. ſtyloGræco mixto ſive Eccleſiaſtico qvi puris barbara adſperſa habet ſcriptas à *Calliſto* Metropolita Rhodi, *Logizo* Sacerdote in Inſula Chio, *Theona* Paronaxiæ, ac deinde Theſſalonicæ Metropolita, *Arſenio* Metropolita Tornobi ad Principem Mich. Cantacuzenum: à *Joanne Bonapheo* à Patris Achajæ, *Maximo* Protoſyngelo Patriarchæ, ex Joanninis ſive Caſſiope Ætoliæ, & *Ignatio* Hieromonacho è Chio, ad magnum Chartophylacem Alexandrum à Tera.

In notis p. 222. Cruſius è libro ἀνθ' ὧν τῶν χαρίτων affert parabolam de ſeptem filiabus Diaboli ex injuſtitia ſusceptis, arrogantia, avaritia, fraude, invidia, hypocriſi, ſuperbia ac ſcortatione. P. 230 ſeq. ex Martyrio S. Catharinæ *in veteri Codice MS. chartaceo folii magnitudine ſingulis paginis binas columnas quadragenorum verſuum habentibus, rubro corio aſſerculis inducto, cum bullis ſeu umbilicis & cum duabus clauſuris (more Græco) in aculeos infibulandis. Fuerat is Codex cum aliis pluribus MSS. à Cardinale Joanne de Ragufio tit. S. Sixti, Baſileæ in Concilio relictus.* P. 234. *Meletius* Patriarchæ Alex. Protoſyncellus commendatur

2011 Ministerio de Cultura

datur ut vir perdoctus, perhumanus, religionis studiosus. Ibidem narrat Turcas qvinqvies qvotidie ad preces convocari hora una ante lucem, tum circa horam nonam, duodecimam, & qvartam, atqve hora prima noctis. Initium precationis eorum esse *ne DEus concordiam Christianis det.* De *Josepho* Hieromonacho Gardiano in Monasterio S. Catharinæ in monte Sina, vide p. 235 seq. Μαρκάλε, βιβλίον ἔχον τῆς Θεοτόκου ἐγκώμια pag. 243. *Ex Gerlachio cognovi*, inqvit p. 246. *plerisque Græcorum templis in singulis Civitatibus, scholas puerorum adjunctas esse, in quibus nullæ sint classes nec diversæ lectiones, sed unus præceptor pueros in Psalterio, Horologio, Acoluthiis aliisque libris quorum in Ecclesiis usus sit, instituens. Ab Joanne Zygomala, complures Patriarchatus officiales antiquam linguam mediocriter doctos esse: etiam à doctioribus Græciæ discipulos ad illam ali, & propter eam discendam Italiæ quoque Academias à Peloponnesiis, Cretensibus, Chiis adiri.* Illum Joannem Zygomalam ex magno Rhetore Patriarchico factum μέγαν τῶν θείων γραφῶν ἑρμηνευτήν notat pag. 248. atqve pag. 264. scribit versionem Confessionis Augustanæ Græcam sub Dolscii editam nomine, compositam fuisse à Philippo Melanchthone, qvi illam per Demetrium Thessalonicensem, Diaconum CPol. misit ad Joasahum Patriarcham CPol. De illa versione vide etiam p. 488. 496. Eadem est qvæ cum Wurtenbergensium Theologorum scriptis ad Jeremiam Patriarcham CPol. prodiit Witeb. 1584. fol.

Libro Quarto Crusius exhibet Epistolas alias sexaginta vario stylo Græco scriptas, cum latina versione & notis. Auctores Epistolarum sunt: *Metrophanes* Cæsareæ Cappadociæ Metropolita & deinde Patriarcha CPol. *Nicolaus* Sacellarius & alii Clerici Chii. *Joasaphus* Patriarcha CPol. *Jeremias* Patriarcha CPol. *Michaël* Patriarcha Antiochenus, *Sophronius* Hierosolymorum & Palæstinæ, *Gregorius* Meropolita Prusæus, *Antonius* Mytilenes, *Callistus* Metropolita Rhodi, *Macarius* Hieromonachus & Abbas Monasterii Insulæ Patmi, *Sophronius* Hieromonachus antehac Abbas, & *Neophytus* Hieromonachus atq; Protosyngelus Patriarchicus, *Hippolytus* Chii Metropolita (cujus Epistola p. 304. directa est ad magnæ Ecclesiæ CPol. Clericos, Magnum Oeconomum, Magnum Logothetam, Magnum Scevophylacem, magnum Sacellarium, & parvum Logothetam, item Nomophylacem, & Dicæophylacem, protonotarium ac protoapostellarium) *Joannes Coreses* & *Franciscus Domesticus* Medici Chii; *Leonhardus Mendonius* Anchialo,

2011 Ministerio de Cultura

Smaragda Canabutzena, *Joannes Burclas*, *Stamatius* * è Scyro, *Josephus* Episcopus Scyri, *Joachimus* Imbri Episcopus, alius Protopapa sive Episcopus Teni insulæ, *Dionysius* Nauplii & Argorum, *Joasaphus* Menembasiæ Metropolita, *Arsenius* Coronæ Episcopus, *Dionysius* veterum Patrarum Metropolita Corinthi, *Nicanor* Athenarum, *Joasaphus* Thessalonicæ, *Jeremias* Lariſſæ Episcopus & *Damascenus* Demonici & Elassonis, *Damascenus* Episcopus Λιτῆς καὶ Ῥενδίνης, Litæ & Rhendinæ: *Pachomius* ὁ Γάννες καὶ χώρας Ganni Metropolita & Choræ, *Theophanes* Hieromonachus qvi Theodosii Zygomalæ se spiritalem parentem p. 332. appellat: alius Oeconomus Calliupoleos, *Joasaphus* Adrianopoleos Episcopus, *Gabriel* Pogojanæ ArchiEpiscopus, *Gerasimus* Polianæ Episcopus, *Zosimus* Citri, Tornobi *Arsenius*, *Sophronius* Archiepiscopus primæ Justinianæ & Achridarum, *Methodius* Melenici Episcopus, *Neophytus* Dicæi cœnobii Hieromonachus, *Thomas Palæologus* Despota Porphyrogenitus, cujus Epistolæ p. 344. subjiciuntur Sultani Turcici *Selimi* literæ comminatoriæ ad Venetos qvibus Cyprum ab eis repetit. Et p. 312. exstat *formula testamenti* facti A. 1574. Chii à *Maria Pilia*, cum subscriptionibus. Plerisq; etiam Epistolis hôc qvarto libro subscriptiones adjunguntur, notatu dignæ tum propter nomina ipsa personarum & locorum, tum ob monogrammata & intricatos literarum ductus qvos cum expositione semper ad αὐτόγραφα accurate expressos Crusius lectori inspiciendos exhibet. In notis idem p. 320. & 293. notat Theodosium Zygomalam A. 1576. cum Nomophylace magnæ Ecclesiæ presbytero *Sabbatiano* Exarchum in insulas emissum fuisse, *nempe ad colligendas pecunias de quibus* τὸ χαράτζιον *tributum Sultano persolveretur. Literis tunc hortari solet Patriarcha CPol. Antistites Insularum, clericos Politicosque viros, & plebem ab Imbro & Lesbo Rhodum & Carpathum usque, ut velint contributione* βοηθεῖν τῇ μητρὶ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν, ἅτε τὰς βοηθείας αὐτῶν αὐτῆς καὶ μέχρι τοῦ νῦν σωτηρηθησομένης, καὶ τὸ ἀποτοῦδε σωτηρηθησομένης. *Iidem* ἔξαρχοι ** *potestatem quoque habent à Patriarcha* τοῦ λέγειν καὶ ποιεῖν καὶ ἀφορίζειν, *privandi dignitate Ecclesiastica & excommunicandi* δι' εὐλόγους αἰτίας, *si quos hujusmodi pœna dignos repererint; sicut vicissim quoque pœnitentes absolvendi.* De Zygomalæ fratribus & aliis propinqvis vide p. 324. Ἀπολυτικὸν sive dimissoriæ Epistolæ Clerico à Metropolita Rhodi datæ exemplum legitur p. 299. qvalium in veteri Ecclesia usus, de qvibus Bernardinus Ferrarius lib. 1. de

* Stamatii sive Eumathii Zygomalæ mentio p. 324.

** Confer p. 502.

2011 Ministerio de Cultura

1. de antiqvo Eccleſiaſticarum genere cap. 8. & Beveregius ad can. XVII. Trullanum. Ex Baſilicis tum temporis adhuc ineditis loca proferuntur à Cruſio p. 331. De Athanaſio Lauræ Monaſterii in monte Atho conditore temporibus Nicephori Phocæ Imp. videſis p. 333.

Libro quinto occurrunt LXII. Epiſtolia ſive argumenta, Scholaſticis qvi in ſtylo utroq; exercere ſe volunt, proponenda, qvæ Theodoſius Zygomala A. 1578. ad Cruſium miſit ſtylo græcobarbaro cum pure Græcis è regione poſitis, atqve editor deniqve auxit latina interpretatione p. 349-370.

Libro ſexto exſtat 1) *Demetrii Zeni* Zacynthii, ejusdem cujus liber de Alexandro Macedone verſibus Græcobarbaris politicis, Venet. 1529. excuſus eſt, *Batrachomyomachia Homerica*, vulgari lingva Græcorum, verſibus itidem politicis expreſſa, una cum latina verſione Cruſii. pag. 373-382. ſubjuncta hujus Oratione de laude fabulæ p. 383-389. & notis in Batrachomyomachiam p. 390-399. Hanc Demetrii Zeni Batrachomyomachiam Venetiis primum excuſam, poſtea ex Cruſii editione Græce ac Latine recudi fecit Joannes Michaël Langius in parte altera Philologiæ Barbaro Græcæ, Altdorfii 1707. 4.

2) Carmina aliqvot Cruſii Græca, cum verſione interlineari Græcobarbara *Simeonis Cabaſilæ* Hieromonachi, & latina Cruſii interpretatione p. 400-407.

Libro ſeptimo Epiſtolæ XXVIII. Tubinga CPolin & CPoli Tubingam miſſæ ab A. 1573. ad 1578. Græce & Latine p. 410-483. cum Cruſii notis p. 484-514. Tubinga ſcripſere Cruſius, & D. Jacobus Andreæ: CPoli vero *Theodoſius Zygomala*, hujus pater * *Joannes Zygomala* Rhetor, ex Nauplio Peloponneſi, *Jeremias* Patriarcha CPol. *Simeon Cabaſilas*, & *Joannes Trachæus* Nærenſis. Patriarcham Jeremiam ita deſcribit Cruſius p. 486. *Patriarcha Hieremias vir humanus & placidus eſt, amabili vultu, hominum animos ipſo intuitu ſibi devinciens. Corpulentus eſt & proceræ ſtaturæ. Veſte utitur monaſtica, nigra & prælonga: caput cucullo tectum habet, crines nutrit criſpos, & ex anteceſſorum conſvetudine in humeros (quemadmodum Salvator noſter pingi ſolet) diffluentes. Cumque totius Græciæ, & plurium locorum, cæterorumque Patriarcharum quaſi Ἐπίσκοπος ſit, nihil ſplendoris vita ipſius habet, ſed omnia ſimplicitatem & humanitatem ſingularem ſapiunt.* & pag. 491. *Similis moribus, forma & ſtatura*

* vide pag. 431. 491.

2011 Ministerio de Cultura

tura noſtro Cancellario D. Jacobo Andreæ, & forte longior: in medio capitis raſura, in ſyncipite corolla, in occipitio & temporibus longi capilli, ſicut in omnibus illic Monachis. Patria ejus Ἀγχίαλῳ, *vulgo* Achilò, *Ponto Euxino vicinum opidum. Ætas illius A. 1578. fuit circiter XLII. amorum. Patriarchæ, Metropolitæ & Epiſcopi cognominibus carent. Fertur tamen Hieremiæ familiam vulgo* Τρανὲς *dici, id eſt* μείζονας. Ex fragmento veteri MS. Barbarogræco iconibus ornato de *amoribus Lybiſtri & Rhodamnes* ſpecimen affert Cruſius p. 489. 490. & argumentum totius fabulæ à ſe in compendium miſſum latine exponit, de qva alio loco, ubi ſcriptores Eroticos recenſeo. De *Emanuele Margunio* Cretenſi, in Academia Patavina Philoſophiam Græcasqve literas edocto mentio p. 495. uti de *Simeone Diacono* p. 500. qvi Cruſio ſignificavit habere ſe *undecim capita Apollonii Dyſcoli* Grammatici, eatenus deſiderata p. 503. ubi etiam de *Philippo Ptolemæo* Peruſiano Medico Phyſico Sceptico, qvi A. 1578. Græcobarbaro Epiſtolio Cruſii amicitiam ambivit, & paullo poſt ad Turcas acceſſit, pag. 504. Longus Catalogus aliorum virorum in Græcia tunc clarorum doctrina & dignitate occurrit pag. 506. ſq. ex albo D. Stephani Gerlachii. P. 498. ex Gerlachii Epiſtola hæc brevis notitia librorum CPoli MStorum exhibetur:

Μεγάλη Βιβλιοθήκη (Photii, vide p. 512.) in inſula Chalce.

Μέλισσα (Antonii Meliſſæ Loci Communes.)

Γρηγορίου τ̃ θεολόγου περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν: ἃ χρύσεα ἔπη καλοῦνται.

Νικηφόρου καὶ πρεσβυτέρου τ̃ Βλεμίδου ἐξήγησις εἰς τὸ Ψαλτήριον.

Τετραευαγγέλιον ἐξηγημένον, εἰς τὴν τ̃ θείων τ̃ ἁγγελικῶν, καὶ ἁγίων εὐαγγελίων, καὶ ἀποστόλων τ̃ καμφίλου, καὶ τῶν Καρπιανὸν μοναχόν.

Χρυσοβάλλου μοναχοῦ *libri tres contra Judæos.*

Joſephi Monachi, cognomento πρεσβύτου, (forte Βρυεννίου) *orationes Theologicæ: quas temporibus Manuelis Regis plerasque in palatio Regio, & templo Apoſtolorum, habuit: de S. Trinitate, de proceſſione Spiritus S. tantum ex Patre, contra Latinorum ſententiam.*

Joan. Damaſceni κεφάλαια ν. περὶ τῶν αἱρέσεων.

Γρηγορίου πάπα τ̃ παλαιᾶς ῥώμης, μετὰ καὶ πέτρου τ̃ φιλοσόφου διάλογοι.

Ἐκκλησιαστικὸς Διάλογος τ̃ ταπεινοῦ Συμεὼν, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, κατὰ πασῶν τ̃ αἱρέσεων: καὶ περὶ τ̃ μόνης πίστεως τοῦ θεοῦ.

Τυπικὸν τ̃ ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας, τ̃ ἐν ἱεροσολύμοις ἁγίας λαύρας, τοῦ ὁσίου πατρὸς Σάβα.

In

2011 Ministerio de Cultura

In Patriarchatu, maximum opus, titulo: Σωαγωγὴ ἐξηγήσεων ἀπὸ διαφόρων ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων (*Athanasii, Cyrilli, Basilii, Chrysostomi, Theodoreti, Greg. Nysseni, Isidori, Eusebii, & aliorum*) εἰς τὴν βίβλον τ̃ ψαλμῶν; συλλεγεῖσα παρὰ τ̃ ἱερωτάτ̃ μητροπολίτ̃ ἡρακλείας Νικήτα τ̃ Σερρ̃ῶν.

Pandecta, continens summas, seu argumenta, canonum Apostolicorum: septem Synodorum universalium, & provincialium, Epistolarumque Synodalium: Acta vero sextæ & septimæ Synodi, perfecta. Cui addita est ἐξήγησις τῶν θείων κανόνων τ̃ ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τοπικῶν: πονηθεῖσα ἰωαν. μοναχῷ ζωναρᾷ.

Ἐξηκοντάβιβλος, *liber Juris civilis, precio aliquot centuriarum Aureorum.*

Historici Laonicus Chalcondyles, Michael Glycas, Ἀγαθίας, Ἐυνάπιος.

Fragmenta quædam historiæ Turc. de expugnatione Constantinopoleos, lingua vulgari.

Ἐπιστολαὶ Πηλουσιώτ̃ (Isidori) ἀνδρὸς σοφιστ̃.

P. 510. narrat CPoli missos hosce libros MStos, emtos 37. thaleris: *Demosthenem* ab edito multum differentem, (adde p. 503.) additis nonnullis vitis *Plutarchi*, *Thucydidem*, *Theodoreti* ἑρμηνὴν cum explicatione *Epigrammatum* inedita, & Κεφάλεως (*Theodori*) λόγους Θεολογικὰς tunc adhuc ineditos. Deinde *Librum Canonum*, cui Acta Conciliorum Patrumqve auctoritates plurimæ insertæ, pro pretio duodecim thalerorum. *Testamentum Novum* pulcherrimum cum iconibus, Psalterio adjuncto, ex libris Mich. Cantacuzeni, pro decem thaleris, qvod Græci qvindecim ducatis redimere voluerunt. *Manassem (Constantinum)* Historicum tum nondum editum, pro tribus thaleris. *Festorum Græcorum canones* cum explicatione libri Psaltici, qvi usitatissimus Græcis ὀκτώηχος dicitur, qvatuor thaleris. Librum sermonum Theologicorum. Orationes *Gregorii (Naz.)* Theologi cum expositione (*Nicetæ*) τ̃ Σερρ̃ῶν Metropolitæ Homeliæ, duodecim thaleris, ac deniqve *Theodosium Melitenum* Historicum pro duodecim Venetis Ducatis sive Zechinis qvorum unus sex & viginti baciis sive grossis valet. His p. 503. addit *Greg. Nyssenum* in Canticum Canticorum Bibl. Tubingensi inferendum. Prognostica Astrologica Annorum 1577. & 1578. exhibet Græce p. 499. & 501. narrat *Halepo sive Hierapoli CPolin vocatum esse Astrologum quendam, qui Sultanum de fortuna*

sua

2011 Ministerio de Cultura

sua ex astris præmoneat. Ideo ex Galatensi colle exstruxit profundam detectam̃ turrim, cujus summo imposuit astrolabium, & multos circulos ex orichalco magnos, inde prædicturus scilicet quas gentes amicas quas inimicas habiturus sit Murates. Operi perficiendo septennium sumsit, quotannis stipendio trium millium ducatorum, ejus duplum finito opere à Rege accepturus. Adjutor ei fuit Judæus quidam Thessalonicensis, qui ambo Cometam A. 1577. Arabiæ & Persiæ bellum minari dixerunt. Exitus tandem hic fuit, quod sphæricum illud opus mense Januario A. 1580. spatio unius horæ omne solo æquatum est, quod vulgo crederetur id omnis hactenus mali, bello in Persis infeliciter gesto, causam fuisse. Etiam Græce exstare libellum *περὶ τῦ Σολομῶντ@ κλαβίκυλα*, cognosces ex pag. 503. Tituli qvatuor Patriarcharum, CPol. Alexandrini, Antioch. & Hierosol. nec non qvatuor CPolitano Patriarchæ non subjectorum ArchiEpiscopum, Tornobi Bulgariæ, Pecii Serviæ, primæ Justinianæ, & Iberiæ sive Georgianæ leguntur Græce pag. 507. seq.

Libro Octavo deniqve cum versione & notis occurrunt Epistolæ Græcæ XVIII. à Crusio scriptæ ad *Franciscum Portum* Cretensem, ejusqve filium *Æmilium Portum:* ad *Gabrielem Philadelphiensem* ArchiEpiscopum (Venetiis A. 1580. seq. degentem,) ad *Meletium* Cretensem Alexandriæ Ægypti Protosyngelum & Hieromonachum, ad *Joannem Morzinum* Cretensem: & vicissim à *Porto* utroqve (Geneva & Lausannâ) à *Constantino Patricio* Chio (Patavio) à *Gabriele Philadelphiensi*, *Joanne Medico* è Peloponneso Epidaurio & ab *Andronico Cublide*, Oeconomo & Procuratore fraternitatis ad S. Georgium Græcorum, (Venetiis,) ad Crusium, Pars Epistolæ Crusii ad *Emanuelem Margunium* Cretensem p. 527. qvi idem est Margunius auctor Epigrammatis p. 538. qvod commentario Danielis Furlani in Aristotelem de partibus animalium præmittitur. Propinqvi ejus, *Maximi Margunii*, Cytherorum Episcopi Epistolam Hœschelius Photio suo præfixit.

XXIX. In LEONIS ALLATII * *συμμίκτοις* varia etiam leguntur, ad res CPolitanas facientia, itaqve & hujus collectionis bre-

* Obiit Allatius Romæ 19. Januar. 1669. octogenario major. Catalogum scriptorum suorum ipse texuit in Apibus urbanis. Alius legitur ante librum de templis Græcorum edit. Colonienſis, & ad calcem scripti de mensura temporum antiqvorum. Videndi etiam Elias du Pin T. XVIII. Bibliothecæ scriptor. Eccles. sub init. Prosper Mandosius in Bibl. Romana, Petrus Bayle in Dictionario Historico Crit. Christophorus Hendreich in Pandectis Brandenburgicis &c.

2011 Ministerio de Cultura

brevem recenſionem præſenti loco inſerendam exiſtimavi. Prodierunt itaqve curante Bartoldo Nihuſio Amſtelodomi A. 1653. 8. licet titulus Coloniam Agrippinam præ ſe ferat, atqve diſtributa ſunt in libros duos, in qvorum priore exſtant

1) *Joannis Phocæ* Cretenſis ** Monachi qvi Matthæi Monachi in Patmo filius fuit & A. C. 1185. Palæſtinam luſtravit, *de locis Antiochiam inter & Palæſtinam* nec non Syriæ, Phœniciæ & Palæſtinæ, Græce & Latine p. 1-46. Hæc deſcriptio etiam Latine ex Allatii verſione præmittitur Tomo ſecundo Act. Sanctorum Maji, cui Papebrochius ſubjunxit fabuloſum Itinerarium Antonini Placentini è MS. Tornacenſi, cum ſuis animadverſionibus.

2) *Epiphanii* Monachi ac presbyteri Hagiopolitæ ſive Hieroſolymitani incertæ ætatis, *Syria & urbs ſancta*, Græce è Codice Vaticano, cum Feder. Morelli verſione per Allatium multis locis interpolata p. 48-63. Ejusdem ſcriptoris *de vita S. Deiparæ* laudat Allatius de Simeonum ſcriptis p. 106. & ad Euſtathii Hexaëmeron pag. 285. ſeq. *Homiliam de S. Andrea Apoſtolo*, idem de Simeonibus p. 90.

3) *Perdiccæ* Protonotarii Epheſini *Hieroſolyma* verſibus Politicis cum metaphraſi ejusdem Morelli carmine Jambico, pag. 65-68. Cangio hic idem videtur Perdicca de qvo pſeudoSynodus Palamitarum A. C. 1347. habita pag. 171, & Pachymeres VI. 24. Hiſt. Ac Synodo illi CPolitanæ interfuere bini hoc nomine, unus *Theodorus Perdicca*, magnæ Eccleſiæ à ſupplicationibus: & *Georgius Perdicca*, ſcevophylax Imperatorii cleri, ab utroqve tamen horum Epheſius diverſus fuiſſe videtur.

4) *Anonymi de Locis Hieroſolymitanis*, lingva Græca vulgari, cum Allatii verſione p. 80-102.

5) Eugeſippus de diſtantiis locorum terræ ſanctæ, Latine, p. 104-120. è Codice Caroli Moroni. Scripſit hic Eugeſippus A. C. 1040.

6) Willebrandi de Oldenburg Canonici Hildesheimenſis qvi A. C. 1211. Palæſtinam adiit, Itinerarium terræ ſanctæ. Latinè. p. 122-152.

** De primis ſex ſcriptis in priore hoc *συμμίκτων* volumine comprehenſis confer ſi placet qvæ dixi libro IV. cap. 2. §. 18.

2011 Ministerio de Cultura

7) Leonis Allatii dissertatio de solea veteris Ecclesiæ, sive loco in qvo solium Imperatoris p. 154-174.

8) Ejusdem Epistolæ sive dissertationes tres ad Bartholdum Nihusium, *prima* pro γνησιότητι Liturgiæ S. Jacobo Apostolo tributæ pag. 176-203. *secunda* pro Græcorum communione sub specie una p. 204-223. & *tertia* de reliqviis S. Crucis p. 224-235.

9) Rituale Ecclesiæ Ægyptiæ sive Cophtitarum, Latine ex versione Athanasii Kircheri, S. I. qvi eam A. C. 1647. jussu Cardinalium Congregationis de propaganda fide ex lingva Copta & Arabica transtulit p. 239-267.

10) Conradi Marpurgeri de Miraculis S. Elisabethæ viduæ, Thuringiæ Landgraviæ, Latinè p. 269-293.

11) Gabrielis Sionitæ Epistolæ binæ ad Nihusium de nonnullis Maronitarum ritibus p. 295-302.

Tomo sive libro posteriore occurrunt Græce & Latine 1) *Constantini Porphyrogeniti* Imp. liber *de vita & gestis* avi sui *Basilii Macedonis*, Imperatoris CPol. p. 1-178. Vide qvæ supra p. 349.

2) *Joannes Cameniata de excidio urbis Thessalonicæ* A. C. 904. pag. 180-316. Vide qvæ supra p. 351. & Allatium ad Georgium Acropolitam p. 224.

3) *Joannes Anagnosta* Thessalonicensis *de capta Thessalonica* A. C. 1430. pag. 318-380. Vide supra p. 486. & Allatium de Simeonibus p. 188.

4) *Theodori Gazæ* Epistola ad Franciscum Philelfum *de Origine Turcarum* p. 382-392.

Hisce Latine subjiciuntur 5) Melchioris Inchoferi S. I. dissertatio de Evnuchismo ab antiqva Ecclesia improbato, ad Leonem Allatium p. 382-392.

6) Allatii confutatio fabulæ de Joanna Papissa, ex monumentis Græcis. Editio qvarta ex duabus primis recognita pag. 415-434.

7) Lucæ Holstemii ad Nihusium Epistola de usitata etiam Abassinis communione sub una specie p. 436. seq.

8) Ejusdem & Anonymi de Sabbatio flumine p. 439-444.

9) Ca-

2011 Ministerio de Cultura

9) Catalogus operum *S. Joannis Damasceni*, Jo. Auberto qvi post Cyrillum Alex. recensitum novam eorum editionem meditabatur, suppeditatorum ab Allatio & Lutetiam transmissorum pag. 448 - 453.

XXX. *Catalogus Episcoporum Byzantinorum qui ante Constantinum M. fuisse incerta fide feruntur.*

1. ANDREAS * Apostolus, confer Lambecium lib. 3. p. 56. & 154. Philippum Cyprium p. 3. Nicephorum CPol. in Chron. & Nicephorum Callisti II. hist. c. 39. & VIII. 6. Codini Origg. CPol. n. 124.
2. *Stachys* (cujus mentio Rom. XVI. 9.) *per annos XVI.* Martyrolog. & Menolog. 31. Octobr. pseudoDorotheus pag. 431. seq. post Chronicon Paschale Cangii, Jus GræcoRom. Leunclavii pag. 296. Codinus loco laudato & Matthæus Cigala, qvi ex LXX. discipulis fuisse annotat. Vide & Banduriuma p. 731. ad Antiqvitates CPol.
3. *Onesimus*, ** *per annos XIV.*
4. *Polycarpus* (apud Lambecium III. p. 56. male Πολύκαρπος) *per annos XVIII.* Hic à Matthæo Cigala omittitur.
5. *Plutarchus*, *per annos XVI.*
6. *Sedechias* (apud pseudoDorotheum p. 432. Philippum Cyprium in Bandurii Imperio Orientali T. 1. p. 218. & Lambecium III. pag. 56. & in jure GræcoRom. Σεδεκίων) *per annos IX.* male in latina pseudoDorothei versione *novemdecim.* Omittitur à Matthæo Cigala.
7. *Diogenes per annos XV.*
8. *Eleutherius per annos VII.* Hic à Matthæo Cigala omittitur.
9. *Felix per annos V.*
10. *Athenagoras per annos IV.* hic à PseudoDorotheo & Cigala omittitur. Philippo Cyprio & in jure GræcoRom. p. 297. *Athenogenes.*

* Non ab Andrea sed à *Petro* Apostolo primos Byzantio datos Episcopos contendit Baronius ad A. C. 44. n. 12. ex fide Agapeti Papæ.

** Hunc cum Onesimo Philemonis servo confundunt PseudoDorotheus, Philippus Cyprius & Matthæus Cigala. Sed illum Onesimum Ephesi Episcopum tradunt veteres. Vide Baron. & Acta Sanctor. 16. Februar.

2011 Ministerio de Cultura

11. *Polycarpus* (ſecundus) *per annos XVII.* Cigala XVIII. qvi interponit *Elevtherium* , aitqve ſediſſe *per annos VII.*

11. b. *Athenodorus* PſeudoDorotheo p. 433. poſt Polycarpum memoratus. Cigalæ *Athenogenes* , qvem ait ſediſſe annos IV. Idem alium hic interponit *Polycarpum* , *annis XVIII.*

12. *Evzoius* , *per annos XVI.* (PſeudoDorotheo VI.)

13. *Laurentius per annos XI. menſes 6.*

14. *Alypius per annos XIII.* menſes 6. à Cigala ponitur poſt Pertinacem.

15. *Pertinax* (Magiſter militum & Conſulatu functus) *per annos XIX.*

16. *Lempianus per annos XI.* PſeudoDorotheo & Cigalæ rectius *Olympianus.* ita & Philippus Cyprius Bandurii.

17. *Marcus per annos XIII.*

18. *Cyriacus per annos XVI.* Pſeudo Dorotheo *Cyrillianus.*

19. *Caſtinus* (qvi templum S. Euphemiæ † in Petrio CPoli condidit) Philippo Cyprio Κησῆνος *Ceſtinus* , in Nicephori Calliſti Codicibus *Conſtantinus. per annos VII.*

20. *Taratus per annos XXXV. menſes 6.* PſeudoDorotheo *Titus.* Philippo Cyprio Τάρατ@ ὁ Κιτήτης.

21. *Demetrius* * frater vel filius potius Probi Imp. A. C. 282. defuncti, *per annos XXXIV. menſes 6.* Conſer Acta Sanctorum T. I. Junii p. 391.

22. *Probus* , ejusdem Demetrii filius , per annos XII.

Exiguam fidem mereri quæ de ſucceſſione Epiſcoporum jam commoratorum traduntur , recte notat Papebrochius in Actis Sanctor. Tom. I. Junii pag. 392.

(Cedreno hi tres modo ante Metrophanem memorantur Epiſcopi Byzantini:

22. b. *Presbyter* qvidam , *per annos VIII.*

22. c. *Philadelphus* , *per annos III.* imperante Antonino Caracalla.

22. d. *Eugenius* ab anno tertio Gordiani *per annos XXV.*)

22. e. In Chronico MS. Simeonis Magiſtri & Logothetæ celebratur *Rufinus* qvi per annos novem præfuerit Eccleſiæ Byzantinæ.

CON-

† Vide Cangii CPolin Chriſtianam libro IV. pag. 146. & Bandurium pag. 649. ſeq. Sed Tito Epiſcopo Byz. hoc tribuit PſeudoDorotheus poſt Chronicon Paſchale Cangii p. 430. licet & ipſe p. 432. hoc referre videtur ad Conſtinum Imp.

* PſeudoDorotheo p. 434. & Philippo Cyprio *Domitius* , Cigalæ *Domitianus.*

2011 Ministerio de Cultura

CONSPECTUS CHRONOLOGICUS HISTORIÆ CPOL.

Imperatores CPolitani.		A. C.	Patriarchæ CPol.
Flavius Valerius CONSTANTINUS	1	306	
Magnus, Conſtantii Chlori F. à	2	307	*Metrophanes* de qvo Me-
25. Jul. De rebus hujus Imperatoris	3	308	næa 4. Junii. 1
Remarchius Svidæ & Praxagoras,	4	309	2
Photio memorat⁹ periere. Exſtant	5	310	3
Græci, Euſebius, Zoſimus, Svidas &	6	311	4
atini Eutropius, Aurelius Victor,	7	312	5
Anonymus poſt Ammianum edi-	8	313	6
tus, Rufinus, Anaſtaſius Bibliothe-	9	314	7
carius, aliiqve Hiſt. Eccleſ. atqve	10	315	8.
Chronicorum ſcriptores. ..	11	316	9
	12	317	*Alexander* Metrophani
	13	318	ſuccedit. Vide Baſ- 2
	14	319	nagii Annales T. 3
	15	320	2. p. 666. & Ban- 4
	16	321	durium ad Anti- 5
	17	322	qvitates CPol. p. 6
	18	323	888 ſeq. Acta San- 7
In hoc año definit Euſebii Hiſt. Eccleſ.	19	324	ctor. Junii T. 1. 8
In vicennalibus Conſtantini deſinit	20	325	p. 387. ſeq. 9
Euſebii Chronicon	21	326	Concilium Nicæ- 10
	22	327	num .. 11
	23	328	12
	24	329	13
dedicata CPolis, ex veteri Byzantio	25	330	14
inſtaurata à Conſtantino. *Vide*	26	331	15
præter Annalium & Originum CPol. ſcri-	27	332	16
ptores, Ez. Spanhemium ad Orat. 1. Ju-	28	333	17
liani p. 96. ſq. Cangii CPolin Chriſtianam	29	334	18
lib. 1, p. 26.	30	335	19
	31	363	20

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani.		A. C.	Patriarchæ CPol.
CONSTANTIUS Constantini M. Filius à 22. Maj cum fratribus Constantino juniore & Constante. De his Zosimus, Eutropius, Victor, Amianus, Rufinus & cæteri Hist. Eccles. ac Chronicorũ scriptores Græci ac Latini.	1	337	21
	2	338	22
	3	339	23
	4	340	*Paulus*, eoq; non diu post remoto *Eusebius Nicomedienses*. Vide Socratem l 2. c. 7. Vitam Pauli apud Photiũ	1
Constantinus junior interfectus	5	341		2
	6	342		3
	7	343	Post Eusebium extinctum restitutus *Paulus* à Catholicis, ab Eusebianis *Macedonius* electus. Sed Paulum iterum Constantius deposuit, Ariani plane obtruncarunt. Vide Bandurium p. 890. Acta Sanctorum T. 2. ad VII. Junii p. 13. seq 24.	1
	8	344		2
	9	345		3
	10	346		4
	11	347		5
	12	348		6
	13	349		7
	14	350		8
	15	351		9
	16	352		10
	17	353		11
	18	354		12
	19	355		13
	20	356		14
	21	357		15
	22	358		16
	23	359		17
	24	360	Macedonio deposito, die 15. Mensis Peritii (h. e. Februarii) ut testatur Chronicon Alex. successit *Eudoxius* Antiochenus hactenus Episc. Arianus. Vide Socratem, Sozom. &c.	1
Flavius Claudius JULIANUS, à 3. Nov. qvi ipse de se in suis scriptis tum Eunapius, Zosimus, Libanius, Eutropius, Victor, Ammianus, Orosius &c.	1	361		2
	2	362		3
Flavius JOVIANUS à 27. Jun. In hujus morte definit Eutropii Historia & Sexti Rufi breviarium. De eodem Zosimus, Ammianus, &c.	1	363	Macedonium postea è diptychis erasere Patres Concilii CPol. secundi A. 381. Confer Henricum Noris de qvinta Synodo cap. 5.	4
Flavius VALENTIANUS Gratiani F. à 25. Febr. & Fl. VALENS Frater à 29. Mart.	1	364		5
	2	365		6
	3	366		7
	4	367		8
Fl. GRATIANUS Valentini F. Aug. declaratur 24. Aug.	5	368		9
Gratiani annus 2	6	369		10
3	7	370	Eudoxio *Demophilus* successit Arianus. Vide Philostorgium IX, 10, & 14. Bandurium p. 891.	1
4	8	371		2
5				

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani.

Gratiani annus 6 Valentiani & Valentis 9
7 10
8 11
Obiit Valentinianus Senior 17. Nov. VALENTIANUS filius, qvadrimus Imperator pronunciatur. 12
Gratiani annus 10 Valentiniani jun. 2 13
11 3 14
Obiit Valens. Gratiani annus 12 4 15
in hoc anno definit Ammianus, & Hieronymi Chron. 1
Fl. THEODOSIUS Magnus à 19. Januar. 2
Gratiani annus 14 Valentiniani jun. 6 3
15 7 4
16 8 5
Gratianus occiditur die XXV. Augusti. Fl. ARCADIUS à Patre Theodosio Consors & Collega in Imperio adsciscitur 16. Januar. 6
7
Arcadii annus 3 Valentini jun. 11. Theodosii M. 8
4 12 9
5 13 10
6 14 11
7 15 12
8 16 13
9 17 14
10 strangulatus Valentinianus junior, 15. Maj. 15
11 16
12
Theodosius M. moritur 17. Januar. Arcadii annus 13
De his Imperatoribus Zosimus, Claudianus Poëta, Paulus Diaconus, & Hist. Eccles. atqve Chronicorum scriptores cæteri. In Theodosii M. morte desinit Rufini Historia. 14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

A. C. Patriarchæ.

372 Orthodoxi qvidem *Evagrium* elegerant, sedis depositus est à Valente Imp. 3
373 4
374 5
375 6
376 7
377 8
378 9
379 10
380 11
381 *Gregorius Nax.* per paucas hebdomades Huic *Nectarius* 1
382 eod. año qvo Concilium CPolit. inter generalia secundum 2
383 celebratum est, successit. 3
384 4
385 5
386 6
387 7
388 8
389 9
390 10
391 11
392 12
393 13
394 14
395 15
396 16
397 17
398 18
399 19
400 Nectario successit *Joannes Chrysostomus*, Antiochenus 1
401 hactenus presbyter. 2
402 3
403 Chrysostomus throno pulsus in Synodo ad Qvercum 4
404 Iterum depositus in Synodo CPol. in ejus locum ordinatus *Arsacius* presbyter Nectarii frater, 26. Junii.
405 Obiit Arsacius 3. Id. Novemb. Vide Socratem VI. 20. Palladium in vita Chrysost. p. 94.

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani.		A. C.	Patriarchæ CPol.	
	24	406	Arsacio *Atticus* successit de	1
	25	407	qvo Theodorus Lector lib. 2. p. 568. Socrates VI. 20. Sozom.	2
Arcadius moritur Calendis Maji. Successore relicto THEODOSIO juniore, Filio, de qvo Olympiodorus apud Phot.		408	VII. 25. & Acta Sanctor. ad VIII. Januar. T. I. p. 473. sq.	3
Procopius lib. I. Persicor.	2	409		4
In hoc tempore Zosimi Historia desinit.	3	410		5
	4	411		6
	5	412		7
	6	413		8
	7	414		9
	8	415		10
	9	416		11
In hoc tempore desinit Orosius.	10	417		12
	11	418		13
	12	419		14
	13	420		15
	14	421		16
	15	422		17
	16	423		18
	17	424		19
In hoc anno desinit Philostorgii Historia.	18	425	Attico defuncto *Sisinnius* ordinatus prid. Calend.	1
	19	426	Martii. Vide Socratem VII. 26	2
	20	427	Obiit Sisinnius 9. Cal. Januar.	3
	21	428	*Nestorius* ordinatus Cal. April.	1
In hoc anno desinit Idatii Chronicon & Historia Ecclesiastica Theodoreti.	22	429	Vide Liberatum c. 4. Breviarii & Antonium Pagi in Critica Baroniana.	2
	23	430		3
	24	431	In Nestorii mense Junio depositi locum ordinatur *Maximianus*, 25. Octobr. Vide Socratem VII 37. Henschenium ad 21. April. T. 2. p. 847.	1
	25	432		2
	26	433		3
	27	434	Maximiano prid. Id. April. mortuo succedit *Proclus*, de qvo vide Acta Sanctor. ad Acta Flaviani (18. Febr.) n. 29. & Tom. 2. Martii X. pag. 29. Theodorum Lectorem lib. 2. p. 568. Socratem VII. 40. Codini Origenes CPol. n 25. edit. Lambecii.	1
	28	435		2
	29	436		3
	30	437		4
	31	438		5
In hoc anno desinunt Historiæ Socratis & Sozomeni.	32	439		6
	33	440		7
	34	441		8

Impe-

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani.		A. C.	Patriarchæ CPol.
	35	442	9
	36	443	10
In hoc anno desinit Chronicon Prosperi Tironis	37	444	11
	38	445	12
	39	446	Proclus XXIV. Octobr. obit. 1
	40	447	Succedit *Flavianus*, De qvo Acta Sanctor. 18. Febr. 2
	41	448	3
	42	449	Synodus Ephesina λῃςρικὴ in 1
Theodosius junior obit 28. Jul. succedit in Oriente Fl.	1	450	qva occisum Flavianum refert 2
Valerius MARCIANUS, Arcadii gener.	2	*451	Flaviani locum successit *Ana-* 3
	3	452	*tolius* presbyter & Apocrisia- 4
	4	453	rius Alexandrinus, qvem ordi- 5
	5	454	navit Dioscorus Protogene & 6
	6	455	Astetio COSS. hoc est A. C. 7
	7	456	449. Vide Theodorum Lecto- 8
Marciano qvi obiit CPoli 26. Januar. succesſiit LEO Magnus, Græcis etiam ὁ Μακέλης.	1	457	rem p. 580. 552. Primus hic à 9
			Theophane vocatur nomine
			Patriarchæ p. 89.
			Leonem Imp. coronavit Ana-
			toli', teste Theodoro Lectore p. 568.
	2	458	Anatolio *Gennadius* successit. 1
	3	459	Vide eundem Theodorum p. 2
	4	460	553. 554 & è recentioribus Til- 3
	5	461	lemontii memorias Hist. Ec- 4
	6	462	clesi. T. XVI. Theodorus nar- 5
	7	463	rat qvorundam suffragiis pro 6
	8	464	Gennadio Acacium electum 7
	9	465	fuisse, hinc à Georgio Cyprio 8
	10	466	& in Nicephori Callisti Cata- 9
			logo Acacius bis, semel ante
			atqve iterum post Phraitam
			memoratur.
	11	467	10
	12	468	11
	13	469	12
	14	470	13
	15	471	Gennadio *Acacius* suc- 1
	16	472	cessit 2
	17	473	3
Leoni Magno mense Januar. extincto succedit LEO junior, Zenonis F. & mense Nov. Pater ZENO Isaurus.	1	474	4

* Hoc anno 451. Concilio Chalcedonensi Anatolius interfuit.

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani		A. C.	Patriarchæ CPol.
Zeno à Basiliſco tyranno pulſus, poſt viginti menſium exilium reſtituitur. De his Candidus Iſaurus apud Photium, Procopius lib. 1. Vandal. Evagrius, Theodorus Lector, Victor Tunnunenſis &c. Ne dicam de perditis Malcho Philadelphienſi, Joanne Ægeate, Basilio Cilice, Euſtathio Epiphanienſi, Heſychio Mileſio, aliisqve.	2	475	5
	3	476	6
	4	477	7
	5	478	8
	6	479	9
	7	480	10
	8	481	11
	9	482	12
	10	483	13
	11	484	14
	12	485	15
	13	486	16
	14	487	17
	15	488	18
	16	489	Acacio cum ut hæreticorum 1
	17	490	fautor deponendus eſſet mortuo ſuccedit *Phraitas* qvem 2
Obiit Zeno Imp. menſe Aprili. ſucceſſit Fl. Valerius ANASTASIUS, Dyrrhachenus, cognomine Dicorus. De hoc Procopius c. 19. Anecdot. Codinus Origg. CPol. n. 125. Jornandes, Hiſtoria Miſcella &c,	1	491	alii *Flavitam* vocant, Victor 3
	2	492	Tunnunenſis *Flavianũ*: & huic poſt tres menſes itidem extincto *Euphemius* Evchaita, cu- 4
	3	493	rator mendicorum Decapolis, 5
	4	494	de qvo Theophanes, Theodo- 6
	5	495	rus Lector p. 558. ſq. Tillemon- tius T. 16. Memor. Eccleſ. 7
	6	496	Euphemio in exilium pul- 8
	7	497	ſo ſuccedit Macedonius de 9
	8	498	qvo Henſchenius ad 25. April, T. 3. p. 369. ſeq. 10
	9	499	11
	10	500	12
	11	501	13
	12	502	14
	13	503	15
	14	504	16
	15	505	17
	16	506	18
	17	507	19
	18	508	20
	19	509	21
	20	510	22

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani		A. C.	Patriarchæ CPol.	
	21	511	Macedonio itidem dejecto & in exilium pulso, sub hujº anni finem succedit *Timotheus* presbyter & Scephylax. Vide Theodorum Lectorem p. 563.	23
	22	512		1
	23	513		2
	24	514		3
	25	515		4
	26	516		5
	27	517	Timotheus V. Aprilis obiit.	1
Anastasius obiit X. Julii. Successit Fl. Anicius JUSTINUS senior sive Thrax.	1	518	ordinatus in Timothei locum *Joannes Cappadox*, XVII. April. Vide Bandurium p. 895. qvi notat primum hunc Joannem usum titulo Patriarchæ Oecumenici.	2
	2	519		3
In Justino seniore desinit Theodori Lectoris Historia.	3	520	Johanni Cappadoci defuncto succedit 25. Februarii *Epiphanius*, de qvo Allatius p. 446. de consensu utriusqve Ecclesiæ.	1
	4	521		2
	5	522		3
	6	523		4
	7	524		5
	8	525		6
	9	526		7
Justino 1. April. extincto successit Fl. Anicius JUSTINIANUS Magnus, Justini sororis F. De qvo Procopius, & qvod in Justiniani obitu desinit Jo. Malalæ Chronicon, tum Agathias, ac Jornandes: ut omittam Theophanem Byz. & Nonnosum Photio laudatos.	1	527		8
	2	528		9
	3	529		10
	4	530		11
	5	531		12
Hoc anno desinit Petavii Chronologia, libro XIII. Doctrinæ Temporum.	6	532		13
	7	533		14
In hoc anno desinit Marcellini Comitis Chronicon.	8	534		15
Belli Gothici, qvod Procopius describit, initium.	9	535	Epiphanio V. Junii defuncto succedit *Anthimus*, aliis *Anthemius*, hæretricus, Episcopus antea Trapezuntinus.	
	10	536	Anthimo intra mensem	1
	11	537	Martiũ de posito succen-	2
	12	538	centuriatur *Mennas*, XIII.	3
	13	539	Martii ordinatus De hoc	4
	14	540	Cangiº p. 60. ad Zonarã. Eodem anno celebratum	5
	15	541	celebre Concilium CPoli	6
	16	542	adversus Acephalos Eutychianos.	7

Encænia prima templi Sophiæ sub Justiniano celebrata. Vide Bandurium p. 770. templum illud pridem jam conditum sub Constantino M. Lambec. VIII. p. 465. & sub Constantio. Bandur. p. 766.

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani		A. C.	Patriarchæ CPol.
	17	543	8
	18	544	9
Vandali domiti, de qvibus Procopius.	19	545	10
Induciæ cum Persis.	20	546	11
	21	547	12
	22	548	13
Obiit Theodoræ Justiniani conjux.	23	549	14
	24	550	15
	25	551	16
Belli Gothici finis, in qvo desinit etiam Jornandis liber de regnorum successione.	26	552 Mennæ intra mensem Augustũ extincto succedit *Eutychius*, de qvo Papebrochius ad VI. April. T. I. p. 548. sq. ubi Vitam ejus ab Eustachio scriptam exhibet.	1
	27	553 Concilium Generale Qvintum CPoli celebratum,	2
	28	554	3
	29	555	4
	30	556	5
	31	557	6
Hoc anno Anecdota sua scripsit Procopius.	32	558	7
In hoc desinit Agathiæ Historia.	33	559	8
	34	560	9
	35	561	10
Encænia secunda templi Sophiæ, 24. Dec. Vide Bandurium p. 776. & Pauli Silentiarii poëma, de qvo supra p. 279.	36	562	11
	37	563	12
	38	564	13
In hoc año desinit Chronicon Victoris Tunnunensis	39	565 Pulso sede Eutychio XXII.	1
Justinianus obiit 13. Nov. successit Fl. Anicius JUSTINUS junior, Curopalates, Justiniani Nepos, de qvo Menander Protector, Corippus Poëta, &c.	40	566 Jan. succedit *Joannes Scholasticus* de qvo præter Theophanem, Cedrenum	2
Ab hoc tempore incipit Chronologia Marqv. Freheri, Juri Græco Romano præmissa.	1	567 &c. vide vitam Simeonis	3
	2	568 Stylitæ junioris, n. 188.	4
	3	569 seq. in Actis Sanctor.	5
	4	570 T. 5. Maji p. 377. 378.	6
	5	571	7
	6	572	8
	7	573	9
	8	574	10
	9	575	11

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani.		A.C.	Patriarchæ CPol.
	10	576	12
	11	577	Post Joannem, XXXI Au- 1
Justino Juniore V. Octobr. extincto, Imperium solus	1	578	gusti mortuum, restitui- 2
obtinuit FL. TIBERIUS Anicius Constantinns, Thrax.			tur iterum *Eutychius* (de
cum Augustus declaratus à Justino fuisset XXVI. Sept.	2	579	qvo supra) III. Octobr. 3
De hoc vita Eutychii Patriarchæ, Evagrius &c.	3	580	4
In hoc anno desinit Chronicon Marii Aventicensis apud	4	581	5
Andream du Chesne T. I. scriptor. Francic.			
Tiberius Fl. MAURICIUS socero Tiberio suc-	1	582	Eutychio VI. April. defun- 1
cessit 15. August. De hoc Menander Protector & Theophylactus Simocatta.	2	583	cto succedit Diaconus *Jo-* 2
	3	584	*annes Nestevtes* sive *Jeju-* 3
	4	585	*nator*, XII. April. 4
	5	586	5
	6	587	6
	7	588	7
	8	589	8
	9	590	9
	10	591	10
	11	592	11
In hoc tempore Evagrii Historia desinit, & Chronicon	12	593	12
Joannis Biclarienſis.	13	594	13
	14	595	Joanni Septembr. II. de- 14
	15	596	functo succedit *Cyriacus*. 1
	16	597	2
	17	598	3
	18	599	4
	19	600	5
	20	601	6
Mauricio 27. Nov. occiso, FL. PHOCAS, co-	21	602	7
ronatus à Cyriaco Patriarcha Imperator 23.	1	603	8
Nov. de qvo Theophylactus Simocatta VIII.	2	604	9
7. seq. Nicephorus CPol. sub init breviarii.	3	605	10
In Phocæ initio desinit tomus tertius Annalium Samuelis Basnagii.	4	606	Cyriaco XXIX. Octobr. de- 11
			functo succedit *Thomas Dia-*
			conus, de qvo Acta Sanctor. ad 20.
			Martii. Ab illo conditum CPoli in
			πατριαρχείῳ triclinium qvod ab
			ipso dictum Θωμαΐτης, in qvo Pa-
			triarchæ Bibliotheca. Vide Nicepho-
			rum Callistum XVIII. 44. Cangium
			CPoli Christiana p. 143. & ad Zona-
			ram p. 73 Hunc Thomam male inter
			Patriarchas Philippº Cyprius omittit.

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani.		A. C.	Patriarchæ.	
	5	607		1
	6	608		2
	7	609		3
Phocæ V. Octobr occiso Fl HERACLIUS succedit, qva in re desinunt libri Nicephori Callisti Hist. Eccles. qvos habemus. De Heraclio videndum Nicephori CPol. breviarium, Theophanes Byz. & ex eo Anastasius Bibl. & Miscella, aliiq; Annalium scriptores. Nam Georgii Pisidæ libri de qvibus supra p. 228. nondum viderunt lucem.	1	610	Thomæ 20. Martii defuncto succedit 18. April. *Sergius* Diaconus. De qvo Nicephorus in breviario, inter alia Heraclium ab eo coronatum referens. Hunc Sergium tacito nomine laudat Simocatta in proœmio Historiæ. Monothelitis favit. Vide Combefisii Historiam Monothelitarum, Allatium de consensu p. 451.	1
	2	611		2
	3	612		3
	4	613		4
	5	614		5
	6	615		6
	7	616		7
	8	617		8
	9	618		9
	10	619		10
	11	620		11
	12	621		12
	13	622		13
In hoc anno desinit appendix ad Chronicon Marii Aventicensis.	14	623		14
	15	624		15
	16	625		16
	17	626		17
	18	627		18
	19	628		19
In vicesimo anno Heraclii desinit Chronicon Alex.	20	629		20
	21	630		21
	22	631		22
	23	632		23
	24	633		24
	25	634		25
	26	635		26
	27	636		27
	28	637		28
	29	638		29
	30	639	Sergio defuncto succedit *Pyrrhus* Presbyter, Monothelita, mense Januario. Vide Nicephori breviarium p. 18.	1
FL. Heraclius CONSTANTINUS * Patri Heraclio 2. Mart. defuncto succedit, sed	1	640		2

Impe-

* hunc Constantinum qvem è priore conjuge Eudocia suscepit, jam Augustum appellaverat Pater 22. Dec A. 612.

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani		A.C.	Patriarchæ CPol.	
post 130. dies veneno á Martina noverca extingvitur 22. Jun. substituto FL. HERACLEONA Constantini fratre, qvem Martina pepererat, Sed hæc sub extremum anni una cum filio Heracleona in exilium pellitur Imperiumqve traditur FL. Heraclio CONSTANTI, Constantini Filio. Vide Nicephori CPol. breviarium, Theophanem &c.	1	641	Pyrrhus mense Octobri	1
	2	642	dejectus cui *Paulus Presbyter* successit. Idem Nicephi. pag. 21. editionis primæ. Etiam Paulus hic Monothelitis favisse visus est.	2
	3	643		3
	4	644		4
	5	645		5
	6	646		6
	7	647		7
	8	648		8
	9	649		9
	10	650		10
	11	651		11
	12	652		12
	13	653		13
	14	654		1
	15	655	In Pauli defuncti locum iterum restituitur *Pyrrhus* post menses qvatuor & dies XXIII. defunctus, successore dato itidem Monothelita *Petro* Diacono, Oeconomo & Visitatore.	1
	16	656		2
	17	657		3
	18	958		4
	19	659		5
	20	660		6
	21	961		7
	22	962		8
	23	663		9
	24	664		10
	25	665		11
	26	666	Petrus obiit. Vide Antoniū Pagi ad A. 656. n. 5.	12
	27	667	Post sex menses & dies undecim eligitur *Thomas* Diaconus, secundus hoc nomine, de qvo Acta Sanctor. T. 3. April p. 58. & Antonius Pagi ad A. C. 656. n. 6 ubi eum Catholicum non Monotheli-tam fuisse probat.	1
Idibus Julii occiso Syracusis in balneo Constanti succedit filius CONSTANTINUS *pogonatus*, De qvo Nicephorus CPol. in breviario.	1	668		2
	2	669	Thomæ defuncto *Johannes* Presbyter & Protec-dicus sive primus Defen-	1
	3	670		2

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani.		A. C.	Patriarchæ CPol.	
	4	671	for Ecclesiæ CPol. succe-	3
	5	672	dit. Hunc Johannem Phi-	4
	6	673	lippus Cyprius in Catalo- go Patriarcharum male omittit.	5
	7	674	Johanni succedit *Constan-*	1
	8	675	*tinus* Cancellarius.	2
	9	676	Constantino succedit *Theo-*	1
	10	677	*dorus* presbyter.	2
	11	678	Theodoro dejecto succes-	1
	12	679	sor datus *Georgius Cyprius*. Vide Theophanem p. 301. sq. Cangium ad Zonaram p. 71. sq.	2
	13	680	Concilium CPolit. in Trul-	3
	14	681	lo, inter Oecumenica sex-	4
	15	682	tum, adversus Mono- thelitas.	5
	16	683	Georgio pulso sive defun-	1
	17	684	cto succedit iterum *Theo-*	2
Fl. Heraclius JUSTINIANUS, sedecim annos	18	685	*dorus* presbyter, de qvo	3
natus, (deinde dictus *Rhinotmetus*) Patri	1	686	paullo ante. *Paulus* è Laico succedit	1
Constantino Pogonato succedit, mense	2	687	post mortuum Theodo-	2
Septembri.	3	688	rum. Vide Theophanem	3
	4	689	p. 302. 303. Bandurium	4
	5	690	p. 502.	5
	6	691	Concilium Qvinisextum	6
	7	692	Trullanum CPoli habi- tum, adversus qvod dis- putat Allatius lib. 1. c. 27. de consensu utriusqve Ec- clesiæ.	7
	8	693	*Callinicus* Presbyter Paulo	1
	9	694	succedit. Vide Nicepho-	2
	1	695	rum p. 25. & 28. brevia- rii, Theophanem p. 302.	3
FL. LEONTIUS Patricius Imperium sibi ra-	2	696		4
pit, Justiniano naribus rescissis relegato in	3	697		5
Chersonesum.	1	698		6
FL. TIBERIUS Apsimarus Constantini Pogo-	2	699		7
nati frater Leontium naribus multat & in	3	700		8
Monasterium Dalmati detrudit, imperatqve.	4	701		9

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani		A. C.	Patriarchæ CPol.
	5	702	10
	6	703	11
	7	704	12
JUSTINIANUS Rhinotmetus reſtituitur, qvi Tiberium captum fratremqve illius Heraclium & Patricium Leontium ſupplicio afficit.	1	705	Callinico dejecto privatoqve oculis ſucceſſor datur *Cyrus* Monachus Amaſtrianus & Presbyter, de qvo Bollandus T. 1. Januarii p. 531. ſeq Nicephorus CPol. Breviarii p. 28. Theophanes p. 302. 1
	2	706	2
	3	707	3
	4	708	4
	5	709	5
	6	710	6
Fl. PHILIPPICUS Bardanis F. Juſtinianum ejusqve filium Tiberium interficit, & Imperium obtinet.	1	711	Cyro dejecto *Johannem* 1
	2	712	Diaconum Monothelitã ſucceſſorem dat Philippicus Imp. Vide Theophanem p. 302-320. Nicephori breviarium p. 31. 2
Philippico 3: Jun. excœcato ſucceſſit ANASTASIUS II, *Artemius* antea dictus.	3	713	3
	1	714	4
THEODOSIUS τῶν κάλω, *Adramyttenus*, Philippico Theſſalonicam relegato ſuffect⁹ invit⁹ eſt.	2	715	In Johannis dejecti locum 1
	1	716	ſubſtituitur XI. Auguſti 2
Idem mox ceſſit LEONI *Iſauro*, qvi & *Conon* & *Iconomachus* dici ſolet. In hujus qvoqve poteſtatem mox venit qvem Imperatorem alii nuncupaverant *Baſilius*, Gregorii Onomagali F. novo nomine *Tiberius*. Vide Nicephori CPol breviarium, Paulum Diaconum, Theophanem, Anaſtaſium Bibliothecarium &c.	1	717	*Germanus* Cyzici Metropolita, de qvo Henſchenius ad XII. Maji T. 3. p. 155. ſeq. Combefiſii Auctar. nov. T. 1. p. 1462. ſq. 3
	1	718	4
	2	719	5
	3	720	6
	4	721	7
	5	722	8
	6	723	9
	7	724	10
	8	725	11
	9	726	12
	10	727	13
	11	728	14
	12	729	15
In hoc anno deſinit liber XVIII. Pauli Diaconi.	13	730	Germano ſuccedit XXII. 1
	14	731	Januar. *Anaſtaſius* Iconoclaſta. Vide Nicephori breviar. p. 38. 42. & Theophanem p. 302. Bandurium p. 904. 2
	15	732	3
	16	733	4
	17	734	5
	18	735	6

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani		A. C.	Patriarchæ CPol.
	19	736	7
	20	737	8
	21	738	9
	22	739	10
	23	740	11
Leoni Isauro 18. Jun. aqva intercute extincto	24	741	12
succedit filius Fl. CONSTANTINUS *Copronymus* sive * *Cabalinus*. Eqvidem *Artabazus* qvi Constantini sororem duxerat, Tyrannidem invadere fuit aggressus, atqve imagines restituere cœpit, & *Nicephorum* Constantini F. Imperatorem coronavit. Sed à Constantino una cum Niceta Artabazi F. victus, captus & obtruncatus est, vide Nicephori CPol. breviarium, & Codini Origines CPol. n. 99. Theophanem, Cedrenum, Zonaram &c.	1	742	13
	2	743	14
	3	744	15
	4	745	16
	5	746	17
	6	747	18
	7	748	19
	8	749	20
	9	750	21
	10	751	22
	11	752	23
	12	753	24
	13	754	Anastasio mortuo succedit 1
	14	755	*Constantinus* Iconomach⁹ 2
	15	756	& Episcopus Syllæi, VIII. 3
	16	757	Augusti. cum sedes per ali- 4
	17	758	qvot menses vacasset, Vi- 5
	18	759	de Bandurium p 904 seq. 6
	19	760	ubi exNicephoriCPol antirrheticis MSS. notat 7
	20	761	Concilium Copronymianum illo Anno habitum 8
	21	762	fuisse sede vacante, & sub 9
	22	763	finem demum Concilii 10
	23	764	Constantinum à Mamona 11
	24	765	EpiscopumCPol. creatum 12
	25	766	Constantinus XXX. Augu 13
	26	767	sti dejectus, eiq; XVI. Nov. 1
	27	768	datus successor *Nicetas* 2
In hoc tempore, qvo Irene Leoni Chazaro nubsit, desinit breviarium Historicum Nicephori CPol.	28	769	Slavus evnuchus, Ecclesiæ 3
	29	770	SS Apostolorum presby- 4
	30	771	ter. Vide Niceph. brevia- 5
	31	772	rii p. 48. & Theophanem 6
			p. 302.

* Καβαλίνη ἡ ἱππεία πόπρος. Crus. p. 273. TurcoGræc.

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani		A. C.	Patriarchæ CPol.
	32	773	7
	33	774	8
Constantino Copronymo 14 Sept. mortuo	34	775	9
succeſſit filius LEO *Chazarus* ſive è Cha-	1	776	10
zara natus.	2	777	11
	3	778	12
	4	779	13
Leonem Chazarum 8 Sept. extinctum excepit filius CONSTANTINUS V. A. 771.	5	780	Nicetæ VI. Febr. defuncto 1
	1	781	ſuccedit *Paulus Cyprius*, 2
	2	782	lector, ſecunda jejunio- 3
	3	783	rum Dominica. Vide Co- 4
natus, ſub tutela matris ſuæ IRENES.	4	784	dini Origines CPol n. 123. Paulus in Flori Monaſte- 5
	5	785	rium ſeceſſit, XXX. Aug 1
	6	786	ſucceſſoremqve habuit *Taraſium*, XXV. Dec. Vide de eo Acta Sanctor. 25. Febr. & T. 1. Martii pag. 788. Vitam Taraſii ſcripſit Ignatius diſcipulus, deinde Svida teſte Epiſcopus Nicænus. 2
	7	787	Concilium Nicænum ſe- 3
	8	788	cundum pro Imaginibus. 4
	9	789	5
Irene matre in ordinem coacta, Conſtantinus	10	790	6
filius ſolus imperat.	1	791	7
	2	792	8
	3	793	9
	4	794	10
	5	795	11
	6	796	12
Conſtantinus oculis 16. Auguſt. juſſu matris	7	797	13
effoſſis non diu poſt obiit, hinc ſola impe-	1	798	14
rium gerit IRENE mater.	2	799	15
	3	800	16
	4	801	17
Irene 30. Octobris in Lesbum deportata &	5	802	18
paulo poſt defuncta Imperium ſibi vindica-	1	803	19
vit NICEPHORUS Patricius ὁ ἀπὸ γενι-	2	804	20

2011 Ministerio de Cultura

Imperatores CPolitani		A. C.	Patriarchæ CPol.	
κῶν sive Generalis Logotheta & anno post mense Dec. STAVRACIUM filium, consortem Imperii adscivit.	3	805		21
	4	806	Tarasio XXV. Febr. defuncto succedit XII. April. die festo Paschatos *Nicephorus*, de qvo supra pag. 295 seq. 640. seq. Vide & Acta Sanctor. T. 2. ad XIII. Martii. Cangium ad Zonaram p. 74.	1
	5	807		2
	6	808		3
	7	809		4
	8	810		5
Nicephoro dum bellum cum Bulgaris gerit 26. Jul. occiso, & Stavracio in monasterium se abdente Imperium datur Nicephori genero Fl. MICHAELI, Curopalatæ, cognomine *Rancabe*, 5. Octobr. In hujus initiis desinit Theophanis Chronicon. Incipit ab eo Joannes Scylitzes.	9	811		6
	1	812		7
Michaël cum filio Theophylacto abdicare se Imperio coactus successorem habuit II. Jul. LEONEM *Armenium*, Bardæ F. Iconomachum, qvi à brevi statura dictus etiam Chamæleon. De hoc Anonymus ad calcem Theophanis editus, scriptores post Theophanem de qvibus supra pag. 349. seq. Anonymus alter qvem Leontium qvidam volunt, & Simeon Magister ac Georgius Monachus, præterea Jo. Scylitzes. & Genesius MS.	2	813		8
	1	814		9
	2	815	Nicephoro XIII. Martii in exilium misso ab Iconomachis statim succenturiatus *Theodotus* Melissenus, cognomento *Cassiteras*, 1. April. festo Paschatos, & eodem mense sub eo Concilium habitum. Vide Cangium ad Zonaram p. 76.	1
	3	816		2
	4	817		3
	5	818		4
	6	819		5
In hoc tempore desinit liber XXIV. Hist. miscellæ. Leoni occiso 25. Dec. succedit Thomamqve Constantinum, æmulum vincit MICHAEL ὁ τραυλὸς sive *Balbus* ex Amorio Phrygiæ opido. De hoc Imperatore Scylitzes, Genesi° MS. & scriptores post Theophanem.	7	820		6
	1	821	Theodoto defuncto (cui Philippus Cyprius *Theodorum* Spatharocandidati filium subjicit) successit *Antonius* Sylæi Episcopus, qvem byrsodepsam alii, alii Cassimatam cognomine appellant. Vide Bandurium p. 908.	1
	2	822		2
	3	823		3
	4	824		4
	5	825		5
	6	826		6
	7	827		7
	8	828		8
Mich. Balbo 1. Octobr. extincto succedit filius THEOPHILUS, de qvo videndi continuator Theophanis Anonymus libro tertio, Simeon Magister, Georgius Monachus, Scylitzes, Svidas, Genesius MS. & de ejus nuptiis Anonymus à Martino Crusio ad calcem Epitomes Heliodori editus.	9	829		9
	1	830		10
	2	831		11
Poſt hanc obſervationem ſe ſe complures aliæ aperuerunt, quas mihi fere omnes præripuit Illuſtris Cuperus, proindeque à me ut par eſt prætermittentur, ſi unam aut alteram excipias, haud, puto, inutiles fraudi de qua hic agimus, arguendæ. Libro quinto Pſeudo-Athenagoræ, pag. 169. Manethyſſæ cujusdam Hiſtoria refertur tragica plane & lugubris, verum ita ſimilis ei quam de Eponina Julii Sabini uxore narrant Plutarchus in Erotico, Tacitus IV. Libro Hiſtoriarum, & Xiphilinus in Veſpaſiano, ut facile agnoſcas Manethyſſæ illius lugubres caſus ex Eponinæ calamitatibus fuiſſe expreſſos. Libro ſeptimo Slavones ſive Slavos ad mare Adriaticum prope Epidamnum collocat, quo ſane nondum migrarant ex avitis ſedibus, quæ ætate Theogenes & Charide vixiſſe finguntur. Jovis Hammonis templum ita deſcribitur Libro ſexto à pagina 204. ut mirandum plane artis architectonicæ ſpecimen ibi haberi omnes eruditi fateantur, doctiſſimusque Blondellus Tomo primo Syſtematis b) *Architectonici Athenagoram propterea inter eos auctores recenſeat, quorum lectione Architectonicæ artis ſtudioſus adjuvari poſſit.*

Adhuc velitationem habuiſti & levem pugnam: nunc accedo ad illud argumentum in quo hujus Epiſtolæ initio τὸ πρῶτον ψεῦδος *latere tibi narrabam. Præter Architectonicen, aliam artem habuit quam jactaret in hoc opere Fumæus, nimirum vaniſſimam, ſic enim cenſeo,* τῶν χρυσοποιῶν ματαιοτεχνίαν. *Id miror neminem vidiſſe eruditorum qui hunc librum manibus ſedulo verſarunt, ne quidem Doctiſſimum Huetium, qui ſe bis Athenagoram legiſſe profitetur. Ego vero id*

a) Edit. in fol. Anno CHriſti 1566.
b) Cours d'Architecture.

2011 Ministerio de Cultura

id non ſolum Fumæum intendiſſe mox docebo, verum & poëtam quemdam haud valde elegantem, cujus hoc Epigramma Latinum initio Libri adſcriptum eſt:

De Interprete.

Dum Gallis Graios flores felicis olivæ
Detegit, & lingua lucidiore parat:
*Quæ fuerant * nullis monumenta ambagibus arcta,*
Non mirum ſi non lucidiora refert.
Haud etenim indignis præſtanda ſcientia, quæ vult
Legitimis tantum pabula digna ſuis.
Qualiacumque tamen ſunt hæc quæ ſcripſerit Author,
Hinc poterunt omnes carpere grata ſibi.

Noſti procul dubio adeptorum, *quos vocant mirandam taciturnitatem & ænigmaticum dicendi genus. Eo alludit Epigrammatis ſcriptor:* indignis, *inquit*, haud eſt præſtanda ſcientia, *quæ* legitimis *tantum*, *ideſt* adeptis *& filiis artis revelanda eſt. Quo hæc ſpectent, intelliges ex fabula quam primo Gallice lib. IX. mox Latine deſcribam ex Pſeudo-Athenagoræ, fol. verſo 344.*

Entre autres devis Theogenes racompta à Charide une cer-“
taine fable, qu'un des principaux de la Cour du Roy Damasdes,“
eſtant pour lors en l'armeé, où il eſtoit, feit repreſenter en un“
ſoir dedans ſa tente pour donner plaiſir à pluſieurs autres Seigneurs“
qu'il avoit conviez chez ſoy à ſoupper. Du nombre desquels j'eſtois,“
diſoit Theogenes, & ceſte fable fut à ce que je pouvois congnoiſtre“
exterieurement ſeulement par les perſonnages qui eſtoient repre “
ſentez, ne pouvant au reſte bien entendre leur langage: que le“
Dieu Apollo ſe preſenta en place, beau & bien peigné, ayant ſa treſ-“
ſe blonde, qui lui pendoit ſur les espaules, proferant quelques“
paroles, que je ne pouvois entendre. Et un peu apres je vey un“
Daimon ſe manifeſtant à nous ſoubs un voile blane, palpable ce“
ſembloit-il: mais toutefois ne ſe pouvoit il arreſter. En moins de“
rien ce Daimon s'aprochant d'Apollo, je ne ſçay quelle illuſion“
brouilla mes yeux. Car je perdis de veue ce Dieu, & le Daimon“
ſembla demeurer ſeul. Puis vint Vulcan, voulant ce m'eſtoit ad-“
vis, venger Apollo, uſant de grande violence contre ce Daimon,“
lequel ne pouvant ſupporter cet effort, je fus eſtonné que je ne le“

* Forte legendum eſt, *multis*.

2011 Ministerio de Cultura

„veis plus : & Apollo nous apparut comme devant. Je ne ſçay ſi „ces Scythes trouvoient ces changemens & disparutions eſtranges. „Mais j'en eſtois ſi esmerveillé, que je ne ſçavois quaſi qui j'eſtois. „Je regardois fort attentivement & obſervois de l'oeil autant qu'il „m'eſtoit poſſible, & neantmoins il m'eſtoit impoſſible d'y remar- „quer aucune ſubtilité ou tour de main, encor que cela ſe feiſt cinq „ou ſix fois. Car auſſi toſt que Vulcan s'eſtoit retiré penſant avoir „bien vengé Apollo, & l'avoir remis & rendu en ſa premiere forme, „ce Daimon ne failloit à revenir, & ſe ſaiſiſſant promptement du Dieu „le rendoit esvanouy comme devant. Vulcan revenoit derechef „faiſant pareils effects qu'à la premiere fois. Mon esprit eſtoit en „grand peine voyant des actes ſi eſtranges : parceque je n'entendois „rien de ce qu'ils proferoient, & ſe diſoient l'un à l'autre. Ce „que ſi j'euſſe peu entendre, la merveille peut eſtre n'euſt eſté ſi „grande, & euſſe receu quelque contentement, & aprins quelque „choſe de nouveau, qui n'eſt commune en la Grece. Or à la ſixieſme „fois, & Vulcan & le Daimon s'eſtans abſentez, Apollo nous parut „fort debile, encor que ſon teint ne fuſt diminué, & ſe pleignoit „d'avoir eſté tout caſsé, & corrompu par ce Daimon, ainſi que ſes „geſtes me le donnoient à cognoiſtre. Ce Daimon non content de „l'avoir tant tourmenté, revint encor un coup vers luy, amenant „avec ſoy un ſien compagnon repreſenté avec un veſtement blond, „qui le couvroit entiérement. Ces deux envahirent enſemble „Apollo & le reduirent à telle extremité q'uil ne paroiſſoit plus, & „ce dernier Daimon plus fort que l'autre ſembloit paroitre ſeul. Vul- „can ne faillit à venir ſecourir le Dieu, & ſe monſtrant plus robuſte „contraignit ces deux Daimons de gagner le haut. Apollo ſe mon- „ſtra, lors encor plus corrompu qu'il n'avoit eſté, & ne ſe pouvoit „plus ſouſtenir, demeurant tousjours couché. Æsculape le medecin „le vint viſiter. Je penſe bien que c'eſtoit ſeulement pour conſerver „la regle, qui veut qu'un Medecin en ſa maladie doive s'aider du ſe- „cours d'un autre Medecin. Car il eſt ſans doute qu'Apollo eſt plus „ſçavant, & expert en cette ſcience que n'eſt Æsculape. Iceluy or- „donna un bain que je veis faire, composé de certaines drogues „qu'on apporte des ſablons de la region Cyrenaicque, purgées & net- „toyées de leurs immondices ſablonneuſes. De ce bain devant un feu „fut oint & frotté Apollo par pluſieurs fois, le ſechant autant de fois qu'on"

2011 Ministerio de Cultura

qu'on le frottoit. Puis fut remis en un bain froid fait des excremens“
de Bacchus durant quelque espace de temps. Je ne sçay si Æscula-“
pe estoit bien entendu en son art : mais nous voyons que cest Apol-“
lo diminuoit, & se fondoit en ce bain, comme la neige au soleil,“
& en toute l'eau du bain sembloit sa substance estre dissipée. Tou-“
tefois Æsculape ne faisoit point semblant de s'en estonner, ains“
estoit assez resolu en son fait. Il feit escouler l'eau du bain, laquel-“
le il mettoit à part, & lui en rebailla de pareille, le baignant ainsi“
souventefois, & quasi autant comme il l'avoit frotté & lavé & se“
ché de l'autre. Apres pour le rechauffer appoſa à ces eaux qu'il avoit“
tirées du bain, un petit feu, au devant duquel l'humidité qui rendoit“
Apollo tout mouillé, s'evapora, & estant sec il sembloit encor“
avoir esté rendu plus debile par tous ces bains, onctions, & lave-“
mens. Je l'estimois de ma part tout perdu, & m'estonnois com-“
me en ce pays on representoit devant un peuple la mort de quelque“
Dieu, estant ainsi que nous devons croire les Dieux estre immortels.“
Mais je me trompai comme entendrez. Car ce Medicin invoc-“
quant le fils de l'air & de la Lune que je veis se presenter devant luy,“
iceluy donna à Æsculape du plus beau & du plus precieux qui fust en“
soy, le quel il bailla soudainement à avaller à Apollo, qui apres cet-“
te prinse, semble estre resuscité reprenant un teint vif, & beau à“
merveilles avec une telle plenitude de vie, qve se communiqvant en“
tel estat aux malades & decrepits, il les remettoit en meilleure dis-“
position qu'ils n'avoient esté. Voila la fin de ceste fable, laqvelle“
je n'ai peu vous reciter plus appertement que comme je ferois la de-“
scription de certaines figures que j'aurois vuës en un tableau, sans“
sçavoir le sujet du peintre.“ *Hactenus Pseudo-Athenagoras quem jam La-*
tine dicentem audies.

Theogenes (è captivitate Scythica redux) inter alias nar-“
rationes Dominæ suæ Charidi hanc fabulam narravit, qvam qvidam“
ex Optimatibus Aulæ Regis Damasdis, qvi tunc in exercitu versa-“
batur, in scenam protulerat in tabernaculo suo, qvo multos alios“
proceres qvos ad cœnam invitarat, hujus spectaculi voluptate dele-“
ctaret. Ipsis intereram, inqvit Theogenes, fuitqve hæc fabula“
hujusmodi, qvantum qvidem ex personis intelligere potui, nec“
enim eorum lingvam satis assequebar. In medium processit * “
Apol-

* Aurum.

2011 Ministerio de Cultura

„Apollo egregia forma, eleganter comptus, flava coma in humeros „pendente, qvi voces qvasdam protulit, qvas minime intellexi. „Paulo post alius nobis Dæmon * apparuit velo candido tectus, „qvi qvidem palpari posse videbatur, etsi nunqvam uno loco consi„steret. Cum ad Apollinem is Dæmon accessisset, statim illusio„nis nescio qvod genus oculos meos ita fascinavit, ut Apollo ab „aspectu evanescceret, solusqve postremus ille Dæmon remansisse vi„deretur. Tum prodiit ** Vulcanus, ulturus Apollinem, sic „enim mihi videbatur. Is magna vi eum Dæmonem aggressus, eum, „ut pote sibi imparem, ita fugavit, ut plane discederet, unusqve „Apollo, ut antea cerneretur. Haud eqvidem dixero an Scythis „hæ mutationes & fugæ mirabiles visæ fuerint: ego vero eas ita ad„mirabar, ut fere meimet ipsius immemor essem. Qvam atten„tissime poteram oculis & animo omnia lustrabam, nec qvicqvam „fraudis aut præstigiarum subesse animadverti, id licet qvinqvies vel „sexies perageretur. Ubi primum Vulcanus exierat, egregie ulto, „ut putabat Apolline, restitutoqve in pristinum decus, haud mo„ram faciebat hic Dæmon qvin rediret, & arreptum Deum, ut antea, „evanescere cogeret, qvi tamen Vulcano redeunte pristinam de„nuo formam recipiebat. Eqvidem anxius hærebam mirabili inso„litarum mihi rerum spectaculo eo vehementius perculsus, qvod ni„hil eorum intelligerem, qvæ inter se fabulabantur; qvorum si non„nulla asseqvi licuisset, minor forte animum meum incessisset admi„ratio; mihiqve aliqva in re satis factum esset, cum novi qvidpiam „didicissem, apud nos in Græcia haud ita obvium. Itaqve cum jam „sexies res processissent, Vulcanusqve & Dæmon ille abiissent ex ocu„lis, Apollo nobis valde debilis apparuit, utpote qvi, licet nihil „detrimenti in colore passus esset, se tamen ab eo Dæmone fractum „& luxatum esse qverebatur, qvod qvidem ex ejus gestu intellige„bam. Atqvi hic Dæmon qvasi parum profeciisset Apolline ita cru„ciando, iterum rediit adducto secum comite qvodam suo † fla„vam vestem induto qva totus tegebatur. Ambo ergo Apollinem „unanimiter adorsi ad eas angustias adduxerunt, ut jam nullo loco „appareret, solusqve postremus hic Dæmon, socio videlicet suo for„tior, cerneretur. Nec tamen defuit Vulcanus qvin opem ferret „Apollini, & robustior effectus utrumqve Dæmonem fugaret. Tum vero“

* Mercurius, sive Argentum vivum. ** Ignis. † Sulphur.

2011 Ministerio de Cultura

vero Apollo magis qvam antea vitiatus apparuit, fractus enim jace-“
bat, nec jam poterat consistere. Tunc ad eum Æsculapius acces-“
sit, moris puto illius servandi causa, qvi jubet medicos, si qvan-“
do ægrotaverint, alterius Medici ope uti. Qvis enim dubi-“
taverit Apollinem & doctiorem & peritiorem esse illius artis“
qvam Æsculapium? Jussit ergo Æsculapius lavationem Apolli-“
ni parari qvibusdam mercimoniis constantem * qvæ è Cyre-“
naica regione afferuntur, purgatis tamen antea à sordibus suis“
arenosis. In eo lavacro prope ignem unctus fuit & imbutus“
Apollo, totiesqve exsiccabatur, qvoties antea unctus erat. Su-“
binde vero, per aliqvod temporis spatium in lavationem frigidam“
immersus est qvæ Bacchi excrementis † constabat. Eqvi-“
dem nesciebam an Æsculapius artem suam rite calleret: Apollinem“
enim minui videbam, & in lavacro diffluere, qvemadmodum nix“
in sole liquescit; ita ut tota ejus substantia in ea aqva, qva lavatio“
constabat, dissipata & dispersa videretur. Nihilo secius id Æscula-“
pium nihil curare credidisses, ita interritus id qvod moliebatur“
peragebat. Lavationis aqva ejecta & seorsim posita, similem ei“
subinde aqvam addebat Æsculapius, sæpiusqve lavabat Apollinem“
qvoties fere eum antea unxerat, imbuerat & siccarat. Tum ve-“
ro ut eum calore recrearet, iis aqvis qvas è lavatione tulerat,“
ignem exiguum apposuit, coram qvo in vapores solutus est omnis“
ille humor, qvo Apollo madefactus fuerat. Jam vero exsicca-“
tus longe debilior hic unctionibus & lotionibus effectus fuisse vide-“
batur. Itaqve Apollinem periisse judicabam, & mirabar qvi in“
illis regionibus alicujus Dei interitus in scena exhiberetur, cum“
certe Deos immortales esse arbitrari debeamus. Allucinabar ta-“
men, ut mox audies. Nam medicus ille advocavit aëris & Lunæ“
filium, a) qvem ipsi obviam venientem vidi. Is Æsculapio dedit“
qvicqvid sibi inerat egregium & pretiosum, qvod ille statim Apol-“
lini bibendum dedit, qvi ex potione recreatus, qvasi nova vita do-“
natus est, resurgens vegetiori colore insignis, b) ea pulcritu-“
dine & vi sanitatis, ut eo in statu manens, si qvos decrepitos &“
morbo laborantes adeat, seque cum iis communicet, in longe“
meliorem statum eos restituat, qvam is fuerit, in qvo antea ver-“
„saban-

* Sal Hammoniacus.

a) Ros defecatus.

† Tartarum sive fecula vini.

b) Lapis Philosophicus.

2011 Ministerio de Cultura

„fabantur. Is eſt fabulæ iſtius finis: eam autem non potui enarra„re apertius, qvam figuras qvasdam & imagines in tabella pictas de„ſcriberem, ſi quidem ignorarem qvidnam in animo habuerit ille „artifex, à qvo depictæ fuerunt.„

Jam puto aliquam gratiam inivero à lapidis Philoſophici ſectatoribus: vix enim crediderim tum in Bibliotheca Chemica Curioſa Jacobi Mangeti, tum in iis voluminibus quibus Borellus omnes fere hujus artis ſcriptores collegit, ullum proceſſum, *ut vocant, clariorem aut expeditiorem legi. Interim dum ipſi hoc tentabunt, & pro theſauro, ut ſolent, carbones nanciſcentur, id ſaltem habebimus, Fumæum hujus libri ſcriptorem Chemicæ vanitati fuiſſe obnoxium, nec poſſe antiquo ſcriptori Græco hanc fabulam tribui, quæ novitatem ſuam manifeſtiſſime prodit. Haud ſane ſum neſcius Democriti, Zoſimi, Syneſii, Olympiodori & aliorum jactari codices Manuſcriptos miræ antiquitatis, quibus arcana artis Chemicæ continentur; at video viros eruditiſſimos horum librorum novitatem ex ipſius Græci Sermonis corruptelis arguiſſe. Unum novi inter paulo antiquiores Æneam Gazæum, ſæculi quinti exeuntis ſcriptorem, qui de transmutatione metallorum aliquid attigiſſe videatur, pag. 67. edit. Barthianæ.* Ἐπεὶ καὶ παρ᾽ ἡμῖν οἱ περὶ τὴν ὕλην σοφοὶ ἄργυρον καὶ κασσίτερον φύσαλαβόντες, καὶ τὸ εἶδος ἀφανίσαντες ἐπὶ τὸ σεμνότερον μεταβαλέντες τὴν ὕλην χρυσὸν κάλλιστον ἐποίησαν. „Sic namqve apud nos qvoqve mate„riarii talium periti, argentum ſtannumqve accipientes, ſpeciem „priorem delent, in excellentiorem rem tranſigunt, aurum efficiunt „pulcherrimum.“ *Hæc ex verſione Barthii, cujus notas adi ſis in hunc locum. Hoc, inquam, mihi teſtimonium unum in tota antiquitate occurrit, quo Chemici in arte ſua tuenda abuti poſſint, niſi quis eo trahendum putet locum Platonis in Euthydemo p. 289. & 290. edit. Stephani.* ὥσε οὐδ᾽ εἰ πᾶς πέτρας χρυσᾶς ἐπισαίμεθα ποιεῖν, οὐδενὸς ἂν ἀξία ἡ ἐπιστήμη εἴη. εἰ δὲ μὴ κεχρῆσθαι ἐπιστησόμεθα τῷ χρυσίῳ, οὐδὲν ὄφελος αὐτοῦ ἐφάνη ὄν. „Qvin etiam ſi lapides „qvidem aureos facere noſſemus, nihili æſtimanda eſſet ſcientia. „Niſi enim ſciremus auro uti, nulla ſane ex illo rediret ad nos uti„litas.„ *Sane plerosque Chemicæ artis ſtudioſos ita credulos expertus ſum, ut ne dubitem fore qui his verbis Platonem ad artem ſuam digitum intendiſſe arbitrentur.*

Verum redeo ad Athenagoram, à quo tantisper digreſſus ſum. Vides in hac Scythica fabula Apollinem & Mercurium pro metallorum nominibus uſurpari, quemadmodum id hodie fit, ex veteri certe uſu, neſcio tamen an ita antiquo ut ad Athenagoræ ætatem referri poſſit. Euſtathius quidem in primum Iliadis, id vel remo-

2011 Ministerio de Cultura

remotissimæ antiquitati tribuit p. 25. edit. Romanæ. Τὸ δ' σκῆπτρον χρυσοῦν ἐνταῦθα πλάττει ὁ Ποιητὴς τῷ Ἀπόλλωνι, τουτέστι τῷ ἡλίῳ, διὰ τὸ καὶ τὸ μέταλλον τοῦ χρυσοῦ, ἡλίῳ ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἀνατίθεσθαι, ὡς τῇ σελήνῃ τὸ ἄργυρον, καὶ ἑτέρῳ τῶν πλανήτων ἄλλο τι, καθάπερ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου Φέρεται. "Sceptrum aureum hic fingit Poëta & Apollini, id est So-" li, adscribit, eo qvod metallum auri Soli ab antiqvis attributum" sit, ut Lunæ, argentum, & alii Planetæ aliud metallum, ut fer-" tur in Scholiis Pindari." *Hæc Eustathius, qui* παρεκβάσεις *suas* * *in Pindarum innuere videtur, quæ non totæ perierunt: earum enim Præfationem longam satis & eruditam Manuscriptam vidi in Bibliotheca Academiæ Basileensis. Erunt forte & alii* ** *Eustathio antiquiores, qui de metallorum affinitate cum Planetis eadem dixerint: certe aliquid ejusmodi olim observavi, nec tamen auctoris aut loci in memoriam redeo, - - Interim nonnihil banc in rem invenies in Commentario Erasmi Schmidii in Odam V. Isthmiorum Pindari, p. 93.*

* Potuit etiam respicere antiqviora in illum Poëtam scholia, qvæ hodie in manibus doctorum sunt, & in qvibus ad Isthm. Od. V. leguntur hæc verba: ἑκάστῳ δὲ τῶν ἀστέρων ὕλη τις ἀνάγεται, ἡλίῳ μὲν χρυσὸς, σελήνῃ δὲ ὁ ἄργυρος, Ἄρει σίδηρος, Κρόνῳ μόλιβδος, Διὶ ἤλεκτρος, Ἑρμῇ καττίτερος, Ἀφροδίτῃ χαλκός.

** Olympiodorus in 3. Meteorolog. p. 59. b. ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι θεῖος Πρόκλος ἐν τοῖς εἰς Τίμαιον ὑπομνήμασιν ἀνάγει τὰ μέταλλα εἰς τοὺς ἑπταὶ πλανωμένους, λέγων ἀνακεῖσθαι τὸν μὲν μόλιβδον τῷ Κρόνῳ διὰ τὸ βαρὺ καὶ συγνὸν καὶ ψυχρόν. Τὸ δὲ ἤλεκτρον τῷ Διὶ διὰ τὸ εὔκρατον καὶ ζωογόνον τοῦ ἀέρος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μίγμα τιμιώτερόν ἐστι χρυσοῦ καὶ εὔκρατον. Τῷ δὲ Ἄρει τὸν σίδηρον, διὰ τὸ τιμητικὸν καὶ ὀξύ. Ἡλίῳ δὲ τὸν χρυσὸν, ὡσανεὶ πηγὴ φωτὸς ὄντι. Ἀφροδίτῃ δὲ τὸν χαλκὸν διὰ τὸ ἀνθηρόν, καὶ ὅτι πλησίον ἐστὶ τοῦ ἡλίου, ὥσπερ καὶ χαλκὸς τοῦ χρυσοῦ. Ἑρμῇ δὲ τὸν καττίτερον διὰ τὸ διαφανὲς καὶ στιλπνὸν, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ πλησίον εἶναι τῆς σελήνης, ὥσπερ ὁ καττίτερος τοῦ ἀργύρου. Τῇ δὲ Σελήνῃ τὸν ἄργυρον, ἐπειδὴ καὶ ὁ ἄργυρος παρὰ χρυσῷ τιθέμενος δοκεῖ καταλάμπεσθαι ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ φωτεινότερος γίνεσθαι, ὥσπερ ἡ σελήνη ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλάμπεται. Constantinus Manasses, sed Eustathio junior p. 3. Annalium:

Ὁ Κρόνος ἦν μελάντερος, μολίβδινος τὴν χρόαν,
Ἔλαμπε Ζεὺς ὡς ἄργυρος, Ἄρης φλογώδης ὅπλον,
Ἔστιλβεν ἥλιος λαμπρὸν ὡς εὑρίσκον χρυσίον,
Ἀντήυγει δ' ὡς καττίτερος σφαῖρα τῆς Ἀφροδίτης,
Ὡσεὶ χαλκὸς ἐρυθραυγὴς Ἑρμῆς ἔλαμπε γὰρ ἔχει,
Διαφανὴς ὡς ὕελος ἤυγαζεν ἡ σελήνη.

2011 Ministério de Cultura

Quicquid sit, nihil peribit Chemicis si Athenagoras ipsis decesserit. Vidi quosdam & novi, homines, quod mireris, non ignaros bonarum litterarum, qui in Metamorphosibus Ovidii, in Apuleio, in Heliodori Æthiopicis &c. nihil aliud agi † contendebant, quam ut ars conficiendi auri ænigmatice describeretur. Quid dicam de Midæ fabula, quam totam eo libentius & facilius ad artem suam trahunt, quod manifesta transmutationis aureæ mentio ibi occurrat. Ego vero quando jam Athenagoram absolvi, & ad Chemicos digressus sum, etsi vereor ne te adeo prolixa loquacitate obtundam, nonnulla addere constitui ex Plutarchi Parallelis Græcis & Romanis, quorum mihi memoriam Midæ fabula in-mentem revocavit.

Scis in obscurissimo Poëmate, Ara Dosiadæ, versum septimum parum emendate legi

Ἐς γὰρ βωμὸν ὁρῇς με μήτε * ταγχούρου
Πλίνθοις, μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις.
Vides enim me aram nec auri
Lateribus, nec argenti glebis compactam.

Ibi τάγχουρον, vocem nihili, probabiliter emendavit Cl. Salmasius, qui sic legit: Ἐς γὰρ βωμὸν ὁρῇς με μήτε γ' ἀυροῦ. *Ego vero olim ex historia sive fabula Anchuri filii Midæ locum Dosiadæ satis commode interpretabar, ita ut codicis Manuscripti lectio constaret. Nimirum hæc refert Plutarchus ille, quisquis est pag. 306. edit. Francofurtanæ. Cum ad Celænas Phrygiæ, multæ domus in hiatum terræ absorberentur, oraculique responsum Midas accepisset, tum demum hiatum coiturum, cum res omnium pretiosissima in eum injiceretur,* "Αγχουρος ὁ τοῦ Μίδα, *Anchurus Midæ filius, cum ejus pater nec quicquam profecisset, injecta magna vi auri & argenti, se ipsum eques in hiatum injecit nihil anima humana pretiosius existimans.* συνελθόσης δὲ τῆς γῆς, χρύσεον βωμὸν ἐποίησεν Ἰδαίου Διὸς ἁψάμενος τῇ χειρὶ. οὕτως ὁ βωμὸς τότε ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν ᾧ τὸ χάσμα συνέβη γενέσθαι, λίθος γίνεται, τῆς ὃ ὠφελισμένης τοτὲ θεσμοῖς παρελθούσης, χρύσεος ὀφθῆναι. „*Cum jam terra coivisset, ibi Midas auream „aram fecit Idæi Jovis, manu admota (quæ scilicet lapides aræ in aurum mutati sunt)* „*Hæc ara circa tempus quo hiatum fieri contigit, lapidescit, post illud „vero tempus aurea apparet*". *Jam intelligis versum commode legi potuisse* μήτ' Ἀγχούρου πλίνθοις, neque lateribus aræ Anchuri similibus. *At duo obstiterunt quominus ei sententiæ inhærerem, quæ initio valde arridebat. Versus*

† Multa in hanc sententiam Jac. Tollius vir doctus in fortuitis.

* Is. Vossius legit μήτε Γάγγυ. Alias conjecturas vide in Clariss. Viri Hadr. Relandi parte 2. diss. Miscell. p. 247. 248.

2011 Ministerio de Cultura

*ſus enim Phalæcius eſt qui cum Spondæo in quarto pede ſtare non poteſt. Deinde illius Pſeudo-Plutarchi, qui Parallela Græca & Romana ſcripſit, auctoritas valde vacillat apud eruditos, & videntur hæc Parallela Græculi alicujus recentioris eſſe figmentum; quam in rem adeas velim Dodwelli Diſſertationem quartam præfixam volumini ſecundo Geographorum Minorum, Oxoniæ ſtudio Cl. Hudſoni editorum; cui velim addas Joſiæ Merceri notas ad Fulgentii Expoſitionem ſermonum antiquorum. Jam vero merito ſuſpicari licet Parallelorum ſcriptorem Anchuri ſabulam commentum eſſe, * ut pravam Doſiadæ lectionem, aliquis aliquando ex Parallelis tanquam ex Plutarcho interpretaretur.*

Quod autem Holobolus Rhetor, qui Scholia erudita in hanc aram ſcripſit, τάγχουρον vocem eſſe Perſicam affirmavit, quæ aurum ſignificaret, id minime credendum eſt, & vero valde ſimile videtur deceptum fuiſſe Holobolum ex male intellectis locis Coſmæ Indico-Pleuſtis, qui τάγχαραν lingua Axumitarum, vel Afrorum Barbarorum aurum ſignificare dixit, edit. Montfauconii pag. 139. D. & 143. verſu 4. ante finem. Haud ſic dimittam aram Doſiadæ quin tibi rem aperiam, quam mirum eſt latuiſſe Salmaſio & Liceto, qui operoſis commentationibus hoc poëma illuſtrarunt. Nimirum Ἀκροστιχὶς eſt in eo carmine, & litteræ quæ verſuum initia conſtituunt, ſi ordine legantur, hanc ſententiam efficiunt:

Ὀλύμπιε πολλοῖς ἔτεσι θύσειας.

Olympie multis annis ſacrifices.

Hinc conjicio hanc Aram dono miſſam fuiſſe Olympio cuidam, ſive in die ſuo natali, ſive Saturnalibus, pro more Græcorum qui Romanos mores induerant, quod vel Lucianus in Epiſtolis Saturnalibus, ſive Κρονικαῖς luculenter docet. Eum Olympium Poetam fuiſſe, oſtendunt hi Doſiadæ verſus:

Σὺ δ' ὦ πιὼν κρήνηθεν ἣν
Ἴνις κόλαψε Γόργον.

Tu vero bibens è fonte, qvem
Fœtus exſculpſit Gorgonis.

Qua autem ætate Olympius ille vixerit quis eruet? - - Hactenus Vir doctiſſimus Mat. Veiſſierius la Croſe. Nunc alios ſcriptores Græcos Eroticos perſeqvamur.

VII. ACHILLES TATIUS (velut Tatii libertus vel filius, ut Salmaſio placet) apud Svidam Σπάτιος, Alexandrinus, Ethnicus primum, poſt Chriſtianus ac ſi eidem Svidæ credimus Epiſco-

* Hoc, fateor, mihi non videtur eſſe veriſimile, qvi puto parallelorum qvoqve librum argumentis non plane certis Plutarcho eripi. Vide qvæ ſupra lib. IV. c. 11. num. 69. & Dodwellum libro laudato p. 109.

2011 Ministerio de Cultura

ſcopus, incertæ admodum ætatis, præter librum περὶ σφαίρας cujus pars hodieqve exſtat * ſub titulo *Iſagoges in Phænomena Arati*, ſcripſit etiam *libros VIII.* Ἐρωτικῶν τῶν περὶ Λευκίππην καὶ Κλειτοφῶντα, ſive *de amoribus Clitophontis & Leucippes*. Laudatur à Photio Codice LXXXVII. & XCV. & CLXVI. Mich. Pſello apud Allatium c. 4. de patria Homeri, p. 1753. & à Johanne Phoca in Allatii συμμίκτοις p. 10. cui dicitur ὁ τὴν Λευκίππην γεγράψας. Exſtat & MS. in Bibl. Jo. Mori Elienſis Epiſcopi n. 219. Photii (vel Leonis Philoſophi potius) jambos decem in hos Tatii libros ex inedita Epigrammatum Græcorum Anthologia Salmaſius ſuæ Tatii editioni præfixit. Latine primum lucem viderunt *Annibale Crucejo* Mediolanenſi interprete Baſil. 1554. 8. apud Hervagium. Deinde Græce è codice Palatino vulgavit, Crucejiqve translationem adjunxit *Jo. Commelinus*, *Heidelbergæ* Anno 1601. 8. Emendatiorem ab eo tempore editionem debemus *Claudio Salmaſio* Lugd. Bat. 1640. 12. qvi uſus codice Thuanæo, & collatione duorum exemplarium Bibliothecæ Chriſtianiſſimi Regis, tum Codice Caſauboni qvi eſt in Bibliotheca Reg. Angliæ, atqve comparatione codicum Romani ac Florentini, tantam in illis varietatem reperit, ut non dubitet duas olim ἐκδόσεις hujus ſcripti ab ipſo Achille prodiiſſe. Idem Salmaſius Græcis à ſe recenſitis adjunxit jam dictam Cruceji (qvi male Cruccius apud Voſſium p. 315. de Hiſt. Græcis) verſionem, & in calce libri breves notas, in qvibus varias lectiones perſeqvitur & interpretem ſubinde caſtigat. *Si plus otii*, inqvit, *adfuiſſet, novam verſionem adjunxiſſem. Hoc cum non potuerim, melius judicavi relinquere integram quæ jam prodiit, quamvis infinitis locis vitioſam & à mente Græci auctoris longiſſime recedentem, quam eam interpolare. Nunquam probavi hujusmodi interpolatores alienarum curarum - - Sive bene ſive male alicui ceſſerit ſtudium auctoris alicujus Græci in latinum convertendi, cur ignorare poſteros hoc nolumus, quid quisque in eo genere recte an ſecus ediderit. Si plura bona malis in verſione erunt, ita illa cenſeo laudanda, ut de his admonere lectores rudiores putem neceſſarium, non tamen ut licentiam hanc mihi permittam qua unum opus de meo & alieno, pæne rem monſtro ſimilem componam. - - Si autem plura vituperanda laudandis interpres aliquis dederit, quid reliquum eſt niſi ut nova alia ſubrogetur in locum ejus quæ peſſima ſit, modo quis id poſſit aut velit.* Gothofredus qvoqve Jungermannus novam Tatii editionem verſionemqve molitus fuiſſe cognoſcitur ex literis Gruteri qvæ

* De hoc libro dixi lib. 3. c. 5. §. 23. Utrumqve opus anteqvam Chriſtianus fieret ab Achille ſcriptum notant viri docti, ut Ricciolus in Alamageſto.

2011 Ministerio de Cultura

qvæ leguntur inter Gudianas pag. 210. *Gallice* Anonymo (Franciſco Belleforeſto forte, vide A. Verdier Bibl. Gallicæ pag. 5. & Crucimanium p. 9.) interprete. Pariſ. 1568. 1575. 8. Deniqve *Anglice* qvoqve prodierunt Erotica Tatii Oxon. 1638. 8. Alia ſcripta deperdita hujus ſcriptoris à Svida memorantur Ἐτυμολογίαι, & ἰσοῤῥία σύμμικτα in qva mentionem fecit de viris inſignibus ac clariſſimis.

VIII. LONGUS incertæ & ipſe ætatis ſcriptor, & vix cuiqvam veterum memoratus, in Jungermanni codice vocatur Σοφιστής, & poſt Heliodorum ſcripſiſſe videtur, eumqve locis qvibusdam imitatus eſſe. Exſtant ejus *libri quatuor* Ποιμενικῶν τῶν κατὰ Δάφνιν καὶ Χλόην, *Paſtoralium de Daphnide & Chloë*, qvos Politiano pridem laudatos c. 2. Miſc. & à *Jac. Amioto*, *Gallice* verſos Pariſ. 1559. 8. primus Græce in lucem edidit ex *Aloyſii Alemanni* Bibliotheca Florentiæ apud Philippum Juntam A. 1598. 4. cum variis Lect. *Raph. Columbanius*. Opus hoc proſa amœna Græca ſcriptum, latino carmine in *expoſitis* ſuis reddidit *Laurentius Gambara* jam tum ſenex, * *ſed libere adeo, ut ſæpe vix Longum agnoſcas, adeo multa addit, demit, mutat, ut taceam quod ſæpe nec mentem Longi fuerit aſſecutus, quippe Poëta melior quàm Græcè intelligentior*, ut ait Voſſius pag. 517. de Hiſt. Græcis, & ante eum Jungermannus præf. ad Longum: *Non eo ſine Gambara ſuos expoſitos cecinit, quod voluerit interpretem Longi agere. Quin ſuo ſibi modo immutat, mutilat, confundit Longiana. Et de ipſius peritia* Ἑλληνισμῷ *ne quid odioſe protuliſſe videar, dicant tibi doctiſſimi illi quos laudis & honoris gratia nomino, Stephanus & Vulcanius.* Ex hac Gambaræ Metaphraſi factum eſt ut Mallincrotus pag. 39. paralipom. de Hiſtoricis Græcis & poſt eum Morerius in Lexico perperam tradiderint Longum carmine Heroico de amoribus Daphnidis & Chloës ſcripſiſſe, cum proſa opus ſuum Græca contexuerit. Græce & Latine cum verſione *Gothofredi Jungermanni* editus eſt Longus Hanoviæ A. 1605. 8. additis ad calcem voluminis brevibus interpretis ſed eruditis notis, in qvibus præter Florentinam edit. codices MSS. Fulvii Urſini Romæ collatos conſuluiſſe ſe teſtatur. Cum *Laurentii Gambaræ* liberiore (de qva ſupra dixi) Metaphraſi Longus etiam prodiit ex Commelini officina Heidelbergæ A. 1601. 8. Poſt Gallicam qvam memoravi Amioti translationem *Anglice* vertit *Georgius Thornley*

* Apud Voſſium pro *ante annos CLXX.* haud dubie legendum *ante annos LXXX.* Gambaræ poëmata & in his expoſiti ejus lucem viderunt Antwerpiæ A. 1569. 8. Voſſii liber excuſus eſt A. 1649.

2011 Ministerio de Cultura

Lond. 1657. 8. Jungermanni vero interpretationem ignorans *Petrus Moll* Snecanus, Professor Græcæ L. in Academia Franeqverana aliam versionem Longi latinâ adornavit, qvam cum absolvisset, demonstrata licet ipsi postea ab amico Jungermanniana editione, noluit labores suos sibi perire, sed Longum cum nova versione sua & uberiorib⁹ notis edidit Franeqveræ 1660. 4. In *Italicam* lingvam transtulerat Longum *Annibal Carus* teste Gaddio de scriptoribus non Ecclesiasticis T. 1. p. 122. sed edita non est qvod sciam illa versio. Illustris Huetius libro de fabulis Romanensibus p. 67. *Cum puer essem*, inqvit, *Longum latine interpretandum suscepi, cum nondum haberem exploratum quid in eo laudabile esset, quid vitiosum, & quantum ejus lectio pueritiæ damnosa sit, quam parum etiam ætati provectiori decora.* Qvæ porro in Longo laudentur vel etiam reprehendantur, tum apud eundem Huetium tum apud Clariss. Baylium in Lexico ubi voles videbis. A Barthio qvidem II. 8. Adversar. celebratur his verbis: *Jucunda sane commentatio Longi Sophistæ, simplicitate cum rerum natura certans, fortunæ vero ludibriis & inopinatis eventibus cum cothurno & socco quibusvis.*

IX. EUSTATHIUS, sive ut in Codicibus qvibusdam vocatur EUMATHIUS * auctor *XI. librorum* qvi exstant *de Ismeniæ & Ismenes amoribus*, sive dramatis ** prosa Græca scripti καθ' Ὑσμινίαν καὶ Ὑσμίνην, patria Macrembolites fuit sive Parembolites urbe Ægypti, ut observavit Is. Casaubonus qvem consule Epistolâ CCCCXXIII. ad Jungermannum. In codice Mediolanensi teste Vossio p. 491. de Hist. Græcis, vocatur *Eumathius Macrembolites Protonobelissimus*, ita enim legendum pro *Protonobelisarius*. In Codice Cardinalis Barberini etiam Eumathius Macrembolites dicitur, teste Holstenio annotationibus ad Ortelium p. 111. In alio codice qvem memorat Cangius in Glossario Græco, vocabulo νωβελίσιμος: Ποίημα Εὐσταθίου Πρωτονωβελισίμου καὶ μεγάλου χαρτοφύλακος τὸ καθ' Ἰσμινίαν δρᾶμα, βιβλία ωεἰ. ἔχον ιά. Vix dubitandum adeo mihi videtur, auctorem istum diversum esse ab Eustathio ArchiEpiscopo Thessalonicensi, de qvo dixi nonnihil lib. 2. c. 3. §. 9. Qvo tempore autem vixerit, adhuc requiro.

* Vide Maussacum ad Harpocration. pag. 277. Jungermannum ad Longum p. 220. 223. Allatium de ætate & interstitiis ordinum apud Græcos p. 186.

** Ismenias ipse in extremo libri XI. Κλῆσις δὲ ἔσαι τῇ βίβλῳ τὸ καθ' Ὑσμίναν δρᾶμα καὶ Ὑσμινίαν ἐμέ.

2011 Ministerio de Cultura

qviro. Primus Græce vulgavit cum eleganti versione vir doctissimus *Gilbertus Gaulminus*, Molinensis. Paris. 1617. 8. cui editioni anno proximo 1618. accessere ejusdem Gaulmini præfatio ac notæ, in qvibus pag. 21. qvatuor Codicibus MSS. usum se fuisse testatur. Regio, Maussaci, & aliis duobus qvorum unum suum subinde appellat. Latina versio sola cum Parthenii eroticis recusa est Lugd. Bat. 1618. 12. Editionem hujus Eustathii molitus etiam fuerat *Jungermannus*, † sed morte præventus est Hanoviæ A. 1610. Exstat præterea in *Italicam* translatus lingvam à *Lilio Curani* atqve ex Italico in *Gallicam* ab *Hieronymo d' Avost de Laval* Paris. 1582. teste Francisco Crucimanio Bibl. Gall. p. 168. & 238. præter versionem Gallicam *Joannis Loveau* Aurelianensis Lugd. 1559. 8. & *Germanicam*, nescio qvo interprete, Lips. 1663. 12. Laudavit etiam hunc scriptorem, anteqvam à Gaulmimino ederetur, Rigaltius ad Onosandrum &c. Salmasius præfat. ad Tatii amores: *In Germania cum essem, animus fuit in unum corpus omnium ἐρωτικῶν scripta concludere. Et habui tunc plura quæ eo tempore edita nondum erant, ut Eustathium ex codice Augustano mihi descriptum & Cyrum Prodromum ex Palatino.* Cum superioribus neutiqvam conferendum hunc Eustathium, sed admodum rudem Heliodori, Tatii, Longiqve imitatorem nec verisimilitudine fictionis nec inventionis dispositionisve elegantia lectiori se probantem notat Huetius p. 62. sq. libri de origine fabular. Romanens. Isaacus vero Casaubonus in Casaubonianis pag. 13. testatus hoc opus legisse se in Codice MS. H. Stephani (qvo etiam Palladii liber de Brachmanibus continebatur) *Est sane ejusmodi*, inqvit, *quem legisse me non pœnitet, non legisse haud magni faciam. Inventiones frigidiusculæ, narrationes fere ὁμοειδεῖς καὶ πιθανὸν οὐδὲν ἔχουσαι. Dictio negligens sæpe, interdum affectata putidiuscule. Verbis quibusdam & phrasibus ad satietatem scriptor utitur. Vix aliquot periodos reperias sine nomine ὅλῳ.*

X. THEODORUS PRODROMUS, sive ut in MStis Codicibus freqventer, Cangio teste, appellatur, PTOCHOPRODROMUS, inter Monachos *Hilarionis* cognomen adeptus, claruit circa sæculi à CHristo nato duodecimi initia Alexio & deinde Joanne * Comneno imperium tenentibus scripsitqve *de Rhodantes & Dosiclis amoribus* libros IX. versu jambico, qvos cum versione sua prosa & versibus mix-

† Vide Epistolas Gudianas p. 210.

* Vide Allatium de consensu Ecclesiæ Orientalis & Occid. p. 629. & adversus Creyghtonum p. 9.

2011 Ministerio de Cultura

mixta notisq; præclaris edidit Vir reconditæ eruditionis, à qvo Eustathium vulgatum jam dixi, *Gilbertus Gaulminus* Paris. 1625. 8. Edidit autem è Salmasiano Codice, à Peirescio etiam nactus unde lacunas ejus suppleret, qvi per Barclajum Erotica è Codice Vaticano describi curaverat, ut testatur Gassendus in vita Peirescii lib. 3. ad A. 1619.

XI. Alia Theodori hujus scripta, qvi honoris causa subinde * *Cyrus*, hoc est κυρὸς sive κύριος, *Dominus* Theodorus (ὁ φιλόσοφος κυρὸς Θεόδωρος) à Græcis dicitur, scripta non pauca exstant, qvæ breviter commemorare non fuerit à præsenti loco alienum.

2. Ἀμάραντος ἢ γέροντος ἔρωτες. *Amarantus sive senilis amor*, dialogus prosa scriptus, cum IX. amorum libris modo memoratis à Gaulmino latina versione donatus, & primum utraqve linqva editus.

3. Ἀπόδημος φιλία, *Amicitia exulans*, Dialogus versibus jambicis, cum *Conradi Gesneri* versione sæpius vulgatus ad calcem Stobæi. Tiguri 1543. 1559. &c. fol. Græce primum prodierat inter alia, de qvibus mox, Theodori poëmatia Basil. 1536. 8. Latine vertit præter Gesnerum & *Hieron. Erardum*, *Jo. Laëtius*, Paris. 1559. 4. Exstat & Gallice hoc titulo: *Amitié bannie du monde: par Cyre Theodore, Poëte Grec, & traduit en vers François par* Jean Figon *de Monteilimar en Dauphiné, à Tholose* 1558. 8.

4. Poëmatia cætera ex Sim. Grynæi codice à Jo. Hontero & Hieronymo Guntio recensita, junctimq; Græce (parum emendate) edita Basileæ 1536. apud Jo. Bebelium in 8. & cum versione latina, argumentis & notis *Hieron. Erardi*, Lipsi. 1598. 8. hæc sunt:

Τετράστιχα ἰαμβεῖα καὶ ἡρῶα εἰς τὰ κεφαλαιωδῶς ἠηθέντα ἐν τῇ γραφῇ, *Argumenta sive capita librorum sacrorum, tetrastichis jambicis eademque Heroicis scripta in Pentateuchum, Josuam, Judices, quatuor libros Regum, totidem Evangelistas & Acta Apostolorum.* Prodierunt hæc emendatiora seperatim Græce & Latine sub titulo: *Cyri Theodori Prodromi Epigrammata*

* Falluntur itaqve qvi Cyrum pro nomine proprio Theodori Prodromi habent. Vide Barthium XXIX. 19. Adversar. Gaulminum in limine notarum, Antonium Boremansium p. 8. vesperarum Gorinchemensium, & Cangium in Κῦρ. Nec minus fallitur Kœnigius, qvi Prodromum A. C. 444. floruisse scribit in Bibliotheca. Idem ait *Corycæi* in Phrygia fuisse *Episcopum*, qvo auctore vel teste antiqvo, nescio.

2011 Ministerio de Cultura

mata nunc primum latinitate donata, cura & interpretatione Gvidonis de Sovvigny, *Blæſenſis, Congregat. Oratorii Domini JESU Presbyteri.* Juliomagi 1632. 4. addita ad calcem plurium locorum caſtigatione. Non tamen primus hæc Epigrammata Sovignius transtulit, nam multis ante annis *Joannis Ribitti* verſionem Genevæ excudiſſe traditur Criſpinus, qvanqvam ipſe fateor in hanc nunqvam incidi. Tetraſticha illa cum Anonymi commentario Græco Grammatico exſtant MSS. in Bibl. Vindob. teſte Lambecio VI. pag. 32. ſeq. Epigrammata tria cum verſione & notis exhibet Gretſerus Tomi tertii de Cruce, libro qvarto.

Τετράστιχα ἰαμβεῖα καὶ ἡρῶα εἰς τὰ κεφαλαιωδῶς ῥηθέντα ἐν τῷ βίῳ Γρηγορίου Θεολόγου, καὶ μεγάλου Βασιλείου καὶ ἁγίου χρυσορρήμονος. *Argumenta ſive capita præcipua de vitis ſanctorum trium Hierarcharum, Gregorii Naz. Baſilii Magni & Jo. Chryſoſtomi, tetraſtichis jambicis & Heroicis comprehenſa.*

Προσφωνητικοὶ *elegi quibus Paulum Apoſtolum, tres jam dictos Hierarchas, nec non Gregorium Nyſſenum & S. Nicolaum alloquitur.*

Ἰάμβοι κατηφικοὶ εἰς τὴν πρόνοιαν, *Carmen jambicum querulum & expoſtulatorium de providentia, quod malis bene, bonis male ſit.* Emendavit *Euſtathius Swartius* lib. 1. Analectorum c. 11. & latinis Jambis reddidit c. 12. Lugd. Bat. 1616. 4.

Εἰς τὸν Βαρέα τὸν καταφλυαρήσαντα αὐτῷ τὸ τῆς αἱρετικῆς ὄνομα. *In Baryn* * qvi per calumniam illi qvod humanioribus litteris paullo largius ſe imbuiſſet, nomen *hæretici* impegerat, *invectiva verſibus jambicis.* Ex hac non omittendus locus, qvo de ſe & parentibus ſuis avoqve & avunculo Epiſcopo loqvitur:

Ἐγὼ, κάκιστε, δυσσεβὴς εἰς τὸν λόγον;
Ὃς πατέρων μὲν ἐξέφυν θεοφρόνων
Τὴν πίστιν ἔκ τε πραγμάτων πιστουμένων
Καὶ κλήσεων μάλιστα χρισωνυμίας

* Geſnerus *in Bareum.* Gaulminus *Baream*, ſed nomen hominis Βάρυς, ad qvod alludens Theodorus: ὄντως βαρύς σὺ, καὶ γενικὰ παιδία.
& mox ait componi ex βὰρ qvod filium denotat (non Græcis qvidem ſed Syris) & ὗς qvod ſuem,

Τὸ βὰρ γὰρ υἱός ἐστιν Ἑλλάδι φράσει
Τῷ δ' ὗς πρόδηλός ἐστιν ἡ σημασία.

2011 Ministerio de Cultura

Πάπω δ' ἀμοίρηκα Προδρομωνύμου
Καὶ θεῖον ἔσχον χεῖρα τὸν ὠνομασμένον
Γῆς Ῥωσικῆς πρέσβυν ἀβρὸν ἐν λόγοις,
Ὑφ' οἷς ἀναχθεὶς ἀσεβῶς ἀνεγράφην.

Ait vero, si ad hæretici nomen sufficiat litterarum humaniorum pleniores haustus mente imbibisse, hæreticos fore etiam Basilium, Gregorios, Chrysostomum, Maximum.

Ἆρ' αἱρετικὸν ὡς λόγοις τεθραμμένον
Καλεῖς λόγων ἄμοιρε, τοῖς ἐξωτέροις·
Ὡς συγκαλύψῃς τὴν ἑαυτῶ μωρίαν,
Κάλει τὸ λοιπὸν αἱρετικὸν, εἰ θέλεις,
Τὸν Γρήγορον νῦν, τὸν Βασιλείου χάριν,
Τὸ χρύσεον μέλισμα τ̃ Χρυσοστόμου,
Τὸ Γρηγορίου φθέγμα τ̃ Νυσσαέως,
Τὸν Μάξιμον, τὸ θαῦμα τῆς ἡσυχίας,
Οἷς εἰς τόσον μέτεσι τῶν ἔξω λόγων
Ὡς καὶ Πλάτωνας ἐκτρέπειν καὶ Σωκράτας.
Εἰ μὲν τὸ λεχθὲν αἱρετικίζειν λέγεις,
Συναιρετικίζοιμι τοῖς λελεγμένοις.

Εἰς εἰκονισμένον τῷ βίῳ, *in imaginem vitæ*, versus politici.
Ναθετικοὶ κατὰ φθονούντων, jambi *ad invidos*.
Jambi *ἀνεπίγραφοι in hortum*.

Exstant in eodem volumine adjuncta etiam aliorum auctorum qvædam carmina ac poëmatia, de qvibus alibi: *Rhetoris* nescio cujus in S. Chrysostomum, Pselli in tres Hierarchas & sanctas septem Synodos, Emanuelis *Phile* (Φιλῆ) ὅτε διὰ χρονογραφίαν μεταβληθεὶς ἀπηλάθη ὅρμον πρὸς ἀσφαλείας, Jambi ad Imp. Michaëlem Palæologum, qvibus nihil se adversus illum scripsisse testatur, & propter ea qvæ in Chronographia scripserat pulsus in exilium, veniam ac securitatem postulat. *Calliclis* jambi in sacram crucem ab Augusta porphyrogenita Anna Alexia ornatam, in CHristum in Cruce, & in S. Georgium ex saxo candido sculptum. *Nicephori* deniqve *Callisti Xanthopuli* synopsis S. Scripturæ & alia carmina de qvibus supra p. 132. seq.

5. De

2011 Ministerio de Cultura

Extra illud volumen, prodiit

5. *De ſapientia diſſertatio* ſive invectiva in illud Poetæ, ἡ πενία σοφὸν ἔλαχεν, *ſors pauperum, ſapientia*, Græce è Bibl. Regis Chriſtianiſſimi vulgata à *Federico Morello*, qvi latinam qvoqve verſionem addidit. Pariſ. 1608. 8.

Inedita Theodori Prodromi ſcripta.

6. *Lexicon*, qvod allegat Meurſius in gloſſario Græcobarbaro.

7. Ἐξήγησις ſive *expoſitio in Hymnos feſtis Dominicis* * *conſecratos à Coſma Epiſcopo Majumæ & Jo. Damaſceno.* MS. in Bibl. Vaticana, Cæſarea, Mutinenſi aliisqve. Vide Lambecium lib. V. pag. 276. 277. Montfauconi Diarium Italicum p. 32. & Labbei Bibl. nov. MSS. p. 97. Fragmenta exinde proferunt Gretſerus Tomi III. de Cruce libro IV. & Allatius de libris Eccleſiaſticis Græcorum p. 74. ſeq. Ab hoc opere Theodorus qvi illud Orphanotropho cuidam inſcripſit, ὁ τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτος σαφηνιστὴς dicitur Nicephoro Blemmidæ Orat. 1. de proceſſione Spiritus S.

8. *Epitome commentariorum Theodoriti in Pſalmos.* Labbe pag. 78. Bibl. novæ MSS.

9. De proceſſione Spiritus S. λόγος adverſus Latinos. Incipit: Φανερόν ἐστιν, ὅτι ὥσπερ ὁ υἱὸς, ὕστω καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅιεπον ἐκ Πατρὸς μόνε ἔχειν ὕπαρξιν. Allatius p. 629. ſeq. de conſenſu utriusqve Eccleſiæ.

10. *Grammatica quædam* ad calcem Demoſthenis obvia in Bibl. Vindobonenſi, ut notavit Neſſelius parte IV. p. 62. Codice philologico CV.

11. *Poëma Aſtronomicum*, verſibus Politicis ad Sebaſtocratoriſſam Irenem. Vide Lambecium VII. p. 83.

12. *Poëma in duos libros diſtinctum*, verſibus itidem politicis. Horum priore libro paupertatem ſuam deplorat ad Imp. Manuelem Comnenum, altero invehitur in Abbatem ſuum ſive ἡγούμενον. MS. in Regis Galliæ Codice 1334. & laudatur à Cangio in Græco gloſſario.

* Δεσποτικαὶ ἑορταὶ Græcis appellantur Annunciationis B. Virginis, Nativitatis CHriſti, Purificationis B. Virginis, Epiphaniæ ſive baptiſmatis CHriſti & transfigurationis, reſuſcitationis Lazari, feſtum Palmarum, Ligni ſeu Crucis, Reſurrectionis, aſcenſionis, miſſionis S. Spiritus, & aſſumtionis B. Virginis.

2011 Ministerio de Cultura

13. *De Mure*, ex codice Regio laudat idem Cangius.

14. *In posteriora Analytica Aristotelis*, & *περὶ ἰδεῶν* Romæ in Bibl. Vaticana, teste Gesnero.

15. *De pauco & multo, magno & parvo, quod non sint relativa sed contraria.* Labbe p. 115.

16. *Ad quæsita Sebastocratoriſſæ Irenes, brevis enarratio*, in Bibl. Regis Galliæ. id. p. 90.

17. *Epistola ad Gregorium* Monasterii Insulæ Oxiæ Abbatem. Incipit *ὄιμοι θεατέσιε καὶ σοφέ μοι πάτερ.* Vide Lambecium lib. V. p. 233.

18. Aliæ *Epistolæ* in Bibl. Bodlejana, inter Codices Baroccianos n. 131. teste Cayeo.

XII. BARLAAM & JOASAPHI sive JOSAPHATI *vita, historia ex interiori Æthiopia seu Indorum regione in S. urbem translata per* JOHANNEM *Monachum de contubernio S. Sabæ.* Hic est titulus libri (dramatibus eroticis utiqve, sed castis ac piis adscribendi) in codice Palatino. Vide Sylburgii Catalogum MSS. p. 115. Prodiit latine separatim Antvverpiæ in 12. & sæpius inter scripta *S. Johannis Damasceni*, è versione non Gregorii Trapezuntii ut habet titulus, sed Trapezuntio antiqviore, qva Vincentium Bellovacensem jam usum observat Allatius libro de Georgiis p. 376. Sunt qvi *Johannem Sinaitam* qvi sub Theodosio vixerit, alii *Johannem Climacum* qvi & ipse monachus Sinaita circa A. C. 564. claruit, libri Græca prosa compositi auctorem esse volunt, cui etiam tribuitur in Codicibus MSS. Bibl. Paulinæ Lipsiensis. Vide Joach. Felleri *Ἐφ μαναείτε* Catalogum p. 157. 163. Latinam versionem veterem nonnulli adscribunt *Anastasio* Bibliothecario, circa A. C. 870. celebri. Confer Casp. Barthii notas ad Hermæ pastorem p. 910. & ejusdem Adversaria p. 2951. Labbei Bibl. nov. MSS. p. 192. Ab eo tempore latine denuo transtulit *Jacobus Billius* Paris. 1577. & Gallice Paris. 1578. 8. Damasceni esse post Bellarminum non ab re pleriqve eruditi dubitarunt, ut notavit Rob. Cocus censuræ scriptor. vet. p. 428. seq. Græce è Codice Bibl. Regiæ se editurum inter dubia scripta Joh. Damasceni tomo tertio recepit, qvi jam duobus Voluminibus genuina illius monumenta præclaro studio expolivit vulgavitqve, vir doctissimus Michaël Le Qvien Monachus O. P.

NAR.

2011 Ministerio de Cultura

NARRATIO EORUM QVÆ APOLLONIO REGI CONTIGERUNT, è Græco versa ab homine Christiano, * ante mille annos, exstat Latine, è MS. Bibl. Augustanæ vulgata à Marco Velsero Augustæ Vindel. 1595. 4. atq; inter ejusdem Opera junctim curante Christophoro Arnoldo edita ibid. 1682. fol. pag. 681-704. *Casus suos*, ut in extremo narrationis illius legitur, *Apollonius ipse descripsit, duo volumina perfecit, unum in templo Ephesiorum, alterum in sua Bibliotheca collocavit.* Eandem narrationem latine, sed multis locis ab impressa discrepantem habuit MStam Theodorus Canterus, ut testatus est litteris ad Joannem Meursium. Gallice etiam prodiit Roterdami 1710. 8. hoc titulo: *Les avantures d' Apollonius le Tyr, par Mr. le Br.* Et carmine politico Græcobarbaro, Venet. 1696. 8. apud Nicolaum Glycem, διήγησις ὡραιωτάτη, Ἀπολλωνίς ϛ ἐν Τύρῳ ῥηµαάδα.

De aliis qvæ edita Græce supersunt scriptis Eroticis, alibi jam in hoc opere dicere me memini, sunt autem *Anacreontis*, *Sapphonis*, *Alcæi* aliorumqve Lyricorum poëmatia amores spirantia, de qvibus lib. II. cap. 15.

Platonis Philosophi ἐρωτικὸς, Phædrus & Epigrammata lasciva de qvibus lib. III. cap. 1.

Demosthenis tributa oratio qvæ ἐρωτικὸς inscribitur, de qva lib. II. cap. 26.

Parthenii Nicæni amatoriæ narrationes, de qvibus lib. III. cap. 27.

Plutarchi ἐρωτικὸς & amatoriæ narrationes de qvibus lib. IV. c. 11. num. 97. & 98.

Luciani Samosatensis Λούκιος, ἔρωτες ad Theomnestum, & dialogi meretricii, de qvibus lib. IV. cap. 16.

Epistolæ Eroticæ *Aristæneti*, *Alciphronis*, aliorumqve de qvibus lib. II. cap. 10.

Musæi carmen de amoribus Heronis & Leandri, de qvo lib. 1. cap. 16.

XIII. *Inéditos* hujus argumenti scriptores Græcos hosce octo observavi, qvi à viris doctis aliqvando, si tanti videbitur, in lucem protrahentur.

* *Symposio* versionem illam, incerta conjectura, tribuunt Jo. Meursius, & Casp. Barthius lib. LVIII. cap. 1. Adversariorum. Nempe in illa p. 699. & 700. ejusmodi ænigmata legi observavit, qvalia Symposii habemus, de qvibus dicere me memini in Bibliotheca Latina.

2011 Ministerio de Cultura

1. JAMBLICHI liberti Marco Antonino imperante clari *Babylonica de Sinonidis & * Rhodanis amoribus* memorata Svidæ qvi libros *XXXIX.* & Photio cod. XCIV. qvi libros XVI. numerat & argumentum eorum compendio recenſet. Meminit Jamblichi iterum inter ſcriptores eroticos Photius codice CLXVI. Svidas in *Γάρμων* & *Φάσμα* & Theodorus Priſcianus ſive Octavius Horatianus lib. 2. de re Medica c. 11. apud qvem pro *Sirii aut Amblii* legendum *Syri Jamblichi*, ut notant Reineſius p. 514 Var. lect. & Voſſius pag. 548. de Hiſt. Gr. Fragmentum qvoddam illius operis Leo Allatius cum verſione ſua edidit in Græcorum Rhetorum & Sophiſtarum excerptis Romæ A. 1641. 8. ſub falſo nomine Rhetoris *Adriani*, inter cujus declamatiunculas nihil declamationis ſimile habens qvarto loco legitur. Sed in codice Bibl. Florentinæ, unde exſcripſit Is. Voſſius, inſcribitur : Ἐκ τῶν Ἰαμβλίχου ἱστοριῶν Βαβυλωνιακῶν, περὶ Πρώδου ** Βαβυλωνίων βασιλέως, teſte Colomeſio pag. 16. Opuſc. Opus integrum fuit manu exaratum in Bibliotheca Scorialenſi, ſi Catalogo MSS. fides (non edito illi Alex. Borvoëtii ſed Martini Lafarinæ Abbatis & Philippi IV. à domeſticis ſacris & conſiliis, qvem *ἀνέκδοτον* habuit Iſaacus Voſſius.) Verum Bibliotheca illa periit incendio Anno 1671. Dicuntur Jamblichi Babylonica edere voluiſſe 1) *Aloyſius Alemannus* de qvo Joh. Wovveranus II 10. Epiſtolar. (in literis datis Florent. Cal. Sept. 1601.) *Aloyſius Alemannus is qui Longi paſtoralia vertit, *** neſcio quæ Jamblichi inedita parat.* 2) *Gothofredus Jungermannus* de qvo Scaliger in Scaligeranis ſecundis pag. 222. *Jungermann donnera amatoria de Jamblichus, qui à eſté du temps de Commodus.* Jungermannus ipſe præf. ad Longum : *ſi mihi favebis - - dabo operam ut alium mox ſcriptorum amœniſſimum hactenus ἀνέκδοτον publice habeas.* 3) *Gilbertus Gaulminus* qvi in notis ad lib. de vita & morte Moſis, illa citat p. 283. & pag. 216. *Ad Jamblichum ἐν Βαβυλωνιακοῖς plura dicemus.* Qvo tamen in loco non inte-

* Ῥοδάνης, Svidæ Ῥοδῖνος viri nomen, Σινωνὶς virginis, non contrà, ut Mauſſacus p. 156. ad Harpocrat. notatus eo nomine à Reineſio p. 363. Var. lect.

** Voſſius Pater pag 548. de Hiſt. Gr. legit *περὶ πρόοδα de progreſſu Regis Babyloniorum.* Sane apud Photium Regis nomen Γάρμος, non Πρώδης.

*** Non vertit ſed tantum edidit Longum Alemannus, itaqve recte Colomeſius in Wowerii verbis exhibet *dedit.* Addes hunc Aloyſium Alemannis qvos ſingulari libro deſcripſit vir Rev. Urbanus Gotfridus Siberus. Lipſ. 1710. 4.

2011 Ministerio de Cultura

integrum opus Jamblichi ſed tantum Epitomen ejus à Photio concinnatam promittere Gaulminus videtur Colomeſio p. 264. Galliæ Orientalis. Diverſus fuit hic Jamblichus & antiqvior Jamblicho itidem Syro, Chalcidenſi qvi ſub Conſtantino Imp. claruit, de qvo dixi ad Eunapium & ſupra lib. IV. c. 28. Confer ſcholion græcum ab Hœſchelio editum p. 937. ad Photium, è qvo diſces Jamblichum Babylonicorum ſcriptorem genere Syrum, Babylone â nutritio ſuo educatum fuiſſe captumqve inter alios, cum Trajanus Imperator Babylonios bello invaſiſſet: ex qvo Svidas forte Jamblichum iſtum ἀπὸ δέλων ſive mancipium fuiſſe ſcribit. Alioqvi Babylone ſcribam Regis geſſit hic Jamblichus, lingvæ Syriacæ & Babylonicæ peritus & poſtea Græcam etiam ita edoctus ſub Trajano (Jonſius ſub M. Antonino, Scaliger ſub Commodo vixiſſe affirmant) ut Rhetor non ineptus illa qvoqve lingva evaſerit.

2. XENOPHONTIS Epheſii *Epheſiaca* de qvibus Svidas: Ξενοφῶν Ἐφέσιος ἰσοριικὸς Ἐφεσιακά, ἔςι δὲ ἐρωτικὰ βιβλία ἴσως ἐν Ἀβρονόμῳ καὶ Ἀνθίᾳ. Hujus operis erotici libri qvinqve habentur Græcè in Monaſterio S. Virginis, Florentiæ, teſte Bernhardo de Montfauçon, diarii Italici p. 365. & ſpes eſt brevi in lucem edenda eſſe.

3. CHARITONIS Aphrodiſienſis *de Chærea & Callirrhoë amatoriarum narrationum libri VIII.* etiam hoc opus eodem in loco manu exaratum occurrere teſtatur Montfauconius. Sed & in Vaticana Bibl. exſtat teſte Huetio pag. 69. & Mallincrotio in paralipom. de Hiſt. Græcis, ex Dithmaro Mullero Tremonienſi, editore eroticorum Andreæ Capellani.

4. ANONYMI *de amoribus Callimachi & Chryſorrhoës* Verſibus politicis, laudat Meurſius in gloſſario græcobarbaro vocabulo βάνεν & alibi paſſim.

5. NICETÆ EUGENIANI Poëſis *de Charicellis & Droſillæ amoribus* ad imitationem Prodromi † Philoſophi, vide Labeum Bibl. nov. MSS. p. 220.

6. ANO-

† Theodori Prodromi, de qvo ſupra §. 11.

2011 Ministério de Cultura

6. ANONYMI *ποίημα* ſcriptum ante Annos 400. *de Amoribus Lybiſtri & Rhodamnes*, MS. in Cod. Colbertin. 4384. Allegat Meurſius gloſſario græcobarbaro in *χαϊτάνιον* & alibi. Cruſius Turco Græcia p. 489. 490. Cangius in Βιτζέα &c. Argumentum & ſpecimen ex Cruſio adſcribere placet: *Conſtat verſibus politicis: id eſt, bina dimetra jambica (quorum poſterius, catalecticum) habentibus. Ut cum Rhodamne, quæ adhuc repugnarat amanti Lybiſtro, jam benigne reſpondet, ipſe gaudet:*

Ψυχὴ γὰρ ἐρωτόπρωτος, ὅσα ψυχοπονέσῃ·
Χάνα σοῦ πόνος, ἂν γλυκὺν μάθῃ ϗ πόθος λόγον.

Anima enim amore vulnerata, qvamvis multum doluerit: perdit dolores, ubi dulce perceperit de amore reſponſum.

In talium vero dimenſione, σωαίρεσις fit:

πόσους κινδύνους ἔπαθα, καὶ ἀνάγκας ὑπεσάθλων;
Τί πράγματα ἐσυνέβησαν διεσέναν εἰς ἐμέναν;
πέτρας ἀνάχες ἔθησιν, καὶ σιδηρὶν καρδίαν·
ναμετὰ σωεπάχησες, τὰ ἐπάχησα δι ἐσέναν.

O qvot pericula adii, qvot neceſſitates ſuſtinui?
O qvæ acciderunt propter te (chara Rodamna) mihi?
Saxeum ſi habuiſſes ſenſum, & ferreum cor:
certè in his condoluiſſes, qvæ paſſus ſum propter te.

Addam ſanè totius fabulæ hujus argumentum: quantum ex mutilo, & transpoſita hinc inde folia habente, fragmento, colligere potui: ordinans hoc modo narrationis ſeriem.

Lybiſtrum, ingenio formaque præſtantem juvenem, Chriſtianum, Regem latinum, ſolum triſtiſſimè vagantem (quia magico dolo ſuam chariſſimam uxorem Rhodamnam amiſerat, eamque requirebat) invenit quidam, nomine Clitophon, & ipſe amore triſtis. Hi una amicitiam juramento ineuntes firmant. Huic Lybiſter narrat: quomodo initio amorem contemnens, poſtea occaſione venationis & ſomnii, in eum inciderit. Itaque centum Miniſtris comitatus, in regionem ethnici Regis Chryſi venerit: ac poſt multos totius biennii labores, ſpecioſiſſimam illius filiam conſilio amici; multis literis ſagitta in arcem ejus, nomine Argyrocaſtrum, conjectis, operaque Eunuchi adhibita, concilians) nomine Rhodamnam (victo Ægyptio Rege Friderico, qui rivalis ejus erat) in matrimonium duxerit: ſucceſſorque Regni, à Socero deſignatus fuerit. Deinde dolo Fride-

2011 Ministerio de Cultura

Friderici (sicut à vate ei prædictum fuerat) magia cujusdam anus, sibi sua chara Rhodamna erepta fuerit. Exiverat ergo mœstissimus, cum centum Ministris, quærens ipsam per mille pericula: Ministris in varia loca quærendi causa dimissis: qui, biennio exacto, ad eundem locum redirent. Tunc invenerat eum ille Clitophon: qui Lybistro poscenti, vicissim de sua fortuna exponit: sibi nomen Clitophontem esse: ex Regia familia Armeniæ descendisse: &, quod filiam patruì sui, nomine Myrtanam, deperisset, metu sponsi profugisse. Proficiscuntur dehinc unà per loca difficilima: somnium Lybistri de aquila & perdice, ut faustum, Clitophon exponit. Reperiunt Friderici anum, ignorantes scelus ejus: & ab ea decipiuntur. Tandem Clitophontis fideli prudentia, Rhodamna reperitur: & Lybister (quem ipsa, scelere anus necatum esse putaverat) ad eam cum summo gaudio reducitur. Redeunt ad locum, ubi initio Lybister à Clitophonte inventus fuerat. Reperiunt & in loco constituto centum illos Ministros.

Summa cum lætitia ad Argyrocastrum redeunt: ubi Clitophonti, gratitudinis ergò, Lybister sororem Rhodamnæ, nomine Melanthiam, uxorem dedit.

*Ita biennium Lybister consumpsit in concilianda sibi & ducenda, Rhodamna: biennium in eadem reperienda consumpsit, & domum reducenda. Πολὺ, τὸ ἐλέυς πάθος, ubique: & alicubi, τὸ τῆς ἡδονῆς. Loci communes præcipui: 1. De vi amoris. 2. de bono veræ amicitiæ. 3. quod industria & constantia omnia vincat. Omnia, castissima & honestissima. Vetustum autem esse eum libellum (cui non pauca initio, medio & fine, deerant) colligo non modo ex chartarum carie & attritu: sed etiam ex iconibus, ubi nulli sclopi apparent: sed arcus & sagittæ, & musicæ testudines. Fortasse illo tempore extitit, quo Germani, Galli, & Veneti, Constantinopolin (ante 370. * annos) per Flandrenses comites rexerunt. Nomen enim Frederichi, Germanicum est. Item σκέλπε, schelm. In concursu equestri, Lybister ad Fridericum: κἀγὼ σὲ ἀπεκείθηνα: πέρα ἀποθήσκεις σκέλπε. Ego ei respondi: nunc moreris, sceleste.* Hæc Crusius.

7. ANONYMI *διήγησις ἐξαίρετος ἐρωτικὴ καὶ ξένη τοῦ Ἡμπερίου θαυμαστοῦ, Narratio amatoria de quodam Hemperio*, versibus politicis græcobarbaris, MS. in Bibl. Cæsarea. Incipit: *Καὶ πῶς νὰ γράψω τὴν ἀρχήν* &c. *Ἀρχὴ τῆς διηγήσεως τῆς χώρας τῆς Πρεβέντζας. Ἄνθρωπος μέγας θαυμαστὸς αὐθέντης τῆς Πρεβέντζας.* Vide Nesselium I. p. 342. Lambecium V. p. 262.

8. Anonymi *διήγησις ἐξαίρετος ἐρωτικὴ καὶ ξένη Φλωρίου τοῦ παιευτυχοῦς καὶ κόρης Πλατζαφλώρης. Narratio versibus politicis græcobarbaris*

* Crusii liber prodiit A. C. 1584.

2011 Ministerio de Cultura

ris de amoribus Florii & Platzafloræ. Incipit: Εἰς Καβελάρης ἀγενὴς ὁρμώμενος ἐκ Ῥώμης. Exstat MS. in eadem Bibl. Cæsarea. Vide Nesselium I. p. 343. & Lambecium V. p. 264.

XIV. Restant Scriptores erotici deperditi, qvos literarum ordine strictim recensere juvat:

Agathiæ Δαφνιακά de qvibus dixi supra in Agathia lib. V. c. 5. p. 263.

Ammonius, *Antiphanes*, * *Apollodorus*, *Aristophanes* Byz. *Gorgias* & *Lynceus* Samius scripserant de meretriculis Athenien sibus teste Athenæo, qvi & ipse de illis non pauca narrat libro XIII. Ex qvo multa qvæ de scortis famosioribus collegit Jo. Textor in officina sua, non longe ab extremo libri. Dixere olim in laudem Naidis meretricis *Alcidamas*, pro Phryne *Hyperides*.

Antonius Diogenes de Diniæ ac Dercyllidis amoribus & qvæ ipsis in ultimam usqve Thulen & ulterius oberrantibus & jactatis acciderunt, admirandarum atqve incredibilium narrationum libri XXIV. Isidoræ sorori inscripti, qvorum argumentum recenset Photius Cod. CLXVI. suspicans auctorem non diu post Alexandri M. ** tempora vixisse, Lucianoq; & Lucio atq; aliis qvi dramata ejusmodi & commenta erotica scripserunt, occasionem & materiam præbuisse. *Antiphanes*, cujus ibidem meminit, fuit Antiphanes Bergæus, de qvo Scymni Chii locum attuli lib. 1. c. 22. §. 4. cui adde Strabonem lib. 2. p. 102. ubi Pytheæ, Evemeri & Antiphanis ψευσμάτων mentionem facit.

Aristides Μιλησιακῶν impudicorum libellorum scriptor, qvos latine verterat *Sisenna* teste Ovidio 2. Trist. V. 443. Mentio illius operis apud eundem v. 413. Plutarchum in Crasso, Appianum Parthicis, Lucianum amoribus aliosqve. Vide Politianum c. 16. Misc. & Vossium de Hist. Gr.

Aristo

* Forte apud Athenæum XIII. p. 586. pro Ἀντιφάνης legendum Ἀριστοφάνης.

** Longe junior videtur Francisco Vavassori lib. de ludicra dictione p. 148. *nam & duplex nomen*, inqvit, *inusitata res veteri Græcia, & nomen Romanum in Græcum hominem nisi forte libertum minus cadit, neque quod gravissimum est ita nata gens Antonia aut facta vox aut audita temporibus illis. Suspicio quoque est nondum cognitam Thulen insulam de qua isti ferebantur inscripti libri.* Confer tamen, si placet qvæ contra Vavassorem disputat Bælius in Lexico T. 1. p. 163.

2011 Ministerio de Cultura

Ariſto Julietes è Julide Cei inſulæ opido Peripateticus, circa Olymp. CXL. clarus ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν ὁμοίων laudatur ab Athenæo IV. 15. XV. p. 674. Sed & Ariſtoni Chio Stoico ἐρωτικὰς διατριβὰς tribuit Laërtius VII. 163.

Ariſtotelis ἐρωτικῶν libri. Vide qvæ ſupra III. 6. in ſcriptis hujus Philoſophi deperditis.

Aſtyanaſſa περὶ χημάτων σωματικῶν. Svid.

Botrys Siculus laſcivus & obſcœnus ſcriptor, cujus meminit Timæus apud Polybium in excerptis Peireſc. p. 52. qvem locum deſcribit Svidas in Δημοχάρης. Adde eundem Svidam in Βοτρυσαγῆ ἔρνη & Athenæum VII. pag. 322. ubi Botrys παιγνίων qvorundam apud Meſſanenſes repertor memoratur. Fuit & Botrys Medicus Athenienſis Plinio laudatus & Galeno qvi ejus compoſitiones Medicas memorat III. 1. de medicam. κατὰ τόπους.

Cadmus Archelai F. Mileſius, qvem juniorem Svidas vocat, ſcripſit eodem teſte λύσιν ἐρωτικῶν παθῶν libris XIV.

Capito Alexandrinus ἐποποιὸς ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν. Athen. X. p. 425.

Cleanthis Stoici περὶ ἔρωτος & ἐρωτικὴ τέχνη. Laërt. VII. 175.

Clearchi ἐρωτικά laudat Athenæus XIII. p. 573. πρῶτον ἐρωτικῶν id. XV. p. 669. & aliis in locis.

Cleomachus pugil, mollium & cinædicorum ſcriptorum auctor, ut colligas è Strabone XIV. p. 648.

Cleomenis Laminthii & Sapphonis ἐρωτικὰ μέλη memorat Athenæus XIII. p. 605.

Damaſcium cum Achille Tatio, Heliodoro aliisqve hujus commatis ſcriptoribus conjungit Photius cod. CLXVI. propter libros qvatuor παιδικῶν διηγημάτων de qvibus cod. CXXX. Incertum an idem hic ſit Damaſcius Damaſcenus de qvo infra inter Philoſophos.

Diogenes Cynicus ἐρωτικὸν ſcripſit teſte Laërtio VI. 80. & inter laſcivorum auctores ſcriptorum refertur ab Apulejo in Apologia.

Elephantis (ſive ut Svidæ in Ἀφυάναασα dicitur Ἐλεφαντίνη) fœmina laſcivorum poëtria carminum, de qvibus vide qvæ viri docti ad Priapeia, Martialem XII. 43. & Svetonium Tiberio c. 43. Ez. Spanhemius diſſ. IX. de uſu numiſmatum p. 771. ſeq. Ejus περὶ κοσμητικῶν memorat Galenus libro & capite 1. de medicamentis

2011 Ministerio de Cultura

χ τόπος. Male *Cleophantis* in qvibusdam Plinii editt. ut notatum Tiraqvello. Emplaſtrum Elephantinum, incertum an ab hac Elephantide, laudat Celſus.

Epicurus inter alia περὶ ἔρωτος ſcripſiſſe traditur à Laërtio X. 27.

Eubius. Ovid. 2. Triſt. verſu 416. *Eubius impuræ conditor Hiſtoriæ.*

Evenus ἐν τοῖς εἰς Εὔηνον ἐρωτικοῖς allegatur ab Artemidoro lib. 1. c. 5. ubi ex eo profert notationem nominis cameli qvod dicatur qvaſi κάμπης, *curvans femora*, ut legas etiam in Etymologico Magno. Perſtringit idem opus Arrianus IV. 9. Epictearum: ἀντὶ χρυσίππου καὶ Ζήνωνος Ἀριστείδην ἀναγινώσκεις καὶ Εὔηνον, εἶτ' ἀπώλεκας; *In locum Philoſophicorum ſcriptorum Chryſippi ac Zenonis jam lectitas impudicas fabulas Mileſias Ariſtidis, & Eveni amatoria: nonne plurimum inde perdidiſti?* Confer qvæ de Eveno utroqve ſupra lib II. c. XI. §. 7.

Hemitheon de cujus Sybaritide ſive Sybariticis libellis Politianus c. 15. Miſc. & Nic. Heinſius ad Ovidii 2. Triſt. 417.

Heraclidis Pontici ἀκόσμου ἐρωτικὸς ἢ Κλεινίας. Laërt. V. 87.

Herodianus. Theodorus Priſcianus ſive Octavianus Horatianus lib. 2. Logico cap. 11. p. 85. *Utendum ſane lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, ut ſunt Amphipolitæ Philippi, aut Herodiani, aut certe Syri Jamblichi, vel cæteris ſuaviter amatorias fabulas deſcribentibus.*

Lucius Patrenſis (ex Patris Achajæ urbe) in *libris Metamorphoſeon* è qvibus Lucianus Aſinum ſuum expreſſiſſe videtur Photio cod. CXXIX. qvanqvam prius ſubdubitanti utrum Luciani διήγησιν amplificaverit potius Lucius. Lucium hunc Patrenſem græcum ſcriptorem cum Apulejo Madaurenſi (cui Lucii prænomen ex ejusdem Lucii imitatione vulgo perperam tribuitur) latino fabularum Mileſiarum ſcriptore perperam confundit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis T. 1. p. 234. Ab hoc Lucio Tertullianus c. 3. Apologetici Lucium dixit pro homine amoribus perdito: *Qui juvenis quam Lucius, quam amaſius.*

Lyſiæ Rhetoris Epiſtolæ ἐρωτικαί. Svid.

Meleſermi Athenienſis Sophiſtæ Epiſtolarum amatoriarum libri XIV. Svid.

De Menandri Ἀφροδισίοις dixi lib. II. c. 22.

Miſthonis Sybaritæ, hominis impuri meminit Lucianus in Pſeudologiſta T. 2. p. 434. ſed ſcriptorem fuiſſe non innuit, non magis qvam

2011 Ministerio de Cultura

qvam Ariphradem & Baſtam Chium. Unde notandus Nic. Heinſius ad Ovidii 2. Triſt. 417.

Mnaſeæ ἐρωτικά Ælian. XVII. 46. hiſt. animal. ſed legendum *Ἐυρωπιακά* cum Reineſio p. 71. Epiſt. ad Daumium, ubi promittit eroticos ſe ſcriptores vir doctus recenſiturum in ſexto Variarum libro, ſed qvi lucem non vidit. Apud Plutarchum in libro qvod non liceat ſvaviter vivere ſecundum Epicurum p. 1101. Xylandri verſio exhibet: *Scripſit in Amatoriis poëta.* Sed in Græco aliter eſt, & conjungenda ſunt verba *ἀφίησιν ἑαυτὴν ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς*, tum ſeqvitur: *ὡς ὁ ποιητὴς εἴρηκε.*

Pamphila Epidauria ſcripſerat inter alia qvæ memorat Svidas, etiam *περὶ Ἀφροδισίων.*

Paxamus δωδεκάτεχνον compoſuerat teſte eodem Svida, *ἔστι δὲ περὶ κυβερῶν χημάτων.* Ita leg. pro *ἔτι δὲ.* Confer eundem Svidam in *δωδεκαμήχανον* & Schol. Comici ad ranas.

Perſei Stoici *περὶ ἐρώτων.* Laërt. VII. 36.

Phanoclis Poëtæ Elegiaci *ἔρωτες* ſive *καλοί* allegantur à Clemente Alex. protreptico p. 24. & lib. 6. Strom. p. 627. ubi Demoſthene juniorem docet. Vide & Stobæum Grotii p. 262. & Scaligerum ad Euſeb. p. 41 ſeq.

Philænis. Vide infra in Polycrate, & Adr. Junium adagio *Philænidis commentarii.* Svid. in *Ἀσυάναστα.*

Philippus Amphipolita Rhodiacorum libros valde obſcœnos teſte Svida ſcripſit. Hunc ipſum allegat in *Ἀποσιμώσαι.* Adde & Theodori Priſciani locum ſupra in Herodiano.

Polycharmi Naucratitæ librum *περὶ Ἀφροδίτης de Venere Dea* allegat Athenæus XV. p. 675.

Polycrates Athenienſis Sophiſta turpiſſimum opus *περὶ χημάτων Ἀφροδισίων* (conſimili ſcelere qvo parentum noſtrorum memoria nebulo qvidam impudentiſſimum librum edidit ſub nomine Aloyſiæ * Sigææ) vulgaverat ſub nomine *Philænidis*, Leucadiæ Matronæ honeſtiſſimæ, ut teſtatur Æſchrion apud Athenæum VIII. p. 335. Confer Epitaphium Philænidis Samiæ auctore Dioſcoride qvod ex Anthologia inedita primus vulgavit illuſtris Ez. Spanhemius p. 764. diſſ. 9. de uſu numiſmatum, & emenda-

* Vide V. C. Joh. Molleri Homonymoſcopiam p. 35. Tentzelii Monatliche Unterredungen A. 1693. p. 166. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

tius Gvil. Fleetvvood p. 338. Vet. Inſcription. Memorat ὑπομνήματα Φιλαίνιδος. Timæus apud Polybium p. 53. excerpt. Peireſc. & Svidam in Δημοχάρης. Adde Clementem Alex. pag. 40. protreptici, Athenæum X. p. 457. Svidam in ἀσυάναστα, Lucianum amoribus T. 1. p. 894. Meminit Philænidis inter meretrices etiam Cleomedes lib. 2. p. 477. Athenæus V. p. 220.

Protagoridæ Cyziceni ἀκροάσεις ἐρωτικὰς allegat Athenæus IV. p. 162.

Pythonicus Athenienſis. Vide Athenæum V. p. 220.

De *Sophoclis* ἐρασταῖς dixi lib. II. c. 17.

Sotades mollium & laſcivorum auctor carminum de qvo dixi lib. II. c. 22. ut & de aliis cinædologis.

Sphærus Stoicus ſcripſerat Διαλόγους ἐρωτικούς. Laërt. VII. 178.

Sphodrias Cynicus in τέχνῃ ἐρωτικῇ allegatur ab Athenæo IV. p. 162.

Θεοδωρὶς, εἰς ἔρωτα μέλος. Athen. XIV. p. 475. num Anacreontis?

Theophraſti ἐρωτικος ſive περὶ ἔρωτος liber. Vide ſupra III. 9. in ſcriptis hujus Philoſophi deperditis.

Xenophon Babylonius, Βαβυλωνιακά, ἔστι δὲ ἐρωτικά. Svid.

Xenophon Cyprius, Κυπριακά. Ἔστι δὲ αὐτὰ ἐρωτικῶν ὑποθέσεων ἱστορία, περὶ τε Κινύρου καὶ Μύρρας καὶ Ἀδωνιν, Svid.

Zeno Stoicus inter laſcivorum ſcriptorum auctores refertur ab Apulejo in Apologia, Ejus ἐρωτικὴ τέχνη. Laërt. VII, 34.

Zonæi Epiſtolæ ἐρωτικαί. Svid.

INDEX HOMONYMORUM
in ſex Voluminibus hujus Bibliothecæ diſtinctorum.

ABercii V. 1, 24. p. 188.
Abydeni I. 22, 5.
Achæi II. 19.
Achilles IV. 5, 23.
Acominati V. 5. p. 402.
Acropolitæ V. 5. p. 449.
Adamantii III. 6, 38. V. 1. p. 213. (223.
Addæi III. 28, 7.
Adraſti III. 11.
Æliani IV. 21, 1.
Æneæ III. 30, 9.
Æſchines II. 23, 31. & 26, 9.
Æſchriones III. 5, 19.
Æſculapii I. 8, 5.
Æſchyli II. 16, 2.
Æſopi II. 9, 3.
Agapeti V. 5. p. 570.
Agatharchides III. 8.

Aga-

2011 Ministerio de Cultura

Agathemeres IV. 2, 10.
Agathocles III. 11.
Agathones II. 19.
Albini III. 2.
Alcæi II. 15, 9. II. 19.
Alcibiadæ II. 26, 1.
Alcinoi III. 23, 13.
Alciphrones II. 10, 25.
Alcmanes II. 15, 10.
Alexandri III. 8. & 11. & IV. 25. n. 11 & IV. 30. in Ariſtidæ ſcriptis n. 12.
Alexines II. 22.
Alypii III. 10, 6.
Ammonii III. 11. IV. 26, 15.
Amunes, Amones I. 2, 2.
Anatolii III. 11. IV. 29.
Anaxagoræ II. 23, 7.
Anaximandri II. 23, 8.
Anaximenes II 23, 9.
Andromachi III. 26, 8.
Andronici III. 6, 29.
Antigoni III. 27, 8.
Antiochi III. 15.
Antipatri III. 11. & 15.
Antiphanes II. 22.
Antiphontes II. 26, 1.
Antiſthenes II. 23. §. 32.
Antiſtii III. 28, 7.
Apollodori II. 19. III. 15. & 27, §. 7.
Apollonii III. 15. & 21, §. 7. & IV. 24, 15. V. 1, 24. p. 191.
Apollophanes II. 22. III 15.
Apſines IV. 31. §. 16. n. 12.
Arati III. 18, 10.
Archelai II. 23, 10.
Archidemi III. 15.
Archilochi II. 15, 16.
Archytæ II. 13.
Arctini I. 2, 4.
Ariſtæneti II. 10, 40.
Ariſtarchi III. 5, 14.
Ariſtidæ IV. 30, 4. & 8. V. 1, 24. p. 187.
Ariſtippi II. 23, 33. III. 33, 4.
Ariſtobuli III. 8. & 11.
Ariſtocles III. 11.
Ariſtones III. 11. & 15. V. 1, 24. p. 187.
Ariſtophanes II. 21.
Ariſtoteles III. 6, 1.
Ariſtoxeni III 10, 2.
Arriani IV. 8. 1.
Arſenii V. 5. p. 771.
Artemidori IV. 3, 9.
Artemones II. 15, 19.
Aſclepiadæ II. 15, 20. III. 13.
Aſclepiodoti III. 3.
Aſpaſiæ II. 23, 31.
Aſtydamantes II. 19.
Athanaſii V. 2. p. 298. V. 5. p. 771.
Athenæi III. 24, 1. IV. 20.
Athenagoræ V. 1, 19. p. 91.
Athenodori III. 15.
Attali III. 15.
Avtocrates II. 19.
Avtolyci III. 5, 13.
Bacchii III. 10, 5.
Bardeſanes III. 24, 9.
Baſilii V. 5. p. 771.
Batones II. 22.
Bianores III. 28. 7.
Biones II. 19. III. 17, 11.

Boē-

2011 Ministerio de Cultura

Boëthi III. 11.
Botryes V. 6. p. 827.
Bryennii V. 5. p. 771.
Calecæ. ibid.
Calliæ II. 19. & 22.
Callimachi III. 19, 6.
Callippi III. 5, 10. & III. 11.
Callisti V. 5. p. 771.
Callisthenes III. 11.
Callistrati III. 24, 14.
Cantacuzeni V. 5. p. 772.
Carcini II. 19.
Carneadæ III. 3.
Cassii III. 6, 38.
Castores V. 1, 24. p. 187.
Celsi III. 33, 3.
Cephisodori II. 22.
Cercopes I. 19, 2. II. 8, 4.
Chæremones III. 15.
Chalcondylæ V. 5. p. 476.
Chilones II. 23, 14.
Chrysippi III. 15.
Chrysoloræ V. 5. p. 772.
Cinesiæ II. 15, 23.
Cinnami. V. 5. p. 396. seq.
Cleanthes III. 15.
Clearchi III. 11.
Cleobuli II. 23, 15.
Cleomedes III. 5, 22.
Comneni V. 5. p. 392. seq.
Conones III. 5, 18.
Constantini V. 5. p. 722.
Coraces IV. 32.
Corinnæ II. 15, 24.
Corinni I. 4, 1.
Cornuti III. 15.
Cosmæ III. 25, 3. & 28, 7.
Crantores III. 6.
Cratini II. 22.
Critolai III. 11.
Critones II. 23. 35.
Ctesiæ II. 25, ult.
Ctesibii III. 24, 7.
Ctesiphontes II. 15, 26.
Cyri III. 28, 7. IV. 31, 16. V. 6. p. 816.
Cyrilli V. 5. p. 772.
Damasceni id. p. 772. seq.
Daphnæ I. 4, 6.
Dardani I. 4, 10.
Demadæ & Demeæ IV. 30, 13.
Demetrii III. 3. & 11. & 14. & 26, 2. IV. 31. 1. V. 5. p. 773.
Democrates II. 13.
Democriti II. 23, 5.
Demodoci I. 5, 7. III. 28, 7.
Demophili II. 13.
Demosthenes II. 26. 8. p. 928.
Dexippi III. 11. IV. 26. 7. V. 5. p. 232.
Diagoræ II 23. 16.
Dicæarchi III. 11.
Didymi II. 3. 1. & II. 13.
Dinarchi II. 26. 11.
Diodori II. 19. III. 31, 7.
Diogenes II. 19. & 23, 18. III. 13. & 15. & 33, 3.
Diogeniani IV. 9, 4.
Diones IV. 10.
Dionysii III. 32, ult. & III. 3. & 15. & IV. 31, 9. V. 1, 6, & 24. p. 191.
Dionysiadæ II. 19.
Diophanti IV. 22, 12.

Dio-

2011 Ministerio de Cultura

Dioſcoridæ IV. 3, 2.
Diotimi III. 15.
Diphili II. 22.
Domnini V. 4. p. 136.
Dorothei V. 4. p. 145.
Doſiadæ III. 17, 17.
Doſithei III. 5, 11.
Empedocles II. 19.
Epaphroditi IV. 7, 1.
Ephræmi V. 2. p. 335.
Epigenes III. 5, 8.
Epimenidæ II. 13.
Evagrii V. 4. p. 127. ſeq.
Euclidæ II. 23, 36. III. 14, & III. 33. 6.
Eudemi III. 6, 31. & III. 11.
Eudociæ II. 7, 4. V. 5. p. 588.
Eudoxi III. 5, 9.
Eunapii V. 5. p. 233.
Euphrones II. 22.
Euripidæ II. 18, 1.
Euſebii V. 4. p. 105. ſq. V. 5. p. 774.
Euſtathii V. 6. 9.
Euſtratii III. 6, 29.
Gaudentii III. 10, 7.
Gemini III. 5, 20.
Glauci III. 28, 7.
Glaucones II. 23, 37.
Gorgiæ II. 26, 5. p. 810. & IV. 32.
Hannones I. 6, 9.
Harpocrationes IV. 36, 13.
Hegeſippi V. 1, 24. p. 189.
Heliodori V. 6. 1.
Heracliti I. 1, 3. I. 22, 2. II. 22. II. 23, 4. V. 1, 24. p. 198.
Hercules I. 6, 15.
Hermæ V. 1, 10. p. 30.
Hermetes I 7, 2.
Hermiæ V. 1, 19. p. 97.
Hermogenes IV. 31, 7.
Herodoti II. 20, 10. II. 1, 2.
Herones III. 24, 7.
Heſiodi II. 8, 1.
Heſychii V. 5, p. 234. ſq. IV. 35, 3.
Hierocles II. 12, 6. V. 5. p. 776.
Himerii III. 30, 12.
Hipparchi III. 5, 19.
Hippiæ II. 23, 19.
Hippocrates II. 24, 1. & 6.
Hippolyti V. 1. p. 211.
Hipponactæ II. 15, 32.
Hippones II. 23, 20.
Homeri II. 7, 11.
Horapollines I. 13, 3. & 8.
Hori I. 13, 2. & 8.
Jamblichi IV. 28, 2. & ult.
Ignatii V. 1, 13. p. 45.
Jones II. 19.
Joſephi IV. 6, 17.
Iſæi II. 26, 6.
Iſocrates II. 19. II. 26, 5.
Juſtini V. 1, 15. p. 52.
Laërtii IV. 19, 1.
Lampes III. 28, 7. in Baſſus.
Lampri II. 15.
Leonidæ III. 15.
Leontii III. 18, 4.
Lesbonactes IV. 30, ult.
Liberales III. 27, ult.
Lini I. 14, 6.
Locmanni II. 9, 14.
Longini IV. 31, 10.

2011 Ministerio de Cultura

Luciani *IV.* 16, 4.
Lucilii *III.* 28, 7.
Lycones *III.* 11.
Lycophrones *III.* 16, 7.
Lycurgi *II.* 26, 7.
Lysimachi *II.* 15.
Magnes *II.* 25. *V.* 1. p. 276.
Mariani *III.* 28, 7.
Maximi *IV.* 23, 8.
Melampodes *I.* 15, 2. & 4.
Melanippidæ *II.* 15.
Melanthii *II.* 19.
Melissi *II.* 23, 22.
Melitones V. 1, 24. p. 185.
Menandri *II.* 23, 37. *III.* 13.
Menedemi *II.* 23, 37. *III.* 13.
Menelai *III.* 5, 17.
Menippi *II.* 22. *III.* 13.
Methodii *V.* 1. p. 259.
Metii *III.* 28, 7.
Metrodori *III.* 28, 7. *III.* 33, 3.
Midæ *I.* 34, 4.
Milones *II.* 13.
Miltiades V. 1, 24 p. 193.
Mnesithei *II.* 22.
Modesti V. 1, 24 p. 192.
Mœrides *IV.* 34, 5.
Moschi *III.* 17, 13.
Musæi *I.* 16, 5.
Musonii *III.* 13. & 15.
Myiæ *II.* 15.
Myrones *II.* 15.
Neocles *III.* 33, 1. & 3.
Nepotes *V.* 1. p. 273.
Nicandri *III.* 26, 8.
Nicanores *III.* 8.
Nicarchi *III.* 28, 7.
Nicephori *V.* 4. p. 299. 344.
Niciæ *III.* 17, 2. & 22.
Nicolai *IV.* 32.
Nicomachi *IV.* 22, 2. *II.* 19.
Nili, ad Allatii diatribam de Nilis.
Numenii *III.* 3.
Oenomai *III.* 13. *III.* 28, 7.
Olympi *I.* 17, 3. *V.* 5. p. 622. 811.
Olympiodori *III.* 11.
Opheliones *II.* 22.
Oppiani *IV.* 20, 1.
Origenes *IV.* 26. ad vitam Plotini c. 3. & *V.* 1. p. 213.
Orthagoræ *III.* 8.
Palæphati *I.* 21, 4. & 22, 4.
Palamedæ *I.* 23, 5.
Panætii *III.* 15.
Papæ *V.* 1, 15. p. 59.
Papiæ *V.* 1, 24. p. 186.
Parmenidæ *II.* 23, 3.
Parmeniones *III.* 28, 7.
Parthenii *III.* 27, 9.
Pastores *V.* 1, 11. p. 31.
Pausaniæ *IV.* 15, 1.
Periandri *II.* 23, 25.
Phædri *III.* 1, 12.
Phaniæ *III.* 11.
Pherecydæ *II.* 23, 26.
Philemones *II.* 22.
Philippi *II.* 22.
Philisci *II.* 19.
Philistiones *II.* 22.
Philocles *II.* 19. & 22.
Philodemi *III.* 33, 3.
Philones *IV.* 4. *III.* 24, 4. & 29, 3. & 33. 6.
Philonidæ *II.* 22.

Philo-

2011 Ministério de Cultura

Philoſtrati *IV.* 24, 13.
Philoxeni *II.* 19.
Phlegontes *IV.* 13, 1.
Phrynichi *II.* 19. & 22.
Pindari *II.* 15, 1.
Pittaci *II.* 23, 26.
Platones *III.* 1, 1. *II.* 19. & 22.
Plutarchi *IV.* 11, 7. (30, 2.
Polemones *III.* 3, 6. *III.* 6, 38. *IV.*
Polluces *IV.* 33, 3.
Polyæni *IV.* 15, 6.
Polybii *III.* 30, 9.
Polycleti *III.* 8.
Polyidæ *II.* 19.
Polyzeli *II.* 22.
Porphyrii *IV.* 27, 1.
Poſidippi *II.* 22.
Poſidonii *III.* 15.
Potamones *IV.* 26. ad vitam Plotini c. 9.
Praxiphanes *III.* 11.
Procli *III.* 15.
Procopii *V.* 5.
Prodici *II* 23, 41.
Protagoræ *II.* 23, 28.
Pſelli, ad Allatii diatribam de Pſellis.
Ptolemæi *IV.* 14, 1. *III.* 11. *IV.* 33, 5.
Pythagoræ *II.* 12, 3. *II.* 13.
Qvadrati *V.* 1. 24. p. 186.
Junii Ruſtici duo *III.* 18.
Salluſtii *III.* 13.
Sapphones *II.* 15.
Scævolæ *III.* 15.
cylaces *IV.* 2, 6.
Serapiones *II.* 22. *V.* 1, 24. p. 193.
Severi *III.* 3. *IV.* 30, 10.
Sexti *II.* 13. *III.* 15. *IV.* 18. 1.
Sibyllæ *I.* 29, 6.
Simmiæ & Simones *II.* 23, 42. *III.* 17, 14. & Allatius de Simeonibus.
Simonidæ *II.* 15.
Sirachi *III.* 29.
Siſyphi *I.* 34, 2.
Socrates *II.* 23, 30.
Sopatri *II.* 10, 12. *II.* 22.
Sophili & Sophocles *II.* 17, 1.
Soſigenes *III.* 5, 21.
Sotadæ *II.* 22.
Sotiones *III.* 15.
Spinthari *II.* 19.
Strabones *IV.* 1, 7.
Tatiani *V.* 1, 19. p. 84.
Teleſtæ *II.* 15.
Thaletes *I.* 35, 3.
Thamyres *I.* 35, 6.
Theanones *II.* 13.
Themiſtocles *III.* 15.
Theocriti *III.* 17, 4.
Theodectes *III.* 11.
Theodori *III.* 18, 4.
Theodoti *V.* 1, 21. p. 107.
Theognides *II.* 11. 1. *II.* 19.
Theones *IV.* 31, 14. *III.* 5, 21. *III.* 15.
Theophili *V.* 1, 19. p. 94.
Theophraſti *III.* 9. ult.
Theſpides *II.* 16, 1.
Thucydides *II.* 25, 9.
Tiberii *IV.* 31, 18.
Timocles *II.* 22. *III.* 15.
Timones *III.* 33, 5.

2011 Ministerio de Cultura

Timothei *II.* 19.
Tzetzæ *III.* 16, 3.
Vettii Valentes *III.* 20, 9.
Xanthi *II.* 15.
Xenocles *II.* 19.
Xenocrates *III.* 3.
Xenones *II.* 22.
Xenophanes *II.* 23, 2.
Xenophontes *III.* 4, 1.
Zenæ *V.* 1, 15. p. 58.
Zenobii *IV.* 9, 3.
Zenodoti *II.* 2, 16. *III.* 28, 7.
Zenones *II.* 23, 29. *III.* 15. *III.* 33, 3. *IV.* 32.
Zoili *II.* 7, 10.
Zoroastræ *I.* 36, 1.

EMENDANDA ET ADDENDA QVÆDAM.

Pag. 3. *v.* 8. *post verba,* prodiit hoc rescriptum etiam separatim Paris. 1598. *adde :* apud Federicum Morellum, cum latina versione è Baronii Annalibus ad A. C. 319. n. 8. seq. licet versionis auctor non sit Baronius, ut scribit Morellus, sed Petrus Morinus, teste ipso Baronio.

Pag. 8. *v.* 8. *à fine, lege* Manilius, IV. 547. *pro* Mamilius.

10. v. 17. Constantius Chlorus *pro* Constantinus.

13. *post verba :* ut ait Joh. Damascenus in Synodica ad Theophilum p. 112. *adde :* Nullum ejusmodi numum reperiri notat Clariss. Bandurius in Imperio Orientali p. 796. qvi p. 633. è vetusto Codice Nazianzeni exhibet descriptam ære iconem Constantini M. Maxentium ad pontem Milvium, vincentis, appicto Crucis signo illiqve inscriptis verbis ἐν τούτῳ νίκα.

Pag. 20. *post verba :* sole in occasum vergente, *adde :* περὶ δειλινὸν, in Originibus CPol. Combefisii p. 26.

P. 25. *à fine, post verba,* & hanc plurimi homines conspexerunt, *adde :* Nicephorus Gregoras in extremo libri VIII. ἐφάνη δὲ μετὰ βραχὺ καὶ ἕτερον ἐν οὐρανῷ σημεῖον. Περὶ γὰρ σαθερὰν μεσημβρίαν τὸ ἡλίου τυγχάνοντος, ἐφάνη περὶ τὰ ἑσπέρια μέρη τοῦ οὐρανοῦ νέφος εἰς τύπον σαυροῦ, πολὺν ἐπέχοντος τόπον τοῦ οὐρανίου σώματος, ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος ὥσπερ συγκεκραμένον χρώματος.

Pag. 30. *v. ult. in notis post verba,* uterqve à fratre, *adde:* In jure Græco Romano p. 295. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ab interprete male redditur : *Eusebius Pamphilides.*

Pag. 35. *v. ult, in notis post verba :* Cornelius Tollius, *adde :* Bochelli observationes MSS Chronicas ad Eusebium laudat Berneggerus ad Justini lib. XVIII. cap. 6.

Pag. 36. *adverba :* Anonymi Ἐπιτομὴ χρόνων *addendas asterisçus, & in ima pagina, ponenda hæc nota :* Alia brevior Ἐπιτομὴ χρόνων ab Adamo usqve ad Alexium Comnenum, qvam ad calcem Zonaræ edidit Cangius & in cujus titulo legitur : τοῦτ' ἐστὶ ὁ Καισαρεὺς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ λόγῳ ὃς ἐκλήθη βασιλικός.

2011 Ministerio de Cultura

*Pag.*63. *pro* (Rufino) Abdias, *lege* (Rufino Abdias.)

*Pag.*91. *in notis v.* 5. *à fine poſt verba:* Acta illa Martyrum ſelecta, *adde:* recudit emendatius nec ſine inſigni ab ipſo Ruinarto acceſſione, & cum auctoris vita H. Wetſtenius. Amſt. 1712. fol.

*Pag.*94. *adde*, Euſebii argumenta in Pſalmos edita etiam à Grabio in præfatione ad Tomum tertium verſionis Græcæ LXX. Interpretam, Lond. 1709. fol. & 8.

*Pag.*101. *delenda verba:* Undecim libris conſtitiſſe *usque ad:* à Combefiſio editus, *& pro eis ponenda hæc:* Duobus librorum decadibus, ſive viginti libris conſtitiſſe illud opus, tradit ſcriptor Actorum S. Silveſtri apud Lambecium T. VIII. p. 321.322. Verba ſcriptoris illius ſunt: Ὁ ἡμέτερος ἱσοριογράφος Εὐσέβιος, ἡνίκα τὴν Ἐκκλησιασικὴν ἔγραφεν ἱσορίαν, παραλέλοιπεν ἐκεῖνα ὧν μνήμην ἐποιήσατο ἐν ἑτέροις αὐτοῦ ὑπομνήμασι. Καὶ γὰρ ἐν εἴκοσι λόγοις, τυτέσιν ἐν δύο δεκάσι, σχεδὸν τῶν ἐν ἁπάσαις ἐπαρχίαις Μαρτύρων, Ἐπισκόπων, Ὁμολογητῶν καὶ ἁγίων γυναικῶν καὶ παρθένων παρεσκέυασε τὰ πάθη φέρεσθαι. Miror Caveum huic operi tribuere libros non *viginti* ſed *undecim*, ejusqve rei auctorem laudare Acta Silveſtri à Combefiſio edita.

*Pag.*102 *v.*6. *poſt* impugnata, *adde*: Ex eadem Nicephorus Gregoras XIX. 3. Hiſt. ubi Euſebium τὸν τότε λογίων τὸν πρῶτον appellat p.591.

Ibid. v. 9. *poſt* de incarnatione *adde:* Sed recte auctori illa ſuo vindicatur à Clariſſimo Boivinio.

Ibid. v. 20. *ante* Hebed JEſu, *adde*: Non aſſentior Bartholomæo Germonio, qvi lib. de hæreticis Codicum Eccleſiaſticorum corruptoribus pag. 305 ſeq. nullas Pamphili partes in Apologia pro Origene fuiſſe contendit, ſed meram hanc fuiſſe Rufini fraudem, qvi Euſebii opus ſub Pamphili nomine venditaverit.

Pag. 104. *ad Euſebii ſcripta inedita, adde*: Clariſſ. Caveus ait in Bibliotheca Bodlejana Cod. Barocc. 148. exſtare *novem Homilias* ſub Euſebii nomine in memoriam Sanctorum, ſed ſpurias. Exſtat vero ibi unica tantummodo, qvæ nona inſcribitur.

Ibid. v. 16. *adde*: Allegatur Euſebii Ἐκκλησιαστικὴ ἀπόδειξις in Jure GræcoRomano lib. IV. p. 295.

*Pag.*105. *Euſebiis variis adde* Euſebium Hiſtoricum, qvem ab Octaviani, Trajani & Marci Antonini rebus geſtis usq; ad obitum Imperatoris Cari, telam Hiſtoriæ ſuæ produxiſſe ſcribit Evagrius lib. V. cap ult.

*Pag.*107. *v.* 4. *à fine, poſt verba* à Jo. Gagnejo, *adde*: latinè.

Pag. 109. *v.* 6. *à fine, adde*: Vitam S. Philippi Presbyteri Argyrienſis ab Euſebio Monacho ſcriptam edidit Papebrochius T. 3. Maji, ſub initium ſtatim voluminis.

2011 Ministerio de Cultura

Pag. 110. *lege* : Euſebius *Officiorum Magiſter* ſub Anaſtaſio Imp.

Pag. 112. *de Philippo Sidete adde* : Anno XXII. Theodoſii junioris ſcripſit, teſte Theophane p. 75.

Pag. 114. *lege* : MSS. Bibl. Scoriacenſis. *Mox adde* per Theodori Metochitæ Hiſtoriam Eccleſiaſticam forte intelligenda pars Annalium Michaëlis Glycæ, qvam ſub Theodori Metochitæ nomine edidit Jo. Meurſius.

Pag. 124. de Theodoriti Hiſtoria Eccleſiaſtica, qvæ ab A. C. 325. res annorum centum & qvinq; usqve ad mortem Theodori Mopſveſteni & Theodoti Antiocheni A. C. 429. complectitur, videndus Antonius Pagi prolegomenis ad diſſ. Hypaticam §. 33. ſeq. & in Critica Baroniana ad A. C. 427. n. 9. ſeq. qvi n. 16. obſervat admodum incertum eſſe an Theodoritus poſt Socratem & Sozomenum ſcripſerit, eosqve ſupplere, ut putabat Valeſius, & emendare voluerit. Potius omnes tres circa idem tempus ſcripſiſſe videri, poſtremis Theodoſii junioris annis: & Socratem ac Sozomenum cum CPoli degerent, ſcriptis prodidiſſe potiſſimum qvæ in CPolitana Eccleſia contigerunt: Theodoritum autem utroq; longe doctiorem & in Oriente verſantem errores plurimos in qvos uterq; incidit viraſſe, & in rebus Orientis fuſiorem ac diligentiorem fuiſſe, licet de Socrate & Sozomeno ne qvidem cogitaret.

Ad Pag. 128. Titulus Epitomes Hiſt. Eccleſ. Theodori Lectoris in MS. Veneto hic eſt: Θεοδώρᾳ ἀναγνώσᾳ ἐκλογὴ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν. Incipit: Καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι χρήσιμον ἡ λαμπρὸν φανεῖται. Finis: Καὶ τὸ μὲν ὧδε γέγονεν ὃ οἱ προφῆται. Καίπερ πρὸ πλείσων γενεῶν ὑπὸ γῆν κείμενος σῶος ἀνεφάνη ἐν χρῷ κεκαρμένος, ἔνθυρις, γενειάδα μετρίως καθημένην ἔχων, τὴν δὲ κεφαλὴν - - - καὶ τὰς ὀφθαλμὰς ὀλίγῳ ἐν βάθει τοῖς ὀφρύσι καλυπτομένους.

Pag. 132. *v. ult. lege* : lib. VIII. pag. 54. ſeq.

Eadem pag. adde qvod Lambecius VIII. p. 63. ſcribit ſe apographum ſyntagmatis Nicephori Calliſti de templo & miraculis S. Mariæ ad fontem, communicaſſe ut ederetur cum Reinoldo Dehnio, S. I.

Ad pag. 145. De Dorotheo Tyrio vide Theophanis Chronicon p. 19. & 41. ex qvo hauſit Anaſtaſius Bibliothecarius qvæ de eodem refert in Hiſtoria Eccleſ. p. 27. ſeq. Scripta qvæ ſub hujus Dorothei nomine ambulant, edidi Græce & Latine hoc ipſo A. 1714. 8. ad calcem monumentorum variorum de Moſis, Prophetarum & Apoſtolorum vita.

Pag. 155. *pro verbis*: è Joanne Scylitze Curopalata qvi Cedrenum exſcripſit, *lege* qvem Cedrenus exſcripſit. *Deinde dele totam notam à verbis*: fallitur Labbeus usqve ad Pſellum, &c. *atque loco illius repone hæc verba*: Vide qvæ de Scylitze infra p. 387.

Pag. 157. *de Conſtantini Manaſſis ſcriptis adde* : In MS. Codice Leonis Allatii fuerunt ejusdem Manaſſis ſed à tineis blattisqve miſere admodum habita, 1) Ἔκφρασις εἰκονισμάτων κατὰ μέσον μὲν ἐχόντων τὸν Κύκλοπα τὸν Ὀδυσσέως ἑταίρους διασπαράσσοντα

2011 Ministerio de Cultura

σοντα καὶ ἐθίοντα, τὸν δὲ Ὀδυσσέα οἶνον ἀσκὸν προφέροντα καὶ δεξιούμενον πόσει τὸν Κύκλοπα. Incipit: Οὐδὲν ἄρα Φιλοκάλου ψυχῆς ὀλβιώτερον, εἰ δ' ἅμα καὶ Φιλολόγῳ εὑρεθῇ. 2) Ἐπικήδειον πρὸς τὸν ἀποιχόμενον ἐπὶ τῶν δεήσεων Κύριν Νικηφορον τὸν Κομνηνόν. Incipit: Ἀράβων γῆ πιωτάτη, καὶ μήτηρ γονίμων χυμῶν, ἀέρες δὲ ἓυ κεκραμμένοι. His adde 3) qvod è Conſtantini Manaſſis libro tertio Hodœporici, rſibus Iambicis ſcripti locum affert idem Allatius p. 201. ad Georgium Acropolitam.

Pag. 169. *adde:* Malchus τὰ περὶ τῦ Ζήνωνος καὶ Βασιλίσκου συγγραφόμενον. Z. b. 52.

Pag. 170. *dele* Metaſthenes, *nam Megaſthenes ſolum rectum eſt.*

Pag. 190. *poſt* Heſychius presbyter, *dele verba*, & Epiſcopus.

Pag. 204. *lege:* Zeuxippus ἱσορεῖ. 177. forte Dexippus.

Pag. 240. *v.* 6. *poſt* omiſſa ſunt, *adde:* Huic Nonnoſo Lambecius V. pag. 131. tribuit Gregentii diſputationem cum Herbano Indæo, & VIII. pag. 387. Martyrium Arethæ & ſociorum.

Pag. 241. *poſt* Beſſarionis Cardinalis Epiſtolam ſcriptam Græco vulgari ſermone, *adde:* ſervatamqve à Georgio Phranza & à Jac. Pontano editam Græce in notis ad Phranzam p. 309.

Pag. 251. *ante notam* 1) *adde:* Locum ultimi libri Procopii de origine Gothorum primus è MS. Græce edidit, latinamqve verſionem addidit Petrus Pithœus ante Codicem Legum Wiſigothorum. Pariſ. 1579. fol.

Pag. 279. *lege:* anno Imperii ſui XXXVI. 24. Dec. CHriſti anno 562.

Ad p. 287. *adde*: Commentarios Theophylacti in Prophetas, Græce è MS. Argentinenſi proferet latinamqve verſionem addet V. C. Jo. Henricus Lederlinus, Lingvar. Orientalium in illa Academia Profeſſor.

P. 322. *nota* Bryennium ſacello præfectum in MS. meo codice vocari Joannem Bryennium, habeo enim & ipſe illius aliorumq; ad Nicephoram Gregoram Epiſtolas ſcriptas in charta ante annos circiter trecentos.

P. 341. *poſt verba*, Epiſtolam ejus Encyclicam, *adde:* de pellice Imperatoris Mich. Palæologi Marceſina, in Gregorii Thavmaturgi monaſterium irrumpente, & ab Blemmyda Abbate repulſa.

P. 342. *nota*, qvod ſeparatim deinde utraqve latine etiam Wegelinus vulgavit, Phyſicam qvidem Blemmidæ A. 1606. & Phyſicam 1607. 8.

P. 348. *v.* 4. *à fine*, *lege* ætatis 74, *pro* 47.

P. 364. *poſt verba:* in appendice Hiſtoriæ de vita & rebus geſtis Muhamedis, *adde:* Latine qvoqve eodem anno 1597. 4. Francofurti apud eosdem de Bry, fratres, cum actis Mahomedis I. Saracenorum Principis. Qvod autem illa vaticinia ibidem tribuuntur *Severo* & Leoni Imperatoribus, nullam aliam ob cauſam factum eſt, qvam qvod Svidas in Ξηρόλοφῳ ſcribit Xerolophum à Severo fuiſſe conditum CPoli, in illoqve fuiſſe Θερμάτιον τρίπυν, in qvo ſæpius ſacra Severus fecerit. Deinde ſubjungit: ἔνθα καὶ χρησμοὶ πολλοὶ τῷ τόπῳ γεγόνασι. Ex his autem verbis neutiqvam colligas Severum oraculorum ibi editorum ſuiſſe auctorem, nedum oracula illa fuiſſe eadem cum his qvæ ſub Leonis nomine habemus. Martinus Cruſius in TurcoGræcia p. 57. *Meminit Chienſis & Laonicus tabularum Leonis, in quibus Catalogus fuerit omnium ſecutorum Conſtantinum M. Imperatorum & Patriarcharum, usque ad Conſtantinum ultimum & Patriarcham Joſephum qui Florentiæ mortuus eſt, non ulterius. Unde fatale fuerit, ipſorum tempore Imperium Orientis aboleri. Illas tabulas in Monaſterio S. Georgii Manganio, ab antiquo aſſervatas fuiſſe.* Aliud vaticinium de Imperii CPol. ruina memorat idem Cruſius p. 494.

2011 Ministerio de Cultura

Ad pag. 366. Oraculum de Turcarum Imperio & fine ejus, cum Gennadii Scholarii expositione legitur in Dorothei Monembasiensis Chronico pag. φμδ. edit. Venetæ 1684 4 atqve inde in Clariss. Bandurii libro VII. Antiqvitatum CPol. addita latina versione. Vide sis etiam ejus notas p. 372.

Pag. 395. *Post* ὁ μελωδὸς, *dele verba:* forte Cosmas. Certo certius enim David intelligitur, ad cujus Psalm XII. 6. Anna respicit, ut notatum Clariss. Collegæ meo Jo. Christophoro Wolfio, diss. de Bogomilis p. 28.

P. 402. *pro* frater Germanus *lege* germanus.

P. 409. *in fine extremæ notæ adde:* Scribitur tamen Lysimachus etiam in Nicetæ Alexio Angelo Comneno lib. 3. c. 4. p. 335. ubi de eadem Herculis imagine sermo est.

Ad pag. 459. Icon Pachymeris (qvi ὑπομνηματογράφος dicitur in MS. apud Lambecium VIII. p. 385.) occurrit ante Nicephorum Gregoram Hieron. Wolfii, & apud Lambecium VII. post pag. 70.

Ad p. 473. Primam Apologiam ait se scribere Cantacuzenus Anno post CHristi σάυρωσιν 1360.

Pag. 493 *adde:* aliud opus Constantini Porphyrogeniti jussu digestum qvod MS. in Bibl. Regis Christianissimi exstat teste Clariss. Boivino ad Julii Africani cestos p. 360. In illo excerpta ex Africano & aliis scriptoribus.

Pag. 510. ante nomen Abercii ponendus asteriscus.

Ibid. v. 10. *à fine pro* 20. April. *lege* 22.

v. 3. *à fine pro* 11. Nov. *lege* 2. Nov.

Pag. 511. ante Alexii nomen asteriscus tollendus.

Pag. 515. *leg.* ad Acropolitam, & Athenogenis.

Pag. 537. *leg.* iterum furit Herodias, πάλιν ἡρωδιὰς μαίνεται T. 7. Chrysost. edit. Savilianæ p. 745.

Pag. 559. *v.* 5 *à fine, verba* in easdem reliqvias & *qua sequuntur, non pertinent ad Stephanum Papam sed protomartyrem.*

Pag. 568. *v.* 4. *post* Anonymum, *tolle* alium, *idem enim est haud dubie.*

Pag. 571. *v.* 5. *post* Basil. 1574. 12. *adde*: & Venetiis apud Antonium Bartoli, 1709. 8.

Pag. 572. *v.* 11. *post* Francof. 8. *adde*: cum Ottonis Casmanni systemate Doctrinæ Vitæqve politicæ.

Pag. 582. *v.* 13. *à fine, post* Alphabeta Slavonica, *adde*: & Græce ac Latine p. 112 seq. Anonymus de conversione Gentis Russorum ad fidem Christianam tempore & svasu Basilii Macedonis facta.

Pag. 628. *in fine notæ extremæ post* παναγίας, *adde:* sed male, nam infra p. 635. κυριακὴ παγανὴ iterum occurrit pro nomine solennis diei.

Pag. 629. *in fine paginæ adde:* Exstat ille tomus unionis in Jure GræcoRomano pag. 104.

Pag. 738. in serie Patriarcharum CPol. è Latinis ad A. 1253. ponendum nomen Pantaleonis Zustigani, & pro annis Patriarchatus 21, 22 &c. reponendi numeri 1, 2, usqve ad 9.

FINIS.

2011-Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

174

FABRICII.
BIBLIOTHECA GRAECA
LIB. V. Vol. I.

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 6439